6
39 M
30

APOLOGETICVS PRO LECTIONE APOSTOLICA, ET EVANGELICA, PRO Vulgata Diui Hieronymi, Pro tranſlatione Lxx virorum, Proque omni Eccleſiaſtica lectione contra earum obtrectatores.

Authore Leone Caſtro, ingenuarum Artium et vtriuſque Philoſophiæ Magiſtro et Patrono, et Sacroſanctæ Theologiæ Doctore, Collegij Theologorum Salmanticenſis Academiæ Decano, Canonico Sacrarum litterarum interprete in ſancta Eccleſia Valliſoletana.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

1150

CVM PRIVILEGIO.

SALMANTICÆ,

Excudebant hæredes Mathiæ Gaſtij.

Anno, M. D. LXXXV.

540

Muy poderoſo Señor.

EL Doctor Molina Prepoſito de Antequera, y el Doctor Salinas Canonigo Magiſtral de Cuença, dizen que por mandado de vueſtra Alteza han viſto el libro del Maeſtro Leon llamado Apologetico, y lo que les paresce del es lo ſiguiente.

LO primero que el dicho libro es de Catholica y ſana doctrina, y no tiene coſa contra lo que enſeña, y cree la ſancta madre Igleſia de Roma.

¶ Lo ſegundo, que es el libro de mas neceſsidad, y mayor importancia que en la republica Chriſtiana ſe podia imprimir en nueſtros tiẽpos, para impedir y defender que no nos infamen y deſacrediten el texto de la ſagrada Scriptura que la Igleſia tiene y ſigue, y los ſentidos Catholicos con que los ſanctos y ſagrados Doctores le declaran. Porque algunos autores con tanta libertad, y de tal manera, alteran y eſtragã la letra de la ſagrada Scriptura, y con tales ſentidos la declaran, que en mas de treziẽtos lugares derriban los myſterios de nueſtra Fe, y dexan el camino llano, para que los Iudios y Hereges ſe defiendan en ſus errores y heregias. Lo qual repara eſte libro con grandiſsima erudicion, y con eſcripturas antiquiſsimas, no ſolo de ſanctos y autores Chriſtianos, pero de los meſmos Iudios, antes y deſpues que Chriſto vinieſſe al mundo, y con otras diuerſas razones en comun y en particular, con que claramente prueua que el texto que la Igleſia tiene y ſigue, y el Concilio Tridentino aprueua, q̃ llaman la tranſlacion Vulgata, es cierto y verdadero, y contiene la verdad hebraica que antiguamente auia: pero que el texto hebreo que agora ay, y algunas tranſlationes y textos que en los dichos lugares differencian, y ſe apartan de la tranſlaciõ Vulgata que la Igleſia ſigue, en quanto a eſto eſtan corruptos y viciados por malicia de los Iudios. Anſi meſmo prueua que en el ſentido en que los Apoſtoles, y Euangeliſtas citaron eſtos meſmos lugares, y como los ſagrados Doctores y Concilios los declaran, para prouar la verdad de nueſtra Fe, y reprouar los Iudios y Hereges, aſsi ſe han de entender, y eſſe es ſu ſentido proprio, legitimo y verdadero. Y por el contrario los ſentidos deſtos lugares, que tacitamente deshazen o debilitan el fundamento de nueſtra Fe, y fauoreſcen el Iudaiſmo, ſon adulterinos y fabuloſos, y eſto es todo lo que el libro contiene en comun, y en particular.

¶ Lo tercero dizen, que el libro eſta borrado en algunas partes y en otras añadido entre renglones, y a las margines, con lo qual el autor ha ſatisfecho ſufficiẽtemẽte con la cenſura vltimamente dada por los Theologos de Alcala. El Doctor Molina Prepoſito de Antequera. El Doctor Salinas.

Con eſta cenſura y declaraciõ el Conſejo da licencia para que ſe imprima eſte libro.

Pedro çapata del Marmol.

Y Porque eſta obra no es ſolamente para Eſpaña ſino para toda la Igleſia Catholica Romana pedi al Maeſtro Franciſco Sanchez Cathedratico de Rhetorica y de Griego de Salamanca que la boluieſſe en vn latin claro como Romance, muy fielmente.

Potentiſsime Domine.

DOctor Molina præpoſitus Antiquariæ, et Doctor Salinas Canonicus in Magiſtrali Conchenſi de mandato veſtræ altitudinis vidimus librũ Magiſtri Leonis, qui dicitur Apologeticus, & noſtra hac de illo eſt ſententia.

Liber hic Catholicam, ſanamque doctrinam continet, nihilque, contra id quod docet, & credit ſancta mater Eccleſia Romana, in illo reperietur.

¶ Deinde, liber neceſſarius magis, maiorisque importantiæ Chriſtianę reipublicæ nullus poſſet typis mandari noſtris his temporibus: impedit enim ac defendit, ne ſacræ Scripturæ textus vilipendatur, deque eius fide dubitetur, quem Eccleſia ſequitur, & amplectitur: adhæretque Catholicis interpretationibus, quibus ſancti, ſacriq; doctores ſenſum ſcripturę interpretantur. Sunt enim aliqui qui tanta libertate, talique modo ſacræ ſcripturæ ſenſum ita peruertunt, & excarnificant, talique ſenſu interpretantur, vt plus locis trecentis myſteria noſtræ fidei corruant: & via muniatur, Iudæis & Hæreticis, qua ſe in ſuis erroribus poſsint defendere. His omnibus hic liber obſtat: nec ſolum eruditione ſingulari, antiquiſsimiſque ſcriptis ſanctorum, & Chriſtianorum, ſed & Iudæorum, qui ante, & poſt Chriſtum vixere, diuerſiſque rationibus generalibus & ſpecialibus argumentatur. Quib. manifeſto conuincit, certũ & verum eſſe textum illum, quem ſequitur, & tenet Eccleſia, quemque Concilium Tridentinum approbat, quam Vulgatam tranſlationem appellant. Hunc item eſſe, qui veritatem hebraicam, quæ antiquitus erat, contineat: nam textus Hebraicus, qui nunc eſt, & aliquæ tranſlationes, quæ à Vulgata diſſentiunt, quam ſequitur Eccleſia, aut viciatus, aut corruptus eſt malitia Iudæorum. Oſtendit pręterea ſenſum illum, quem Apoſtoli, & Euangeliſtę in his locis adducendis ſenſerunt, quemque ſacri doctores & Concilia aduerſus Iudæos & Hæreſes pro noſtræ fidei confirmatione ſic adduxerunt, eodem prorſus ſenſu eſſe declarandum, & intelligendum. Ille enim pro prius, legitimus, atque verus eſt ſenſus: contraque ſenſa horum locorum, quæ tacitè aut deſtruunt, aut labefactant noſtræ fidei fundamenta, Iudaiſmoque fauent, adulterina eſſe, atque fabuloſa. Hæc ſunt, quæ liber hic cõtinet generatim & ſpeciatim.

¶ Poſtremo dicimus librum hunc alicubi lituris ſuperinductis eſſe deletum, alicubi gloſſematis additum, quibus auctor Theologorum Complutenſium cenſuræ ſatisfeciſſe ſufficienter oſtendit. Doctor Molina præpoſitus Antiquariæ. Doctor Salinas.

Hac cenſura, & declaratione Senatus hunc librum imprimendum permiſit.

Petrus çapata del Marmol.

EL REY.

POR quanto por parte de vos el Maeſtro Leon de Caſtro Canonigo de la ſancta Igleſia Collegial de la villa de Valladolid, nos fue fecha relacion, que vos auiades compueſto vn libro inticulado Apologeticus pro lectione Apoſtolica, & Euangelica pro Vulgata, ſupplicādonos os concedieſſemos licēcia para lo poder imprimir, y priuilegio por el tiempo que fueſſemos ſeruido, o como la nueſtra merced fueſſe, lo qual viſto por los del nueſtro Cōſejo, y como por ſu mādado ſe hizieron las diligencias q̃ la pragmatica por nos hecha ſobre la impreſsion de los libros diſpone, fue acordado que deuiamos mādar dar eſta nueſtra cedula para vos en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien, y por la preſente por os hazer bien y merced, os damos licencia y facultad, para que por tiēpo de diez años primeros ſiguientes, q̃ corran y ſe cuenten deſde el dia de la fecha deſta nueſtra cedula vos o la perſona q̃ vueſtro poder ouiere, podays imprimir y vēder el dicho libro que de ſuſo ſe haze mencion, y por la preſente damos licencia y facultad a qualquier impreſſor deſtos nueſtros Reynos que vos nombraredes, para que por eſta vez lo pueda imprimir con que deſpues de impreſſo antes que ſe venda lo traygays al nueſtro Conſejo juntamente con el original que en el ſe vio, que va rubricado y firmado al cabo de Pedro çapata del Marmol nueſtro eſcriuano de Camara, de los que en el nueſtro Conſejo reſiden, para que ſe corrija con el, y ſe os taſſe el precio que por cada volumen ouieredes de auer, y mandamos que durante el dicho tiempo perſona alguna ſin vueſtra licencia no lo pueda imprimir e vender ſopena que el que lo imprimiere, o vendiere, aya perdido y pierda, todos y qualeſquier libros moldes y aparejos que del dicho libro tuuiere, e mas incurra en pena de cincuēta mil marauedis por cada vez que lo contrario hiziere, la qual dicha pena ſea. La tercia parte para el juez que lo ſentenciare, y la otra tercia parte para la perſona que lo denunciare, y la otra tercia parte para nueſtra Camara, y mandamos a los del nueſtro Conſejo Preſidentes y oydores de las nueſtras Audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nueſtra caſa y corte y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Aſiſtentes Gouernadores, Alcaldes mayores y ordinarios, y otros juezes y juſticias qualeſquier de todas las ciudades villas y lugares de los nueſtros Reynos, y ſeñorios, aſsi a los que agora ſon, como a los que ſeran de aqui adelante, que vos guarden y cumplan eſta nueſtra cedula y merced que anſi vos hazemos, y contra el tenor y forma della ni de lo en ella contenido no vayan ni paſſen ni conſientan yr ni paſſar por alguna manera, ſopena de la nueſtra merced, y de diez mil marauedis para la nueſtra Camara. Dada en Sant Lorenço a treynta y vn dias del mes de Março, de mil y quinientos y ochenta y quatro años.

YO EL REY.

Por mandado de ſu Mageſtad
Antonio de Eraſſo.

TRactatum Hyſperaſpiſtê, quod vocat Author, id eſt, clypei protectionem (doctiſsimo Magiſtro Leone de Caſtro authore, Canonico ſacrarum litterarum interprete in Eccleſia Valliſoletana, pro ſuo Apologetico & alijs operibus) legi, ſummaque voluptate, quamplurima deguſtaui, opus ſanè Eccleſiæ neceſſarium, & vt Authori honorificum, etiam doctiſsimis quibuſque in diuina ſcriptura vtile & fructuoſum de quo id omnibus in ipſo primo aditu erit facile iudicium, quam ſit doctrinæ & ſenſus catholici refertum & puriſsimum exemplar legitimę interpretationis, cum omnia expreſsis & ſelectioribus locis ſanctorum ſit & auctum, & munitum, vt nullus locus ſit dubitandi reſiduus reſolutioni quam parat in grauiſsima materia, quam & ſi doctiſsimè proponit feliciſsime in receſſu reſumit, vnde cum maxima Authoris & legentiũ vtilitate poterit typis excuſſum vulgari. In conuentu D. Philippi Madriti ordinis D. Auguſtini. Anno 1584. die vero. 18. Menſis Octobris.

F. Gab. Pinelo.

EL REY.

POR quanto por parte de vos el Maeſtro Leon Canonigo de lectura ſagrada en la villa de Valladolid, nos fue fecha relacion, que vos auiades compueſto vn libro intitulado Hiperaſpiſtes, id eſt clypei protectio, en defenſa de nueſtra Fe Catholica, contra herejes y Iudaizantes, el qual os ha coſtado mucho trabajo, ſupplicādonos os mādaſemos dar licēcia para poder imprimir el dicho libro, y priuilegio, para q̃ ninguno lo venda ſin vueſtra licēcia, o como la nueſtra merced fueſſe, lo qual viſto por los del nueſtro Cōſejo, y como por ſu mādado ſe hizieron en el dicho libro las diligencias q̃ la pragmatica por nos ſobre ello hecha diſpone, fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra cedula para vos en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien, por la qual vos damos licencia y facultad, para que por tiēpo de diez años cūplidos primeros ſiguientes, q̃ corran y ſe cuenten deſde el dia de la data della, vos o la perſona q̃ vueſtro poder ouiere, podays imprimir y vender el dicho libro que de ſuſo ſe haze menciō en eſtos nueſtros Reynos, y por la preſente damos licencia a qualquier impreſſor dellos qual vos nōbraredes. Para que por eſta vez pueda imprimir el dicho libro que de ſuſo ſe haze mencion, por el original que en el nueſtro Conſejo ſe vio, que va rubricado cada plana, y firmado al fin del de Pedro Pachecho nueſtro eſcriuano de camara, de los que en el nueſtro Conſejo reſiden, y con que antes que ſe vēda lo traygays ante los del nueſtro Conſejo, juntamente con el original, para que ſe vea ſi la dicha impreſsion eſta conforme a el, y traygays fee en publica forma, como por el Corrector nombrado por nueſtro mandado ſe vio y corrigio la dicha impreſsion, y eſta conforme al original, y quedan anſi meſmo impreſſas las erratas por el apuntadas, para cada vn libro de los que anſi fueren impreſſos, y ſe os taſſe el precio que por cada volumen ouieredes de auer, ſopena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha pragmatica, y leyes de nueſtros Reynos, y mandamos que durante el dicho tiempo perſona alguna ſin vueſtra licencia no le pueda imprimir ni vender, ſopena que el que lo imprimiere, o vendiere, aya perdido y pierda, todos y qualeſquier libros y moldes q̃ del tuuiere o vendiere en eſtos nueſtros Reynos, e incurra en pena de cincuenta mil marauedis. La tercia parte dellos para el denunciador, y la otra tercia parte para nueſtra Camara, y la otra tercia parte para el juez que lo ſentenciare, y mandamos a los del nueſtro Conſejo Preſidente y oydores de las nueſtras Audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nueſtra caſa y corte y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Aſiſtentes Gouernadores, Alcaldes mayores y ordinarios, y otros juezes y juſticias qualeſquier de todas las ciudades villas y lugares de los nueſtros Reynos, y ſeñorios, aſsi a los que agora ſon, como a los que ſeran de aqui adelante, que vos guarden y cumplan eſta nueſtra cedula y merced que anſi vos hazemos, y contra ſu tenor y forma no vayan ni paſſen en manera alguna, ſopena de la nueſtra merced, y de diez mil marauedis para la nueſtra Camara. Dada en Madrid a veynte y ſiete dias de Nouiembre, de mil y quinientos y ochenta y quatro años.

YO EL REY.

Por mandado de ſu Mageſtad
Antonio de Eraſſo.

AD PHILIPPVM SECVNDVM HISPANIARVM REGVM maximum, Inſularum Orientis & Occidentis dominatorem, Reipublicæ Chriſtianæ pene dixerim Monarcham Leo Caſtrus Canonicus Eccleſiæ Valliſoletanæ Scripturæ ſacræ interpres.

PLATO in libris de legibus ſcriptum reliquit S. C. R. Maieſtas quales reges eſſent, tales primarios et principes rerum publicarum viros eſſe ſolere; hos ſolere ſubſequi regnorum reliquã turbam & multitudinem, et mutuo nexu inter ſe contineri. Ita vt labẽtem regnorum diſciplinam regibus magnis per facile ſit in gradum reuocare, & in officio continere. Si reges propenſos videant in virtutem et religionem, et ita animatos, vt hanc Reip. partem ſuſcipiant et tueantur. Ad maximorum enim regum nutum & voluntatem ſe componunt inquit regnorum principes et primarij viri, hos reliqua turba ſequitur & multitudo. Tam facile eſt regibus Reſpublicas lapſas erigere, & nouas Reſpublicas aut fundare aut bene fundatas ſacris moribus inſtituere. Quę ego dico ſacra & regia maieſtas, quod tibi perſpicuum eſt illum Deum Opt. Max. qui omnia nutu & renutu gubernat, dicere: per me reges regnant, et iura decernunt: nec ſine ſummo cõſilio tot regnis tot inſulis te pręfeciſſe regem et gubernatorem, Chriſtianę religionis pene dixerim monarcham creaſſe: maximum feciſſe regẽ omnium qui vſq; adhuc in Chriſtiana Repub. regnarunt: idq; tua maieſtati vel oculis cernere, vel manibus pręhendere per facile eſt ſi animum attendas rebus quę geruntur; Ab ipſis ſacrę noſtrę religionis initijs ſynagoga impia cum Eccleſia ſancta litigat de veritate fidei noſtrę, de ſacrę ſcripturę veritate penes vtram ſit penes Eccleſiam ſanctam an penes ſynagogam impiam: Millies victa ſynagoga etiam pulſa ſedibus patrijs, innumeris affecta calamitatibus ſolo patrio extorris per mille quingentos annos, et ſeruiens nationibus, omnibus afflicta miſerijs, non redit in bonam mentem: neſcit abſiſtere bello: non deſcendit in ſe, vt quęrat quod Dominus monet apud Hieremiã, quę ſibi ſit cauſa

tantorum

tantorum malorum, qua cauſa templum Domini, quod Hieroſolymis erat, incendio ſit abſumptum, nec inſtaurari potuerit totius orbis viribus qui in odium Chriſtianorum ad id incubuit, vt inſtauraretur Iudæorum templum, et re incepta emicuere è terra flammarum globi qui ædificatores incendio abſumpſere, et poſt aliquot annos, eoſq; non paucos, conticuit ſynagoga miſera victa malis, et iacebat ſolo, deſtituta omni præſidio, quod perſtabat in ſua impietate: & in ſuam pernitiem magnam noſtrorum hominum partem ad ſuam peſtem trahebat, et conabatur id efficere hac via, vt ait Tertull. doctor antiquiſſimus, temporibus Chriſti proximus, vt nouas faceret ſcripturas, et nouas veteris teſtamenti tranſlationes; qui enim vult aliquam religionem euertere, nouas ſcripturas faciat neceſſe eſt: nam ſi veteres ſtant ſcripturæ, inexpugnabilis noſtra fides eſt: hic murus aheneus eſt et adamantinus, ſuper quem Dominus apud prophetam eſt, vt expugnari noſtra fides nullo modo poſſit, muro adamantino cincta, & aheneo circundata muro, hoc eſt vulgata D. Hieronymi, et Lxx virorum tranſlatione. Nouit enim tua ſacra maieſtas rerum omnium opificē Deum per Ptolomæum Philadelphum regem Ægypti potentiſſimum etiam infidelem (habet enim Dominus reges omnes tam bonos quam malos dicto ſibi audientes ad ea quæ ipſe Dominus imperat) curaſſe vetus teſtamentum vertendum græce quod ea lingua cōmunis omnibus nationibus erat. Iniecit itaque deſiderium animo regis Ptolomæi cognoſcendi legem Dei, vt eam in ſua bibliotheca reponeret. Hæc lex Dei apud ſolos Iudæos erat ſcripta hebraice et ſine vocalibus, ne patere cuiquam poſſet qui Iudæus non eſſet. Hic rex Ægypti Ptolomæus quum innumerabilem Iudæorum captiuam turbam in regno haberet, pretio dominis perſoluto, donis inſuper magnificis ad ornamentum templi adhibitis Iudæos liberos abire iuſſit. Id eo conſilio potiſſimum ductus fecit, vt ab Eleazaro ſummo Pontifice obtineret, vt Iudæos doctiſſimos ſibi mitteret, qui legem Dei ex Hebreo in Græcum ſermonē interpretarentur. Eleazarus, penes quem erat regia poteſtas, ex ſingulis tribubus ſenos elegit, qui in lege interpretanda peritiſſimi habebantur: acceperant enim ab ipſis prophetis quaſi per manus lectionem prophetarum, et interpretationem. Inaudierat Ptolemeus eo animo eſſe Iudæos, vt ſcripturæ ſanctæ, quoat eius fieri poſſet, gentibus

et alienigenis non eſſent peruia. Itaque rex falli timens ſeptuaginta duas cellas (tot enim erant interpretes) iubet apparari et ornari, ſingulisque diligentes cuſtodes appoſuit, ne Iudæi inter ſe conſilia poſſent communicare. Res mira dictu: ita vertere ſinguli ſacram veterem ſcripturam, vt nec verbis, nec ſyllabis, nec etiam apicibus diſcreparent. Mutto hic miracula, quæ tunc acciderūt, quod ea in opere Eſaiæ ſim longiuſcule proſecutus: ex quibus vnum eſt: Menedemum philoſophum (qui Dei prouidentiam reſpuebat) viſo tanto miraculo ſententiam mutaſſe, victumque manus dediſſe. Hanc tranſlationem 72. per trecentos fere annos ante Chriſtum natum pari reuerētia cum hebraica habuit et venerata eſt Synagoga. Vulgato tamen Euangelio, Iudæi pertinaces qui teſtimonio huius Græcæ tranſlationis vincti tenebantur à noſtris, et hanc, et ſuam hebræā miris fallacijs et technis ceperunt vitiare. Sed hebræ, quod fuit facilius, ita diſcerpſerūt, vt omnes Prophetiæ quæ de Chriſto erant manifeſtiſſimæ, vitiatæ aut in alienū ſenſum deflexæ fere eſſe videantur. D. Hiero. poſtea ſuam, quæ vulgata dicitur, addidit: qua reſarſit, quæ reſecta erant ex tranſlatione Lxx. Et integram Eccleſiæ donauit ſcripturam. His duabus tranſlationibus, tāquam adamantino, et aheneo muro Eccleſia vallata fuit. Erumpunt tamen noſtris temporibus Iudæorum, et hæreticorum phalanges (hæretici etenim, Rex inuictiſſime, ab antiquis patribus Iudæorum dicuntur eſſe fratres) qui magnam partem hominum in ſuam peſtem trahunt. Exemplo nobis ſunt Germania, Gallia, Flandria et gentes finitimæ non paucæ. His te mederi poſſe omnes putant. Credimus enim te ſummi Dei conſilio tot regnorum habenis admotū eſſe, vt lapſa reficias, diſtracta colligas, noue fundatas Chriſtianæ religionis Eccleſias fide ſanctiſſima inſtruendas cures. Ad hæc te vocat Deus, vt hæc omnia componas, et inimicorum inſultantes cateruas comprimas. Seruet te Deus Regum maxime, vt poſſis Eccleſiaſticam doctrinam retinere, nouas doctrinas in vltimas terras amandare: ſic enim fiet vt Hæreticorum cateruas, qui fratres Iudæorum ſunt, penitus valeas extinguere. Vale.

PER

PERQVAM ILLVSTRI VALLISOLETANAE ECCLESIAE

antiſtiti D. Alfonſo Mendozæ: Grauiſſimo & generoſiſſimo Priori: Splendidiſſimis dignitatibus: Præcellentiſſimo Canonicorum ordini, cæteriſq; patribus conſcriptis. Leo Caſtrus in eadem Eccleſia Canonicus Scripturæ ſanctæ interpres.

S. P. D.

NON me pręterit, Patres ampliſsimi, quam male apud quoſdam audiam, quamque quorundã calculis reus peragar quod per ſex plus minus annos officio meo defuiſſe videar, dum per varia temporum interualla Madridium repetam, aut Cõplutum eamque, & redeam eandem viam, dum conor aduerſarios meos, mihi neſcio qua cauſa offenſiſsimos, placare: & poſtremis duobus annis prorſus parum officij mei memor nec in Eccleſia Valliſoletana ſcripturam interpretor, quo me vocat meus Canonicatus, nec horis canonicis interſum in iſto ampliſsimo canonicorum ordine. Nec immerito quorundam inquam calculis huius tanti criminis reus peragi videor, cum apes tenuiſsimum animal ignauum fucorum genus veſpas & crabrones ab aluearijs cõmuni conſilio & impetu arceant, quod cum in officio non ſint, mella depaſcũtur, nec iuuent vlla in re apes, ſed tantum mella deuorent, & olim in quibuſdam vrbibus nobiliſsimis creabantur magiſtratus, qui apud Romanos cenſores nominabantur, & apud alias vrbes clariſsimas alijs nominibus dicebantur, qui ciues ſuos cogerent quotãnis ſuæ vitę rationem reddere, & merita afficerent pęna eos qui parum diligenter ſuum obijſſent munus aut ſuo officio egreſsi viderentur, nec quidquam habebant pẽſi ſenes ne eſſent, aut vrbium nobiliſsimi & ſummo genere nati, aut quod ampliſsimis dignitatibus fuiſſent præditi, nõ patiebantur illorũ quẽquã auferre impune, ſi ſuo officio egreſsi viderentur, ita grauiſsimum crimen videbatur in omni R. P. quæ

bene

bene gereretur deeſſe quenquam ſuo officio. Scio ego P. grauiſsimi hæc exempla & alia non pauca quæ me ad meum officium vocabant, & in initio meorum operum quæ typis excudere paro, hoc tantũ crimen volui deprecari, quod me & mea conſilia videbantur fœda quadam aſpergere labe, volui redigere in memoriam veſtræ amplitudini P. grauiſsimi in omni R. P. multas eſſe partes quas tueri ipſos ciues neceſſe eſt tam militię quã domi, nec ignauũ genus hominum dici poſſe qui maxime neceſſarias Reip. partes tuendas ſuſcipit ſiquidem in rebus bellicis qui ſedet ad ſarcinas qui caſtra tuetur etiam ſi in exercitu cum cæteris nõ conſerat manus cũ hoſte nõn obeat pugnas, non minus ſpoliorum aut prædę accipit quam is qui cum hoſte conflixit aut belli pericula ſubijt idq; legibus antiquiſsimis regum, & imperatorum cautum erat, & qui conſcendere arces ne ab hoſte occuparetur, minorem operã R. P. nauaſſe creduntur quam qui cum hoſte pedem cõtulere, aut qui arma tulere aduerſus R. P. perduelles, aut qui portas vrbis tuendas ſuſcepere non minorem laudem reportant quam qui cum hoſte conſerit manus, aut qui in acie periculis omnibus ſuũ caput obiectat. At qui me reũ faciũt huius criminis quod ſupra dixi. R. P. inquiunt authoritate non tuo arbitratu hæc obire munera oportebat, ita eſt, ſed imminente ſummo diſcrimine ſtrenuus miles non expectat ducis imperium, ſed capeſsit eam R. P. partem quę maiori periculo eſt infeſta, quod ſi non faceret R. P. immeneret exitium: & ego canonicus interpres ſcripturæ in veſtra iſta inſigni Eccleſia Valliſoletana mearum partium eſſe putaui cum ingruentem procellã varijs modis Eccleſię ſanctę à ſęuiſsimo huius ſanctæ Eccleſiæ hoſte proſpicerem, non expectare alios viros doctiſsimos & religioſiſsimos qui in Chriſtiana R. P. hoc obire munus poſſent, ſed promptus occurrere pugnæ, & manus cum ſęuiſsimo hoſte conferre: me ſequentur alij fortaſſe doctiores, & quibus benignius Spiritus S. lumen aſpiret, qui fœlicius de hoſte triumphent Iudæo, qui vt ait Procopius, ſemper dies, & noctes Eccleſię ſanctę molitur inſidias. Ego Deo maximas habeo agoq;

gratias

gratias quod primus hanc partem capeſij, & quod veſter canonicus in pugnam aduerſus Iudæos ſtrenuus proſiluit non infeliciter quantum mihi perſuadeo veſtræ Eccleſię grauiſsimi P. hanc lauream relicturus quod iam triumphantes Iudęos quod ſcribit Angelus Politianus repreſsi, & noſtros quoſdam qui eos ſequebantur ſui erroris admonui. Quod ſi feci P. grauiſsimi, & me meus nō fallit animus aut phylautia boni æqui que conſuletis pro veſtra ſapientia, & humanitate meos labores, quos ſuſcepi pro tuenda lectione Apoſtolica & Euangelica, & vulgata quas partes niſi tueretur aliquis, & propulſaret hoſtē ſęuiſsimū Iudęum Chriſtiana R. P. prorſus rueret, quod Deus nunquam ſinet, nec me dicetis egreſſum officio meo, qui ſum canonicus interpres ſcripturę cuius munus eſt (vt ait Fabius) ſcripturam caſtigatam reddere priuſquam eam interpretere, nec ingratum vobis futurū arbitror opus in duodecim prophetas quod cudo, in duodecim inquam prophetas, qui myſteria Chriſti iuxta veterum patrum interpretationē, qui Chriſti temporibus proximi fuere, quorū in ore ſemper reſonat Chriſtus, de Chriſto Domino ſemper loquūtur, in quā nō bella Babylonica, & Aſſyriaca ſonāt, aut ita ſonāt, vt nihil videatur agere de Chriſto, Chriſtum ſemper loquuntur iuxta id quod dixit dominus prophetas de ſe eſſe locutos. Iam illud vobis non arbitror ingratiſsimum futurum Solomonis canticorum canticum, quod ædere paro, ne me amuſotatō eſſe dicatis P. grauiſsimi, nam mihi genus quoddā muſicæ eſt, quod ego non minoris facio quam ſi voce non ingratiſsima totum veſtrum templum perſonarem, valete P. grauiſsimi, & ſi quā me culpam contraxiſſe putatis, veniam date: Valete. Salmanticæ. 3. Idus Februarij 1585.

A D

AD LECTOREM.

EXtraxeram ſex annos plus minuſve, lector optime, ititans Madridium & inde rediens id negotij habens, vt curarem excudendos libros quos ſummo labore texueram, hunc imprimis aduerſum obtrectatores ſcripturæ eccleſiaſticæ, & ſcholia in duodecim prophetas minores, & in canticum canticorum commentaria. Verum quanam ſorte mea, aduerſarios nactus ſum acerrimos, eoſq; non paucos & qui mihi hinc inde negotium faceſſerent: præſertim ob hoc opus quod nunc in manibus eſt. Et quanto acrius mihi aduerſabantur quidam Viri boni, tanto vehementius ad hoc opus excudendum typis incũbebam ipſe: & præſbyter qui ab ineunte ætate veluti canis cathenis reuinctus pedibus menſæ inde non diſcedebam pene dixerim vel latum pedem indefeſſo ſtudio & labore ſacros libros manibus verſans, per medios æſtus & per loca gelu, & niuibus concreta, effracta mihi crura ſunt. Ita vt hærere pedibus non poſſem: quid multa? mei aduerſarij in ſpem veniebant, ſi mihi tempus extraherent, me caſurum, & deſerturum cauſam meam. Melius Deus optimus maximus, qui ſupereſſe me voluit cauſæ meæ iam, cum multum æris alieni feciſſem, conſumpta omni pecunia quam ego paraueram ad mandandos typis hos libros: deſpondebam animum dum meditabar dare me in viam ad ſummum Pontificem Chriſti Domini Vicarium, vt ſi non poſſem à ſenatu inuictiſſimi regis Philippi hoc imis precibus eblandiri: ſaltem id efficerem, vt ſummus Pontifex hoc mihi indulgeret. Illud erat graue, ſi ego præsbiter tenuiſſimus aliunde peterẽ opem quam à meo Rege Regũ omniũ maximo. Dum hæc animo repeto forte fortuna regius ſenator Doctor Cogollos cui mea opera à ſenatu regio erant cõcredita, vt curaret id videre equid iuſte peterẽ ipſe an non, equid mihi obijcerent aduerſarij, qui tanto conatu mihi obſtrepebant. Cum forte fortuna ſoli eſſemus, incipit ille, mihi videtur doctor bone experiamur omni conatu, vt decernat ſenatus id quod optimum factu iudicarit, id amplectere, aut redde te tuis. Certũ mihi hoc facere eſt, inquam, ſed non repetã meos neque reuiſam ædes meas. Quid facturus inquit? Romam ibo etiam cruribus effractis: tum ille, Homo ſenio confectus intra triduum aut quatriduum efflabis animam neque ſuppeditabis labori. Sic erit inquam, ſed ſenatus regius meæ mortis culpam ſuſtinebit, & tu ipſe potiſſimum regie ſenator, Quid commerui inquit? ſenatus ipſius faceſſo iuſſa, quid tibi plus poſſum præſtare? Victoriam inquam meæ cauſæ, in te nanque ſita eſt, In me, inquit? in te inquam: Ediſſere mihi cauſam. Faciam libens: omnes quibus meorum operum demandata cura eſt, ea laudibus in cælum ferunt, & tamen cauſas neſciunt inanes, cur non mandentur typis: & per ſex annos vel veniale peccatum in

meis

meis libris nõ inueniũt: quid me pateris Regie ſenator, tædio & labore cõſeneſcere? ſi hoc ipſe diceres ſenatui non ſunt tã tardi ſenatores, vt non intelligerent meã cauſam eſſe optimam, in qua tot aduerſarij per annos ſex vel veniale peccatum non inuenerint. Pupugit hoc ſenatorem regium virum optimum reduocat collegis ſuos, qui forte fortuna Madridij erant, viros doctiſsimos; & eos conſulit: deniq; illi plane dicunt me inſigni iniuria affici in re vtiliſsima Chriſtianæ R. P. Meditantur plurimi ex eodem collegio cauſam meam, & inſigni illa iniuria liberant. Res ad ſenatum defertur, acta mea cauſa in ſenatu. Tale quidam mihi accidit quale in tragœdijs, cum per cataſtrophen in tragœdijs Deus apparere fingitur laborantibus & perditis rebus lucem afferre ſplendidiſsimam; qualem regij ſenatus decretum in huius libri frontiſpitio hic præfert libellus. Non gaudeam? non diffluam letitia? non eam teſter apud omnes? non Pintianum collegium, cuius alumni tot illi viri doctiſsimi erant, inſigni laude celebrem? Iure ergo Prytaneum Athenis celeberrimum erat, vbi prognati ducibus & gubernatoribus de publico alebantur, vt prytanes eſſent, ideſt gubernatores, duces, & ſummi magiſtratus res gerere aſſueſcerent, procul ab omni odio, ab omni inuidia, quæ me, & res meas perditum ibant. Prytanei mores collegia exprimunt, & viros lectiſsimos mittunt; qui rerum publicarũ tractent gubernacula: tales viros, quales fingebat Plato Heroas ſemideos genus hominum diuino beneficio mortalibus datum. Nec enim oues ſeruat ouis altera, neq; boues vna bos quædam: ſed homo, neque æquum eſt, vt hominum cõuenticula gubernet homo, ſed Deus: cuius loco Heros præſit: teſtatum hoc apud omnes quocunq; abieris refer libelle. Egregia, inquies, moneta gratiã referes ſeruatoribus: vt verbis tantũ beneficium perſoluas. Nõ noſti quod dici ſolet? qui gratiã habet, refert, ſi non ſuppetit vnde referat: ſona tu quacunque abieris, dum vita ſuppeditet Pintianum collegium vnde tibi ſalus affulſit, ſona illud Latinè, Græcè, Hebraicè, neque taceas vnquam quin collegia laudes & illa ampliorem gratiam non expetent: collegio Vallisoletano acceptam vitam tuam refer. Tuque lector optime plurimum Vale.

Salmanticæ. Anno. 1585.

AD LIBRVM, QVI EXIRE IN LVCEM VETABATVR, VT adſertores vindiceſque ſuos quærat, illiſque ſe dedat, Franciſci Sanctij Brocenſis carmen.

Vade age Care liber, dominos toto orbe require,
Patronos, patres: nec reperire labor.
Clarus enim Rodericus adeſt, cognomine Vaſquius.
Hiſpanos inter gloria rara viros.
Cui res Hiſpanæ ſunt curæ, & regia gaza,
Et primus verſat, quas habet orbis, opes.
Cernis Ioannem Fernandum è gente Cogollos:
Vtque ſenatoris mania tractet ouans.
Syngiliæ antiquæ præpoſitum quære Molinam
Sollicito optatam qui tibi præſtat opem.
Quære Salinatem, quo conſultore geruntur
Imperturbatæ dogmata ſancta fide.
Inſignem pietate virum ne omitte Pinellum,
Sacrum oratorem, relligione grauem.
Hi tibi erant Helenæ lucentia ſidera fratres,
A perturbatis quum premereris aquis.
His vitam debes, famam, propriamque ſalutem.
Si legeris: ſunt hi portus, & aura tibi.
Hos vbi contigeris, ſinglos reuerenter adito;
Atque minor genibus talia verba refer:
Quod mihi non grates refferre eſt tanta poteſtas.
Aduenio nexu, mancipioque tuus.

INDEX LOCORVM QVOS deprauant impij Iudæi.

EX LIBRO I. APOLOGETICI.

HVIVS operis à principio vſque ad finem ſcopus hic eſt, vt defendantur Pſalmi vulgati, contra Pſalmos, iuxta veritatem hebraicam tranſlatos, quos vitiatiſſimos eſſe Iudaicis dolis profitemur. Eccleſiaſticos Pſalmos veriſſimos huius rei inſolubile argumentum eſſe putamus, quod per mille & quingentos annos, & eo amplius citantur ab ipſo Domino, & ab ipſis Apoſtolis, & Euangeliſtis, à ſacris Doctoribus vbicumque agerent, omnibus temporibus, omnibus locis, omnibus regionibus, vni & eidem, tam Græce, quàm Latine, vt Iudæo impio nulla ſit reliqua tergiuerſatio, oculis hæc cernere poteſt quibus noſtrum, vt iam apparebit.

VEritas Hebraica, quam nominat D. Hieronymus, lectio Hebræa eſt, vera ſancta & legitima. Veritas vero Hebraica quam noſtri temporis homines nominant, falſa, perfida Iudaica lectio eſt, mille dolis referta, & ad peruerſam Rabinorum interpretationem contra Chriſtum Dominum, & contra Apoſtolos eius & Euangeliſtas & contra omnes Doctores ſacros, contra Eccleſiaſticos omnes Iudaica interpretatio eſt: hæc aduerte ex ſingulis quæ dicẽda ſunt.

1 DE Titulo Pſalmi. 109. Dixit Dñs Dño meo, cuius Titulus explanatur à Dño, vitiatur ab aduerſarijs, mutatione vnius literæ defenditur contra Iudæos: lib. 1. f. 64. 65. 66. 67. 68.

2 Tecum principium in die virtutis tuæ. lib. 2. f. 254. defenditur hic locus cõtra Iudæos.

3 In ſplendoribus ſanctorum. lib. 2. fol. 254. 255.

4 Ante Luciferum genitus. lib. 2. f. 255.

5 Ex vtero ante Luciferum genui te. lib. 2. f. 255. 256.

6 Tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech. lib. 2. fo. 257. 258. defenditur hic locus cõtra Iudæos.

7 Et permanebit cum Sole. Pſalmo. 71 lib. 3. fo. 258. defenditur hic locus contra Iudæos.

8 Ante Lunam in generatione & generationem. lib. 3. f. 258. 259. defenditur hic locus contra Iudeos, & etiam. lib. 1. fo. 68. 69.

9 Erit nomen eius benedictum in æternum. lib. 3. f. 259. defenditur hic locus contra Iudæos. & lib. 1. cap 35. f. 72.

10 Ante Solem permanet nomẽ eius, defenditur hic locus contra Iudæos. lib. 3. f. 259. & lib. 1. cap. 36. fo. 72.

11 Deſcendit ſicut pluuia in vellus, defenditur hic locus contra Iudæos. libro. 3. fo. 260.

12 Et ipſe tanquam ſponſus, defenditur hic locus contra Iudæos. li. 3. f. 261. 262

13 Orietur in diebus eius iuſtitia, donec auferatur Luna. lib. 1. cap. 32. f 71.

14 Adorabunt eum omnes reges terræ. defenditur hic locus contra Iudæos. lib. 1. cap. 32. f. 71.

15 Dominabitur à mari, vſque ad mare.

defenditur hic locus contra Iudæos. lib. 1. cap. 34. f. 71.
16 Benedicentur in eo omnes tribus terræ. lib. 1. cap. 37. f. 72. defenditur hic locus contra Iudæos.
17 Titulus Pſal. 44. defenditur contra Iudæos. lib. 1. cap. 40. f. 74.
18 Altera pars tituli Pſal. 44. defenditur contra Iudæos, pro rebus commutãdis. lib. 1. cap. 41. f. 74.
19 Specie tua & pulchritudine tua. defenditur contra Iudæos. lib. 1. f. 75.
20 Thronus tuus Deus. defenditur hic locus contra Iudæos. lib. 1. c. 44. f. 75.
21 Vnxit te Deus Deus tuus. defenditur hic locus contra Iudæos. lib. 1. cap. 44. f. 75. 76.
22 Audi filia & vide. defenditur hic locus contra Iudæos. lib. 1. c. 45. f. 76. 77.
23 Quoniam ipſe eſt Dominus Deus, & adorabunt eum. defenditur hic locus cõtra Iudæos. lib. 1. f. 78.
24 Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis. defenditur hic locus contra Iudæos. lib. 1. f. 79.
25 Mater Sion dicet. defenditur hæc antiqua lectio. lib. 1. f. 79. columna finali.
26 Hi fuerunt illic: vel hi renati fuerunt illic. defenditur & explanatur. ibidem.

Idiotiſmi Hebræi.

Idiotiſmorum prætextu vitiatur ſcriptura.

1 PLuit Dominus à Domino, & ſimiles omnes. lib. 1. f. 97.
2 Saluabo eos in Domino Deo ſuo. ibid.
3 Abſcondita eſt fortitudo eius. libro. 1. fo. 97.
4 Ingredere in ſenectute tua in ſepulchrum. ibidem. lib. 1. f. 97.
5 Labor AEgypti & negociatio eius. ibidem. lib. 1. f. 97.
6 Nunquid iuxta plagam percutientis percuſſit eum? ibidem. libro. 1. folio 98.
7 Arate vobis arationem, apud Oſeam. lib. 1. f. 99.
8 Exetis ſupra frenum equi. libro 1. f. 98. 99.
9 Ex vtero ante Luciferum genui te. lib. 1. fo. 199.
10 Credidit Abraham Deo. ibidem.
11 Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis. ibidem.
12 Abſorpta eſt mors in victoriam. ibidem.
13 Ecce virgo concipiet. lib. 1. fo. 101.
14 Dominus regnauit à ligno. ibidem.
15 Ex ore infantium. lib. 1. fo. 101.
16 Quia in labris alteris & lingua altera. lib. 1. fo. 102.
17 Aſcendit in altum, captiuam duxit captiuitatem. lib. 1. fo. 102.
18 Non relinques animam meam in inferno. lib. 1. f. 102.
19 Ecce qui incredulus eſt, non recta erit anima mea cum eo. lib. 1. f. 102.
20 Qui facit angelos ſuos ſpiritus. libr. 1. fo. 102.
21 Ex vtero ante Luciferum genui te. lib. 1. fo. 99.
22 Non eſt præceptum poſt præceptũ, vel manda remanda. lib. 1. f. 98.
23 Aures fodiſti mihi. lib. 1. f. 102.

FINIS LIBRI I.

INDEX LOCORVM QVOS depravant impij Iudęi.

EX LIBRO II. APOLOGETICI.

LIS omnis orta inter nos & Iudæos de punctis eſt, & apicibus, & mutatis litterulis & vocum ſignificationibus. Iudæi antiquiſsimi defendunt noſtram cauſam, aut nos potius eam defendimus illorum teſtimonijs.

1 MAtthęi locus: non licet eos mittere in corbonam. defenditur contra Iudęos ex Ioſepho Iudæo. libro. 2. cap. 49. & deinceps. f. 160.

2 Manna non Man dicendum. lib. 2. fol. 161. contra Iudæos.

3 Locus Exodi. cap. 16. Manhu defenditur contra Iudęos ex Philone Iudæo. lib. 2. f. 161.

4 Paſcha noſtrum emendatur ab aduerſarijs: nam phaſe dicitur à D. Hiero. nos vtrumq; dicendum contendimus: alterum authoritate D. Hier. noui teſtamēti authoritate alterum, vbi ſemper dicitur Paſchā, quod defenditur Ioſephi authoritate & Philonis Iudęorum.. lib. 2. f. 162.

5 Sodoma, & Gomorra, quibus nominibus vtuntur Petrus & Paulus, & Matthæus oppugnantur à Iudęis: defenduntur authoritate Philonis & Ioſephi Iudæorum. lib. 2. f. 162. 163.

6 Ieſus Naue, dicitur in noſtra vulgata Ioſue filius Num, vtrumq; recte refellūtur Iudæi qui negant dicendū Ieſu Naue authoritate Ioſephi Iudæi. li. 2. f. 164

7 Obed genuit Ieſe, Ieſe genuit Dauid & ſimiles loci defenduntur authoritate Ioſephi Iudæi. lib. 2. f. 165. vt Ieſe & Iſai dici poſsit.

8 Achaz, Rahab, Roboam, Solomon & ſimiles alię dictiones hebrææ defenduntur ex Ioſepho Iudęo. lib. 2. f. 175.

9 Achaz, genuit Ezechiam defenditur teſtimonio Ioſephi & Philonis Iudæorū lib. 2. f. 165. 166.

10 Ieconias genuit Salatiel defenditur teſtimonio Ioſephi Iudæi. lib. 2. f. 167.

11 Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Tamar, & ſequentia defenduntur authoritates Ioſephi Iudæi. ibidem.

12 Moyſes, vox hebræa vſurpata frequētiſsime in noſtra vulgata defenditur contra Iudęos ex Ioſepho, & Philone Iudæis. lib 2. f. 168.

13 Noe dicūt debere ſcribi Noach defenditur Matth. & Lucas, & Paul', & Petr', contra noſtros aduerſarios. li. 2. f. 169.

14 Oriens ſplendor lucis ęternæ ſol iuſtitiæ veni: & illa antiphona orietur ſicut ſol ſaluator mundi, oppugnantur ab aduerſarijs defenduntur teſtimonio Philonis Iudæi. lib. 2. f. 171.

15 Dām Deū tuū adorabis oppugnatur ab aduerſarijs, defenditur authoritate Philonis Iudæi. ibid. lib. 2. fo. 172.

16 Non in ſolo pane viuit homo oppugnatur ab aduerſarijs defenditur authoritate Philonis Iudæi. ibid.

17 Flagellat omnē filium quē recipit defenditur hic locus à Philone Iudæo. ibi.

18 Lucas Euang. de 75. animabus defenditur à Philone Iudæo. ibid.

19 *Rabinorum teſtimonia qui hebrææ lectioni eccleſiaſticam anteponunt.*

20 R. Dauid, R. Menachem, R. Ieudah, R. Ionah, R. Ioſeph, vt leges in theſauro Pagnini verbum hebræum leicroth ſcribi quidē cū c, aiunt: ſed legi debere cum b, leibroth: ergo vnam litteram mutant de ſuo c, in b, quanquam R. Ionah dicat ſe ſcriptum inueniſſe in libris caſtigatioribus leibroth, ergo Rabini mutant lectionem hebræam ex differentia vocum hebræarum, quamuis dicant, ſe inueniſſe ſic in codicibus caſtigatioribus, ſic tamen caſtigatur lectio hebræa, vt legimus, venit omnis populus, vt edere facerent panē Dauid. li. 2. c. 55. f. 175. 176.

21 Pſalmo 17. poſuit immaculatam viam meam docet R. Dauid fuiſſe mutatam perſonam, ſua tempeſtate, & pro viam meam ſcriptum eſſe viam eius. ibid.

22 Et in illo Pſalmi. 58. miſericordia eius præueniat me, audet idem R. Dauid, vt leges in Theſauro, in dictione quadam dicere ſcribi hunc verſum in tertia perſona, & legendum eſſe in prima, vt cõgruat ſententia Rabinorum. ibid.

23 Oſeæ 13. perditio tua Iſrael tantummodo in me auxilium tuum pro perditio tua, hebraice eſt ſicheth, quam dictionem noſtra vulgata nomen fecit, hebrei faciunt verbum tertię perſonæ R. Selomo mutat in verbum ſecundę. ibi.

24 Eſaiæ cap. 35. pro lętabitur, quod eſt in principio capitis hebraice eſt duplex lectio, Ieſuſum, & Ieſuſun, Ieſuſum, cũ m, ſignificat lętabitur in eis, Apoſtolis ſcilicet, de eis enim egerat cap. ſuperiore. & tamen R. Dauid, R. Abraham audacter negant legi poſſe Ieſuſum cum m, quod eorum Iudaicę ſententiæ non congrueret: nam quę ratio eſt inquiũt, vt dicatur lætabitur in eis, vel cũ eis, ſi ad Chriſtum conuerſi fuiſſent intellexiſſent profecto cum eis cum Apoſtolis de eis enim egerat c. ſuperiore hęc ideo dicta ſunt, quod Iudæi & noſtri quidam Rabinos audiunt, & ſequuntur: vt nos audentius ſequamur Euangeliſtas. ibid.

¶ Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, quod ſi quis obijciat hebraice eſſe ante faciem meam, & ſic vertiſſe Diuum Hieronymum, vtrumque eſſe recte dicimus, rectius tamen eſſe, quod per os euangeliſtarum ſpiritus ſanctus eſt loquutus, quod vero plura ſint in euangeliſtis, quam in hebręa lectione, & in vulgata, in hac parte in tribus Euangeliſtis, hoc frequens eſt in hebræa lectione in qua negligentia Iudaica, aut malitia, vt ait Chry. & nos docemus. cap. 64. lib. 3. f. 176. in quo dicitur demonſtratio ad oculum per totum.

25 Leges in dictione humath, columath, in ſcriptura vitioſe legi, aut vitiari à Rabinis, & pro columath, legendum eſſe chelehumath. ibid.

26 Vatablus in illud Geneſeos. cap. 49. ligans ad vineas pullum ſuum, & ad vitem, ò fili mi aſinam ſuam pro fili, mi hebraice eſt beni, quod ſonat ò fili mi, vt præfert vulgata Vatablus negat legendum eſſe beni. non controuerſor de ſenſu, ſed de audacia Rabinorum qua hebræam lectionem, & noſtram vulgatam caſtigant, aut potius vitiant. ibid.

27 Proijce illud ad ſtatuarium, pro ſtatuario hebraice eſt, Ioſer audet R. Dauid, & Vatablus dicere pro Ioſer legendum eſſe Oſar, ideſt Theſaurum hęc tyrannis eſt, vt vitient Iudęi ſcripturã, & nobis nõ liceat caſtigare vitiatam? cap. 55. lib. 2. fo. 177.

28 Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam. lib. 2. cap. 56. fo. 178. de quo ſupra.

29 Leges in dictione Tamam defecerũt ſcrutantes ſcrutinio vbi pro defecerũt, Rabini vertunt perfecerunt, hebraice eſt Tamamnu. i. defecimus R. D. mutat primam perſonam in tertiam, & recte quidem: ſic enim præfert noſtra vulgata, defecerunt, non defecimus: & ita legendum monet Tamnu, ideſt defecerunt, non Tamãnu defecimus, vbi R. D. mutat primam perſonam in tertiam. ibi.

30 R. D. in dictione Natan Ezechielis. c. 16. ait in ſanguine filiorum tuorum quos dediſti eis: hebraice eſſe quos dedi eis, & legendum eſſe quos dediſti eis, vt verior ſit hebræa lectione noſtra vulgata, & L.xx. virorum lectio. ibidem.

31 Paulo infra eo quod non fueris recordata hebraice eſt in prima perſona legẽdumq; docet R. D. eo quod non fueris recordata, vt verior ſit lectione hebræa eccleſiaſtica lectio. ibid.

32 Eodem capite leges in dictione Iarad, Ruth. cap. 3. ſcriptum eſſe veiaradthi. i. deſcendi vel deſcendam, in prima perſona, legendum iaradte in ſecunda & ſimilia. ibid. c. 57. li. 2 f. 180. 181. 182. oſtẽditur multis exẽplis hebræa lectione lectionem eccleſiaſticam eſſe multo caſtigatiorem.

33 Quædam litteræ hebrææ teſtimonio Rabinorũ propter ſimilitudinẽ mutuo in ſe tranſeunt. lib. 2. c. 58. f. 182.

34 Rabini oſtendunt lectionem hebræã quibuſdam locis eſſe vitiatam. cap. 59. lib 2. fo. 182. 183.

35 Quædam teſtimonio Rabinorum hebraice legi cum negatione, & ſine negatione

gatione

gatione.lib.2. cap.60.f.183.

36 Rabini ex lectione hebrea dictiones mutarunt.lib.1.2.c.61.f.148.

¶ *Oſtenditur adhuc Rabinorum teſtimonijs lectionem eccleſiaſticam hebrea lectione eſſe caſtigatiorem, & caſtigatur hebræa lectio à Rabinis mutatione litterarum, ſyllabarum, ſimiliumq́, vt nos audacter ſequamur ſi hoc faciunt Apoſtolos & Euangeliſtas, quorum ore loquitur Spiritus ſanctus, lib.2.cap.57.f.180.*

1 LEges in dictione hala, & in dictione halam, cum haim in principio, in illo Pſalmi, ipſe reget nos in ſæcula, pro in ſæcula, hebraice eſſe ladmuth aucto- re.R.D. qui hunc verſiculum interpretatur, vſque ad mortem. ipſe reget nos vſque ad mortem. R. Abraham addita vna littera, & mutata altera, legendum dicit, holamith, vſque in ſæcula, vt præfert noſtra vulgata. mutant ergo litteras Rabini, & caſtigant hebræam lectionem, idque de ſuo, & non licebit Apoſtolis Eccleſiæ magiſtris vitiata caſtigare, quibus verba dictat ſpiritus ſanctus. ibid.

2 Hieremię 18. pro illo ſicut ventus vrens hebraice dicitur eſſe vento Orientali, vt leges in dictione quadam in Theſauro linguę ſanctę. R.D. legendum ait car uach, ſicut ventus, vt locum illũ tranſtulit D. Hiero. tamen quod D. Hiero. vertit urens, reddidit Orientalem. libro. 2. fo.181.

3 Et pro illo cap. 49. Hieremię turbati ſunt, ſicut in mari hebraice dicitur eſſe, turbati ſunt ſicut mare.

¶ Leges in dictione iam Rabinos dicere hebręos codices non habere ſicut mare Calam, vt tranſtulit D. Hiero. ergo fatẽtur eccleſiaſticam lectionem veriorem eſſe hebræa quæ circumfertur. ibid.

4 Leges in dictione Ata in illo loco 1. Regum. c. 14. & verſus eſt ad prędã pro verſus eſt, hebraice ſalias, cum haim con pregauit, & legendum eſſe uaiaſe verſus eſt irruit vbi lectio hebræa caſtigatur à R.D. ad normam noſtrę vulgatæ. ibid.

5 Leges in dictione nud in illo verſiculo migra in mõtem, ſicut paſſer, hebraice eſſe nidu migrate & Rabinos caſtigare nudi migra. ibidem.

6 Et ſtatim ſcriptum eſſe migra in montem, ſicut paſſer, pro in montẽ hebraice eſſe in montem veſtrum aut è monte veſtro vt Iudęi ad Dauidem referant, & alios Rabinos caſtigare in montem, vt cum noſtra vulgata congruat. ibidem.

7 Et pro paſſer Rabinos caſtigare quemoſipor, ſicut paſſer, vt Rabini hebræã lectionem, ita caſtigent, vt cum noſtra vulgata, congruat ibidem.

8 Leges in dictione Tophet, in illo loco Iob. cap. 17. exemplum ſum coram eis, pro exemplum hebraice eſſe Tophet. i. gehennam, & non legendum eſſe Tophet, ſed Toph tympanum. ibid.

9 Leges in dictione Aman 4. Regum. c. 5. legi Amana hebraice pro Abana, quæ noſtra lectio eſt, defenditur igitur noſtra lectio à Rabinis litterarum mutatione. fo.182.

10 Leges in dictione Mis cum çamach. Iudic. 7. legi naniſu, ſic fugauerũt, & fugere alios fecerunt, & ianuſu fugerũt ip ſi, quod eſſet duplex lectio. lib. 2. cap. 58. fo.182.

11 Leges in dictione Haim. lib. 1. Samuelis. cap. 18. ſcriptum eſſe hebraice hauen R. D. tamen authore pro hauen legendum eſſe haim. ibidem.

12 Et Iob 33. vt leges in dictione Rab legi eadem ratione Rob, & Rib, ſed hoc commune eſt. ibidem.

13 Cap. 59. multos locos leges qui à Rabinis caſtigantur veluti ad exemplũ noſtræ vulgatæ ibidem.

14 Vt in illud quod leges in dictione Larat. pſal. 30. à deſcendentibus in lacũ mille videas factos mutationes in hebræa lectione, vt trahi poſſit hic locus ad Iudaicos ſenſus. lib. 2. cap. 59. f. 182.

15 Leges in dictione tauah in illo Iob. cap. 31. vt deſiderium meũ audiat omnipotens pro deſiderio hebraice eſt taui ſignum meum addit tamen R. Abraham eſſe qui dicunt deficere litteram aleph, & pro taui ſignum meum legendum ttio taaui deſiderium meum. ibidem

16 Illud cap. 3. Iob qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan, vt leges in dictione . . . R. Moſe, & R. Leui, & R. Sahadia, & R. Selomo, vertunt luctum eorum, & ſocietatem eorum, quod fieri non poſſ[illegible]

 niſi

niſi mutent, n, in, m, non audent inquã ne deprælıendantur in furto: ſolus Vatablus audet, ſed infinita ſunt hęc & nunquam inuentura finem. fo. 183. ibidem.

17 Et 2. Samuelis. cap. 16. ſcriptum eſſe behoni, hebraice, pro behanieni, & legẽ dum veheni oculus meus. cap. 58. lib. 2.

18 Et Ezechielis 9. dicitur eodem loco dictionem hebręam ſcriptam eſſe cum iod, & legi ſine iod. ibidem.

19 Et 1. Samuelis. cap. 3. lectionem hebræam ſcriptam eſſe ſine iod, legi cũ iod & eo loco dicitur vau litteram hebræã redundare. ibid.

20 Leges in dictione chaquaq illud Pſalmi 2. prædicans præceptũ eius R. Emanuel, & R. Selomo interpretari, vt noſtri interpretantur, vt ſit de Chriſto prædicans præceptum patris vel euangelizans præceptum patris. quidam Rabini nobis aduerſantur, & hos quidam è noſtris ſequi malunt qui nobis aduerſantur, quã eos qui nobiſcum faciunt. fo. 183. lib. 2.

21 Et lib. 2. cap. 60. fo. 183. 184. in illo pſalmi, dies formabuntur, & nemo in eis pro quo hebraice eſt, ve, & lo, nõ, echad vnus, bahẽ in ipſis, vbi Rabini alij legũt cum negatione, & non vnus ex ipſis, alij Rabini legunt ſine negatione.

22 Et illud vulgatæ de coruo, qui egrediebatur & nõ reuertebatur, alij legunt ſine negatione. ibidem.

23 Et ca. 61. leges in dictione quum Hieremiæ. cap. 51. in illo, ecce ego ſuſcitabo ſuper Babylonẽ, & ſuper habitatores eius hebraice eſſe ve, el, Ioſbe, leb, camat & in margine caſtigatum Elioſbe eres caſdim. i. ſup habitatores terrę Chaldæorum, vt vertere Lxx. viri trecentis annis ante aduentum Dñi: alia innumera reperies exempla à me citata, vel quę non attigerim tędio laboris. lib. 2. f. 184.

24 Leges in dictione habar. 2. Regũ. cap. 15. ſcribi Beabrot, & legi debere Bearbot. ibidem.

25 Leges in dictione zamar. 18. dictiones hebræas conſulto à Rabinis eſſe mutatas, fatentur 18. dictiones, & ipſe per te intelligere potes fateri Rabinos mutatas à ſe. 18. dictiones, & ſi non lapide obtuſior ſis: intelligere te cõmode poſſe mutatas alias ſexcentas. ibidem.

26 In illo non legatus neque angelus, ſed ipſe Dominus ſaluauit eos iuxta translationem Lxx ex cap. 63. Eſaię leges in dictione iaſar cum ſadichet in dictione ſur hoc loco adnotare Rabinos Iudæos legere varie hunc locum, & varijs modis anguſtia, & non anguſtia quibus dicere poſsis male ſit vobis impij Iudæi, dicite qđ verũ eſt: ſar anguſtia eſt, ſed ſi legas ſir. i. legatus patefieri locũ de Chriſto manifeſtiſsimũ citatũ ab omni antiquitate non legatus nõ angelus, ſed ipſe Dñs ſaluauit eos vitiãt em Iudæi oẽs prophetias manifeſtiſsimas de Chriſto vide noſtra cõmentaria in Eſaiam. cap. 60. li. 2. fo. 184.

¶ De varietate lectionis hebrææ quam hebraice eſſe ſignificarunt ſuis translationibus Iudæi translatores ſcripturę Aquila, Symmachus, Theodotio, & alij.

¶ De punctis hebraicis quod Iudæi euertere omnem ſcripturam, vel hac ſola fraude poſsint. lib. 2. cap. 16. 17. & 18. f. 126. 127. 128. 129.

1 Hieronymus in illud capitis Zachariæ 14. framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum ait Aquilam, Symmachum, & Theodotionem varie hunc locum vertiſſe ob varietatem lectionis hebrææ. lib. 2. fo. 130.

2 Hieronymus in illud Eſaiæ. cap. 38. ſicut pullus hirũdinis quærit cur translatores quod alij vertiſſent ciconiam, alij reddiderint equum agens de Iudæis trãſlatoribus alios ait aliam hebræam lectionem agnouiſſe. lib. 2. f. 131.

3 Et idem Hieronymus in cap. 7. Ezechielis in illud & vir in iniquitate vitæ ſuæ ambiguitas, inquit hebraicarum litterarum iot, & vau, fecit alios hebræam vocem vertere iniquitatem alios vertere oculos: quale ſi liber Hiſpane verſus preferret fuego, & verſus ab alijs juego intelligeres alios interpretes in latino codice legiſſe ludum alios focum legiſſe, neque in re tam perſpicua interpretem accuſares. ibidem.

4 Et D. Hierony. in cap. 5. Oſeę in illud vidit Ephraim languorem ſuum varietatem lectionis varias facere translationis ait Hieron. lib. 2. f. 131.

5 Et in caput 8. Oſeę in illud proiectus eſt ſebabũ varietatem translatorũ ob varias litteras hebræas fuiſſe ait. li. 2. f. 131.

6 In

6. In caput 4. Amos Prophetæ eandem varietatem hebrǫę lectionis fuiſſe cauſam dicit cur Iudæi varias fecerint tranſlationes de Aquilia loquor Symmacho & Theodotione. lib. 2. f. 1 3 2.

7 Idem Hieron. in cap. 1 7. Eſaiæ in illud plantabis plantationem reddens cauſam cur quod ipſe vertiſſet fidelem Aquila, Theodotio, & Symmachus, reddidiſſet pulchram quod varietas hebrææ lectionis fuiſſet, ait, ergo lectio Apoſtolica & Euangelica æquius multo defendentur eodem iure. ibid. f. 1 3 2.

8 Legitur apud Eſaiam, cap. 1 9. ab alijs Rabinis ciuitas deſtructionis, ab alijs ciuitas ſolis ob varietatem vnius litteræ hebrææ. ibidem f. 1 3 2.

9 Leges in dictione Ragag ſimilitudine litterarum, r, &, d, quę hebraice ſunt ſimillimæ eo ventum eſſe, vt omnes voces incipientes ab, r, non ſeparentur ab ipſis Rabinis à vocibus incipientibus à d. fo. 1 3 2.

10 Leges in dictione ſachar. Oſeę 10. in principio capitis alios legere Baſachar. i. in aurora alios caſachar, ſicut aurora propter ſimilitudinem duarum litterarum quid commeruere Lxx cur non ſic defendantur an quod ſemper eos citat ſpiritus ſanctus. ibid. fo. 1 3 2.

11 Hieronymus in cap. 1 1. Oſeę in illud poſt Dominum ambulabunt, ait, mim verbum hebræum quod per tres conſonantes ſcribitur, m, i, m, ſi legas miiam de mari interpretaberis, ſi legas maim aquas dices. lib. 2. cap. 2 2. f. 1 3 6.

12 Idem Hieronymus in illud. cap. 7. Michææ ne læteris, ait verbum hebræum maſor ſi diuidatur in ma prepoſitionem & nomen ſor de Tiro ſignificare ſin legatur coniunctim ſonare munitionem, & ſic ait Iudęos interpretes varias facere translationes. ibidem.

13 Et in primum caput Naum idem Hieronymus ait in illud, & in diluuio, me quoniam verbum hebręum, quod nos interpretati ſumus loci eius reliquos interpretes Symmachum Aquilam, & Theodotionem Iudæos coniunctim legere vbi litteræ, puncta & alia mutantur authoribus Iudęis antiquiſsimis. qua ratione non video quis non poſsit defendere noſtros Apoſtolos & Euangeliſtas in ſimilibus mutationibus. lib. 2. cap. 2 2. fo. 1 3 6. at qui hi Iudęi tranſlatores erāt proximi temporibus Chriſti, & tūc etiā erat varietas lectionis hebręę.

14 In cap. 3 1. Hieremię vocem illam ſademot Aquilam legiſſe ait coniunctim, & vertiſſe ſuburbana, ſe vero legiſſe diuiſim, & reddidiſſe, ſade, agrū, mo, mortis. lib. 2. cap. 2 2. f. 1 3 6. cur non ſic noſtri Apoſtoli Euāgeliſtæ defendūtur.

15 Et in cap. 7. Ezechielis in illud venit tempus, ait Hieronym verbum hebraicum, chedharim Symmachum vertiſſe recraſtinationem Theodotionē legiſſe diuiſim. ched gloriā harim montiū. ibidē.

16 Et in cap. 20. Ezechielis in illud quāobrem ait bamadiuiſim legi poteſt ba, in ma, quo, in quo & docet poſſe legi coniunctim bama excelſa quibus locis omnibus Hierony. ſe defendit & trāſlatores Iudęos, & Lxx. ibidem.

FINIS LIBRI II.

INDEX LOCORVM QVOS deprauant impij Iudęi.

EX LIBRO III. APOLOGETICI.

fol. 217.

DE Pſalmorum Vulgatorum veritate, & de Argumento libri tertij Apologetici in præfatione ad lectorem. folio. 217.218.219.220.221.

Pſalmos vulgatos Eccleſiaſticos ſolos eſſe veros, & qui dicuntur tranſlati ad veritatem hebraicam tranſlatos eſſe ad Iudaicam perfidiam plenos fraudibus, & dolis in tota prefatione libri tertij, & in locis omnibus adnotatis, ex lib. 1. & ex lib. 2. & ex lib. 3. & ex toto hoc opere ex quibus apparet ſi attente legas veritatem hebraicam, quam noſtri quidã homines appellant, nihil aliud eſſe quã perfidiam Iudaicam, Iudaicos dolos, & fraudes Iudaicas, vt omittam illud dicere, quod ait Ariſtoteles in Prologo Rhetoricę ad Theodectam, illam eſſe veram legis interpretationem quæ facta eſt ante litem natam, non quæ facta eſt poſt natam litem, & Lxx ſeniorum interpretatio facta fuit trecentis annis ante Chriſti Domini aduentum perfidę Iudęorũ interpretationes per mille quingentos annos ſunt confictæ & conſutæ dolis & fallacijs, poſt crucem Domini.

Demonſtratio ad oculum eorũ quæ ſcribunt D. Chryſoſtomus, & alij patres veteres varietatis lectionis hebręæ ob negligentiam Iudaicam, aut malitiam in rebus ſcriptis hebraice duobus locis verbis eiſdem, vt tu tibi ipſi credas ſi quando videris citatam varietatem lectionis hebrææ in litteris, ſyllabis, punctis, diſtinctionibus. cap. 64. fol. 224.225.226 227.228.229.230.

Quod Eccleſia ſancta non videatur nobis proponere hebræam ſcripturam, ſed eccleſiaſticam lectionem vulgatam, ſcilicet, & tranſlationem Lxx libro. 3. folio. 230.231.

Iſac leuitæ refutatio quod defendit hebręã lectionem. libro. 3. fo. 232, & deinceps vſque ad finem.

Quod quædam translationes non tã ſunt translationes quam legis diuinæ mutationes in quibuſdam earum locis. lib. 3. fo. 235.236. vnde deprehendamus fraudes Iudaicas in ſcriptura hebræa. lib. 3. Apologetici. f. 236.237.

Cõtra eos qui ſingula teſtimonia de Chriſto planiora eſſe aiunt hebraice, quam ſunt apud nos. lib. 3. fo. 238.

Quomodo vitia facta in lectione hebræa à Iudæis in omnia exemplaria tranſierint. ibidem.

Veritas hebraica, quæ eſt apud D. Hieron. longe diuerſa à veritate hebraica quam quidam noſtri temporis homines, quidam inquam non omnes neque in omnibus 3. lib. per ſingula capita, per quæ apparebit veritatem Hebraicam, apud Diuum Hieronymum eſſe in lectione hebræa, quæ vera eſt, & ſi duplex ſit lectio, altera in hebræa lectione, in trãſlatione Lxx ſit altera, veritas hebraica quorundam hominum noſtri temporis, quorundam inquam, non omniũ, veritas Iudaica eſt impiæ ſynagogæ, tam in vitiata lectione hebræa ſynagogæ impiæ quam in ſentẽtia vitiata Rabinica & Phariſaica relicta omnium ſanctorum patrum ſententia hæc iacienda erant fundamenta,

menta, ad totum lib. tertium, quartũ, quintum, & ſextum.

1 OMnes viri ducent vxores de Tribu & cognatione ſua Numerorum vltimo, oppugnatur hic locus ab aduerſarijs, quo ſacra virgo non videatur dicenda Dei mater, neque Chriſtus videatur dicendus verus Chriſtus, & quo deijciatur ſanctorum Patrum omnis authoritas tam græcorum quam latinorum quæ omnia defenduntur contra Iudæos & aduerſarij in omnibus cõfutantur lib. 3. cap. 1. fo. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250.

2 Tecum principium in die virtutis tuę lib. 3. fol. 254.

3 In ſplendoribus ſanctorum. lib. 3. fol. 254. contra Iudæos defenditur.

4 Antę Luciferum. lib. 3. fol. 255. contra Iudæos defenditur.

5 Ex vtero ante Luciferum genui te lib. 3. fo. 255. 256. 257. defenditur contra Iudæos.

6 Tu es Sacerdos in æternum ſecundũ ordinem Melchiſedec lib. 3. fol. 257. defenditur contra Iudæos.

7 Cum Sole permanet nomen eius in principio Pſal. 71. lib. 3. f. 258.

8 Ante Lunam in generatione & generationem lib. 3. fol. 258. defenditur cõtra Iudæos.

9 Et erit nomen eius in æternum lib. 3. fol. 259. defenditur contra Iudæos.

10 Ante ſolem permanet nomẽ eius li. 3. fol. 259. defenditur contra Iudæos.

11 Deſcendit ſicut pluuia in vellus lib. 3. fol. 260. defenditur contra Iudæos.

12 Et ipſe tanquam ſponſus procedens &c. lib. 3. fol. 260. defenditur contra Iudæos.

13 Ex his omnibus locis apparebit veritatem hebraicam quam noſtri quidam homines appellant vitiatam lectionem Iudaicam eſſe & explanatam iuxta Rabinos relictis omnibus ſanctis patribus quod qui Chriſtianus eſt opinor execraturum lib. 3. fol. 260. 261. 262.

14 Veritas noſtrorum pſalmorum probata lib. 3 fol. 262. 263. defenditur cõtra Iudæos.

15 Pone manũ tuã ſuper femur meũ li. 3. fo. 263. 264. defenditur cõtra Iudæos.

16 Species quarti ſimilis filio Dei. lib. 3. fol. 265.

17 Ad prædam fili mi aſcendiſti. lib. 3. fol. 266.

18 Adorabunt eum vnuſquiſq; de loco ſuo. lib. 3. fol. 267.

19 Creauit ſuper omnem locum montis Sion. lib. 3. fol. 269.

20 Et ponam in ſæculum ſæculi ſemen eius. lib. 3. fol. 269.

21 Quia Thronus eius ſicut Sol in cõſpectu meo. lib. 3. fol. 270.

22 Iurauit Dominus Dauid veritatem. lib. 3. fol 270.

23 Titulus Pſalmi. 44. de commutandis. lib. 3. fol. 271.

24 Specie tua & pulchritudine tua lib. 3. fol. 272.

25 In his omnibus qui volet aduertere poteſt Iudæis hunc eſſe ſcopum, vt myſteria Chriſti omnia euertant: & religionem Chriſtianam ſubuertant & cur ouſi ſint tam immane nefas, vt ſcripturam ſanctam hebraice corruperint & hic eſt orta hebraicę lectionis corruptela. lib. 3. fol. 273 274.

26 Fundamenta eius in montibus ſanctis. lib. 3. fol. 274. 275.

27 Vtinam dirumperes cœlos & deſcenderes. lib. 3. fol. 275. 276.

28 Porta hæc clauſa erit & nõ aperietur. de ſacra virgene, ante partum, in partu, poſt partum, hic locus vitiatur à quibuſdam. lib. 3. fol. 277. 278.

29 Et aſcendit ſicut virgultum. qui locus hebraice eſt planiſsimus: Iudæi tamen ad impietatem ſynagogæ deflectũt. lib. 3. fol. 278.

30 Et acceſsi ad propheti ſſam & cõcepit & peperit. locus eſt de ſacra virgine, vt oſtendimus in Eſaiam explanatus ſpurciſsime à Iudæis. lib. 3. fol. 279.

31 Emitte Agnum Domine dominatorẽ terræ locus de ſacra virgine explanatus à quibuſdã Iudaicè, vnde & ex ſuperioribus intelliges veritatẽ hebraicã appellari vitiatam hebream lectionem à Iudæis & explanatam iuxta Rabinos cõtra ſententiam ſanctorum patrum lib. 3. fol. 280.

32 Rorate cœli deſuper. locus de ſacra

virgine vitiatus à quibuſdam vt mendacem facerent cãtionem eccleſiaſticam de ſacra virgine.lib.3.fol.281.

33 In medio duorum animalium cognoſceris, locus de Chriſto Domino tractus ad captiuitatem Babilonicam à quibuſdam.lib.3.fol.283.

34 Oratio Abachuch pro ignorantijs de Chriſto Domino tractus à Iudęis ad Babylonios.lib.3.fol.284.

35 Propter hoc dabit Deus vſque ad tẽpus quo parturiẽs pariet. Locus de ſacra virgine relatus à Iudæis neſcio quò.lib.3.fol.284.& 285.

36 Hæreditas Domini filij merces fructus ventris lib.3.fol.286.287.288.

37 Egredietur virga de radice Ieſſe & flos de radice eius aſcendet. lib. 3. fol. 288.289.

38 Repleuit eum ſpiritus timoris Domini.lib.3.fol.289.

39 Prophetia de ſacra virgine vaccilla quæ peperit,& nõ peperit expũcta à Iudæis ex Ezech[illegible]e. lib. 3. fol.290.

40 Deus à libano veniet & ſanctus de Monte vmbroſo & cõdenſo. eſt locus de ſacra virgine perturbatus à quibuſdam. lib.3.fol. 290. 295.

41 Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael. locus de ſacra virgine perturbatus à Iudæis. libr. 3. fol 293. 294.295.

42 Via viri in adoleſcentia locus de ſacra virgine explanatus lib. 3. f.296.297.

43 Ecce dies venient & ſuſcitabo germẽ iuſtum.lib.3 fol.298.

44 Et hoc eſt nomen quod vocabunt eũ Dominus iuſtus noſter. Locus de diuinitate Chriſti deprauatus à Iudæis & defenſus.lib.3.fol.299.

45 In diebus illis & in tempore illo germinare faciam Dauid. de Chriſto impugnatus locus & defenſus. libr. 3. fol. 300. 302.

46 Deus fortis. de diuinitate Chriſti impugnatus locus à Iudæis & defenſus. lib. 3.fol.303.

47 Quod el, ſemper referatur ad Deum nunquam ab hominẽ nulũ niſi cũ intereiectum eſt iod quod rariſsimum eſt cõtra Iudæos.lib. 3. fol.304.& deinceps.

48 Sancta Trinitas declaratur quibuſdã locis ſcripturæ.fol.306.

49 Attollite portas principes veſtras impugnatus locus ab aduerſarijs & defenſus à nobis.lib.3.fol.306.

50 Non auferetur ſceptuum de Iuda. lib.3 fol.307.308. contra Iudæos.

51 Euidentiſsimũ teſtimoniũ de Chriſto & eius aduentu obſcuratus à Iudæis & vitiatus defenſus. libr. 3. fol. 307. 308.309.

52 Ipſe erit expectatio gentium prophetia inſolubilis de Chriſto cui reſponderi non poſsit niſi fraudibus Iudaicis. li. 3.fol.309.310.311.

53 Vnde hæc peſtis ſit nata vt noſtrorũ quidam eccleſiaſtica oppugnent.lib.3. fol.313.& ſuperioribus.311.312.

54 Maledicam eis qui maledicunt diei & nocti qui parati ſunt ſuſcitare leuiatam locus . locus oppugnatus à Rabinis. li. 3.fo.313.314.

55 Et Auis aduolatum. locus explanatus à Rabinis, aliter quam à ſanctis patribus quos quidam ex noſtris ſequuntur. lib. 3.fol.314.

56 An poteſt aliquis guſtare quod guſtatum affert mortem? lib. 3. fol.314. vbi quidam ex noſtris Rabinos ſequuntur relictis ſacris ſcriptoribus.

57 tempore quo fuerint diſsipati peribũt vbi idem fit.lib.3.fol.315.

58 Super aceruum petrarum &c. idẽ fit vt relictis noſtris ſanctis ſcriptoribus quidam ſequantur Rabinos. libro. 3. fol.315.

59 Quæ prius nolebat tangere nũc præ anguſtia cibi mei ſunt idẽ fit, vt quidam relictis ſacris ſcriptoribus Rabinos ſequantur ibidem.

60 Quia cœpit ipſe me cõterat in hoc quoque idẽ faciunt noſtri lib.3.fol.316.

61 Vt affligens me dolore nõ parcat idẽ in hoc quoque fit.fol.316.

62 Qui tollit ab amico ſuo miſericordiam timorẽ Domini derelinquit in hoc quoque fit idem vt in ſuperioribus ibidem.

63 Qui timent pruinam irruet ſuper eos nix idem in hoc quoque capite oſtẽditur ibidem, & capite quoque ſequenti.

64 Poſtremo capite vitiata apparet ſcriptura ex tranſlatione D.Hieronymi.lib. 3.fol 316.& noſtri quidam Rabinos ſequuntur ibidem.

65 Nunc veniſtis.libr. 3.fol.317.ex hoc capite

capite & ſequenti apparet quoſdam ſequi Rabinos, & Rabinicam interpretationem & per reliqua capita. lib 3. fol. 318. 319. vt appareat quam laxis habenis quidam relictis noſtris ſequantur Iudæos.

66 Vos eſtis onus. monſtratur Iudæos vitiaſe ſcripturam. lib. 3. fol. 320.

67 Et ex capite 51. Hieremiæ ibidem.

68 Adorabũt de ipſo ſemper, ideſt, legis Euãgelicæ ſacra omnia futura de nouo teſtamento. lib. 3. fol. 320.

69 Erit firmamentum in terra in Pſalm. 71. de ſacra euchariſtia explicandum non Iudaice. lib. 3. fol. 320.

70 Non permanebit ſpiritus meus in homine. lib. 3. fol. 320.

71 Obſecro vt fiat in me duplex ſpiritus tuus. lib. 3. fol. 321.

72 *De propheticis prædictionibus de paſsione. lib. 3. fo. 323. 324.*

73 De Ioſeph Chriſti typo diuendito triginta argenteis & de trãſlatione LXX ſubinde à Iudæis per noſtros vitiata. lib. 3. fol. 325.

74 Inimici mei dixerunt mala mihi quando morietur & peribit nomen eius. lib. 3. fol. 325.

75 Verbum iniquum conſtituerunt aduerſus me prophetia de Chriſto vitiata à Iudeis & defenſa. lib. 3. fol. 326.

76 Nunquid qui dormit non adijciet, vt reſurgat, locus de Chriſto Domino peruerſus à Iudæis & defenſus. lib. 3. fol. 326.

77 Suſcita me Domine & reddam eis, locus de reſurrectione Chriſti & vatiſta (?) Iudææ. lib. 3. fol. 326.

78 Inſurrexerunt in me teſtes iniqui & mentita eſt iniquitas ſibi: locus de paſsione Domini tranſlatus à quibuſdam noſtris ad Dauidem ibidem.

79 Credo videre bona Domini &c. lib. 3. fol. 327.

80 Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus. lib. 3. ibidem.

81 Domine eduxiſti ab inferno animam meam. lib. 3. fol. 328.

82 Ad veſperum demorabitur fletus. lib. 3. fol. 329.

83 Quæ vtilitas in ſanguine meo ibidẽ.

84 Dicite in nationibus. lib. 3. fol. 330.

85 Pſalmi pro torcularibus, id eſt, de paſſione Chriſti à Iudæis alio relati. lib. 3. fol. 331.

86 De tituli inſcriptione pſalmorum lib. 3. fol. 332.

87 Titulus pſalmorum nec corrumpas. lib. 3. fol. 332.

88 De paſsione Chriſti & de deprauatione Iudaica huius tituli. lib. 3. fol 332.

89 Occidetur Chriſtus & non erit eius populus qui eum negaturus eſt. libr. 3. 333. 334.

90 Vngetur ſanctus ſanctorum ibidem de Chriſto Domino. lib. 3. fol 334.

91 Et ciuitatem & ſanctuariũ diſſipauit populus cum duce venturo & finis eius vaſtitas lib. 3. fol. 334. de vaſtitate Iudææ poſt crucem Domini quos locos Iudæi alio referunt & refutantur lib. 3 fol. 334. & 335.

92. Et poſt finem belli ſtatuta deſolatio fo. 336. de eodem & refutantur Iudæi lib. 3. fo. 337. 338.

93. Et dederunt eſcham meam fel. &c. de paſsione Domini, & Iudæi refutantur. lib. 3. fol 338.

94 Eſtimatus ſum cum deſcẽdentibus in lacum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber de eodem, & refutantur Iudæi lib. 3. fol. 339. 342.

95 Poſuerunt me in loco inferiori in tenebroſis & vmbra mortis. lib. 3. fo 342.

96 Deus Deus meus, &c. de paſſione Domini relatus locus à quibuſdam alio. lib. 3. fol. 343.

97 Longe à ſalute mea verba delictorũ meorum locus relatus ad paſsionẽ Domini & defenſus contra Iudæos lib. 3. fol. 342.

98 Foderunt manus meas & pedes meos de paſsione Domini vitiatur hic locus à Iudæis qui tamen refutantur. libr. 3. fol. 344.

99 Populo qui naſcetur quem fecit Dominus prophetia de populo eccleſiæ quam expungunt Iudæi & refutantur. lib. 3. fol. 344.

100 Titulus Pſalmi. 21. de reſurrectione Domini quem negant Iudæi eo referẽdum & refutantur. lib. 3. fol 349.

101 Acceſit homo ad cor altum & de verſibus & antiphonis ſabbati ſancti de

prauatis

102 Et refloruit caro mea de reſurrectione Domini hic locus vitiatus à Iudæis & defenſus.lib.3.fol.347.

103 Titulus Pſalmi. 65. qui eſt in finem reſurrectionis alio deflexus à Iudæis qui refutantur.lib.3.fol.347.

104 Titulus Pſalmi. 47. de reſurrectione Chriſti vitiatus à Iudæis qui refutantur lib.3.fol.348.

105 Titulus Pſalm. 23. huic Dauit prima ſabbati de reſurrectione Domini vitiatus à Iudæis hic locus & defenſus lib.3. fol.348.

106 Ego dormiui & ſomnum cepi de reſurrectione Domini contra Iudęos.lib. 3.fol.349.

107 Quapropter expecta me in die reſurrectionis meæ & refutantur Iudæi. lib. 3.fol.349.350.

108 Vltra flumina AEthyopæ inde ſupplices mei de redēptione generis humani ſacta à filio Dei & refutantur Iudæi.lib.3. fol.351.

109 Hic filius meus ſapiēs de reſurrectione mortuorum & refutantur Iudæi.lib. 3.fol.352.

110 Scio quod redemptor meus viuit de reſurrectione mortuorum & confutantur Iudæi.lib.3.fol.353.

111 Et ruſus circundabor pelle mea de eadem Domini reſurrectione confutantur Iudæi.lib.3.fol.354.

112 Quem viſurus ſum ipſe & non alius pro me de eadem refutantur Iudæi.lib. fol.355.

113 Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.lib.3.fol.355. De eadem reſurrectione & refutantur Iudæi.

114 Quaſi meridianus fulgor cōſurget tibi & refutantur Rabini.lib.3.fol.356.

115 Cum te conſumptum putaueris orieris, vt Lucifer de eadem reſurrectione ſanctorum refutantur Iudæi.l.3.f.356.

116 Habebis fiduciam propoſita tibi ſpe de eadem reſurrectione, & refutantur Rabini.lib.3.fol.356.

117 Oculi impiorum deficient de pœnis impiorū lib.3.fol.356.refutātur Iudæi.

118 Operi manuum tuarum porriges dexteram de reſurrectione ſanctorum. lib. 3.fol.357.refutantur Iudæi.

119 Ipſa conteret caput tuum & tu inſidiaberis calcaneo eius de ſacra virgine quod per eam futura erat redemptio generis humani lib.3.fol.357.

110 Mittamus lignum in panem eius de paſsione Domini & refutantur Iudæi. lib.3.fol.358.

121 Non deerit princeps è Iuda &c. de aduentu Domini propheta inexpugnabilis & refutātur Iudæi.li.3.f.358.359.

122 Tu es ſacerdos in æternum de ſacerdotio Chriſti & fraudibus Iudaicis. lib. 3.fol.360.

123 De vacca illa quæ peperit & nō peperit hoc eſt de ſacra virgine. libro. 3.fol. 360.

324 Quia creauit Dominus nouū ſuper terram admirabilis propheta de ſacra virgine.lib.3.fol.361.362.

125 Ad prædam fili mi aſcendiſti de ſacra virgine.lib.3.fol.362.

126 Eloā, id eſt, Deus creator & opifex omnium contra Pagninum numero ſingulari acceptum frequentiſsime. lib. 3. fol.363.

127 De AEtymologia huius nominis Iſrael.lib.3.fol.363.

¶ In fine tertij libri dixi eo animo me exorſum eſſe hunc tertium librum, vt cæteris longiorem facerem. ſed poſtquā oſtēdi quoſdam immiſsis habenis relictis ſacris ſcriptoribus ſequi Rabinos, plus ſatis me dixiſſe intelligo, ſi hæc peſtis graſſari cœperit in eccleſiam ſanctā quæ graſſatur in quoſdam immaniſsime. Vtinam Deus optimus maximus ſub veniat ſuis alioquin? Sed ſatis dictum eſt hoc loco. Pro Chriſtum Dominum ſcriptum eſt Chriſti Domini male.

Finis Libri tertij.

INDEX LOCORVM QVOS depravant noſtri aduerſarij.

1 AIunt quidam quod Lxx tranſlatio repudiata ab eccleſia eſſe videatur, cum primum vulgata æditio D. Hieronymi recepta eſt, qua re vel ſola euertitur Chriſtiana reſpublica. lib. 4. fol. 367 368.

2 Quod Apocrypha appellentur à quibuſdam in eccleſia contra omne ius & æquum quæ petita ex tranſlatione Lxx ſunt. lib. 4. fol. 368. 369.

3 Quod ex trãſlatione Lxx petita ab Apoſtolis & Euãgeliſtis à quibuſdam Apocrypha fiunt, qua re vel ſola euertitur Chriſtiana reſpublica. lib. 4. fol. 369. 370.

4 Quod ſententia quam refutaui de Apocryphis, omnia Chriſtianæ reipublicæ euertit ſacramenta. libro. 4. fol. 372.

5 Quod D. Hieronymus, & Lxx in ſuis tranſlationibus litterarum ſimilitudine decipi potuerint. qua re vel ſola euertitur Chriſtiana reſpublica. lib. 4. folio. 372 373. 374. 375. 376.

6 De Andrea Maſio & eius in Lxx viros conuitijs & ad ea defenſio. libro 4. fol. 377. 378. 379 380. & deinceps.

7 Quod Apoſtoli, & Euangeliſtæ ſint interpretati, aliter explananda non eſſe iuxta ſententiam Diui Hieronymi. lib. 4. fol. 399.

8 Quod ſint qui locos citatos ab Apoſtolis, & Euangeliſtis dicant citatos allegoricè qui d Diuus Hieronymus de hac re ſentiat. lib. 4. fol. 399. 400.

9 Quid Diuus Hieronymus ſentiat de iudaicis interpretationibus & cur vereamur aliter interpretari, quæ Apoſtoli, & Euangeliſtæ ſunt interpretati. lib. 4. fol. 400. 401. 402. 403.

10 De fide noſtra, & eccleſiaſtica ſcriptura. lib. 4. cap. 1. fol. 407.

11 De Prophetis, quod Deus ad nos loquitur per prophetas tanquam per inſtrumenta viua neque prophetę loquãtur ad nos niſi inſtrumentaliter contra quoſdam. lib. 4. cap. 2. f. 407. 408. 409.

12 De Apoſtolis, & Euangeliſtis, quod non ipſi ſint nobis ſcripturam interpretati ſed Deus per ipſos. lib. 4. capi. 3. fol. 410. 411. 412. 413.

13 Contra eos qui nobis obijciunt Apoſtolos, & Euangeliſtas fuiſſe idiotas. li. 4. cap. 4. fol. 414. 415. 416. 417.

14 Contra Iudæos qui noſtram ſcripturam arguunt falſitatis. lib. 4. cap. 6. fol. 417. & cap. 7. fol. 418.

15 De authoritate eccleſiæ catholicæ, contra noſtros aduerſarios. lib. 4. ca. 8. fol. 418. 419. 420.

16 Eccleſiæ ſanctæ initium & authoritas contra noſtros aduerſarios lib. 4. capit. 9. fol. 421. 422.

17 De nouo teſtamento contra noſtros aduerſarios. lib. 4. cap. 10. fol. 422. 423. 424.

18 Euangelica authoritas quod per ipſos nos docuerit Dominus contra noſtros aduerſarios lib. 4. fol. 424. 425.

16 De ſacroſancta triade. cõtra noſtros aduerſarios. lib. 4. fol. 425. 326. 427. 428.

20 Contra eos qui audent ſcribere quæ fidelium animos timore concutient. lib. 4. fol. 428.

21 Quod ſcripta D. Hieronymi, quidam nullo ipſius merito infament lib. 4. fol. 428. 429. 430.

22 De fide Euangelica D. Lucæ. & D. Marci, contra quoſdam lib. 4. fol 430. 431. 432.

23 Contra eos qui aiũt memoriæ lapſum in Apoſtolis & Euangeliſtis accidere potuiſſe & alia ſimilia lib. 4. fol. 432. 433.

24 Contra eos qui de ſacra virgine parũ prudenter

prudenter & pudenter parum loquuntur.lib.4.fol.433.
25 Contra eos qui de virgine ſacra parum prudenter loquuntur.lib.4.f.434.
26 Ignoti Dei Ara in actis Apoſtolorum contra quoſdam.lib.4.fol.434.435.
27 Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti contra quoſdam. lib.4.fol.435.
28 Et vocabitur nomen eius Deus fortis contra quoſdam.lib.4.fol.436.437.
29 Tu es Petrus & ſuper hanc petram. lib.4.fol.438.439.
30 Tu vocaberis Cephas qui dicitur Petrus.lib.4.fol.441.contra Iudæos.
31 Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.lib.4.fol.442.
32 Quod fidei noſtrę fundamenta videatur euerti.lib.4.fol.443.444.
33 Quod non eſt par authoritas D.Petri & cæteraorum Apoſtolorũ contra quoſdam.lib.4.444.
34 De Diuo Paulo & de loco Actorum. capit.13.folio.445.
35 Quid queris nomen meum quod eſt admirabile.lib.4.fol.446.
36 Domine quis credidit auditui noſtro & de ſtylo ſcripturæ contra quoſdam. lib.4.fol.447.
37 Credidi propter quod loquutus ſum contra quoſdam.lib.3.fol.447.
38 Lætamini gentes cum plebe eius libr. 4.fol.447.448.
39 Inuentus ſum à non querentibus &c. lib.4.fol.448.
40 Et diligam non dilectam contra quoſdam.lib.4.fol.448.
41 Heloi, heloi, contra quoſdam. lib. 4. fol.449.
42 De Gehena ca.10.Matth.lib.4.folio. 450.
43 Erunt duo in carnem vnã. li. 4.f.451.
44 Patres veſtri manducauerunt manna. lib.4.fol.452.
45 Et Apertis Theſauris. libro.4. folio. 453.

Finis Libris quarti.

INDEX

INDEX LOCORVM QVOS deprauant impij Iudæi.

EX LIBRO V. APOLOGETICI.

1 SPiritum ſanctum in Apoſtolis eſſe loquutum. lib. 5. fol. 458.
2 Ex epiſtola prima Petri, & ex cap. 1. ex Eſaia cap. 40. Omnis caro vt fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos fœni. defenditur hic locus contra Iudæos. lib. 5. fol. 463. 464. 465.
3 Ex cap. 2. Petri & ex Eſaia ca. 28. ecce ponamus in Sion lapidem ſummangularem electum probatum, precioſum. li. 5. fol. 466. Vbi intelliges quid noſtro tempore noſtri quidam homines veritatem hebraicam nominant.
4 Qui crediderit in eum nō feſtinet: vel qui crediderit in eum non confundetur. lib. 5. fol. 467.
5 Lapis, quē reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. lib. 5. folio. 468.
6 Et erit vobis in ſanctificationem in lapidem offenſionis, & petram ſcandali. lib. 5. fol. 468.
7 Vos autem genus electū regale ſacerdotium &c. lib. 5. fol. 469.
8 Qui aliquando non populus Dei, nūc autem populus Dei. lib. 5. fol. 470.
9 Qui peccatum non fecit neque inuentus eſt dolus in ore eius. lib. 5. fol. 471.
10 Qui enim vult vitā diligere bonā, & dies videre bonos. &c. lib. 5. fol. 471.
11 Timorem eorum ne timueritis, neque conturbemini, Dominum autem Chriſtum ſanctificate in cordibus veſtris. lib. 5. fol. 472. 473.
12 Et vniuerſa delicta operit charitas. lib. 5. fol. 473.
13 Et ſi iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccator, vbi parebunt. lib. 5. fol. 473.
14 Quia Deus ſuperbis reſiſtit & humilibus dat gratiam. lib. 5. fol. 474.
15 Si enim Deus Angelis peccantibus nō pepercit. li. 5. fol. 475.
16 Sequuti viam Balaam. li. 5. fol. 476.
17 Canis reuerſus ad vomitum, ſus lota in volutabro. lib. 5. fol. 476.
18 Fuit commoratio eorum in deſerto. lib. 5. fol. 477.
19 Fiunt dies eius pauci, & epiſcopatum eius accipiat alter. lib. 5. fol. 478.
20 Et erit in nouiſſimis diebus. li. 5. f. 479.
21 Effundam de ſpiritu meo ſuper omnē carnem. lib. 5. fol. 479.
22 Prophetabunt filij veſtri & filiæ veſtræ lib. 5. fol. 480.
23 Et quidē ſuper ſeruos meos & ancillas meas effundā de ſpiritu meo. li. 5. f. 481.
24 Sol conuertetur in tenebras, & luna in ſanguinem. lib. 5. fol. 482.
25 Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper. lib. 5. fol. 483.
26 Propter hoc lætatum eſt cor meum. lib. 5. fol. 483.
27 Inſuper & caro mea requieſcet in ſpe. lib. 5. fol. 484.
28 Quia non derelinques animam meam in inferno. lib. 5. fol. 484.
29 Nec dabis ſanctum tuum. lib. 5. 485. 486.
30 Nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. lib. 5. fol. 486. 487.
31 De fructu lumbi eius ſedere ſuper ſedem eius faciam, libro. 5. folio. 488.
32 Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis. lib. 5. fol. 488. 489.
33 Aduerte, noſtri homines quam appellent veritatem hebraicam. libro. 5. fol. 489.
34 Prophetam ſuſcitauit Dominus Deus veſter, de fratribus veſtris. libro. 5. folio. 489. 490.
35 In ſemine tuo benedicentur omnes gentes lib. 5. folio. 491.
36 Hic lapis qui reprobatus eſt ab ædificantibus. & c. libro. fol. 491.
37 Quare fremuerunt gentes. lib. 5. folio. 492. 493.

Loci citati à Diuo Paulo.

38 Iuſtus autem ex fide ſua viuet. Abacuc 2. lib. 5. fol. 494. 495.

39 No-

39 Nomen Dei per vos blaſphematur in ter gentes.lib.5.fol.495.
40 Omnis homo mendax.lib.5.fol.496.
41 Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis. lib. 5.fol.496.497.
42 Quia non eſt iuſtus quiſquam, nō eſt intelligens, non eſt requirens Deum lib. 5.fol.497.498.
43 Credidit Abraham deo, & reputatū eſt illi ad iuſtitiam.lib.5.fol.498.
44 Beati quorum remiſſæ ſunt iniq uitates.lib.5.fol.499.
45 Quia patrem multarum gentium poſuite.lib.5.fol.499.
46 Quoniam propter te mortificamur tota die.lib.5.fol. 500.
47 in Iſaac vocabitur tibi ſemen lib.5.fol. 501.
48 Secundum hoc tempus veniā, & erit Sarræ filius.lib.5.fol.501.
49 Iacob dilexi Eſau odio habui libro.5. fol.501.
50 Maior ſeruiet minori.lib.5.fol.501.
51 Miſerebor cui miſertus ſum, & miſericordiam præſtabo cui miſerebor. lib. 5.fol 502.
52 Quia in hoc ipſū excitaui te, vt oſtendam in te virtutem meam.li.5.fo. 502.
53 Vocabo non plebem meam, plebem meam,& non dilectam, dilectam. lib. 5.fol.503.
54 Et erit in loco vbi dictum eſt eis non plebs mea vos.lib.5.fol. 503.
55 Si fuerit numerus filiorum Iſrael, tanquam arena maris.lib.5.fol.503.
56 Nuuquid dicit figmentum ei, qui finxit,quid me feciſtis ſic.lib.5.fol.504.
57 Verbum enim conſumans, & abrebians.lib.5.fol.504.
58 Quia verbum breuiatum faciet Dominus ſuper terram. lib.5.fol.504.
59 Ne dixeris in corde tuo,quis aſcendet in cœlum.lib.5.fol. 504.
60 Vt poſsis dicere, quis noſtrum valet ad cœlum aſcendere, vt deferat illud ad nos lib.5.fol.505.
61 Quis deſcendet in abyſſum? hoc eſt Chriſtum à mortuis reuocare. libro. 5. fol.505.
62 Et dicas quis è nobis poſterit mare transfretare lib.5.fol.505.506.
63 Omnis qui inuocauerit nomen Domini ſaluus erit.lib.5.fol.507.
64 Quam ſpecioſi pedes Euangelizantiū pacem.lib.5.fol.507.
65 Domine quis credidit auditui noſtro. lib.5.fol.507.508.
66 Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum.lib.5.fol. 508.
67 Et ego ad æmulationem vos adducam in gentem inſipientē.lib.5.f.509.
68 Inuentus ſum à non quærentibus me, palam apparui his qui me non interrogabant.lib.5.fol.509.
69 Tota die expandi manus meas ad populum non credentem:ſed contradicētem.lib.5.fol.510.
70 Domine prophetas tuos occiderunt, altaria tua ſufoderunt.lib. 5.fol.510.
71 Reliqui mihi ſeptem millia virorum. lib.5.fol.511.
72 Dedit illis ſpiritum compunctionis.li. 5.fol.511.
73 Fiat menſa eorū coram ipſis in laqueū lib.5.fol.512.513.
74 Veniet ex Sion, qui eripiat, & auertat impietatem à Iacob, & hoc illis à me teſtamentum.lib.5.fol.513.
75 Quis enim cognouit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit: libr. 5.fol. 515.
76 Mihi vendictam,& ego retribuam. li. 5.fol.515.
77 Sed ſi exurierit inimicus tuus ciba illū lib.5.fol.516.
78 Non adulterabis,non occides,non furaberis.lib.5.fol.516.517.
79 Viuo ego dicit Dominus, quia mihi flectetur omne genu.lib.5.fol.517.
80 Improperia improperantium ceciderunt ſuper me.lib.5.fol.517.
81 Propterea confitebor tibi in gentibus lib.5.fol.517.518.
82 Laudate omnes gentes Dominum.li. 5.fol.518.
83 Erit radix Ieſe,qui exurget regere gētes in eum gentes ſperabunt.libro.5.fo. 518.
84 Quoniam quibus non eſt annuntiatū de eo videbunt, & qui non audierunt, de eo intelligent. lib.5.fol.519.
85 Perdam ſapientiam, & pietum, & prudentiam prudentium reprobabo.lib.5. fol.519.
86 Vbi ſapiens, vbi ſcriba, vbi inquiſitor huius ſæculi.lib.5.fol.519.

87 Quod

87 Quod oculus non vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis aſcendit. lib. 5. fol. 520.
88 Quis enim cognouit ſenſum Domini, aut quis inſtruxit eum lib. 5. fo. 520.
89 Dominus nouit cogitationem ſapientium, quoniam vanæ ſunt. libro. 5. folio. 520.
90 Erunt duo in carne vna, libro. 5. fol. 520.
91 Non alligabis os boui trituranti. lib. 5. fol. 521.
92 Quoniam in alijs linguis & labijs alijs loquar populo huic. lib. 5. fol. 521.
93 Donec ponam omnes inimicos ſub pedibus eius. lib. 5. fo. 522.
94 Omnia enim ſubiecit ſub pedibus eius lib 5. fol. 522.
95 Manducemus, & bibamus, cras enim moriemur. lib. 5 fo. 522.
96 Factus eſt primus homo Adam in animam viuentem. lib. 5. fo. 523.
97 Abſorpta eſt mors in victoria tua, vbi eſt mors victoria tua? lib. 5. fo. 523.
98 Sedit populus, manducare & bibere. lib. 5. fo. 524.
99 In ore duorum vel trium teſtium. lib. 5. fol. 524.
100 Et non ſicut Moyſes ponebat velamen ſuper faciem ſuam. lib. 5. fo. 524.
101 Credidi propter quod locutus ſum. lib. 5. fol. 525.
102 Vetera tráſierunt, ecce facta ſunt omnia noua. lib. 5. fo. 525.
103 Tempore accepto exaudiui te in die ſalutis adiuui te. lib. 5. fol. 525.
104 Propter quod exite de medio eorũ, & ſeparamini dicit Dominus. lib. 5. fol. 526.
105 Diſperſit, & dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi. lib. 5. fol. 526.
106 Et inambulabo inter eos & ero illorum Deus. lib. 5. fol. 526.
107 Quemadmodum Abraham credidit Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. lib. 5. fol. 526.
108 Benedicentur in te omnes gentes. lib. 5. fol. 526.
109 Maledictus omnis, qui non permanſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis. lib. 5. fol. 526. 527.
110 Quia iuſtus ex fide viuit. li. 5. f. 528.
111 Maledictus omnis, qui pendet in ligno. lib. 5. folio. 528. 529.
112 Abrahæ dictę ſunt promiſsiones & ſemini eius. lib. 5. folio. 529.
113 Fratres ſecundum hominem dico, tamen hominis confirmatum teſtamentum, nemo ſpernit. li. 5. f. 529. 530. 531.
114 Lætare ſterilis quæ non paris, erumpe, & clama, quæ nõ parturis. l. 5. f. 532.
115 Eijce ancillam & filiũ eius. l. 5. f. 532.
116 Propter quod dicit aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem. li. 5. fol. 532. 533.
117 Propter quod dicit ſurge qui dormis & exurge à mortuis. lib. 5. fol. 533.
118 Iraſcimini, & nolite peccare. lib. 5. folio. 534.
119 Propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ. lib. 5. fol. 534. 535.
120 Tranſlatio LXX omnibus gentibus erat communis, græce enim omnes fere nationes loquebantur tam Iudæi, quã gentes. lib. 5. fol. 535. 536. 537. 538.
121 Filius meus es tu. lib. 5. fo. 538.
122 Ego ero illi in patrem: ipſe erit mihi in filium. lib. 5. fo. 538. 539.
123 Adorate eum omnes Angeli Dei. lib. 5. fol. 539.
124 Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flámam ignis. li. 5. fo. 539.
125 Thronus tuus Deus in ſæculum ſæculi. lib. 5. fol. 540.
126 Dilexiſti iuſtitiã, & odiſti iniquitatẽ, propterea vnxit te Deus Deus tuus. lib. 5. folio. 541.
127 Et tu in principio Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cæli. lib. 5. fol. 541.
128 Sede à dextris meis, quoad vſque ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. lib. 5. fol. 542.
129 Quid eſt homo quod memor es eius &c. lib. 5. fol 542. 543. 544.
130 Nuntiabo nomen tuum fratribus meis. lib. 5. fol. 545.
131 Ego ero fidens in eum, ibidem.
132 Ecce ego, & pueri mei, quos dedit mihi Deus. libr. 5. fo. 545.
133 Hodie ſi vocem eius audieritis. lib. 5. fol. 546. 547.
134 Sicut in exacerbatione ſecundum diem tentationis in deſerto. li. 5. fo. 547

135 Quadraginta annis proximus fui, huic generationi. lib. 5. fol. 547. 548.
136 Filius meus es tu, ego hodie genuite lib. 5. fo. 548.
137 Tu es ſacerdos in æternum. libro. 5. fol. 548.
138 Ecce dies, veniunt dicit Dominus. 5. fol. 548. 549. 550.
139 Urna aurea habens manna. li. 5. fol. 550.
140 Hic ſanguis teſtamenti, quod mandauit ad vos Deus. lib. 5. fol. 550.
141 Sacrificium & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi. lib. 5. folio 550. 551.
142 In capite libri ſcriptum eſt de me. lib. 5. fol. 552.
143 Sacrificium & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi, holocauſtomata pro peccato non poſtulaſti. libr. 5. fol. 552.
144 Tunc dixi, ecce venio in capite libri ſcriptum eſt de me. libis, fol. 553.
145 Mihi vindictam, & ego retribuam. lib. 5. fol. 554.
146 Adhuc enim modicum aliquantulumq; qui venturus eſt veniet, & non tardabit, iuſtus autem ex fide viuet. lib. 5. fol. 554.
147 Iuſtus autem ex fide viuet, quod ſi ſubtraxerit ſe, non placebit animæ meæ. lib. 5. fol. 555.
148 Videte contemptores, & admiramini, & diſpergimini, quia opus operor ego. &c. lib. 5. fol. 555. 556.
149 Fide & ipſa Sara ſterilis, & quod Sarra, & Sara dici poſſit. lib. 5. f. 557. 558.
150 Quem enim diligit Dominus caſtigat, flagellat autem omnem filium, quẽ recipit. lib. 5. fol. 559.
151 Adorauit faſtigium virgæ eius. lib. 5. fol. 559.
152 Adhuc ſemel & ego mouebo, non ſolum terram, ſed & cœlum. li. 5. f. 560.
153 Etenim Deus noſter ignis conſumẽs eſt. lib. 5. fol. 560.
154 Dominus mihi adiutor, & non timebo, quid faciat mihi homo. libr. 5. fol. 560. 561.
155 De tranſlatione LXX lib. 5. fol. 560. 562. 563.
156 Principem populi tui non maledices. lib. 5. fol. 561.
157 Filius meus es tu, ego hodie genui te lib. 5. fol. 561.
158 Quia dabo vobis ſancta Dauid fidelia lib. 5. fol. 561.
159 Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. lib. 5. fol. 562.
160 Videte contemptores ibidem.
161 Poſui te in lucem gentibus, vt ſis in ſalutem, vſq; ad extremum terræ ibidẽ.

Ex Diuo Iacobo.

162 Poſt hæc reuertar & reædificabo tabernaculum Dauid. lib. 5. fol. 563.
163 Credidit Abraham Deo li. 5. fo. 563.
164 Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. lib. 5. fol. 563.

165 *Euangelium ſecundũ Matthæum.* lib. 5. fol. 564.

166 Liber generationis ibidem.
167 Liber generationis Ieſu Chriſti lib. 5. fol. 565.
168 Liber generationis Ieſu ibidem.
169 Liber generationis Ieſu Chriſti libr. 5. fol. 567.
170 Filij Dauid. lib. 5. fol. 568.
171 Filij Abraham. ibidem.
172 Abraham genuit Iſaac. l. 5. f. 569. 570.
173 Iudas autem genuit Phares, & Zaram fol. 570.
174 Achaz autem genuit Ezechiam. lib. 5. fol. 571. 572.
175 Achaz autem genuit Ezechiam. lib. 5. fol. 573. 574.
176 Numeros eſſe confuſſos in ſacris literis. lib. 5. fo. 574. in principio primæ columnæ.
177 Quæritur quomodo Ioſephus ſcripſerit, Ezechiam regnaſſe quinquaginta ſeptem annos. lib. 5. f. 575.
178 De Solomone, & Roboan quæſtio. lib. 5. fol. 575.
179 Salmon genuit Booz de Rachab. lib. 5. fol. 576.
180 Quæſtio de Booz, quomodo fuerit tempore Heli ſacerdotis. ibidem.
181 Dauid autem Rex genuit Solomonẽ. ibidem.
182 Roboam autem genuit Abiam. libr. 5. fo. 577.
183 Ioram autem genuit Oziam. libr. 5. fol. 578. 579.

184 Ioſias autem genuit Iechoniā. lib. 5.fol.579.580.581.582.583.
185 Quod Iechonias tā ante captiuitatē Babylonicam, quam poſt Babylonicam captiuitatem ſemper Iechonias ſit appellatus.lib.5.fol.584.585.
186 Repetitur eadem adnotatio.ibidem.
187 In tranſmigratione Babylonis. lib. 5.fol.585.
188 Tranſmigratio reprehēditur ab Eraſmo ibidem.
189 Eraſmus Amphibologiam reprehēdit in Euangelio.lib.5.fol.586.
190 Reprehenditur etiam Eraſmus, de Teſſaradecade.ibidem.
191 Iechonias genuit Salathiel. libro.5. fol.587.
192 Salathiel genuit Zorobabel. libr.5. fol.587.
193 Zorobabel genuit Abiud. lib.5.folió 588.
194 Abiud autem genuit Eliachim. lib. 5.fol.589.590.
195 Iacob autem genuit Ioſeph. libro.5. fol.591.
196 Virum Mariæ.lib.5.fol.591.
197 De canone ſcripturæ quo internoſcuntur in literis euangelicis quæ dicantur iuxta vulgi opinionem. lib. 5.folio. 592.in primæ columnę.
198 Nugatur Eraſmus. multa de viro & marito lib.5.fol.592.
199 Veras eſſe Teſſaradecadas euangeliſtæ Matthęi, nec eſt quod quiſquam addat aut mutet quiſquam vt verificet euāgelium.lib.5.fol.593.594.
200 Cur tot reges pręteriti ſunt ſilentio, ſi veræ ſunt Teſſaradecades. ibidem.
201 Additur ratio cur nihil addendum aut detrahendum Teſſaradecadibus & tamen vero veriores ſint euangelicæ Teſſaradecades in fine libri. fo.595.

Finis Libri quinti.

INDEX LOCORVM QVOS deprauant impij Iudęi.

EX LIBRO VI. APOLOGETICI.

1 ANtequam conuenirent.li.6.f.605,
2 Inuenta eſt,in vtero habens. lib.6. f.606.607
3 Inuenta eſt,in vtero habens.li.6.f.607. 608
4 Nolens eam traducere. li.6.f.608.609
5 Ecce virgo in vtero habebit.li.6.f.609, 610.611.
6 Ecce virgo in vtero habebit,&pariet filium.lib.6.f.611.612.
7 Ecce virgo in vtero habebit,&pariet filium.lib.6.f.612.613.
8 Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium.lib.6.f.613.
9 Et vocabunt nomen eius Emanuel.lib. 6.f.614.
10 Et vocabunt nomen eius Emanuel, lib.6.f.614.615.
11 In Bethlehē Iuda.l.6.f.615.616.617
12 Sic enim ſcriptum eſt, per Prophetā: & tu Bethlehem terra Iuda.f.617.
13 Sic enim ſcriptum eſt per Prophetam: & tu Bethlehem terra Iuda.lib.6.f.618
14 Et tu Bethlehem.lib.6.f.618.
15 Nequaquam minima eſt in principib⁹ Iuda.lib.6.f.619.
16 In principibus Iuda.lib.6.f.619.
17 Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum.lib.6.f.620
18 Vt adimpleretur illud ex AEgypto, vocaui filium meum.lib.6.f.620.621
19 Sicut mane tranſijt, pertranſijt, Rex Iſrael ex AEgypto vocaui filium meū. lib.6.f.621
20 Mane expulſi ſunt,& expulſus eſt rex Iſrael,ex AEgypto vocaui filiū meum. lib.6.f.621.622.
21 Vox in rama audita eſt. li.6.fol.622. 623.624.625
22 Vt adimpleretur quod dictum eſt,qm̄ Nazaræus vocabitur. lib.6.f.626.627 628.629
23 Vox clamantis in deſerto,parate viam Domino.lib.6.f.629
24 Hic eſt filius meus dilectus. lib.6.fol. 630.631
25 In quo mihi bene complacuit.libro.6. f.631
26 Non in ſolo pane viuit homo.libr.6.f. 631.
27 Non in ſolo pane viuit homo. libro.6 fo.631.
28 Scriptum eſt quia angelis ſuis mandauit de te,&c.lib.6.f.632.633.634.
29 Scriptum eſt non tentabis Dn̄m Deū tuum.lib.6.f.635
30 Dominum Deum tuum.li.6.f.636
31 Et illi ſoli ſeruies.li.6.f.636
32 Relicta ciuitate Nazaret venit &c.lib. 6.f.636.637
33 Primo tempore alleuiata eſt terra Zabulon,&c.lib.6.f.638.639.640.641
34 Terra Zabulon,& terra Nephthalim locus Euangelicis. lib.6.f.641.642.hic locus non eſt conſcriptus latine,nec numeratus.
35 Populus qui ambulabat in tenebris. lib.6.f.642.643
36 Audiſtis quia dictum eſt, diliges proximum tuum, & odio habebis inimicū tuum.lib.6.f.643.644
37 Beati mites, qm̄ ipſi poſsidebunt terrā lib.6.f.644.645.646.647
38 Amen quippe dico vobis,donec tranſeat cœlum & terra.li.6.f.647.648.649
39 Audiſtis quia dictum eſt, antiquis non mœchaberis.lib.6.f.650.651
40 Ipſe infirmitates noſtras accepit,& ægrotationes noſtras portauit.li.6.f.651.
41 Diſcedite à me, qui operamini iniquitatem.lib.6.ibidem
42 Ipſe infirmitates noſtras accepit. li.6. f.652
43 Miſericordiam volo & non ſacrificiū. li 6.ibidem.
44 Ecce ego mitto angelum meum.li.6. f.652.653
45 Aperiam in parabolis os meum. lib.6. fol

fo.653.654
46 Populus hic labijs me honorat. libro. 6 f.655.656.657
47 Auditu audietis,& non intelligetis, videntes, videbitis,& non videbitis. lib.6. f.657
48 Incraſſatum eſt cor populi huius. li. 6. f.658
49 In Belzebu principe dæmoniorum. li. 6. ibidem
50 Et conuertantur,& ſanem eos. lib.6. fol.659
51 Ecce puer meus quem elegi dilectus meus,&c. li.6.f.659. 660
52 Et in nomine eius gentes ſperabunt. li.6.f.660.661
53 Qui maledixit patri vel matri. libro.6. ibidem.
54 Munus quodcunque eſt, ex me tibi proderit. li.6.f.662
55 Maſculum & fœminam fecit eos, lib.6. ibidem.
56 Propter hoc dimittit homo patrem & matrem. lib.6. ibidem
57 Dicite filiæ Sion ecce Rex tuus venit, ſedens ſuper aſinam. li.6. ibidem.663
58 Domus mea, domus orationis vocabitur. li.6.f.663
59 Ex ore infantium & lactentium, perfeciſti laudem. li.6.f.664.665.666
60 Cum ergo videntis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt, a Daniele. li. 6.f.666.667
61 Percutiam paſtorem & diſpergentur oues. li.6.f.567
62 Aceldema, ager ſanguinis. li 6. f.668
63 Non licet eos mittere in corbonam. li.6.f.669
64 Et acceperunt triginta argenteos, pretium appretiati. li.6.f.670.
65 Zachariæ locus,& dicam ad eos, ſi bonum eſt coram vobis, date mercedem mihi. lib. 6.f.670
66 Si bonum eſt in conſpectu veſtro, date mercedem mihi. li.6.f.671.672
67 Scitis quia poſt biduum paſcha fiet, li. 6.fo.672.673
68 Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea,& ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. lib. 6.f.673
69 Confidit in Deo, liberet eum nunc ſi vult, lib.6.f.673
70 Heli, Heli, Deus meus, Deus meus, lib.6.f.674
71 Ex ore infantium, li.6.f.674
72 Vt quid dereliquiſti me, lib.6.f.675
73 Erunt duo in carnẽ vnam, li.6.f.676.

Ex Diuo Marco.

74 Talita cumi hoc eſt puella tibi dico ſurge, lib.6.f.676
75 Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, lib.6.f.676.677
76 In gehennam ignis, lib.6.f.677.678 679
77 Nunquam legiſtis, quid fecerit Dauid ſub Abiatar principe ſacerdotum, lib.6 ibidem
78 Qui maledixerit patri vel matri, lib.6 ibidem
79 Corban, lib.6. ibidem
80 Hic populus labijs me honorat, lib.6 ibidem
81 Non ne dictum eſt? quia domus mea, domus orationis vocabitur, li.6.f.180
82 Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, lib 6. ibidem
83 Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, lib.6 ibidem
84 Vineam paſtinauit homo,& circundedit ſepem,& fodit lacum, li.6.f.681
85 Alabaſtrum vnguenti nardi ſpicati, li. 6.fo.681.682
86 Percutiam paſtorem, li.6. ibidem
87 Et cum iniquis reputatus eſt, libro 6. ibidem

Prophetiæ citatæ à Diuo Luca.

88 Vt conuertat corda patrum in filios, lib.6. ibidem
89 Ecce concipies in vtero,& pariet filium, vocabis nomen Ieſum, lib.6.f.682 683
90 In quibus viſitauit nos oriens ex alto, lib.6.f.683.684
91 A præſide Syriæ cipino, lib.6.fo.684 685
92 Eo quod eſſet de domo & familia Dauid, lib.6.f.685
93 Et reclinauit eum in præſepi, li.6.f.685
94 Quia non erat eis locus in diuerſorio. lib.6

lib.6.fo.686.

95 Gloria in excelſis Deo,& in terra pax hominibus.lib.6.fol.687.

96 Omne Maſculinum adaperiens vulua lib 6.fol.686.687.

97 Vox clamantis in deſerto.li.6.fo.689.

98 Et videbit omnis caro ſalutare Dei.li. 6.fo.690.

99 Qui fuit Sale,qui fuit Cainam,qui fuit Arphaxad.lib.6.fol 690.691.

100 Spiritus Domini ſuper me, propter quod vnxit me.lib.6.fol.691.

101 Non in ſolo pane viuit homo.libr.6. fol.691.

102 Dominum Deum tuum adorabis. lib.6.fol.691.

103 Angelis ſuis mãdauit de te.l.6.f.692.

104 Non tentabis Dominum Deum tuũ lib.6.fol.692.

105 Ecce ego mitto Angelũ meũ. ibidẽ.

106 Puella ſurge.ibidem.

107 Diliges Dñm Deum tuum ibidem.

108 Qui vos ſpernit,me ſpernit,ibidem.

109 In Beelzebu ibidem.

110 Domus mea Domus orationis ibi.

Ex Diuo Ioanne Euangeliſta.

111 Ego vox clamantis in deſerto. lib.6. fol.692.

112 Ecce agnus Dei ibidem.

113 In cana Galilææ.lib.6.fol.693.

114 Zelus domus tuæ comedit me ibidem.694.

115 Panem de cœlo dedit eis manducare ibidem.

116 Et pluit illis manna ad manducandũ. lib.6.fol.695.

117 Et erunt omnes docibiles Dei.lib.6. fol.696.

118 Si quis ſitit,veniat ad me,ibi.f.697.

119 Silohe.lib.6.fol.697.

120 Nonne ſcriptum eſt in lege veſtra, quia ego dixi dij eſtis.lib.6.fol.698.

121 Accepit libram vnguenti nardi. ibid.

122 Noli timere filia Sion. libro. 6.folio 699.

123 Domine quis credidit auditui noſtro ibidem.

124 Odio habuerunt me gratis. libro. 6. fol.699.

125 Qui manducat meum panem, &c. ibidem.

126 Quos dediſti mihi cuſtodiui.libro.6. fol.700.

127 *Quod ſunt qui putent, non præſtare me quod promiſi, cum non commonſtrem omnes prophetarum locos de Chriſto à Iudæis vitiatos, & nulla maior corruptela ſcripturæ eſt, quam quæ fit praua ſcripturæ interpretatione, de qua apud Originem lib.3. contra Celſum, queruntur Iudæi cum obijciunt ſuis, quod ob inanes allegorias Chriſtum ſequuntur, colludunt noſtri quidam homines qui pſalmos omnes & prophetias fere allegaricè interpretantur. lib. 6. fol. 700.*

128 Qui manducat mecum panem leuauit contra me calcaneum. libro.6. folio. 700.701.

129 Hoc quoque loco alludunt quidam noſtri ad inanes allegorias. lib.6. folio. 701.

130 De tribus negationibus Petri.lib. 6. fol.701.

131 Quia odio habuerunt me gratis. libr. 6.fol.702.

132 Et nemo ex ijs perijt,niſi filius perditionis.lib.6.ibidem.

133 Vt impleretur ſermo,quia quos dediſti mihi non perdidi ex eis quenquam ibidem.

134 Trans torrentem cedron.ibidem.

135 Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum.lib. 6.fol.703.

136 Quod ſcripſi ſcripſi.libro. 6.folio. 703.

137 Partiti ſunt veſtimenta mea. ibidem.

138 Os non comminuetis ex eo, ibidem.

139 Vt conſumaretur ſcriptura dicit, ſitio.lib.6.fol.704.

140 Videbunt in quem transfixerunt. ibidem.

141 Ferens mixturam mirræ,ibidem.

Ex

Ex Actis Apoſtolicis.

142 Exi de terra tua, & de cognatione tua.lib.6.f.705
143 Quia erit ſemen tuum accola in terra aliena.ibidem
144 Ego ſum Deus patrum tuorum,&c. ibidem
145 Solue calceamentum pedum tuorũ. lib.6.f.706
146 Mittens Ioſeph acerſiuit Iacob patrem ſuum,&c. li.6.f.706.707.708
147 Fac nobis Deos qui præcedant nos, &c.lib.6.f.709
148 Nunquid victimas, aut hoſtias obtuliſtis mihi,&c.lib.6.ibidem
149 Et portaſtis tabernaculum Moloch. ibidem.
150 Moloch.lib.6.f.710
151 Sydus Dei veſtri rompham. ibidem
152 Figuras quas feciſtis vobis adorare eas.lib.6.f.711
153 Et migrare vos faciam trans Damaſcum.ibid f.712
154 Cœlum mihi ſedes eſt, terra ſcabellũ pedum meorum.lib.6.f.712
155 Tãquam ouis ad occiſionem ductus eſt ibidem
156 In humilitate iudicium eius ſublatũ eſt.ibidem
157 Generationem eius quis enarrabit? lib.6.f.713
158 Quia tolletur de terra vita eius. ibidem.
159 Poſt hæc reuertar, & reædificabo tabernaculum Dauid lib.6.f.714
160 Vbi eſt literatus vbi legis verba ponderans.lib.6.f.715

Finis Libri Sexti.

CONFLICTVS ACERRIMVS

Sanctiſsimę Chriſti Eccleſiæ, aduerſus vniuerſum Iudaiſmum, aduerſum impiam ſynagogam, quæ ſibi hebraicæ veritatis perſonam induit: & ſub ea facie nobiſcum pugnet: vt noſtros decipiat, vt ſe audiant.

¶ Supra ſexcentos locos ſcripturæ Eccleſiaſticæ Iudaiſmus oppugnarat, tanquā male verſos in Eccleſia ſancta, & peius intellectos: quibus omnibus hic Apologeticus Iudæos refellit, & noſtram ſcripturam defendit.

¶ Synagoga impia, & Iudaiſmus, ſub perſona Hebraicæ veritatis, refutarat noſtram ſcripturam (pene dixerim) totam, quorum exempla ſexcentos plus minus ve locos poſuimus: in quibus hic Apologeticus eos iugulat: plures poſituri, ſi ad excudendum maius volumen ſuppeteret pecunia, quæ neque ad hoc excudendum erat ſuppeditatura, quod eam impenderam omnem per ſex annos Madridy litigans de excudendis meis libris, niſi me & meos aluiſſet domi apud ſe per ſemeſtre tempus Dominus Franciſcus Gaſca ſcholaſticus Salmanticenſis, & ego præterea multum æris alieni feciſſem & obæratus multum domum ad me redirem.

¶ Præſtat hic Apologeticus hoc præterea, vt planum fiat, non ſolum Lucam, & Marcum, qui Græce ſciebant ſequutos LXX viros in hiſtoria Euangelica, ſed Apoſtolos, & Euangeliſtas viros Hebræos ex Hebræis ſemper citaſſe LXX viros Petrum, Iacobum, Paulum, Ioannem Euangeliſtam, Matthæum, nam cum meum hoc opus per ſex plus minus annos deſederit apud meos aduerſarios (ſi modo ſedebat & non repulabat quotidie) perdidit Ioannis Apocalypſin, tamen omnes Apoſtoli, & Euangeliſtæ LXX viros ſequuntur & citant, vt hoc opus commonſtrat.

¶ Vt oſtendam omnes Apoſtolos & Euangeliſtas LXX viros eſſe ſequutos, ſæpe vnum & eundem locum citatum, & explanatum & defenſum aduerſus Iudæos repeto; vt appareat ſemper citatū ab Apoſtolis & Euangeliſtis iuxta LXX viros.

¶ Denique oſtenditur quaſdam nouas tranſlationes, nō inquam omnes, ſed quaſdam, ſi eas per ſingula, noſtræ religionis eſſe refutationes & non præferre legē Dei, ſed legem Sathanæ, quod ait Hieronymus.

¶ *Summa locorum ex indice libri primi qui defenduntur contra Iudaos, et aduerſarios eſt, 26. ex idiotiſmis, 23. ſunt omnes ſimul. 49.*

¶ *Summa locorum ex indice libri ſecundi qui defenduntur contra Iudaos, eſt ex Iudæis antiquiſsimis et ex Rabinis. 36. Rurſum ex Rabinis 26. ex Aquila, Symmacho, Theodotione, & alijs Iudæis tranſlatoribus, referente Diuo Hieronymo, 16. ſunt omnes ſimul. 78. quorũ teſtimonijs noſtra defenduntur contra Iudaos.*

¶ *Summa locorum qui in indice libri tertij defenduntur contra Iudaos et aduerſarios eſt. 127.*

¶ *Summa locorum qui in indice libri quarti defenduntur contra Iudaos, et aduerſarios eſt. 45.*

¶ *Summa locorum qui in indice libri quinti defenduntur contra Iudaos, et aduerſarios eſt. 201.*

¶ *Summa locorum qui in indice libri ſexti defenduntur contra Iudaos, & aduerſarios eſt. 160.*

¶ *Omnes loci, qui defenduntur cõtra aduerſarios & Iudaos ſimul ſunt. 660.*

Errata & omiſſa.

pag.5.ver.red, pro conténit .Cõuícia,lege,contemnit cõuitia,& ver.ſibi eſſe,lege,eſſet. pag.8.columna. 1. ver.
ſta,zditi ipſa,lege,æditro ipſa.col.2.ver.ritur,quam,lege,quam citat.p.9.col.1.ver.vul,qcd,lege,quod,& ver.
mus,qod,lege,qnod.p.14.col.1.ver.per,Segobienſem,leg.Segorbienſem.pag.16.col.1.ver.gat,criminea, lege
crimine,p.16.c.2.ver.ctio,propria,leg.ſe propria.pag.26.c.1.ver.dum,vitiata,leg.vitiatam.& col.2.ver.eſt:Non.
extat vllum,leg.extat opus vllum.p.28.c.2.ver.loco verenda,leg.vertenda.p.32.c.2.ver.tam.ē.tu,leg.in. & ver.
altera,trahis,leg.trahit.p.33.c.2.ver.dus,eſt,leg.&.p.40.c.2.ver.ſos,lucis,leg.locis.pag.41.c.2.ver.noſtris,aiunt
vtrunque,leg.aiunt & vtrunque.& ver.naſler,inquam,leg.qui.p.42.c.1.ver.omni,conantur excurere,leg.conā
tur de Chriſto excurere.& ver.no,nominare alias,leg.nominare omnes alias,& ver.nes,nes alio,leg.nes excep
ta nulla alio.p.48.c.2 ver.to,hæc aiunt,leg.audent,& ver.ris,Grammaticum,leg.Grammaticam.& ver maticū
leg.maticam.p.57.c.1.ver.la,ſcriptoræ,leg.ſcripturæ.p.59.c.1.ver.Moſis.5.de,le. ſcilicet de.p.63.c.2.ver. cau.
vtrdm,leg.vtrum p.64.c.2.ver.dands,ſit,leg.ſit.p.65.c.1.ver.omnia,loquuotur.le.dicuntur.p 70.c.1.ver.à ma,
& flumine,leg.& à flumine.& col.2.ver.quo,habeabnt,leg.hebebant.p.72.col.2.ver.Ante,permanent, leg.per-
manet.p.75.c.1.ver.virg.virginis aliarum,leg.virginis & virginum aliarum.p.79.c.1.ver.ne,immuratuis, lege,
immutatus,p.83.c.2.ver.Pba,ſuffecta,lege,vbi ſuffecta.p.84.c.2.ver.tenu,renuantur,lege,tenuāt, p.87.c.2.ver.
qui,ſancti,lege,ſanctus,p.91.c.2.ver.5.lege,ſcilicet,p 92.c.1.ver.Maſſo,Iudaice,lege,Iudaicā,& col.2.ver.mune
rant,lege,numerant,p.93.c.2.ver.rant,excerſeprant,lege,excerpſerant;p.94.c.2.ver.duobus noſtri,lege,duobus
modis noſtri,& ver.pſal,ſuæ,lege,fine,p.95.c.2.ver.mod,eſt,lege,eſſe,p.96.c.2.ver.tari,Hebræis,lege,Hebræi.
p.97.c.1.ver.plu,quas,leg.duas.p.98.c.1.ver.exercius,leg.exercitus.& ver.ſa,ego,leg.ergo.p.100.c.1.ver.cti,ſit
leg.ſit,& ver.rum,ſanctos,leg.ſanctus.c.2.ver.non,loduus,leg.locutus.p.101. col.1.ver.mi.quom,leg.quam, &
ver.vtrum,vt alma,leg.verò halma.p.102.c.2.ver.primo,leg.pro,p.103.c.1.ver.ſpi,ſanctus,leg.ſancti p.108.ver.
Sym,curarent,deleatur.p.109,ver.& diſtiones,leg.dictiones.p.113.ver.tarijs,alienæ,leg.aliena, & ver.bonni,iti-
dem vos,leg itidem & vos.p.116.c.2.ver.manus,eas,leg.ea.p.117.c.1.ver.bræa,aperte:leg aperte,fine interroga
tione.p.121.c.1.ver.nobis,inureretur,leg.inureret.p.123.c.2.ver.rores,loctio,leg lectio.p.126.c.1. ver.ſeri, no-
miare,leg.nominare,& ver.Hiero.Epiſtolu,leg.Epiſtola.p.128.c.2.ver.tribus,conſonontibus, leg.conſonanti-
bus.p.129.c.2.ver.reb,ſignificas,leg.ſignificat.p.130.c.1.ver.pe,ante ante anno,leg.ante anno.p.135.c.1.ver.ne.
cædent,leg.cedent,& ver.ore,eccleſiæ ſemper,leg.eccleſiæ doctorum eccleſiæ ſemper.p.136.c.1.ver.reti, tacit,
leg.ſacis,& ver.&,eccleſia,leg.eccleſiæ.p.146.c.1.com,tranſlaciones,leg.tranſlationes Iudaicæ.pa.147.c.1.ver.
ſcri,alteram,leg alterum.p.159.c.2.ver.con.15.enim,leg.Is enim.pag.160.c2.ver.Iudæo.Maraim.leg.Marcum.
p.161.c.2.ver.mo,interpreres,leg.interpres.p.164.c.2.ver.cies,conſooanti,u,leg.conſonanti.n.p.168.c.1.verſi.
cepta,Iudæos,leg.Iudæus.p.170.c.2.ver.bitur,depta,leg.deſumpta,& ver.ſump,is,i,Iſa.' leg. Is , ideſt à viro, Iſa.
& ver.vir.iod,leg.iod ſcribatur.p.176.c.2.ver.rum,controuerſor de,leg.controuerſor nunc de.p.180. col 1.verſi.
ceram,diſtinctionem,leg.diſtinctiorem.p.186.c.2.ver.liora,claudunt:demum,leg.liora. Claudunt demum.pag.
187.c.1.ver.liſtis,ſpiritus ſancti,leg.ſpiritu ſancto,& col.2.ver.rori,animos,leg.animo.p.188.c.1.ver.ru,in domi
nicas,leg.Iudaicas,& col.2.ver.nius,quoque,leg.quæque.p.190.col.2.ver.leges,leg.legens.p.191.c.1.ver.nobis
Euangeliſtæ,lege,Euangelicæ.p.102.c.1.v.me,reddit,lege,reddidit,& ver.bu,primo,lege,pro, pa.104.c.1.ver.
hebræarum,lege,hebræarum vocum,& c.2,ver,Iud, fuit,lege,fnis,& ver.teræ,mitatione,lege,mutatione,pag.
205.c.1.ver.7.legi.nouerit,lege,non erit,p.206.c.1.ver.manam,lana,lanam,ſana,ſanam, lege , maña,lana,laña.
ſana,ſaña,p.207.c.1.ver.leges,Deus,lege,deus,p.212.c.2.ver.mus,catis,lege,capitis,p.219,ver.runa,ſancti,lege
ſanctus,p.220,ver.deinceps,ſubiungere,lege,ſubiungerem,p.221,ver.neri,ſacilem,lege,facilè,p.222, c.1.ver.
cauſæ,ſacere,lege,fauere,p.225,c.1.ver.ficant,ſed,lege.ſed eſt,& ver. ris,Euangelica,lege,euangelia,p.241,c.2
ver.ſubuertere, licet nihil,lege,ſubuertere licet:nihil,p.257,c.2.ver.pali,doctores, aduerſus .I.doctores,quid
dixi aduerſus doctores ſacros?aduerſus,p.258,c.1.ver.eiſſe,aitū,lege,aiunt,p.260,c.1.ver.vterum,ſacris, leg.ſa-
cræ,p.265,c.1.ve.braicè,ſine,lege,ſiue,p.266,c.1.ver.uerit.Nabuchodonoſore,lege,Nabuchodonoſor, p.267.c.
2.ver.effect,quorſum?hæc,lege,quorſum hæc?p.268,c.1.ver.memo,ro propriam,lege, memoro,propriam , pa.
269,c.2.ver.cap.poqnam,lege,poſtquam,p 276,c.2.ver.te,plant,lege,planat,p.278,c.2.ver.neminem,lege,oc-
mo,p.285,c.2,ver.occi,Zachariæ,lege,Zachariam,p.290.c.2.ver.ueti,cælis,lege,cælos,p.292, c.1.neque vt om-
nes reges ſeruierint ei.deleatur,& c.2.ver.reſt,conſummatione,lege,conſummationem,p.294.c.2.ver.cund.de
lecti,lege,deleri,p 295.c 2.ver.intra,conducere,lege,concludere.& ver.ris,vtranque,lege,vtrunque,p 297.c.2
ver.annos,nota,lege;nata,p.298,c.1.ver.ſpi,ſuperuenies,lege,ſuperuenier,p.299,c.1.ver.rem,ante,le.aut,p.301,
c.2.in fine,& hoc.lege.ve,ze,p.306,c.1.ver.brai,dominan-lege,dominantes mei.p.307.c.1 ver.cto, explanè,le-
ge.explanat,& col.2.ver.rit,datum, le.& datum,p.313.c.1.ver.mala, ſubiectum,lege,ſubnentum,p.316.c.1.ver.
calefaciem,lege,calefaciam,p.317,c.2.ver.vulg,confiſi,lege,confuſi,p 318,c.2.ver.bras,cap.7,lege,cap.7.Iob,
p.320.c.1.ver.onus,deſtracta,lege detracta.p.328.c.2.ver.de,petit,lege,perijt,pag.338,c.2. ver. intelligi,lege,
intellige,pagina 351.columna 2.ver.ſtet,contribulationc.lege,in contribulatione,p.362. c.1.ver.alijs,patribus,
lege,patribus,p.363.c.1.ver.ninm,vſurparentur,lege,vſurpantur,p.364.c.1.Iſrael , euidens,lege,videns:p.365.
c.1.ver.omni,dictæ,leg.dicta,& c.2 ver.tan,Chriſti,le.Chriſtū,p.367.ver. nes, locus tamen,lege, locis tantum.
p.381.c.2.ver.ipſo,ſanctus.lege.ſancti,&.c.2.ver.latam,non lege.nos.p.392.c.1.ve.vom.lege.vnum.p. 393. verſ.
quę,quam.lege potius quam.p.399.c.1.ver.Hiero.noui,leg.noni.p.402.c.1.ver.tura,Iudaicæ.leg. Iudaicè. pag.
408.c.2.ver.dec. tract.2.1.tract.29.p.414.c.1.ver.ſæpe,rationes.lege.rationis.p.427.c.1.ver.rio,pontificiū , lege.
pontificum.p.433.c.1.ver.liſtæ,menſura.lege menſura ſunt,&.ver.mitte,lege.mittet.p.437.c.2.ver.quā, Chriſti
lege.Chriſtus,&.ver.es,participio.lege.participo.p.440.c.2.ver.vertice,deflectum.lege. deflexum.p.441.col 2.
ver.vnius,vt.I.A.& ver.vt,dele p.443.c.1.ver.dic,Euangeliſtis.lege.Euangeliſtas.p.445.c.1.ver.hoc,lege. bac.5

447.c.1.ver.Eraſ.citatis.lege.locis citatis.& c.2.ver.hebra.noſtri.lege.noſtris.p 448.c.2.ver.de,ſed quod. lege. ſed quid quod.p.449.c.2.ver.nũt.anet.lege.ante.p.450,c.1.ver.potius,poſt.lege.poteſt.p.451.col.1.ver.non,qui ſua.l.qui in ſua.p.456.ver.quoti.euertũt.lege.eneruant.p.461.ver.mutuabimus.lege.mutuabimur.p.463 col.2. ver.ca,fragibis.lege.fragilis.p 466.c.1.ver.ecce.ponamur.lege.ponam,&.c.2.ver.hoc, loco neceſſaria lege.loco citat neceſſaria.p.472.c.1.ver.Lxx viri,vt.lege vt Lxx viri,&.c.2.ver.Non.Diuus.lege.Diuus Petrus.pa.475. c.1.ver.tis,timidi.lege.tumidi, & ver.&,cap.24.lege.cap.4.& c.2,ver.gata,viuat.lege.viciat.pa.482.c.2.ver.ne Apoſtolos,lege Apoſtolicos.p.483.c.2.ver.ctionem Lxx.lege ctionem enim Lxx.p.495.c.1.ver.ferre, & quam, lege quam.p.497.c.2.ver.cleſia,antequam.lege.antiquam.p.502.c.2.ver.Quin.l.Quia.p.503.c.2.ver.iuxta. Nã lege.Num.& ver.vnum,ponas.lege ponas?p.519.c.1.ver.taſſe.fuſſe.lege.fuiſſe.p.523 c.1.ver.abſcropta.lege abſorpta,&.c.2.ver. s,lege,lus,& ver.verba Hebraicæ.lege.Hebraicè p.525.c.1.ver.ſterium,lege,ſteriorum.p.528. c.2.ver.qui,noſtros,lege,noſtras.p.529.c 1.ver.ſto,eſt,lege.&.p.532.c.1.ver.dre,mutata,ſ, lege,mutata,ſ,p.539 c. 2.ver.eius,ea,lege,ex.p.534.c.1.ver.donum,ſanctum,lege,ſancti.p.549.c.1.ver.li,hom,lege,homo.pag.552.c.1.ver. nes,loquar,lege,loquor,& ver.acerrimæ,lege,acerrimas.pag 557.c.1.Dea.Ahiles,lege,Achiles.p.560.c.1.ver. Adhuc,monebo,lege,mouebo.p.564.c.2.ver.liorum,vita,lege,vitæ.p.571.c.2.ver.ces,vana,lege,varia. pa.638. c.1.ver.&,tribus,lege,tribubus.p.643.c.1.ver.Galilęa eſt,lege,Galilęa gentium eſt.p.651.c 1.ver.eſſe,medumnum lege,medimnum.p.652.c.1.ver.ris,curare oues,lege,curare etiam oues,& ver.vni,ſinglis,lege,ſingulis , &. c.2. ver.Miſe,& ſacrificiũ,leg.& nõ ſacrificiũ.p.659.c.1.v.eſſi,cur beelzebul,leg,cur Beelzebub Beelzebul.p.660 c 2. ver.ſta,igitur,lege,agitur.p.663.c.1 ver,popu,diuæ,lege,diuinæ.p.664.c.1.ſan,lactantes,lege,lactentes. pa.665. c.2.ver,ne,lege,nem.p.667.co.1.ver.ita,lege,ira,& c.2.ver.plana.Dominus,lege,Dominum.p.669.c.1.ver. Tũc, dictum per,lege,dictum eſt per,&.c.2.ver.etiam,quam,lege,quod.p.670.c.2.ver & de,collocatis,lege, coilatis. p.672.c.1.ver.tius,ſe],lege,ſe ?.p.674.c.2.ver.dæorum,dicant,lege,dicant eſſe.p.675.c.2.ver.vbi,idme,lege,idem. p.676.c.1.ver.ce,te,lege,te.p.680.c.2.ver,Iacob,lege,Iaacob.p.682.c.2.ver.Ecce,filium,lege,filium &.p. 684.c.2. ver.Lxx,expurgendam,lege,expungẽdam,& ver.imperitia,leg,imperitiæ,& ver.pro,potuiſſent,leg,potuiſſet or,E. p.687.c.1.ver.Do,vagit,lege,vagiſt.p.686.c.2.ver.clauſo,reſeraſſe vulua,lege,reſeraſſet vuluam pag.689.c.1. ver. ditur,poſtea,lege,porta.p.707.c.1.ver.ingre,ais,lege,ait,& ver.gna,hoc,lege,hæc pa.710. col.2.ver. ter, ſit Dauid, lege,ſit R.Dauid.

APOLOGETICVS PRO LECTIONE APOSTOLICA ET EVANgelica pro Vulgata D. Hieronymi, pro tranſlatione Lxx virorum, proq́; omni Eccleſiaſtica lectione contra earum obtrectatores,

Authore Leone Caſtro, ingenuarum Artium & ſacroſanctæ Theologiæ Magiſtro Collegij Theologorum Salmanticenſis Academiæ Decano, Canonico ſacrarum literarum Interprete in ſancta Eccleſia Valliſoletana.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

SCIO lector optime cum huius operis titulum oculis cernas, fore vt ſtatim tibi ſuccurrat illud quod ille alter dixit, de eo qui Herculem laudabat, Ecquis eum vituperat inquiens? Quod tu æquius multo dicere poſſes de ſacris literis Latinè à D. Hieronymo ex Hebræa lectione ad verbum tranſlatis, per tot annorum myriadas in Eccleſia ſancta receptis & ſanctis Conciliorum decretis conſecratis, deq́; Lxx virorum tranſlatione trecentis annis ante Domini aduentum in carne, Græcè reddita, & à Domino & eius Apoſtolis citata, & ſuæ ſanctæ Eccleſiæ per manus tradita, quæ omnium maxima huius Tranſlationis eſt commendatio. De his, inquam, quanto tu æquius dicere poſſes. Ecquis tam audax qui has literas & Apoſtolicas & Euangelicas audeat attentare? Nam Apologia & Apologeticus defenſionem latinè ſonant, & opus in defenſionem rei alicuius æditũ. Nec id tantum, ſæpè etiam ἀντικατηγορίαν, ideſt, recriminationis tranſlationẽ in cõplexu habẽt, nec enim ſat habent diluere crimen obiectũ, ſed etiam plerunq́; in aduerſarium transferunt atque deriuant. Accipe ergo paucis, ne te longo ſermone morer, quid ſibi velit hic noſter Apologeticus, ideſt, hic ſermo Eccleſiaſticæ ſcripturæ propugnator, atque defenſor, idemq́; calumniæ Iudaicæ, qua noſtra & Eccleſiaſtica ſcriptura inceſſitur, propulſator & tutor. Iam inde vſque ab ipſis Eccleſiæ primordijs, inter nos & Iudæos, de noſtræ ſcripturæ veritate lis eſt nata, quæ hunc habuit ortum, vt Iuſtinus Philoſophus martyr in Dialogo aduerſus Tryphonem Iudæum nos docet. Erant ab ipſis initijs Chriſtianæ R. P. inter noſtros & Iudæos crebræ concertationes de Chriſto Domino & de Chriſti myſterijs, quoties in iſtis concertationibus quæ vltro citroq́; habebantur, Iudæi manifeſtis Prophetarum teſtimonijs tenebantur, nec elabi aliter vllo modo poſſent, illud erat

A   *vnicum*

vnicum perfugium vt dicerent non ſic Hebraicè eſſe illa teſtimonia Prophetarum quæ à noſtris citarentur, deceptos fuiſſe Lxx illos Iudæos qui trecentis annis ante Chriſti Domini in carne aduentum libros ſacros Græcè vertiſſent: cumq́ non ſemel aut bis Iudæi cõſtricti in vinculis tenerentur, ſed quoties aduerſus noſtros de Chriſto Domino & de eius myſterijs in certamen deſcenderent, quod fiebat quotidie, auerſabantur Tranſlationem Lxx ſuos maiores, vt Author eſt Grigentius, diris deuouebant, quod ſcripturam Græcè verti à Lxx viris eſſent paßi, eam fuiſſe cauſam, vt teſtimonijs ſcripturæ tam vehementer à noſtris premerentur, expoſitiones ſcripturæ veterum Patrum execrabantur, vt aduerſus Tryphonem Iudæum ſcribit Iuſtinus, & Grigentius aduerſus Herban Iudæum. Quid plura? cum ſingulis Prophetarum vaticinijs ſe confixos viderent, cachinno ſingula quæ veteres Patres citabant teſtimonia ſcripturæ excipiebant, vtebantur illa arte Sophiſtarum & Oratorum vt quæ dicendo refutare non poſſent, quaſi faſtidiendo & ridendo calcarent, deceptos in ſingulis Lxx illos viros cauſarentur, quaſi ita Lxx viri in ſingulis decipi potuiſſent, vt aiunt veteres Patres, vt in ſingulis Chriſti myſteria prædicerent cum literis Apoſtolicis & Euangelicis concordarent, nam miris modis in verbis & ſententijs Lxx viri congruunt cum literis Apoſtolicis, & Euangelicis extra teſtimonia citata ex veteri teſtamento quod ait Irenæus. Quaſi vero, inquit, idem Author, trecentis annis antequam lux Euangelica toto orbe diluceſceret, antequam fideles Chriſto credidiſſent Lxx viros ſubornare potuerint vt Eccleſiæ ſanctæ teſtimonium veritatis impertirent. Origenes tamen operæpretium futurum putauit, ſiquis Scripturam ex lectione Hebræa ad verbum verteret, qua, in diſputationibus aduerſus Iudæos, vteremur, quod Lxx in pleriſq́ Paraphraſin ſcripturæ feciſſent, potius quàm tranſlationem vt Chriſti myſteria planius panderent. Ita Origenes in Eccleſiaſticis Lxx tranſlatione vtendum putabat, in altercationibus aduerſus Iudæos alia quadam quæ ad verbũ ex Hebræa lectione eßet expreſſa, quaſi Iudæos id grauaret quod ſcriptura non eſſet ad verbum reddita Græcè, & nõ potius quod planè Chriſtum loqueretur. D. Hieronymus hũc, quem Origenes ſubeundum laborem putabat, ſubijt ipſe, ſuam ædidit Vulgatam ex Hebræa lectione ad verbum expreſſam & tranſlatam ad verbum, quanquam aliquando profitetur ſe ad morem boni Interpretis non verbũ verbo reddere, ſed ſenſa ſcripturæ exprimere, quod feciſſe ait Iudæos tranſlatores Aquilam Symmachum & Theodotionem & alios; hoc fecit D. Hieronymus qua dixi cauſa, & vt integrã ſcripturam & ſartam tectam haberemus, quod Iudæi ex literis ſacris, vt diximus, multa expunxerãt maxime manifeſta de Chriſto teſtimonia, multa etiã ex illis vetuſtas aboleuerat, pleraq́ erant adulterata aliorum tranſlationibus. Hæc omnia D. Hieronymi tranſlatio ſarta tecta reddiderat, hanc à primo Iudæi ſummis laudibus in cœlum extulere, nihil illa exactius eſſe teſtati ſunt, credo quod futurũ putabant vt minus negotij ſibi faceſſeret illa quam tranſlatio Lxx: at poſt quam videre ma-

nifeſtis

nifeſtis ſcripturæ teſtimonijs iuxta Vulgatam D. Hieronymi ſe quoq; teneri quo quo ſe verterent, poſtquam videre perſpicuis Prophetarũ prædictionibus etiam iuxta hanc ſe quoq; confixos, ſtatim cœpere in Vulgatam D. Hieronymi arma mouere, & eam quanta maxima vi poſſent oppugnare, quod tertio libro oſtendemus manifeſtius, negare etiã cœpere rurſum, hãc fideliter verſam: Inſurrexit ergo omnis Iudaica natio aduerſus noſtrã Vulgatam à D. Hieronymo æditam & aduerſus omnem Eccleſiaſticam ſcripturam, pugnat acriter Synagoga impia contra Eccleſiam ſanctam & noſtro tempore pugnat acerrime quorundam ex noſtris armis adiuta. Pagnini Tranſlationem aiunt ad veritatem Hebraicam proprius cæteris accedere, & nouas alias poſtulant tranſlationes, nouas ſcripturæ Interpretationes deſiderant, credo quæ Chriſti obſcurent aduentum, quæ Chriſti myſterijs offundãt tenebras, cuius rei hinc facio coniecturam, quod in quibuſdam tranſlationibus quæ ad veritatem Hebraicam factæ dicuntur, quibuſdam dico non omnibus vix vnquam Chriſtum reperias magis explanatum quam in lectione Eccleſiaſtica, obſcuratum plus millies reperias & Vulgata noſtra hoc nomine quibuſdam fœtet quod Chriſtũ ſonat, quo nomine tranſlatio Lxx Iudæis eſt odioſiſsima. Iudæos non miror, noſtros homines admirari ſatis nõ poſſum quibus Vulgata ſcripturæ lectio in Eccleſia ſancta receptiſsima per tot annorum curricula debuit eſſe commẽdatiſsima, præſertim cum eſſet Cõciliorum decretis conſecrata & munita, Chriſtum & Chriſti myſteria planè ſonaret, Iudæos redargueret, coerceret infideles: æquumne erat, hac reiecta eas trãſlationes introducere, quibus Iudaiſmo noſtra replerentur, obſcuraretur Chriſtus Dominus? Nec ab ea ſcriptura noſtra alieni eſſe deberent quam tranſtuliſſent Lxx viri, vel hoc ſaltem nomine, quod ab Apoſtolis & Euangeliſtis atq; adeo ab ipſo Domino fere eam citari manifeſtum ſit, ſi Græca Græcis conferas, Græcè enim tranſlatio Lxx eſt facta & Græcè lectio Euãgelica & Apoſtolica eſt conſcripta: ſingillatim ergo ſingula ſingulis cõfer. & veriſsimos dices veteres Patres qui iuxta tranſlationem Lxx ferè citatam Scripturam à Domino & ab Apoſtolis & Euangeliſtis tradiderunt, & ab eiſdem Eccleſiæ ſanctæ traditam & relictã eſſe. Ecquã tu dices maiorem hac eſſe commendationem? niſi illud addas quod alibi vberius & fuſius eſt dictum, ferè veteres Patres omnes tam Græcos quã Latinos voluiſſe inflatu Spiritus ſancti eam eſſe textam, & certe quo Iudæis eſt ingratior, hoc magis oporteret nobis eam in medullis hærere. Hæc pugna eſt ergo aduerſum Eccleſiam & hæc noſtrarum rerum vituperatio: Nam victa iam olim Synagoga iacebat miſera, recreata quorundã ex noſtris ope & auxilio: tandem noſtris temporibus victũ caput cœpit attollere? Quid dixi cœpit victũ caput attollere? cœpit Eccleſiæ ſanctæ velle iura legeſq; dare, antiquare noſtra quæ à Chriſto Domino & eius diſcipulis acceperamus: id cœpit ſperare vt antiquorum Patrum doctrinã exploderemus, Phariſaicã doctrinã toto pectore hauriremus. Quid ſi, inquies, veritatem Scripturæ in Eccleſiã volunt introducere, excludere quæ falſa ſunt? Nõ mea opera opus erat vt

De ipſis Iudæis loquitur.

Chriſtũ reijciunt plerǽque aliæ tranſlationes.

*diceres tu, ſi Chriſto Dño credis, verã eſſe eã ſcripturã quã Chriſtus Dñs in ſua Ec-
cleſia eſſe voluit per tot annos, falſam eſſe eã quæ ab ea diſsidet ſenſu. Sed hoc vult
noſter hic Apologeticus vt noſtrarũ rerũ rationẽ reddamus, oſtẽdere veriſsima eſ-
ſe, quæ Eccleſiæ proceres de hac re dicũt: falſiſsima, & mẽdaciſsima quæ iactitant
Iudæi, quo in negocio nõ noſtra tãtũ in lucẽ ædimus, ſed vetera fere omnia tã Græca,
quã Latina in vnũ locũ collecta repræſentamus. Diſtinximus verò hũc noſtrũ Apo
logeticũ in libros quinq;, Primus liber quæ generaliter Eccleſiæ ſanctæ obijciuntur,
refellit generaliter, vbi acer cõflictus & acerrima pugna eſt, Iudæi nãq; cũ ſentiãt
ſe peſsimã cauſam tueri, nõ audẽt ire per ſingula, nec ad ſingula deſcẽdere, vniuer-
ſe & generatim illis placet pugnare, nõ ſigillatim. Hic multa dicũt, multa deblat-
terãt, vera ne dicãt an falſa nihil penſi habẽt dũ Eccleſiæ & Eccleſiaſticis obſtre-
pant, & ſuis aduerſum nos aliquid dicere videãtur. Ergo vt illorũ mẽdacia refella
mus, & falſa atq; fictitia omnia redarguamus, aliquãtulũ primo libro immoremur
neceſſe eſt. Secũdus liber veterũ Patrũ quotquot de hac re Græcè & Latinè ſcripſe
re ferè ſentẽtias recẽſet, & potiſsimũ D. Hiero. quo patrono noſtri aduerſarij potiſ-
ſimũ ſe tueri conabãtur, qui veriſsima eſſe quæ nos dicimus teſtãtur, falſa & cõmen
titia Iudaica omnia, quæ noſtri aduerſarij vẽditãt, clauditur hic ſecũdus liber anti-
quiſsimorũ Iudæorũ & Rabinorũ recẽtiũ teſtimonijs, quæ nobis noſtræ veritatis im
pertiũt & Vulgatæ defenſione ex autoribus Lexici cõplutẽſis. Tertius liber ex D.
Hiro. fallaciarũ Iudaicarũ indiciũ facit quas adhibẽt Iudæi in vitiãda Hebræa le-
ctione vt peruertãt Eccleſiæ myſteria de Chriſti diuinitate, de integritate ſacræ vir
ginis, de aduẽtu Dñi, de circũciſione, de Regibus Magis cæteriſq; Chriſti & diſcipu
lorũ eius ſacramẽtis cũ contẽptu noſtræ Vulgatæ & ſanctorũ Patrũ interpretatio-
nis. Quartus liber defenſionẽ Lxx addit acerrimã quã ſecũdus liber nõ leui brachio
erat cõplexus, & quã Iudæi & eorũ aſſeclæ oppugnãt & vitiãt, & Iudæorũ fraudes
indicat & arguit, Lxx virorũ lectionẽ defendit, & oſtendit Apoſtolos aut Spiri-
tum ſanctũ potius qui eorũ ore loquebatur, eã ferè citaſſe, & Eccleſiæ ſanctæ tradi-
diſſe aduerſum Iudæos quoſdam qui eam acerbiſsimo odio proſequuntur. Oſtendit
quanta ſit autoritas locorũ veteris teſtamẽti quam citãt Apoſtoli & Euangeliſtæ
& quanta ſit nouarum quarundã trãſlationum autoritas. Quintus & ſextus liber
ſedẽ Apoſtolicam defendit & locos Apoſtolicos & Euangelicos tuetur aduerſus
Iudæos & eorum aſſeclas quoſdam ex noſtris qui eos oppugnant acerrimè, & hæc
huius operis ſumma. Sed quoniam in Commentarijs quæ in Eſaiam ædidimus quæ-
dam ex his prælibauimus quæ inuectiuas aduerſus nos excitauerunt ab aduerſarijs
qui ſunt contrariæ factionis, Epiſcopus verò Segorbienſis vir doctiſsimus & re-
ligioſiſsimus me etiam de quibuſdam admonuit quæ meis ſcriptis obijcerentur,
atque vt his reſponderem magnopere poſtulauit, conſilium fuit primo huius Apolo-
getici libro quædã prolegomena quam potero breuiſsimè prætexere; non vt conuitia
quæ mihi fiũt refutẽ, ſed vt ipſos doceã cõuitiatores, (ſi fortè imperitia peccant, &*

ad bo-

ad bonam mentem redire velint,) quanto in errore verſentur;& vt ſemel reſpondeam in principio omnibus quæ mihi ex D. Hierony. obijci poſſunt, ne centies eadem cogar repetere: quod cum fecero, Deo bene iuuante; ad rem ipſam aggrediar: Vale lector optimè.

Præfatio in Prolegomena.

NON ab re me facturum arbitror ſi reſponſurus amiciſsimorum quondam hominum Epiſtolis, quibus acerbè & contumelioſè in me inuehuntur, vtar principio libri primi Auguſtini contra Iulianum Pelagianum Hæreticum, quo ſic Iulianum alloquitur, Contumelias tuas & verba maledica Iuliane ſi contemnere me dixero mentiar : quis enim contemnat ſuæ exultationis materiam? ſeu mœroris? meorum enim cauſa gaudiorum eſt promiſsio illa Domini, Gaudete & exultate cum dicunt omne malum aduerſum vos, mentientes, propter me; quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis: & rurſum mei cauſa mœroris eſt, Apoſtoli affectus, vbi lego. Quis infirmatur & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego nō vror? Sic Auguſtinus centies conuitijs proſciſſus non reſpōdet, non conuitiatur, non maledicit, ſic Cimex ab Hæreticis appellatus qui digitis attritus teterrimè fœtet, contemnit. Conuitia, & quod hæretici iactant ſe ab eo abſtinere vngues veluti ab animali fœtidiſsimo contēnit. Sic D. Baſilius peſtis Eccleſiæ dictus ab Hæreticis, facinoroſus, falſarius, teſtamētarius tanquam diuini teſtamenti corruptor, tacet, crimina obiecta non diluit, quādo libro de Spiritu ſancto cap. 6. acerbiſsimis cōuitijs ſe ab aduerſarijs affectū ait, quod tantum abeſt, vt ſibi dolori fuerit, vt niſi magnopere ſibi doleret quod aduerſarij ſibi nocerent grauiter, in lucro magno conuitia & contumelias quæ ſibi fierent, eſſe appoſiturus, quod Dominus dixerit, Beati eſtis cùm maledixerint vobis homines propter me. Et Athanaſius duas Epiſtolas inuectiuas ſcriptas à fautoribus Arrianæ ſectæ ſuis operibus inſeruit, quæ nunc ſimul cum eius operibus circunferuntur, nempè quod laudi ſibi putabant eſſe, pati pro Chriſto, & ſe pro Chriſto appellari ſtultos, hæreticos, pernicioſiſsimos. Nā receptiſsimus hic mos eſt, vt teſtantur omnes veteres, iam inde vſque ab Eccleſiæ initijs, vt qui Eccleſiæ aliquam cauſam ſuſcipit, idiota, indoctiſsimus, ſtultiſsimus appelletur. Sic etiam Hieronymus in illud Cap. 16. Eſaiæ. Audiuimus ſuperbiam Moab. Quis, inquit, horum hominum non ſuperbus eſt? quis Eccleſiaſticam ſimplicitatem non deſpicit? quis horum Eccleſiæ homines non habet quaſi bruta animalia? & in illud cap 29. Hieremiæ & reducam. Nos, inquit, qui illa contemnimus quaſi pro brutis habent animantibus, & vocant Peluſiotas,

luſiotas,ideſt,luteos,& ad Pammachium & Oceanum de erroribus Origenis.Peluſiotas, nos appellant & luteos, animaleſque & çarneos.Contemnam igitur & ego exemplis tantis conuitia fœdiſsima, & probra in me iacta? Non dolemus,ait Chryſoſtomus, Chriſtiani libros aduerſus nos ædıtos ſed ridemus,veſtra ergo conuitia,ò viri olim amiciſsimi,riſi ſemper,& amicis ridenda porrexi,& in lucro appono quod non ſolum hæc patior quod Eccleſiæ aliquã partẽ tuendam ſuſcepi pro mea virili defenſor ſcripturæ Eccleſiaſticæ,& propulſator calumniæ Iudaicæ, ſed etiam illud mihi cauſa gaudiorum, vt verbis Auguſtini vtar, quod Dei opti.Maxi.beneficio ſummo,dignus ſum habitus pati ea quę ſancti Patres ſuis temporibus ſunt paſsi, homo tenuiſsimus,& peccatis coopertus,indigniſsimus qui tanto beneficio à Deo afficerer.Volo igitur à vobis haberi linguarum imperitiſsimus, omnis liberalis doctrinæ expers, pernicioſiſsimus,hæreticus,Sacrarũ litterarum prorſus rudis, pro Chriſto ſtultiſsimus cum Chryſoſtomo haberi volo. Redoleat meus ſermo pinguis & adipalis, vt dicitis Ganeum & popinam,in quę ego pedem nunquam intuli,quamdiu vixi,grauiſsimorum ſtudiorum indefeſſo labore cultor,libros noctes & dies manu verſans infeliciſsime,vt vos vultis.Si quid ergo verè dicitis in his quæ ad doctrinam ſpectant, ò viri, veſtro fortaſſe iudicio literatiſsimi, vos in omnibus viciſſe fatebor & vera dicere.Mitto ergo omnia conuitia,nam mea & meorum antiquitas & nobilitas nota eſt,eſt Deo gratia ôptimo maximo: nec veſtras ego moror minas, ſi mihi mille vndiq; impenderent pericula,nihil me mouerent. Canes,inquit Hierony.latrant pro dominis ſuis,& me nõ vultis latrare pro Chiſto? concisus vulneribus & contrucidatus, & adhuc in ſepulchro latrabo pro Chriſto,tantum abeſt vt etiam ſi in me omnium tela intenta videam poſsim conticeſcere.

PRO-

PROLEGOMENA IN PRIMVM LIBRVM APOLOGETICI.

Quod apud Hieronymum et veteres, vulgata æditio quæ dicitur, Tranſlatio ſit Septuaginta interpretum. CAP. I.

Conſuetudo tenuit noſtris têporibus, vt vulgata ędıtio, trâſlatio D. Hieró. nominetur quę têporibus D. Hieron. noua Trâſlatio dicebatur, poſtquã verò inueterauit; dicta eſt Vulgata ędıtio, nec de hac re vlla eſt cõtrouerſia. Nõ enim cũ primũ tranſlatio D. Hiero. in lucẽ exijt, potuit dici vulgata quæ noua erat, nec ſatis in Eccleſia ſancta recepta, vt ipſe Diuus cêties teſtatur, & quoniã de Veteris Teſtamêti tranſlatione agitur; nõ de trâſlatione noui Teſtamẽti, & liquet veteris Teſtamenti in Eccleſia Catholica tantũ fuiſſe trâſlationẽ ab ipſis Eccleſiæ ſanctæ initijs, eamq́; fuiſſe trâſlationẽ Lxx Interpretũ vſq; ad têpora D. Hiero. quibus ſuã ædidit Vulgatã, quæ dubitatio reliqua eſſe poteſt, Vulgatã appellatã vſq; ad illa tempora trâſlationem Lxx quando illa ſola erat? Hoc ita fuiſſe teſtis eſt Auguſt. lib. 18. de ciuit. Dei ca. 43. vbi cũ docuiſſet multas Veteris Teſtamêti fuiſſe trâſlationes ſubiunxit; Hãc tamẽ quæ eſt Lxx tanquam ſola eſſet, ſic recepere Eccleſiæ, eaque ſic vtũtur Græci populi Chriſtiani quorũ plæriq; vtrũ ſit aliqua alia ignorãt, & ex hac Lxx interpretatione etiã in Latinã linguã interpretatũ eſt quod Eccleſię Latinæ tenẽt, quãuis nõ defuerit têporibus noſtris, Hieronym⁹ homo doctiſsimus qui ex Hebręo in Latinũ eloquium ſcripturas cõuerterit. Hæc Auguſtinus, quibus docet quod vna tãtũ in Eccleſijs perdurauit ſcriptura vſq; ad têpora D. Hierony. & ea erat quæ à Lxx viris eſt facta Græca in Eccleſijs Græcis; Latinè facta eadẽ in Eccleſijs Latinis, quæ etiã vetus trâſlatio dicebatur, quod Hieronymi interpretatio noua trâſlatio diceretur, quæ illa têpeſtate facta eſt ab ipſo Diuo, vt fuſe à me dictũ eſt in diſputatione de trâſlationibus. Eadẽ hæc quæ ſcribit Auguſt. prodidit Eugypius cap. 329. de authoritate Lxx Interpretũ. Vis hoc planius dici tibi? Idẽ Auguſt. de ciui. Dei lib. 16. c. 10 ſcribit verba hæc, Secũdũ Vulgatã æditionẽ hoc eſt Lxx Interpretũ. Potuit planius Auguſtinus dicere Vulgatã æditionẽ, tranſlationẽ eſſe Lxx Interpretũ? Vis hoc authore D. Hieró. tibi etiã cõmonſtrari? Hieronymus in Epiſtola ad Principiã Virginẽ, tranſlationẽ Lxx Vulgatã æditionẽ nominat, ait enim, In Vulgatã pro, benedixit, vnxit, legimus. Sed ſciẽdũ quod error ſcriptorũ Lxx tranſlatoribus nõ debuit imputari: quibus verbis Hieronymus vitiatã ait tranſlationẽ Lxx, culpa ſcriptorum non culpa Lxx. Quod ſi Vulgata nõ fuiſſet facta à Lxx Interpretibus; ſtultũ eſſet excuſare Lxx in errore Vulgatæ; excuſat Lxx in defectu Vulgatæ, ergò Vulgatã intelligit eã eſſe quæ facta à Lxx eſſet. Idem Hieronymus ad Suniã & Fretellã ſcribit Κοινὴ hoc eſt cõmunis æditio ipſa eſt quæ & Lxx. Quid vis amplius? en cõmunis æditio quæ eſt Vulgata ędıtio ipſa eſſe dicitur à Hierony. quę & Lxx. Atqui hunc ipſum locũ citas aduerſum me; ſed ſilẽtio præteris verba hæc, citas illud Hieronymi aduerſus me ad Suniã & Fretellã, in quo breuiter illud admoneo, aliã eſſe ędıtionẽ quã Origenes & Euſebius Κοινὴν, ideſt, cõmunẽ appellant atque Vulgatã, aliã Lxx Interpretũ, quæ verba tu nõ intelligis, ſignificat Hieronymus Origenẽ & Euſebiũ caſtigaſſe trâſlationẽ Lxx & ſe illã etiã emẽdaſſe & eã caſtigatam ſolã poſſe appellari vere trâſlationẽ Lxx, aliã

cómuné & Vulgatá quę in vſu erat Eccleſijs nó poſſe dici Vulgatam, ita vitiata erat, & hoc ſignificare Hieronymú liquet ex illis quæ ſubijcit, Κοινὴ auté iſta, hoc eſt cómunis æditio ipſa eſt quæ & Lxx. Ergo cómuné æditioné, quá Vulgatá appellauit, ipſam eſſe ait quæ & Lxx & rogat quid interſit inter eas? cur ab ipſo ſeparétur? quod altera vitiata eſt, inquit, altera caſtigata, vitiatá appellás illá quæ in vſu eſt oíbus Eccleſijs, qđ dictú puto ea libertate qua vti ſolet D. Hiero. Sed ego ſi locuples eſſem oíbus meis opibus redimeré illá quę in vſu erat omnib⁹ Eccleſijs etiá ſi in illa eſſet aliqua lectióis varietas: Didici eñ ex D. Tho. authoritaté Eccleſiæ Doctoris etiá eminentiſsimi authoritati eſſe anteferédá. Vtiná vtiná mihi copia eſſet illius tráſlationis quę in vſu erat omnibus Eccleſijs, ſi Crœſi opibus abúdaré illá Crœſi opibus omnib⁹ redimeré, quanquá ſatis nobis ad manú eſſe poteſt ſed cú ingenti labore ex ſcriptis veterú Patrú eruta, cú à ſanctis Patribus explanatur Græcis & Latinis, aut aduerſus Iudæos & Hęreticos citatur vna & eadé ſine vlla ferè varietate. Verba D. Hiero. ſunt poſtq̃ illa dixerat, Κοινὴ auté iſta, hoc eſt cómunis ęditio ipſa eſt quę & Lxx, ſed hoc intereſt inter vtráq; quod Κοινὴ, ideſt cómunis & Vulgata (ſic enim illá ſupra appellarat) pro locis & pro téporibus & pro volútate Scriptorú corrupta ęditio eſt. Ergo hoc putat intereſſe Hiero. inter Vulgatá & tráſlationé Lxx quod Vulgata corrupta erat, tráſlatio vero Lxx caſtigata à ſe eſſet & ab Origene, cęterú eádé eſſe vtráq; putat. Quæ eadé reſpóſio, valet aduerſus ea quę citaſti ex Procemio in ca. 16. Eſaię, magni faciebat Hiero. eá quá à ſe caſtigatá prædicat, & eá ſolá tráſlationé Lxx merito appelládá, Vulgatá vero vitiatá eſſe & corruptá, adeo vt indigna eſſet quę appellaretur Lxx Interpretú tráſlatio. Addis me dixiſſe aliqñ Hieron. incaſtigatos habuiſſe Lxx virorú codices, idque eo loci & alijs quibuſdá. Ego ex antiquioribus D. Hiero. caſtigati cómóſtraui, & lectioné Lxx receptiſsimá in Eccleſia ex veterib⁹ oſtédi: ſed quid arguméti hoc eſt ſi caſtigatior codex reperiatur codice D. Hiero. in cęteris quá iactabúdus? quá nihil probas? quá milité glorioſum Thraſoné refers? Quá verius dicere poteras quoties D. Hiero. Vulgatá citat ſic eſſe in tráſlatione Lxx vt citat D. Hiero. quod argumétum hoc maius dici poteſt? ſi quoties Hieronymus Vulgatá citát ſic eſſe reperitur in tráſlatione Lxx Interpretú quá Hiero. vero verius eſt quod tranſlationé Lxx & Vulgatá appellarit. Hierony. in illud cap. 9. Eſaiæ. Multiplicaſti gentem, quáto à cæteris æditionibus, inquit, Vulgata ęditio diſtet diligés lector agnoſcat. Vbi tráſlationem Lxx diſtare reperies à cęteris, & de ea loqui D. Hiero. Idé Hierony. in ca. 2. Eſaię in illa verba, Quia repleti ſunt, ꝓ Philiſtim, inquit, ſemꝑ Lxx vertút alienigenas; hoc idé de Vulgata æditione prodit Hiero. in illud. c. 14. Ne lęteris, Philiſtęos, inquit, alienigenas Vulgata vertit æditio. Vbi duo hęc nota, qđ in Vulgata æditione factú docet Hiero. in tráſlatione Lxx reperiri factú, & non alibi, vt vulgatá æditioné tranſlationem Lxx eſſe ſit neceſſe, alterú quod id quod factú ſemꝑ prius dixerat in tranſlatione Lxx & nó alibi, poſtea ſemper factú dicere ſit neceſſe in Vulgata, vt planú faciat Hiero. eádé eſſe tráſlationé Lxx & Vulgatá. Ná Ambro. etiá & alij notát Lxx ꝓ Philiſtæis ſemper vertere alienigenas, additq; qua cauſa id faciant Lxx. nec alij ex tráſlatoribus hoc tribuitur vnquam. Idé Hiero. in ca. 26. Eſaię in illud, Semita iuſti. & in illud. Sed & Spiritu meo. Eádé tráſlationem quá nominat Lxx rurſum Vulgatá nominat, qđ intelliges ſi legas attente & velis intelligere. Idé Hiero. in verba illa ca. 30. & nó faciet auolare. Multú in hoc loco Lxx æditio Hebraicúq; diſcordant. Primú ergo de Vulgata æditione vbi diſcordare dixerat Lxx & Hebraicú, & dicturus de vtriſq;. Primú, inquit, de Vulgata æditione, vbi quos dixe

rat Lxx Vulgatã æditionẽ nominat, & pri⁹ de ea dicit,poſtea de Hebraico.Hoc idẽ intelliges etiã ex illo cap. 59. in illud. Opera eorũ vbi,qui verſus,inquit,in æditione Vulgata additi ſunt,& intelligit in trãſlatione Lxx. Nã de eadẽ re agens & idẽ docẽs in.16.librũ in Eſaiã Lxx Interpretũ tranſlationẽ nominat quã appellarat Vulgatã.Sed chartæ me deficerent ſi ſimiles locos è D.Hiero.vellem citare.

Quod Vulgata noſtra à D.Hieronymo ſit ædita. Cap. II.

QVis explicare dicẽdo poſsit quot & quibus modis noſtri aduerſarij aperire viã Iudaiſmo conẽtur?Qua de re totũ hoc opus cõtexendũ eſt, quædã in his prolegomenis trãſigãtur in quæ nec neceſſe erat,ſi rẽ ſemel eſſemus exorſi lõge à propoſito euagari poſtea. Video ergo quoſdã quacũq; ratione poſsint authoritatẽ noſtræ Vulgatę velle extenuare,intercidiſſe trãſlationẽ factã à D.Hierony. volũt perſuadere vt quę neceſsitas coegit D.Hiero. ſuã ex Hebræo texere interpretationẽ, eadem nũc ſit,vt pateat via Iudaiſmo,vt poſtea dicemus.Hoc genus hominũ vt refellamus ſat eſt oſtendiſſe nũc agi de trãſlatione veteris Teſtamẽti vt eã in Eccleſijs vnã tãtũ fuiſſe eã quæ à Lxx viris eſt facta,idq́; planè euicimus ex Auguſtino Eugypio, & Hiero. Si vna ergo trãſlatio Lxx Interpretũ, vt mõſtratũ eſt,vſq; ad tẽpora D.Hierony. erat,nõ erat alia trãſlatio quæ cõmunis diceretur & Vulgata,vt hanc eſſe velint quæ nũc circũfertur diciturq́; nũc Vulgata:ſola in Eccleſijs erat Lxx Interpretũ interpretatio quoad ædita eſt à Diuo Hiero.ex lectione Hebræa quæ nũc dicitur æditio Vulgata. Quid hoc manifeſtius?ne quis noſtrorũ aduerſariorũ Iudaiſmo viã patefaciat?Age nũc, ex abundãti,quod dici ſolet,oſtẽdamus Vulgatã hãc quæ nũc circũfertur à D.Hiero. eſſe æditam, quod hinc ita liquebit,vt oculis cerni poſsit quod Hieronymus quoties lectionẽ à ſe ęditã citat,in noſtra Vulgata reperiatur, eſt igitur Vulgata ædita à D.Hiero.ſed iã exẽplis id planũ faciam⁹. Credes enim tibi & tuis oculis ſi quoties D.Hiero.à ſe factã tranſlationem citat,ſi illã cõtuleris cũ noſtra Vulgata eandem eſſe deprehenderis. Primũ illud in Oſeæ caput.2.in illa verba. Propter hoc ecce ego lactabo eã.Pro eo, inquit Hierony. quod nos diximus,ad aperiẽdã ſpẽ.Quęre in Vulgata verũ hæc oratio,ad aperiẽdã ſpẽ,quam Hiero.ſe dixiſſe dicit in ſua tranſlatione vbi reperiatur & ibi eſſe reperies,& tamẽ ita ſe vertiſſe ait D.Hiero. & Lxx aliter & aliter Symmachum, & Theodotionẽ aliter; & infra idẽ Hiero. in illud.Dabo ei vinitores, quod nos diximus,inquit, lactabo eã Lxx dixere ſeducã eã. Quære vbi ſit,lactabo eã, quod vertiſſe ſe ait D.Hiero. in Vulgata eſſe reperies,vt vel manibus prehẽdatur ſemper D.Hiero. Vulgatã citare tanquã à ſe æditã,idẽ reperies in cæteris vbi D. Hierony.trãſlationem à ſe factã citat, citare noſtrã Vulgatã,vt in illud cap. 4. Oſeæ. Particeps Idolorũ. Pro eo quod nos,inquit,interpretati ſumus ligauit Spũs eũ in alis ſuis. Hęc verba reperies in Vulgata quæ Hierony.ſe vertiſſe ait. & in illud ca.5.Oſeæ.In gregib⁹ ſuis. Pro eo, inquit Hiero.quod nos dixim⁹. Deuorabit eos mẽſis.Hęc quę Hiero.ait ſe in ſua trãſlatione dixiſſe in Vulgata noſtra leges & in principiũ lib.2.in Oſeæ.pro eo,inquit Hiero.quod nos trãſtulimus:poſt tergũ tuũ Bẽiamim. Hæc verba quæ ſe trãſtuliſſe ait Hiero.Vulgata noſtra pręfert & infra in illud;& infra in illud & vidit Ephraim lãgorẽ ſuũ.Vbi Lxx inquit Hiero.poſuerũt Iarib, nos vltorẽ vertimus, quã lectionẽ in Vulgata leges, & in illud ca.7.Oſeæ.Pro eo,inquit,qđ nos dixim⁹ vaſtabũtur &c.hoc verbũ quod ſe dixiſſe Hieron. profitetur reperies in noſtra Vulgata,qđ in principiũ ca.8.Oſeę idẽ Hierony.ait. Hoc quod interpretati ſumus. In gutture ſit tuba, & qđ ait paulo infra in illud, proiectus eſt in eo, in quo poſuimus aranearum telas & in illa

verba.c.9. Oſeæ. Venerũt dies viſitationis. Vbi inquit D. Hiero. interpretati ſumus ſcitote Iſrael. & paulo infra, quẽ nos ſtultũ Prophetam diximꝰ & ſimilia, omnia deniq; confer cũ Vulgata, ita ſcripta in Vulgata reperies vt ipſe ſe tranſtuliſſe ſcribit, & in illud.c.2. Ioel populi & populi. Vbi nos poſuimus populi, populi, & infra vbi nos diximus in valle cõciſionis & in illud.c.1. Amos. Hæc dicit Dñs ſuper tribꝰ &c. nos plauſtra ferrea interpretati ſumꝰ, & infra vbi nos diximus de domo voluptatis confer hæc omnia cũ Vulgata & ſimilia omnia ita ſcripta reperies vt dubitatio nulla ſit reliqua quin Vulgata ſit ædita à D. Hiero. ſimilia reperies innumerabilia in duodecim Prophetis minoribus quæ ſi cũ Vulgata cõtuleris eadẽ reperies & in illud.c.24. Eſaię & erit in die illa pro eo, inquit, quod nos interpretati ſumꝰ erubeſcet Luna & cõfundetur Sol. & in illud.c. 28. quẽ docebit ſciẽtiã pro eo, inquit, quod nos diximus mãda remãda, mãda remãda &c. & in fine cõmẽtariorum, in hoc idẽ caput pro eo, inquit, quod nos interpretati ſumꝰ in virga excutietur Gith & Cyminũ in baculo. & in illud. c.40. Quis menſus eſt quod nos vertimꝰ, inquit quis mẽſus eſt pugillo aquas, & in illud cap.41. & tu Iſrael ſeruus meus hoc quod poſuimus, inquit, ego adiuui te noli timere vermis Iacob. in Lxx non habetur. & in principiũ ca.42. eiuſdẽ Eſaię pro quo nos interpretati ſumus nõ erit triſtis nec turbulẽtus: & ſimilia apud Eſaiã innumerabilia cõfer cũ Vulgata, eadẽ in Vulgata reperies quę ſe trãſtuliſſe ait D. Hiero. vt appareat Vulgatã à D. Hiero. eſſe factã. Idẽ Hiero. in illud ca. 4. Hiere. Quia ſtultus populꝰ pro eo quod nos diximꝰ, inquit, quia ſtultus populus meus me nõ cognouit. & ſub finẽ.c.5. Hiere. in illud quia inuẽti ſunt quodq; nos diximus, inquit, inſidiãtes quaſi aucupes & in illud cap.21. Hiere. & poſt hęc ait Dñs hoc quod nos trãſtulimus in manu Nabuchodonoſor regis. Babylonis & in manu inimicorũ meorũ in Lxx non habetur. & in illud cap.22. Nunquid vas quod nos diximus, inquit, nunquid vas fictile atq; contritũ & in illud eiuſdẽ Hieremię cap.27. & ſeruient ei gentes. Hoc, inquit Hiero. quod ex Hebraico poſuimus dedi ei vt ſeruiãt illi & ſeruient ei omnes gentes & filio eius &c. in Lxx non habetur & ſimilia innumerabilia quæ leges in cõmentarijs Hierony. in Hieremiã ſi conferas cum vulgata iſta ſcripta reperies vt Hierony. ſe vertiſſe ait, vt vel cæci videant vulgatã à D. Hiero. eſſe æditã. Idẽ Hierony. in cap. primũ Ezechielis in illud & ſimilitudo inquit. Vbi nos poſuimus pennæ eorũ rectæ & quaſi ſonũ vel vocẽ ſublimis Dei vbi locos duos ſimul citat ſuæ trãſlationis & in illud ca.3. Manus enim Domini erat mecũ pro eo quod nos vertimus, inquit aceruũ nouarũ frugũ & in illud cap.6. Ezechielis ecce ego inducã ſuper vos gladiũ. Hoc, inquit, quod nos poſuimus & dabo cadauera filiorũ Iſrael ante faciẽ ſimulacrorũ veſtrorũ in Lxx non habetur & in illud cap. 7. Gladius fortis. Hoc, inquit, quod nos interpretati ſumꝰ omnes trepidi vnuſquiſq; in iniquitate ſua & in illud cap. 8. Ezechielis & dixit ad me &c. Pro eo quod nos poſuimus, inquit, Ab Aquilone portæ Altaris Idolũ belli in ipſo introitu omnia hæc & alia ſimilia quæ in hoc Propheta ſe tranſtuliſſe dicit Hiero. ita in Vulgata tranſlata reperies vt à ſe dicit Hiero. tranſlata. Idẽ Hiero. in cap.4. Danielis in illud. Videbã & ecce arbor in medio terræ, pro quo nos vertimus, inquit, aſpectus eius. & in illud cap.10. & ecce vir vnus veſtitus lineis pro eo quod nos vertimus, inquit ecce vir & in illud.c.11. & veniet rex Aquilonis pro terra inclyta quod interpretatꝰ eſt Aquila quẽ nos hoc loco ſecuti ſumus & in illud cap. 11. & Deum patrum ſuorum pro eo, inquit quod nos diximus & erit in concupiſcẽtijs fœminarũ conſule Vulgatã in his & alijs innumeris quæ Hiero. ait ſe vertiſſe, & ita verſa reperies vt Hiero. ſe vertiſ-

ſe

ſe dicit, vt nemo poſsit eſſe tā proteruus & audax qui Vulgatam à D.Hierony. eſſe æditam poſsit inficiari.

Vtrùm D. Hieronymus Iudæis fauiſſe aliquando poſsit videri. Cap. III.

HOC iā à me quæſitū nō eſt nec allegatū cōtra me epiſtolis amiciſſimorū quōdā hominū, quibus acerbiſſimè in me inuehebātur de quibus ſupra dixi quod huius ſententiæ eſſem quam tueor. Epiſcopus verò Segorbienſis Magiſter Frāciſcus Sāctius vir doctiſsimus & religioſiſsim⁹ à me exegit, vt huic parti facere ſatis, quod Hierony. nō videretur eſſe alieniſsimus ab his qui audirent Rabinos, quin eos nō rarò audiſſe, & ſecutus videretur. Petijt ergo vt huic parti facerē ſatis, & alijs obiectationibus quas mihi aduerſarij opponerēt quas diligenter ad me detulit collectas, & earū plæraſq; eaſdē quas inuectiuæ illæ epiſtolæ præterebant. Quibus hoc opere toto reſpōdendū eſt, hanc partē tamen quæ ad D.Hierony. pertinebat mihi diligētiſsimè commendauit, vt diluerem: credo quod meos aduerſarios pudebat hoc crimen attingere ne id fateri viderentur, Prolegomena tantum reſpondent his, quæ à propoſita cauſa, ſuſceptaq; controuerſia nos longè abducere videbantur, ne incepta diſputatione longè diuagari poſtea ſit neceſſe. Primū ergo quæ aduerſarijs fauere videantur, afferamus, quæ poſtea diluemus.

Quod D. Hieronymus Iudæos aliquando ſecutus fuiſſe videri poſsit, & noſtra damnaſſe. Cap. IIII.

QVI Iudaicas interpretationes ſequuntur, & qui ex Iudæorū ſcriptis cōpilāt ſcholia & cōmentaria non leui aliquo ſe authore vidētur tueri, ſed eo qui columen firmiſsimū Catholicę Eccleſię eſt & lumē ſplēdidiſsimū D. Hieronymo ſcilicet, qui in ſuis cōmentarijs Iudaicas ſcribit interpretationes, & eas cōmēdat, & ſe Iudæis præceptoribus iactat plærūmq; vt in fine prologi in Oſeæ, vbi negat ſe in omnibus veteres Patres eſſe ſecutū, ſed etiā ſępè veterū Patrū ſententiā repudiaſſe, & in illud cap. 4. Oſeæ. Verūtamē vnuſquiſq;. Nos (inquit Hieronymus) ſequimur Hebræos. Et in illud cap. 6. Oſeæ: Particeps ſacerdotū. Se iactare videtur quod illius loci interpretationē ab Hebræo accepiſſet, & in illud cap. 2. Amos. Ecce ego ſtridebo, cū locū illū expoſuiſſet ſubdidit, hoc Hebræi autumant, & ſicut ab illis nobis traditū eſt noſtris fideliter expoſuim⁹, & in illud ca. 7. Amos. Hęc oſtēdit mihi: Dixim⁹, inquit, vt potuimus quid ab Hebræis nobis iuxta hiſtorię veritatē traditū ſit. Et in illud ca. 1. Micheæ in Geth nolite nunciare: Huc vſq;, inquit, ſecundū Hebraicū vt nobis viſum eſt: Certè vt ab Hæbræis audiuimus, & in illud Michęę cap. 2. Vtinam non eſſem. Primū, inquit, iuxta id quod ab Hebræis nobis traditū eſt. Et in illud cap. 1. Naū. Quia ſic &c. Porrò, inquit, quia docti ab Hebræis volumus quoq; eorū traditionē ſequi. Quo loco non ſolū Iudæos ſequi videtur, ſed eos quoque iactare præceptores, quod facit etiam in cap. 2. Naum in principio. Teſtis eſt mihi Deus, inquiens, me omnia quæ ſecundū Hebraicū dixero, nō de proprio ſenſu loqui, ſed Hebræorū ſequi expoſitiones, à quibus nō modico tēpore erudit⁹ debeo ſimpliciter indicare meis quæ didici, & in illud cap. 1. Sophoniæ ſed & vos, vbi poſtquam literam interpretatus erat, ſubdidit, Iudaicè hæc dicta ſunt, & in illud cap. 4. Zachariæ dixit ad me, dicamus, inquit, primum quid videatur Hebræis, à quibus in veteri teſtamento eruditi ſumus, & in cap. 6. Zachariæ. Traditū eſt mihi ab Hebræis: Iā in illud cap. 8. Zachariæ. Et factum eſt. Pudet dicere quam contemptim D.Hierony. de Doctoribus ſacris, & quam magnificè de Iudæis. Sed quid moror Commentaria D.Hiero. in Prophetas his teſtimonijs vide[illegible]ur eſſe referta. Et ille alter

Pſalterio tráſlato à D.Hieronymo meas diſcuti nebulas ait, & trichas meas ait extrichari, trichas enim & nebulas nominat quæ in defenſione noſtræ ſcripturæ ex veteribus Patribus cito, quæ infra ſuo loco diluemus, cũ de Pſalterio tráſlato à D.Hieronymo agendum eſt.

Reſponſio. Cap. V.

PRimum omnium intelligas oportet D. Hieronymo ſua tépora obiéciſſe quod Iudaicas ſequeretur interpretationes, & quod Iudæis præceptoribus gloriaretur, & D. Hieronymum aduerſum Ruffinum, & alijs locis his reſpondiſſe & planũ feciſſe, quo ſpectaret cum hæc ſcriberet; nec ideo illa ſcripſiſſe ſe quod ea probaret, ſed quod Eccleſiæ ſanctæ putaret intereſſe, noſſe aduerſariorum interpretationes vt eas refelleret & contemneret. Quæ ſingula explicabimus, & adſcribemus ipſa huius D. verba. Nec huius D. ſententia fuit ſolum, ſed etiam veterum. Si quidem Origenes Chriſtiani hominis diligẽtis eſſe putat, excutere Iudaicas interpretationes, & cum eccleſiaſticis comparare, & oculis cernere, & manibus prehendere quã cœleſtia & diuina ſint noſtra, quã ſordeant & fœteant Iudaica, quæ ſi ignoraremus, admiraremur fortaſſe, & magnũ eſſe operæ pretiũ putat Orig. ſi Chriſtianus hęc faciat, vt nõ titubet, nec vacillet, ſed firmus ſtet. Non ſecus atque Ariſtoteles & Plato varias ac cõtrarias Philoſophorum ſententias referunt, refellunt poſtea. Et de D. Hieronymo, vt dicemus, conqueſta ſunt ſua tépora quod hæc feciſſet, ſed non ſemper refutaſſet, ſed hęc ita retuliſſet tanquã ea probaret, quibus quæ reſponderit Hieronymus dicemus ſuo loco. Et Origenes quidem Iudaicas interpretationes cum eccleſiaſticis conferendas cenſuit, vt Iudaica magis auerſareris & magis deſpicatui haberes. D.Hierony. putauit poſſe te ex Iudaicis interpretationibus aliquid excerpere commodi, vt ipſe Deus pleraq; ex Aquila Iudæo & Symmacho interpretatur diuinitus, quod Rabini eo tempore non ita dolos & fraudes verſabãt, vt Rabini quorum interpretationes noſtris temporibus in lucem prodeunt, & inde factum eſt, vt veteres Patres Iudæorum, Aquilæ, Theodotionis, Symmachi tranſlationes ad ſcripturæ interpretationem adhiberent. Quod Iudæi tranſlatores fideliter ſcripturam ad verbum vertiſſent niſi vbi Chriſtum ſplendere lucidius Aſtris viderent quę obſcurabant, vt nos docet D. Hieronym. ſed poſt per mille quingẽtos annos factum eſt, vt Iudæi quotidianis aduerſum noſtros diſputationibus, quæ ſolebant fieri crebrerrimæ, nouerint locos Prophetarum, quibus à noſtris vehementer premi ſoleant Iudæi, quod Chriſtũ planè loquãtur, & eos aliqua fraude obſcurant. Qua de re toto hoc opere diſcendum eſt, quo fit vt his nouis interpretationibus quæ Iudaicæ ſunt, nec enim omnes damno, præſertim quod Rabini illorum temporum multa fideliter interpretabantur quod non tam peruicaces erant quam noſtrorum temporum Rabini, & licuit D. Hieronym. illos in plerìſque ſequi & Hebræa lectio illis temporibus multo erat purior & caſtigatior, nec in Hebræa lectione tot fecerant fraudes. Adde quod noſtris temporibus lectio Hebræa Theologis vt ſæpe teſtati ſumus, eſt vtiliſsima, plurima de Chriſto Domino aperiũt myſteria: nos enim nuſquã Hebrææ lectioni aduerſamur niſi cũ vulgatæ aut prophetijs Apoſtolicis & Euangelicis aduerſatur, in cæteris non item. Vix paucos locos, aut nullos reperias quibus Chriſtus referetur magis quam in ſcriptura eccleſiaſtica, innumerabiles deprehendas quibus obſcuretur Chriſtus. Et quoniã aliquibus videri poterit falſo quidẽ, tamen videri poterit D. Hiero. à primo Iudaica probaſſe, poſtea ſapuiſſe magis & ſententiam mutaſſe huic quoq; parti reſpondeamus.

*Quod non ſit audiendus Doctor Eccle-
ſiaſticus etiam eminentiſsimus, qui
contra conſenſum omnium ſanctorũ
Patrum aliquid ſenſerit. Cap. VI.*

QVod ſunt qui frontem perfricant
& vnum D.Hiero. omnium ſan
ctorum Patrum conſenſui opponãt, &
anteferant quod ſolus hic Diuus Græcè
ſcierit & Hebraicè(vt ipſi aiũt) age hũc
errorem ex animis hominum quantum
efficere poſsimus euellamus. Nota res
eſt Eccleſiam ſanctam non humana ſa-
piẽtia eſſe ſuffultam, vt qui maiori ſup-
pelectili diſciplinarum ſit inſtructus in
interpretanda ſcriptura valeat magis,af-
flatu Spiritus ſancti Eccleſia ſapit. Nam
Spiritus ſanctus dedit quoſdam Prophe
tas,quoſdã Apoſtolos,Doctores quoſ-
dã:vnde illud vulgatũ apud ſanctos Pa-
tres,Eccleſiã coaluiſſe ex idiotis & rudi-
bus,& imperitis,afflatu tamen Spiritus
ſancti omnẽ humanã ſapientiã infinitis
partibus exuperaſſe, vnde & illud adij-
ciũt Doctores Eccleſię,nõ ex Iudęis,ſed
ex gẽtibus ab Spiritu ſancto fidelibus da
tos, ne in doctrina Chriſtiana humanis
viribus tãtũ fidat quiſquã,à cœlo potiſ-
ſimũ expectet ſapientiã,& in Dei Eccle-
ſia multos Hebraicæ Græcęque linguæ
fuiſſe doctiſsimos quis ambigat?loquiẽ
enim,& loquuta eſt Eccleſia ſancta om
nib⁹ linguis quod in dono linguarũ datũ
diuinitus & ſignificatũ ſcribunt Patres,
quis id audeat inficias ire?Sed age ſi quis
doctor Eccleſiæ eminẽtiſsimus hoc nõ
expẽdẽs, nec id rationis habẽs Iudæorũ
probaret cauſam in quibuſdã, & in illis
Iudaicas interpretationes eſſet ſequutus
cõtinuo,ne videretur tibi illius authori-
tate,ſanctorũ Patrum vexilla eſſe deſerẽ
da, nec cõtorquẽda ampli⁹ tela aduerſus
Iudęos, quod doctor ille eminentiſsim⁹
inter nos & Iudęos ſe interpoſuiſſet, ne
in Doctorẽ illum tella contorquere vi-
deremur?fateremur viciſſe Iudæos?pro-
baremus Synagogæ cauſam? Eccleſiam
ſanctam,& Apoſtolos ipſos diceremus
dediſſe nobis carbones pro theſauro?ne
lædere videremur authoritatẽ Doctoris
eminẽtiſsimi?conniuendũ in re tali erat?
ſi Angelus de cœlo aliter Euangelizaue
rit nobis, ait Paulus, Anathema ſit, Et
perniciosiſsimus error magnũ vnum ali
quẽ ducem ſequentibus.Nec de D.Hie-
ro.hæc dixerim. Ipſe enim aduerſus Iu-
dæos,& Iudaizantes Dux eſt præcellen-
tiſsimus qui Iudæorũ & Hæreticorum
ſtrenuè ſternat phalanges.Sed ſi quis eſ-
ſet Doctor eminẽtiſsimus qui Iudæorũ
cauſam hac in re probaret, recipiendus
non eſſet hac in parte. Hæc nos docent
ſancta Cõcilia quę ex vnanimi ſanctorũ
cõſenſu decernunt plurima,quod fit ſex
ta Synodo Cõſtantinopolitana Actio-
ne.4.ſub finẽ,vbi legati ſedis Apoſtolicę
referunt Patribus Concilij Maximi Pon
tificis ſententiã omnium ſanctorum Pa
trum authoritate munitã. Quod fit etiã
Actione.12.eiuſdem Synodi,qua hic ca-
non præſcribitur, vt ſemper ſequamur
conſenſum ſanctorum Patrũ,non vnius
alicuius,aut paucorũ his verbis, Neceſſa
riũ iudicauimus diffinire ſemper attritas
ſanctorũ Patrũ voces,& nõ quæ raro à
quibuſdam Patribus dicta ſunt. Et infrà,
Sufficiat præfata cauta ac trita traditio
ſanctorũ Patrũ & doctrina. Et infrà,Per-
manere in attrita Patrũ doctrina.Sed de
hac re dicendũ alibi fuſius eſt.Nũc illud
liqueat non vnius aut paucorum ſtan-
dum eſſe ſententiæ, ſed conſenſum ſan-
ctorum eſſe ſequendum.

*Quod hæreticorum eſt, vnius alicuius
Doctoris ſacri perperã intellecti au-
thoritate omniũ ſanctorũ Patrũ ſen-
tentias labefactare velle, & quod
Canon ſanctorum eſt eiuſdem Diui;
cuius authoritate nituntur potiſsimũ,
eos teſtimonijs refutare. Cap. VII.*

DIſces ex Auguſtino contra duas
Epiſtolas Pelagianorũ lib. 4.ca. 8.
& ca.12.& lib.1.cõtra Iulianũ,Hũc Hæ-
retico-

reticorum morē fuiſſe,vt vnius alicuius Doctoris eminētiſsimi perperam intellecti authoritate ſanctorū Patrū ſentētiā cōuellāt,quod Pelagiani feciſſe referuntur,qui ſe defendebāt autoritate Cypriani & Ambroſij, quos in cœlū,laudibus ferebāt,vt ſua praua dogmata magis firmarent. Et ab Auguſtino Cypriani & Ambroſij teſtimonijs,quorum authoritate ſe tuebantur,refutātur potiſsimū: quod nobis toto hoc opere faciendum iudicaui,vt ſatisfaciam his,qui à me hoc per Epiſcopum Segobienſem petierunt & Iudaizantes qui ſe D. Hieronymi authoritate tuentur,Diui Hieronymi teſtimonijs refellamus potiſsimum.

Quod Diuus Hieronymus ſuperiora aut retractauerit aut non defenderit. Capit. VIII.

PRius tamen quam explico D. Hieronymi aduerſus Iudaicas interpretationes, ſententiam, dicendum eſt D. Auguſtinum duos retractationum ędidiſſe libros:quibus, quæ ſibi aliquando parum elaborata excidiſſent, planè & apertè correxit,atque retractauit, quod non detrahebat fidem ſibi aut ſuis ſcriptis. D. Hieronymus ædiderat diuinum illud opus ſuæ vulgatæ trāſlationis, qua Eccleſiæ Catholicæ nihil vtilius, aut magis neceſſariū eſſe videbatur, quod trāſlatio Lxx multis locis lacera erat,& multis locis erat defecta, in plerïſque Paraphraſis potius erat,quam trāſlatio. Hoc opere tam admirando de R. P. Chriſtiana erat quam optimē meritus,arguebatur tantus hic Diuus hæreſeos ab hominibus ſuę tempeſtatis,& quod adoleſcēs atque etiam vir, Iudaicas interpretationes ſecutus eſſe videretur, ſi aperte retractaſſet quæ dixerat de Iudaicis interpretationibus,ſuæ tranſlationi vulgatæ detraxiſſet fidem,& crederetur dum eam faceret iuxta ſenſus Iudaicos & Hæreticos eam feciſſe, nocuiſſet vehementer Eccleſię, & operi Chriſtianæ R. P. per neceſſario, & ea ratione neceſſe habuit pondus ſuis ſcriptis addere,& ſi qua ſibi retractanda putaret,quę ſibi excidiſſent tectè ea retractare, quanquam ipſe Diuus hoc nunquam fatetur, ſed ſemper recta ſenſiſſe, quę Hęretica & Iudaica aduerſarij ſibi obijcerēt,nō de ſua ſe ſed de aliorum ſentētia retuliſſe,tamē quod videri poſſet quibuſdam quædam Iudaica probaſſe, qua arte ea retractaris aperiam.

Qua arte D. Hieronymus defenderit, aut retractauerit Iudaicas interpretationes. Cap. IX.

CIcero ſecundo de Oratore libro, ſummi Oratoris eſſe docet,vt moleſto aut difficili argumento aut loco, nonnunquam nihil reſpondeat,ſed quę diluere non poſsit quaſi faſtidiendo aduerſario calcet, quod facit D. Hierony. in prima Apologia aduerſus Ruffinum cum eſſet ſibi hoc crimen obiectum, quod Iudæo gloriaretur Præceptore, & Iudaicas interpretationes eſſet ſequutus,nihil aliud, quam aduerſarium imperitię arguit & inſcitię,vt eum in contemptum auditoris rapiat, ne attendat accuſationibus hominis ſtupidi, qui Iudęum appellatum Barhanina, Barrabā appellarit. Vide quid referat, ignoraſſe nomen viliſsimi Iudæi quem ſibi ipſe D. Hieronymus adſciuerat præceptorē, & tamen ipſe D. Hieronymus illum his verbis ridet,Nec mirum ſi pro Barhanina ſcripſeris Barrabam, & cum tantam habeas licentiam nominum immutandorum,vt de Euſebio Pamphilū,de Hæretico,Martyrem feceris, vereor ne me, mutato quoque nomine,Sardanapalum nomines. Et poſtea Præceptore Hebræo ſe vſum ait Hebręæ lingue diſcēdæ cauſa,quaſi vero hoc illi obijceretur quod Hebræam linguam didiciſſet,addit Origenem,Clementem, Euſebium ſecutos Hebræos,& eos citaſſe, cùm ſemel aut

bis,

bis.eos ſecuti reperiantur,& riſu,& faſti diendo aduerſario, hoc crimen diluit. Rurſum in Apologijs, aduerſus Ruffinum,& ad Pammachium, & Marcellã, negat crimen, & inficiatione ſe defendit, negat Iudaicas interpretationes ſe ſequutum vnquam,negat ſe Iudæos vnquam iactaſſe præceptores. Si millies ſecutus eſſet hic Diuus Iudaicas interpretationes,ſi millies Iudæo Pręceptore eſſet gloriatus,an nõ ſatis retractat ea quę dixerat, cùm negat ſe ea dixiſſe vnquã? Quid ampliùs exigis à viro grauiſsimo, quam vt neget ſe vnquam Iudaicas ſequutum interpretationes, neget ſe vnquam Iudæo Præceptore gloriatũ? Sed poſſet ſubire legentem hæc cogitatio. Quomodo vir ſanctiſsimus negat, & pernegat,ſe ſcripſiſſe quę in eius ſcriptis millies repetita leguntur? facilis eſt reſponſio,teſtatus eſt nõ ſemel hic Diuus ſe Iudaicas interpretationes referre,non quod eas probaret, ſed quod Eccleſiæ ſanctæ voluerit eſſe notas, & eadem ratione, Iudæo Præceptore viro doctiſsimo gloriatum, & eius interpretationes retuliſſe, vt iam dicemus. Alioqui ſi Iudaicas interpretationes probaſſet, fateretur ſe eas eſſe ſequutum, & nobis autor eſſet vt aliquando ſi fortè placerent eas ſequeremur,ipſius exemplo qui quoties veriores eſſent interpretatione ſanctorum,relictis ſanctis Patribus,eſſet eas ſequutus,palam diceret,ſe veritatem vbicunque eſſet,ſemper eſſe amplexũ, nec in reſpondendo tantus Diuus tergiuerſaretur,ſed fateretur palam,ſe feciſſe, & rectè feciſſe,vt ſequeretur Iudæos, quoties melius, ſcripturam interpretarętur, quam ſancti Patres. Idque, ſe omnibus autorem eſſe,vt facerent. Se Eccleſiaſticos ſemper eſſe ſequutum, quoties eos rectè videret fuiſſe ſcripturam interpretatos,quoties verò Iudęorum veriorem putaret interpretationem, eã fuiſſe amplexũ,quod Philoſophus & multo magis Theologus veritatis ſectator ſit. Nũquam hæc, aut his ſimilia dixit Hieronymus quoties aduerſarijs reſpondet, ſed ſemper negat ſe feciſſe quod non probaret ea cùm ea ſcriberet,ſed referret tãquam Iudaica. Retractat ergo Iudæorum ſententiam,ſi in ea fuit aliquãdo, quod ipſe negat & pernegat,ſed Iudaicas ſentẽtias retuliſſe ſe ait. Nec ego hęc dico quod negare velim licere cuiquam Iudæorum aut Rabinorum ſequi ſententiam in interpretanda ſcriptura, quod in meis ſcriptis me feciſſe ſæpè profiteor quoties noſtris rebus adſtipulantur, Iudaica auerſor quoties Vulgatam noſtram labefactant aut Apoſtolica & Euangelica.

Qua ratione dicat D. Hiero. ſe Iudaicas & Hæreticas in ſuis ſcriptis poſuiſſe ſententias. Cap. X.

QVod ergo Hiero. hoc crimen, quod ſibi obiectum eſſet quod Iudaica eſſet ſequutus aliquando, fœtebat nimis, alijs criminibus minus fœtidis miſcuit, vt qui rem maximè fœtidam ſtercore multo inuoluendam curant, quo fœteat minus. Ait ergo aduerſus Ruffinum Apologia prima ſe Commentatorum morem eſſe ſequutum, vt omnium ſententias complecteretur vt prudens lector cùm omnium ſententias legiſſet, tàm probãdas quam improbandas iudicaret quid eſſet verũ, & tanquam bonus trapezita adulterinę monetæ pecuniã reprobaret. Hæc Hieronymus: Quibus profitetur ſe in Commentarijs ſuis omnium interpretationes poſuiſſe, tàm probandas quàm improbandas, hoc eſt, tàm Catholicas quã Hæreticas & Iudaicas aliquando, vt probanda probes; improbes improbanda. Qua igitur D. Hiero. in culpa eſt, ſi tu cõtra facis, vt improbanda probes, improbes probanda, & amplectare Iudaica, & Catholicis anteponas? Et rurſus cùm ei Hæretica quædam dicta obijcerentur, Commentatoris, inquit, eſt officiũ, multorum ſententias ponere, & in præfatione pro-

ne promiſſeram hoc me eſſe facturum &c. Neque ſat habuit hic Diuus huius rei ſemel aut bis admonuiſſe lectorem. In Procemio in primũ caput Hieremiæ, accuſat Ruffinum quod omnia quæ in ſuis ſcriptis legeret, ſibi imputaret, & ſibi daret crimini, cùm in ſuis Commentarijs tàm ſua, quam aliena ſcribat, & huius rei admoneat lectorem in ipſis operum ſuorum Procemijs: ait ergo, Nec intelligit aduerſarius nimia ſtertens vęcordia leges Commentariorum, in quibus multæ diuerſorum ponuntur opiniones, vel tacitis, vel expreſsis authorũ nominibus, vt lectoris arbitrium ſit quid potiſsimum debeat eligere: Quanquam & in primo operis libro præfatus ſum me vel propria vel aliena dicturum, & ipſos Commentarios tam veterum ſcriptorum eſſe, quam noſtros, quod non videns olim præcurſor eius Grunius olim me viſus eſt carpere. Et in cap. 22. Hieremiæ, in illa verba, Viuo ego: Soleo, inquit, in Commentarijs, quorum mos eſt diuerſas ſententias ponere Interpretum huiuſmodi miſcere ſermonem, quidam hoc dicunt, alij hoc autumant, nonnulli hoc ſentiunt, calumniantur me ſub alijs nominibus proprias ponere ſententias. En D. Hiero. conqueritur centies quod aduerſarij eius ſibi imputent quæcumque in eius ſcriptis legantur, & ea omnia tanquam ſua calumnientur. Cũ non ſuas ſententias ſolum ſcribat, ſed referat aliorum quoque ſententias. Et in Epiſtola ad Auguſtinum quę eſt de nobilitatiſsima illa controuerſia de obiurgatione Pauli, qua Diuum Petrum obiurgauit, vtrum verè obiurgauerit, an ſimulatione quadam: ait ergo in illa Epiſtola, Poſtquam quam plurimos Authores Græcos quos eſſet ſequutus connumeraſſet. Itaque vt ſimpliciter fatear, legi hæc omnia, & in mente mea plurima coaceruans, accito Notario, vel mea vel aliena dictaui. En quomodo ſe expurgat D. Hieronymus criminea obiecto ab Auguſtino quod dictarit ſua & aliena, neq; deberi accuſari ſi aliena minus placeant, & tamen citra diſtinctionem ſcripſit ſua, & aliena, & fatetur Hiero. ſe vel ſua vel aliena ſcribere ſolitum. Audi nunc ſequentia. Neque ordinis, neque verborum, neq; ſenſuum memor. Quis hoc quæſo de D. Hieronymo crederet niſi ipſe diceret ſe ſolitum ſcribere aliorum ſententias, neque expendere quid dicant, I nunc tu, & citra iudicium cùm te horũ admonuerit Hieronymus amplectere omnia, quæ in ſcriptis D. Hieronymi leguntur, neque expendas num D. Hieronymus illa ſenſerit, an aliorum referat ſententias. Pergit D. Hieronymus. Si quid igitur dignum reprehenſio ne putaueras in explanatione noſtra, eruditionis tuæ fuerat quærere vtrum ea quæ ſcripſimus haberentur in Græco, vt ſi illi non dixiſſent, tunc meam propriam ſententiam condemnares. Et infra. Pręſertim cùm liberè in pręfatione confeſſus ſim Origenis Commentarios me eſſe ſequutum, & vel mea, vel aliena dictaſſe. Itaque Hieronymus ſic excuſat ea quę parum Catholicè in ſuis ſcriptis legerentur, aut ea quæ minus placerent lectori, quod omnium ſententias in Commentarijs complexus ſit, & quod propria vel aliena dictarit. Ergo cum Hieronymus omnium ſe dicat cõplexum ſententias Iudaicas, Hæreticas, Catholicas, quęro putes ne Hieronymũ cùm profiteatur ſe proprias & alienas dictaſſe ſententias, proprias appellarit Iudaicas & Hæreticas? an potius Catholicas, & nemo tam eſt impius, qui Iudaicas ſententias & Hæreticas imputet D. Hierony. Addit Hieronymus. Ex quo oſtendi me non ex diffinito id defendere quod in Græcis legeram, quãto ergo æquius diceret Hieronymus id de Hebræis, de quibus millies ſuam ſententiam aperuit: quippequi millies Iudaicas damnarat ſententias. Addit Hieronymus, ſed ea expreſsi quæ legeram lectoris arbitrio permittens probãda ne eſſent, vel improbanda. Et redit rurſus Hiero-

HIERO. ad Cōmētariorū leges, ait eīm, Cōfiteor me maiorū ſcripta legere, & in Commētarijs ſecūdū cōſuetudinē omniū varias ponere explanationes, vt ex multis ſequatur vnuſquiſq; quod velit. Sed fortaſſe dices Hieronymum in his omnibus, leges Cōmentariorū ſe ſequu tū ait, vt omniū ſententias cōplectatur & lectoris arbitrio permittat, quæ dicūt Eccleſiaſtici, nō quæ dicāt Hebręi, quod D. Hiero. Iudaica probaſſe videatur. Nihil minus: nā in ſecūdo capit. Naum cū dixiſſet ſe ſequi Hebræorū expoſitionē, à quibus nō modico tēpore fuiſſet eruditus in diſcēdis, ſcilicet, literis Hebraicis, ſubiecit. Certè in lectoris erit arbitrio cū vtrumq; percurrerit, quid magis debeat ſequi, iudicare. Vbi dicere poſſet, qui cōtra ſentiat. En liberū facit arbitriū lectori, cū vtroſque percurrerit, noſtros & Iudęos; quos potius ſequi debeat. Ita eſt, ſed ad fideles verba facit, nā in Hæreſibus quoq; lectoris facit arbitrium, quos potius ſequi oporteat, quod ad Catholicos verba fiunt. Neque quiſquā tā amens eſt, vt contendat Hieronymum liberum cuiquam facere arbitrium, vt ſequatur Hæretica, ſed vt probanda probet, improbet improbanda. Ergo neque liberum facit arbitrium cuiquam vt ſequatur Iudaica ſed vt meliora probet, improbet peiora. Si tu Iudaica probas Hieronymi ne culpa eſt an tua? qui Iudaica probes & laudes, & pro eis pugnes tanquam pro aris & focis? Idem HIERO. in illud capit. 7. Oſeæ (Dies Regis) iuxta Hebræorum ſententiam, audacter, magis, quàm ſcienter loquuti ſumus: Scribit Hieronymus Iudaicas interpretationes eo conſilio quo diximus, & tamen audaciam appellat potius quàm prudentiam, & addit fidem dictorum autoribus relinquentes, quibus Hieronymi verbis admoneris, vt tantam fidē habeas Iudaicis interpretationibus, quātum habes fidei Iudæis ipſis. Et in illud cap. 54. Eſaiæ. Sicut in diebus Noe, cum Iudaicam interpretationem perſcripſiſſet, ſubiecit. Hæc illi dixerunt, quorum iudicium lectoris arbitrio relinquo. Sed hoc millies hic Diuus perſcripſit, quo lector admonitus eius ſcripta legeret. Illud tamen admonendus lector eſt crebro D. Hieronymum dicere. Hebræos ſequor, Hæc Iudaicè, Hæc iuxta Hebręos, aliquādo vt ipſe Diuus admonet in cap. 22. Hieremiæ ſolet dicere. Quidā hoc dicunt, alij hoc autumant, nonnulli hoc ſentiunt cum alienas ſententias refert, non ſuas. Neque diſtinguit ſemper D. Hiero. ſed citra diſtinctionem varias ponit ſententias, ſuas & alienas, cuius rei ipſe admonet in principium cap. 12. Zachariæ, inquiens, Ne per ſingula extendamus modum voluminis præponētes. Hæc dicunt illi, alij hoc ſuſpicantur, tres poſuimus ſentētias, vt ex interpretationis varietate, quid cui aptandum ſit, prudēs lector intelligat, & idem HIERO. in. 11. librum Commentariorum Eſaiæ cùm dixiſſet ſe in differendis Prophetis ſcripſiſſe quid ſenſerit ORIG. & EVSEB. CLEM. ALEX. & APOL. HIPPOL. HEBRAEI, & TERTVL. lectoris arbitrio relinquēs quid de pluribus eligeret, vbi Hiero. varias ſententias in duodecim Prophetarum Cōmentarijs ſe eſſe cōplexū ait, Catholicorū & Authorū qui in hęreſes incide rūt, & Iudæorū, & Iudęos quidē ſępè nominat in illis Cōmētarijs, interim appellās Hebræos, interim Iudæos, ſuppreſsis nominibus cæterorū, eorū ſentētias refert. Et ait ibidem lectoris arbitrio relinquēs, quid de pluribus eligeret de Iudaicis, ſcilicet, interpretationibus, & Hæreticis, & Catholicis. Si Iudaicas interpretationes elegeris, tam ſis in culpa, quam ſi elegeris Hęreticas. Conqueſta ſunt ſua tempora de Diuo Hieronymo, vt eodē loco ait hic Diuus, qđ nō aperuerit quæ Catholica eſſent, quæuè Iudaica, aut Hæretica: ſed hic Diuus ſatis putauit quod in vniuerſum ſæpè admonuerit, ſe more Commentatorum omnium ſententias eſſe cōplexū, & ſe ſequi Hebræos cū eos

B ſeque-

ſequeretur, eſſe profeſſum; & ſæpiſsimè illos refutaſſe, vt in reliquis lector idem ſibi faciendum putaret, & certè hic Diuus ſemper præ ſe tulit ſe doctis ſcribere, non ſcribere imperitis, & tamen hoc crimen agnoſcit. Reſpondet enim Ruffino cum hæreſes ei obijcerentur Origenis, & aliorum ſe illorum ſententias retuliſſe, quorum, inquit, ſi nomina non poſui, ignoſce verecundiæ meæ non debui eos carpere, quos immitabar ex parte. Hanc ergo cauſam ſibi fuiſſe, ait Hieronymus, quod hęretica & eorum Autores non nominaret, ne eos infamaret, quos haberet magiſtros. Et infra ſtatim. Qua in re, quod eſt meum peccatum? illud nimirum pro quo reſpondi, quod non eos à quibus dicta ſunt, nominaui. Hæc Hieronymus. Sed ego hanc cauſam fuiſſe puto, quod Iudaica, & Hæretica vnuſquiſque per ſe damnare poterat, & intelligere & ideo hanc partem omiſit hic Diuus, & magnam, in ſe, ſuorum temporum concitauit inuidiã. Sed ex his omnibus, quæ diximus, illud maneat, quod in procœmio in Hieremiam ait hic Diuus, ſe pręfatum eſſe in ſuis ſcriptis, vel propria, vel aliena dictaturum eſſe, & ſuos Commentarios, tàm veterũ eſſe, quã ſuos, & poſt hæc verba, & alijs locis ſupra citatis, ipſos aduerſarioſ accuſat quod ſibi obijciant quęcunque in ſuis Commentarijs eis diſpliceant, neq; illud habeant rationis ſe admonuiſſe in ſuis Commentarijs, citra vllam diſtinctionem propria referre, & aliena, & illa quę diſpliceant, fortaſſe eſſe aliena, nec ſibi crimini danda fuiſſe. Quæ ſunt ob oculos habenda, ne Eraſmus, & alij quæcunque legunt in ſcriptis D. Hieronymi, ex ſententia D. Hiero. dicta arbitretur. Cùm pręſertim ſcribat Hiero. in Præfatione in librum Paralipomenon, & in præfatione in Thobiam, & alijs plurimis locis, ſe Hebræos conſuluiſſe Magiſtros, & de illorum ſententia multa dixiſſe, quæ permittit, vt ſupra declaraui, lectoris arbitrio. Quid tamen ſenſerit D. Hierony. de Iudaicis interpretationibus horum Prolegomenon poſtremo capite declaratur.

Quæ mala incurrant qui citra hos Canones quos ſuorũ operum lectori præſcribit D. Hieronymus, ipſius Hieronymi libros legerit. Cap. XI.

Longum eſt dicere quæ mala incurrant, qui legendis ſcriptis D. Hieronymi non adhibent hos Canones, quos præſcribit ipſe Diuus, ſi ſingula perſequi coner, chartæ me deficient. Minorũ ſcriptorum turbam miſſam facio, maiores attingere non audeo. Eraſmus nobis huius mali duo aut tria ſuppeditabit exẽpla, vt appareat noſtrorum temporum audacia in litteras Apoſtolicas & Euangelicas. Eraſmus primo folio Annotatiõnum in illud. Genuit Iſaach, non mediocriter noſtræ fidei fundamenta concutere videtur, cùm ſcribit ex autoritate D. Hieronymi vt ipſe putat, in Euangelio D. Matthęi non pauca citari, ex libris veteris Teſtamẽti quæ videntur ab ipſis fontibus diſsidere. Certè ſi ſcripturæ teſtimonia quæ citantur ab Euangeliſta ad probanda Chriſti myſteria ab ipſis fontibus diſsident, quo res recidat, planum eſt, & in illud cap. 2. & tu Bethlehem ſcribit, illud iuxta quorundam opinionem Euangeliſtas teſtimonia ſcripturæ nõ de libris deprompſiſſe, ſed memoriæ fidentes fuiſſe lapſos, idq; de ſententia Diui Hieronymi, & ſubijcit ipſa Diui Hieronymi verba. Sunt autem qui aſſerant in omnibus fere teſtimonijs quæ de veteri teſtamento ſumuntur, iſtiuſmodi eſſe errorem, vt aut ordo mutetur, aut verba, aut interdum ſenſus quoque ipſe diuerſus ſit, vel Apoſtolis, vel Euangeliſtis non ex libro carpentibus teſtimonia, ſed memoriæ credentibus quæ nonnunquam fallitur. Hæc Eraſmus. Vbi ergo, ò bone Spiritus ſanctus eſt, qui Apoſtolorum ore loqu-

loquutus creditur? vt re vera eſt loquutus. Fallitur ne etiam Spiritus ſanctus & nos fallit? Apoſtoli ne & Euangeliſtæ obliuiſcũtur & errãt? Noſtra igitur fides non nititur veritate prima, ſed humana quæ obliuiſcitur & errat. Vel dictu nefas. At quæ ſcribit Deum immortalem in 10. capi. Actorum Apoſtolicorũ, quæ niſi corde ſis pluſquã adamantino ſiccis oculis legere nequeas: deniq; toto illo opere Annotationum litteris Apoſtolicis & Euangelicis D. Hieronymum adhibet Cenſorem, vt Apoſtoli & Euangeliſtæ conſentire cum Hebraica veritate, aut ab ea diſcrepare dicantur. Cenſor igitur adhibetur D. Hieronymus Spiritui ſancto qui Apoſtolorum ore loquitur? qui ipſum Spiritum ſanctum virga cenſoria notet, quoties à veritatẽ Hebraica quam ipſe Spiritus ſanctus dictauit deſciſcere videatur. Sed dices: Sat ſcio non de ſuo hoc ait Eraſmus, ſententiam D. Hieronymi in his omnibus refert. Nihil minus. An tam impiæ ſententiæ Autor eſſet Hieronymus vir pientiſsimus. Quid inquies non ſcribit hæc Hieronymus? Scribit ſanè, non quod ipſe ita ſentiat, ſed aliorum, & Hæreticorum refert ſententiam. Sic legere poterat Eraſmus in Apologia prima aduerſus Ruffinum D. Hieronymum nos monuiſſe his verbis. Quia, Commentatoris officium eſt, omnium ſententias ponere, etiam Origenis abſq; inuidia nominis poſui, ideſt, non nominaui ipſum ne inuidiam ei magnam conflarem. Et poſtea in eadẽ Apologia cùm excuſaret quaſdam Hæreticas expoſitiones quas in ſuis Commentarijs ſcripſiſſe arguebatur, negauit eſſe ſuas ſed Origenis, Didymi, & Appollinarij, & ſubijcit hæc verba. Quorum ſi nomina non poſui ignoſce verecũdię meę. En Hieronymus ait erubuiſſe ſe nominare tãtos viros in Hæreſi tam fœda, & vt ſuperiore capite fuſiſsimè monſtratum eſt, admonet Hieronymus lectorẽ ſæpè ſe citra diſtinctionem, & ſua ſcripſiſſe, & aliena, vt prudens lector tanquam bonus trapezita probanda probet, improbet improbanda. Quidam noſtri temporis homines ita improbanda probant Iudaica, ſcilicet, & quæ palato Chriſtiano non ſapiant bene, vt ea ſola digna Hieronymi ingenio affirment, quod verò à Hieronymo Eccleſiaſticè dictũ eſt, negant D. Hieronymi eſſe, vt negat ille alter ſed reprimam me, ſed eſſe affirmat alicuius Abbatis qui apud ſuos monachos ſcripturam interpretaretur. Atqui D. Hieronymus ſibi ſemper Eccleſiaſtica placuiſſe profitetur, Iudaica, & Hęretica fuiſſe inuiſa. Huiuſmodi homines exemplo plus nocent, quam re quãquã & re nocent plurimum. Iam enim noſtris temporibus prodiere in lucem, qui ne Apoſtolorum quidem, aut Euangeliſtarum mentionem facere dignentur, & ea quæ Apoſtoli & Euangeliſtæ ex ſcriptura citant, ex ſententia Rabinorũ aliter interpretentur. Rabinos impios ſequi malint, quam Apoſtolos & Euangeliſtas. Nam Doctores Eccleſiaſticos in eorum libris non reperias, & tamen tales viri authoritate D. Hieronymi ſe audent tueri, quum mihi quod harum rerum indicium facere contendo, talem minantur euentum qualis Ruffini fuit cum D. Hieronymũ prouocauit in certamen, & Ruffini exemplo vt ſapiam monent. Adeo neſcio quo fauore eis ſublati animi ſunt, & criſtas neſcio qua ratione erexere, niſi inde eſt, quod facta phalange ſe tuentur non pauci. Hieronymus ne erit qui Apoſtolos & Euangeliſtas ſua interpretatione non ſequitur? Rabinos ſequitur? Nunquam tam male cum Chriſtiana R. P. agetur, nec nobis hæc lis decidenda apud tribunal Iudæorum, ſed apud Eccleſię ſanctæ proceres, & cùm ſint profeſsi ſe aptiſsimam interpretationẽ ſequuturos, & maximè propriã, nunquã ne Eccleſiaſtica & Apoſtolica & Euangelica interpretatio fuit ſcripturæ apta & propria, vt eam ſequerẽtur? vera ſemper fuit Iudaica interpretatio? quo hæc res ſpectet neſcio.

Tu ergo qui me infamiæ metu ab incepto paras deterrere, Sokto etiam apud Platonem, virũ bonum quanto magis infamia laboret, ſi ipſe vir bonus ſit, quãto magis prematur malis, tanto eſſe fœliciorem, & fortunatiorem. & tanto ſplẽdeſcere magis apud Deum, qui harum rerum arbiter eſt. ne apud me putes metũ quicquam ponderis habiturum, ipſe tu time, ne dilapſo fauore, ruas aliquando, nec ſit qui te ſubleuet.

Quem de hac re de quâ diſputaui Hieronymus & alij Patres Canonẽ præſcribant. Cap. XII.

DIuus Hieronymus in Epiſtola ad Theophilum contra errores Iouiniani. Scio (inquit) aliter me habere Apoſtolos, aliter reliquos tractatores; illos ſemper vera dicere, iſtos in quibuſdã, vt homines, errare. Hæc Hierony. Ergo ſinguli Doctores ſacri, vt homines, errare poſſunt, Apoſtoli non poſſunt. Ex Apoſtolica doctrina doctor caſtigari poteſt, Apoſtolus ex Doctoris doctrina non poteſt. Non dicimus, aiunt, Apoſtolos errare, ſed abuti ſcripturæ teſtimonijs, & aliquando in alium ſenſum, quã à Propheta ſint dicta ea vſurpare. Mollius quidem iſta dicuntur quam ſi Apoſtoli plane dicerentur errare, & falſa citare teſtimonia, tamen hoc & illud mihi eodem ſpectare videtur, nam de teſtimonijs ſcripturę quæ Apoſtoli citant, vt Chriſti myſteria à Prophetis prædicta probent, Iudæus diceret. Erratis ſi creditis hoc iſto vaticinio ſignificari, noſtri quidam mollius: Abutũtur (aiunt) Apoſtoli Prophetarum teſtimonijs, quę Prophetæ ſenſu longe diuerſo dixerãt. Hoc idem quod ego ſentio ſenſit Hilarius libro. 5. de Trinitate ſub finem. An Apoſtolus, inquiens dictis Propheticis nõ ex Prophetæ ſpiritu vſurpatis temerarius alieni ſermonis interpres fuit? Temerarius ergo interpres Scripturæ Apoſtolus & Euangeliſta eſſet ſi alieno ſenſu Prophetias vſurparet, vt Chriſti myſteria nos doceret. Sunt innumerabiles Prophetię de ſingulis quæ ad noſtram fidẽ ſpectant, & eas neſcit Spiritus ſanctus, qui Apoſtolorum & Euangeliſtarũ ore loquitur? & vſurpat alienas? Diſce igitur ex Canone D. Hieronymi & Hilarij interpretationem ſcripturæ Apoſtolorũ veriſsimam eſſe errare quemlibet ex ſcriptoribus qui à mẽte Prophetæ alienam eam eſſe dicit. Idem quod D. Hierony. ſenſit Auguſtinus in Epiſtola ad Hieronymum. Solis (inquiens) ſcripturarum libris didici hunc deferre honorem, vt nullum authorem eorum inſcribendo erraſſe firmiſsimè credam; alia autem ita lego, vt quantalibet ſanctitate, doctrinaque prępolleant, non ideo verum putem quod ipſi ita ſenſerunt, ſed quia mihi per illos authores canonicos, aut probabili ratione perſuadere potuerunt. Hũc eũdem Canonem Auguſtinus repetit contra Fauſtum Manichæum lib. 11. cap. 5. & alijs locis. Quo liquet non cenſendũ de Apoſtolis ex ſententia Doctoris alicuius quod Apoſtoli errare non poſſunt. Doctor ſanctus vt homo errare potuit. Huius rei cauſam docet D. Hiero. aduerſus Iouinianum libro primo, cùm docet Apoſtolum etiam conſilia quæ dat ipſe nobis, non quaſi de ſuo, ſed inſtatu Spiritus ſancti ea dare his verbis. Porrò ne authoritas Apoſtoli quaſi hominis leuior videretur, addidit, Puto autem quod & ego Spiritũ Dei habeã. Et tomo. 3. ad Paulinũ. Quidquid alijs exercitatio & quotidiana in lege meditatio, tribuere ſolet, Apoſtolis Spiritus ſanctus ſuggerebat. Cyrillus in Epiſtola ad Ioãnẽ Antiochænum in Calcedonenſi Cõcilio actione prima. Ne transferas (inquit) terminos æternos, quos poſuerũt Patres tui. Idem Cyrillus in expoſitione Symboli Niceni Tomo primo Conciliorum. §. Igitur, videamus (inquit) noui Teſtamẽti præcones totius orbis Doctores, quibus Chriſtus dicebat. Non vos eſtis qui loquimi-

Hæc & ſequẽtia cõtra Eraſmum & alios qui ex tranſlatione D. Hieronymi teſtantur Apoſtolos & Euangeliſtas diſcordare à veritate Hebraica, indoctiſsimè, vt per totum hoc opus apparebit.

quimini, ſed ſpiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis. Epiphanius tomo ſecũdo Conciliorum actione. 6. Synodi Nicenæ. 2. Apoſtolos Spiritus ſancti tubas appellat. I nunc & hos caſtiga ex Doctoris alicuius quanuis eminentiſsimi authoritate, aut relictis his ſequere Rabinos cœcos & cœcorum Duces. Illud dicere ſum oblitus D. Hiero. dicere ſolitũ Apoſtolos illa Prophetia abuſos, ideſt, rectè vſos, quod abuti apud Ciceronem & alios abuti pro rectè vti vſurpari: id liquebit ex antecedẽtib⁹, & ſequẽtibus.

Quod D. Hieronymus vtranq; interpretationem, & Hebraicam & Eccleſiaſticam ſe iunxiſſe dicat, & quo conſilio. Cap. 13.

Hieronymus in Procemio in tertiũ librum Cõmentariorũ Hieremię profeſſus eſt, ſe tradidiſſe Eccleſiæ eruditionem Græcorum, & Hebræorũ, ideſt, Eccleſiaſticorum, & Hebræorum, quod Apoſtolus omne genus hominum diuidit in Græcos, & Iudæos quod lingua Græca omnes nationes vtebantur, vt nos nũc vtimur latina, & vel Iudæi dicebãtur, vel Græci, ideſt, Iudæi & nationes vel gẽtes quę Gręca lingua vtebãtur. Dices te parũ intelligere in Hieronymi ſcriptis, quomodo & Iudęorum eruditio, & Eccleſiaſticorũ nobis tradatur, Nec magnopere id mirandum eſt, Scito Cõmentatorum veterum eruditorũ hunc fuiſſe morem, vt vnius capitis alicuius authoris vnũ vel duos locos enodarent, vnde lucẽ afferrent & antecedẽtibus & ſequẽtibus, ſic Euangeliſtæ & Apoſtoli vnius Prophetiæ locũ aliquem explanãt vnde diſcat Eccleſiæ Doctor antecedentia & cõſequentia enucleare, & cùm iuſsit Dominus Apoſtolos nobis ſcripturæ ſenſum aperire, ſic eos nobis aperuiſſe reperies, vt alibi ex D. Hiero. latius oſtendimus. Ergo Hierony. cùm Eccleſiaſtica Interpretatio in Eccleſia ſancta eſſet, & Hebræa nõ ita Eccleſiæ eſſet nota, iuxta Hebręos, vt capite ſuperiore dictum eſt, multa eſt interpretatus, & iuxta Eccleſiaſticos plurima, vt ex locis explanatis iuxta Hebręos ſcires quomodo & reliqua interpretarentur Hebræi; & ex his quæ explanantur Euangelicè reliqua intelligeres Euangelicè explanare quod viro docto facere facile eſt. Et ita D. Hiero. ſe eruditionẽ Hebræorum, & Græcorũ Eccleſiæ tradidiſſe dicit. Nã non intelligo quo alio modo & Græcorũ & Hebręorũ eruditionẽ Eccleſiæ tradidiſſe ſe dicat hic Diuus, niſi intelligas de Vulgata ipſius Diui quam expreſsit ex Hebręa lectione, & de trãſlatione Lxx quam ſe correxiſſe teſtatus eſt. Sed hoc durũ eſt nimis. Sed quæres quo cõſilio id fecerit hic Diuus, multa hoc loco erant dicẽda, ſed vereor ne parerga longiora ſint quã inſtitutum quo properamus, tãtum dicam, quod ait Origenes in Geneſeos ca. 17. Homelia. 3. in fine. Confer, ſi placet, inquiens, hæc noſtra cum veſtris Iudaicis fabulis, & narrationibus fœtidis, & vide ſi in illis veſtris, an in Eccleſiaſticis hæc obſeruẽtur diuinius. Hoc ergo erat cur veteribus noſtra cum Iudaicis conferre placeret, vt videremus quanto noſtra eſſent diuiniora quam fœtida & abiecta Iudaica eſſent. Simul etiam quod noſtri ſi ignorarent Iudaica in ſuis initijs putarent apud Iudæos magna myſteria eſſe recõdita, ea noſtri in lucem proferre ſunt conati ne noſtri ea admirarentur, aut vt contemnerent potius.

Quid deniq; D. Hiero. ſentiat de Iudaicis Interpretationibus. Cap. XIIII.

NON neceſſe erat addere hoc caput poſtremum de ſententia D. Hiero. de hac cauſa quæ hactenus diſceptata eſt. Totum enim hoc opus aduerſus noſtros aduerſarios pro noſtra vulgata, & pro lectione Apoſtolica & Euãgelica, & omni Eccleſiaſtica ſcriptura texendum eſt ex D. Hiero. doctrina, & ex regulis præſcriptis à D. Hiero. vt quæ dixero omnia D. Hiero. accepta referãtur,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

tamen quoniã hæc cauſa tã multis verbis diſceptata eſt vtrũ D.Hiero. noſtris aduerſarijs & Iudæis aliquantulum fauiſſe ſit viſus aliquando. Age aperte & planè loquatur Hieronymus quid de hac re ſentiat. In finem commentariorũ in cap.2. Intelligentes (inquit) Iudæi Prophetiam eſſe de Chriſto verbum ambiguum in deteriorem partem interpretãtur, Hæc Hiero. ſenſit ergo hic Diuus Iudęos quoties Prophetia de Chriſto eſſet, & id Iudæi intelligerent eam peruertere ſolere. Diſpice ergo an expediat viro Chriſtiano ſectati interpretationes Iudaicas, quæ ſcripturas de Chriſto peruertunt praua interpretatione. Et ibidẽ infra, de Iudæis trãſlatoribus. Verbum, inquit, ambiguũ ad impietatis traxere ſenſum, ne de Chriſto glorioſum quid dicerent. Poteſt ne Hiero. de Iudaicis interpretationibus loqui planius? & in ca 33. Eſaiæ, in illud: Domine miſerere mei: Iudæi, inquit, omni ratione nituntur Chriſti ſubuertere ſacramenta, & in ca.50. in illud. Dominus dedit mihi. Hoc illi dixerunt, inquit, qui omni ratione conantur de Chriſto euertere Prophetias. Audis de Iudaicis interpretationibus, quid ſentiat D.Hiero. & eas tu in Eccleſiam paras introducere, vt Prophetias de Chriſto ſubuertãt? quibus Apoſtolica doctrina nititur. Omni ratione conantur Iudæi, inquit, de Chriſto euertere Prophetias, & ad peruerſam intelligentiã praua interpretatione torquere. Vult nequiſquã fideliũ pati Prophetias de Chriſto ſubuerti? vult praua interpretatione eaſdem ad peruerſam intelligentiam torqueri, & in Eccleſiam introduci? Siccis oculis hęc audit quiſquam? Idẽ Hiero. in ca.59. Non attendendum Iudaicis authoritate Apoſtolica confirmat, & in ca.5. Epiſtolę ad Galatas, in illud: Nam manifeſta ſunt, Quicunq; igitur aliter ſcripturam intelligit quam ſenſus Spiritus ſancti flagitat, quo conſcripta eſt, licet de Eccleſia non receſſerit, hæreticus tamen appellari poteſt. Ecquis tã obſurduit quin tam acres aduerſus Iudaizantes Hiero. ſententias nõ audiat? Hęreticos eos apertè nominat Apoſtoli damnatos ſententia. Idem Hiero. in ca.1. ad Galat. in illud: Miror quod. Si quis, inquit, Iudæorũ interpretationibus acquieſcit, poſt tergũ mittit ea quę ex natura ſua in faciẽ conſtituta ſunt, id eſt, prępoſterus eſt qui anteferat Iudaica Eccleſiaſticis cũ contrafacere oportebat. Et in.c.1. lib.1. Epiſtolæ ad Galat. in illud: Audiſtis, &c. Vſq; hodie autẽ qui Iudaico ſenſu ſcripturas intelligunt, perſequuntur Eccleſiam Chriſti & populant illã, nõ ſtudio legis Dei, ſed traditionibus hominũ deprauatorũ. Contra has D.Hiero. voces audet quiſquam tueri Iudaicas interpretationes? & proh Dei fidem populo Chriſtiano ſunt plauſibiles? Et idem Hiero. in Epiſtolam ad Galatas in illud cap.4. quæ &c. Chriſtum in Diuinis libris videns nihil in eis Iudaicę traditionis admittat. Et idẽ Hieronymus lib.3. Commẽtariorum in Epiſtolam ad Galat. in illud cap.3. Modicũ fermentum, Panis qui de cœlo deſcẽdit, &c (ait) Non debet Iudaica interpretatione violari. Sed de hac re dictum abunde eſt. Nam ſecundus, tertius, quartus, & quintus & ſextus liber contexti apparebunt ex ſententijs D.Hiero. Sed iam ad rem aggrediemur, Deo bene iuuante, reliqua quę mihi ab aduerſarijs obijciũtur in libris his quinque ſequentibus diluemus ſingula, vt ſingulis locis cõgruent. Interim ex his D.Hierony. locis liqueat, quod iam dicendũ eſt, nouas quaſdã interpretationes ſcripturæ, eſſe noſtræ religionis refutationes acerrimas, quæ nõ de omnibus dici volo ſed de quibuſdam quæ vulgatam & Apoſtolica & Euangelica labefactant. Nam confeſſa res eſt ex Hebræa lectione multa noſtræ religionis erui myſteria, atq; adeo ex Iudaicis interpretationibus à noſtris multa diuinitus explanari quod me ſenſiſſe ſemper teſtis ſunt mei in Eſaiam commentarij, vbi ex Rabinis multa interpretor, idque nõ male, quantũ habeo perſuaſum.

HVIVS OPERIS SCOPVS ET ARGVMENTVM.

CVM quidã noui homines interpretatiões Iudaicas caſtigatiſsimas eſſe prædicẽt,& ſenſus Iudaicos Scripturę ſanctæ admirẽtur, & Chriſtianis hominibus proponãt,trãſlationẽ Lxx cõuitijs lacerent, vitiatiſsimã eſſe teſtẽtur,& indignã quæ dicatur à viris doctiſsimis eſſe facta,tãtũ abeſt,vt cõcedãt eã afflatu Spũs ſancti eſſe textam, Vulgatam quoq; D. Hiero. eſſe poſſe in quibuſdã locis in errores aliquos lapſã & ea meliorẽ ad veritatẽ Hebraicã poſſe fieri,idq; facere & à ſummo Põtifice petere vt fiat futurũ operæpretiũ,cõſilium fuit his peſtibus, quãtũ in me ſitũ eſſet ſi cœptis aſpiret Deus occurrere & oſtendere has nouas quaſdã trãſlationes, quæ ad veritatẽ Hebraicã factæ eſſe dicũtur cũ factę potius ſint ad impietatẽ Iudaicã,nec eñ de omnibus dico ſed de his quę Vulgatę & locis Apoſtolicis & Euãgelicis aduerſãtur in cæteris locis nõ itẽ. Itaq; trãſlationes nõ dãno,ſed earũ prædicta loca in quib⁹ apparet,nõ eſſe trãſlationes ſed ſub hoc prætextu eſſe noſtræ ſacrę religionis refutatiões acerrimas cũ Prophetias omnes de Chriſto maximè manifeſtas aliò referãt,aut vitiant,ne de Chriſto dictæ eſſe credãtur, quæ his põt eſſe noſtrę fidei acrior refutatio,refutãt, tranſlationẽ Lxx ab Apoſtolis Eccleſiæ ſanctæ datã falſam eſſe teſtãtur & vitiatiſsimã,caſtigatiſsimã verò quã ipſi afferũt ad veritatẽ Iudaicã expreſſam, hoc eſt,ex fraudibus cõſtatã Iudaicis,vt quẽadmodũ ipſi ſuã impietatẽ appellãt veritatẽ: ita nos quoq; Iudaicã impietatẽ veritatẽ nominemus, & Iudaiſmum ſequamur. Fuit etiã cõſiliũ oſtẽdere trãſlationẽ Lxx veriſsimã & caſtigatiſsimã, idq; vel hoc argumẽto quod ab vniuerſa Eccleſia à ſanctis Patribus antiquis proximis tẽporibus Chriſti Græcis & Latinis citetur & explanetur,ita vt vna & eadẽ in his ſacris ſcriptoribus lõgo interuallo locorũ & tẽporũ inter ſe diſiũctis,appareat à tẽporib⁹ Chriſti vſq; ad noſtra tẽpora,vt ſi vitiata dicatur à D. Hiero. aliquãdo,ea quæ vulgo circũferebatur dicatur vitiata vt ipſe D. ait in Epiſtola ad Principiã virginem nõ ea quę in ſanctorũ Patrũ viſceribus,hoc eſt,in eorũ ſcriptis eſt, nec in ſcriptis ſanctorum Patrum tantum,ſed in Concilijs primarijs, in literis Apoſtolicis & Euangelicis, in quibus omnibus vna & eadẽ apparet citari. Quod igitur argumentũ inſolubile magis & magis euidẽs eſſe põt veritatis huius trãſlationis quam quod tradita à Chriſto Dño eſt,& ab eius Apoſtolis & Euãgeliſtis,recepta ab Eccleſia vniuerſa, explanata à ſanctis Patribus Græcis & Latinis,& citata aduerſum Iudæos & hęreticos,quos ſuis ſcriptis veteres Patres refutauere & à Cõcilijs primarijs,decãtata in Eccleſia ſancta vniuerſa, vna & eadẽ in ſingulis, vt ne verbo quidẽ diſcrepet, excepto ſi quod à ſanctis Patribus vertebatur latinè aliquãdo videatur verbis diſcrepare cũ ſentẽtia cõgruat vna & eadẽ, aut ſi ſit vlla lectiõis varietas quę in omni ſcriptura ſolet eſſe, ſi hac nõ vincerer demõſtratione,dubitarẽ vtrũ Chriſtianus deberẽ appellari,& quod hęc trãſlatio trũcata multis locis & partib⁹ eſt Iudęorũ iniuria,& Eccleſia ſancta Iudaicas adhiberet trãſlationes vt reſarciret quæ in trãſlatione Lxx deeſſent quod Iudæi nõ eſſent cõmeti tot fraudes ea tẽpeſtate quot poſt illa cõmeti ſunt vſq; ad noſtra tẽpora,tamẽ multa,vt ait D. Hiero. ſuis tranſlationibus ſubdola interpretatione cęlarãt Chriſti myſteria. D. Hiero. ſuã fecit vulgatã qua reſarcirẽtur trũca ex trãſlatione Lxx & quæ vitiata eſſe viderẽtur quæ Vulgata D. Hiero. quod ea nihil eſt diuinius & integra eſt, & nullis defecta locis,recepta eſt in Eccleſia, &

pulſæ Eccleſia interpretationes Iudaicę, has duas omni machina belli oppugnāt Iudæi & aduerſarij vitiatas eſſe,aiūt,Vulgatā in quibuſdā locis lapſam,& ea caſtigatiorē & meliorē ad veritatē Hebraicā fieri poſſe,idq; facere & poſtulare à ſummo Pōtifice vt fiat.R.P.Chriſtianę operæpretium futurum. His tu quas noſtrę religionis dicas poſſe fingi refutationes acriores?Nos hoc opere cōtra omnia eſſe oſtēdemus Eccleſiaſticā lectionē Apoſtolicā & Euāgelicā veriſsimā eſſe & caſtigatiſsimam, nouas interpretationes qualdā quæ ad veritatē Hebraicā factæ dicuntur fraudibus Iudaicis eſſe refertas in quibuſdā locis quæ noſtræ Vulgatæ aduerſantur in cæteris nō itē.Nouas res apportas,inquies,imò res veteres ex veterū libris erutas in lucē profero, ſic enī Iuſtinus aduerſus Tryphonē: Audetis ò Iudęi ſcripturam aut falſa ſcriptione aut interpretatione falſa vitiare? vbi cōqueritur Iuſtinus noſtrā ſcripturā veriſsimā & caſtigatiſsimam à Iudæis vitiari ſcriptione falſa lectionis Hebręæ & falſa interpretatione, ad quē ſcopū interpretationes quædā nouæ factæ, ad veritatem Hebræā factæ eſſe dicūtur,cū ſint factæ potius ad fraudes Iudaicas. Hoc oſtēdere totius huius operis erit ſcopus, & mōſtrabimus Iudæos quod ſibi vitiū eſt id nobis obijcere Pſalmos Vulgatos noſtros,qui ſunt caſtigatiſsimi vitiatos dicere mille locis, ſuos vitiatiſsimos prædicare caſtigatiſsimos cū ſcateāt mille fraudibus Iudaicis. Quæres,quæ ergo odia tāta Iudæorū exarſere in trāſlationē Lxx? quod,vt ait Iuſtinus, tranſlatio Lxx Interprete nō eget in plęriſq; ad cognoſcēda Chriſti myſteria ſed audiſſe intellexiſſe ſit,& tales eſſe plęraſq; Prophetias iuxta hāc trāſlationem, vt eis aduerſari nemo poſſet quod euētus ita eſſe oſtēdit.nā hoc opere apparebit Iudęos quę refellere nō poſſent,falſa ſcriptione vitiaſſe, & alibi eodē loco Iuſtinus.Ipſæ Prophetarū voces clamāt & vociferantur Chriſti myſteria. Hæc ergo & ſimilia tāta aduerſus Lxx Iudęorū & aduerſariorū excitāt odia & cogūt nouas ſcripturas meditari quæ obſcurēt Chriſti myſteria,quę trāſlatio Lxx clamat & vociferatur, Quod Tertullianus aduerſus gētes etiā ait.Qui audierit,inquiēs, ſcripturam Lxx (de ea enim loquitur) inueniet Deū qui etiam ſtuduerit,intelligere cogetur,& credere, & Athanaſius Noſtras ſcripturas ait ſine vlla ſanctorū interpretatione ſufficere ad probationē noſtrę fidei,loquitur de noſtris ſcripturis tranſlatis à Lxx viris.Nō prętereūdus ſilētio eſt D.Auguſt. qui de manifeſtis Prophetijs & euidentibus innumera dicit cōtra Fauſtū Manichęū lib.12.c.43.& deinceps,& toto lib. 13.& alijs locis plurimis,hæc tā manifeſta Iudęi & aduerſarij vt obſcurēt aut de medio tollāt meliorē fieri poſſe tranſlationē affirmāt Vulgata D.Hiero. idque ſi permiſſu ſummi Pōtificis fieret è Chriſtiana R.P.futurū.Hic totius huius operis ſcopus. Ego in mētē reuocare legētibus volo in poſtrema parte argumenti huius operis,veteres Romanos deuotiſſimè ſeruijſſe(vt verbis Lactantij vtar) decretis veterū quæ cētū pelliti rudes & imperiti ſenes decreuiſſent de religione, eaq; immutabilia omnē poſteritatē iudicaſſe,quod Pōpilius illexiſſet vt vera eſſe crederēt quę ipſe tradebat,nec res vlla fuit quæ Romanis perſuaderet vt inde vel verbū demutarēt, vt hoc exēplo intelligāt ſcripturā quā ab Apoſtolis accepimus & à Chro Dño per manus Pōtificū,ne patiamur nobis è manibus extorqueri aut mutari vel tenui verbo ſi ſapimus,alij à ruſticis relicta de religione nō mutant nos legē diuinā cœlo ab vnigenito filio Dei delatā mutari patimur,Iudaicā ſcripturā recipimus illa vna re ineſcati quod veniat Iudaiſmus ſub prętextu veritatis Hebraicæ quaſi neſciamus Iudæos ſuā impietatē veritatē appellare Hebraicā quod Iudæi ſuā perfidiam veritatem Iudaicam nominēt,nos eam Iudaicam veritatem nominemus & non Impietatem potius impudentiſsimam?

APO-

APOLOGETICI PRO VVLGATA LECTIONE D. HIERONYMI proq; tranſlatione Septuaginta virorum, omniq́ue lectione Eccleſiaſtica, Apoſtolica & Euangelica, Authore Leone Caſtro, ingenuarum Artium, & Sacroſanctæ Theologiæ Magiſtro,

Collegij Theologorum Salmanticenſis Academiæ Decano, Canonico, Interprete Scripturæ ſanctæ in inſigni Eccleſia Pinciana,

LIBER PRIMVS.

Propoſitio controuerſiæ de lectione Eccleſiaſtica & nouis quibuſdam interpretationibus. C A P. I.

AEquum fuerat, (vt aiũt mei aduerſarij) Habeo enim iam à principio confitentes reos, vt eccleſiaſtica ſcriptura, cui fidelium aures aſſueuerant, quæq́ue per tot annorum Myriadas perdurauerat, maneret ſtabilis, fixa, & immota, iuxta illud Platonis: τὰ ἀκίνητα μὴ κίνει, Non mouenda, ne moueas, præſertim in rebus diuinis: & iuxta illud Prouerb. 22. quod veteribus patribus ſemper in ore erat. Ne trãſgrediaris terminos antiquos quos poſuerunt Patres tui. Et qui Patres quæſo? Ipſe Dominus, & eius Apoſtoli, & Euangeliſtæ, & Doctores ſacri, quos dedit Spiritus ſanctus, quorũ litteris noſtra ſcriptura conſignata eſt, citata toties ab Spiritu ſancto, qui Apoſtolorum & Euangeliſtarum ore loquebatur, & Eccleſiæ Catholicæ ab eiſdem Apoſtolis per manus tradita, & ſacris Conciliorum Decretis ſacroſancta, quæq́ue audita tantum à Nationibus, quæ Græcè ſcirent eas ad fidẽ conuerterat, eſt enim trãſlatio. 70. ſcripta Græcè, & Græca lingua omnibus olim nationibus communis erat, vt nũc pleriſq́ue Latina eſt communis, Excepta ergo tantum auribus, infinitã hominũ turbam, ad fidem cõuertit, cùm quæ cernerent oculis completa, mille ante annos prædicta legerent, vt Euangelicæ litteræ non planiores viderentur, vt ait Auguſtinus, hanc talem ſcripturam Eccleſia extrudi, iniquiſsimum videbatur, poſtquam fidelibus Eccleſiam ſanctam repleuerat. Tamen aduerſarij mei ferre me poſſe negant, quod dum defendo locos Apoſtolicos & euangelicos, & eccleſiaſticos, qui à veritate Hebraica diſcrepare dicuntur, affirmo, ſi vitium in alterutra parte ſit, non eſſe in lectione Apoſtolica & euangelica, nec in ea lectione, quam agnoſcunt veteres Patres: eſſe potius in lectione Hebræa, quod impijs Iudæis moris ſit, cum locis manifeſtis de Chriſto reſpondere non poſſunt, (vt nos veteres admonent) verſare dolos, mutare pũcta, mutare diſtinctiones, litteras, Syllabas, quo noſtra eludãt, nec eſſe in ſcriptura fere locũ, qui de Chriſto, & Chriſti myſterijs loquatur planè, quin aliqua Iudaica fraude ſit obſcuratus, quod eſt totius huius operis Argumentum. Mei aduerſarij clamant hanc pernicioſiſsimam eſſe Hæreſin, quæ omnem ſcripturæ autoritatem conuellat,

dùm vitiata ab impijs Iudæis omnē Hebræam lectionem eſſe contendo. Trāſlationem Lxx quæ in Iudęorū Synagogis aſſeruata eſt per annos amplius quā octingentos, fraude Iudaica truncatam affirmo & laceratam. Profiteor etiam D. Hieronymū, facta iam ſua tranſlatione in ſenecta deprehendiſſe impiam Synagogam propter odiū Chriſti ex lectione Hebræa multa mutaſſe, vt nulli ſcripturæ authoritatem relinquam, nō Hebraicæ quam, varia diſtinctione, diſpūctione varia, vnius duarumuè litterarum leui flexu, & alijs Iudaicis dolis vitiatam affirmo, vt Prædictiones Prophetarum de Chriſto eludantur, non æditioni. 70. quam truncam & laceram Iudaica fraude dicam, non vulgatæ D. Hierony. quam confitear factam ex lectione Hebræa, quam teſtor ab impia Synagoga propter odiū Chriſti eſſe mutatā. Labefacto igitur omnem ſcripturæ authoritatem, qua Hęreſi quid peius dici poſſet, aut peſtilentius? His omnibus toto hoc opere reſpondendum eſt, ita vt aduerſarijs meis oculi doleant, & animo male ſit; Nam quod ego dico, de ſententia veterum dico, vt manibus prӕhendi poſſunt, vt poſtea apparebit. Quanquā igitur vniuerſi huius operis hæc ſit materies, circa quam ab initio vſque ad finem, noſtra ſemper oratio verſabitur, nec alio euagabitur vnquam. Tamen hæc nunc non ſunt tacita relinquenda, vt lucem aliquam his quæ dicturi ſumus afferamus: eundem eſt per ſingula, & ſummatim eſt ſingulis ſuo ordine reſpondendum. Non enim hi homines videntur adhuc didiciſſe, ex ſingularibus propoſitionem vniuerſalem male colligi, aut ſi didicere, rebus perſpicuis offundunt tenebras. Dixi equidem & dico tranſlationem Lxx per annos amplius quam octingentos in Synagogis Iudæorum fuiſſe aſſeruatam: quod ita factum eſſe liquet ex nouellis Iuſtiniani Imperatoris conſtitutione. 146. vbi litigant Iudæi de tranſlatione. Lxx ex Synagogis Iudæorum extrudenda: Nam vt diſces ex Tertulliano in Synagogis Iudæorum tranſlatio Lxx legebatur, & ſi Annos bene numeres, Iuſtinianus poſt Lxx Interpretes octingenteſimo Anno fuit, & eo amplius, expunctos verò & reſectos ex trāſlatione Lxx ab impijs Iudæis locos plurimos, qui de Chriſto planè & apertè loquebantur ſcribit Iuſtinus proximus temporibus Chriſti in Dialogo aduerſus Tryphonem Iudæum, & Origenes ſecundo aduerſus Celſum libro. Corruptam & à ſe caſtigatam teſtatur Centies Diuus Hieronymus. Vnde tamen aduerſarij colligunt nullam tranſlationis Lxx virorum authoritatem eſſe relictam? Reſecti ſunt loci plurimi ex ea perfidia Iudaica, trunca eſt, & lacera multis locis: Ergo nihil ex ea eſt reliquum, & ea nulla eſt? Vnde valet. Vitiati ſunt plurimi Ciceronis loci, ergo Ciceronis nulla eſt autoritas. Loci Maronis multi vitiati ſunt, Maro igitur non extat, aut nullius eſt authoritatis. Vnde valent hæc conſectaria? Plautus defectus multis Comœdijs eſt, & vitiatus iniuria temporis, Plautus igitur non extat? Liuius, Curtius defecti multis libris ſunt, non extant igitur Liuius, & Curtius. Plinius, & Fabius ſunt vitiati, nō extant ergo Plinius, & Fabius. Videnturne hæc cuiquam bene colligi? ſed vnde ſciam, inquiunt, hanc eſſe tranſlationem Lxx quæ in manibus Eccleſiæ eſt? Non extat vllum ſcriptoris ex omnibus quotquot vnquā fuerint, quod magis certo ſciri poſsit, opus authoris ſui legitimum eſſe, quam eſt certum, eſſe hanc tranſlationem Lxx. Deſcendit tranſlatio Lxx ad noſtra vſque tempora per manus Pontificum Græcè conſcripta. Nam quo alio modo nobis proponitur ſcriptura? vt nos multis locis docet Auguſtinus, quam ſi per manus Pontificum ſibi inuicem ſuccedentium ad noſtra vſque tempora deſcendat. Adde tu quod vides hanc Lxx. Interpretationem litteris Apoſtolicis &

Euan-

Euangelicis conſignatam, & ſcriptis Sãctorum Patrum, quicunque Græcè aut Latinè ſcripſere, vt ne littera quidem diſtet à Græca lectione, cùm Græcè citatur ab Apoſtolis, à Doctoribus ſacris, & cùm Latinè citatur à Latinis, ſenſu non diſtet, vides eandem eſſe dum explanatur à Sanctis Patribus, dum citatur ab eiſdem ad refutandos Iudæos & Hæreticos. Cõſenſum tãtum tranſlationis Lxx in Apoſtolicis litteris, & euangelicis in ſcriptoribus ſacris Græcis & Latinis ab ipſis vſque temporibus Chriſti non videtur tibi inſolubile argumẽtum, hanc eſſe certam & ſtatam Lxx Virorũ interpretationem? Labor eſt ex omnibus ſacris ſcriptoribus Græcis & Latinis huius tranſlationis legitimam eruere trãſlationem, ſi quando de veritate loci alicuius dubitatur, & varia ſunt vetuſta exemplaria. Si de loco aliquo Græcè lectionis addubites, Græcè eñ hæc trãſlatio eſt cõſcripta, labor eſt inquã eruitur tamẽ. Hæc ergo Lxx virorũ interpretatio in ore eſt Apoſtolorum, & Euangeliſtarum, & omnium veterum Patrum qui eam citant, Græcè, aut Latinè & eam interpretantur, vna & eadem, vt ne Syllaba inter ſe diſtet, & ſanctiſsimis teſtibus, & tot numero fidem non habes? Quaſi de compacto ita citarint vnam & eandem verbis eiſdem, tot ſcriptores numero, Græci & Latini, tanto temporum interuallo, & locorum inter ſe diſiti, niſi omnibus vna, & eadẽ eſſet. Quædam dices, citantur & explanantur non omnia. Omnia citantur, inquam, ſiquidem omnis ſcriptura à Sanctis Patribus explanatur iuxta tranſlationem. 70. Interpretum. Reſecta ſunt plurima manifeſta de Chriſto teſtimonia, reſectæ ſunt partes multę, ergo omnis tranſlatio Lxx de medio ſublata eſt? Vnde hoc conſectiarum valet? Vides quanta ſit maieſtas tranſlationis. 70. & authoritas quanta, & quantus ſplendor? Manet, manet, inquam tranſlatio Lxx conſignata litteris Apoſtolicis, & euangelicis, & Sanctorũ Patrũ ſcriptis, Gręcis, & Latinis, & Græcè per manus Pontificum ſibi inuicem ſuccedentium ad noſtra vſque tempora deſcendit, cuius tranſlationis quæ exemplaria tu dices, quæuè Archiua ſanctiora, antiquiora, beatiora quã ſunt ſanctorum Patrum ſcripta? quibus aſſeruatur condita, legitima, & incorrupta. At locis multis, & partibus multis tranſlatio 70. eſt defecta. Fateor. Ea igitur ex Symmacho, Aquila, & Theodotione ſunt reſarta, qui quãquam teſtimonia de Chriſto & Chriſti myſterijs, vt nos docet D. Hierony. vt potè Iudæi tranſlatores ſubdola interpretatione celarunt, non potuere tamen ita celare, vt in plæriſque non ſe proderent. Vertebant enim ad verbum ſcripturam, cum nondum tot eſſent inſtructi dolis, reſarſit etiam ea noſtra vulgata à D. Hierony. ædita ex Hæbræa lectione fideliſsimè. Sed hanc tu ais (inquiũt) in omnibus ferè de Chriſto manifeſtis teſtimonijs eſſe vitiatam aliqua Iudaica fraude. Nam ſi Hebræa lectio, vt dicis, omnibus locis ferè qui de Chriſto loquuntur apertè, Iudaicis dolis vitiata eſt, neceſſe eſt, vt vulgata quæ inde ad verbum ſit expreſſã vitiata ſit, in omnibus locis, qui planè & apertè de Chriſto loquuntur, ergo dico fuiſſe vitiatos tempeſtate D. Hierony. qui fuit ante mille & ducentos Annos. Vnde tua hæc valent conſectaria? An per mille ducentos Annos Iudaicæ ceſſauere fraudes? Vos ceſſaſſe dicetis, qui Iudæos ſanctiſsimos, & religioſiſsimos depingitis, & inratis Iudæos in ſeruanda ſcriptura abſtinuiſſe ſemper omni maleficio. Sed veteribus Patribus longè ſecus videtur. Certe (inquiunt) tu affirmas multa ex ſcriptura Hebræa propter odium Chriſti ab impia Synagoga mutata D. Hieronymum deprehendiſſe Hoc ipſe Diuus ait: ſed quid tum? Illa, inquiunt, vt immutata erant ab impia Synagoga propter odium Chriſti ſic reddita ſint à D. Hierony. eſt neceſſe, qui Hebræam lectionẽ ſua tranſlatione expreſsit, & ſi Hebræa

Hæbrea lectio multis locis fraude Iu-
daica erat vitiata, eiſdem locis vulgata
noſtra ſit vitiata neceſſe eſt. Quid tu ſti-
pitem aut caudicem D. Hieronymum
fuiſſe putas? qui Iudaica vitare neſcierit,
qui Aquilam, Symmachum, & Theo-
dotionem, in ſua tranſlatione ſequi no-
uerit tranſlatores Iudæos, vbi fideliter
quid tranſtuliſſent. Iudaicas fraudes non
nouerit vitare, & Lxx viros ſequi cum
erat opus euangelicæ lectionis Duces?
Nam dixi ex Chryſoſtomo, Doctori ſa-
cro magiſtrum Deum adeſſe, qui vbi cæ
tera deſint, Doctoris ſacri mentem re-
gat: quod in texenda noſtra vulgata, ma
gis eſſe factū credibile eſt, quod illa Ec-
cleſiæ Romanæ erat perneceſſaria. Re-
xit ergo ſpiritus Sancti numen D. Hie-
rony. mentem, dum his locis ſcrupulo-
ſis & difficilibus verſaretur, nunc Sym-
machi, aut Aquilæ, interim Theodotio
nis, aut Lxx ſequutus veſtigia, optima
quæque decerpebat in ſua texenda trāſ-
latione & quoties res ita poſtulabat
quod tranſlationis Lxx quædam in ore
populi vniuerſi Chriſtiani erant, vt ipſe
Diuus nos monet, eam ſequebatur, ſed
quoties loci Hebræi duplex eſſet lectio,
& vtraque ſenſum haberet verum, le-
ctionem Hebræam quæ verum ſenſum
haberet ſequebatur, vt quoties poſſet le-
ctionem Hebræam vulgatam ſequutus
eſſe videretur. Quin ſi legis attente epi-
ſtolam Hieronymi in Auguſtini epiſto-
lis, quæ numero vndecima eſt, ſub finē,
reperies hunc ſcopum D. Hieronymo
faciendæ ſuæ tranſlationis fuiſſe vt te-
ſtimonia ſcripturæ quę à Iudęis de Chri
ſto prætermiſſa erant, vel corrupta, ſua
tranſlatione proferret in medium, quæ
verba repetit Auguſtinus ea epiſtola,
qua Hieronymo reſpondet, quæ nume-
ro. 19. eſt, ſub finem. Nam D. Hierony-
mus vt ſis ſciēs, fuit in hac parte dubius,
& anceps, vt fuit etiam Auguſtinus, vt
leges libro. 15. de ciuitate Dei cap. 11. &
in texenda Vulgata ſentiebat hoc quod
loco citato ait, Iudæos in vetenda ſcrip-
tura prætermiſiſſe quædam, alia vitiaſ-
ſe, & vtrique malo mederi voluiſſe in
ſua interpretatione. Sed qui potuit, in-
quies, ſi Codices à Iudæis vitiatos eſt na-
ctus? Lectio Hebræa locis mille Iudaicis
dolis vitiata, viro doctiſsimo, qualis D.
Hieronymus erat, non erat vitiata, quod
vitiata fere tantum eſſet, punctorū mu-
tatione varia diſpunctione, diſtinctione
varia, vnius, duarumvè litterarum leui
flexu, ſimilibusque, nam de reſectis lo-
cis etiam ex Hebræa lectione poſtea di-
cendum eſt. Dic quæſo te, tu Codicem
imperiti correctoris culpa, parum diligē
ter excuſum, non caſtigas facile? Non ri-
des multū hominis qui typis excuſit im
peritiā? Nō caſtigas facile vitiata puncta?
vitiatas litteras, & ſyllabas? vitiatas di-
ſtinctiones non emēdas? emendas certe,
nā & qui aliquantulū in litteris promo-
uit, legēs hoc facit obiter, idq; facile: nul-
lo cū labore videt pūcta incaſtigata, litte
ras vitiatas, & ſyllabas. Quēuis de media
erue turba, qui vel primoribus labris lit-
teras Latinas attigerit, & roga num hæc
faciat, vt legens obiter vitiata caſtiget
puncta, caſtiget vnam, duasvè litteras vi
tiatas. Quiminus quæſo hoc faceret, qui
Hebraicè ſciat benè, ſi doctus ſacrarū li-
terarū ſit, ſi in Chriſtiana Theologia ſit
verſatiſsimus. Atqui quē dices D. Hie-
ro. linguarum doctiorem, in Theologia
Chriſtiana magis verſatum. Facere igi-
tur potuit & facilè, quod ſe feciſſe in ſua
Vulgata profeſſus eſt, vt vel prętermiſſa,
vel corrupta, ab impijs Iudæis reſtitue-
rit. Sed quid de hoc tanto Diuo dico?
Quiuis ſacrarum litterarum doctus, qui
Chriſtianam Theologiam excoluerit,
nauiter, & induſtriè, ſi bene Hebraicè
ſciat, ita ſe geret in litteris Hebræis, vt
fraudes Iudaicæ ei parum nocerent, ag-
noſcat facilè puncta mutata, mutatas di-
ſtinctiones, additas, & detractas litteras,
& ſyllabas, præſertim vulgata D. Hiero-
nymi & Lxx virorū tranſlatione adiu-
tus, & tranſlatione Apoſtolica, & Euan-
gelica. Manet igitur his talibus viris,

quales deſcripſi, lectio Hebræa integra, incorrupta, & caſtigata, quando tam facile poteſt caſtigari. Quæ ſunt igitur, quæ D. Hieronymus ſe dicit reperiſſe ab impia Synagoga, propter odiũ Chriſti mutata? latiſſimus in ſequentibus patebit campus huic diſputationi. Nunc tantũ dicã ſcripſiſſe Hieronymũ de aliorũ ſententia hæc verba in. 5. cap. Micheæ: Sũt, qui aſſerũt in omnibus penè teſtimonijs quę de veteri teſtamento ſumuntur in litteris Apoſtolicis, & Euangelicis, iſtiuſmodi eſſe errorẽ, vt, aut ordo mutetur, aut verba, & interdum ſenſus quoque diuerſus ſit, vel Apoſtolis, vel Euangeliſtis, non ex libro carpentibus teſtimonia; ſed memoriæ credentibus, quæ non nunquam fallitur. Recte nobiſcum agitur ſi talis noſtra cauſa eſt, vt memoria hominum nitatur; quæ nonnunquã fallitur; & non litteris ab ſpiritu Sancto inſpiratis. Sed hæc, vt ſupra oſtendimus, non de ſua ſententia ſcripſit D. Hiero. ſed aliorum referebat opiniones. Sed poſt factam collationem tranſlationis Aquilę, cum voluminibus Hebręis, reſpondiſſet profecto, non in litteris Apoſtolicis & Euangelicis illius modi eſſe errorem, ſed in litteris Hebraicis eſſe errorem, ſi error vllus eſſet, in Apoſtolicis & Euangelicis errorem eſſe non potuiſſe, ſiquidem ſpiritus Sanctus errare non potuit, qui Apoſtolorum ore loquebatur. Nouerat hoc D. Hieronymus, ſed Hebræas litteras nouerat ab alijs, atque adeo à plæriſque dictas incorruptas & caſtigatiſsimas. Hærebat, & lectoris arbitrio hoc reliquit diiudicandum, vt ipſe multis locis teſtatur. His atque alijs huius notę multis motus Hieronymus, voluit experiri, vtrũ vera eſſent, quę noſtri dicerent, Iudæos, Hebræam æditionem vitiaſſe, & quod multos ante annos Aquila Iudæus ex lectione Hebræa ſcripturam verterat κατὰ τὴν ἀκρίβειαν exactiſsime, vt Iudæi teſtabantur contulit libros Hebræos cum Aquilæ interpretatione, vſus eo canone, quem multum ridét aduerſarij mei, quaſi vero meus eſſet canon, & non omnium Doctiſs. noſtrorum hominum, qui libr. inueſtigant, & potiſsimum D. Hieronymi, vt fuſius libro huius operis. 2. dicendum eſt: vt ſi liber Hiſpanus Latinè tranſlatus milleſimo ab hinc anno eſſet, ſi vbi legitur in Codice Hiſpano, vuas, redditum legeres Latinè, Quo vadis (Hoc enim meo vtitur exemplo, vt me refellãt) profecto intelligeres interpretem non legiſſe in Codice Hiſpano, vuas, ſed legiſſe diuiſim, v vas, forma dicendi Hiſpana antiqua, qua dici ſolebat id quod nunc dicimus, do vas: Qui vero vertiſſet Algas Latinè, intelligeretur ſanè non legiſſe in Codice Hiſpano, vuas, ſed Ouas. Hoc canone vſus ergo D. Hieronymus, nec enim vllo alio poterat vti, deprehendit ex tranſlatione Aquilæ cum æditione Hebræa collata, impiam Synagogam propter odiũ Chriſti multa mutaſſe poſt Aquilæ Iudæi tempora, vnde facilis erat coniectura noſtros maiores veriſsimè dixiſſe, Iudæos poſt Domini aduentum æditionem Hebræam vitiaſſe, nam ſi poſt Aquilam in hoc flagitio deprehenſi eſſent, haud dubium quin ante Aquilam idem in ſe flagitium admiſiſſent, iuxta illud vulgatum: Quod ſemel & ſępius. Quod inſolubili argumento probamus etiam cum oſtendimus, locos ex veteri teſtamento citatos ab ſpiritu Sancto ore Apoſtolorum & Euangeliſtarum, Hebraice eſſe vitiatos, aut varia diſtinctione, aut punctorum mutatione varia, aut aliqua alia Iudaica fraude. Nec enim, tu Chriſtianus homo dices ſpiritum Sanctum ore Apoſtolorum falſa citaſſe, nec enim dubitationem dilues ſi dicas Apoſtolos ſuis verbis illos locos tales tranſtuliſſe ſi ita tranſlatos liqueat vt ab Hebraica veritate diſcordent, diſcordat ne ſpiritus Sanctus qui Apoſtolorum ore loquitur, à veritate Hebraica? à falſitate Hebraica diſcordat: à veritate Hebraica non diſcordat. Sed iam ad rem aggrediamur, Deo bene iuuante; dicamus quo-

modo

modo ſcriptura eccleſiaſtica Chriſtianæ religionis ſit ſtabilimentum: Iudaicæ interpretationes noſtram religionem ab imo vertere conentur, vt pateat omni vi eccleſiaſticam ſcripturam in Eccleſia retinendam, ſummouendas in vltimas terras Iudaicas interpretationes.

De primo principio Chriſtianæ Theologiæ quod eccleſiaſtica ſcriptura tuetur accerrimè, Iudaica natio oppugnat vehementiſsimè, & Iudæos adiutant omni vi noſtri aduerſarij. Cap. II.

CONfeſſa res eſt, primum in omni diſciplina vnum eſſe Principium. Id in diſputationibus de noſtra fide Catholica eſt: Chriſtum Deum eſſe, vt docet Chryſoſtomus in primum caput D. Pauli epiſtolæ ad Coloſſenſes ſermone. 2. Vnde D. Ioannes ſuam doctrinam Euangelicam exorſus ſic eſt. In principio erat verbum, inquiens, & Deus erat verbum, & poſtea: Verbum caro factũ eſt. Hoc iacto noſtræ ſanctæ fidei fundamento, reliqua ſunt in procliui, cõgruũt reliqua omnia mirificè, ad ſingula enim dicere licet, Deo credendum, Deo omnia ſunt factu facilia, qui verbo Cœlum & Terram fecit. Quid enim Deo impoſſibile dici poteſt, ex his quæ noſtra fide traduntur? Hoc Iudæi fundamentum noſtræ fidei, vt prodidit Origenes lib. 2. contra Celſum, conuellere nituntur, vt noſtræ fidei fundamenta omnia, quæ hoc primo nituntur, ſubuertant, & locos omnes ſcripturæ de Chriſti diuinitate quanta maxima poſſunt vi peruertunt: ſed de diuinitate Chriſti in fine. 4. libri dicedum eſt & alijs locis, ita vt Iudæis omnibus ora obturemus. Quidam ex noſtris ita transferunt verba Hebræa vt Iudæi, & noſtras res multo validius quam Iudæi labefactant. Arguimus Iudaicam perfidiam ex Vulgata D. Hieronimi, prouocat ille alter vir Chriſtianus, & vir bonus contra Chriſtum Dominũ contra Vulgatam ad exemplaria vetuſta de illo quem cõcinit Eccleſia ſancta: Hoc eſt nomen quod vocabunt eum Dominus iuſtus noſter, vt vel cum mendacio dolis Iudaicis opituletur. Sed fac eſſe exemplaria vetuſtiſsima contra eccleſiaſticam lectionem qualia ſunt multa corrupta ab Hæreticis, vt ſacra teſtantur Concilia, ad Hęreticorũ libros quęſo eſt prouocatio? ſed ne tibi magnopere placeas, & de me triumphaſſe videaris dũ eo me prouocas, quo mihi ætate affecta ire nõ liceat, ſingulis noſtrũ eſt hic in proximo Bibliotheca antiquiſsima in noſtris Bibliothecis quas ſinguli noſtrũ in noſtris ædibus conſulere poſſumus. Auguſt. de Ciuit. Dei lib. 15. c. 33. Hos locos ita citat vt tranſlati erant à D. Hieronymo, vt ſancta Eccleſia eos cantat, vt Chriſtus illis Deus planè dicatur. Atqui Auguſtinus tempeſtate D. Hieronymi fuit ne vitiatam etiam ſcripturam eum citaſſe dicas. Sed hæc exempli cauſa dicta ſunt: nam omnes fere locos de Chriſti diuinitate peruertunt Iudæi & noſtri aduerſarij, de quibus poſtea ſigillatim eſt dicendum, & excutienda ſingula. Sed hæc eo dicta ſunt quo appareat à principio quo ſpectent Iudaicæ interpretationes, & quem vſum nobis præbeat noſtra eccleſiaſtica ſcriptura, quæ firmiſſimum fundamentũ noſtræ fidei ſit, quod Iudæi ſubruere conantur: quod mei aduerſarij eo modo citare audẽt quo Aquila Iudæus vitiare eſt auſus.

Schola Chriſti quæ ſit & quod interpretandæ Scripturæ duplex ſit ſchola Chriſti altera, altera Synagogæ. Cap. III.

CLemẽs Alexandrinus Stromateõ lib. 6. pluribus docet vnigenitum Dei filium vnicum magiſtrum eſſe vniuerſæ creaturæ, & inde à Propheta Dei conſiliarium fuiſſe appellatum, quod

quæ

quæ Patris ſunt, qui omnia ſimul intellectu comprehendit, nouerit vniuerſa, & quod per eum omnia ſunt condita, cuncta gubernentur & gerantur. Hunc Clemens ait à mundi conſtitutione homines varijs, multiſque modis docuiſſe, & ad perfectionem perduxiſſe, quod ipſe Dominus nos docet, inquiens. Ne dixeritis vobis Magiſtrum ſuper terrã, quia Magiſter vobis vnus eſt Chriſtus, qui iuxta Baruch Cœlo, ſcilicet, ſapientiam deduxit, poſtea in terris eſt viſus, & cum hominibus conuerſatus. Subijcit etiam eodem libro Clemens; Plenus enim cognitione & ſcientia eſt Propheta: quæ à Deo ſit data, & ab ipſo Deo ſuis diſcipulis explanata, & non aliquo humano ſenſu. Eadem nos docet Irenæus libro. 5. Vbi quæ diuino inſtatu prædixere Prophetæ perfeciſſe Chriſtum ait; Apoſtolos Orbi euangelizaſſe à quibus Eccleſia accipiens, inquit, & per vniuerſum orbem bene cuſtodiens tradidit filijs ſuis, & dixerat paulò ſupra non aliter nos diſcere potuiſſe quæ ſunt Dei, niſi verbum Patris, qui magiſter noſter eſt homo factus nos docuiſſet. Nec enim alius nobis poſſet enarrare quæ ſunt Patris, niſi ipſum verbum Patris, nec nos aliter diſcere potuiſſe, niſi Magiſtrum videntes, & vocem eius per auditum percipientes. Hæc Irenæus, & Clemens, & tamen noſtri quidam ab hoc tanto Magiſtro, qui verbũ Patris eſt homo factus ad Phariſaicam doctrinam deficiunt miſeri. Athanaſius etiã de humanitate verbi, Magiſterium Prophetarum, & Magiſterium Chriſti & diſcipulorum eius publicam Orbis terrarum ſuper cœleſtis doctrinæ ſcholam eſſe ait, nõ Synagogæ ſcholã. Nempè quod, vt idẽ Athanaſius in reſcripto ad Liberiũ Romanũ Pontificem ait. Dominus per ſe & per ſuos Apoſtolos & Doctores ſacros, ſcripturã quam dederat ipſe eſt interpretatus. Hæc ſi firme credimus cur ſcholam Iudæorum adimus? Siquidem Hieronymus etiam in cap. 57. Eſaiæ in illa verba. & omnes eos auferet ventus, ait. Præcepit Dominus Apoſtolis, cunctiſque Doctoribus Eccleſiæ, vt quidquid aſperum atque difficile videretur in ſcriptura ſua interpretatione lenirent, & intelligentiæ viam præberent, omniaque tollerẽt de medio ſcandala, vt Populus Dei abſq; vllo impedimento, quod legeret, facile intelligeret; & in Dei timore proficeret, & tamen quidam relicta tanta cœleſti opulentia Iudaica tractant: quibus Chryſoſtomus ait. Si Iudaiſmum putatis verum eſſe, qua gratia obſtrepitis Eccleſiæ? quod ſi Chriſtianiſmus verus eſt; ſicuti re vera eſt, in eo manete. Ecquę ſchola vnquam fuit æquè hoc nomine digna, ac eſt hæc Chriſti ſchola Euangelica, vbi profeſſores Chriſtus & eius diſcipuli, Prophetæ, & Doctores ſacri hanc cœleſtem profitentur diſciplinam, & clamat Magiſter. Venite ad me omnes qui onerati eſtis, & inuenietis requiem animabus veſtris. Nam ſchola requiem Latinè ſonat. Hac cœleſti ſchola relicta, & ita relicta, vt nec eius, nec Magiſtrorum qui in ea docent Chriſti, & Apoſtolorum, aut Sanctorum Patrum vlla fiat mentio, ad Iudæorum fœtidiſsimos lacus commeamus. Apage rem prorſus homine indignam, vt relictis cęleſtibus aquis, aquas cœnoſas Iudaicæ doctrinæ hauriat quis auidiſsimè. Auguſtinus cõtra in ſchola Chriſti ſe eruditum gloriatur in Præfatione in Pſalmum. 34. & in Pſalmum. 79. cum affectu audiendi inquit, quæ Prophetata ſunt tanquam eruditi in ſchola Chriſti, & in Pſalmum. 98. in principio. Id omnibus notum eſſe debet tanquam eruditis in ſchola Chriſti. Et in Pſalmum. 143. ſicut ſoletis intelligere eruditi in ſchola Chriſti. Quid ſit ergo ſchola Chriſti interpretatur Tertullianus in Scorpiaco aduerſus Gnoſticos: eandem enim eſſe declarat cum ea quam Athanaſius publicam ſupra orbis terrarum appellauit ſcholam in qua docet Chriſtus, docent Apoſtoli eius, & Euangeliſtæ, docent Prophetæ, Doctores

res ſacri docent, verba Tertulliani ſunt. Quis medullas ſcripturarum magis noſſet, quàm ipſa Chriſti ſchola? & hi quos ipſe ſibi diſcipulos Dominus adoptauit? omnia vtiq; edocêdos quos nobis magiſtros ordinauit, nos omnia vtiq; edoctu ros. Cui potius figurã vocis ſuæ declaraſſet, quã cui effigiẽ gloriæ ſuæ reuelauit, Petro, Iacobo, Ioãni, & poſtea Paulo, niſi illi aliter quã ſentiũt ſcribũt, & fallaciæ ſunt Magiſtri non veritatis. Huic Chriſti ſcholæ ſe opponit ſchola Phariſaica tumens, ſuperba, & inſolens, læta in extremis miſerijs, phariſaico partu, mille complexa Rabinos, qui nihil aliud ſunt quam ſutores, pelliones, viliſsimis artificijs præditi, nullis inſtituti diſciplinis, nulla doctrinarũ ſupellectile inſtructi, Synagogæ ſchola, inquam, quæ Chriſti ſcholæ ſe opponit, eius æmula & aduerſatrix, quæ ſemper contra ſtat audax, & ſuperba, & per mille quingentos annos, centies milliès victa neſcit cedere, neſcit abſiſtere Bello, rebellat ſemper, in ſuã perniciem peruicax. Huius duplicis ſcholæ iam ab hoc loco deſcribitur pugna vniuerſè & generatim hoc libro primo, reliquis libris ad ſingularia deſcendendum erit.

Quod ſchola Chriſti ad Chriſtum, qui ſcripturæ finis eſt, ſcripturam refert, contra verò Synagogæ ſchola ſcripturam à Chriſto auocat. Cap. IIII.

ILlud ego miror, querorque, quoſdam noſtros homines, cum tantum operæ dederint Rabinis, cumque in ſchola Synagogæ diutiſsimè ſint verſati, vt Hebræas litteras addiſcerent, nondum animaduertiſſe apud Rabinos de Chriſto perexiguam fieri mentionem, aut ſi id animaduerterint illorum lectione delectari apud quos de Chriſto, rariſsima ſit mentio, Apoſtolorum & ſanctorum Patrum nulla. Quod ſi quis inficietur, ex aduerſariorum ſcriptis facilis fit coniectura, in quibus Euãgeliſta, aut Doctor Eccleſiæ non comparet, aut comparet per quam rarò. Si quando Chriſti videntur meminiſſe, is quem tu in illorum ſcriptis putas Chriſtum, ſi penitus introſpicias, non eſt noſter Chriſtus, ſed ille quem Iudæi nunc expectant qui Antichriſtus eſt. Accidit tamen vt tu noſtrorum aduerſariorum ſcriptis noſtri Chriſti mentio fiat, ſed ſub illa interpretatione de Chriſto, ſubeſt dolus, qui legentes ineſcet. Concinnatur enim ſcripturę contextus ad præſcriptum Rabinorum, ita vt ſenſus Iudaicos, potius quam eccleſiaſticos præferat. Tu amplecteris aduerſariorum noſtrorum ſenſa, quod Chriſti myſteria tibi videtur reſerare, & bibis venenum, cum tibi excutitur manibus ſcriptura eccleſiaſtica, & obtruditur tibi pro ea Phariſaica ſcriptura. Non excutitur, inquis, vtranque enim volo habere ad manum. Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire, Deo & Diabolo, nec poteſt eſſe auditor in duabus his ſcholis, quod ex altera peſtem trahis, quæ enecet fructus qui naſcerentur ex altera: Synagogæ ſcholæ caput eſt Diabolus, Authore ATHA. vt ſis ſciens, Magiſtri nanq; qui ſunt in ſchola Chriſti ab ſchola Synagogæ profitentur longè diuerſa: his enim Chriſtus ſummũ bonum eſt, voluptas & delectatio omniũ maxima, ab illis Chriſtus eſt crucifixus, & quotidie in ſuis Synagogis diris deuouet. CHRYSOST. tom. 2. in Marcũ in illa verba: Amen dico vobis. Homelia. 10. Ego, inquit, omne quod intelligo in ſcriptura ſine Chriſto & ſpiritu Sancto, & ſine Patre nolo intelligere. Tu diiudica quam ſe totum ab huiuſmodi intelligentia Iudęus auerteret. Pergit CHRYSOST. Niſi intellexero in Trinitate quæ me ſaluauit, nõ poteſt mihi eſſe dulce quod intelligo. Diſpice tu num hæc auribus audire poterit Iudæus. Aliter ergo noſtri ſcripturas intelligant, aliter Iudæi, eſt neceſſe. Quid ergo petis à Iudaica ſchola? & paulo infra idem Chryſoſtomus.

Contra eos qui quod quędam noue tranſlationes diuerſè ſonent à noſtra ſcriptura; aiunt, non ſi ſonant diuerſè continuo contraria ſonant, & vtraq; vera eſſe poſſe.

mus. Cum lego teſtimonia de Prophetis ſolũ Chriſtũ cõſidero, ſic video Moſen, ſic video Prophetas vt de Chriſto intelligam loquentes. Quære tu an Iudæus & Phariſæus huc ſpectet & hæc recipiat, an auerſetur & execretur. Auguſt. in principiũ Pſalmi. 96. Ante quam peruenias ad Chriſtũ ne præſumas te intellexiſſe: & tomo. 9. in Epiſtolã Ioannis tractatu. 2. Quidquid ſcripturarũ eſt, inquit, Chriſtũ ſonat, ſed ſi aures inueniat, & ſic claudit librũ de prædiſtinatione & gratia, vt dicat Chriſto omniũ ora Prophetarũ militaſſe: & de vnitate Eccleſiæ lib. 1. ca. 9. & libro primo cõtra Pelagianos de peccatorũ meritis & remiſsione, legẽ, & Prophetas, & Pſalmos de Chriſto ſcripſiſſe multis verbis probat ex verbis Domini D. Hiero. tomo. 3. in Epiſtola ad Paulinũ ſcripturã ſacrã docet intelligi non poſſe ſine interprete demonſtrãte Chriſtũ qui in ea latet. Diiudica an interpretatio Eccleſiaſtica congruere poſsit cũ Iudaica, quæ toto cœlo ab his quæ diximus diſcrepat. Videat ergo Chriſtianus eam ne ſcripturã præoptet quæ à Chriſto auertat deſcriptã ex Iudæorũ ſcriptis, an eccleſiaſticã eam quã porrigat Eccleſia, an eã quæ labefactet eccleſiaſticã & Vulgatã, nã ego nõ loquor de omnibus nouis ſcripturæ interpretationibus vel illã factã à. 72. Iudæis trecẽtis annis ante Dñi aduẽtũ in carne velit & in Synagogis Iudæorũ, & apud poſteros eorũ qui Chriſtũ Dominũ cruce affecere (vt ait Chryſoſtomus) per octingẽtos annos aſſeruatã, ne ſuſpecta vllo modo eſſe poſsit quæ à Iudæis facta, & in Iudæorũ ſcrinijs quo ad cõſignata eſt Grece & Latinè in ſcriptis omniũ ſanctorũ Patrũ quicunque Grecè & Latinè ſcripturã ſanctã ſunt interpretati, aut eius teſtimonijs ſunt vſi quoties contra Iudæos & Hæreticos diſputauere. Videat ergo Chriſtian⁹ malit ne Iudaicã interpretationẽ, an hanc quã dixi à Lxx Iudæis factã, ſiue illã quã ex Hebræa lectione fecit D. Hieronymus, quæ tota etiam Chriſtum ſonat & Chriſti myſteria: Ne ſibi perſuadeat is qui ſe mihi ægrè facere putat quod objiciat, quod quæ de Chriſto interpretãtur Patres veteres ad Chriſtũ referẽda eſſe cõtendam, quod mihi ego decori eſſe puto & laudi & gloriæ. Atqui D. Hieronymus Lactantio crimini dat, inquit, quod locum illum Oſeæ cap. 13. Hic filius meus ſapiens non reſiſtet in contributatione filiorum ſuorum, de manu inferorum eruam eum: de reſurrectione Domini interpretatur, lib. 4. de ſapientiã & religione Cap. 19. Nunquam factum reperiet quiſquam, vt hoc Hieronymus Lactantio crimini det, quod hunc locum Oſeæ de reſurrectione Domini ſit interpretatus, nec ſi hoc in Lactantio D. Hieronymus reprehendiſſet, continuo Lactantius eſſet damnandus, quin potius gloriandus eſt prædicãdus, quod Prophetæ locum mirabiliter de paſsione & reſurrectione Domini explanaſſet, & congruenter explanationi D. Pauli, quẽ citat (de quo tertio huius operis libro dicẽdum eſt.) Illud in cauſa maneat inter noſtros & Iudæos, atque eorũ aſſeclas noſtros aduerſarios hãc eſſe concertationem acerrimã, vt illi quãta maxima contentione poſsint ſcripturam à Chriſto abſtrahant, noſtri ad Chriſtum eam referant, & vt hoc facere poſsint noſtri veterem ſcripturam retinent, illi vt interpretationẽ de Chriſto poſsint oppugnare, nouas ſcripturæ interpretationes poſtulant, quædam nuper à Iudæis conficta deſyderant.

Quod ſcriptura ſacra veluti Dei chirographũ ſit promiſſæ nobis à Deo vitæ beatæ, & filius Dei fideiuſſor. Cap. V.

QVod hominũ generi maius quam pro ſpe hominis eſſe videbatur quod promittebat Deus fore vt homines in poſtremos cineres reſoluti, denuo reuiuiſcerent, æquales Angelis Dei & immortales, Dei filij adoptiui, diuinæ naturæ participes, ſempiterna fœlicitate

beati, ſi modo dum hanc vitam agerent diuina præcepta faceſſerent, ſin minus reſurgerent in pœnas ſempiternas, duplex hominibus Deus dedit Chirographum, alterum vnigeniti ſui ſanguine obſignatum, quod cruci eſt affixũ, vna cum noſtro omnium chirographo, vt illud maneret, noſtrum deleretur ſanguine agni. Alterum dedit nobis chirographum ſcripturam ſacram, quam noctes & dies noſtris oculis legeremus, qua veluti chirographo ſigillo ſpiritus Sancti obſignato ſua Deus promiſſa firmaret, quale ſi quid cui promiſeris, nec ſat haberes promiſiſſe, niſi etiam tabulas tuo ſigillo dares obſignatas, quibus id quod promiſiſſes faceres ratum, quod (vt ait AVGVST.) generatio labitur, generatio venit, & celeri curſu currunt tempora, voluit Deus ſcripturam ſacram manere veluti tabulas quaſdam & quoddam Dei chirographum, quod omnes tranſeuntes legerent, & viam qua ad Dei promiſſa venitur, tenerent. Hoc Dei chirographum quod tot diuos tranſmiſit ad ſuperos, & Angelorum choris inſeruit, fixum & ſtabile eſſe oportebat, vt ab ipſis ſœculi initijs Eccleſiæ ſemper fuit, vt idem Dei chirographum nos legeremus quod legere noſtri maiores. Fidelis, inquit, AVguſtinus in Pſal. 109. Deus qui ſe noſtrum debitorem fecit, non aliquid à nobis accipiendo, ſed omnium maxima bona nobis promittendo, non ſat habuit nobis promiſiſſe, etiam, ſe ſcripto voluit teneri, velut faciens nobis promiſſorum chirogaphum. Quæro an hoc chirographum quod Auguſtinus dixit, Dominum feciſſe nobiſcum oportebat, quando in eo res tanta agitur, fixum eſſe & ratum, an pati commutari cum Iudaicis ſcholijs & tranſlationibus. Pergit Auguſtinus. Tempus Prophetiæ prædictio promiſſorum fuit, qua promiſſa nobis ſalus æterna eſt, vita cum Angelis beata ſine fine; & poſtea hoc totum prophetandum fuit, vt tanta bona à nobis credita expectarentur, & magna animorum contentione peterentur. Sic etiam AVguſtinus in Pſal. 73. in illud, exurge Domine. Certè iſta omnia quæ per mundum modo videntur, cum prædicebantur nondum erant, etiam tunc prædicta ſunt, nunc impleta monſtrantur, non erat Chriſtus in terris, promiſit Deus, poſtea exhibuit, non erat effuſus eius ſanguis pretioſus, quo deletur noſtræ mortis chirographum, promiſit Dominus poſtea exhibuit, non dum virgo pepererat, promiſit Dominus poſtea exhibuit, nondum crediderant nationes, promiſit Dominus, exhibuit. Quæ omnia tot verbis ſumus executi, vt intelligas Iudæos, quorum ſcripta legis tam auide, his quæ diximus omnibus cõtradicere. Natus eſt enim Chriſtus Dominus in ſignum cui contradicitur, quod te docet AVguſtinus in Pſal. 54. in illud. Quoniam vidi iniquitatem & cõtradictionẽ in ciuitate, cõtradicit Iudæus Chriſto, inquit, ferè in omnibus, Chriſtus venit, contradicit Iudæus, filius Dei eſt, & hoc cõtradicit, natꝰ eſt de virgine, paſſus, reſurrexit, & his omnibus contradicit, omnibus deniq; redemptionis noſtræ myſterijs Iudæus contradicit. Ergo ſchola Synagogæ contraria ſemper docet ſcholæ Chriſti, & omnia bona quæ nobis Deus promittit maiora quam pro hominum captu, tollit Iudæus, & excutere nobis manibus conatur. Chriſtiani ſunt, inquis, & nobiles & religioſi qui texunt has interpretationes nouas ſcripturæ quas tu vituperas, fateor, ſunt quidam eorum & Chriſtiani, nobiles & religioſi, ſed quid refert ſi veterum nobis lectionem ſacram excutiunt manibus Iudaicas interpretationes Eccleſiæ obtrudunt & dolos Iudaicos qui perfidiam Iudaicam ſonent noſtra refellant, (nã contra hos ſolos ego loquor vt vix cõpareat quicquã myſteriorum fidei Chriſtianę vt tibi dicam audacter. Si ſcholæ Synagogæ tam auidus auditor es futurus, vt vix Auguſt.

credas cum in Pſal. 109. ſcribit Chriſtum à Deo Patre nobis fideiuſſorem datum bonorum quæ promiſit, ſi illorum ſcriptis aſſueſcas vereor ne tibi perſuadere conentur Chriſtum non eſſe natum de virgine,nec dum veniſſe, non paſſum, non adoratum à Magis, non cætera omnia quæ nobis ſunt data diuinitus. Has peſtes tantas quiſquam in Eccleſiam ſanctam patietur irrepere,mihi quidem non ſit veriſimile, vt ferant Eccleſiæ proceres. Nam vt vel minimum malum inde trahamus, hæc tanta nobis à Deo promiſſa nobis bona minus auide petentur cùm indubium vocabuntur à Iudæis,& in quorundam pectoribus, vt arbitror refrigeſcent. Mira cum voluptate ſcriptura ſancta legitur à fidelibus, vt docet Auguſtinus in Pſal. 66. his verbis. Quidquid futurum erat temporibus noſtris prædictum à Prophetis eſt quod modo legimus completum, & videmus completum, & multum gaudemus, quia ſpes noſtra prædicta eſt & gaudemus, quia vt prædicta ſunt, ſic ea completa videmus & multum gaudemus:quis enim inde non gaudeat? Hæc Auguſtinus. Quid petitur ergo ex interpretationibus Iudaicis te rogo?An vt hæc tanta voluptas,quæ Chriſtiana pectora ſolebat reficere & titillare, dum noſtras ſpes & diuina promiſſa quæ in ſcriptura ſacra tertio quoque verbo penè dixerim agnoſcebamus, & incredibili in ſingulis lætitia diffluebamus, ex oculis prorſus euaneſcat, & ex animis effluat, dum in interpretationibus phariſaicis nihil tale cópareat: quod Phariſæi varijs modis,vt poſtea commõſtrabo,ſacras litteras peruertunt. Credemus ſanè falſis gaudijs nos fuiſſe delinitos. Suſurrari audiebatur olim inter quoſdam noſtros quod pudet ſcribere. Quod infideles inter nos dicere non pateremur, hos peſtiferos percipiet fructus, qui Iudaicis interpretationibus aſſueſcet:pro,ſupremi Dei fidem non licet Hereticorum libros verſare manu,& licet Iudeorũ impalleſcere chartis. Bene ergo Auguſtin' cũ de hoc gaudio quod percipimus ex ſacræ ſcripturæ lectione ageret in Pſal.96. Magna ſpectacula præbet Deus, inquit, Chriſtianæ. R.P. quibus nihil iucundius poſsit inueniri,ſi modo adſit palatum fidei cui ſapiat mel Dei. Mirabiliter hæc Auguſtinus, putabat enim vir ſanctiſsimus ſemper in manibus nobis eſſe Prophetas,& nulla ſpectacula nobis æquè poſſe eſſe iucunda quam cum videremus ſingula noſtræ fidei prædicta myſteria, & completa agnoſceremus, & ſpectaremus, quas venationes fingere animo poſſes iucundiores, quam cum Chriſtum Dominũ in ſacris litteris deprehenderes dum minimè rebare miro ſplendore micantem. Dum cœtera diuinitus nobis promiſſa agnoſceres & completa videres, fera nõ homo eſt qui his ſpectaculis quicquam putat incundum æquè eſſe poſſe, ſi modo (inquit Auguſtinus) adſit palatum fidei, ſi modo non ſis homo animalis ſed etiam ſpiritalis cui mel Dei ſapiat, ſi talis ſis qualem hic deſcribit Auguſtinus, mirabiliter te ſcriptura ſacra reficiet & recreabit, & admirabili quadam voluptate te reddet delibutũ. Has ſcripturæ aquas liquidiſsimas qui cœnoſas & lutulentas parat reddere, Eccleſiæ ſanctæ, mea quidem ſententia, infeſtiſsimus hoſtis eſt. Erras, aiunt, toto cœlo, nemo liquidas Eccleſiæ aquas parat reddere cœnoſas aut lutulentas, venerantur omnes eccleſiaſticam ſcripturam & Vulgatã lectionem:addimus tamen nouas interpretationes,quo veritas eluceat magis. Bene eſt, ſi nihil mutaretur ex lectione ſacra, aut ſi ſacræ ſcripturæ ſenſus nemo peruerteret, ſed ſi ſcriptura peruertitur fraude Iudaica quo obſcuretur Chriſtus Dominus, quod ſit plus millies, vt infra eſt monſtrandum, ita vt oculis cernas & præhendas manibus,& ſi ſenſus ſcripturæ,qui de Chriſto eſt, litteraliter à Chriſto auertitur, & alio deflectitur elucebit magis veri-

tas te rogo? an ex oculis euaneſcet? oborietur legentis animo lux quæſo?an nox potius & craſſa caligo? Si Chriſtus ex ſcriptura tollitur qui lumē eſt quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quod & illuminat omnes Angelos, tenebræ denſiſsimæ & teterrimæ in animo reſideant, ne ceſſe eſt, iuxta illud Domini ſcilicet. Cœci ſunt, & duces cœcorum, & tu tamen ex eorum numero eſſe vis, quorum amētia cœci & oculis & animo capti Iudæi ſunt duces. Nec te ab hac ſententia retardat Domini ſententia, qui vtroſque cœcos appellat & Iudæos, & Iudæorum aſſeclas. Nolumus, inquiunt, ſequi Iudæos, ſed ſi quid ex eorum ſcriptis nobis ſapiat conſulere has interpretationes: rectè quidem, conſule tu venenata fercula ſi quid tibi ex illis ſapiat, & hauries inde venenum dum minimè reris, quanquam non ego omnes auerſor nouas interpretationes ſed venenatas quæ Vulgatam eneruant & Apoſtolica & Euangelica.

Quod duplex ſit Cathecismus & quod vterq; Iudaicis interpretationibus euaneſcat. Cap. VI.

DVplex eſt Cathecismus, primus iam penè Chriſtianis hominibus ignoratus, qui initiandis Chriſtianiſmo Paganis, qui ad fidem veniunt, eſt perneceſſarius, cum ſingula fidei noſtræ myſteria monſtrare ſolebamus à Prophetis prædicta, milleſimo ante anno, & eo amplius & oculis oſtendebamus in plerſque quæ oculis cerni poſſent completa, de quo Cathecismo Auguſtinus in opere de catechizandis rudibus, hoc eſt, de imbuendis Chriſtiana fide rudibus, quando ad fidem noſtram venerint, quo libro docet eundum per ſingula fidei noſtræ myſteria, vt monſtremus ſingula à Prophetis multo ante prædicta, & poſtea monſtremus completa, ita vt appareat noſtram fidem totam à Deo fluxiſſe, qui præſcius quid eſſet facturus prædixit mille & bis mille ante annis, & poſtea compleuit, & re præſtitit quod futurū prædixerat, vt ipſe Dominus apud Eſaiam prædixit, & libro. 12. contra Fauſtum Manicheum cap. 45. & deinceps toto libro, & libro. 13. contra eundem in eandem ſententiam ſcribit quam plurima, miraculis ergo creuit noſtra fides & Euangelica prædicatione quæ fundabatur etiam Propheticis teſtimonijs quæ Euangeliſtæ citant, & Apoſtoli quam plurima: quibus docet Auguſtinus fidelium corda mira ſuauitate mulceri, cùm ea conferunt, cum rerum prædictarum euidenti euentu. Hoc etiam eleganter exequitur I V ſtinus in Apologia. 2. pro Chriſtianis. Secundus eſt Cathecismus peruulgatus, qui vitam Chriſtiani hominis ad normam ſyncerę fidei dirigit, & ab hæreticorum maculis expurgat, aut viam præmonſtrat, ne hæreticorum maculis inquinemur. Dictus Catheciſmus vterque à verbo Græco Catechizin. i. circum ſonare, quod noſtras aures vterq; vera fide circunſonet, non enim Theologos prorſus efficit, ſed tantum rudimentis fidei noſtras circunſonat aures, vt cognoſcamus quæ ſit Chriſtiana fides, & eam eſſe veram, & à Deo fluxiſſe. Vterque horum Cathecismus ex oculis euaneſcit, ſi Iudaicas adhibeas interpretationes, & Iudæos doctores adhibeas: quod ſic mecum collige. Iudæi negant Chriſti aduentum primum, vt poſtea dicendum eſt, negant omnia myſteria noſtræ fidei, & ad hūc ſcopum interpretantur ſcripturam. Chriſtus Dominus de ſe interpretatur ſcripturam, & Pſalmos & Prophetas de ſe ſcriptos ait: igitur Chriſti interpretatio ſcripturæ quæ eam ad eius ſacratiſsimum aduentū refert, & Iudaica interpretatio, quæ aduentum Chriſti negat pugnant frontibus aduerſis, vt Iudaica interpretatio vtrunque Catechiſmum ſubuertat, & è medio tollat, & ita in Iudaicis interpretationibus teſtimonia Euāgelica & Apoſtolica & quæ citant veteres Patres ferè

non

non agnoſcas, exceptis inquam paucis, quæ ſi expendas bene reperias, quod aliqua ſubſit fraus Iudaica, ſi illis mentem adhibes falſarios in pleriſque exiſtimabis Apoſtolos & Euangeliſtas, vt poſtea liquebit. Hæc igitur peſtis exhalat ex interpretationibus phariſaicis, & aduerſarijs tamen hanc reperere rimam qua elabantur Apoſtolos & Euangeliſtas, & ſacros Doctores citaſſe ea ſpiritaliter: nihil enim ferè putant citatū litteraliter à noſtris quod Iudaicum ſenſum, ſenſum litteralem putant. Sic enim Iudæi omnia noſtra allegorias nominãt vt te docet ORIG. Contra celſum lib.3. & de nobis queruntur quod relinquimus legem Dei ob inanes allegorias.

Quod Prophetarum prædictiones, Dei ſunt prædictiones per ora Prophetarum tanquam per quædam inſtrumenta loquentis. Cap. VII.

QVod aduerſarij Eccleſiæ ſanctæ omnem lapidem mouent, vt noſtra perturbent, nunc prophetias, nihil aliud quam conciones ad populum habitas eſſe dicunt, quales ſanctorum Patrum ſunt homeliæ, quibus mores Populi inſtruebant, & quædam in Prophetis ita ſe habere res eſt confeſſa, nam vt mittam omnes veteres Patres, qui in eadem ſunt ſententia, Prophetas de aduentu Chriſti ſcripſiſſe conſequenter adieciſſe alia docet ſocrates ſuæ hiſtoriæ libro. 2. cap. 36. ſub finem, interim Agiographa. 1. ſcripta ſancta tantum ſcripta Prophetarum eſſe perhibent, qualia ſunt ſanctorum ſcripta, nec eo ſenſu Agiographa quædam appellant quo Doctores Eccleſiaſtici vt ſcripta ſancta ſint ſimul, & futurorum prophetiæ, ſed eo ſenſu. Quo Iudæi vt ſancta ſcripta ſint, prophetiæ non ſint, oſtendam Agiographa eſſe prophetias, ſi prius commonſtrauero quam breuiſsimè potero quod non defuerint, qui in dubium etiam reuocauerint, num Deus Prophetis tantum ſignificet id quod dicturi ſint, quod Prophetæ ſuis verbis explicent poſtea vt inde colligãt Prophetas in ſenſu quem ſpiritus Sanctus illis ſignificat errare non poſſe, in verbis poſſe, an potius Deus Prophetis & ſenſa & verba quibus vtantur ſuppeditet, vt nec in verbis, nec in ſenſu poſſint errare: ad hæc dubia explicanda orationem accommodemus, quod hæc ad eade quibus ſumus dicturi ſunt profutura. Prophetias non eſſe hominum prędictiones, ſed Dei, qui per ora Prophetarum, tanquam per quædam humana inſtrumenta futura nobis præſignificauit. docuit Philon Iudæus in libro cui titulus eſt. Quis ſit rerum diuinarum hæres, vbi ait Prophetam eſſe organum inuiſibiliter diuina verba ſonans, & infra idē repetit, & pluribus verbis explicat AMbroſius libro. 6. Epiſtolarum, Epiſtola. 36. Eſaiam ait diuinæ vocis organum ſe præbuiſſe, vt promeret quod in eo loquebatur Deus. Et Epiſtola proxima de Balam, ad quem per Angelum Dominus ait. Vade & quæcunque tibi inſpirauero hæc dices. Scribit AMbroſius, non quæuis ſed quæcunque cogeris hęc dices, quaſi organum inanē ſonum meis præbebis ſermonibus: Ego ſum qui loquar non tu qui ea quæ audieris reſultabis, & quę nō intelliges. Et ſubijcit AMbroſius, quid reſponderit Balam hoc idem ſignificans, cum à Rege obiurgaretur. Ego nihil meum loquor, ſed quaſi cimbalum tinniens ſonum reddo. Et libro. 10. Epiſtolarum, Epiſtola. 84. Implet inquit, ſpiritus ſanctus organum ſuum, & tanquam fila chordarum tangit ſpiritus Dei corda ſanctorū. CHryſoſtomus in cap. Geneſeos. 2. Homelia. 13. & .14. ſępè repetit linguam Moſis ab ſpiritu Sancto eſſe motam, & non à ſe ſua lingua illa dicere Moſen, ſed afflatu ſpiritus Sancti illa dicere, & in cap. Geneſeos quinto. Homelia. 21. Per linguam Moſis ait ſpiritus Sanctus docuiſſe homines, Moſen tantum,

linguam commodaſſe, & Homelia.2.de illo Eſaiæ. Vidi Dominum, ait Prophetarum ora, dei eſſe ora. Prophetas loquutos eſſe quidem, vt Dei inſtrumenta, Deum verò loquutum eſſe per ora Prophetarum, diſces ex Actis Apoſtolorum, ſiquidem Actorum cap. primo, Lucas ait. Prædixit hoc ſpiritus Sãctus per os Dauid, & deinde Deus autem quæ prænunciauit per os omnium Prophetarum. Et paulo poſt, quæ loquutus eſt Deus per os ſanctorum ſuorum Prophetarum. Et infra. Tu Domine Deus, qui ſpiritu Sancto per os Patris noſtri Dauid dixiſti. Si tu hæc, quæ Deus per Prophetas loquutus eſt his nouis interpretationibus legis mutata, litturis oblita, vt infra patebit, quid quæris his nouis interpretationibus? vt præuaricator legis ſis? & non legis alicuius humanæ ſed diuinæ, quam Deus immenſo quodam beneficio tulit hominibus legirupa? Cõſule tu qua pœna dignus ſit qui Regis aut ſummi Pontificis cancellat litteras & vitiat: Sæuiunt enim in eos leges diuinæ & Humanæ acerbiſsimè, & intelliges qua pœna ſit dignus ſi quis fortè ſit qui ſuperni Regis cancellat litteras, & obliterat, nam contra hos ego loquor, non contra omnes nouos tranſlatores nec contra hos in omnibus in vniuerſum ſed in his tantum in quibus Vulgatæ aduerſantur & prophetijs citatis ab Apoſtolis & Euangeliſtis: ſed extrinſecus accerſitis nihil eſt opus cum ſacræ litteræ ſæuiſsimo fulmine feriant eos qui ſcripturæ ſanctæ quicquam addiderint, aut detraxerint. Quomodo, inquit Auguſtinus de vnitate Eccleſiæ lib. vno, Chriſtiani ſuperbiſsimi appellamur, qui Chriſto Domino apertiſsimè contra dicimus, cùm non recipimus Prophetias quas citat Dominus, aut prophetias eſſe negamus, ſed prouerbia quædam quale eſt, ſi quis verſus Homericos aut Poetæ alicuius ad res quas gerat accommodet, quomodo effugiemus iram Dei, ſi vel non credentes, vel contemnentes repulerimus verba vnici filij Dei, & Iudæi alicuius ſententiam fuerimus amplexati, vt in illo de quo poſtea dicemus, ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem: ſimilibuſque: neque in minore culpa eſſe qui hæc facta crimina defendit, quam qui facit, certa res eſt. Sed quæ quorundam ex noſtris eſt impietas, & impudentia, Apoſtolica & Euangelica dicent vitiata, quæ verò Iudæi corrupta & interlita in membranas & Chartas pulcherrimas tranſcripſere quod ille alter apud Ciceronem faciebat, teſtabuntur, & iurabunt eſſe veriſsima, quaſi non horum teſtis deſuper adſtet Deus hæc merita pœna puniturus, ſed ſi quis noſtrorum hæc fortè facit, quod mihi prorſus perſuadere non queo quamquam ſuſpitionem aliquam expellere animo non poſſum is Iudaidaicum biberit venenum: quis enim alios Apoſtolos & Euangeliſtas faceret falſarios, qui falſam ſcripturam nobis citent, quos blaſphemos appellet Hieronymus, qui citent falſam ſcripturam & vitiatam, aut ſenſu alieno? Nemo, inquiunt, hoc dicit falſarios fuiſſe Apoſtolos aut Euangeliſtas. Apage fœda conuitia quæ hominibus religioſis fiunt immeritiſsimo, ita eſt, vt aiunt, ſed ſi quis interlita & corrupta à Iudæis, vt poſtea apparebit, quod optimis charecteribus in membranas pulcherrimas ſunt tranſcripta, veriſsima teſtatur, ita vt nec apex nec littera deſit, aut ſuperſit: conſequitur, vt ait Athanaſius, quæ citant Apoſtoli aut Euangeliſtæ eſſe vitiata, aut falſo citata ſi ab Hebraicis litteris interlitis, fraude Iudaica diſcrepare videantur, qua de re millies toto hoc opere dicendum eſt.

Cuius authoritatis Pauli ſcripta ſint *Cap. VIII.*

EPiphanius in ſui operis principio nos monet Pauli ſcripta apud Iudæos, & Hæreticos nullius fuiſſe authoritatis

ritatis,quod Iudæi, & Heretici D. Paulum incredibili odio proſequãtur,quod vas fuerit electionis, quod Chriſtus ſanctiſsimum nomen portauerit in omnes gentes.Quod igitur hoc odium D. Pauli vſque ad noſtra tempora ſuſpicor perdurare,non ſolum apud Iudæos, ſed etiã apud quoſdam Iudæorum aſſeclas, breuiter dicam apud noſtros veteres Patres, quanta huius Diui ſit authoritas, vt appareat apud noſtros multo, multoque maiore in honore ſit D. Paulus quam odio ſit apud Iudæos nequis peccet ignorantia, cùm intelligat noſtros aduerſarios, ferè nunquam D.Pauli interpretationem ſequi ſcripturæ, nec eam lectionem ſcripturæ quam Paulus citat,agnoſcere, quod toto hoc opere eſt commonſtrandum. Hic eſt enim ſcopus quo noſter hic labor ſpectat, vt defendam lectionem Euangelicam & Apoſtolicam, & Vulgatam, & Lxx virorum: nam alioqui de Apoſtolis & Euãgeliſtis dicere erat ſuperuacaneum, nam APOſtoli & EVãgeliſtæ,vt alibi dictum eſt maiores ſunt Prophetis, per quorum ora Deum ad nos verba facere oſtendimus.Primũ ergò D. HIEronymus in Epiſtola ad Ruſticum de D.Paulo loquẽs,inquit,Vas electionis PAulus in cuius ore Chriſtus reſonabat, & ad Saluinam de viduitate ſeruanda, Hoc vas electionis loquitur, inquit, & de illo profert theſauro qui confidenter dicebat. An experimentum quæritis,inquit, eius qui in me loquitur Chriſtus. Et in illud EZEchielis cap. 2. Aperit os,Paulus inquit. Qui habet in ſe theſauros ſapientiæ & ſcientiæ in quo Chriſtus loquebatur. Et Ambroſius in illud Epiſtolæ ad Hebræos. Terra enim, &c. Pauli verba, inquit, non hominis eſſe verba, ſed ſpiritus Sancti & Chriſti loquentis in Paulo. Quid vis amplius de Paulo dici,vt contemnas Iudaicas interpretationes fœtidas,quoties aliter interpretantur ſcripturas, quam interpretatur D. Paulus, in quo Chriſtus loquitur, vt cùm Paulum audis, Chriſtum audire te intelligas, & ſpiritum Sanctum, & intelligas in Paulo eſſe Chriſtũ theſaurũ ſapiẽtię & ſciẽtiæ?nec quicquã addit HIlarius cùm dicit,lib. 5. de Trinitate:neminem Paulo meliorẽ,ſcripturæ fuiſſe interpretẽ,qui vſq; in tertiũ cœlum raptus, viderit archana Dei: eadem verba leges apud AMbroſium, de fide libro primo.cap.7. CHRYſoſtomus in caput primum GEneſeos, Homelia.3. de Paulo loquens: Ad cœlum pertingens,inquit,anima illa, Doctor gẽtium,lingua orbis: quod millies repetit Chryſoſtomus, & alij Patres. En ergo cur Iudæis, & Hæreticis, & Iudæorum aſſeclis ſit odio maximo Paulus, quod ſit vas electionis, quod Chriſti nomen portauit ad omnes gentes, quod Chriſtus theſaurus ſapientiæ, & ſcientiæ, eius ore reſonet Chriſtũ odere Iudæi acerbiſſimè, Paulum igitur, cuius ore loquitur Chriſt', acerbiſsimè oderint, eſt neceſſe.

Quæ ſit reliquorum Apoſtolorum authoritas. Cap. IX.

AVguſtinus de ſpiritu, & littera, ad AMARcellinũ libro vno cap. 35. docet CHriſtũ & ſpiritũ ſanctũ,in Apoſtolicis eſſe loquutos,Chriſtus,inquiens, qui in ſuis Apoſtolis eſt loquutus.Et idẽ AVguſtinus de incarnatione verbi li.2. Chriſtũ in Petro,& alijs Apoſtolis,vt in Paulo loquutum fuiſſe ait.Et in Pſal.113. idẽ repetit Auguſtinus his verbis. Deus enim loquebatur in eis,& quãuis de carneis nubibus, tamẽ Dominus intonabat. Sed quid teſtimonijs ſanctorũ Patrũ eſt opus, cũ ipſe Dominus Matthęi. 10.dicat Apoſtolis. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis.Et IOAnis.14.Paracletus autẽ ſpiritus ſanctus,quem mittit Pater in nomine meo,ille vos docebit omnia,& ſuggeret vobis omnia, quæcũque dixero vobis: Nihilominus tamen oſtẽdemus quæ Apoſtoli interpretãtur, Iudæo-

Iudæorum aſſeclas alio referre, ne facta quidem vlla mentione Apoſtolorum, & tamen horum interpretationes à quibuſdam ex noſtris appetuntur auidiſſimè,& defenduntur enixè.

De Euangeliſtarum authoritate Cap. X.

NIſi contemnerentur à quibuſdã ita Euangeliſtæ, vt quæ illi interpretantur audeant alio referre, non neceſſe haberemus de eis hoc loco verba facere. A V G V. ergo de Euangeliſtarum conſenſu libro. 1. in fine tantam autoritatem ſcribit eſſe eorum quæ litteris Euangelicis continentur, quantam eſſe putaremus ſi ipſam manum Dominicam ſcribentem conſpexiſſemus. I nunc, & audi quoſdam contra Euangelicas ſcripturæ interpretationes, Iudaica garrientes deliramenta. Idem A V G V S T I. libro. 2. eiuſdem operis (quod ſummopere eſt notandum, contra quoſdam, qui negabant Euangeliſtas quoſdam, rectũ ſeruaſſe ordinem) ſcribit ſpiritum Sanctum Euangeliſtis verba ſuggeſſiſſe, & narrationis ipſius ordinem. Hoc idem A.V G V S T I. libro. 3. eiuſdem operis, cap. 13. & id verſat multis modis, quo altius legentium animis infigat. Quid hæc pluribus dicimus? quaſi non hæc omnium veterum ſit ſententia de omni ſcriptura ſacra. O R I G E N E S in cap. 31. Numerorum homelia. 26. ſpiritum Sanctum ſcribit eſſe eum qui loquitur in ſcriptura, & ſic ea legenda, tanquam ea quæ narrat ſpiritus Sanctus. C H R I-S O S T O M V S lucis plurimis, & in cap. Geneſeos. 5. homelia. 21. obſecro, inquit, ne ſimpliciter quæ in ſcriptura ſunt, tranſeatis, nihil enim in ea ſcriptũ eſt, quod non multas ſenſuum habeat diuitias, cum enim ab ſpiritu Sancto ſint conſcripta, ingentem in ſe continent theſaurum, nihil eſt in litteris ſanctis, in cuius fundo non grandis quidam theſaurus inſit, & in cap. 2. Geneſeos, Homelia. 5. dixerat, nec dictionem paruam, nec ſyllabam in ſacris litteris eſſe quæ non ingentem, in ſe contineat theſaurum, quod non verba tantum, ſed ſpiritus Sancti ſint verba. Quidam tamen nouarum interpretationum nó magnopere inimici viri & docti & probi. Nemo hæc quæ dicis inficiatur, inquiunt, ſed ex vbertate ſpiritus Sancti multa vnus & idem locus ſignificat, ſcio inquam, authore A V G V. multos vnius loci ſcripturæ eſſe ſenſus, etiã litterales, ſed de obſcuris locis loquitur Auguſtinus, & interim de non admodum obſcuris. Nam in ſermone quotidiano multa dicuntur, duos & tres ſenſus ſignificantia, ſed in ſacris litteris, cùm quædam duos & tres ſenſus ſignificant ad Chriſtum ſpectant omnes, & varia ſignificant myſteria, non tamen vt alter ſenſus à Chriſto abducat lectorem quo adducebat ſenſus alter, ex vbertate ſpiritus Sancti hæc & alia ſignificant, inquiunt, nam non ſolum mihi olim cum meis amicis hæ erant controuerſiæ, & hęc repetebantur verba in diſceptationibus Theologicis, ſed ex locis longè ſummotis eadem repetuntur ab his qui huius factionis capita videri poſſunt, vbertatem tu appellas ſpiritus Sancti quæ Chriſti interpretationem & Apoſtolorum frigefactet? & veluti vinum diuinum infuſa multa aqua diluat & perdat? Quid referam hoc loco rationes, A R I S T O T E. ex. 3. & 4. Metaphyſicæ libris repetitas, vbi quæ amentia eſt, inquit, vt æquè vera putes tu quæ ſapiens, & quæ delirus dicat? quæ Medicus doctiſſimus iudicet de ægro, & quæ ſenex Delirus? quæ de iure ſentiat vir vtriuſque iuris conſultiſſimus, & quæ ineptus Rabula? Niſi fortè putas non tantum excellere Rabino inepto Eccleſiæ Doctorem ſacrum, quantum vir Artis medicæ peritiſſimus ſeni deliro, aut quantum vir vtriuſque iuris conſultiſſimus inepto Rabulæ anteſtat. Minora hæc

ſunt exempla, quam rei dignitas poſtulat, nam quantum homines ab Angelis diſtant, ait CHRYS. in.4.cap. Actorum, tantum Rabini diſtant à Doctoribus ſanctis, atque adeo multo plus, quantum belluæ ab hominibus diſtant, aut ab ipſis Angelis, tantum diſtant à Rabinis ſancti doctores, quod etiam de ſapiẽtibus & ineptis repetit Ariſtoteles, non ſemel vt inter ſe diſtent quãtum homo à puero, quantum Angelus ab homine, & horum tu ſententias ex vbertate Spiritus ſancti æquè veras eſſe dices? quaſi Iudæis aſpiret Spiritus ſanctus quæ dicant; neſcio quid mihi ex huiuſmodi verbis ſuboleat. De Chriſto & ſacris Apoſtolis ſermo erat, ſed ſacros Doctores conferre cum Rabinis volui; quod nefas duxi cum Apoſtolis quicquam conferre, ſed quid de hac re ſentiat D. Hieronymus audi: qui liberius hæc tractat quam quiſquam alius, quod nullus ex ſanctis Patribus hoc vocauit vnquã in controuerſiam, num cum Apoſtolus locum ſcripturæ ſit interpretatus alteri interpretationi ſit locus? excepto cũ agant de quibuſdam locis, qui duos ſenſus litterales habẽt, de quibus ſupra diximus. HIERO. in cap. 13. Oſeæ de illo loco. Ero mors tua, ô, mors, Quod Paulus inquit de reſurrectione interpretatus eſt Domini, nos aliter interpretari, nec poſſumus, nec audemus. Hęc Hieronymus. Atqui Hieronymus poterat dicere ex vbertate Spiritus ſancti ſe aliter potuiſſe interpretari, tamen negauit ſe poſſe aliter interpretari, nec audere. Et in illud AMOS cap.9. In die illa ſuſcitabo Tabernaculum: vbi Apoſtolorum, inquit, præcedit authoritas, maximè Petri & Iacobi, ibi omnis variæ explanationis tollenda ſuſpitio eſt, potuit planius Hieronymus nos docere, quæ ab Apoſtolis explanata ſunt, fixa eſſe tenẽda, nec alias interpretationes varias eſſe admittẽdas? Et idem HIERO. in Pſal. 2. Audacis, inquit, eſt hunc Pſalmum interpretari velle poſt Petrum, imò de eo ſentire aliud quam in Actibus Apoſtolorum dixerit Petr⁹. Negat ergo Hieronymus, aliud ſentiendum de locis explanatis ab Apoſtolis & Euangeliſtis, quam quod Apoſtoli & Euangeliſtæ ſenſerint, ne dicas hoc & illud ſignificare Prophetias; redige in memoriam, quod quidam ex noſtris aiunt vtrunque verũ eſſe quid D. HIERO. dicat in cap.10. Eſaiæ in illud, ſi fuerit numerus Iſrael &c. quod D. PAV. in Epiſtola ad Roman. citaſſet & explanaſſet, vbi ergo inquit Hieron. tanti viri pręceſsit authoritas ceſſet omnis alia interpretatio vbi non ſolum illud defendit Hierony. ſi fuerit numerus Iſrael ſicut arena maris, ſed & illud, cõſummata abbreuiata inundabit iuſtitia, & illud conſummationem & abbreuiationẽ Dominus faciet in medio terrę & illud in memoriam redige quod D. Hierony. ait in illud MATTH. ca.27. Heli Heli quod Dominus de ſe explanaſſet, ergo impij ſunt in quam Pſalm. iſtum ex perſona Dauid dictum putant redige in memoriam, quod ait idem Dauid in illud Pſalmi.93. hodie ſi vocẽ eius audieritis euidẽtiſsime inquit hæc pãdit Apoſtolus ad Hebræos nos nec aliã interponere præſumimus expoſitionẽ. Tamẽ noſtris tẽporibus refutãtur tria cap. Pauli ad Hebræos, quibus hunc Pſal. explanat. redige in memoriam quod idem D. HIERO. ait in Epiſtolam ad Galathas libro.2. in cap.4. in illa verba. Quæ ſunt per allegoriam. Vbi monet vt Chriſtum in diuinis libris videns, nihil in eis Iudaicæ traditionis admittat: & in illud cap.5. Modicum fermentum. Vbi ait panem Eccleſiæ qui de cœlo deſcendit, nõ debere Iudaica interpretatione violari. Ne quiſquam quod Dominus eſt interpretatus, relicta Domini interpretatione, & Vatablum ſequutus dicat, quod vniuerſaliter dictum eſt à Propheta. Dominum ſibi accõmodaſſe, tam quibuſdã placet Iudaica ſaliua pręſertim admoniti à D. AVGVS. etiam lib.1. de vnitate Eccleſiæ cap.9. Hæreticorum eſſe ad-

uerſus Prophetias dicere aliter eas poſſe intelligi.Et in Epiſtola ad Madaurenſes A V G V S. etiam negat eſſe ferendum Prophetias ab Apoſtolis & Euangeliſtis explanatas vt quiſquã aliter interpretetur.Hãc rimã qua elabantur aperire conantur Iudæis & hæreticis, qui affirmãt Prophetias citatas à Domino aut ab Spiritu ſancto aliter ex vbertate Spiritus ſancti poſſe intelligi, quaſi verò in Iudæis impijs, aut in impia Synagoga Spiritus ſanct⁹ ſit, aut ſine Spiritu ſancto ſcriptura poſſit explanari, neq; inficior quędã allegoricè dicta in ſcriptura Euangelica citari, ſed nõ cõtinuo omnia citãtur allegoricè, neq; Chro accõmodãtur, quæ alio ſenſu à prophetis dicta erãt. Sed ne quis putet Prophetias alio ſenſu quã ab Apoſtolis explanatę ſunt, poſſe explanari legat fol.17.quę D. H I E ro. ait de Iudæis qui peruertunt omnes Prophetias quas de Chriſto eſſe intelligunt aut cum vitiant ſcripturam, aut cum ad hiſtorias deflectunt, aut alio detorquẽt, audi quid dicat idem D. in cap. 23. Domine miſerere noſtri, Hęc illi iuxta hiſtoriã, omni ratione nitentes Chriſti & Apoſtolorum, eius ſubuertere ſacramenta, Ergo hos ſenſus Iudaicos monet Hieronymus falſos eſſe ſenſus, quibus à Iudæis peruertantur ſcripturæ, & quibus praua interpretatione à vero & Apoſtolico, & Euangelico ſenſu, ad peruerſam intelligentiam detorquentur. & idem H I E R O. in illud cap. 50. Eſaiæ Dominus dedit. Hoc inquit illi dixerunt qui omni ratione conãtur excutere prophetias, & ad peruerſam intelligentiam praua interpretatione torquere. Vides Hieronymum peruerſas interpretationes nominare alias Prophetarum interpretationes ab his quas nos docuere Apoſtoli & Euãgeliſtæ. Sed negat ibidem idẽ D. omnes Prophetias de Chriſto peruerſa interpretatione poſſe deprauari, at qui ſi noſtro tẽpore fuiſſet videret omnes aliò deflexas & poſtulari à quibuſdam ex noſtris peruerſa illa interpretatione Prophetias à veritate Apoſtolica (ſi Deo placet) deflexas.

Duo fuiſſe noſtræ ſanctæ fidei aduerſus Infideles fundamenta, Miracula, & Prophetias, & quomodo miracula, quibus à primo Eccleſia creuerit, à Iudæis, & Paganis fuerint oppugnata. Cap. XI.

APoſtoli & Euangeliſtæ, qui poſt Chriſti crucem Eccleſiam ſanctã ſuper Chriſto angulari lapide, benè & firme fundauere, contemptiſsimi à primo ſunt habiti, & indigni qui audirẽtur, aut oculis ſpectarentur, quod hominem flagris cæſum, cruce affectum, ſputatum à vilíſsimis hominibus Deum dicerent, & prędicarent, ſed cùm infideles per viã præterirent, & Apoſtolorum noſtrorũ riderent ſtultitiam, & indignos ducerẽt, ad quos vel oculos conuerterẽt, tot vndique exorta miracula illorum lumina præſtringebant, vt cogerentur animum aduertere: vnum ridebant Homines infideles miraculum, quod editum eſſe diceretur incredulis, & fortaſſe illud magno cachino proſequebantur, ante oculos exortum aliud miraculum illos reddebat attonitos, inde aliud, poſt aliud, cogebant vera credere, quę Prædicatores verbi dicerent, cùm tot & tàm manifeſta ſigna de cœlo data viderent, ita intra breue tempus totum ferè noſtra fides occupauit orbem, adiuuabant Prophetiæ lingua Græca conſcriptæ (Græcè enim ea tempeſtate omnes fere nationes nouerant) quæ tàm planè, & tàm apertè Chriſti myſteria prædicerent, vt omnibus eſſent peruiæ. Euangelicis namq;, & Apoſtolicis litteris Homines infideles, non tantam quantam par erat habebãt fidem. Hoc ita vſu veniſſe, vt dixi docet A V G V S T. de ciuit. Dei. lib. 22. cap. 5. Cùm dixiſſet enim mundum credidiſſe teſtibus exiguis numero, ignobilibus, infirmis

firmis, imperitis, contemptibilibus, ſubiecit, mira fuiſſe illorum facta & poſtea non loquentibus tantum creditū fuiſſe. ſcribit, ſed mirifica etiam facientibus ſigna, cùm repente linguis omnium gētium loquentes eos mirabiliter audiebant, videbant claudum ab vberibus matris natum iam quadraginta annos, verbo Petri ſanatū: Sudaria de corporibus Apoſtolorum ſublata ſanandis languoribus profuiſſe, AEgrotos poſitos in via expectantes dū Apoſtoli tranſirent vmbra prætereuntium varijs languoribus liberari, & ita multa ſtupenda in Chriſti nomine per eos facta ſigna, poſtremò mortuos reſurrexiſſe cernebant. Etiam AVGVST. de catechizandis rudibus libro. 1. cap. 24. Primos Chriſtianos miraculis tractos ad fidem ſcribit, poſtea reliquos Prophetijs manifeſtiſsimis credidiſſe. Et idē AVGVST. de Diuinatione Dæmonum Infideles ſcribit à noſtris magnitudine miraculorum eſſe ſuperatos, & Epiſtola. 42. ad Madaurenſes contra irriſiones populorum, cùm Chriſtus crucifixus prædicaretur, claudi ambulabant, muti loquebantur, ſurdi audiebant, cœci videbant, mortui reſurgebãt. De miraculis quę fierent etiam ſuis temporibus, lege IRENAEVM lib. 2. ca. 58. quod citat NICEPHO. CALIS. lib. 4. cap. 13. lege EVSEB. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 3. c. 24. & NICEPHO. CALISTVM lib. 1. cap. 24. & ca. 34. ORIG. quoque lib. 1. Contra Celſum in principio virtutes miraculorum vſq; ad ſua tempora ſcribit durare, & lib. 2. contra eundem Celſum idem affirmat latius: Scribit enim durare miracula ſuis temporibus in Prędicatoribus Euangelij, & multa de Chriſti & Apoſtolorum miraculis ſcribit, quod repetit etiam in fine libri ſecundi, & libro tertio, ſcribit etiam de miraculis ſui tēporis, libro vero octauo prodidit ſignis & prodigijs Apoſtolos conuertiſſe orbem, magis quam verborū ſuaſione. Nec prætereūdus ſilentio D. Hieronymus est aduerſus vigilantium texentem argumenta contra miracula, & ſigna quæ in Eccleſia eſſent facta, cùm obijceret miracula pro incredulis facta eſſe, reſpōdet Hieronymus, quaſi nunc inquiens hoc quæratur pro quibus facta ſint ſigna, prò fidelibus, an pro infidelibus, & non qua virtute fiant, eſto, inquit Hieronymus, ſigna ſint infidelium; qui quoniam ſermoni & doctrinę credere noluerunt, ſignis adducantur ad fidem, & Dominus incredulis ſigna faciebat, & tamen non Domini idcirco ſuggillanda ſunt ſigna, quia illi infideles erant, ſed maiori admirationi ea erunt, quia tantę fuerint potentiæ, vt etiam mentes duriſsimas edomarent, & ad fidem cogerent; itaque nolo mihi dicas, ſigna infidelium ſunt, ſed reſponde quomodo in viliſsimo puluiſculo & fauilla neſcio-qua tanta ſit ſignorum virtutumq; præſentia, & infra, ſæpè immundus ſpiritus hoc à viliſsimo tortus eſt puluere; immò hodie torquetur. CHRYſoſtomus etiam hoc docet in ca. 4. Epiſtolæ poſterioris ad Corinthios in illud. Habemus Theſaurum hūc. Maximè manifeſtatur, inquit, Dei potentia, quando per vilia operatur magna, vt in vetere Teſtamēto per Culices, ac mures integros Barbarorū fugabat exercitus, vnde magnam ſuam virtutē, ait CHryſoſtomus, Erucam apud IOElem Prophetam cap. 2. vocabat, quod leones immittere aut Tigrides non habet neceſſe, per animalia viliſsima Culicē Locuſtā, & Erucam non ſolum vrbes, ſed Prouintias & Regna vaſtare poſsit, & per viliſſimum puluiſculum, & tenuem fauillā Dęmonum magnas torqueat Phalāges & fuget, ad quod exemplum ſubijcit Chryſoſtomus victum orbem à Domino miſsis duodecim tantum Apoſtolis per miracula facta, ſcilicet qualia erant miracula quæ retulerat veteris Teſtamēti, quæ etiā exequitur latius in Morali. Sic etiam Homelia. 4. in primum cap. Matthæi cùm retuliſſet multa veteris Teſtamenti miracula, ſubiecit miracula

ædita

ędita in nouo Teſtamento in conuerſione gentium. Sed ſi ſingula perſequi coner, finem non inueniet oratio: ſed eo hęc ſpectāt omnia vt appareat in re maximè confeſſa, calumnias non defuiſſe Iudæis, qui in Principe Dęmoniorum facere hæc Dominum calumniabantur, & poſtea ipſi & Pagani edocti à Iudæis, Chriſti & Apoſtolorum miracula magicæ arti tribuebant, vt refert Origenes, & eos refellit contra Celſum, refert etiā eadem HIEronymus, AVguſtinus, & alij Patres, & illa quidem quæ obijciunt Domino, & eius Apoſtolis de magica arte refutatu ſunt facillima, & refutantur ab ſcriptoribus Græcis, & Latinis, tamen cùm aliquid opponunt Iudæi & Pagani aliquam vim amittunt apud infideles, ne tantam vim habeat hæc virtus miraculorum apud eos; quantā par erat, vt ex duobus aduerſus infideles Chriſtianæ Religionis fundamentis extenuatum apud infideles ſit alterum, alterum quod erat Prophetia inexpugnabile ſit reliquum, aduerſum quod Iudæi omnes machinas mouent.

Cur pugna quæ ab initio noſtræ Religionis inter nos & Iudæos eſt in Prophetias potiſsimum incumbat, & vnde Iudaica ac Phariſaica Scripturæ ſanctæ Interpretatio ſit nata. Cap. XII.

DOcent nos veteres Patres & rerū geſtarum hiſtorię Iudaiſmum & Paganiſmum aduerſus Chriſtum & fideles vno conſilio inſurrexiſſe ab initio Chriſtianæ R.P. ex duobus ergo fundamentis, quibus aduerſus infideles noſtra fides nitebatur, miraculis ſcilicet & Prophetijs, quod Euāgelicas, & Apoſtolicas litteras infideles non recipiebant ſublatum eſt alterum. Oſtēdimus enim capite ſuperiore miracula, quæ edita eſſent temporibus Chriſti & poſt Chriſti tempora Iudęos & Paganos magicis artibus tribuere ſolitos, & Beelzebub Dęmoniorum Principi, & quanquam planè reuincerentur à noſtris, tamen infideles habuiſſe quid aduerſum miracula dicerent. Reliquum ergo fuit vnum fundamentum noſtræ fidei inexpugnabile & inſolubile, quod eſt Prophetarū prędictio, quod ora obturabat infidelibus, ita vt non haberent quo ſe verterēt. Ita enim ſunt aperta Prophetarum teſtimonia plurima de ſingulis Chriſti myſterijs, vt inimici noſtri inuiti cogantur intelligere, vt ait AVguſtinus cum alijs locis multis, tùm de ciuit. Dei lib. 18. cap. 29. Ad Prophetias ergo oppugnandas Iudæi toto pectore incumbūt, quod hic murus noſtræ fidei Adamātinus eſt, qui perfringi nulla parte poteſt, & perſuaſum habent Pagani ſi hic murus rueret protinus R. P. Chriſtianā eſſe caſuram. Planè hoc Celſus apud Origenem à Iudæis edoctus ait, qui ideo ab Origene dicitur Celſi Iudæus quod ſic agat aduerſus Chriſtum & Chriſtianos, vt homo conflatus ex Pagano & Iudæo, à quo Iudæo ad conuitiandum Chriſto probè inſtructus accedebat. Verba ergo Celſi hæc ſunt. Protinus ſe falſam & commentitiam Chriſtianam Religionem oſtenſurum, ſi eius primordia, quę teſtimonijs Iudæorum nituntur, falſa eſſe criminando coargueret. En ex hoc fonte variæ Iudaicæ interpretationes naſcuntur: Ex hoc fonte oriuntur variæ tranſlationes, ſi ſtaretur nanque LXX virorum tranſlatione facta trecentis annis ante Domini aduentum teſtimonia fidei noſtræ innumerabilia, vt ait AVguſtinus, tàm ſunt plana, vt inimici noſtri inuiti cogantur intelligere, tam ſunt manifeſta, vt cū illa audis, ait AVguſtinus, Euāgelium tibi recitari credas. Idem inuenies in Vulgata quæ tibi reſtituit plurima, quæ apud LXX viros non erant expuncta à Iudæis & infidelibus, quid facerent Iudæi & Pagani in re tam manifeſta, cum oculis cernerent, & manibus prehenderent noſtræ fidei teſtimonia maximè manifeſta: quæ inficiari nullo modo poſſunt? Currunt

Currunt ad illud ilico Hebraicè ita nõ
eſſe,eſt enim tanta quorũdam Homi-
num audacia,vt id affirmẽt eſſe Hebrai-
cè,non quod Hebraicè eſt,ſed quod Iu-
dæi & ipſi Hebraicè eſſe ſomniant, vt
oſtendimus in Commentarijs in duode
cim Prophetas,& ita Scripturam ſanctã
interpretantur, non vt nobis referant
quod ipſa ſcriptura planè & apertè ſo-
nat, vt reddidit D. HIE rony. vt ver-
tere Lxx viri,ſed vt Iudæi peruertũt,qui
mille verſant in Scriptura ſancta frau-
des,vt nos Deo bene iuuante in ſequen-
tibus commonſtrabimus. Nam aliter qui
poſſent facere quod faciendum Celſi
Iudæus ait ad ſubruendam noſtram re-
ligionem,vt falſa teſtimonia oſtendant
Prophetarum quæ ab Apoſtolis & Euã
geliſtis citantur, & à ſanctis Patribus, ſi
ſtaretur teſtimonijs ſcripturæ noſtræ
vulgatæ aut ſi hæc ſuſpecta eſt quod edi
ta ſit ab Homine Chriſtiano qui ſit R.
P. Chriſtianę decus & ſplendor,ſi ſtare-
tur teſtimonijs ſcripturæ petitis ex trãſ-
latione Lxx quæ edita eſt à 72. Iudæis
trecentis annis ante Domini aduentum
in carne, Iudæi & infideles tergiuerſari
nullo modo poſſent, vel inuiti cogeren-
tur fateri de Chriſto Domino illas præ-
dictas Prophetias veriſsimè,ita innume
rabiles planiſsimæ ſunt. Nã in plærisq;
locis cùm illas audis Euangelica te dicas
audire, vt centies teſtatur A V guſtinus;
teſtantur & alij patres, vt ſuſpitio nulla
eſſe poſſet in tranſlatione facta à 72. Iu-
dæis,trecẽtis,plus minus annis ante Chri
ſti Domini aduentum, & aſſeruata in Iu
dęorum manibus eorum poſteris qui
Chriſtum crucifixere per annos Octin-
gentos,& eo amplius, vt ait Chryſoſto-
mus,& liquet ex nouellis Iuſtiniani Im-
peratoris: vtinam integra eſſet, & non
conciſa multis locis Iudaica fraude, &
tamen ſic iugulat Iudæos tertio quoque
verbo,& ideo Iudæis eſt odioſiſsima, &
Iudęorum aſſeclis. Ergo clamo & profi-
teor,id facere Iudęos,& Iudæorum aſſe-
clas, quòd faciendum monet Celſi Iu-
dæus apud Origenem,vt nouis interpre-
tationibus,& nouis fraudibus, falſa co-
nẽtur efficere teſtimonia ſcripturæ,quæ
citant Apoſtoli & Euangeliſtæ, & ſacri
Doctores,& Eccleſia ſancta,huc ſpecta-
bat Porphyrius impius,& Iulianus Im-
perator Apoſtata impius Chriſtianæ R.
P. omnium quos vlla tulere ſæcula ini-
miciſsimus,qui toties Apoſtolos,& Euã
geliſtas imperitos vocant; & falſa teſti-
monia ſcripturæ citaſſe calumniantur,
& alieno ſenſu, quæ Prophetæ aliorſum
dixerant,nempè eo ſenſu,quó quidã ex
noſtris negant eſſe Hebraicè,quod re ve
ra eſt,ea eſſe Hebraicè affirmant, quæ Iu
dæus Hebraicè eſſe ſomniat. Hoc age-
bant ergo impij,inſtructi à Iudæis, vt A-
poſtoli noſtri & Euangeliſtę,male citaſ-
ſe,& peius intellexiſſe,quas citaſſent Pro
phetias; viderentur. Hic conſiſtamus
paulisper. Quæro ego ex te, num hoc
quod fit nouis quibuſdam tranſlationi-
bus) nam non in omnibus dico ſed in
quibuſdam quę vulgatam eneruant &
Apoſtolica & Euangelica) quæro ergo
num hoc quod fit nouis quibuſdam in-
terpretationibus in quibuſdam earum
locis quod tot verbis repetitum à nobis
eſt,ſit ne aliud,quam quod faciendũ mo
net Celſi Iudæus ? ad dicuendam R. P.
Chriſtianam, vt falſa oſtendantur quæ
principes Chriſtianæ R. P. citaſſe teſti-
monia ſcripturæ dicuntur & alieno ſen-
ſu,ad conſtabiliẽdam fidem, quam pro-
fitebantur,& prædicandam nationibus,
& Iudæis. Nec pepercere operę, vt id ef-
ficerent,omnem enim mouere lapidem,
nec quicquam,quod facere poſſent,prę-
termiſſere: Nam Theophylactus, in fine
Actuum Apoſtolicorum, in illud, de ſe-
cta autem hac, tradit, Iudęos initio præ-
dicationis Euangelicæ, miſiſſe per ſuos
litteras ad Iudęos, in omnes partes terra
rum,ne Chriſto crederent, aut eius Apo
ſtolis,aut Euãgelicæ prædicationi, quod
à Deo eſſet aliena: OEcumenius in Pro-
legomenis,in Epiſtolam ad Romanos,
in ſcholijs,idem ſcribit, quod Theophy-
lactus,

lačtus,quod etiam varijs locis, Apoſtolorum acta declarant:idē ſcribit PROcopius, in principium cap. 18. Eſaiæ, & HIERO. in illa verba eiuſdem capitis, qũi mittit in Mare legatos, docet idem proditum fuiſſe ab Euſebio Pamphili in ſua hiſtoria. IVſtinus in Dialogo aduerſus Tryphonem Iudæum ſcribit,Iudęos euerſa adhuc Iudæa delegiſſe viros lectiſsimos,qui totum peragrarent Orbē, & Chriſto & Chriſtianis contradicerēt, Cuius rei meminit etiā AMBRO. in principiũ Epiſtolæ ad Galathas his verbis.Nec ſicut alij qui à Iudæis mittebantur ad diſturbandas Eccleſias. ORIG. in cap.Matth.23. tractatu.25. in illa verba: Væ vobis ſcribę, hæc inquit,Conuenienter dicuntur poſt aduentum Chriſti in ſcribas & Phariſęos,qui diligēter circumeunt plurima loca Mundi, vt aduenas Iudaizare ſuadeant. Ex quibus veterum ſcriptis ſatis liquet Rabinos non ſolum miſiſſe litteras ad ſuos in omnes oras parteſque terrarum, ſed ipſos quoque obijſſe plurima loca mundi vt gentes quę credidiſſent Iudaicos ſcripturæ ſenſus docerent, & ſic ad Iudaiſmũ pertraherent,& Iudaizare ſuaderent. Nam vt prodit IOSEphus de antiquitate libro.14.cap. 12. temporibus Chriſti fuſi per vniuerſum orbem terrarum erant Iudæi,& in omnibus locis in Prouincijs omnibus nobiliſsimarum vrbium bonam partem tenebant,ad quos non ſat habuere ſcribę & Phariſæi qui Magiſtri omnium Iudæorum erant, miſiſſe litteras vt Chriſto & prædicationi Euangelicæ aduerſarētur,ſed ipſi per ſe circumibant plurima loca mundi, vt Iudaicas has ſcripturę interpretationes docerent eos, qui crediderant Chriſto, vt eos à Chriſtianiſmo abducerent,& ad Iudaiſmum traducerent, & inde colliges eos operam luſiſſe quod toto orbe floruit Chriſtiana religio res Iudaicæ peſſum iere, & ſeruiunt Iudæi alijs nationibus per mille quingentos annos, & eo amplius.

Quod Iudæi noſtra tempeſtate ſperent ſe poſſe efficere per quoſdam homines, qui parum hæc animaduertunt, quod intra mille quingentos annos, nec per ſe,nec per legatos, quos per totum orbem miſere, nec per Hæreticos efficere potuere. Cap. XIII.

DIxi æquidem, & dico Iudæos per quoſdam homines qui parũ hæc animaduertunt, ſperaſſe, idque non temere ſe poſſe noſtris temporibus efficere,quod tanto labore,& tanto rerũ molimine per annos mille quingentos efficere per ſe,& per ſuos, & hæreticos non potuere. Ad id enim,vt ſuperiore capite monſtratum eſt,omni vi,& omni animi contentione incubuere Iudæi, vt teſtimonia ſcripturæ,quę Apoſtoli & Euãgeliſtæ citant,quæq; de Chriſto,& Chriſti myſterijs interpretantur Doctores ſacri falſo & alieno ſenſu videantur eſſe citata,nec promouere quicquã,vt oſtendimus vſque adhuc. En noſtra tempeſtate Iudaicas quaſdam interpretationes, dicam in lucem prodijſſe? an luce Chriſti dira quadam caligine obnubilaſſe? Quæ ferè omnia ſcripturæ teſtimonia, quę citant de Chriſto Apoſtoli & Euangeliſtæ,quæque toto orbe terrarum cõcinit Eccleſia Catholica, & quæ doctores ſancti ad refellendos Iudæos & hæreticos de Chriſti myſterijs citant, & interpretantur falſo,& alieno ſenſu citata & explanata teſtantur. Nuſquam hoc factum reperies,inquiunt, & flagitiũ hoc eſt ingens aduerſum viros Chriſtianos, & religioſos,tale aliquod crimen fingere.Certè ego viros bonos harum authores plæroſque arbitror, & probis inſtitutos moribus,& religioſos,& pios, deceptos tamen Iudaicis fabulis, nec eos reos facio,ſed ipſas interpretationes ex Iudaicis fabulis petitas & cõpilatas arguo non nouas tranſlationes omnes,ſed quaſdam & has non abſolute,ſed in his in quibus noſtrę vulgatæ & Apoſtoli-

cis

cis locis & Euangelicis aduerſantur. Putabant enim earum authores ſe ſuffurari ex Iudęorum ſcriptis Aurum, vt infra oſtendam, quod Eccleſiæ ſanctę apportarent, & apportauere lutū, & ſi quid luto eſt lutulentius, aut potius apportauere dirum venenum, nec ego quenquā hoc dixiſſe arguo, incurriſſet enim qui talia diceret præſentiſsimum exitiū, factis verò plæraſque nouas interpretationes non omnes inquā teſtari id quod dico, id ego profiteor & clamo. At vir optimus & religioſus eſt eius author. Id quoque fateor. Sed multi imperitia peccant, nec ſat eſt linguis omnibus eſſe doctiſsimum, niſi ad linguarum cognitionem multas alias addideris diſciplinas. Certè ipſas tranſlationes, quę ex Iudaicis ſcrinijs ſunt petitæ, vt poſtea eſt commonſtrandum, arguunt Iudæos fuiſſe authores, ita frontibus aduerſis pugnant cum Apoſtolis, cum Euāgeliſtis, cumque omnibus ſanctis Patribus Gręcis & latinis, cumque omnibus Eccleſiaſticis cantionibus. Ita omnem ſcripturā quam citant Apoſtoli & Euangeliſtę, & ſancti Patres aduerſus Iudæos, & hæreticos quamque explanant de Chriſti myſterijs, ſenſu contrario, ac longè diuerſo interpretantur, vt ſi nouis illis interpretationibus habenda ſit fides, & veritas Hebraica illis expreſſa eſſe dicatur, ac non potius Iudaica perfidia illis eſſet repręſentata, Apoſtolica, & Euangelica, & Eccleſiaſtica ſcriptura ludus & iocus dicēda ſit, ita omnia noſtra nouis quibuſdam interpretationibus euaneſcunt, Iudaica & hæretica conſtabiliūtur. Quæro igitur vtrum grauius quiſquam putet Eccleſiam Chriſti verbis lædi an factis? Vtrum in Apoſtolos & Euāgeliſtas magis ſit iniurioſus qui verbis arguit eos mendacij, & dicit eos male citaſſe locos ſcripturæ? an qui factis eos falſitatis arguit? quum longè aliter teſtimonia ſcripturæ quæ citant Apoſtoli, & Euangeliſtæ interpretantur, & alio ſenſu quā Apoſtoli & Euangeliſtæ erant interpretati, nec Apoſtolos aut Euangeliſtas dignos ducunt, quorum faciant mentionem. Quęro qui ſic in Apoſtolos & Euāgeliſtas, & doctores ſacros, & in Eccleſiam ſanctam ſunt iniurioſi, minus ne ſint iniurioſi quam qui verbis in eos iniurij ſunt? mea quidem ſententia eodem vtrique crimine tenentur. At authores harum interpretationum viri ſunt boni, nobiles, & religioſi: Ego quidem habeo id perſuaſiſsimum, ſed dum ex Iudæorum ſcrinijs ſua ſcripta compilant, putant ſe nobis vina pretioſiſsima propinare, & venena præſentiſsima propinant.

Refelluntur qui Iudaicos & Eccleſiaſticos ſenſus inter ſe congruere defendunt. Cap. XIIII.

VIdent viri boni de quibus ſupra dixi non cohęrere quę dicta ſunt, nam doctiſsimus Magiſter Franciſcus Sanctius Epiſcopus Segorbienſis, qui diligentiſsimè ad me Roma pertulit quæ mihi obijcerentur, quæque reſponderent hi qui mihi aduerſantur his quæ ego obijcerem firmamentum vniuerſæ aduerſariorum cauſę eſſe dicebat, quod ita aduerſarij mei probent quę prodidere ſcriptis ex Rabinorum ſcrinijs petita, vt Euangelica & Apoſtolica quoq; probent, & Eccleſiaſtica, & vtraque noſtra & Iudaica ſcripturę ſacræ congruere teſtantur, vbi latiſsimus mihi ſe aperiebat campus ad dicendum niſi alio properarem: primum ſubolet hoc loco Manichęorum Hęreſis, qui negabant de Chriſto quicquam ſcriptum litteraliter in ſacris litteris, ſed typicè ſub aliqua Hiſtoria, neque minor eſt error ſi ſenſum litteralem auferas Eccleſię, Synagogæ impię tribuas, ſi neque hoc, neque illud dicere exiſtimas eos qui mihi aduerſantur, ſed ſcripturam ſacram ex vbertate Spiritus ſancti, & hęc & illa ſignificare, cui parti & alijs locis reſpondemus; Chryſoſtomus hoc diluit aduerſus Iudæos oratione

tione prima. Neque exiguum interuallũ eſt, inquiens, inter nos & Iudæos, neque de rebus leuibus & vulgaribus inter nos & Iudæos eſt controuerſia, ne tu vnum & idem eſſe credas noſtrum & illorum inſtitutum, ac non miſcenda miſceas illi crucifixerũt Chriſtum, tu crucifixum adoras. Vides quantum intereſt? qui fit igitur vt ad illos curras, qui Chriſtũ occiderunt profitens te adorare Crucifixum? Hæc CHRYSOS. quibus nos monet non poſſe eſſe vnum & idẽ quod in ſcriptura, Eccleſia ſancta & impia Synagoga interpretatur de Chriſto, quem Synagoga impia occidit, Eccleſia ſancta adorat. Idem CHRYſoſtomus aduerſus Iudæos oratione quinta, Propter hoc Chriſtiani vocamur & ſumus, vt Chriſto pareamus, non vt ad Hoſtes Chriſti curramus, & noſtra, & Iudaica eadẽ eſſe dicamus. ATHA. de Incarnatione verbi libro vno ſcribit etiam ſi Prophetiæ ſint Sole ipſo clariores Iudæos habere ſuæ infidelitatis interpretationẽ: Qui poteſt ergo iuxta hanc Athanaſij ſententiã infidelis ſcripturæ interpretatio profecta à Iudæis ab Spiritu ſancto eſſe, & eadem eſſe cũ Catholica interpretatione quam Spiritus ſanctus Apoſtolis & Euãgeliſtis, & Doctoribus ſacris dictauit? Idẽ ATHA. oratione ſecunda contra Arrianos & Iudæos ait, Iudæos, & Arrianos quos Iudaizare profitetur pro vera ſcripturæ ſententia venenum aſpergere ſuæ Hęreſeos, & dixerat paulò ſupra Iudæos & Arrianos omnia ſacrarum litterarum ſenſa ad impietatẽ ipſorum contorquere, qui poteſt ergo cùm hoc ſentiant veteres patres Iudaica ſentẽtia, & Eccleſiaſtica eadem eſſe & ſimul ſcripturæ ſanctę congruere. AMBRO. in ca. 21. Lucæ de ſigno appropinquantis deſolationis, Omnes Antichriſti ſunt, inquit, qui praua nos interpretatione ſeducunt. Iudęos porrò peruertere omnia docet Athanaſius aduerſus Arrianos oratione ſecũda. Si Antichriſti ſunt ergo Iudæi, qui peruertunt ſcripturam Antichriſto cum Chriſto conueniet quicquam, & vnum & idem erit interpretatio Iudaica & Eccleſiaſtica de Chriſto? quî poteſt? EPIPHA. libro ſecundo de hæreſibus quarto pl? minuſuè folio à fine, Iudæi, inquit, cum inimicitias gerant cum vnigenito filio Dei, & cum Spiritu ſancto, omnia vt inimici interpretantur, & cauillãtur. Quæro ergo vtrum quę inimici cauillãtur contra eos quos acerbiſsimè odere, & arcana noſtræ Religionis, quæ Apoſtoli & Euangeliſtę, & Doctores ſacri interpretãtur eadẽ eſſe poſsint? ORIG. in Geneſeos cap. 26. illud de Philiſtæis qui terra replent puteos quos effodi fecerat Abraham, de Iudęis interpretatur, qui ſcripturas terrena replent intelligentia, & nobiſcum rixantur, ſi eas repurgãdas curamus, & hos ſcripturæ puteos terra & luto ſuo contendunt replere. In hac rixa noſtra aduerſus Iudæos, & continua lucta quo nam modo inter nos cõgruere poſſumus, & quomodo poteſt, & vna & eadem eſſe noſtra, & illorum interpretatio? Certè cum mecum reputo hæc quæ quidam dicere aiunt de noſtra & Iudaica Scripturæ ſanctæ interpretatione, quod vna & eadem ſit, venit in mẽtem illud HIERO. in ca. 16. Eſaię. Audiuimus ſuperbiam Moab, Iudęos & Iudæorum aſſeclas habere Eccleſiaſticos homines quaſi bruta animalia, nam in hoc ita eſſet, quomodo perſuaderent noſtris hominibus, vt publicè inter nos profiterentur Iudaicas ſententias in interpretatione Scripturæ ſanctæ eaſdem eſſe cum Eccleſiaſtica interpretatione, nec diſsidere toto cœlo. CHRYS. in ca. 4. Actorum Apoſtolicorum non tàm ridiculum fore putat, ſi Philoſophus grauis ad ſcholam Grammaticæ cum pueris iret auditum Grammaticũ, quam ſi Chriſtianus à Rabinis diſcat ſcripturæ interpretationem, non enim tantum diſcrimen eſt inter Philoſophiam & Grãmaticum, quantum inter Iudaica & noſtra, Iudaica enim à noſtris tantũ diſtãt, quantum homines ab Angelis diſtant,

& idem CHRYS. Homelia 27. de iuramentorum abſtinentia, non enim quantum eſt Grammaticæ & Philoſophiæ interuallum tantum eſt Iudaicę conuerſationis & noſtræ diſcrimen, ſed quantum eſt hominum, & Angelorum diſcrimen. Multo ſeuerius & grauius hoc alij veteres. Audi quid dicat ORIG. in illud Matthęi. Dederunt ei acetum, Iudæi crucifixere Chriſtum, & nunc Iudæorum filij verbum veritatis poſitum in ſcriptura crucifigunt falſis expoſitionibus, & occidunt ſuis mendacijs. Qui hoc facit, quod hoc loco ſcribit ORIGE. vt Chriſtum in ſcriptura ſuis falſis interpretationibus crucifigat, Idem ſentiet quod Ioannes Euangeliſta, quod Matthęus, Lucas, & Marcus? Apage hominum impudentiam, quoties Iudæorum aſſeclæ rident Eccleſię ſanctæ ſcripturę interpretationes de Chriſto, & illudunt ſacris de Chriſto expoſitionibus, aliud ne faciunt quam quod ſcribit innominatus, qui cum CHRYS. circunfertur in cap. 20. Matthęi in illud. Ecce aſcendimus Hieroſolyma, Tradunt, inquiens, Iudæi veritatis verbum peruerſis expoſitionibus ſuis ad illudendum & crucifigendum, Apoſtolosne tu dicas & Euangeliſtas verbum veritatis in Scriptura Chriſti illudere, & crucifigere Chriſtum, quando eadem eſſe dicis Iudaica cum Apoſtolicis & Euangelicis D. HIERO. in ca. 2. Eſaiæ, in illud: Quieſcite ab homine Iudæos ait Prophetiam quam de Chriſto eſſe intelligunt in deteriorem partem illam interpretari. Et infra ſubdit Iudæos quę de Chriſto ſunt ſcripta ad impietatis ſenſum trahere, & in illud cap. 3. Eſaiæ. Effeminati dominabuntur eis, ait, Iudæos ſcripturas ſanctas peruerſe interpretari, & illudere diſcipulorum ſtultitiæ; Erue de media turba quemlibet, & hæc diiudicet, num Iudaica hæc qualia D. Hieronymus deſcribit cum Apoſtolicis & Euangelicis interpretationibus poſsint congruere. Addit D. HIERO. in illud cap. 27. Et erit in die illa, Paulus inquit, non attendendum Iudaicis fabulis & mandatis hominũ quæ auertunt à veritate, ea ne quæſo quæ à veritate auertunt cum veritate ipſa eadem eſſe poſſunt? Contraria certè mutuò ſe tollunt, neque ſimul eſſe poſſunt: faciendum eſt ergo quod paulo infra ſubdit HIERO. ex Paulo. Sunt enim multi, & non ſubditi ac vaniloqui & ſeductores quos oportet redarguere; præcipuè eos qui ſunt ex circunciſione, redarguendi ergo Iudæi ſunt, & procul ab Eccleſia amandandi, non introducendi in Eccleſiam, & eo in honore habēdi, vt dicantur eadem dicere cum noſtris. Et vtranque ſententiam, & noſtram, & Iudęorum veram eſſe? Gregorius certè Nazianzenus ad Nectarium ait. Nam ſi illis vt pijs atque orthodoxis ea quæ ſentiunt docere, liberéque promulgare permittitur, quis non videt Eccleſiæ doctrinam condemnari, neque enim rerũ natura fert duas de eadem re doctrinas contrarias eſſe veras; ſat eſſet dicere illud ad refellendam hanc impiam defenſionem, quod repetendum mihi millies eſt dictum D. HIERO. in cap. 33. Ezechielis in illud. Et factum eſt in duodecimo anno: ſub pelle ouium, ideſt, Chriſtianorum lupos celari Iudaicos æquum eſt? Et eoſdem eſſe dici cum ouibus gregis Dominici? Defenſor Synagogæ in Chriſti Eccleſijs perſonet impunè? Et perſuadere conetur eadem ſe dicere cum Apoſtolis & Euangeliſtis? Et cum Eccleſiæ Doctoribus? ne eorum quidem facta mentione? Rabinorum verò per honorifica ſemper facta mentione? adeò fatuos & ſtultos Eccleſiaſticos homines putet vt illis hæc perſuaſurum exiſtimet? Sat ſcio, dicet qui hæc refutare & ridere velit, quaſi nos non rideamus Iudaica, & ea auerſemur multo magis quam quiſquã alius, bene eſt. Hæc igitur nõ erũt dicta in eos qui auerſantur Iudaica, ſed in eos quos oſtēderimus ex Iudęorũ ſcriptis oĩa quę ſcribunt cõpilare, Rabinorũ perhono-

rificam facere mentionem, Doctorum Eccleſię ne meminiſſe quidem, Apoſtolos & Euangeliſtas raro nominare, aut ferè nunquam, eos aut Doctores Eccleſię ſequi nunquam. In hoc genus hominum nos hæc cudimus. Sed hæc de hac re dixiſſe ſat ſit, nam ferè per omnia capita ſequentia hæc diluetur impietas.

De duplici Chriſti aduētu, & quod primus aduentus, in quo ſita eſt noſtra ſalus à Iudæis ignoratur, & vniuerſæ de eo Prophetarū prædictiones in ius vocantur, & quod ideo nos & Iudæi de Prophetarum interpretatione inter nos congruere nullo modo poſſumus. Cap. XV.

AVGVS. in Pſal. 9. litteris ſacris prædictū ait duos Chriſti aduentus futuros fuiſſe, alterū occultum quē Iudęi non intellexerūt, qui gētibus profuit quas vocauit ad ſui cognitionē; alterū aduētum manifeſtum, quē Iudæi expectāt, & nós expectámus cùm ad iudicādū mundū venerit. Occultum Chriſti aduētum, quē Iudæi nō intellexerūt, putas adhuc intellexiſſe? Putas intellexiſſe adhuc gentibus fuiſſe profuturum, vt ad cognitionem Chriſti venirent? Minime, ſi enim intelligerent, ad fidem Chriſti venirent, prædictiones ergo Propheticas quibus primus Chriſti aduentus, & vocatio gentium ad fidem ſunt ſignificata alio referant Iudæi neceſſe eſt, alioqui ſi ad occultum primum Chriſti aduentum referrent, & ad vocationem gentium crederent vtique Chriſto. Noſtri Eccleſiaſtici referunt ad Chriſtum, & ad vocationem gentium, illi ad longè diuerſa, congruere igitur Eccleſiaſtici noſtri, & Iudęi nullo modo poſſunt in interpretatione Prophetarum de Chriſti primo aduentu, & de vocatione gentium. ATHA. de incarnatione verbi libro vno in principio, primum Domini aduentum Iudæos ait, in ius vocare gētes irridere, nos Chriſtianos ſupplices adorare. Lis hæc, vt ſcribit ORIGE. in principio lib. 3. cōtra Celſum, & in principio libri. 4. Prophetarum prędictionibus decidatur neceſſe eſt, ſi litigant Iudæi nobiſcum de primo Chriſti aduentu, & hæc lis Prophetijs deciditur ſi cōuenimus in vaticinijs Prophetarū, nulla lis erit, diſsidemus ergo in explicandis Prophetarum vaticinijs, in aliquibus conueniemus inquies, minimè, negant enim primum aduētum occultū quem appellamus, omnia igitur vaticinia de eo negāt, negatur Chriſtum Deum eſſe, negant natum de Virgine, aut à Magis adoratum, negant miracula, negāt prædicatum ab Angelis, negant paſſum reſurrexiſſe, negāt omnia quę ad primum aduentum ſpectant, nullam igitur Prophetiam ad primum aduentum referēt, nec ad gentium vocationem, nunquam ergo cum Eccleſiaſticis congruēt. Nam Prophetię ferè omnes de primo Domini aduentu ſunt, quē totum Iudęi negāt, & generis humani redemptionem. IRE. libro. 4. cap. 55. primum Chriſti aduentum quo redemptus eſt orbis ait, Iudęos non cognouiſſe, igitur primi aduentus, quo redemptus eſt orbis Prophetias Iudæi non cognoſcunt. TERTV. aduerſus Marcionem lib. 3. cap. 4. de Duplici Chriſti aduentu, primum à Iudæis ignoratum eſſe ait, & aduerſus gentes primum Domini aduentum à Iudæis ignoratum fuiſſe ait, & putaſſe Iudęos Chriſti vnum tantum aduentum fuiſſe futurum, dicet fortaſſe hic aliquis, certè in ſecundo aduentu cōgruimus cum Iudæis, quem illi & nos expectamus, & Prophetias de ſecundo Chriſti aduētu eodem modo explanabimus. Erras, ne in hoc quidem ſecundo aduētu Dñi nobis conuenit cū Iudæis: Nos Chriſtū Deum & hominem, Iudicem viuorū & mortuorum expectámus, illi expectant Chriſtum, immò Antichriſtum, & putant Regem futurum potentiſsimū, qui

Iudæos

Iudæos cumulet terrenis opibus, qui im
peret orbi: Expectamus igitur nos & Iu-
dæi Chriſtum in fine ſæculorum eſſe vẽ
turum, ſed Chriſtum lõge diuerſum, illi
pro Chriſto expectant Antichriſtum,
nos Chriſtum Dominũ qui bonos vita
ſempiterna eſt affecturus, malos puni-
turus ſempiterna morte, Prophetias igi
tur de ſecundo Chriſti aduentu longe
ſecus quam noſtri Iudæi interpretentur
neceſſe eſt. Subire poſſet hæc cogitatio
legentem, ſi veteres Patres de Chriſti my
ſterijs, manifeſtiſsimas Prophetias eſſe
aiunt, quæ Euangelia videri poſſunt eas
Iudæi obſcurare? aut alio deflectere? Ver
ſant mille dolos, & fraudes mille, de qui
bus libro ſecundo dicẽdũ eſt, atq; adeò
tertio & quarto, nunc ſat ſit tibi illud
ATHA. de verbis Euãgelij, Euntes in vi
cum. Non enim Iudæis eſt curæ ſi cor-
rumpant diuinarũ ſcripturarũ dogma-
ta, tantum vt negent Chriſti aduẽtum.
Age ergo tu qui admiraris Iudaica, quę-
ſo quid vtilitatis inde te reportaturum
putas? Eædem ſunt Prophetiæ quibus
nos vtimur, & quibus Iudæi: ita eſt, ſed
Iudæi ad Synagogæ impiæ præſcriptum
interpretantur ſcripturas, vt monſtratũ
eſt, vt Chriſtũ Deũ eſſe negẽt, vt veniſſe
adhuc negent, vt negent noſtrum Chri-
ſtũ, verum Chriſtũ fuiſſe, vt negent na-
tũ ex virgine fuiſſe, negent à Magis ado-
ratum, Angelorum cantiones œcono-
miæ redemptionis prophetias prorſus
negent. Huc ſpectant interpretationes
Iudaicę vt ſcias quid tãto conatu petas.
Sed dices, ſat ſcio. Certè quędã interpre-
tationes Iudaicę, quas tu appellas Chri-
ſtũ, & eius diſcipulos, & Chriſti myſte-
ria ſępè ſonãt, & marginibus adſcripta
præferunt, ita vt dicis, ſed vt nos admo-
net ATHA. & AVG. cẽties Iudęorũ &
Hęreticorũ omnia plena dolis quos cõ-
bibere mores, Iudæorũ aſſeclæ. Hic mul
tiplex delitеſcit dolus, primus ille ne de-
prehẽdãtur, & vt noceãt magis, in locis
in Eccleſia receptiſsimis de Chriſto, qui
in ore omniũ ſunt tacẽt, aut noſtros ſe-
quũtur, in quibuſdã tamẽ nõ in omnib⁹
Chriſtũ interpretãtur & eius diſcipulos.
Secũdus dolus iſq; freqnẽtiſsimus Chri-
ſtũ ſonãt, & Chriſti myſteria, ſed cõtex-
tũ vulgatę mutant, & pro Eccleſiaſtico
cõtextu obtrudũt contextũ Phariſaicũ
qui magis ſonet Iudaicã ſentẽtiã quam
Euangelicã, aut Apoſtolicã, ineſcant te
Iudæi, vt ſis ſciens, vt cũ videas Chriſtũ,
& Chriſti diſcipulos nominare volupta
te illa delinitus peſtem trahas in viſcera
penitiſsimè. Certè inquies cõtextũ quẽ
ais nobis obtrudere aduerſarios quos
nominas de Chriſto ipſi interpretantur
nõ raro, ita eſt, ſed ſi doctè & attentè ex-
pẽdas illũ contextũ cũ Iudaica ſentẽtia,
& cũ Eccleſiaſtica tu diiudices ex illo cõ
textu Iudaicã ſentẽtiã Eccleſiaſtica eſſe
multo veriorẽ. Ita enim ille contextus
eſt concinnatus, vt ſonet Iudaica, at con
textus vulgatę, & Eccleſiaſticus Chriſtũ
ſonabat, & Chriſti myſteria ſentẽtiã Iu-
daicã non recipiebat, quin eã arguebat
impietatis: hic tibi de manibus excuti-
tur, loco illius Phariſaica tibi obtrudi-
tur interpretatio, quantũ in ea re eſt tan
dẽ mali quantũ dicẽdo nemo explicet,
vt enim quiſq; intelligit ſcripturam, ait
HIERO. ita transfert ſi Iudaicè, trãsfert
Iudaicè, ſi intelligit Chriſtianè, Chriſtia-
nè transferat neceſſe eſt, & hoc pro no-
bis facit magnopere, quod 72. Iudæi tre-
centis annis ante Dñi aduẽtũ Chriſtianè
trãſtulere ſcripturã Iudæi poſt crucem
Dñi cũ odio aduerſum Chriſtũ ardent
fraudes & dolos comminiſcũtur, negãt
Lxx ſcripturã vertiſſe fideliter, huiuſq;
rei argumentum inſolubile eſſe aiunt,
quod tranſlatio Lxx in ſummi Pontifi-
cis Bibliotheca incredibile dictu eſt, quã
ſit varia, quamve ſint omnia antiqua
exemplaria, quã inter ſe nunquam con-
gruant: fortaſſe ita eſt, ſed ſi mihi per æta
tem licuiſſet, eruiſſem ego ex ſcriptis ve
terum Patrum trãſlationem Lxx vnã-
que & eandem ex ſcriptoribus ſanctis
grę cis & latinis qui à temporibus Chri-
ſti vſque ad noſtra tempora tranſlatio-

nem Lxx vnam & eandem citant & interpretentur, hæc vera Bibliotheca eſt quæ corrumpi nūquam potuit, vtinam ætas mea fuiſſet paſſa hoc me matri Eccleſiæ officium prçſtitiſſe.

Quod Iudæi intellexerint ſe non poſſe præſtare quod optabant niſi nouis factis tranſlationibus. Cap. XVI.

TErtullianus de Præſcriptionibus cap. 14. &. 15. docet non poſſe quęquam doctrinam aliquam corrumpere ſine corruptela ſcripturarū. Nos à Chriſto & eius Apoſtolis religionem Chriſtianam accepimus, accepimus & Scripturam ſacram verſam à 72. Iudęis trecentis annis antę Domini aduentum citatam ab ipſo Chriſto, & eius Apoſtolis & explanatam quę commendatio trāſlationis Lxx tanta eſt, vt ea maior dici non poſſet, vt eā Chriſtus Dominus & eius Apoſtoli citent eam interpretētur, eam tradant ſuæ Eccleſiæ ſanctę factam à Iudæis tot numero, & aſſeruatam in ſynagogis Iudæorum per annos octingentos, & eo amplius, & quod hæc Lxx trāſlatio, vt docet Iuſtinus, truncata à Iudæis erat locis plurimis, accepimus ab Eccleſia ſancta vulgatam D. HIERO. qua nihil ſanctius, nihil prçſtabilius dici poteſt quæ truncata omnia à Iudæis ſarta tecta reddit, & ad verbum vertit ea omnia quæ Lxx metaphraſi potius quā trāſlatione de Chriſto Domino, & Chriſti myſterijs erant interpretati, quippe ait Iuſtinianus, illuſtrati lumine Spiritus ſancti cernebant oculis tanquam prçſentia omnia Chriſti Domini myſteria, & ad ea myſteria Chriſti, quæ oculis cernebant ſuā referebant tranſlationē, & paraphraſin ſcripturę ſæpè faciebant potius quam tranſlationem, & ideo à veritate Hebraica diſcrepare dicuntur, ſed non diſcrepant, veritatē potius Hebraicam explicant, & ob oculos ponunt, à verbis diſcrepant Hebræis cùm verba nō reddant ſed ſenſā ſacra. Hanc igitur vulgatā, & illam Lxx interpretationē, quam ab Apoſtolis accepimus non mutamus, non enim voluimus vnquā noſtram doctrinam Euangelicam corrūpere, Iudæi noſtram doctrinam & religionem, vt dictum eſt à principio noſtræ religionis parant corrūpere ſine corruptione ſcripturarum id facere nō poſſunt, & tranſlationem Lxx quod in pleriſque paraphraſis eſt potius quam tranſlatio, & Chriſtum ſonat planiſsimè peius ſanguine viperino odere Iudęi, vnde, vt docet Epiphanius, Primus Aquila Iudæus in inuidiam tranſlationis Lxx vertit ſcripturam Græcè ex Hebræa lectione, & vertit quidē, vt ait Epiphanius animo à Chriſto abalienato, & eius trāſlatio magno Iudęorum applauſu excepta eſt, & conclamatū ἀκριβέστατα ἀκριβέστατα vt cēties teſtatur D. HIERO. ideſt, exactiſſimè, exactiſsime poſt Aquilam, Symmachus nouam fecit tranſlationem, vt Samaritanorum ſcripturæ aduerſaretur, vt ait Epiphanius, Samaritanorum ſcriptura porrò erat tranſlatio Lxx quod Samaria inter primos receperat verbum Dei, & ab Apoſtolis ſcripturas receperat, à quibus receperat verbum Dei, nec alio animo Theodotio ſuam fecerat interpretationem, & aliæ omnes tranſlationes, abſque vna illa Lxx. quid aliud præſeferunt quam à Iudęis ſe eſſe factas, aut Iudęorum impulſu æditas? Vnde Diuus HIERO. centies ait authores harum interpretationū ſubdola interpretatione multa celaſſe Chri manifeſta myſteria. Tamen quod omnes Iudaicę trāſlationes quoquo te vertas Chriſtum ſonant, quod cætera quæ non intelligebant, Chriſtum ſonare bona fide vertebāt, & Dominus vera eos loqui cogebat, vt olim Balam & Prophetas dęmonum, & ideo adhibebantur à ſanctis Patribus ad Scripturæ ſanctæ interpretationē quod alia alij erant auxilio ad intellectum ſcripturæ, & velut ſcholium & ſupra cæteros D. Hierony. qui ait à Iudæis blaſphemis earum authoribus multa manifeſta

de

de Chriſto myſteria eſſe cœlata ſubdola interpretatione, illas maxime eſt ſequutus in interpretãda ſcriptura, vt ex eius ſcriptis apparet, & quod Iudęorum impulſu hæ omnes tranſlationes Iudaicæ ſunt factæ vt Chriſto illis Iudæi poſſent aduerſari argumentum inſolubile, mea quidem ſententia eſſe videtur, quod Iuſtiniano Imperatore litigabãt Iudæi inter ſe, vtrum omnes Græcas tranſlationes etiam æditas à Iudæis ex Synagogis extrudi oporteret, & damnati ſunt Iudæi qui omnes tranſlationes Græcas ex Synagogis extrudendas eſſe dicebant, tàm æditas à LXX quam reliquas alias à Iudęis blaſphemis tranſlatas, vt verbis Hieronymi vtar, & nihilominus poſt Iuſtinianum Imperatorem extruſę ſunt omnes ex Iudęorum Synagogis. Si dubitas cur? Idem Iuſtinianus Imperator te id docet conſtitutione. 146. in nouellis, ait enim ibidem eo conſilio eas Synagogis ſuis Iudęos pellere velle, vt poſſent vitiare ſcripturam, & non habere Græcas tranſlationes quibus redargui illius ſceleris poſſent. Vides Iudæos multas feciſſe tranſlationes, vt Chriſtum obſcurarent, & poſtquam ſe fruſtra operam ſumere videbãt extruſiſſe omnes, vt vitiare licenter locos ſcripturæ, qui Chriſtum ſonarẽt, & fraudes in ſcriptura poſſent facere innumerabiles ꝑ mille quingentos annos, vt vix ſit ſcripturæ locus de Chriſto, qui non ſit aliqua Iudaica fraude per Iudęos obſcuratus, ex quibus dolis & fraudibus Iudaicis nunc quædam nouę tranſlationes non omnes inquam conflatæ prodeunt in lucem.

Quibus artibus vtantur Iudæi vt vitiẽt ſcripturã, & vtrum omnes locos Prophetarũ de Chriſto Dño vitiare eos ſit conſequẽs an ferè omnes. Cap. XVII.

CErtè ſi vt oſtendimus ex authoritate ſanctorum Patrũ Primus aduentus Chriſti in ius vocatur à Iudæis, & tota redemptio generis Humani, & de hoc nobiſcum litigant Iudæi ſemper à principio Religionis Chriſtianæ, & nihil quod ſpectet ad primum Domini aduentum concedunt nobis, vt ſupra oſtendimus, Cõſequens eſt omnes Prophetarum locos de primo Chriſti aduentu Iudęos inficiari, & aliqua fraude vitiare. Quibus fraudibus vitient, poſtea libro ſecundo dicendum eſt latius, & reliquis ſequentibus libris, nunc dicam ſummatim. Primum varia diſtinctione qua ſolet totus mutari intellectus, vt illud Pauli, qui Epiſcopatum deſiderat, ſic peruertũt quidam per iocum mutata diſtinctione, & poſtea vna littera mutata, qui Epiſcopatum deſiderat bonum, opes deſiderat. Hoc per iocum. Serio, & in re ſeria, Iudæi ſic peruertunt plurimos ſcripturæ locos, vt dicendum poſtea eſt. Secundo modo Iudæi vitiant ſcripturam mutatione punctorum, & hæc fraus patet latiſsimè, monſtrandum namque eſt poſtea ſequentibus libris apud Hebræos puncta valere pro vocalibus, & olim etiam temporibus D. Hieronymi nõ fuiſſe adſcripta in ſacris litteris puncta, & pro arbitrio legentis, & pro ratione ſententiæ Iudaicæ addebat lector puncta, ideſt, vocales quas vellet; hac ratione Deum immortalem, quot & quanta Chriſti myſteria cœlari potuere? Tu diiudica, Exempli cauſa ſcribe ſine vocalibus. P. D. R. addat quiſq; vocales ſuo arbitratu quas volet, alius padre dicet, alius Podre, Piedra alius, aut Poder, aut Pedre, aut pedir, & ſimilia. Vide vnã & eãdẽ dictionẽ in quot formas vertere poſsit Iudæus, & nos illudere: at dices; eadẽ tibi Iudęus poſſet obijcere; minime. Siquidẽ trecẽtis annis ante Domini aduentũ 72. Iudæi vocales & pũcta quibus ſingulę partes ſcripturæ eſſent legẽdæ à Moſe vſq; per manus acceperant, & luce Spiritus ſancti illuſtrati addidere puncta. Nã cũ Græcè vertere ſcripturam ſignificauere quibus vocalibus legerẽt dictiones ſingulas, qui enim.

P. D. R. vertit petram ſignificat, quibus vocalibus legat. P.D.R. Habemus nos Scripturam tranſlatam à 72 Iudæis tribus ſæculis ante Domini aduentum in carne, quam ab Apoſtolis accepimus, nos, vt accepimus hic retinemus. Tertius modus vitiandi ſcripturam Iudæis fuit vnius, duarumve litterarum exiguo flexu, vt ſi pro vuas legas Ouas, pro ramo Amo, pro lumbre Cumbre, quibus modis dici non poteſt quot & quanta Chriſti myſteria alio deflectantur. Sic enim monet nos Iuriſconſultus, lege ea eſt natura. ff. de Regulis iuris, ea eſt natura Cauillationis quam Græci ſophiſma appellant vt per breuiſsimas mutationes ab euidenter veris ad euidenter falſa diſputatio perducatur. Quarto modo quum Prophetarum ſacri ſenſus ſine vlla ſuperiore fraude aliò deflectitur, & ſcripturę ſenſus torquetur ad Dauid, ne de Chriſto dictum videatur, ad Solomonem, ad Cyrum. His & alijs fraudibus lex vetus in aliam mutari tota potuit, ne dubites quomodo Iudæi potuerint in ius vocare totum primũ Chriſti aduentum & poſtulare, vt per Prophetias tota hęc lis inter nos & illos decideretur. Erant docti Hebraicè, libros apud ſe habebant. lingua noſtra dicebant, à nobis eſt, quis noſter Dominus erit, quis nobis dicebant impedimento eſſe poterit, ne texamus fraudes, & vertamus ſcripturas in mille formas. Fingere hæc me dicunt niſi ita eſſe oſtendero ſingula, ex ſententia veterum, tàm Gręcorũ, quàm Latinorum; atque adeo & Rabinorum non cauſam dico quin ex æditiſsima turri in ardentiſsimum rogum deijciar. Nam ſequentibus libris hęc ita eſſe ſingula vt dico oſtendam. Sed res ipſa exigit, vt diluã, quæ mihi in hac parte obijciuntur, quę Doctiſsimus Magiſter Frãciſcus Sanctius Epiſcopus Segorbienſis vir ingenuarum Artium, & ſacroſanctę Theologiæ ſcientiſsimus mihi Roma detulit, & vt his reſponderem monuit multum, & Epiſtola ad me Roma allata eadem mihi obijciebat, vir mihi olim amiciſsimus. Contumelias ego miſſas faciam, quod viros ſanctos vt dixi ſic video feciſſe, nec male dicendo certare cum quopiam mihi conſilium fuit vt nunquam obiecta crimina diluam.

Prima obiectatio, Quod ſi omnia vaticinia de primo Chriſti aduentu, & de redemptione generis humani, à Iudæis eſſent vitiata, non conuerterentur ad fidem Chriſti tot Iudæi doctiſsimi, cũ tàm ignominioſè à noſtris tractẽtur, & illis ſit neceſſe bona omnia amittere. Cap. XVIII.

SI Prophetia (aiunt) omnis de primo Chriſti aduentu in quo ſita fuit humani generis redemptio, vitiata aliqua Iudaica fraude eſt, & obſcurata, quî fieri poteſt, vt doctiſsimi quiq; Iudæorum ad Chriſti fidem commigrent, relicto Iudaiſmo, cùm neceſſe illis ſit Romę bonis omnibus exui, & ignominioſè inter nos viuere, nec eos, & eorum poſteritatem Iudæorum nomen amittere. Quod certè argumẽtum eſſe aiunt inſolubile. Prophetias de Chriſto primo aduentu manifeſtas magis Hebraicè eſſe, quam Græcè aut Latinè. Hoc argumẽtũ nõ tã contra me eſt, quam contra veteres qui prodidere Iudæos in ius vocare primũ Chriſti aduentũ & in ſcripturis non intellexiſſe Chriſtũ, tamẽ facilis eſt reſpõſio. Nec enim nos diximus cõtextũ Hebręũ in vniuerſum eſſe vitiatũ in Prophetijs de Chriſto ſed in quibuſdã, alias vero Prophetias praua interpretatione vitiatas verũq; hoc Iudæus facile intelliget ſi Spiritus ſancti aſpiret aura, nam vitiata lectio Hebræa mutatione diſtinctionis litteræ aut ſyllabę qualis fere eſt omnis Hebrçæ lectionis corruptela cui refulſerit Spũs ſancti aura facile apparebit & praua interpretatio ſi ſemel Iudæo luceſcere cœperit facilè apparebit.

Sed

Sed illud præ oculis habere oportet, quod ait AVG. in Pſal.45.in illa verba. Et transferentur montes in cor maris; vbi duos libros docet eſſe Auguſti. ad cognoſcendum Chriſtum Dominum; Scripturam ſanctam alterum, alterum verò orbem rerrarum, ex vtroque libro cognoſci, inquit, Chriſtus poreſt, & ex vtroque Iudęi doctiſsimi Spiritus ſancti lumine illuſtrati Chriſtum Dominum cognoſcunt. Liber ergo illis eſt vt AVGVS. verbis vtar, orbis terrarum, liber eſt etiam pagina diuina, in iſtis duobus Codicibus non legunt niſi qui nouere litteras, lege tu tamen Idiota ſi vis, & intelliges, An tibi liber non eſſe videtur, quod ait AVG. in Pſal. 57. in illud. Dedit in opprobrium, quod poſt paſsionem Domini eradicatos ſe vident Iudæi ex terra ſancta, quæ eis erat data? Quod vident ſe amiſiſſe Regnum poſtquam Chriſtum affecere cruce? datos ſe omnibus Gentibus in opprobrium? Fac nullas eos legere poſſe Prophetias; hæc quæ dixi non ſatis ſunt cum toto terrarum orbe ealegant? cum vidēt ſe diſperſos, vagos, exules per annos mille quingentos, quem alium librum illis legere eſt neceſſe vt ſuum agnoſcant errorem? AVG. in Pſal. 58. in fine Primæ cōcionis, miratur quomodo Iudęi durenr, & ſint adhuc Iudæi, cùm ſe victos à Romanis videnr, deletas eorū vrbes adhuc per mille quingentos annos. Et quē librum tu dabis, qui manifeſtius arguat illorum impietatem, & ſui ſceleris eos admoneat, vt ad Chriſtū redeant? Per quadringentos annos durarant hęc Iudęorum mala, cum illa AVG. ſcriberer; & tamen addidit, & tamen Iudæi ſunt, illorum cœcitatem arguens, quod cùm illa videant durare per annos quadringētos perſeuerant adhuc in Iudaiſmo, tu cùm videas poſt mille quingentos annos Iudæos premi illis eiſdem malis, miraris doctos & cordatos Iudęos ad Chriſtum tranſire. Scribit AVGVST. in Pſal.68. in illud: Et effunde ſuper eos iram tuam, manifeſtam vindictam Iudæorum, quod vaſtata Hieruſalem eſt, & vaſtata Iudæa per mille quingentos annos perſeuerat vaſtata. Et in Pſal. 73. in principium, vbi nunc; inquit, eſt Regnum eorum? vbi templū? vbi vnctio? vbi ſacerdos? vbi iam apud illos Propheta eſt? Et in Pſal. 109. in illa verba. Tu es ſacerdos. Nunquid ſunt illis Hoſtię? ſunt illis victimæ oblatæ à Patriarchis? Aræ ſanguinis? Tabernaculum? Et illa veteris legis ſacramenta? Iam illa ſublata videnr, euerſo Templo, remoto Sacerdotio, pereunte victima & ſacrificio. Sed hæc millies AVGVST. ATHANA. in diſputatione aduerſus Iudęos, de hoc libro, qui dicitur orbis terrarum, quem in oculos omnium incurrerē eſt neceſſe, ſic ſcribit. Num hoc peruertere poteſtis Iudæi, quod ante oculos vniuerſi orbis propoſitum eſt à cruce Domini vſque ad hæc tempora, cum Ager ille emptus triginta Argenteis, quibus diuenditus eſt Dominus Aceldemach dicitur in ſepulturam Peregrinorum, & in eodem opere idē Athanaſius poſtquā retuliſſet plurimas Prophetarum prædictionēs de Chriſto Domino. Iam, inquit, Iudæi quod Chriſtus Dominus verus ſit Chriſtus commonſtrare vobis volo, non per Prophetarum verba, ſed per res ipſas, quæ vſq; ad noſtra tempora clamant, & teſtificantur id toto orbe, & quod omnia ab ipſo Domino prædicta facta ſunt, &c. Et infra; Ipſa rerum veritas incutere ſatis ſuperq; pudorem vobis poteſt, & vel inuitis vobis perſuadere, quod Chriſtus Deus manifeſte venit, & quod in terris viſus eſt, & cū hominibus cōuerſatus. CHRY. in Demonſtratione quod Chriſtus ſit Deus, in fine. Ante oculos ſita ſunt, inquit, quæ ſole clariora, quæ toto orbe ſunt diſperſa. Vides Iudæos R. P. perdidiſſe, ipſos vagos, errones, profugos ambulare, & cum potentiſsimi fuerint, adeò, vt Romanorum arma prouocarint, non potuiſſe vnum ædificare tem-

 plum,

plum, etiam adiutos potentia, & Armis Iuliani Imperatoris impij, & quæris cùm hæc videant Doctores Iudęi durare per mille quingentos annos, quoad redeant ad Chriſtum Dominum. Idem CHRYS. oratione tertia aduerſus Iudęos: Signa inſolubilia Iudæorum impietatis eſſe ait, vaſtitatem Iudęæ, quæ per mille quingentos durat annos. Nec huius cauſa vlla alia poteſt eſſe quam Chriſti crux, qui ſi impoſtor fuiſſet, vt vos illum appellabatis merita accepiſſetis pręmia, non lueretis tam acerbas pœnas: & alia quę latiſsimè leges apud CHRYS. Sed quod ad dubium propoſitum ſpectat, ait CHRYS. Quæſo te etiam num opus eſt hoc verbis demõſtrare, cùm res ipſa clamet ac vocem tuba clariorem emittat, per vrbis euerſionem, per Templi deſtructionem, per cætera omnia, eiſdem CHYS. verbis, & AVGVS. & ATHA. reſpondeo vaticinijs Prophetarum, opus non eſt vt Iudæi ad fidem veniant cùm res ipſa clamet, ac vocem tuba clariorem emittat per ea quæ ſupra diximus omnia, & ſubijcit Chryſoſtomus alia ſigna aduentus Chriſti, ceſſaſſe Prophetas, & multa miranda, quæ in Domini templo fiebant, quæ poſt crucem Domini euanuiſſe certum eſt, quæ ibi latiſsimè fuſa à D. CHRYS. ſunt. ORIGE. contra Celſum lib. 4. ait. Argumentum inſolubile noſtræ fidei, eſt Iudæorum impietatis vaſtitatẽ Iudęæ per mille quingentos annos, & cætera quæ diximus ſupra durare. De hoc libro quẽ Auguſt. appellauit orbem terrarum, qui liber eſt quo planiſsima impietas Iudæorum oculis cernitur. ATHA. in diſputatione aduerſus Iudæos, ait. Peruerte hæc Iudæe, quaſi dicat ſcripturam peruerti aliqua fraude poſſe, illa ſigna ſole clariora, quæ videmus, quę oculis cernimus, nulla Iudaica fraude peruerti potuiſſe, nec poſſe vnquam peruerti quæ oculis cernuntur, manibus prehendũtur. Alter liber erat quem proponit AVGVS. Scriptura ſancta. At hanc, inquies tu Hebraicè vitiatam eſſe ais? Aio, ſed te deberet pudere hanc cauſam diſceptare. Dic quęſo cum dubium eſt verum lectio Apoſtolica, & Euangelica, & Eccleſiaſtica ſit verior, dubites ne tu dicere quoties diſsidet lectio Apoſtolica & Euangelica à lectione Hebraica, veriorem eſſe lectionem Apoſtolicam & Euangelicam? Sed de hac parte toto hoc opere diſputandum eſt. Dico inquam à Iudæis locos omnes Prophetarum de Chriſto eſſe vitiatos Hebraicè quoties Eccleſiaſtica lectio, aut interpretatio Apoſtolica ab interpretatione Iudaica diſcrepat, ſed ita vitiatam lectionem Hebræam dico, ſi quis vel primoribus labris penè dixerim attigerit Hebræas litteras vt ei non ſit vitiata Hebręa lectio, ſi in ſacris litteris ſit bene verſatus. Quo nam modo id ſit paucis accipe. Diximus ſupra quot modis vitietur lectio Hebręa, primum varia diſtinctione, vt illud Pauli per iocum corruptum à quibuſdam. Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat, ſi quis legeret: Qui Epiſcopatum deſiderat bonum, opes deſiderat, facile eſt fraudem intelligere, & caſtigare, & diſtinctiones omnes, & tu legens citra laborem vitiatas diſtinctiones caſtigas: Secundus modus erat ſcripturę vitiandæ mutatio punctorum, quæ Hebraicè pro vocalibus ſunt, & hoc facilius eſt viris Doctis Hebraicè, qui ſolent etiam ſine vocalibus legere & intelligere fraudes factas in vocalibus, quin & tibi ſi ſcias Hebraicè, & te iuuent tranſlationes HIEROMI. & Lxx. hoc factu eſt facillimum intelligere quas vocales vitiarint Iudæi. Tertius erat modus cùm vnius aut duarum litterarum leui flexu dictio vitiatur. Quis eſt mediocriter doctus, qui librum legens non caſtigat vnam mutatam litteram, aut duas? Iam poſtremus locus vitiandi ſcripturam (Deum immortalem) viris doctis quam facilis eſt vt intelligatur, is erat,

is erat, cùm locus de Chriſto alio deflectitur ad Dauidem, aut ad Salomonem, ac in hac parte doctrina potiſſimum ſolet verſari tam Græca, quàm Latina, vt locos ſcriptoræ male intellectos, intelligat vir doctus, & explicet quæ innumerabilis congeries locorum ſcripturæ eſt quæ vel ſola Iudæũ doctum Chriſtianum poſſet facere, & ſic loci de Chriſto Hebraicè ita ſunt vitiati, vt doctis Hebraicè, & verſatis in ſacris litteris nullum ſit vitium, quando facilè videtur & caſtigetur. Non eſt ergo ſcriptura vitiata niſi in prohetijs de Chriſto tantum neque in his omnibus, maior enim pars vt docet D. Hierony. vitiari dicitur cum à prædictione myſteriorum Chriſti ad hiſtorias veteris teſtamēti & ad alias nugas deflectitur. Adde quod docti illi viri Hebræi multa ſuæ Synagogę arcana nouere, quæ nos non nouimus. Vtinam ego eorum auditor eſſe potuiſſem, fortaſſe ad hoc meum inſtitutum non parum eſſem adiutus.

Secunda obiectatio, quod ſcripturæ omnem demam authoritatem, & reſponſio. Cap. XIX.

Aiunt etiam me ſcripturæ omnem authoritatem adimere dum lectionem Hebræam vitiatam locis omnibus dico quibus ab Euãgelica & Apoſtolica diſcrepat & Eccleſiaſtica, Græcam verò lectionem, quæ Lxx interpretum plæriſque in locis truncam & laceram Iudaica fraude affirmo, authoritatem ergo habebit nullam Hebræa lectio, nec Græca, quod ſi hoc ita eſt con ſequens eſt vt Vulgata D. Hieronymi, quæ ad verbum ex lectione Hebræa eſt expreſſa, nihil prorſus habeat authoritatis, ſi meo ſtetur iudicio. Vide ſodes quã tos moueat tumultus, quod dico quoties lectio Euangelica aut Apoſtolica ab Hebræa lectione diſcrepat, ſtandum potius lectione Euangelica & Apoſtolica, & eccleſiaſtica, quam Hebraica lectione, id tibi dolet quod Synagogæ non tribuatur plus authoritatis quam Eccleſiæ ſanctæ, ego veritatem Euangelicam, & Apoſtolicam longè & multum, veritati Synagogæ antepono. Sed de hac re totum hoc opus conſtat, quo defenditur lectio Apoſtolica, & Euangelica, & eccleſiaſtica contra fraudes Iudaicas, quas hoc opere ex authoritate veterum tam Græcorũ quam Latinorum, atque adeo ipſorum Rabinorum in Hebræa lectione factas eſſe niſi oſtendero, non cauſam dico, quin pœnas luam eorum arbitratu, qui mihi ſunt offenſiſsimi, ſupra quam breuiſsimè potui ſigillatim ſingulis reſpondi. Quid ſibi volebat ergo Hieronymus ſenecta ætate cùm conferebat tranſlationem Aquilæ cum Hebræis voluminibus vt videret nũ propter odium Chriſti, Synagoga impia aliquid immutaſſet ex ſcriptura ſacra? Annon caſtigarat ipſe multa immutata & deprauata? Ita eſt, tamen leges apud Origenem, vt dicendum eſt poſtea multa citata ab Apoſtolis & Euangeliſtis quæ nuſquam reperiantur in veteri teſtamento, quæ Origenes audet dicere citata ex libris Apocryphis, id eſt obſcuris ſine authoritate, non canonicis, quod dicere, meo iudicio, nefas eſt, multa etiam D. Hierony. in fine libri quem ſcripſit de optimo genere interpretandi proponit dubia, vt ipſe putat, inſolubilia quæ alij veteres melius diſſoluũt quam Origenes, ſi modò illa ſolutio Origenis eſt, quod ego mihi perſuadere non poſſum, ſed interpretis, quem ego conferens cum Græco Codice multa huiuſmodi facere deprehendi, nec enim Hieronymus eſt interpres Origenis, ſed nec Ruffinus, qui vir bonus erat, & religioſus, quãtũ ex eius ſcriptis apparet, mitto quæ in D. Hiero. ſcripſit parũ cõſideratè. Aiunt enim alij Iudæos fuiſſe teſtamētarios. i. corruptores teſtamenti Dei quod vetus teſtamentum violarint, & ex eo multa reſecuerint & vitiarint,

quod ſi ORIGE. & HIERO. prius deprehendiſſent, nuſquam tantum lectioni Hebrææ tribuiſſent, & hæc expendebat Hieronymus cũ cõferebat Aquilę trãſlationẽ cũ voluminibus Hebraicis, vt experiretur nũ poſt Aquilã impia Synagoga ex ſcriptura propter odiũ Chriſti aliquid immutaſſet; quod ſi factum eſſet pro certo erat futurum Iudæos, & ante Aquilam fuiſſe teſtamentarios, id eſt corruptores teſtamenti Dei, & locos illos, quos Origenes ait ex Apocryphis eſſe citatos, & quos D. Hieronymus ipſe proponit: aut reſectos eſſe à Iudæis ex ſcriptura intellexiſſent, aut mutatos, & alios quorum mentio apud ſcriptores ſacros eſt, eadem pertica eſſent dimẽſi, & ait hic Diuus ſe deprehendiſſe multa immutata, & tam auide in hac tam ſacra venatione verſabatur, vt vix ſcribẽdi Epiſtolij moram pateretur, & hæc non tam dicat Hierony. ad Marcellam, quam muſsitet, ſed de hac parte alias dicendum eſt.

Vtrùm quod ex veteribus Patribus diximus verum ſit de omnibus Iudæis, an de Iudæis tantum poſt aduentum Chriſti, quod occultum Chriſti aduentum ignorarint & œconomiam redẽptionis generis humani. Cap. XX.

DIctum ſupra eſt occultum Chriſti aduẽtum, in quo tota redemptio generis humani ſita fuit, à Iudæis in ius vocari, vt verbis vtar Athanaſij, & de eo litem eſſe nobiſcum immortalem, cuius ſententiæ authorem citauimus etiam Tertullianum, Auguſtinum, Originem contra Celſum, Hylarius omnia moliri Iudæos ait, vt negent Chriſti aduentum, & eum occultent. Quærendum autem videtur num Iudæi ante Chriſti aduentum ignorarint hanc redemptionem generis humani futuram, & hunc primum & occultum Chriſti Domini aduentũ? Certè diffiteri nemo poſſet à Iudæis cognitum eſſe primum aduentum Chriſti occultum. Ioſephus Iudæus de antiquitate lib.18.ca.4. Confitetur Ieſum Chriſtum fuiſſe prædictum à Prophetis, & affectum cruce, & reſurrexiſſe à mortuis, & ſuis apparuiſſe viuum tertio die, & de illo Prophetas hæc prædixiſſe, & alia multa. Hic ergo Iudæus etiã poſt Chriſti tempora confitetur Ieſum Dominũ fuiſſe Chriſtum, completas in eo Prophetias, planum eſt ergo Chriſti aduentum primum, & œconomiam redemptionis Iudæos, cognouiſſe, ſed amentia cœcos, & cordis obſtinatione quadam & peruicacia illam negaſſe, & adhuc negare, hæc omnia ſunt Latinè quidem, Græcè vero expreſſa, magis quod Latinus interpres eandem ſententiam expreſsit. Verba non magnopere expreſsit. Idem Ioſephus libro. 4. de bello Iudaico cap. 22. in codice Latino lib. 5. de bello Iudaico, cap. 2. Omnia enim perturbat interpres prodit quando vaſtata Iudæa eſt completas fuiſſe Prophetias, & dum Prophetias contemnebant, & tanquam circulatorum fabulas eas irridebant eas omnes compleſſe. Ergo ſignificat Ioſephus Iudæus dum vaſtaretur Iudæa completas eſſe Prophetias de Chriſto ſcilicet in crucem acto, poſt cuius crucem vaſtanda eſſet Iudæa, interpres vertit peſsimè mea quidem ſententia quæ ſic reddes ad verbum, ridebant diuina, & Prophetarum leges aut ſcripta tanquam circulatorum & nugacium fabulas ſubſannabant, multa autem hi Prophetæ de virtute & vitio prædixerant, quę violantes Zelotæ compleuerunt prophetiam de propria patria, obſcurè hæc dicta ſunt à Ioſepho, quippe Iudæo viro, qui non auderet Iudæos magnopere offendere, tamen in his fatetur vaſtitatis Hieroſolymorum, & Iudææ cauſam Prophetas prædixiſſe ſed riſiſſe Iudæos res diuinas, & Prophetarum leges. Dixerat enim Moſes, & Ieſus Naue ſi ſeruarent Domini legem, & Prophetias futurum vt ſemper tenerent terram promiſsionis, ſin

minus

minus vt vaſtaretur, lex porrò Domini de Chriſto erat, & ſic hic idem Ioſephus de antiquitate lib. 4. cap. vltimo, vaſtatam Iudæam ait quod non ſeruaſſent legem Moſis, quæ de Chriſto ſcripta erat, vt ait Dominus, ſed ridebant Iudæi hæc ſcripta diuina, ridebant Prophetarum leges, quibus prædicebatur vaſtandam Patriam niſi Chriſtum recepiſſent, niſi pietatem colerent, & fugerent auaritiam, & Idololatriã, ſcripſerant ergo multa de virtutẽ & vitio ad exemplum eorum, quæ diximus, quæ violantes zelotę, genus erat hominũ qui certabant inter ſe immanitate & ſęuitia, dũ alter alterũ ſeuitia & immanitate vincere contẽderet, & contra Patriam cõpleuere Prophetiã Moſis & Ieſus Naue. 5. de qua diximus, & aliorum Prophetarum, & ſubijcit. Erat enim antiquus ſermo tunc vrbem fuiſſe vaſtandam & templum conflagraturum, cùm exorta fuiſſet ſeditio &c. Opinor prophetiam Eſaiæ ſignificari cap. 3. iuxta tranſlationem Lxx, ſeditioſi dominabuntur eis, de qua Prophetia multa diximus in commentarijs in Eſaiam: idem repetit apertius Ioſephus lib. 6. de bello Iudaico cap. 8. Latinè lib. 7. cap. 4. Sed expreſsius Græcè. Quis ignorat, inquit, antiquorum Prophetarum ſcripturas, & miſerabili vrbi incumbentem prophetiam adeſſe iam? tunc enim capiendam eſſe vrbem, quando aliquis cędem ædere cœperit in ſuos ciues. i. cum ſeditioſus tyrannus in ſuos ciues cędẽ ædere cœperit, & ſtrages quod ſignificatũ eſt ſuperiori Prophetia Eſaię. Denique vaſtitatem Iudææ Prophetias prædixiſſe ait quæ tunc futura à Prophetis dicitur cum Chriſtus in cruce fuiſſet ſublatus. Planius & apertius hoc dicturus erat Ioſephus, niſi Iudęus eſſet, ita eſt, qui propter ſuos Iudæos hiſcere non audebat, vt liqueat ergo Iudæos antiquos cognouiſſe primum Chriſti aduentum ſatis opinor eſt Ioſephum fateri Chriſtum Ieſum admiranda feciſſe miracula, affectum cruce fuiſſe, reſurrexiſſe tertia die, ſuis apparuiſſe, completas in illo prophetias fuiſſe, & poſtea Iudæam vaſtatam, & dirutam vrbem Hieroſolymorum, vt complerentur Prophetię: nouerat ergo Chriſti aduentum occultum, Nam in ſecundo Chriſti aduentu, quem expectant Iudæi lęta expectant omnia, triſte nihil.

Quod illud quoque Iudæorum commentum fuerit negare Prophetas omnes de Chriſto fuiſſe loquutos. Cap. XXI.

INtelliges ex Origene libro ſecundo contra Celſum: infideles & Iudæos tam ardenti odio Chriſtum fuiſſe proſequutos, vt alij centies ſcripturas noſtras flammis abſumpſerint, alij vitiarint, & multis partibus truncarint, negarint alij qualis Mohamet, & Mohametici vllos fuiſſe Prophetas, aut vllas de Chriſto Domino fuiſſe Prophetias, quod ſi eas fuiſſe concederent, eorum impia ſecta, quæ nullis alioqui nititur fundamentis, prorſus rueret, ſed quod res erat teſtatiſsima apud Iudæos venturum Chriſtum & expectari eius aduentum, deſignatum locum, deſignatam domum Prophetarũ prædictionibus, quo eſſet venturus, neque eſſe tacita eius aduentus ſigna & tempora, ad id deuenere, vt negarent omnes Prophetas de Chriſto eſſe loquutos, vt leges apud Origenem in fine libri ſecundi contra Celſum. Dicerentque vnum aliquem Prophetam, aut paucos aliquot Chriſti aduentum præſignificaſſe. Hos refellit Auguſtinus de vnitate Eccleſiæ libro vno, & alijs locis multis ex verbis Domini, qui dixit Pſalmos & Prophetas de ſe eſſe loquutos: Mitto Prophetas minores, in quorum pleriſque à quibuſdam palã dicitur nullam de Chriſto eſſe Prophetiam, neque de rebus quæ ad Chriſtum ſpectant: maiores Prophetas miſſos facio, quorum pleraque à quibuſdam Iudaico ſenſu explicantur, aut, vt verius dicam, Iudaico implicãtur ſenſu. Pſalmos omnes

omnes, reclamantibus ſanctis Patribus Græcis & Latinis, atq; adeo reclamātib' litteris Euāgelicis, & Apoſtolicis, de Dauide interpretantur, quod vt facere poſſint, Deũ immortalẽ! quas verſant fraudes, quos dolos verſant, vt à Chriſto eos auertere, ad Dauidem conuertere queāt & vt poſſint manifeſtiſſima de Chriſto obſcurare vaticinia, & poſtquam mille dolis ſcripturam ſanctam vitiauere Hebraicè, clamant noſtros Pſalmos quos citant Apoſtoli, & Euangeliſtę, quos toto Orbe Terrarum concinit Eccleſia ſancta non concordare cum fraudibus in lectione Hebræa factis, & tamen noſtri quidam, quod laboris ſtudiorũ eos pertæſum fuit, Iudæos credunt aliquid dicere, & veritatem Hebręam lectionẽ Hebræam eſſe, etiam poſtquam corrupta eſt fraude Phariſaica, cum re ipſa, nõ ſit Hebraica veritas, cum vitiata eſt, ſed Phariſaica perfidia, vt poſtea apparebit. Sed priuſquam ad cætera pergam, quæro à viris bonis vtrum poſſit eſſe euidẽtius argumentum impietatis Iudaicæ quam hæc quæ diximus tam manifeſta negare, & quæ tam falſa ſunt quam ea quæ hoc cap. diximus fingere cum tam manifeſto mendacio.

Quod Iudæi ſe tuentur authoritate Pſalterij à D. Hieronymo tranſlati ad veritatem Hebraicam. Cap. XXII.

Aiunt pro ſe facere Pſalmos, quos ad veritatem Hebraicam D. Hieronymus tranſtulit, & eo meas omnes diſcuti nebulas, & meas omnes extrichari trichas, neq; audent dicere quas meas dicant nebulas diſcuti, qualve trichas ex trichari, indicia ne quæ facio Iudaicarũ fraudum, & Euangelicæ & Apoſtolicæ, atque eccleſiaſticæ lectionis defenſionẽ? Et certè ſi Eccleſia catholica recepiſſet Pſalterium hoc quod à D. Hieronymo tranſlatum perhibetur, non leue argumentum erat, non dico aduerſum me, qui puluis ſum & cinis, ſed aduerſum Eccleſiam catholicam, aduerſus Sanctos Patres omnes, tam Græcos quam Latinos, qui Pſalmos interpretantur, & aduerſus Apoſtolos & Euangeliſtas, qui Pſalmos citant, ita vt eos concinit Eccleſia ſancta. Spiritus Sanctus quæſo, qui Eccleſiam regit, tam diu eam errare eſt paſſus? Paſſus etiam eſt Eccleſiæ gubernator, ſpiritus Sanctus ſuam Eccleſiam à D. Hieronymo ſui erroris admonitam milleſimo trecenteſimo ante anno, plus minuſve, in ſuo errore pertinaciter hærere? Dictu nefas. Iure ergo gloriātur Iudæi hoc à noſtris quibuſdam dici, in Eccleſia noſtra concini Pſalmos vitiatos, male tranſlatos, peius intellectos, vt ſcribit Politianus cap. 14. Miſcellaneorum cùm agit de Pico Mirandulano, qui niſi immatura morte præuentus eſſet Pſalmos vulgatos à Iudæorũ calumnia vindicaſſet. Ego tamen huic tam graui dubitationi reſpondeo nunquam D. Hieronymum aduerſatum Apoſtolis, aut Euangeliſtis, conſenſui ſanctorum nunquam aduerſatum, neque Eccleſiæ ſanctæ, quod ſi aduerſatus eſſet conſenſui Sanctorum Doctor eminentiſſimus aliquis, docent Concilia non fuiſſe ſequendum doctorem illum quantumuis eſſet eminentiſſimus, perſuaſiſſimum habeo, ita vt ab hac perſuaſione, etiam ſi mihi ſæuiſſimum mortis genus immineret diuelli nullo modo poſſem, nunquam Eccleſiam, quæ ſpiritu Sancto regitur Pſalterium quo vtitur, fuiſſe ſeruaturã, niſi veriſſima eius eſſet lectio, & æditioni Hebrææ maximè conſentanea, nunquam ſpiritum Sanctum, qui ſcripturã per ora Prophetarum dictauit, per ſuos Apoſtolos & Euangeliſtas noſtros Pſalmos fuiſſe citaturũ niſi ipſiſſimi eſſent, quos ſpiritus Sanctus Prophetæ Dauidi ipſe dictaſſet. Ego Eccleſiæ alumnus eccleſiaſtica veſtigia mihi ſemper duxi ſequenda, quod Eccleſia catholica ſpiritu Sancto regitur, & quod Chriſtus Dominus nobiſcum ſemper eſt vſq; ad conſummatio-

ſummationem ſeculi, neq; verum arbitror, neque veriſimile, quod quoſdam audio dicere ideo D. Hieronymi Pſalterium non fuiſſe receptum, quod ſacerdotes omnes vulgatos Pſalmos memoria tenerent, ne cogerentur nouos Pſalmos addiſcere. Quid? Neceſſe erat ſacerdotes dum precarentur, aut dum ſacras horas concinerent Pſalmos dicere memoriter? Non poterant de ſcripto recitare vt recitant cœtera? ferè nihil memoriter dicitur in Eccleſia ſancta, ſed de ſcrito omnia, & Pſalmos de ſcripto dicere, tantopere ſacerdotes grauarentur, vt relinquerent meliora ne paululum adderent laboris? Sed fac graue fuiſſe Pſalmos de ſcripto recitare præſertim ſenibus, nec voluiſſe parum addere laboris pro veritate recipienda, an falſa in Eccleſia ſeruaſſet ſpiritus Sanctus, vt parceretur ſenibus? condonaſſet hoc ſenectuti, ſi Eccleſiam ſanctam ſenectutis ſubibat miſeratio, vel ſenes qui id vellent, rude donaſſet, ſi labore grauarentur. Daret iuſtam iam ſenibus, qui id vellent laboris miſsionem, iuuentutem traduxiſſet ad meliora. Quanquam cur ſenectuti parceretur, cui magis inſtandum erat, vt quanto nexu corporis libera erat, magis & curis ſæcularibus, tanto magis negocia tractaret Cœleſtia. Vel noſtra tempora docent, id quod dicimus veriſsimum eſſe quibus nulla ſenectutis habita ratio eſt, vt Eccleſia Romana ſequeretur meliora, & vt ad veterem precãdi vſum, & ſacroſanctæ Synaxeos, tam iuuenes, quàm ſenes reuocarétur. Adde tu quod etiam temporibus D. Hieronymi eius tranſlatio eſt recepta, & ad interpretationem ſcripturæ ſanctæ, etiam adhibita à ſanctis Patribus, atque adeo ab Auguſtino, qui ei maximè eſt aduerſatus, adhibita quoque eſt ſtatim ſacris cantionibus Eccleſiæ ſanctæ, verſus quoque ex illa deſumpti, & reſponſoria & Antiphonæ, Pſalmos hos, qui ſub nomine D. Hieronymi circunferuntur, nec ſacris cantionibus videas adhibitos, nec in verſibus, nec in Antiphonis, aut in reſpõſorijs vſurpatos. Adde etiam illud quod eſt palmarium, Aquilam, Symmachũ, & Theodotionem Iudæos blaſphemos, vt D. Hieronymi verbis vtar, adhibitos à veteribus ad ſcripturæ interpretationem, Pſalmos hos, qui D. Hieronymo adſcribuntur à nullo ex veteribus adhibitos ad ſcripturæ interpretationem, excepto quod à D. Thoma, & à Caſsiodoro ſemel iterumque video citatos. Sed Vulgatum eſt libros falſo adſcriptos alicui illius cui falſo ſunt adſcripti citari nomine aliquando, nec vllus tam malus eſt liber quin boni aliquid habeat aliquã do. Quin nec ipſe D. Hieronymus in explicanda ſcriptura hoc adhibet vnquam Pſalterium, ſed Vulgatum, quanquam huius factionis caput, Deum immortalem, quo faſtu hoc conatur refellere, cui iam iam reſpondebimus. At, inquiunt, ipſe Diuus ait à ſe tranſlatum Pſalteriũ. Quid tum? Continuo ne hoc eſt Pſalterium quod ab ipſo Diuo eſt tranſlatum? Quid ſi in lucem non exijt? Quid ſi exijt, ſed ſtatim intercidit, vt excellentum virorum multa intercidere opera. Sed inſtant quidam, quaſi Hieronymi ſtudioſi, quos ego nihil minus puto, quam D. Hieronymi eſſe ſtudioſos, quaſi non magis probro D. Hieronymo fuiſſet futurum, ſi diceretur eius Pſalterium à maioribus ita eſſe relictum: vt eius nulla vnquam ratio eſſet habita, niſi à Iudęis, qui bus ille Diuus erat offenſiſsimus, quod ſi quis in dubium vocaret, num hoc Pſalterium eſſet illud, quod à Diuo Hieronymo tranſlatum eſſet, inſtant adhuc, & citãt Codices vetuſtiſsimos, quibus hoc Pſalterium D. Hieronymo adſcribitur, ſi hæc ratio valet, nulli libri magnis Authoribus falſo adſcripti erunt, Nam vetuſtiſsima exemplaria illorum, quibus falſo adſcribuntur præferunt nomina, neque extant exemplaria vetuſta quæ ſuorum authorum vera præferant nomina, alioquin illis authoribus, quibus falſo adſcribuntur, non vltra adſcriberentur,

rentur,ſed ſuis proprijs ſcriptoribus.Adde tu quod hic Diuus ſua tempeſtate,tãtiſper dum viueret, multa ſibi falſo adſcripta conqueritur & Eraſmus ex dictionis humilitate,aut ſplendore, multa diuinis D. Hieronymi ſcriptis ab imperito lectore addita monſtrat, quæ à D. Hieronymi ſcriptis ſunt alieniſsima. Neque quiſquam hoc obiecit Eraſmo, quod illa præter Eraſmum, nemo notaſſet, neque enim nos tarditatis natura damnauit, vt inquit ille, & Vulgatum eſt in ſcriptis ſanctorum in ſcripturam ſacram ſemper racemationes eſſe futuras, & ſpicilegia, neque ſpicilegijs, aut racematoribus quiſquam vitio vertit,quod relictas ſpicas colligeret,aut racemos relictos, dummodo iuxta ſanctorum Canones colligeret,& ad lucem Euangelij ea notaret, non ad rabinorum denſiſsimas tenebras, & pluſquam cimmerias, Eraſmus ex ſplendore dictionis & humilitate, ex ſcriptis D. Hieronymi magna cum laude & gloria expungit notha & ſpuria, & mihi non liceat ex ratione doctrinæ, ex vſu Eccleſiæ, ex ſanctorum Patrum authoritate, ex D. Hieronymi inſigni quadam religione & doctrina quadã admiranda, adnotare quædam, & doctoribus diſceptanda proponere. Euſebius Cæſarienſis in hiſtoria eccleſiaſtica Ebionitas hęreticos tempeſtate Apoſtolorũ inde dictos docet quod Ebion Hebræa vox Latine pauperem ſonet, quod ſenſu paupere Chriſtum Dominum & ſcripturam intellexerint:putabant enim Chriſtũ hominem tenuẽ fuiſſe & non Deum & ſic ſcripturã enarrabant, vt humana tantum loqueretur de Chriſto. Quod ſi hoc Pſalterium D. Hierony. tribueretur parum abeſſet quin fieret Ebionita & humili ſtilo omnia de Chriſto explanaret & multis locis Chriſto Domino auferret diuinitatem & ſecum ipſe pugnaret & à ſe refelleretur vt per capita ſequentia mõſtrãdũ eſt,quod vel ſolum faceret vt mihi perſuadere nõ poſſem hoc pſalterium illud eſſe quod D.Hierony.tranſtulit,& mihi ſat eſt ab Eccleſia ſancta non eſſe receptũ. de hoc Pſal. lege folio. 309. &. 312. Sed eſto vt Pſalterium illud ſit D. Hieronymi, non enim id amplius controuerſor, meã dubitationem doctoribus propono, ipſi diſceptent, ſi volẽt. Eccleſiæ proceres, quod ſequi debeamus ſtatuant. Ego tenuis ſacerdos Apoſtolos veneror,& Euangeliſtas, qui Pſalmos citant vulgatos, quos Eccleſię ſanctæ ſuæ dedere, ſequor ſacros doctores, quidquid amplectitur Eccleſia ſancta id amplector, non ſequor doctorem vnum aliquem, quantumuis eminentiſsimum, iuxta ſacrorum Conciliorum Canonem, ſi ab vnanimi conſenſu cęterorum Patrum diſsideat, nec ea ratione facio tantum, quod in linguarũ cognitione verſatus intelligam lectionem eccleſiaſticam cum Græca Hebręaque æditione mirabiliter concordare: quod facillimè intelliget, qui Iudaicas fraudes probe nouerit, ſi linguarum ſit doctus, & in ſacris litteris verſatus, & Theologię ſanctæ peritus. Sed quod Eccleſiæ alumnus, Eccleſiam mihi ſequendam duxi, ſpiritu nãque ſancto regitur, errare non poſſe ſcio.

Quod multiplex hinc pugna exoritur aduerſus eos, qui contrariæ factionis eſſe videantur. Cap. XXIII.

MVltiplex illa hinc exoritur pugna aduerſus eos, qui contrariæ factionis eſſe videtur. Primum illa, vtrũ hoc pſalterio quod ſub D. Hieronymi nomine circumfertur aduerſariorũ cauſa defendatur, mea,& aliorũ, qui Iudaicarũ fraudũ indicium facimus, cauſa damnetur. Secunda illa vtrũ cómẽtaria D. Hierony. in Pſalmos D. Hierony. ſint, an alicuius Monachi (ſic enim aiũt) qui in ſuo conuẽtu Monachis Pſalmos interpretaretur. Sunt enim quidã, quibus non ſolũ Monachatus, ſed etiã quidquid eſt eccleſiaſticũ, fœteat, ſues aiunt, & ſcarabæos bono odore necari. Diſceptabitur poſtea

ſtea quæſtio, vtrũ nouis quibuſdã trãſlationibus iugulentur Hæreſes, & Iudaiſmus, an potius noſtra iugulétur prorſus, defendãtur Hęreſes & Iudaiſmus. Quarta illa vtrum Vulgata D. Hieronymi ſublimi ſtylo incedat, Pſalterium quod à D. Hieronymo tranſlatum dicitur. Vtrũ ſtylo humili repat, & ab vltima quæſtione incipiendum videtur, quod reliquæ quæſtiones ei exempla ſuppeditabunt.

Vtrùm Vulgata D. Hieronymi ſublimi Stylo incedat, Pſalterium verò quod ab eodem Diuo dicitur tranſlatum repat humi. Cap. XXIIII.

NEſcio quid mihi exciderat aliquãdo de ſublimi ſtylo Vulgatæ, & quod Pſalterium quod à Diuo Hieronymo tranſlatum diceretur, inde videretur degeneraſſe, quam inſolenter, proh ſupreme Deus, & quanto cum faſtu, quanque contemptim de me, à me exigitur, vt huius rei rationem reddam, quaſi nõ norimus inter nos, O bone puderet té coram. pręſentem illa dicere, quod in oculis eſt pudor, ſi quis eſt. Sed age paucis accipe quæ ex arte oratoria puer didici, quæque adoleſcens meditatus probe ſum. Dionyſius Alicarnaſſeus ſpectãda oratori duo eſſe pręter alia ait duo eſſe genera, quorũ alterũ eſt, quod poſitũ eſt in his, quæ ad Philoſophiam ſpectãt, ſeu de moribus ſermo ſit, ſiue de. R. P. ſiue de rebus Diuinis, Philoſophicas ſententias & Diuinas ad ſublime genus dicendi pertinere, nota res eſt, vnde Quintilianus de Epiſtolis inquiens, ſublimi genere dicendi ſcribendas eſſe cum aliquid ſupra naturam ſuam tractant de Philoſophia, & de. R. P. & Demetrius Phalereus magnificentiam orationis in rebus eſſe ait. Si ergo ex ſequẽtibus cõſtiterit, Vulgatam D. Hieronymi Chriſti magna myſteria, & cœleſtia oracula pandere, Pſalterium quod à D. Hieronymo dicitur tranſlatum, plærunque ad terrena & humilia degenerare apparebit. Vulgatam ſublimi ſtylo incedere, Pſalterium repere humi, idque non vulgare eſſe argumentum, quo colligere poſsimus, nõ hoc eſſe Pſalterium, quod à D. Hieronymo ſit æditum, Nam verba ipſa Theologus non moratur, quod nec damnat Cicero, aut Quintilianus. Cùm, inquiunt, grata in verbis negligentia de rebus magis quam de verbis laborantium. Hoc Auguſtinus de doctrina Chriſtiana lib. 4. docet plurimis verbis ex Vulgata D. Hieronymi exemplis petitis, quibus quanquam ſit in verbis negligẽtia, quod res ipſas ſublimes verba non inuita ſequantur ſublimi ſtylo, & oratione magnifica ferri ſcripta Prophetarum docet. Ne vulpenius ingens, & ei ſimiles D. Hieronymum credat curare eorum cachinos, quod dicatur ſtylo incedere ſublimi, & Ciceroniano, cum incedat ſtylo eccleſiaſtico: Nec enim nos fallis, ne tibi multum placeas. Non enim cœſus flagris ab Angelo D. Hieronymus, quod Ciceroniana eſſet eloquentia, Nũquam Ciceronis eloquentia ei data eſt crimini, plærique enim in ſancta Dei Eccleſia fuere eloquentiſsimi cœſus flagris D. Hieronymus eſt, quod pluſquam ſatis erat libros Ciceronis manibus verſaret, & ideo Ciceronianus eſt dictus, quod tempus quod impendere ſcriptis ſacris oporteret impenderet Ciceroni.

Vtrum Pſalterium quod à D. Hieronymo tranſlatum dicitur aduerſariorũ cauſam iuuet, & vtrum commentaria in Pſalmos magis ſapiant officinã D. Hieronymi, & eius doctrinam redoleant, quam hoc Pſalterium de quo diximus. Cap. XXV.

NVlla ars, aut diſciplina eſt, quę nõ habeat quo res ſuas dirigat, & quo referat omnia, vt intergnoſcere poſſit quæ bona ſint, quæ ve meliora, aut quæ minus bona, & quanquam in Eccleſia ſancta inter ſpiritus Sancti dona ſcribit

bit D.Paulus cap.12. prioris Epiſtolæ ad corinthios eſſe diſcretionem ſpirituum, quod donum datur, ait Ambroſius, vt intelligat fidelis, & iudicet quod dicitur, an ab ſpiritu Sancto ſit, an ab ſpiritu Sathanæ, qui ſe transfigurat in Angelum lucis. Nihilominus regulas habet Eccleſia, quas adhibet vt id iudicet ad lucem Euangelicam examinat omnia, vt quæ bona ſint interg noſcat, quæve minus bona, expendit etiam omnia ad ſanctorum Patrum ſcripta, vt quæ congruant probet, improbet quæ non congruant. Has duas regulas præſcribit Clemens Alexandrinus à maioribus quaſi per manus traditas, præſcribunt eaſdem & alij Patres veteres. Conferamus ergo Commentarios D. Hieronymi, & Pſalterium ipſum cum ſententijs veterum Patrum, & cum litteris Apoſtolicis & Euangelicis ſi conſtiterit, commentaria D. Hieronymi in Pſalmos plus congruere cũ omnium ſanctorum interpretationibus atque adeo in plæriſque illis eſſe longè diuiniora, cōtra verò Pſalterium ipſum in plæriſque inde videri degeneraſſe, iudicabit quilibet quæ magis ſapiant D. Hieronymi officinā, ſiquidem confeſſa res eſt, Paulo authore, ſpiritum ſanctum nobis dediſſe doctores, cum quibus ferè ſemper conſentire argumentum eſt inſolubile veritatis catholicæ, & à quibus non raro diſcrepare, argumentum eſt non leue, nos non temere in dubium vocaſſe, num hoc Pſalterium ſit quod à D. Hieronymo dicitur tranſlatum.

De Pſalmo centeſimo nono. Dixit Dominus Domino meo, & prius de eius titulo. Cap. XXVI.

IGitur vt ab eo initium traham, quod tam acriter horum hominum defenſor, mihi quondam amiciſsimus, inſectatur, vt neget hominem, qui tam graues immittit errores, ſumere poſt illa manu calamum ad ſcribendū debuiſſe, de titulo huius Pſalmi, in quo reprehēdor, pauca dicam: poſtea de toto Pſalmo eſt dicendum, vt expendantur ad regulas ſuperiores, & Pſalterium hoc, de quo agimus, & D. Hieronymi in Pſalmos commentaria. Conqueri ſæpè ſoleo, quod tantū liceat correctoribus qui præſunt prelis Calchographorum, ſi quando eos contingat eſſe ex aduerſariorum numero, vt mutent quæcunque poſſunt ad Iudæorum præſcriptum, & ita titulum huius Pſalmi, qui eſſe deberet Græcè in Patrio caſu, tu Dauid, id eſt, Dauidis, mutarint in caſum dandi, to Dauid, id eſt Dauidi, quod Hebraicè ſit, le Dauid, in caſu etiam dandi, quaſi verò, le, Articulus, qui ferè datiuo adhærere ſolet, non adhæreat etiam caſui patrio, idque non rarò. Sed dices fortaſſe. Quid refert, ſint ne hæc, ſiue Græcè, ſiue Hebraicè, aut Latinè in patrio caſu, an in caſu dandi? Permagni intereſt. Dixerat Dominus Dauidem appellaſſe Chriſtum ex ſanguine ſuo oriturum Dominum, cum ſcripſit. Dixit Dominus Domino meo, vt Pater æternus dixerit Chriſto. Sede à dextris meis. Vbi Dauid, ſi hæc verba ſunt eius, Chriſtum ex ſe oriturum, Dominū appellat, Iudæi caſum Patrium in caſum dandi mutant, ne ſit ſermo Dauidis, ſed alterius Prophetæ, qui hunc Pſalmum compoſuerit, & dederit Dauidi tanquā in eius laudem compoſitum, vt non ſit ſermo Dauidis de Chriſto, ſed alicuius Prophetæ de ipſo Dauide, vt Domini ſermonem mendacē facerēt, quaſi hunc Pſalmum non ſcripſerit Dauid, neque ſit ſermo Dauidis, vt nihil ponderis habeat argumentum Domini. Quomodo ergo Dauid, filium ſuum Chriſtum Dominum appellat? vt faciant ridiculam interpretationem Domini, mutant ergo caſum patriū in caſum dandi, quaſi hūc Pſalmum compoſuerit alius Propheta de ipſo Dauide, & dederit ipſi Dauidi, & non loquatur hic Dauid, ſed Propheta alius, neque ſermo ſit de Chriſto, ſed de Dauide, vt ſit ſenſus. Dixit Dominus

Deus,

Deus, Domino meo Regi Dauidi, ſede à dextris meis. Quaſi Dauid conſeſſurus eſſet ad Dei dexteram, quo quid ſtultius dici poſſet? Ita Iudæi bis ſtultam facere Dñi interrogationẽ contẽdunt, & quod putarit verba Dauidis eſſe, cũ nõ ſint verba Dauidis, ſed alteriꝰ Prophetæ, & quod ſermonẽ de Chriſto eſſe putarit, cum nõ ſit ſermo de Chriſto hoc loco, ſed de Dauide. Ergo hac mutatione vniꝰ litterulæ refellitur Chriſti Dñi ſententia Matthæi ca.22. qui hũc verſum interpretatus eſt, tanquam Dauid loqueretur, & loqueretur de Chriſto filio ſuo, & ſimul refellitur D. Paulus ad Hebræos cap.1. & cap. 10. Et ad Corinthios cap. 15. Nullus, inquient, ex his qui nouas ſcripturæ ædidere interpretationes, aliter interpretatur. Ita eſt, fateor; ſed ita contextum ſacrum concinnant, vt contextus ipſe Iudaicæ interpretationi magis quam noſtræ congruat, & nos demulcent, interpretatione de Chriſti myſterijs, vt contextũ ſcripturæ ſanctæ nobis excutiant manibus in locũ illius Iudaicũ cõtextũ obtrudant, qui Iudaicã impietatẽ repræſentet magis, quã ſanctorum interpretationẽ, & veterũ Patrũ nobilitata eſt illa admonitio in omnibus ſcriptis Græcis, & Latinis, Iudæos & Hæreticos eſſe inſidioſiſſimos, cũ tibi blãdiuntur maximè, tunc te maximè iugulant: Et Iſidorus clarius non magnopere repugnare videtur, ſi hunc Pſalmum de Dauide interpretari quis vellet, vt Domini bis fiat ſtulta interrogatio; & quod Dauid hic non loquatur, ſed Propheta aliꝰ, & quod non de Chriſto loquatur, ſed de Dauide & eludatur Chriſti interpretatio & D. Paulus in duobus locis typice, inquiunt de Chriſto, ſed ſcimus Iudæos, ridere typos, & quantũ flagitium ſit, quæ litteraliter de Chriſto ſcripta ſunt, Typice de Chriſto interpretari alibi dicendũ eſt fuſiſsimè. Addit etiã Iſidorus eſſe qui dicãt omnia quæ de Chriſto loquũtur in ſcriptura, ſub aliquo hiſtoriæ Typo dici, quæ damnata Hæreſis eſt Manichæorũ, qui negabant quicquã de Chriſto in ſcriptura dictũ litteraliter. Sed hæc præluſionis cauſa dicta ſunto. Iam tandem ad collationem commentariorum D. Hieronymi, & Pſalterij veniendum eſt.

De collatione Commentariorũ D. Hieronymi & huius pſalterij, de quo tam multa diximus, vt appareat vtrũ magis horum D. Hieronymi ingenium redoleat, & doctrinã. Cap. XXVII.

QVoniam de Iudæorum inſidijs mẽtio eſt facta, addamus illud. In fine Pſal.71. additũ eſt, cõpletæ ſunt orationes Dauid, vt perſuadeãt nobis vſque ad illa contineri Pſalmos Dauid, poſt illa Pſalmos nõ eſſe Dauidis ſed aliorũ autorũ Pſalmos, vt Pſal.109. non ſic Dauidis, & vt appareat, illud quod Iudæi volunt, Pſalmos nõ eſſe prophetias ſed orationes, vnde appellant Pſalmos agiographa, ſcripta ſacra, quod orationes contineãt, non prophetias: quibus rebus duabus duplici afficimur iniuria, & vtraque grauiſsima, altera quod Chriſtus Dñs & D. Paulus in quo loquitur Chriſtus mendacij arguũtur: altera quod omniũ maximus propheta vt docet D. Tho. Eccleſiæ manibꝰ extorquetur, & rurſum quod Chriſtꝰ rurſum arguitur mẽdacij, qui dixit ꝓphetias de ſe cõtineri Pſalmis. Sed iã dictũ eſt Dominũ ipſum hũc Pſalmũ de ſe interpretatũ, & Apoſtolũ de ipſo Dño explanaſſe. D. HIE. in c.22. Matth. in illa verba, Congregatis autẽ Phariſæis cũ dixiſſet, Chriſtũ Dñm vocari in hoc Pſalmo à Dauide, de cuius ſanguine, ſecundũ naturã humanã, erat oriturus: Iudæi, ait, ad illudendã interrogationis veritatẽ, friuola multa cõfingũt, & ad Abrahã hunc Pſalmũ referunt, quod famulus Abrahæ, poſt partã victoriã ex quinque Regibus, dicat, dixiſſe Dominũ Dño ſuo Abrahæ, vt ſederet Abraham à dextris Dei, quos refellens Hieronymus interrogat quomodo de Abrahã dici poſſet: tecũ principiũ in die virtutis tuæ: & quo

modo dici poſſet, In ſplẽdoribus Sãctorum, & ex vtero ante luciferũ genui te. Et reſpondere, inquit HIERO. rogamus quomodo Abraham, ante luciferum genitus, quomodo fuerit Abraham ſacerdos in æternum. Conſentanea Euangelicis litteris, & his quæ interrogat D. Hieronymus reperies in commentarijs in Pſalmos, diſſentanea multũ in Pſalterio, neq; enim illud reperies, Tecũ principium in die virtutis tuæ, neq;, in ſplendoribus ſanctorum, neq;, ex vtero ante luciferum genui te, quibus refelluntur Iudæi, & Hæretici. An D. Hiero. ſecum ipſe pugnat, & ſua ſcripta ipſe refellit, varius eſt, è parũ ſibi cõſtat? cũ nũc Iudęos refellat & Hæreticos, nunc Iudęorũ cauſam agat, non pudet quenquam hęc dẽ tanto Diuo ſentire? Sed quæres fortaſſe quid Iudæi reſponderint D. Hieronymo. Neceſsitas ipſos Iudæos coegit mutatione punctorũ, aut vnius, duarum ve litterarum leui flexu hos omnes vitiare locos. Hic enim Iudæorum mos eſt, vt toto hoc opere apparebit, vt teſtimonia ſcripturæ, quibus ita premuntur, vt elabi non poſsint, ita vitient vt diximus, nã à veteribus illis eiſdem locis premebantur acriter, quibus oſtendimus à D. Hieronymo vrgeri. TERTVL. ſi quidem aduerſus Martionem lib. 5. cap. 17. & deinceps, Iudæos ait in explanatione huius Pſalmi ad id incumbere, vt à Chriſto Domino nos auocent, & Pſalmum de Rege Ezechia interpretentur friuolis quibuſdam rationibus. Audi primum quid dicat TERTVL. ad id incumbere Iudęos, vt à Chriſto Domino nos auocẽt, & tu tam auide Iudæorum petis interpretationes? & eiſdem locis Iudæos refellit, quibus D. Hieronymus: Iuſtinus in Dialogo aduerſus Tryphonẽ Iudęũ eadẽ ait, quę Hieronymus, & Tertullianus, neq; Ezechiã fuiſſe ſacerdotẽ neq; ſacerdotẽ in ęternũ, neq; ex Syon miſsiſſe virgam virtutis ſuæ, neque dominatum in medio inimicorum ſuorum, Soli Chriſto hæc congruere omnia qui ex Hieruſalem miſit, qui prædicarent gentibus Euangelium, vt dominaretur in medio inimicorum ſuorum, Dœmonum ſcilicet, & gentium Idololatrarum, & Soli Chriſto conuenire illud, ex vtero ante luciferũ genui te, quod eſt, inquit. idem cũ illo. Ecce virgo concipiet, EVSE. demonſtrationis Euangelicæ lib. 4. Demõſtratione. 15. Nulli hunc Pſalmum poſſe conuenire docet, niſi Chriſto ſoli, nullũ enim poſſe à Dauide Rege potẽtiſsimo, & prophetatã inſigni, dominũ appellari, niſi Chriſtum Deũ verũ & hominẽ verum. Nam quẽ alium Rex Iſrael appellare poſſet Dominum? Quis alius ſacerdos in æternum eſſe poſſet? & quis aſsideret è dextris Dei? & latius etiam hæc idem EVSE. lib. 5. demonſtrationis Euangelicæ demonſtratione. 3. Et AMBRO. in Apologia Dauid refellit Iudæos qui hunc Pſalmum de Solomone interpretantur, & Rhetores quidem inter argumenta malæ cauſæ hanc varietatem ponunt, quod reus nunc hæc dicat, nunc alia, neq; conſtet ſibi vnquam, ita Iudæi nunc ad Abraham referunt hunc Pſalmum, nunc ad Ezechiam, interim ad Solomonem, alij ad Dauidem, neque ſibi conſtãt. Age quæramus quid ſint facturi Iudæi, ita ne, vt noſtri veteres patres interpretabuntur locos huius Pſalmi quibus à noſtris arcte premuntur, & quibus ſuos à Iudaiſmo abduci vident ad Chriſtianiſmum traduci, ita interpretari non poſſunt, ne ſe iugulent, aliter non poſſunt, quod impediunt illa quæ illis opponit Hieronymus, & quæ illis obijciunt alij veteres. Vna ſola reliqua via eſt, vt eos vitient omnes, & ita non ſolum hos omnes locos, quibus ex hoc Pſalmo Iudæos premi videmus, ſed omnes ſcripturæ locos quibus eos ita videas vrgeri, vt elabi nullo modo poſsint, vitiatos deprehendas; aliqua Iudaica fraude, aut mutatione pũctorũ, aut varietate diſtinctionis, aut vnius, duarũ litterarũ flexu leui, qua fraude oẽs hos locos huius Pſalmi, quibus à veteribus Iudæi

dæi premebantur vitiatos deprehendes, alioqui, dilapſi eſſent Iudæi ex Synagogis ad Eccleſias; & à ſuis rabinis & ſcribis & Phariſeis diſceſsiſſent ad Eccleſiæ proceres & Magiſtratus. Sed age vtra magis Hieronymo digna ſunt quæ congruunt Hieronymi ſententiæ & eccleſiaſticæ, & omnium veterum qualia ſunt commentaria D. Hieronymi, an quæ hinc diſcrepant, & ſubuertunt D. Hieronymi, & aliorum veterum aduerſus Iudæos argumenta inſolubilia, & quæ dicenda ſunt alia ſublimiora quam quæ referant cœleſtia, quæ pandunt Chriſti myſteria; quæve humi repere dicenda ſunt alia, quam quæ degenerant ad terrena, ad Abraham, ad Ezechiam, ad Solomonem, ad Dauidem, pandere nanque viam ad has interpretationes videtur, ſed animaduerti iam olim quoſdam ita ſentire, illa D. Hieronymo digna eſſe, quæ Iudaicas ſententias refetunt, quæ non de ſuo ſcribit Hieronymus, vt ipſe Diuus centies teſtatur, vt fuſè diximus in huius operis Prolegomenis, quæ verò eccleſiaſtica ſunt, quæ ſola ſibi hic Diuus placere centies teſtatur, illa ſola D. Hieronymo indigna eſſe cenſentur.

Vtrum nouis quibuſdam tranſlationibus Iudæi & Hæretici refellantur, an potius Iudaiſmus & Hæreſes omnes in gradum reponantur quibuſdam nouis tranſlationibus quæ iam olim victæ iacebant, & noſtra omnia ſubuertantur prorſus, quibuſdam dico nouis tranſlationibus non omnibus, & in illis tātū locis, quibus noſtra infirmāt labefactant, in cæteris eas non damnò. Cap. XXVIII.

IAM illa eſt diſceptanda quęſtio vtrū nouis tranſlationibus iugulentur Hęreſes & Iudaiſmus, an noſtra potius illis iugulentur prorſus, iacentes hæreſes & Iudaiſmus, quæ iam olim victa iacebant, excitentur & in gradum reponātur, nec de omnibus tranſlationibus hoc dictū volo ſed de quibuſdam, & quia hæ omnes quęſtiones vnius problematis eſſe videantur, & eiſdem exemplis ſunt decidendæ intermiſcere eas neceſſe eſt. Hæc quæſtio tam eſt periculoſa, quā illa quæ olim fuit inter Ilienſes de equo Troiano quē nominant intra muros recipiendo, qui exitium vrbi inuexit, vt dicere hic commodè poſſes, Equo ne credite Teucri, proceres Eccleſiæ, & ſummi. R. P. Chriſtianę magiſtratus nouis quibuſdam Iudaicis tranſlationibus, ſi Rempublicam ſaluam vultis in Rempublicam Chriſtianam aditum intercludite: nec de omnibus hoc pronunciatum volo ſed de quibuſdā quæ Vulgatā eneruant & Apoſtolica & Euāgelica. Et in his tātū locis quibus hæc faciūt in cæteris nō itē. Me ſolū eſſe qui clamē, aiūt, reliquos omnes viros doctiſsimos vniuerſæ Chriſtianæ. R. P. non ſolū tacere, ſed ſummis laudidus eas tranſlationes in cœlū ferre; quas ego ſubiectis flāmis vrendas vociferer, nemo ſibi perſuadeat huius rei me eſſe authorem, veteres Patres iam inde ab ipſis initijs Eccleſiæ ſanctæ, tanquam ex æditiſsima ſpecula voces mittunt, & nos huius mali admonent, nē quiſquam credat mē hoc primū vidiſſe. Tertullianus de pręſcriptionibus ca. 14. & 15. prodit Iudæos & Hæreticos quod ſubuertere noſtrā religionē velint, duobus modis noſtrā ſcripturā corrūpere manu & interpretatione, manu corrumpitur ſcriptura varia diſtinctione, mutatione punctorum, vnius, duarumve litterarum leui flexu, addicione, aut detractione vnius litterulę, aut duarum ſimilibuſq; Interpretatione verò corrumpitur ſcriptura, cum ſenſus, qui de Chriſto eſt, fraude Iudaica alio deflectitur. IVSTINVS aduerſus Tryphonem eoſdē hos duos pręſcribit Canones, quib' fraudes Iudaicas agnoſcamus, & Athana. aduerſus Iudæos eadē teſtatur, ſed hęc ſecūdo hui' operis libro fuſius exequemur, inter

me & veteres hoc intereſt, quod veteres arguebant Iudæos quod auderent tantum in ſcripturam, & in ſe admittere flagitium, ego vetera repręſento, & in vnũ quendam locum colligo, & cuncta ſimul omnium oculis ſubijcio, & non Iudæos, ſed quoſdam homines reos facio quod tanta impientiſsimorum Iudæorũ flagitia in Eccleſiam ſanctã inducere audeant veriſsima eſſe teſtentur, & non flagitia, & ſi decẽ aut viginti locos ſcripturæ vitiatos à Iudæis in Eccleſiam inducerent ferendũ non erat; omnes ferè locos Prophetarũ de Chriſto, & Chriſti myſterijs vitiatos aliqua Iudaica fraude in Chriſtianã R. P. introducere tantum eſt flagitiũ quantũ verbis explicare nemo poſſet. Adde quod veterũ Patrum omnium ſcripta conuellunt omnẽ ſcripturę ſanctæ interpretationem, tã Græcè ſcriptam quam Latine, & quicquid veteres Patres aduerſus Iudæos & Hæreticos ſcriptum reliquere, vt appareat nouis tranſlationibus quibuſdam non labefactari noſtra, ſed ſubrui prorſus, Iudaiſmum iacentem erigi, & in gradum reponi, Hęreſes victas alleuari ſolo, & excitari ita vt vigeant multo plus quam antea. Age ex hoc Pſalmo centeſimo nono exempla petamus, Lege HIERO. in illa verba Matthæi cap. 22. Congregatis autem Phariſæis, & expende locos illos, quibus D. Hieronymus refellit Iudæos. Tecum principium in die virtutis tuæ, & in ſplendoribus ſanctorum, & ex vtero ante Luciferum genui te. Horũ ſingula in nouis quibuſdam tranſlationibus quærito, certè non comparebunt. Atqui his ſingulis, ita Iudæi à D. Hieronymo vrgebantur, vt quo ſe verterent Iudæi non haberent qui hęc vincula ſoluit, quibus conſtricti tenebantur Iudęi, non planũ eſt leuare Iudæos, & eos vinculis eximere, Eccleſiæ ſanctæ adimere arma hæc, ne amplius poſsit his aduerſus Iudæos pugnare. Certè inquies, illud non vitiauere Iudæi, quod D. Paulus citat, & D. Hieronymo & alijs veteribus Patribus ſemper eſt in ore: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinẽ Melchiſedech, profecto nec illud reliquere intactum. Leges enim in theſauro pagnini in dictione, Chohem, quo referant Iudæi hunc huius Pſalmi verſiculum, & Melchiſedech pro duabus vocibus interpretantur, Melchi, Sedech, vt ſit Melchi, pro Melech. i. Rex, & Sedech, iuſtitia, Rex iuſtitiæ, id eſt Dauid, & vt hoc ſuis ſignificent virgula interiecta ſcribunt, Melchi-ſedech, vt admoneantur qui has notulas intelligunt duas eſſe dictiones, non nomen proprium. Nomina, inquiunt, propria compoſita ex duobus integris ſic ſcribi ſolent, virgula illa interiecta, vt Beth-lehem, faciunt hoc Iudæi, vt arbitros poſsint fallere. Chryſoſtomus tomo. 5. in oratione. 4. aduerſus Iudæos, Iudæos refellit his eiſdem locis, quibus illos refellit Hieronymus, & Iuſtinus aduerſus Tryphonem, & Euſebius, & Origenes in cap. 22. Matthæi tractatu. 23. & reliqui veteres, ſublatis his locis è quibuſdam nouis tranſlationibus, erit ne locus in hoc Pſalmo, quo Iudæi premi poſsint, ſupererunt ne Eccleſiæ ex hoc Pſalmo arma quibus Iudæos ita premat vt eos iugulet, & conſtrictos in vinculis teneat? non ſanè. Ergo iuuantur Iudæi his nouis tranſlationibus, noſtris arma adimuntur, ſed confeſſa res erat, interpretationes petitas ex Iudæorum ſcriptis Iudæis opitulaturas, videamus an Hæreticos quoque iuuent hæ nouæ interpretationes, quanquam in hac re non longa probatione eſt opus, cum teſtatiſsimum ſit ſcriptis veterum Hæreticos Iudæorum eſſe germanos fratres. Sed age de Hæreticis quoque pauca dicamus. AMBRO. in Apologia Dauid toto hoc Pſalmo Hæreticos Arianos refellit, & Fotinianos, & Sabellianos, illis eiſdem locis quibus refelluntur Iudæi, vitiatis illis locis fraude Iudaica, quæro an non elabantur Hæretici? doctores Eccleſiæ ſacræ non fiant ridiculi, qui falſa citarint, vt imperitè omnia interpretati

eſſe

eſſe dicãtur? Athanaſius de proprijs perſonis ſanctiſsimę Trinitatis refellit Arianos ex illo verſiculo, ex vtero ante Luciferum genui te, & idem Athanaſius in hoc dictũ, ex Deo Deus eſt, Arianos refellit eodem illo verſiculo ex vtero ante Luciferũ genui te, & titulo Pſal.9. ſuper occultis filij, & ex illis verbis ſolis ante luciferum, conſule nouos quoſdam interpretes, hæc omnia ex oculis euanuiſſe deprehendes. Denique quicquid AVGV. AMBRO. CYPRIA. EVSE. ORI. & alij veteres ex hoc Pſalmo aduerſus Hæreticos & Iudæos citant, mutatum deprehendes, ita vt neque quicquã habeant virium aduerſus Iudæos & Hereticos, neque ſit reliquum Eccleſiæ quidquam quo illos premat, neque ſit quidquam in hoc Pſalmo quo Iudęis & Hæreticis amplius negotium faceſſat. Certè AVGV. de ciuitate Dei lib.17. ca. 17. verba huius Pſalmi ait tam clara eſſe de Chriſto, vt non ſolum infideliter, & infœliciter, ſed etiam impudenter negẽtur. Et infra, Quis ambigere permittitur de quo iſta dicantur? Atqui, ô magne Diue noſtris temporibus ita omnia ſunt praua interpretatione aliò deflexa, vt niſi Spiritus ſancti gratia adſit, Chriſto de ſe interpretando hunc Pſalmum non habeatur fides, Synagogæ hæc verba poſſent videri quæ à quibuſdam dicuntur, quæ gaudio elata, quod omnia à ſuis Rabinis, & Phariſæis ita diligenter vitiata videret, vt locum Chriſtianis nullum reliquum videret quo ſua defenderent, aut ſe tuerentur, illæ voces funderentur his nouis Tranſlationibus quibus, nihil locũ reliquum eſſet noſtris nõ habere nos quidquam quod dicamus, nã Hæreticos nos nominat Synagogã, & certè his nouis tranſlationibus nihil nobis reliquum eſt quo nitamur, quo Iudæos aut Hæreticos refellamus, quo noſtra probemus, nam quæ de Chriſto & Chriſti myſterijs interpretantur Iudæi, nõ de noſtro Chriſto interpretantur, ſed de ſuo Chriſto quem expectant, qui Antichriſtus eſt & ſi de noſtro Chriſto interpretantur, & de Apoſtolis contextus ſcripturæ interpretatione Iudaica ita concinnatus eſt, vt Iudaica potius ſonet quam noſtra, vt inde nos facile reuincere poſsit Iudæus ſi nouis interpretationibus, quod Deus non ſinet, authoritas & põdus acceſſerit.

Ex Pſalmo ſeptuageſimo primo vera oſtenduntur quæ dicta ſunt de nouis tranſlationibus quibuſdam, non enim de omnibus dico quod noſtra ſubuertant prorſus, Hæreſes contra & Iudaiſmum cõſtabiliant, & in gradum reponant in quibuſdam earum locis, & de collatione commentariorum D. Hieronymi in Pſalmos, & Pſalterij. Cap. XXIX.

QVod veteres hunc Pſalmum. 71. Deus iudicium tuũ Regi da coniungunt cũ Pſal. 109. Dixit Dominus Domino meo, quod in vtroq; Chriſti diuinitas reueletur planè & apertè, viſum eſt ex hoc quoque Pſalmo Iudaicas fraudes commonſtrare, & verba inſidioſa quorũdam qui profitentur nouis tranſlationibus Hæreſes, & Iudaica iugulari, noſtra defendi, ita vt Hæretici, noſtris rebus nullum faceſſere negotiũ poſsint, cum res ipſa contraria indicet, quod nouis tranſlationibus in quibuſdã earũ locis noſtra prorſus euãt ſubruantur, Hęreſes cõſtabiliãtur, & Iudaiſmus & vt hoc appareat, veterũ ſententias de hoc Pſalmo paucis accipe. Primum omniũ HIERONY. ad Ruffinum de Iudicio Solomonis. Nulla dubitatio eſt, inquit, quod Pſalmus. 71. qui titulo Solomonis inſcribitur, Solomoni mortuo non conueniat, ſed Chriſti cõueniat maieſtati, neq; quidquam amplius addit D. HIERO. quod res ſit tã perſpicua, & plana, vt expoſitore nõ egeat. Idẽ tñ HIERO. in cap. 11. Danielis, in illud. Et ſtabat in loco eius deſpectus. In Pſalmo in-

 quit.

quit. 71. quę dicuntur, Solomoni non valent conuenire, nec enim permanſit ille cum Sole, & ante Lunam in generatione & generationem, neque dominatus eſt à mari vſq; ad mare, & flumine vſq; ad terminos orbis terrarũ, neq; omnes gentes ſeruiunt ei, neq; ante Solé permanſit nomen eius, nec benedictæ ſunt in ipſo omnes tribus terræ, neq; omnes gentes magnificauerũt eum. Et AVGV. de vnitate Eccleſiæ libro vno, cap. 8. ſcripſit hunc Pſalmũ de Chriſto eſſe dictum inuictiſsimè contra Iudęos defendi, & nullum Chriſtianum hoc negare, talia enim hoc Pſalmo eſſe dicta, vt dubitari nó poſſit, quin ad Chriſtũ pertineant, ſi roges quæ? népe illa. Et permanebit cũ Sole & ante Luná, in generatione & generationé, & infra. Sit nomen eius benedictum in ſęcula, ante Solem permanet nomen eius, quæ de nullo alio quam de Rege ſempiterno Chriſto Domino dicere poſſes. AMBRO. quoq; in Apologia Dauid idem ait. IVSTI. aduerſus Tryphonem Iudęum planè & apertè hunc Pſalmum de Rege ſempiterno dictũ putat, quod vt probet nihil aliud quàm ipſa Pſalmi verba recitat vt fecerat Hieronymus, & Ambroſius, & tam plána putant, vt interpretatione non arbitrentur egere. EVSE. demonſtrationis Euangelicæ lib. 7. demonſtratione. 8. & ipſa verba huius Pſalmi recitare contentus eſt. Permanet cum Sole, & ante Lunam, & infra, Ante Solem permanet nomen eius, quæ verba non conueniunt niſi Chriſto, huius enim, inquit EVSE. regale ſolium permanet cum Sole, hic ante Lunam, & ante mundi conſtitutioné erat. TERTVLLIA. lib. 5. aduerſus Martionem cap. 18. oſtendit hunc Pſalmũ Chriſto Domino ſoli poſſe conuenire, cuius nomen, inquit, æternum, niſi Chriſti? Ante ſolem permanet nomen eius, inquit Propheta. Quæro cùm veteres Iudæis proponerent hęc verba quæ diximus, cum ſole permanet nomen eius, & ante Lunam in generatione & generationem, & orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis donec auferatur Luna. Et infra. Ante ſolem permanet nomen eius, ſit nomen eius benedictum in ſęcula, quibus Chriſti diuinitas planè & apertè etiam cœcis declaratur, quid facerent? quid reſponderent? ſi tacerent, diſcederent multi Iudęorum, & confugerent ad Eccleſias, neceſſe habuere confugere ad fraudes, & hos locos tam planos vitiauere manu, quod aliter elabi non poterant, neque in Synagogis ſuos retinere Iudæos melius multoque melius fuiſſet tranſire ad Chriſtianiſmum, ſi tamen in perfidia ſua perdurare vellent, quo cõfugerent non habeabnt niſi ad fraudes Iudaicas.

Permanebit cũ Sole & ante Lunam in generatione & generationem. Cap. XXX.

ET pro verſiculo illo. Permanebit cum Sole & ante Lunam in generatione & generationem, poſuere mutato verbo, timebunt te dum Sol & Luna lucebunt in omne æuum, vt ad Deum Patrem hæc verba referantur, non ad Chriſtum Dominum, & vt Chriſto auferretur diuinitas, cum ſanctis Patribus congruunt commentaria D. Hieronymi in Pſalmos, Pſalterium non congruit, vt commentaria magis redoleant D. Hieronymi doctrinam quam Pſalterium, mutato verbo vno & praua interpretatione hunc locum peruertere, vt poſtea dicendum eſt, & quærendum erat, cur Iudæi olim ſanctis Patribus nunquam reſponderint ea quæ noſtris temporibus reſpondent, ſed alia quæ poſtea ſunt commenti, vitiabant ſcripturam, vt eorum poſteri vitiata ſcriptura ſe tuerentur, quod noſtra tempeſtate faciunt.

Deſcendit ſicut pluuia in vellus. Cap. XXXI.

DEſcendit ſicut pluuia in vellus, quod AMBRO. de Natali Domini ſermone. 13. De aduentu Domini occulto

culto interpretatur, quem ſignificaſſe ait Gedeonis vellus, & quod ita latenter ſaluator deſcenſurus eſſet in Virginem, vt pluuia in vellus deſcendit. Quid enim tam ſilenter, & ſine ſtrepitu fit, quã caſſus pluuiæ in vellus? TERTVLLIA. deſcenſum Dei de cœlo in carnem, placidum & inſenſibilem his verbis deſcriptum ait. Eodem modo interpretatur EVSE. IVSTINVS, & alij omnes, & declaratam diuinitatem Chriſti, his verbis docent: cùm dicat Propheta, deſcendit, Cœlo ſcilicet, & CHRYSOS. in illud Pſalmi. 50. Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Multa diuinitus in hunc locum dicit, & infra etiam homelia propria in hunc locum. Iudæi hũc locum & ſequentes omnes peruerſa interpretatione corrumpunt, & Chriſto diuinitatem detrahunt. Aiunt enim Iudæi bene precari Solomoni venienti, vt fauſtus eius ſit aduentus, vt fauſtus & lætus aduentus, eſt pluuiæ in prata deſecta, mutant enim ſcripturam vt eam à Chriſto auertant, & ad Solomonem conuertant.

Orietur in diebus eius iuſtitia, donec auferatur Luna. Cap. XXXII.

ORietur in diebus eius iuſtitia donec auferatur Luna, Quod ad Chriſtum ſolum referri poteſt Iudæi precationẽ fauſtam Solomoni eſſe aiunt, & modo precantis dictum affirmant. Nec iuuat dicere eos vertere futuro tempore, vt noſtri, ſuis enim canunt, & dicunt Hebræos tantum habere modum indicatiui & eo vti pro optatiuo & ſubiũctiuo. VATABL. apertè loquitur & ſi ferantur, alij alijs planius & apertius loquantur.

Adorabunt eum omnes Reges terræ, &c. Cap. XXXIII.

AVguſtinus in oratione contra Iudæos, & Paganos, & Arianos illo verſiculo pugnat. Adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes ſeruient ei, Quod ipſe & omnes veteres, quos citaui negant de alio quopiam dici poſſe, quam de Chriſto Domino, quod nulli alij poſſet conuenire, ipſi mutant tranſlationem & interpretationem, nam pro adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes ſeruient ei, legunt. Adorent eum omnes Reges terræ, omnes gentes ſeruiant ei, vt auertant à Chriſto prophetiam & ad Salomonem conuertant, vt non ſit de Chriſto prophetia ſed ſit precatio fauſta facta Solomoni venienti, & regno eius, vt ſignificat in ſuis commentarijs Vatablus vno verbo. Nam quod alij ex hoc hominum genere in futuro indicatiuo hæc dicunt, idem intellige quod in ſuperiore annotatione dictum eſt, idem etiam intellige in ſequentibus: quod futurum ait valet pro optatiuo. Auguſtinus Epiſtola. 80. ad AEſychium de Chriſto in Solomonis figura prophetatum ait.

Dominabitur à mari vſq. ad mare &c. Cap. XXXIIII.

DOminabitur à mari vſque ad mare, & à flumine vſq; ad terminos orbis terrarum, quæ verba ſoli Chriſto conuenire poſſunt, nulli præterea, vt docet. D. Auguſtinus in hunc Pſalmum, & omnes veteres mutatione vnius temporis eluduntur noſtra omnia, eluduntur & omnes veteres Patres. Non legunt dominabitur, ſed dominetur, imperitet à mari vſque ad mare. Nã & dominabitur aiunt, id eſt dominetur, vt ſit precatio, non prophetia, & bona quędam populi ominatio, qua Regi Solomoni bene precatur. Nam quæ de Regibus Magis, planè & apertè dicta ſunt interpretatione falſa eluduntur. Reges Tharſis & inſulę, &c. precationes fauſtas quæ fiunt Solomoni eſſe aiũt, non prophetias. Aduertis quam facile omnia vitient, omnia noſtra ſubuertant, vt nihil Eccleſiæ contra Iudæos & Hæreticos relinquant?

Sit nomen eius benedictum in ſæcula &c. Cap. XXXV.

PRO, ſit nomen eius benedictum in ſęcula, quod ſoli Chriſto conuenit, & nulli præterea mortalium, legunt ipſi nomen eius perpetuo celebre erit, quod Ariſtoteli & Platoni poſſet congruere, non ſolum Solomoni: peruerſa ergo interpretatione, tantum peruertunt prophetiam, nec tantum impune auferunt, ſed etiam ex Eccleſia inſignes referunt triumphos.

Ante ſolem permanet nomen eius &c. Cap. XXXVI.

ANte ſolem permanent nomen eius, quod Chriſto ſoli conuenit, legunt, dum Sol luxerit, propagabitur nomen eius, mutata vna litterula & peruerſa interpretatione vitiata ſcriptura, vt quod de ſolo Chriſto Deo dici poteterat, de Romulo etiam dici poſſet, his omnibus ſupradictis Chriſti diuinitas nobis eſt reuelata planè & apertè, quibus vitiatis Chriſto diuinitas aufertur, & ſiccis oculis Chriſto diuinitatē ablatam leguńt quidam, quin huiuſmodi ſcripta quidam in oculis ferunt & admirantur & eam omni conatu defendunt.

Benedicentur in eo omnes tribus terræ, &c. Cap. XXXVII.

PR O, benedicentur in eo omnes tribus terræ, vertunt, beatos ſe cenſebunt in eo cunctę gētes, quo eludatur interpretatio Pauli tacite: in ſemine eius benedicentur, &c. idque contra omne ius & æquum. Ergo hæc tot verbis à nobis dicta ſunt, vt qui volet, oculis cernat, & præhendat manibus inſidioſiſſima verba fuiſſe eius qui profeſſus eſt nouis interpretationibus Iudaica & Heretica refutari, ita vt omnibus obturetur os. Contra hoc totum factū reperies noſtra ruunt omnia, nihil reliquum ſit Eccleſiæ in hoc Pſalmo aut alijs quod dicere queas aduerſus Iudæos & Hæreticos. Iudæi & Hæretici qui iacebant victi iam olim, tranſlatione Iudaica excitantur, cōſtabiliūtur, priſtinas vires recuperant, atque adeo multo maiores: Nā vatablus nos admonet, etiam ſi alij futuro tempore hæc vertant, dominabitur à mari vſq; ad mare, adorabunt eum omnes Reges terræ, pro dominetur, adorent, eſſe poſita; quod Hebraicè, hæc tempora pro modo & tempore precandi ſint poſita, nec enim Hebraicè alia ſint tempora optandi, ergo Lxx viri. 300. annis ante Domini aduentum & D. Hiero. errarunt. Iā ſi ATHA. in oratione. 2. aduerſus Arianos pro ſe citat illos duos locos, ex hoc Pſalmo. Ante ſolem permanet nomen eius, & ante Lunam in ſęcula ſęculorū, cachinos mouebit, Iudæis & Hæreticis, nihil tale his nouis tranſlationibus legetur, omnes Patres quotquot teſtimonijs huius Pſalmi aduerſus Iudæos & Hæreticos vtuntur, erunt deriſui, contra omne ius & ęquum Eccleſia ſancta quibuſdam hominibus, tacite iam nunc riſum mouet. Si hæ nouæ tranſlationes quędā reciperentur, quod Deus auertet, ſed reprimam me, quod cor mihi dolet, dum hæc tacitus mecum cogito?

Reſponſio ad obiectationem quæ mihi fit, quod D. Hieronymus in Epiſtola ad Principiam Virginem, ſuum citet Pſalterium, & ex Pſalmo. 44. oſtenditur nouas quaſdam tranſlationes in quibuſdam earum locis huc ſpectare, vt noſtra omnia ſubuertant, Eccleſiæ ſanctæ arma adimant, omnia Iudaica & Hæretica confirment, & conſtabiliant. Cap. XXXVIII.

IAm reſpondendum eſt cuidam qui ex epiſtola. D. Hieronymi ad Principiam, hoc eſſe Pſalteriū contendit, quod à D.

à D. Hieronymo tranſlatum eſt, ibi, inquiens, à D. Hieronymo citatur hoc Pſalterium tanquam ab ipſo Diuo æditum, quod tu negas, aut à Hieronymo, aut à quopiam ex veteribus eſſe citatum, quaſi vero tranſlationes ad verbum factæ, etiam ſi à diuerſis ſint æditę, non congruāt in quibuſdā, quod in tranſlationibus Homeri & aliorum Poetarum ad verbum factis videre facile eſt. Sed age certum eſt te tuo gladio iugulari, cōferamus quę citat hic Diuus ex Pſalmis in hac Epiſtola ad Principiā virginem cum Pſalterio D. Hieronymi, vt intelligas, ea toto cœlo diſtare, nec mirabile eſſe, vt dixi, ſi in quibuſdam congruant. Mitto illud, Accingere gladio tuo ſuper femur tuum fortiſsimè, aut potētiſsime, vbi in Pſalterio D. Hieronymi pronomen illud, tuum, non eſt, in illo, Propter veritatem & manſuetudinem iuſtitiæ, deducet te mirabiliter dextera tua, quod in Hebraico D. Hieronymus eſſe ait, Pſalterium quod ſub nomine D. Hieronymi circūfertur præfert. Propter verbum veritatis & manſuetudinem iuſtitiæ, & docebit te terribilia dextera tua, & illud quod in eadem Epiſtola eſſe ait in Hebraico. Thronus tuus Deus in ſæculum ſęculi, ſceptrum ęquitatis, &c. In Pſalterio legim⁹, Thronus tuus Deus in ſæculum & in æternū, ſceptrum æquitatis, &c. Et addit Diuus Hieronymus in illo. Propterea vnxit te Deus Deus tuus, ſe vertiſſe. Vnxit te Dee Deus tuus, vt appareret duas perſonas ſic ſignificari, quod etiam Iudæi tranſlatores expreſſere. Pſalterium nihil tale præfert, ſed vnxit te Deus Deus tuus, & infra in Hebraico eſſe ait. Myrrha & ſtacte, & caſia, in cunctis veſtimentis tuis, de domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiæ Regum in honore tuo, alia diſtinctione Pſalterium. Myrrha, & ſtacte, & caſia in cunctis veſtimētis tuis de domibus eburneis, quibus lętificauerunt te, & poſtea alio principio. Filiæ Regum in honore tuo. Ergo Epiſtola ad Principiam D. Hieronymi vos & veſtra iugulat quod tranſlationes ad verbum factæ, etiam ſi à diuerſis æditæ, in multis congruant neceſſe eſt, hoc ſolo diſtant, plærumque, quod alia ab alijs aliter intellecta vertuntur.

Ex hoc eodem Pſalmo monſtratur nóuas tranſlationes iugulare Chriſtianiſmum, hæreſes & Iudaiſmum iacentes erigere, contra quam ipſi in librorum ſuorum Prologis teſtantur. Cap. XXXIX.

RES ipſa poſtulat vt quando hoc Pſalmo hi qui tuētur Iudaicas interpretationes oppugnare noſtra conātur, eodem Pſalmo eos reuincamus, & quidem ORIG. contra Celſum lib. 6. hunc Pſalmum tam prauè diſtractum ait, per interpretes, vt de Ieſu nihil videatur prædixiſſe, vt appareat etiam à temporibus Origenis ſolitos Iudęos vitiare ſcripturas. En hic Pſalmus quem omnes veteres de his qui tranſeunt ad legem nouam, Euangelicam interpretantur, & de dilecto Filio Dei, & eius diuinitate, de duab⁹ perſonis diuinis Patre & Filio, de Eccleſia ſancta, Iudæi ad Salomonem referūt, & ad eius vxorem filiam Regis Ægypti, vt ſit canticum Amorum, & Encomiū Regis Solomonis, & eius cōiugis. Typum inquiunt eſſe Chriſti Domini, & eius Eccleſię, ſic decipiunt noſtros, quod typicè aiunt de Chriſto declarari, litteraliter nihil prorſus, aut quā pauciſsima, vt fallant, vt non deprehendantur, & poſt eadem ratione Apoſtolos diſcipulos Domini, & Chriſti myſteria crepāt, & ſenſum litteralem ſenſum Iudaicum faciunt, vt ſenſus litteralis in Eccleſia non ſit. Age ergo, quam breuiſſimè potero perſequar Iudaicas fraudes, quibus effectū eſt, vt hic Pſalmus tàm prauè diſtractus ſit, vt ait ORIG. vt de Ieſu Domino nihil prorſus prædixiſſe videatur.

Titulus Pſalmi. 44. explanatur.
Cap. XL.

PRimum omnium ORIG. contra Celſum libro primo, Pſalmũ hunc inſcribi ait de dilecto, qui dicitur hoc loco Deus. ATHA. in oratione contra Arianos, in illo ex Deo Deus, refellit Arianos hoc titulo, Canticum pro dilecto, cum ille dilectus dicatur hoc Pſalmo Deus. Et AVGVS. aduerſus Iudæos cap. 4. hoc titulo etiam pro dilecto, quo apertiſsimè Chriſtum oſtẽdi ait, Iudęos vehementer vrget. Quid faciant Phariſæi, ne populus Iudęorum abducatur ab eorum Synagogis? confugiunt ad ſuas fraudes, mutatione duarum litterarum eludunt noſtra, vt pro Iedidia, ideſt, dilecto. Hic eſt filius meus dilectus: ſcribant Iedidot, ideſt, pro amoribus, vt ſit Pſalmus amatorius, neque in ſuis libris tantum hæc audent, ſed per quoſdam alios noſtra corrumpunt, in Hieronymi Cõmentarijs ſcribendum curarũt Iedidot, in plæriſque locis, quanquam in alijs legitur Iedidia, Ita ex cantico dilecti filij Dei factum eſt canticum amatoriũ Solomonis, & eius coniugis, & eluduntur argumenta veterum, quibus Iudæos premebant, & Hęreticos, Iudęi defendũtur & Hæretici, noſtra ſubuertuntur, eripiuntur Eccleſię Arma, quibus Iudæos premebant, negant enim canticum eſſe pro dilecto filio Dei, ſed canticum amatorium Solomonis.

Explanatur altera pars tituli Pſal. 44
Cap. XLI.

IDem AVGVS. eadem oratione Iudæos cap. 3. Et deinceps refellit quoq; Iudæos illa parte huius Pſalmi pro his qui immutãtur, & ATHA. cõtra Arianos, in illud ex Deo Deus, refellit Arianos hac parte tituli pro rebus mutandis ex veteri ſcilicet teſtamento in nouum, & alijs locis. Quid agerent Iudæi cùm interrogabantur à noſtris quęnam hęc eſſet futura rerum mutatio? neq; enim poterant reſpondere, addita vna littera retinent ſuos in ſuis Synagogis, & eludunt noſtra. Olim namque conſonantes tantum ſcribi ſolebant Hebraicè, vt ſecundo huius operis libro monſtrandum eſt: pro ſunim, ideſt, pro mutandis vel ſecundandis, ideſt, pro tranſeũtibus ad ſecundum teſtamentum ſcriptum erat, ſ n m, & legebant ſunim, addidere litterã vnã geminato, ſ. ſcilicet, vt ſcriberent, ſ ſ n m, & legere Soſanim, ideſt, pro lilijs, & floribus amatorijs, nam pro arbitrio lectoris addebãtur vocales, vt nos docet D. Hierunymus, quod poſtea dicẽdum eſt, ita myſterium mutandorum in legem nouam in flores & lilia nuptiarũ eſt commutatum vnius litterulę additione, quod diximus ex veteribus Patribus Iudæos facere ſolitos fuiſſe. At D. Hieronymus illum titulum pro lilijs ad rem noſtram refert, ita eſt, ſed illa rident Iudæi, veterem lectionem non poterant ridere & vetus lectio non eſt amittenda manibus.

De principio Pſalmi, quo defenduntur Iudæi & hæretici nouis interpretationibus. Cap. XLII.

IAm ſequentia, interpretatione praua, vt veterum verbis vtar, vitiant Iudęi, Eructauit cor meum verbum bonũ. GREGO. Nazianzenus de fide, Eructauit cor meum verbum bonum, hoc eſt filium Dei, inquit, de paterno pectore, quem Regem appellat, quia Rex Regũ eſt, & Dominus Dominantium. AMBRO. de fide, lib. 2. cap. 1. refellit Arianos, qui negabant Dei filium eſſe bonũ, hoc verſiculo, Eructauit cor meum verbum bonum. Bonum ergo verbum eſt inquit, de quo ſcriptum eſt. Et verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, & de fide Orthodoxa contra Arianos cap. 2. Propheta ex voce Dei, Eructauit, ait, cor meum verbum bonũ: vides hoc verbum bonum Filium Dei eſſe, inquit AMBRO. non aliunde niſi de paterno pectore?

pectore? ORIG. Homelia ſecunda in diuerſos, Propheta, inquit, perſonam Patris introducens, ait, Eructauit cor meũ verbum bonum, ideſt, Genuit Filium, genuit verbum, Iudæi Arianos noſtrorum manibus liberant, ſacros horũ verborum ſenſus alio deflectunt non vt verba Dei Patris accipiunt, quod noſtri aiunt, ſed ipſius Prophetæ, & verbum bonum, bona carmina, in laudem Solomonis, & eius coniugis interpretantur. Et ſic παρερμηνείαν, ideſt, peruerſa interpretatione vt appellabant veteres hũc Pſalmi locum vitiant.

Specie tua & pulchritudine tua &c. Cap. XLIII.

SEd aiunt illud certè. Specie tua & pulchritudine tua intẽde proſperè procede & regna, quod in Horis ſacræ virginis aliarum ſanctarũ, & ſacris myſterijs, quæ illis diebus fiunt in ore eſt vniuerſę Eccleſiæ iam inde vſq; ab ipſis eius initijs Hebraicè nõ eſt, vel ipſo Hieronymo teſte in hac Epiſtola ad Principiam virginem. Nõ negat Hieronymus eſſe, Hebraicè, eſt enim Hebraicè: Specie tua & pulchritudine tua, intẽde proſpere, procede, & regna, negat eſſe ita diſpũctum, & planum eſt, Iudæos varia diſpũctione, & diſtinctione vti in plæriſque, Lxx viri diſtingunt orationes conueniẽter Chriſti myſterijs, & vtuntur in plæriſque diſtinctione longè diuerſa quam Hebræi, vt nos docet ipſe Diuus, qua de re poſtea dicendum eſt latius. Certè Eccleſiæ ſanctæ precatio lectioni Hebrææ eſt conſentanea, tantum diſtinctione diſtat, & duarum litterarum additione, & vnius verbi mutatione. Sed de hac re poſtea dicendum eſt.

Thronus tuus Deus in ſæculum ſæculi &c. XLIIII.

ILlud, thronus tuus Deus in ſæculum ſæculi, quod D. Paulus ad Hebræos cap. 1. de Filio Dei interpretatur, Iudæus ille adductus in anguſtum locũ ab Origene dicebat factam Apoſtrophem ad Deum hoc loco eſſe, quod regnum Dei eſſet ſempiternũ, quaſi verò illic ſermo de Deo eſſe poſsit, ſed de ſolo filio Dei, alij Solomonem aiũt appellari hic Deũ vt Prophetas faciant tam impios quam idololatras, qui ſuos Imperatores Deos nominabant. Nanque erit ille mihi ſemper Deus. Neceſſe autem eſt non ſolum ex authoritate Pauli hæc ad Filium Dei referre, ſed etiam ex ipſa conſequentia rerum, nam cùm de dilecto hic ſermo ſit, & ad dilectum verba Patris fiant, cũ ſequatur thronus tuus Deus in æternũ dilectus hic, Deus in ęternũ dicatur neceſſe eſt, ſed ſatis nobis eſſe deberet D. Pauli authoritas, & cui Pauli authoritas ſatis non eſt, Chriſtianus non eſt. Sequitur. Vnxit te Deus Deus tuus oleo exultationis: AVG. contra Maximinũ Arianum libro primo hoc verſiculo eum refellit; & probat duas perſonas diuinas eſſe, & rurſum libro tertio, contra eundem, eodem verſiculo docet duas diuinas eſſe perſonas Patrem vngentem, & filium vnctum. AMBRO. de fide libro primo ca. 2. Habes, inquit, in Pſalmo. 44 Deum Patrem & Deum filium declaratũ, Ait enim. Vnxit te Deus Deus tuus, Deus eſt qui vnxit, & Deus eſt qui ſecũdum carnem vngitur Dei filius. HILA. de Trinitate libro. 4. hunc locum fuſiſſimè & diuinitus explanat de Deo Patre vngẽte, & de Deo filio vncto, & de Trinitate libro. 11. Vngitur, inquiens, Deus à Deo ſuo prę conſortibus ſuis ſecũdũ humanitatem. ORIG. contra Celſum libro primo. Deus vnxit, inquit, & Deus vngitur ſecũdum naturam humanam. ATHA. de vnito nomine ſanctiſsimæ Trinitatis. Vnxit te Deus Deus, inquit, Ecce Deum & Deum non tamen pluraliter Deos inuenies dictos; & in Oratione. 2. contra Arianos mirabiliter eos refellit hoc loco. Thronus tuus Deus, & illo, Vnxit te Deus Deus tuus. IRE. lib. 3. cap. 6. hoc verſiculo duas perſonas

diuinas

diuinas probat,idq́; ſatis fuſè, & TERTVL. libro aduerſus Praxeam capit.9. vtitur his verſiculis, vt Praxeam refellat, & duas perſonas diuinas probet. Additque poſtremò. Hęc aut nega ſcripta,aut quis es tu, vt non putes accipienda quemadmodum ſcripta ſunt? Diuus HIERO. in Epiſtola ad Principiam,mutuatus ex Euſebio Aquilam Iudæum vertiſſe ait caſu vocandi illud.Thronus tuus Dee, ſeu, vnxit te Dee Deus tuus, & ſe quoque ita vertiſſe, vt appareret duas perſonas diuinas hic declarari. Chryſoſtomus,THEOPHY.Oecumenius in Epiſtolam ad Hebræos, & alij omnes veteres ita hunc locum interpretantur, Iudæi hos veteres, & reliquos omnes, qui ita interpretantur eludunt cum hæc interpretantur de Solomone contra D. Paulum, ſed ita ſe defendunt, vt dicant typice de Chriſto,ſic enim verba dant noſtris. Alius vt pro Arianis & Iudæis cauſam diceret ita vertit. Vnxit te Deus tuus,vt dirimeret hanc litem,& ad Solomonem referret contra. Diuum Paulū qui reddidit. Vnxit te Deus Deus tuus,contra omnes veteres, contra D. Hieronymum,qui vt magis plane hunc locum transferret, vertit, Vnxit te Dee Deus tuus,contra lectionē Hebræā quæ præfert, Vnxit te Deus. Deus tuus, vel, vnxit te Dee Deus tuus,vt vertit Hiero. vt appareat, nouas quaſdam non omnes dico ſed quaſdā tranſlationes,Chriſto Domino diuinitatem auferre, veterum Patrum ſcripturę interpretationes ſubuertere prorſus,& ſcripta omnia ſanctorum aduerſus Iudęos & hæreticos edita,refutare, neque id ſolum,ſed Apoſtolica & Euangelica ſcripta floccifacere, & veluti pedibus proterere, & tamē audent profiteri nouis ſuis interpretationibus,noſtra conſtabiliri. Si ad Synagogę alumnos verba fierent, & ad hæreticos, veriſsima dicerent, nanque hæretica & Iudaica nouis his interpretationibus quibuſdam conſtabiliuntur.

Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, &c. XLV.

AVdi filia & vide,& inclina aurem tuā,diuinitus interpretatur HIERO. de Chriſto, & Eccleſia, & docet nos Dei Patris eſſe verba ad Eccleſiam, & vrget interrogatione Iudæos. Quænam eſt, inquiens, hæc quæ à Deo filia vocatur? non Synagoga, non enim iuberetur relinquere Populum ſuum, neque domum Patris ſui &c. Non enim tempeſtate D. Hieronymi Iudæi erant comenti hic agi de amoribus Solomonis & filiæ Pharaonis, aut nullius artis eſſe putauit refellere ſtulta, quod inquit Quintilianus,nam & AVG. de ciuitate Dei. Quis,inquit,tam demēs,vt de vnius Mulierculæ amoribus in hoc Pſalmo agi putet? Hieronymus ergo verba Dei Patris eſſe putat ad Eccleſiam,qui ei dicat. Indico tibi quod Deus tuus ſit, & debeas adorare eum, & admonet Lxx viros non dixiſſe,adorabis eum, ſed adorabunt eum,vt ſit ſenſus. Iſte qui te amaturus eſt Deus eſt,& adorandus ab omnibus,& cætera quę in hanc ſententiam adiecit. Illud ſummopere notādum eſt Diuum Auguſtinum contra Fauſtum Manichæum libro.15. in fine de Eccleſia hæc interpretari, & alia diſtinctione hæc legere, primo docet, hæc promiſſa à Deo Eccleſię data, & eſſe completa, quaſi ab euentu probet hanc Prophetiam de promiſsis eſſe quæ Eccleſiæ ſunt data. Non credat, inquiens, huic Propheticę promiſsioni virgo caſta Eccleſia ſcilicet, ſi iam hoc tempore non tenet, quod ei per hanc Prophetiam promiſſum eſt. Et alia diſtinctione legit ſic. Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuū, & domum patris tui, quia concupiuit Rex ſpeciem tuam, quia ipſe eſt Deus tuus, & hic apponit Auguſtinus diſtinctionem, & nouo initio ſubiungit, & adorabunt eum filiæ Tyri in muneribus, hic appoſita etiam diſtinctione,

rurſum

rurſum nouo principio, Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites Plebis. Eadem diſtinctione legit Auguſtinus de ciuit. Dei libro. 17. cap. 16. quę diſtinctio apertiorem habet ſenſum de Eccleſia Dei, & de Chriſti diuinitate, & de congregatione gentium in Dei Eccleſiam, primum illud; Audi filia & vide, & obliuiſcere Populum tuum, & domũ patris tui, Idola ſcilicet & ſimulachra, & populum gẽtiũ; Ex talibus enim, inquit Chryſoſtomus de Pœnitentia Homelia. 41. ferè eſt congregata Eccleſia, quia concupiſcet Rex ſpeciem tuam, quia ipſe eſt Dominus & Deus tuus. En his verbis deſcripta eſt Eccleſia ex gentibus & Chriſti diuinitas, vt interpretatus eſt etiam D. HIERO. vt ſupra dictum eſt, & illo verbo, adorabunt, ſed planius fit hac diſtinctione D. AVG. & adorabunt eum Filiæ Tyri in muneribus, & filiæ non ad fœminas ſolum referri poteſt, vnde mares etiam intelliguntur, ſed ad colonias multas quas Tyrus inſula olim opulentiſsima deduxerat, Tyrij Idolatræ erant, & ex parte totum ſignificari planũ eſt, quaſi dicat gentium populos Chriſtum Deum adoraturos, & poſtea, vultũ tuũ deprecabũtur omnes diuites Plebis; deprecabuntur omnes Eccleſiam, & Eccleſię ſacerdotes vt impetrent à Deo, quibus opus eſt diuitibus plebis. Cyprianus lib. 2. aduerſus Iudęos, cap. 27. ſic citat hunc verſiculum. Quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus, Iudæus; vt hęc quę dicunt veteres Patres eludat omnia, reſecat illam vocem, Deus, ne Chriſtus dicatur Deus, & diſtinctionem mutat, ne dicatur, Adorabunt eum filię Tyri; ſed ſat eſt plurali numero dicere, Adorabũt eum omnes, ſcilicet, vt interpretatur Diuus Hieronymus, Iudæi verbum plurale mutant in verbum ſingulare, Adorabis, vt ad adorationẽ quæ fit homini referri poſsit. Quidã planiorem viam munijt Iudęis, qui non vertit, Adorabis eum, ſed incuruabis te ei. His fraudibus & dolis ad filiam Pharaonis hęc referũt, ad Mulierculam ſcilicet, vt ait Auguſtinus, vt hæc tãta myſteria, & hæ Prophetiæ tantæ ad nihilum recidant. Vides ergo his dolis ſacros huius Pſalmi ſenſus peruerti? & ad nihilum recidere? ad Mulierculæ AEgyptię amores? Prophetias & myſteria Chriſti, & Eccleſię ſanctę & doctrinæ Euangelicæ ex oculis euaneſcere? vt nihil hoc Pſalmo de Chriſto Domino agi videatur? ſed de Muliercula AEgyptia, barbara; Idolatra? Vides Arianos & reliquos hæreticos vinculis quibus à noſtris conſtricti erant, liberatos? Eccleſię ſanctæ adempta arma? ne Iudęos aut hęreticos his amplius vrgere queat? Nam media quæ omiſimus ex hoc Pſalmo, in quibus ſunt per magna myſteria vitiatis; quæ ſupra diximus, facillimum eſt Iudęo quò velit torquere & flectere.

De iniuria, quæ nobis à Correctoribus quibuſdam Calcographorũ facta eſt, & fit, qui noſtram ſcripturam etiam mutarunt in plæriſque locis, vt appareat Iudæos per ſuos & per noſtros in Scripturam ſanctam graſſari, & Iudaizantes ad id omni conatu incumbere, vt Iudaica iacentia erigant, & hæretica, & noſtra ſubuertant. Cap. XLVI.

HIc locus vltimus, de quo diſputaui. Audi filia, & vide, &c. Me admonuit iniuriæ quæ à quouis qui vix primoribus labris Hebræas & Græcas litteras attigerit, fieri ſolet, Apoſtolis & Euangeliſtis quos negant cõcordare cũ lectione Hebræa, nec cum tranſlatione Lxx. Non enim quod D. Hieronymo licuit, cuilibet lice[illegible] neceſſe eſt, pręſertim cùm Hieronymus plęrunque alienas, vt in prologomenis oſtẽdimus, nõ ſuas referat ſententias, nam ſi de ſuo citant Apoſtoli, & Euangeliſtę teſtimonia ſcripturę Iudęis eſſent pro deridiculo, quod

ſcriptu-

ſcripturam non citent, ſed ſua commẽta, quę ipſi fingunt dicere ſcripturam, Cùm nihil tale Hebraicè ſit, nec in trãſlatione Lxx. Semper Apoſtoli & Euangeliſtæ citant ſcripturam, aut iuxta Lxx vt docent veteres Patres omnes ferè, quod trecentis ante Domini aduentum annis à 72. Iudæis facta eſſet & probata ab ipſo Iudęorum ſummo ſenatu, & adhibita Iudæorum Synagogis, publico Iudæorum conſilio, authore Ioſepho; vt pari reuerentia ibi legeretur cũ Hebræa lectione, hanc ferè Apoſtoli citant aliquando ipſam lectionem Hebręam, ſuis verbis transferunt: nec inficior eos citare Prophetas aliquando, non verba Prophetæ, vt nos Platonem & Ariſtotelem vulgo citamus, cùm nec verba Platonis, aut Ariſtotelis citemus. Hæc igitur iniuria quæ nobis fit à librarijs quibuſdam & Correctoribus Calcographiæ quibuſdam dimanauit, cùm forte huic muneri aliquando Iudæorum aſſeclas quoſdam præponi contigerit. Exemplo ſit hic locus, de quo poſtremo agebamus capite ſuperiore, Audi filia & vide, HIERO. in Epiſtola ad Principiam virginem, ſic vertiſſe hunc locum ait Lxx viros. Audi filia & vide, &c. Et poſtea. Quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus, & adorabunt eũ, quo verbo, Adorabunt numeri pluralis ait, Diuinitatem Chriſti declarari, Significari enim ait, adorandum ab omnibus Chriſtum Dominum, eodem modo Auguſtinus ſed diuerſa diſtinctione, quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus, hic appoſita diſtinctione, vbi Chriſtus Dominus Deus dicitur, & rurſus nouo initio, Adorabunt eum filiæ Tyrii muneribus, vbi adorãdum Chriſtum Deum à gentibus prædicitur, vt factum eſt. Confer hæc quę docet Hieronymus aut Auguſtinus cum lectione Lxx tam in alijs Biblijs, quam in Complutẽſibus mutata reperies omnia. Nam pro, quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus, reperies expunctam dictionem Deus, vt tolleretur Chriſti diuinitas. Et pro, adorabunt eum, quo verbo Chriſti diuinitatẽ dixerat declarari Hieronymus, cum ab omnibus adorãdum ſignificetur hac Prophetia, leges, adorabis eum. Ita Iudæi, & Iudæorum aſſeclæ ſcripturam vitiant, non ſolum ſuam, ſed etiam noſtram, & per noſtros, vt Chriſtum oppugnent, & vt nobis auferant arma, quibus hæreticos iugulare ſolebamus, nec relinquatur nobis quicquam poſt hac quo Iudæos aut hæreticos reuincere poſsimus; ſimul vitiatur tranſlatio Lxx vt extenuetur authoritas Apoſtolorum & Euangeliſtarum, & ſanctorum Patrum, cum teſtimonia ſcripturæ quæ citant, nec cum æditione Hebræa conſentiant, nec cũ trãſlatione Lxx cũ vitiata lectione Hebræa & cũ trãſlatione Lxx vitiata non cõgruũt cũ legitima & vera, congruunt. Caſtiga tu lectionẽ Hebræam, & æditionem Lxx ex lectione Apoſtolica & Euangelica, & Eccleſiaſtica, & legitimam habebis lectionẽ & veram, contra quam iubet ille alter, vt ex Hebræa lectione, quam caſtigatiſſimam ait, ita vt nec punctum vitiatum ſit, aut apex, noſtra eſſe caſtiganda poſt tot factos à Iudęis dolos, vt oſtẽdimus. Longi operis eſſet perſequi ſingula quę ex tranſlatione Lxx ſeniorum librarij & Correctores Typographiæ immutarint in aliorum tranſlationes: exempla pauca ponamus qui volet multo plura adnotabit. Vertere Lxx, qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis, ſic citat Paulus ad Hebræos cap. 1. Eccleſia vtitur hac tranſlatione Pſalmorum Lxx interpretum, caſtigantur Lxx & caſtigatur D. Paulus ex trãſlatione quæ ſub nomine D. Hieronymi circunfertur. Non enim legitur iam in Pſalmis Eccleſiaſticis miniſtros ſuos flãmam ignis, ſed miniſtros ſuos ignẽ vrentem, quæ ſit huius varietatis cauſa dicendum poſtea eſt. Nunc tantum dico, tantum ius eſſe librarijs & Correctoribus Typographiæ in ſcripturam Eccleſiaſticam, vt extrudant quam velint, introducant

Quæ Apoſtolis noſtris & Euangeliſtis fiat iniuria.

cant quam libitum eſt, quanquam non improbo hęc, de quibus diximus, quando in Eccleſia recepta ſunt, nego tamen mihi placere, quod omnibus diſpliceat ęquum eſt, vt lectionem aut Lxx aut Apoſtolicam ſuo loco moueat quiſquã, & aliam inducat, quanquam illa non mala ſit, qualis ille locus eſt Pſalmi. 39: Holocauſtum & oblationem noluiſti; corpus autẽ perfeciſti mihi, iuxta tranſlationem Lxx quam ſolam in Pſalmis ſequitur Eccleſia, quamque citat Paulus ad Hebræos. 10. quæ lectio referri non poterat ad Dauidem, aut ad alium quẽpiam, quod Anima rationalis non eſt; antequam ſuo corpore induatur, vt ita dicam, vt anima Dauidis dicere potuerit, Corpus autem aptaſti mihi verbum Patris, quod Caro factum eſt, ab æterno eſt, vt dicere potuerit, Corpus autẽ aptaſti mihi, ad Chriſtum ſolum hæc Prophetia referri poterat, qui filius Dei vnigenitus ab æterno eſt, & dicere potuit ante humanitatem aſſumptam, ſe eſſe, vt in illo, Ante Abraham ego ſum, & ſibi corpus aptatum, vt pateretur pro genere humano. Hoc Iudæi refellere non poterant, neque argumenta quæ texerẽtur ex hoc loco diſſoluere, contricti in vinculis, confugiunt ad ſuas fraudes, mutãt dictionem vnam, & pro, Corpus aptaſti mihi, legunt, Aures aptaſti mihi, Alij, Aures perfeciſti mihi, ex alia tranſlatione immutatus eſt hic locus in ſacris cãtionibus, librariorum opera, vt appareat plæraque ex Iudæorum libidine, etiam in trãſlatione Lxx virorum, per noſtros quoſdam mutari, ne quoties, aut Apoſtoli & Euangeliſtæ, aut veteres Patres citant teſtimonia ſcripturæ, quæ ab æditione Hebræa, aut ab interpretatione Lxx videantur diſcrepare, diſcrepare credas, ſed Hebræam lectionem vitiatam Iudaicis fraudibus, de quibus dicendum eſt libris ſequentibus, aut Lxx virorum interpretationem, eorundem dolis per noſtros quoſdam eſſe corruptam in quibuſdam Sed D. Hieronymus, aiunt, ſæpè teſtatur lectionem Apoſtolicam, & Euangelicam diſcrepare à lectione Hebręa, & à lectione Lxx ita eſt; ſed non quod Diuo huic licuit, & alijs liceat; æquum eſt, & de D. Hieronymo in Prolegomenis dictum eſt, nec eius tempeſtate tàm latè ſe fuderat hæc peſtis. Sed quidam boni viri, vt illos locos defendant; Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ignem vrẽtem, & aures aptaſti mihi, vetuſta exemplaria citant. En hominũm imperitia, ecquę vetuſta exemplaria, æque antiqua ſunt, ac D. Paulus? Et cum D. Paulo, in quo loquitur Chriſtus quidquam eſt cõferendum? Hominum audaciam admirari ſatis non poſſum, diſtulerant rumores ſummis Eccleſiæ magiſtratibus, placuiſſe caſtigari vulgatã; & deligi viros qui id facerent. Hunc deligerent ſi quid rectè factum vellẽt. Certè quod aiunt, Ouem lupo cõmitterẽt. Ouis nanque Eccleſia ſancta dicitur.

De Pſalmo. 86. Fundamenta eius in montibus ſanctis; contra quoſdã Typographiæ correctores. Cap. XLVII.

NOn poſſum præterire ſilentio illud Pſalmi. 86. Mater Sion dicet homo, ſic enim legit omnis antiquitas, quod Iudęi expunxerant duas litteras. Em, id eſt, mater, putauit D. Hieronymus, vt ipſe refert in ſuis Commentarijs in Pſalmos Lxx viros non vertiſſe mater Sion, quod Hebraicè non eſſet mater, quaſi nõ multa ex lectione Hebrea Iudęi expunxiſſent, vt ſenſus ſacros ſcripturæ alio deflecterẽt, putauit ergo hic Diuus Lxx non vertiſſe μήτηρ mater, ſed μή nunquid, recto quidem, & ſano ſenſu, tamẽ ſciri oportebat ſic correxiſſe D. Hieronymum, at Lxx viros reddidiſſe, mater Sion, vt iuxta Canonem Iuſtini, & ipſius D. Hieronymi intelligeremus vocem illã, mater, ex lectione Hebræa, interlitam eſſe Iudaica fraude, quod Pſalmus hic myſteriorum plenus eſt, vt aliò poſſet deflecti, nam fundamenta eius in monti-

montibus ſanctis. Procopius in cap. 44. Eſaiæ ſic interpretatur, Fundaméta eius, Chriſti ſcilicet, Nam Græcè eſt αὐτοῦ genere maſculino, non αὐτῆς fœminino genere; vt poſsit referri ad Sionem; aut ad Hieruſalem, vt notat etiam AVGVSTI. 2. libro Quæſtionum ſuper Exodum cap. 11. vbi eodem modo quo Procopius videtur interpretari, & in cap. 4. in Ioannem, tractatu. 16. Fundamenta ergo eius, Chriſti, in montibus altis; in Prophetis ſcilicet, & Patriarchis. Diligit Dominus portas Sion, Eccleſię, vt in Epiſtola ad Dardanum docet D. HIERO. & refellit Iudæos, qui ad Sionem & Hieruſalem hoc referũt, quas videmus, inquit, in cineres & fauillas eſſe conuerſas, non dico prudentibus, ſed ne ſtultis quidem hoc perſuaderi poteſt, & hac ratione Hieronymus contentus fuit, & poterat multas alias adijcere, ſed ſtulta refellere nullius artis eſſe putauit. VATA. & Iudæorum aſſeclę Iudæos nihilo ſecius ſequuntur, quidam de Eccleſia dicunt hũc Pſalmum eſſe dictum, ſed Iudaicam interpretationem ſequuntur, vt appareat eos, Eccleſiám dicere Synagogam, quæ ante Domini aduentum erat Eccleſia, ſequentia interpretatur TERTVL. Nam Commentarios in hunc Pſalmum ad manum omnes habent, lib. 4. aduerſus Martioné, cap. 17. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei, O, Eccleſia ſcilicet, vt ciuitas Dei Eccleſia appelletur. Sic AVGV. HIERO. Procopius reliquis quę ſequũtur ſignificari putat Tertullianus, quod conueniunt ad Dominum; ad Chriſti fidem ſcilicet, à Tyro & ex alijs Regionibus, multitudo etiam trãſmarina, huc ſpectabat Pſalmus, inquit, Ecce Allophyli, & Tyrus, & Populus Æthiopũ, iſti fuerunt illic, & rectè hæc de cógregatione gentium in Eccleſia interpretatum Tertullianum liquet ex alijs locis Propheticis quos citat, & ex Hebręa lectione, in qua pro, Iſti fuerunt illic, eſt Zeiulad, ſam, quod vertere potes, quilibet ſupple horum, natus eſt illic, ideſt, quilibet horum aqua Baptiſmatis renatus eſt illic, in ciuitate Dei ſcilicet in Eccleſia ſancta. Argumentum huius ſentétiæ eſt, quod Lxx viri ita tranſtulerunt οὗτοι ἐγεννήθησαν ἐκεῖ iſti renati ſunt illic, Nam ἐγεννήθησαν per duo ν ſcriptum eſt in exemplaribus caſtigatioribus, ideſt, nati ſunt, vel renati ſunt. Hoc eſt ergo quod queror, non quod annotationem D. Hieronymi obuijs vlnis excipiam, & toto pectore cópleƈtamur, ſed quod lectionem veterem ſanctorum, & interpretationem Lxx patiamur tam facile, nobis excuti de manibus, & veteres Patres ludibrio haberi iniurium eſt, cùm ab imperito librario expungitur ex Eccleſiaſtica lectione ea quam citant veteres Patres, quam concinebat Eccleſia ſancta, quaſi verò non maioris authoritatis ſit ſanctorum conſenſus, quam D. Hieronymus. D. Hieronymum veneremur, & cóſenſum omnium ſanctorum reuereamur, ius iſtud mutandi ſcripturam, neque Eccleſię proceres ſibi vnquã vendicarunt, neque ferendum eſt, vt ſi fortè ſit aliquis corrector Typographię quiiudaizet, & eo nomine ſit offenſus Lxx viris, & Doctoribus ſanctis, id ius ſibi vendicet. Si viſum fuerit ita, Eccleſię proceres id ſibi vendicabunt. Pergit ergo Tertullianus, mater Sió dicet homo, inquit, & Homo factus eſt in illa quoniam Deus homo natus eſt, & ædificauit eam volũtate Patris, vt ſcias ad Deũ conueniſſe gentiles, tunc quia Deus homo natus erat ædificaturus Eccleſiam ex Allophylis etiam, & poſt hæc ſubijcit TERTVL. Prophetias quibus hoc idem ſignificetur, & aduerſus Praxeam cap. 16. hunc verſiculum ita legit: Quoniam Deus homo natus eſt in illa, vbi idem eſſe putat hunc verſiculum cum hoc nomine Emanuel, & cum illo Lucę, vocabitur ſanctum filius Dei, & infra eundem verſiculum repetit, Inuenimus, inquiens, illum Deum & hominem appellatum in Pſalmo, Quoniam Deus homo natus eſt, & fortaſſe hęc erat recepta

pta lectio olim, ſed Iudæi tundendo, & odio eam nobis extorſere è manibus, Nam vt leges apud IVSTI. in Dialogo aduerſus Tryphonem in concertationibus aduerſus Iudæos, nolebant noſtri vti teſtimonijs ſcripturæ, niſi receptiſsimis apud eos, quòd ſi noſtra tempeſtate feciſſent, nihil prorſus eſſet quod aduerſus illos afferre poſſent, ita iam omnia vitiarũt quędam mutatione litterarum ſimilibuſque, plæraque verò praua interpretatione vitiaſſe. Video ego ſanctos Patres oratorum illa figura frequenter vti quæ conceſsio dicitur, cùm etiam aliquid iniquum fidutiæ noſtræ cauſæ gratia patimur, cum concedimus aduerſario, quod cõtra ius & ęquum eſt noſtræ cauſæ bonæ fiducia, & ita noſtros maiores multa manifeſta teſtimonia de Chriſto paſſos ſibi excuti de manibus planũ eſt quod etiam ſine illis ſatis ſuperq; teſtimoniorum ſibi eſſent de Chriſto. Tamen habeo perſuaſiſsimum olim lectũ eſſe hunc verſiculum: Mater Sion dicet Deus homo natus eſt in ea, ideſt, mater Eccleſia dicet: Verbum caro factum eſt in hac ciuitate Dei, vt legit TERTVL. Vnde noſtri maiores interpretãtur homo natus eſt in ea, Filius Dei homo natus eſt in ea. Eodem ſpectat ATHA. de natura humana ſuſcepta contra Apolinarium in fine, nam cùm retuliſſet illud, non nuntius, non legatus, ſed ipſe Dominus ſeruauit nos, & addidit, Dauid quoque mater Sion, inquiet, Homo, & homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam, qui altiſsimus eſt, & cùm Athanaſius idem ſignificari his verbis putet quod ſignificatum eſt illis, non nuntius, non legatus, fortaſſe legit, vt Tertullianus. Deus homo natus eſt in ea. AVG. de ciuita. Dei, lib. 17. cap. 16. eodem modo interpretatur, & legit: Mater Sion, &c. Et in cap. 4. Ioannis tractatu. 16. citat hunc verſiculũ, Mater Sion dicet, & ita interpretatur, ſed ex veteribus nullus eſt qui legat aliter hũc verſiculũ huius Pſalmi. Iniuriũ eſt ergo ridiculos facere omnes veteres Patres, qui lectionẽ falſam citare videantur, & hãc gratiam illis referre, quod nos in ſanctã Eccleſiã induxerũt, cùm veriſsimã lectionem citẽt Lxx virorum, & veriſsimè eã interpretentur. Noſtro tempore Iudaicã interpretationem ſequuntur noui quidam tranſlatores, quã intelliges ex Vatablo; ISYDO. claro in hoc Pſalmo ſanctorum ſequitur interpretationem & alij recentes ſcriptores.

Quod quædam nouæ ſcripturæ interpretationes non omnes inquam ſed quædam non tam ſint interpretationes ſcripturæ, quã legis diuinæ mutationes. Cap. XLVIII.

AIunt eaſdem cauſas eſſe noſtris hominibus, vt ſuas texerent trãſlationes quæ fuit D. Hieronymo vt faceret ſuam; Non ſinat hoc Deus D. Hieronymus ſuam tranſlationem ſe feciſſe ait, vt quæ trunca eſſent in tranſlatione Lxx ſarta tecta redderet, & ea quibus defecta erat reponeret, quæ nunc quiſquam in vulgata D. Hieronymi trunca videt? aut quibus locis eam videt defectam, vt ea ſarta tecta reddat? Hieronymus ſe vertiſſe ſcripturam ait, ex Hebręa lectione, vt quæ omiſerant Iudæi, aut corruperant, in lucem proferret. AEcquè myſteria Chriſti Dñi omiſſa à D. Hieronymo, aut à Lxx viris monſtrabis? & has nouas interpretationes, eas in lucẽ protuliſſe vides? in quibus vix comparet mẽtio aut Apoſtoli, aut Euãgeliſtę, aut veterum Patrũ? Rabinorũ nominibus ſcatent omnia, & fœtent, alumnis Synagogæ opinor gratiſsima fidelibus Aloes pleniſsima, ſi modo palatum habẽt, vt ait Auguſtinus, quibus mel Chriſti ſapiat, vertiſſe ſe ait Hierony. ſcripturam vt à Iudæis corrupta in lucem proferret, ſi quis Synagogæ ſcribit ſcripturæ interpretationes, cauſabitur fortaſſe Hieronymum R. P. Chriſtianæ colu-

F men

men dum interpretaretur ſcripturam in
gratiam Chriſtianorum plæraque per-
uertiſſe & vitiaſſe,& ſe ea velle ſuis Iu-
dæis in lucem proferre. Sed quid dicet
de 72 Iudæis,qui 70 interpretes nominã
tur,qui trecentis annis ante Domini ad-
uentum in carne vertere ſcripturã, Græ
cè peruertiſſe dicẽt? vt à Chriſto Domi-
no,& Chriſtianis gratiam inirent,at cer
tè non minora,neque minus planè quã
D.Hieronymus Chriſti myſteria reſe-
rauere, proferent ne horum tranſlatio-
num nouarum authores quę corrupe-
rint aut peruerterint hi noſtræ ſcripturę
authores, quando ſe dicunt eiſdem ſe
cauſis adductos ad texendas ſuas tranſla
tiones, quibus Hieronymus adductus
eſt ad faciendam ſuam interpretationẽ?
ſi ſcribunt Synagogæ alumnis fortaſſe
illis ratio conſtare videatur, ſi fidelibus
non video quo ſpectent,niſi eò ſuam ra
tionem referunt, vt noſtra ſubuertant,
quod adhuc monſtratum eſt. Nam ſi
expectas vt Chriſti myſteria reſerent
aliquot quæ noſtra ſcriptura non reſe-
rat fruſtra es.Subuertunt, vt adhuc oſtẽ
dimus,noſtra omnia,nõ iuuant,ſed aiũt
docere Hieronymum, & Auguſtinum,
& omnes veteres tàm Græcos quã lati-
nos,Tranſlationes alias alijs iuuari dum
vnũ & eundẽ locum varijs modis expli
cant,velut varia Paraphraſi illuſtrant,&
multę tranſlationes mutuo ſibi lucem
afferunt.Ita eſt,fateor,ſi trãſlationes va-
riæ ſint ſcripturæ, quales etiã veterũ Iu-
dæorũ erãt Aquilę,Symmachi,dum Iu-
dæi non erant tot cõmenti fraudes;Sed
oſtẽdimus vſq; adhuc Iudaicas interpre
tationes quaſdã inquã,nec enim omnes
damno,humi iacentẽ Iudaiſmũ,& hęre-
ſes iacẽtes ſolo excitare & erigere, & in
gradum reponere, noſtra omnia ab imo
vertere,totã ſcripturã peruertere manu
& interpretatione,vt dicere ſolebãt ve-
teres; manu,mutatione diſtinctionis pũ
ctorum, quæ pro vocalibus valẽt apud
Hebręos, varietate vnius, duarũ vè litte-
rarũ mutatione,& alijs Iudaicis dolis,vt
faciãt ſenſum ſcripturę lõge diuerſum.
Interpretatione quoq; diximus Iudæos
vitiare ſcripturam,& peruertere, inter-
pretatione verò,dum quæ de Chriſto di
cũtur aliò deflectũt. Quorum exempla
capita antecedentia multa præbebunt
vel Iureconſultum etiã roga in illo quod
à nobis ſæpe citari neceſſe eſt quod in
illo ſumma noſtrę diſputationis eſt ſita.
Ea eſt natura Cauillationis quam Gręci
ſophiſma appellauerunt, vt per breuiſſi
mas mutationes ab euidenter veris ad
euidenter falſa diſputatio perducatur.l.
ea eſt natura.ff.de regulis Iuris & ibi De
cius. Quęro ergo à te huiuſmodi inter-
pretationes dicendæne ſunt interpreta-
tiones,an potius legis diuinæ mutatio-
nes? cũ omnia mutẽt in ſenſum lõgè di-
uerſum,aut cõtrariũ,ſiquidẽ nõ interpre
tantur ſcripturã, ſed in aliũ ſenſum om-
nia mutant,ab euidẽter veris ad euiden-
ter falſa ſcripta diuina traducta, eadẽ ne
erũt ſcripta diuina,an longe diuerſa? Nã
per breues mutationes omnes de Chri-
ſto Prophetias eſſe mutatas liber ſecun-
dus oſtẽdet, atq; adeo totũ hoc opus &
veteres omnes patres ſic interpretatio-
nes Iudaicas refellunt quod falſam effi-
ciãt ſcripturã & Prophetas mendaces, ſi
ſcriptura lex Dei dicitur,& mutãt Iudęi
ſcripturæ ſenſus,mutãt igitur legẽ Dei.
Verbi cauſa.Pſal.109. Dñs de ſe ipſo in-
terpretatur de Eccleſia dilatãda per or-
bẽ,de miraculis ſanctorũ in prædicatio-
ne Euangelij, de æternitate Chriſti ante
luciferũ,de generatione æterna Chriſti,
de ſacerdotio Chriſti æterno, Iudæi de
Dauide,& de exercitu ſpõtaneo,qui illũ
per mõtes eſt ſequutus,de fœlicitate Da
uidis à ſuo ortu,& cætera ad hoc exem-
plũ,typice aiũt de Chriſto,Nouimus Iu-
daicas fraudes,ridẽt poſtea typos,literali
ter nihil interpretãtur de Chriſto, vete-
res oẽs Patres de Chriſto litteraliter in-
terpretãtur. Et ita cõtextus ipſe cõcinna
tur nouis interpretationibus, vt Iudaica
potiꝰ ſonet quã nr̃a.Interpretatiõne hu-
iuſmodi, interpretatio tibi videtur ſcri-
pturę,

pturæ, an in Iudaicas fabulas ſcripturæ mutatio? Certè ſi Chriſto & eius Apoſtolis, & Euangeliſtis, & doctoribus ſanctis fidé habemus, ſcripturę interpretationé quæ ab illis deſideat in omnibus, vt per capita antecedentia oſtendimus, nó tráſlationem, ſed legis diuinæ peruerſionem, & mutationé nominabimus, & legirupiú, vt Plautino verbo vtar. Quęro ergo vtrú tranſlationé voces tu eam, vbi omnia ita verſa ſint vt falſo de Chriſto à ſanctis Patribus, atq; adeo ab Apoſtolis & Euangeliſtis atq; ab ipſo Domino citata eſſe videantur, an potius legis diuinæ mutationem? ſiquidé legis finis eſt Chriſtus, & vniuerſa lex de Chriſto eſt, ſi ſcriptura à Chriſto eſt auerſa cótra rationé linguę Hebręæ, & alið deflexa, quod Iudęi primú aduentú Chriſti negant, quo tota Oeconomia redéptionis peracta eſt, eadé ne lex erit, quę fraudibus Iudaicis alið refertur, quã quo illam retulerat legiſlator Chriſtus? & aliud loquitur, quam quod legiſlator loqui voluit? Chriſtus enim veteris teſtamenti aperuit ſenſum, ſi alio ſenſu quam Chriſtus legiſlator eſt interpretatus, qui in ſuis Apoſtolis loquebatur, tráſlator Iudęus interpretetur, & alið referat, vt ſcriptura non loquatur idem, quod antea per LXX viros, aut per tranſlatores Iudæos Aquilam, Symmachum, & Theodotionem, ſed longè diuerſa, aut contraria, an non legem totam Iudæus mutat? Sed in fine. ſecúdi libri oſtendemus ex Ariſtotele & Platone huiuſmodi tráſlationes, legis potius eſſe mutationes quã tranſlationes.

Refutatio reſponſionis aduerſariorum quam vnam & ſolam reddunt quoties illis obijcitur quod Iudaica interpretatione Chriſti & diſcipulorú eius in ſcriptura ſancta myſteria ſubuertant. Cap. XLIX.

Illud ſæpè toto hoc opere repetitum eſt nos à Iudæis appellari idiotas, ſtultos, animalia bruta, & ideo putant ſe nobis facile verba daturos, neque falluntur prorſus, dant enim verba plæriſque noſtrum qui Iudaica plauſibiliter excipiunt, & toto amplectuntur pectore, & hac ratione plus pluſque in dies audent, cum omnia in ſcriptura de Chriſto myſteria ſubuertát, vt paucis exemplis hoc primo libro commonſtratum eſt, monſtrabiturque fuſè & latè, Deo bene iuuante, tertio & quarto, cùmque aduerſarij ſuis Iudaicis interpretationibus Eccleſiæ ſanctæ omnia, quæ illi erant aduerſus Iudæos & hæreticos extorqueát arma, Hæreſes & Iudaiſmum ab inferis excitent, & faciant reuiuiſcere, & cùm hæc illis obijciuntur hac vna reſponſione aduerſariorum meorum animos non ſolum ſedant iratos, ſed etiam demulcent cùm dicunt. Typice de Chriſto. Ergo ſenſus Eccleſiaſticus qui eſt apud Apoſtolos & Euágeliſtas, & ſacros Doctores, ſenſus erit ferè ſpiritalis, litteralis non erit, Iudaicus ſenſus erit litteralis, ſi Deo placet, & Eccleſia ſancta litteralem ſenſum ab impia Synagoga erit emendicatura, excitandaque erit ab inferis illorum hæreſis quæ omnia quæ in Scriptura de Chriſto dicuntur typice & non litteraliter dicta eſſe teſtabatur: Ná ſi noſtrorum quidam nó omnia typice de Chriſto interpretantur, ſed ferè omnia, fac vt recipiantur, quod Deus auertet, & tunc addent quę reliqua fecerant, ita enim excuſſa ex noſtris manibus vulgata, & in eius locum interpretatione Phariſaica ſuffecta omnia ita ſunt cóncinnata, vt Iudaicus in ipſo contextu ſcripturę, ſenſus promineat magis, & præluceat quam Catholicus, & Iudaicos ſenſus Chriſti typos eſſe perhibent? qui ad id omni vi incumbunt, vt ait Origenes, vt Chriſtum in ſcriptura quoties inueniunt crucifigant, cum verſant dolos ne appareat Chriſtus in ſcriptura, & in ſcriptura occidunt Chriſtum ſuis fallatijs, & vt ait idem author Origenes, Chriſtum quoties in ſcriptura videt, deludunt

ludunt falſis expoſitionibus, vt vos nos deluditis quoties in ſcriptura Chriſtum interpretamur, vnus hinc, alter illinc, neque id rationis habetis, me non de meo, ſed de ſanctorum Patrum ſententia interpretari ſcripturam, non me facitis ludos, ſed ſanctos Patres. Hæc ne quæ Iudaicè explicantur Chriſti poſſunt eſſe typi quem oppugnant acerrime? Non poſſunt de vna & eadẽ doctrina, vt ait GREGO. Nazianzenus duæ contrariȩ veræ eſſe ſententiæ, contraria nanq; mutuo ſe tollunt, ait Ariſtoteles, quomodo ergo ſe poſſunt mutuo cõſtabilire, Chriſtum quem Iudæus quibuſcunque poteſt modis impius oppugnat peruertendis locis omnibus qui de illo manifeſtè in ſcriptura loquuntur? ego illũ ſupplex adoro, Iudæus Deum negat Chriſtum, ego Deum & hominem Chriſtum confiteor, Iudȩus natum de Maria virgine voce Angelica de cœlo celebratũ à Magis adoratum inficiatur, quin & Chriſtũ in lege promiſſum noſtrum Chriſtum eſſe pernegãt, & reliqua omnia de Chriſto myſteria, quæ nos confitemur omnia & adoramus ſupplices, eaque lis, vt prodidit Origenes libro ſecundo aduerſus Celſum, & tertio Propheticis teſtimonijs deciditur, quæ illi in diuerſa torquent, nos ſtamus interpretatione facta à Lxx viris trecentis annis ante Domini aduentum & quomodo Iudaica interpretatio typicè Chriſtum ſignificabit, qua adimitur Chriſtus nobis, quaque adimuntur arma quibus pro Chriſto pugnemus? & Iudaica obtruduntur nobis quibus adimuntur Chriſti typi, & tamen ab ipſis Chriſti typi eſſe perhibẽtur? Extorquetur nobis è manibus lex diuina à Deo lata, vt proximo capite monſtratum eſt, & pro ea obtruditur Phariſaica lex peruerſa & in cõtrarium ſenſum mutata authore diabolo, ſiquidem Athanaſio authore in orationibus aduerſus Arianos peruertendæ ſcripturæ Diabolus eſt author, & hȩreſeon inuentor, & lex Diabolo authore peruerſa Chriſti typus eſſe poteſt & figura? Sed de hoc aliàs dicendum eſt latius ex ſententia veterum Patrum, vbi in ſcriptura plurima de Chriſto dicta eſſe typice palàm fiet, ſed plurima quoque litteraliter de Chriſto eſſe dicta, quȩ numero comprehendi vix poſſunt erit planiſsimum.

Contra eos qui ſeruata Eccleſiaſtica ſcriptura omnia quæ de Chriſto dicũtur typice & per imagines dicta eſſe contendunt, & contra eos qui quæ literaliter de Chriſto ſunt prædicta extenuantur, per allegorias. Cap: L.

RES eſt confeſſa, prædictiones Propheticas de Chriſto Dño quaſdã litterales eſſe, quaſdam per typos & imagines: TERTVL. tamẽ in lib. de reſurrectione carnis cap. 14. & 15. Hȩreticos refellit qui contendebant omnes prædictiones Propheticas de Chriſto Domino per imagines & typos & figuras fuiſſe præ ſignificatas, & recenſet Prophetias plurimas litterales de Chriſto quæ interprete non egent quȩque legiſſe intellexiſſe ſit: & in eodem opere cap. 20. & 21. & deinceps refert alias quæ typicè & allegoricè ſint intelligendæ, nec difficile eſt intellectu conſequi quȩ ſint litterales de Chriſto Prophetiæ præſertim eas quæ interprete non egent, vt veteres Patres aiebant; quas legiſſe ſit intellexiſſe, quando Chriſti Domini myſteria littera ipſa ſonat planè & perſpicuè, vnde idem TERTVL. in lib. aduerſus Praxeam cap. 9. ſub finem quædam in ſcriptura dicta allegoricè, quȩdam dicta litteraliter monſtrat, quæ ſonet ipſa Prophetiæ littera planè & apertè & refellit hæreticum qui quæ litteraliter de Chriſto dicta eſſent perſpicuè interpretabatur allegoricè. Hæc aut nega, inquiens, ſcripta, aut quis es tu vt non putes accipienda quemadmodum ſcripta ſunt? id eſt, ita vt litera ipſa ſonat. AVG. de doctrina Chriſtiana lib. 3. ca. 11. & 12. præ-

prꝗſcribit Canones quibus agnoſcamus quæ in ſcriptura allegoricè & figuratè ſunt dicta,quævè propriè ſint accipienda,qui omnes huc redeunt deniq́ue vt quæ Chriſti myſteria planè ſonant aut Domini præcepta, litteraliter ſint accipienda.Idem AVG. contra Fauſtũ Manichæum lib.12.cap.7. & 8. Prophetias de Chriſto docet quaſdam per allegoriam dictas, quaſdam verbis apertis & manifeſtis quibus allegoriæ & alia Prophetarum enigmata reſerẽtur;quod idẽ repetit eodem lib.cap.41. & 42. Si quis ergo veteris Teſtamẽti Prophetias apertas & manifeſtas de medio ſuſtulerit,eadem opera tollet quoq́ue de medio Prophetias allegoricas & cum Iudæo colluſerit qui typos ridet & allegorias: Nã quæ ſole ipſo ſunt clariora Prophetarũ vaticinia,vt ait Athanaſius, Iudæi alio deflectunt per fraudes mille, allegoricè dicta interpretantur,mille adhibent fallaitas, & ſic manifeſtas Prophetias de Chriſto Domino ſubuertunt,ſubuertũt eadem opera & figuratas.Sed hæc hæreticorum crimina ſatis ſuperq́ue veteres Patres ſunt inſectati,ita vt in his noſtra opera opus nõ ſit ,fuiſſe tamen arbitror viros Catholicos qui quædam de Chriſto dicta literaliter,interpretarentur allegoricè,quæ res quantum R.P. Chriſtianꝗ damni det,accipe ex D. HIERO. ait enim in cap. 9. Zachariæ in illud. Exulta ſatis filia Sion. Hoc non eſt extenuãdum per allegoriam ſed credendum verè eſſe completum;præcipit ergo D.Hierony.quæ litteraliter dicta ſunt de Chriſto litteraliter interpretari, & nõ allegoricè. Nã ſi allegoricè etiã de Chriſto interpreteris extenuas Prophetias de Chriſto vt minus habeãt viriũ: Et idẽ Hiero. in ca.14.Zachariæ in illud. Framea ſuſcitare. Miror,inquit, quoſdam hanc Prophetiam quam Euangeliſta Matthæus retulit ad Dominum ſaluatorẽ poſtquã in paſsione eius fugere diſcipuli, & tunc eam dicit eſſe cõpletã,allegoricis interpretationibus velle tenuare , & dũ plus cupiunt videri nõſſe quam cæteri veritatis regulam non tenere:præſcribit regulam illam veritatis cuius hoc loco fecit mentionẽ in ca.1.Malachiæ aduerſus hꝗreticos & Iudꝗos in illa verba.Nõ eſt mihi volũtas in vobis.Regula,inquiens, ſcripturarũ eſt vbi manifeſtiſsima Prophetia de futuris texitur per incerta allegoriꝗ nõ extenuare quꝗ ſcripta ſunt.

Quod olim infideles & Iudæi & hæretici ad id incubuere,vt ſcripturam nobis flammis abſumerent,& quod perficere non potuerunt , nunc hac arte Iudæi conentur efficere. Cap. LI.

NOta res eſt,fideles olim per ſꝗuiſſima martyrij cruciamẽta fuiſſe tractos,vt ſcripturam ſanctam quã abditã & abſtruſam locis occultiſsimis ſeruarent,perſecutoribus Eccleſiæ proderent,vt flammis abſumeretur,ne Eccleſijs vlla eſſet ſcriptura, quibus ad fidem conuertebatur Orbis , & maiora quam quæ quiſquam explicare dicẽdo poſſet cruciamenta pertuliſſe , ne infidelibus ſcripturas proderent,vritur noſtris tẽporibus à Iudꝗis falſis interpretationibus ſcriptura,& æquo animo id ferimus?neq; id ſolum,ſed plerique noſtrorum illis fauent,& opitulantur?Nam AVG. Epiſtola.162.Ille creditur,inquit,Teſtamentum tradidiſſe flammis, qui contra voluntatẽ litigat teſtatoris.Teſtator porrò tàm veteris teſtamenti quàm noui Chriſtus eſt,& eius diſcipuli ad Chriſtum referunt ſenſa ſacra veteris teſtamenti, Iudæus verò qui teſtamentum Domini abducit à Chriſto, & aliò refert , Teſtamentum Domini flammis abſumit , & quod olim per vim facere non potuit Iudæus , per inſidias id efficere molitur, & certè flammis abſumere ſcripturam non æque malũ eſt,atque legẽ Dĩu mutare in Iudaicas fabulas, vnde non æque mala eſt,quod ait Plato,ignorantia purꝗ negationis, quam ignorantia prauæ diſpoſitioni . quam rerum omniũ huma-

 narum

narum peſtem eſſe putat vir ſapientiſsimus,quo ſpectat,& illud AVG.in queſtionibus ex vtroq; teſtaméto mixtim quæſtione 109.Melius eſt apertè non recipere ſcripturas,quam doloſe agere cótra illas, vt ſub nomine pacis paretur bellum, & ſub nomine amicitiæ lateat hoſtis,

Quod ex lectione Rabinorum præſentiſsimum trahitur venenũ. Cap. LII.

QVod olim ſcripſeram aduerſus eos,qui ſonare Hebraica nomina gaudebãt, magis quam Apoſtolica & Euangelica,& Eccleſiaſtica.Ieſaiau, magis quã Eſaiã, Iechezchel, magis quam Ezechiel, Obadias, magis quam Abdias, &c. huius notę plurima viſus eſt mihi quidã nouus ſcriptor mãdaſſe chartis è re maximè futurum ad interpretationem ſcripturæ,& ad cognitionem Hebręæ linguę, ſi quis his nominibus aſſueſceret,& his libris qui hęc nomina ita ſonarent,vt ſonant Hebræi, quod ſi de ſumma cute arbitreris, non magnopere noxium eſſe videtur,ſin interiora excutias quantum arbitror, ſæuam inferorum Mephitim exhalat. Legeram ego apud Platoné magni referre, quos libros noctes & dies manu verſes, idq; imagine quadã admirabili expreſſum ſi corpore aiebat affecto, ac penè confecto,præ mala valetudine ſalubriora loca petas,& amœna, intra aliquot dies poſt quam ibi verſere, fortaſſe tibi videare, non melius habere,quam cum primum eò perueniſſes,commoratus aliquantulum temporis, dum minimè rebaris,ſentis te reualuiſſe,& vires corporis in dies magis ac magis recuperare, poſtremo tuam tibi valetudinem bonam reſtitutam prorſus vides, contra verò qui corpore vegeto & viribus integris petijſſet loca, quibus peſtilentia ſæuiret, dum ſibi placeret multũ, quod in peſtilenti loco verſatus,vbi in omnes ſcintullaret peſtilentia, ipſe nullam inde traheret noxam,dum ſecurus eſt, dum nihil timeat mali, implicatum ſe ſentit peſte & intra exiguum tempus vitam amittit,ad quod exemplum perſuaſum habeo ex Platonis ſententia, qui Iudaicis aſſueuerit ſcriptis, non commoda inde demeſſurum ad cognitionem linguæ Hebrææ,neque ad ſcripturæ interpretationem,ſed præſentiſsimum bibiturum venenum dum ad cognitionem linguæ Rabinorum conuictu frequentiſsimo vtitur,id vt mihi ſit perſuaſiſsimum,facit AMBRO. qui in cap. Lucæ 22.de Petri negatione,inquit.Negat Petrus,non in monte cum Domino,non in templo,non in ſua Domo,ſed in Prætorio Iudæorum,in domo Principis ſacerdotum,ibi negat vbi veritas non eſt, vbi Chriſtus captus, vbi Chriſtus ligatus,quomodo non erraret quem Iudæorum Oſtiaria introduxit, quomodo tu non ægrotabis vbi Iudaica loquens,Euãgelica & Apoſtolica auerſaris & Eccleſiaſtica.Stabat Petrus ad Carbones,mala eſt flamma Iudaica,vrit nõ calfacit,malus focus qui quondam etiam ſanctorum mentibus fuliginem erroris aſpergit, iuxta quem etiam Petri interiores oculi caligarunt. Audi quid dicat AMBRO. Iudæorum focos, etiam ſanctorum mentibus aſpergere fuliginem, & tu nouitios ad Iudæorum focos vocas, Petri oculos, ait Ambroſius,caligaſſe in Iudæorum focis, & te nihil paſſurum mali in his focis habes perſuaſum. Et infra AMBRO. Diſce cauere alloquia perfidorum: Petrus inter Iudæos negauit, Solomon contubernio gentili deceptus eſt. Hæc Ambroſius. Origenem ſcribit HIERO. in præfatione in librum nominum Hebraicorum, Eccleſiarum Magiſtrum eſſe poſt Apoſtolos, neminem, niſi imperitum negaturum: Et in Apologia ſecunda aduerſus Ruffinum virum doctiſsimum Euſebium fuiſſe, non Catholicum: tamen in Apologia poſtrema aduerſus eundem Ruffinum, & in Epiſtola ad Minerium,

& Alexādrum hos Magiſtros ſuos profitetur,& ſcripturarum doctiſsimos. Vnde tu hos errores credis traxiſſe,niſi è Iudaico conuictu,poſtquam ſe ad Iudæos contulere,vt ab his aliquid addiſcerent, ab his traxere peſtem,Nam quod aiunt alij Origenem permiſſum à Domino in Hęreſim cadere, quod cupidus Martyrij,& comprehenſus ab infidelibus non affectus eſt Martyrio. Quod cùm infideles tam eius cupidum viderent,ſed ne pateretur ab AEthiope Chriſtū negaſſe, ridiculum eſt.Quaſi Chriſtus Dominus non maiora condonet,neq́ue minus illud mihi videtur parum veriſimile à fœmina hæretica Origenem hæreticū eſſe factum.Certè quantum ego ex ſcriptis ORIGE. & EVSEB. colligere poſſum vtrumq́ue Iudęorum caſtra hæreticum fecere, Euangelica & Apoſtolica ſcripta ſana tua pectora facient,& Spiritu ſancto plena, Iudaica ea tabo Iudaico inficient.Quid ni? Vnum tibi citabo locum HIERO. in fine Commentariorū in Sophoniā, quo oculis cernas id quod dico eſſe veriſsimum.Hiero. poſtquam diſſeruerat de Chriſti myſterijs, eo cap. adieceratq́ue Iudaicam interpretationē, ſubiecit.Nec miror Synagogam hęc dicere, quę cœca eſt: Chriſtianos miror, qui ſibi videntur eſſe de Eccleſia, ea dicere,quæ ſi vera ſunt, fruſtra credidimus in Chriſtum,& omne noſtrum tollitur ſacramentum, & miſerabiliores ſumus omnibus hominibus, credentes eum veniſſe qui non venit. Hæc Hieronymus. De eo capite,inquies,Hieronymus tantū loquitur. Minimè in vniuerſum hæc dicta ſunt. Nam ſi vt oſtendemus toto hoc opere, Iudæi vniuerſas de Chriſto ſubuertunt Prophetias,vt nos falſis Prophetarum teſtimonijs nitamur fruſtra in Chriſtum videbimur crediddiſſe, & videbitur omne noſtrum tolli ſacramentum,& miſerabiliores videbimur cunctis hominibus,tracti per martyria, per labores, falſa perſuaſi religione. Nam nouas quaſdam interpretationes non enim omnes damno ex Rabinis ita cōpilatas, vt nihil habeant Eccleſiaſticum planum eſt, & poſtea commonſtrabimus,cùm ad ſingula deſcenderimus, an vera ſint, nanque quę Hieronymus dicit experiere,ſi attente legeris capita antecedentia,& Pſalmos quos exēpli cauſa poſuimus,quibus reperies Iudæos & noſtros aduerſarios firmiſsima ſcripturæ teſtimonia,quibus Doctores ſacri ad explicanda myſteria de Chriſto vtūtur labefactare,ad nihilum redigere fraude Iudaica,vt falſò citata eſſe videātur, idq́; immeritiſsimo,veriſsimè eñ HIERO. idem illud cap.33.Ezechielis. Et factū eſt in duodecimo anno: Sub pelle ouium ideſt Chriſtianorum, lupi cœlantur Iudaici. Ad hos ſæuiſsimos Iudaicos lupos gregem tu Domini compellas, aut ſpe vana,& illecebris allicias? Quanto ſatius eſſet ſi ad Apoſtolica & Euangelica ſcripta alliceres ad Eccleſiaſtica: Nam horū qui hęc ſcripta legit Spiritus ſancti complet pectora,vt monent omnes veteres, quanto ſatius nomina ſcripturę eo ſonare ſono,quo protulit Chriſtus,quo protulit ſpiritus ſanctus,quo protulere eius Apoſtoli & Euangeliſtę, quam quo impia profert Synagoga? aut ſi Iudæi tantum placent profer ſaltem eo ſono nomina Hebręa,quo protulit IOSEP. Iudęus,& PHILON Iudęus, qui eo tempore ſcripſere ita protulere cum Iudæa, nondum in Hebręa lectione tot dolos erat commenta, vt noſtri Apoſtoli & Euangeliſtę. Grex Domini,cur ad Iudaica paſcua diuertat? paſcatur in Eccleſia paſcuis vberrimis.

Quod Synagoga impia noſtram ſcripturam quaſi vitiatiſsimam rideat, ſuā prædicet caſtigatiſsimam. Cap. LIII.

AD hæc omnia Iudæi confeſſam rem eſſe aiunt noſtram ſcripturā lacus eſſe cœnoſos & lutulentos, fontes ſcripturarum puriſsimos Hebręam eſſe lectio-

lectionem,& nos fruſtra excitare tragæ dias de re certa & confeſſa etiam inter Eccleſiæ noſtræ proceres, qui fatentur noſtra eſſe vitiata, veritatem Hebraicã, Hebræam eſſe lectionem,ad cuius normam Eccleſiaſtica eſſe caſtiganda, tantũ abeſſe,vt vera ſint quæ dixerim, licuiſſe ſemper,ſemperq́; licere, vt ad normam exemplarium inde tranſlata caſtigētur, Addunt D.Hieronymum teſtari in Præ fatione in Eſaiam ſe ſuam trãſlationem feciſſe ne diutius Iudæi de falſitate noſtræ ſcripturæ nobis inſultarent, & ad Sophronium ſe Pſalterium vertiſſe ex Hebræa lectione,quod queri ſoleret Sophronius quoties cum Iudæis diſputaret.Et citaret ipſe Dauidicos verſus Iudęi negent illos in Hebręa lectione hic eſſe,& in Apologia. 2. & ad Pãmachiũ, de optimo interpretandi genere ſub finem.Eundem D. Hieronymum ſcribere ſolere Iudæos de nobis ridere. Cùm audiunt illud Eſaiæ: Beatus qui habet ſemen in Sion,& domeſticos in Hieruſalem.Et cùm audiunt illud Amos: Stãtia putauerunt hęc,& non fugientia. Et in cap.37.Ezechielis aiunt ſcribere Hieronymum Iudęos ſolitos tollere cachinnos, ſi qua nos ex ſcriptura citaremus, & alia id genus multa Iudæi aduerſus nos citant,vt ea quæ vſque adhuc dicta ſunt refellant,& noſtra rideant, Sed D. Hieronymus refert, quæ Iudæi dicant aduerſus nos,& quæ faciant.Nam non ſat habent Hebręam lectionem vitiaſſe, niſi illud addant,vt poſt mille dolos factos in Hebræa lectione nos rideant, & noſtra diſcrepare clament ab Hebræa lectione,quæ veritas Hebraica ſit, cum Hebræa lectio vitiata,nõ ſit veritas Hebraica,ſed Phariſaica perfidia. Alij impu dentius audent Iudęorum cauſam iam olim iacentem erigere,& ſolo alleuare, & quanta maxima vi poſſunt fouere, Hebræam lectionem profiteri caſtigatiſsimam eſſe,& aſſeruatam diligentiſsimè,Ita vt nec Apex aut littera potuerit mutari.Laudant Iudæorum in ſeruanda ſcriptura Sanctimoniam & religionem, noſtra culpa & librariorum vitiata eſſe teſtantur,In librarios,ſcilicet, culpam deriuant,vt olim Manichæi cùm nobis vitiatas ſcripturas obijcerẽt; vt mollius dicerent in librarios culpam transferebant, Hanc doctiſsimorum virorũ ſententiam eſſe, exceptis quibuſdam, qui vnà Iuſtini opinione ducti aliter ſentirent,doctiſsimos neſcio quos citant,nec nominare audent;credo quia pudet,Nõ enim citant Eccleſiaſticos,nec in eorum chartis Eccleſiaſticis vllus eſt locus, ſed homines in Rabinorum ſcriptis verſatiſsimos,& Rabinos ipſos cœcos,& duces cœcorum doctiſsimos nominãt, veritatem Hebraicam teſtãtur ſæpiſsimè, multa de Maſſoreth dicunt, numeratas litteras aiunt apud Hebręos, numeratas ſyllabas,vt ne vna quidem addi, aut detrahi poſsit, & de ſæuo apud Hebræos Anathemate,de quo ſupra diximus,quo velut fulmine feriuntur, qui quicquam ſcripturæ addiderit, aut detraxerit.

Quid noſtri contradicant, & de lite noſtra conteſtata cũ Iudæis Cap. LIIII.

PRius quam explico quid noſtri Iudæis impijs reſpondeant, quod D. Hieronymus teſtari videtur non raro Eccleſiaſticam lectionem eſſe vitiatam, quanquam in huius operis Prolegomenis huic parti ſatis eſt factum,tamẽ huic parti etiam hoc loco paucis reſpõdebo. Quoties D.Hieronymus tranſlationem Lxx virorum vitiatam ait de negligẽtia quarundam Eccleſiarum id dicere certũ eſt,in quibus ſcriptura parum caſtigata legebatur.Sciebat enim hic Diuus ſcripturam Lxx defectam quibuſdam partibus & locis plurimis, vt ſupra dictum eſt, adulteratam aliorum tranſlationibus locis non paucis, Et etiam huc fortaſſe hic Diuus ſpectabat cùm eam corruptam dicebat & vitiatam, tamen exceptis locis illis,quibus trunca erat,ſciebat in ſcriptis Euãgelicis & Apoſtolicis,

&

& ſanctorum Patrum quibus tam Græcè quam Latinè;eſt conſignata à temporibus Apoſtolorum, vſq; ad noſtra tēra vnam & eandem citari nouerat, & explanari, ita vt nec littera, aut ſyllaba diſcrepet, excepto quod veterum quilibet è Græca lectione ſuis verbis eum reddit Latinè, ita tamen, vt eandem exprimat ſententiam, quanto verior hæc eſt traditio Apoſtolorū omniuū & ſanctorum Patrum, quam Iudaica, quam hi boni viri laudibus in cœlum ferunt, hęc traditio glorianda & prædicanda non Iudaica. Nam ne terreat nomen Iudaicum, nouitate vocis Maſſoreth, Hebræa vox, Latinè ſonat traditionem, vt Maſſoreth Hebraicè, & traditio Latinè idem ſit: Hoc intereſt quod tradiones Eccleſię & Apoſtolorum, quę quaſi per manus Pontificum ad noſtra vſque tempora deſcendunt, traditiones nominamus: Synagogæ verò traditio appellatur Maſſoreth, ne Maſſoreth magnum aliquid eſſe putes. Maſſoreth enim nihil aliud quam Iudaica traditio eſt, nihil aliud quam impiæ Synagogæ traditio. Maſſoreth illa quæ rabinos impios iactat authores, hęc traditio authores iactat Chriſtum Dominum diſcipulos eius Apoſtolos & Euangeliſtas, doctores omnes ſacros, quos ſpiritus Sanctus Eccleſiæ ſuæ dedit, quorum litteris hæc Lxx tranſlatio eſt conſignata vna & eadem, vt ne littera aut ſyllaba diſcrepet Græcè, nec ſenſu Latinè quod quilibet è ſacris doctoribus, è Græca lingua in Latinam ſuis verbis eam vertebant, ita vt ſenſu nulla re differrent. Rogo ego te quicunque hæc legis, Si quis fortè hæc legis, quæ Auguſtior, fœlicior, diuinior Maſſoreth id eſt traditio non dico eſt, ſed dici aut fingi animo poteſt, quam hæc quę Chriſti Domini, & Apoſtolorum, & Euangeliſtarū, ſanctorum Patrum ſcriptis conſignata eſt, vna & eadem iam inde vſque à temporibus Chriſti vſque ad noſtra tempora, vt toto hoc opere apparebit, vt fatendum ſit Apoſtolos & Euangeliſtas falſitatis prędicatores fuiſſe, ſi falſam ſcripturam Eccleſiæ ſuæ ſanctæ tradidere, hæc enim eſt vna & eadem quam ipſi tradidere, quæ ad noſtra vſque tempora deſcendit ipſiſsima, quod ex ſcriptis omniū ſanctorum qui ab Apoſtolis vſque ad noſtra tempora ſcriptum aliquid reliquere tenetur; aut fatendum eſt noſtrā ſcripturam ſaltem in ſcriptis ſanctorum eſſe caſtigatiſsimam, veriſsimè que Irenęum lib.4.cap.63. ſcripſiſſe doctrinam Apoſtolicam perueniſſe ad nos ſine fictione ſcripturarū, & ſine falſatione, & dixerat idē IRE.lib.3.c.24.&.25. ſcripturam eccleſiaſticā trāſlatā non à noſtris ſed à.72. Iudæis ſuæ tempeſtatis longè doctiſsimis, trecentis annis ante Domini aduentum in carne, vt nulla ſuſpitio ſit reliqua, 72. illos Iudæos nobis voluiſſe gratificari, aut vt à nobis gratiam inirent illa ſic fuiſſe interpretatos, vt quoquo te vertas Chriſti panderent myſteria, & poſtea impudentes nominat eos qui alias tranſlationes quærūt, cum hæc Lxx interpretatio à.72. Iudæis, qui lumine Spiritus ſancti fuerint illuſtrati ſit ædita. Illa ergo ſcriptura quam Irenęus ſine falſatione perueniſſe ait ad ſua tempora à temporibus Apoſtolorum quibus ipſe proximus erat ad nos peruenit per ſcripta ſanctorum Patrum, vt ne ſyllaba quidem differat vna & eadem, vt deprehendet qui perſcrutabitur ſanctorum Patrum ſcripta Græca & Latina; ſi illa ſine falſatione erat; & hæc quæ in ſcriptis ſanctorū & ſine falſatione erit, & ſi hæc vitiata eſt, & illa quæ à temporibus Chriſti data eſt nobis ab Apoſtolis vitiata erat, & Apoſtoli prædicatores falſitatis fuerint, quod nemo dicet niſi Iudæus impius; aut infidelis & paganus: Noſtra igitur ſcriptura veriſsima eſt, & veriſsimam habet Maſſoreth, quā nemo niſi ex numero Iudæorū refellit: Nā fidelis, & Philochriſtꝰ, vt ait Baſilius, non refellet, opitulabitur potius quanta maxima vi poterit. Claudere hanc diſputationem illo Chryſoſtomi elogio volo

oratione prima aduerſus Iudæos quo ad uerſarios vrget, ſi Iudaiſmũ verũ putatis eſſe, qua gratia obſtrepitis Eccleſiæ. Quod ſi Chriſtianiſmus verus eſt, ſicuti re vera eſt, in eo manete, & oratione.5. aduerſus Iudæos ſic alloquitur. Chriſtiani propter hoc vocamur & ſumus, vt Chriſto pareamus, nõ vt ad hoſtes Chriſti curramus: Nam veriſſimè Gregorius Nazianzenus ad Nectarium. Si Hæreticis, inquit, vt pijs & orthodoxis ea quæ ſentiunt docere, libereque promulgare permittitur, quis non videt Eccleſię doctrinam condemnari, quod de Iudaicis interpretationibus dicere melius poſsis: Nam ſi Iudęis, vt pijs atque otthodoxis, ea quæ ſentiunt, liberè per noſtros doce re & promulgare permittitur, quis non videt, Eccleſiæ doctrinam condemnari? cauſamque ſubijcit Gregorius perinde ac veritate ab illorum partibus ſtante. Nec enim rerum natura fert duas de eadem re contrarias doctrinas veras eſſe. Et Chryſoſtomus in demonſtratione quod Chriſtus ſit Deus, ſcribit ſacros libros à.72. Iudęis tranſlatos, ab eiſdem aſſeruatos Iudæis inimicis noſtris progenitis à crucifixoribus Chriſti, ſunt enim aſſeruati in Iudęorum Synagogis, vt centies dictum eſt per octingẽtos, & eo amplius annos vltra tempora Iuſtiniani Imperatoris. Sed dices tu fateris truncã hãc Lxx tranſlationem multis locis, & partibus multis, Ita eſt, ſed ea refarta ſunt D. Hieronymi tranſlatione, qua nihil eſt diuinius quæ ſemper in manibus Eccleſiæ fuit, & caſtiſsima aſſeruatur excepto ſi pauculæ voculę librariorum imperitia mutatæ videri poſſunt. Hæc nobis cum Iudæis conteſtata lis eſt, hic cauſæ ſtatus, de hac poſt hac eſt diſceptãdum. Sed prius quam ad ſingula deſcendamus, & ad cauſæ probationem duo maxima Iudaizantium fundamẽta ſubuertenda ſunt, quibus potiſsimum nituntur.

(?)

Quod poſtulant ſibi dari tanquam rem confeſſam lectionem Hebræam eſſe caſtigatiſsimam, & veriſsimam noſtram paſsim eſſe vitiatam. Cap. LV.

POſtulant ſibi dari tanquam rem cõfeſſam lectionem Hebræam eſſe caſtigatiſsimam, nec in Hebræa lectione litterulam vllam deeſſe, nec punctum, nec apicem, hos aperire dolos neceſſe eſt. Hæc fraus eſt illa quam ARIST. petitionẽ in principio nominat lib.2. Priorum & topicorum. 8. vbi plurimis modis fieri eam docet, primo modo ſi rem quæ venit in cõtrouerſiam petamus nobis dari, vt ſi nata ſit controuerſia: Vtrũ anima ſit immortalis, & tu defendas animam immortalem eſſe, ſi is qui contra diſputat petat à te vt concedas animam eſſe mortalem, Quid tu, inquies, me putas lapidem? Defendo ego animam eſſe immortalem, & tu à me poſtulas vt largiar tibi eſſe mortalem? Hæc eſt petitio in principio, cum petitur vt concedatur id quod in controuerſiam vocatur, & quod hoc ſophiſma hoc primo modo non ſolet adhiberi, niſi aduerſum ſtultũ & fatuum hominem. Fit ſecundo modo. Si diſputans nominis mutatione fallat, vt in illa eadem controuerſia quam diximus, petit qui contra diſputat ſibi dari omnem actum corporis potentia vitam habentis eſſe mortalem, eſt etiam petitio in principio. I. petitio quæſtionis poſitæ in principio. Eſt enim anima rationalis actus corporis, & ſi largior tibi omnem actum corporis eſſe mortalem, largior etiam rationalem animam eſſe mortalem, quippe actus eſt corporis. Fit etiam petitio à principio cum petimus dari nobis aliquid vnde neceſſario conſequatur id quod vocatur in controuerſiam, vt ſi in eadem quæſtione petat aduerſarius vt des illi animam rationalem deduci de potentia materiæ, ſi tu id dederis, largiaris neceſſe eſt animam rationalem eſſe mortalem, ſi quidem iuxta philoſo-

philoſophica dogmata, Neceſſe eſt, quicquid deducitur de potentia materiæ eſſe mortale. Huiuſmodi petitio in principio, etiam doctos homines fallere ſæpe ſolet, illæ duæ priores, non niſi indoctos & imperitos. Erat ergo quæſtio inter Eccleſiam ſanctam & Synagogam vtrum veritas ſit penes Eccleſiam in his præſertim locis, quos de Chriſto citant Apoſtoli, & Euangeliſtæ, & doctores ſacri, an penes Synagogam? Si aduerſarius peteret vt ei largiremur veritatem propheticarum prædictionum penes Synagogã eſſe, non penes Eccleſiam, palam nos cõtemneret, & vteretur illo primo modo petitionis in principio, cum toto hoc primo libro teſtati ſumus multis fraudibus Iudæos fuiſſe vſos in his locis viciandis, quibus ita à noſtris premerentur, vt elabi aliter non poſſent, quod ſequentibus libris, Deo bene iuuante, planè & apertè monſtraturi ſumus, ridiculum eſſet ſi Iudæi apertè peterent vt daremus eis, vt in his locis quibus lis eſt, Iudæis nobiſcum de illorum veritate, veritatem ſcripturæ eſſe penes Synagogã. Secundo genere petitionis in principio vtitur Synagoga, cum nomen tantum mutat. Quid enim refert vtrum petat dari ſibi veritatem ſcripturę eſſe penes Synagogam, non penes Apoſtolos & Euãgeliſtas, & ſacros doctores, an ſi Iudæus petat ſibi dari Hebræam lectionem eſſe veriſsimam caſtigatiſsimam, vt ne apex, aut littera deſit? ſequitur enim neceſſario Euangelicam & Apoſtolicam, & Eccleſiaſticam quoties inde diſcrepat, eſſe vitiatam, & alieno ſenſu citatam, quod ab initijs Eccleſiæ extorquere à nobis Iudęus conatur, vt quas ipſe vitiarit ſcripturas contra Chriſtum recipiamus, abijciamus manibus noſtræ ſcripturæ veritatem, quæ Chriſti ſemper myſteria ſonat. Reſpondeamus ergo his vti eos ſophiſmate quod dialectici petitionem in principio nominant, & qui non largitur Iudæis veritatem ſcripturæ eſſe penes Synagogam impiam, non penes Eccleſiam ſanctam, nec largiturum veriſsimam ſemper & caſtigatiſsimam lectionem Hebræam eſſe. Sed Hiero. (aiunt) citat veritatem Hebraicam, quid tũ? Eſt enim veriſsima lectio Hebræa, quę mirabiliter iuuat ad intellectum ſcripturæ, non tamen ita, vt nec littera, nec apex, nec ſyllaba ſit vitiata, veriſsima enim eſt Hebræa lectio, verior tamen Apoſtolica & Euangelica & eccleſiaſtica, quoties Hebræa lectio vitiata à Iudæis diſcordare ab Apoſtolica lectione videatur. Hoc enim modo quæſtio eſt inter Eccleſiam & Synagogã de veritate ſcripturæ, quoties noſtra lectio Euangelica & Apoſtolica aut eccleſiaſtica ab æditione Hebręa diſcrepent, penes quam veritatem eſſe, dicendum ſit: maledictis, aiunt, deuota eſt manus Iudæorum quæ in ſcriptura mutauerit quicquam, Ne tu ſi animum inducas Iudæos in lectione Hebręa nullã feciſſe fraudem, His iam reſponderat ORI. contra Celſum lib. 1. & IVSTI. aduerſus Tryponem Iudæum, id ſpectauit 5. Synagoga impia, cum corrupit ſepulcri cuſtodes, ne dicerent ſurrexiſſe Dominum. Diro feriunt, inquiunt, anathemate eos qui ex Hebræa lectione quicquam mutauerint, nec Iudæorum anathema tale eſt, qualis veſtra excommunicatio. Sanctiores ne putas, impias tu Iudaicas manus, qui Hebræas litteras ſcribunt quam Chriſti Domini & Apoſtolorum, & Euangeliſtarũ litteras, vt Iudaicis litteris plus ſit habendum fidei quam Apoſtolicis & Euangelicis litteris, quoties inter ſe diſsident? Nam de his orta contentio eſt, & plus credes tu Iudæo impio quam Euangelio? Multa prætereo quæ hoc loco dici poterant, prætereo & illud, quod comminiſcitur falſo, ius Iudæis eſſe vitę & necis in quenquam, vt lapidibus obruere poſsit eum qui ſe anathemate implicuiſſet, iam tum temporibus Chriſti dixerant: Non licet nobis occidere quenquã quid putas factum poſtquam deletum Iudæorum regnum eſt prorſus? Mitto hæc,

hæc, neceſſe eſt enim Iudæi ſe mendacio tueantur, alioqui quo ſe vertant, cũ tenentur manifeſto? Age tu qui aduerſus veteres Patres omnes, vt ſecundo libro oſtendemus pro Iudæis cauſam dicis. Reſponde? Qui ſunt quos noſtri maiores ſcripturam Hebræam vitiaſſe aiũt, ſi fortè vitiarunt. Nolo enim ante probationem à te confeſsionem extorquere, ſed te rogo ſi qui fortè locos aliquos ex ſcriptura vitiarunt, non neceſſe erat fuiſſe ſcribas & Phariſæos? Certè hos fuiſſe neceſſe erat, qui fraudem in ſcriptura fecerint, ſi conſtiterit in ſcriptura fraudes eſſe factas, & qui ſunt qui ſœuo Anathemate feriunt cœteros qui ſcripturam quam ipſi deſcribunt ſuo modo, mutauerint? An non ijdem ſcribæ & phariſæi? Nam Hebræa lectio, niſi à doctis Hebraicè deſcribi non poteſt, & ſcribis & phariſæis religionis in cœteros ius eſt, eoſq; libros neceſſe eſt haberi caſtigatiſsimos quos tranſcripſiſſent, aut probarint ſcribæ & phariſæi. Quos dabant igitur ſcribæ & phariſæi deſcriptos & caſtigatos, ſeu vitiatos potius, ſœuo anathemate muniebant, ne quis ex eis quicquam demutaret, itaque vereor ne magis hoc ſit defenſio & propugnatio libris vitiatis ab ſcribis ne quis eos mutet, caſtiget aut corrigat, quam fulmen, ne quis Hebræos Codices vitiet.

De Iudaica Maſſoreth. Cap. LVI.

MAſſoreth vox Hebræa Latinè ſonat traditionem, Synagogæ, ſcilicet impiæ, à verbo namque מסר trado dictum eſt, quod Synagogæ alumnis Iudaica citetur Maſſoreth, id eſt Phariſaica traditio. Ego in ſtudijs ſacris verſatus diutiſsimè traditiones Eccleſiæ à ſanctis Patribus citari ſæpe vidi his qui in ſchola Chriſti erudiuntur, de qua Eccleſię traditione qua Eccleſiaſtica lectio nobis eſt cõmẽdata ſupra multa diximus. Maſſoreth Iudaicẽ à nullo vnquam vidi citari, vt traditio Iudaica citetur his qui in ſchola Chriſti verſentur: Apage rem indignã, vide quid dicas, aiunt, cõcinnata eſt hæc quam tu phariſaicam Maſſoreth nominas ab Eſdra, Gamaliele, Eleazaro. Ne me magnis terreas nominibus quæſo. Scio concinnatam eſſe à viliſsimis & fœtidiſsimis rabinis, qui iſtis appellabantur nominibus, Non ab Eſdra illo antiquiſsimo, nec à Gamaliele, ſed à fœdiſsimis rabinis quos magna illa nomina Eſdræ, Eleazari, Gamalielis commendent. Varietatem ſcripturæ profert illa Maſſoreth, quæ fuerit ab hinc quadringentis, quingentiſvè ad ſummum annis, nec credas tu Iudæos qui cornicum oculos configunt in ſua Maſſoreth palam ſua furta facturos. Iudæi, vt ait Hieronymus, nos brutos appellant, & animalia, facile putant ſe nobis verba daturos. Aiunt ſe numeratas habere litteras, & ſyllabas, quid ni habeant litteras & ſyllabas numeratas, & verba, & dictiones, & orationes, & verſus, largior hoc ita eſſe, ſed age quis eſt is qui numerat, Nõnne idẽ Iudæus, qui fur eſt verborum ſcripturæ, vt ait GREGO. Nazianzenus, & alij Patres, numerabit ille quæ volet, non numerabit verba quæ furto ſuſtulit, nec litteras, nec dictiones, age tu concredito furi ſaccos nummorum aureorum, & credito furi de numero illius monetæ ſibi creditæ poſtquam ille ſuſtulerit furto quæ voluerit, deierabit ille per ſancte ſe habere numeratam illam peccuniam, nec fallet quidem, Numerauerit tamen exceptis his quæ furto ſuſtulerit. Ergo quæ ipſi rabini ſcribunt, & quo ſcribunt modo, munerant poſt factas fraudes, & Anathemate feriunt eos qui ea audeant immutare: caſtigatiſsima illa eſſe prędicant quæ vitiarunt, & cauent ſœuo anathemate, ne quis ea audeat immutare, Ex exẽplaribus antiquioribus. Quantũ prępſtabat dicere Eſdram illum antiquũ trecentis fortaſſe annis ante Lxx viros inflatu ſpiritus Sancti reſtituiſſe quicquid in ſacris litteris erat corroſum, igne Baby-

Babylonico incenſum, aut alio quouis modo verbis multis, aut verſibus plurimis defectum, quod docet IRE. libro 3. cap. 25. vbi tractat de cura Dei qua Eccleſiæ ſuæ ſcripturam ſanctam dedit: & poſtea penè amiſſam incendio, inſpirauit Eſdræ, vt cum ſumma veritate, poſtea à Lxx transferretur. Vnde ſancti Patres, ſi qua præferret tranſlatio Lxx: quę Hebraicè non eſſent, nunquam ſunt auſi ea ex ſcriptura delere, vt ait Auguſtinus, & Origenes, quod ex lectione Hebræa excidere potuerint per tot incēdia, quæ poſt crucem Chriſti Iudæos ſunt conſequuta. Idem de Eſdra illo antiquo prodit TERTVL. in libro quem ſcripſit de habitu muliebri cap. 3. & BASI. in Epiſtola ad Chilonem, Chryſoſtomus in cap. 5. Epiſtolæ ad Hebræos in Morali, & AVGV. de mirabilibus ſcripturæ ſanctæ, cap. 33. & CLE. ALE. Stromatheon lib. 1. bis aut ter, & THEO. in Prooemio in Pſalmos. Has Eccleſiæ traditiones filijs Eccleſię præſcribi oportebat, quas ab Apoſtolis quaſi per manus accepimus, & à ſanctis Patribus temporibus Chriſti proximis, qui aut à maioribus acceperant aut ex hiſtorijs excerſeprāt quę illis temporibus extabant noſtris non extant, fortaſſe quæres vnde ſciamus hanc Maſſoreth non excedere annum quingenteſimum, facilis eſt reſponſio, inde colliges ſaltem poſt tempora D. Hieronymi factam eſſe Maſſoreth, non ab illo Eſdra antiquiſsimo, cui ſunt inſpiratæ ſcripturæ incenſæ, vt teſtantur ſcriptores veteres quos citaui, Quod varietas lectionis Hebrææ quæ notatur à D. Hieronymo, ex Symmacho, Theodotione, & Aquila in hac Maſſoreth non reperitur excepta vna aut, altera. Adde tu q̃d ſi antiqua hæc eſſet Maſſoreth, eius feciſſet mentionem Hiero. aut aliquis ex veteribus, nec Hieronymus qui omnia Hebræa exemplaria excutiebat, qui varietates omnes Hebrææ lectionis perſcrutabatur, nec veterum quiſquam eius mentionem facit, antiqua igitur non eſt, rabini, aiunt, eius mentionem faciūt; ita eſt, Sed rabinorum nullus quingenteſimum tranſcendit annum. Nam quæ quidam antiquitate quorundam rabinorum comminiſcuntur, falſa ſunt & commentitia.

LIBRI PRIMI CONCLVSIO
De Idiotiſmis.

Concluſio eorum quæ diximus libro primo quod dicta ſint generaliter & vniuerſe.

TActenus toto hoc huius operis libro primo diſceptata lis eſt, quæ inter nos eſt, & quoſdam noſtros homines nouarum tranſlationum amatores, generatim & vniuerſe, vtrum veritas ſcripturæ ſit in lectione Hebræa, an in Eccleſiaſtica, Apoſtolica & Euangelica: quoties vtraque ab altera ita diſcreparet, vt neceſsitas ipſa cogeret dicere, vitium eſſe in lectione Apoſtolica & Euāgelica aut in Hebræa æditione, quod veritas in vtraque eſſe nullo modo poſſet; vt vſq; adhuc eſt cōmonſtratum. Et veritatem eſſe in altera neceſſe eſſet, iam res ipſa eo nos vocare videtur, vt ſigillatim ſingula diſceptemus, nam ſi generaliter diſputare pergamus, multa credibiliter dicere poſſunt aduerſarij quan uis vigilantium potius ſint ſomnia, quam hominum prudentum certæ rationes. Ad ſingula ergo deſcendamus, & aduerſarios manum conſertum vocemus.

mus. Res cum re (quod aiunt), cauſa cũ cauſa ratio cum ratione pugnet, totaq; huius contentionis formula intra certos quoſdam diſputationis cancellos cõcludatur, ne huc & illuc aduerſariorum oratio poſsit euagari; & dicere vtraque vera eſſe, Apoſtolica & Euangelica, atque ea etiam quæ à quibuſdam Iudaico ſenſu tranſlata eſſe dicuntur, quanquam eos qui hæc dicerent, iam refutauimus, confutauimuſque illos qui profiterentur conatos quidem Iudæos vitiare ſcripturam Hebræam, deprehenſos tamen à noſtris in furto, impeditos eſſe quominus id facere poſſent, quam hæc non vere dicebant ſed ne credibiliter quidem; planum eſt magna ſcilicet inter noſtros & Iudæos familiaritas ſemper fuit, vt noſtri in Iudæorum conſilia & ſecreta admitterentur, quamuis Iudæos in furto ſemel aut bis eſſe deprehenſos non inficior, hoc enim argumento Iuſtinus aduerſus Iudęos vtitur vt reuincat eos ſcripturam vitiaſſe quod ſemel iterunque noſtri deprehẽderint eos in furto.

Deſcendendum eſſe ad ſingularia ne euagari poſsint aduerſarÿ ſed cogantur reſpondere ad ſingula.

AGE ergo iam noſtros aduerſarios in rem præſentem deducamus, & in res ſingulas quas cernamus oculis, & digito commonſtremus, ne vltra in eas poſsint excurrere, vt dicere eis poſsimus, aut aias aut neges, & habeant neceſſe fateri quæ ſuis oculis ſubiecta vident, aut ſuam prodere inſcitiam, ne dicam, an peruicaciam? ſi manifeſtis repugnent & quæ oculis cernunt inficientur. Proponamus igitur in calce huius primi libri capita huius controuerſiæ quo per libros ſequentes omnis diſputatio eſt referenda. Veteres Patres aiunt Iudæos impios Hebræam lectionem vitiaſſe vt obſcurarẽt prophetias de Chriſto aut eas prorſus delerent. Iudęi factũ negant, & Hebræam ſcripturam caſtigatiſsimam eſſe teſtantur, de re hac eſt controuerſandum.

Duobus modis ſcripturam vitiari à Iudæis manu & interpretatione.

AIunt præterea noſtri peruerſa interpretatione Iudęos prophetias de Chriſto Domino à Chriſto auertere & alio conuertere ne ad Chriſtum Dominum videantur pertinere. His igitur duobus noſtri maiores aiunt Iudæos ſacros ſcripturæ ſenſus peruertere aut παρεγγραφῇ id eſt falſa & vitiata ſcriptione aut παραγραφῇ id eſt peruerſa interpretatione, cũ ſine vlla ſcripturæ fraude falſaq; interpretatione prophetiæ à Chriſto auertuntur, nec enim Hebraice prophetiæ omnes de Chriſto ſunt à Iudæis vitiatæ ſed plæręq; aliquando etiam cum vitio ſcripturæ vt vtrunque genus fraudum Iudaicarum coniungatur; vt vitietur ſcriptura & in alium ſenſum ſcriptura deflectatur à Chriſto longe diuerſum quod ſine ſcripturæ vitio à Chriſto auerti non poſſet. Hoc genus fraudis noſtrorum oculis denſiſsimas offundit tenebras, dum fallit aduerſarius inquiens typice intelligitur de Chriſto, & noſtri qualibet reſponſione contenti quæ ad Chriſtum ſcripturam referre videatur ſilent, & eſſe quidem plurima in veteri teſtamento & in Pſalmis, quæ litteraliter aliò ſpectent, typice ad Chriſtum referantur, nemo ambigat.

Reprehenduntur Iudæi & qui eos ſequuntur quod quæ citat Chriſtus Dominus & eius Apoſtoli & Euangeliſtæ allegoricè citata dicant & non litteraliter.

OMnia vero, verbi cauſa, quæ à Domino & ab eius Apoſtolis ex Pſalmis citẽtur alio referri & typice ſuæ allegorice eſſe dicta de Chriſto quã mihi praue dictũ eſſe videatur, nequeo ſane pro-

proloqui. Si vnus locus duo ve, decem aut duodecim de Chriſto Domino ab eodem Chriſto, aut ab eius Apoſtolis & Euangeliſtis citarentur quos nobis aduerſantium turba à Chriſto auerteret & alio conuerteret, ſi auferretur autoritas Apoſtolica & Euangelica lectio in paucis & poſtea cauſaretur aliquis typice & allegorice de Chriſto fateri eſſe dicta, nõ arbitrarer hoc eſſe ferendũ, omnia vero quæ ex Pſalmis exẽpli cauſa de ſe citat Dominus & quæ eius Apoſtoli & Euãgeliſtę citãt de ipſo Dño velle litteraliter de alio eſſe dicta, typice & allegorice dicta de Chriſto; quantum nefas mihi eſſe videatur exprimere dicendo non poſſum, quid Chriſtus Dominus qui propheus ipſam dictauit ſcripturam nihil de ſe citat litteraliter? ſpiritus Sanctus qui Apoſtolorum & Euangeliſtarum ore locutus eſt nullas litterales, citat prophetias? Quod ſi in Pſalmis nullę eſſent de Chriſto prophetiæ litterales, aliunde citaſſet, qui illas inſpiraſſet prophetis, an impij Iudæi dicere poterunt tam rudes & imperitos fuiſſe Apoſtolos & Euãgeliſtas noſtros vt de Chriſto quem toto orbe prædicarint nihil litteraliter potuerint citare, ſed ſemper quæ aliorſum dicta eſſent à prophetis ad Chriſtum retulerint, tam expertem ſapientiæ fuiſſe ipſum Dominum, qui eſt ipſa ſapientia, & in quo eſt theſaurus ſapientiæ & ſcientiæ vt aliena & de alijs dicta ſibi vendicarit, nec quicquam ex propheticis litteris proprie & litteraliter de ſe dictum potuerit referre? Apage rem abſurdam, nec dignam quam vel auribus exciperemus. Nec quiſquam ſibi perſuadeat me de Pſalmis tantum qui vitiãtur παρεξήγησιν peruerſa interpretatione, hæc dicta velle, de vniuerſa ſcriptura hæc dico quæ hac Iudaica fraude peruertitur, ne quiſquam cum ad hos locos ventum ſit nec quicquam manu vitiatum à Iudæis à me oſtendi deprehenderit, me accuſet quod parum pręſtẽ quod eram pollicitus, quippe profeſſus commonſtraturum eſt me fere locos omnes qui in litteris Apoſtolicis & Euangelicis de Chriſto Domino citarentur, aliqua Iudaica fraude eſſe deprauatos, & cũ in plæriſq; quæ ab Apoſtolis citẽtur & Euangeliſtis nihil vitij ſcripturæ manu Iudaica additum videant, meam fidẽ fortaſſe deſyderent. At ego duas fallatias Iudaicas vitiandæ ſcripturæ ex traditione veterum Patrum eſſe dixeram, alteram quæ manu fit mutatione diſtinctionis & pũctorum & litterarum & ſyllabarum, altera quæ nihil horum facit, ſed peruertit ſacros ſcripturæ ſenſus, quæ longe longeque maius damnum ſcripturæ ſanctæ importat quam vlla alia Iudaica fraus quę ergo tu putas nulla attentata fraude quod nihil vitiatum oſtendimus manu Iudaica, ibi puta eſſe illam fraudẽ quã veteres nominant παρεξήγησιν id eſt peruerſam interpretationem, qua à Chriſto Domino ſcriptura auertitur & ad aniles fabulas conuertitur. Quod quæſo maius vitium dici poteſt, quam ſi ſacri Apoſtoli & Euangeliſtæ horum nefariorum opera ſtulti fiant, & ipſe Dominus, quod dictu eſt nefas, vt quid citent neſciant? cum ſpiritus ſanctus, qui ore Apoſtolorum & Euãgeliſtarum eſt locutus, iuxta illud, non vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus Sanctus qui loquitur in vobis, ſtupidus fiat, vt neſciat quid dicat, aut quid loquatur, typice inquies & allegorice, confitentur omnia de Chriſto eſſe dicta, vt fallant, hoc dicunt, nam poſtea vt diximus ex Auguſtino ridẽt allegorias & magno cachinno, eas proſequuntur.

Obiectant ſuis Iudæi quod Chriſtum ſequuntur ob inanes allegorias & ad hæc reſponſio.

ET Iudæi vt ſis ſciens apud Origenẽ de Iudæis qui Chriſtiani ſunt facti vehementer queruntur, quod ob inanes allegorias vera Dei lege relicta Chriſtum Dominũ ſint ſecuti, at non ſunt ſe-

cuti

cuti Chriſtum Dominum ob inanes allegorias, ſed ob veras ptophetias & maxime manifeſtas & litterales maxime, quibus accedunt allegoricæ prophetiæ etiam quæ non raro ait Auguſtinus ſunt acriores & vehementiores litteralibus, & manifeſtæ magis & emphaticoterę, mitto dicere quod venit Dominus vt promiſerat apud Eſaiam & apud alios prophetas, faciens mirabilia maiora quã fecerat in veteri teſtamento, vt dubitationi de ſe non reliquerit locum ne impius ludæus dicere poſsit ob inanes allegorias Chriſtũ receptũ à Iudæis, colludunt ergo cũ Iudæis impijs qui illa apud Origenem dicunt omnia citari à Chriſto & eius Apoſtolis & doctoribus ſacris, allegorice dicta eſſe contendunt nõ litteraliter. Et de hac fraude Iudaica quæ παρεξήγησις dicitur id eſt peruerſa ſcripturę interpretatio plus in hac parte dictũ eſſe videri poteſt quam tes ipſa poſtulabat, nihil tamen tantum pro indignitate tei dici poteſt quantum par erat, non enim tantum Pſalmos à Chriſto auertit, ſed vniuerſas ſacras pene dixerim litteras peruertit, vt ſtudioſo lectori dum Iudaicas tranſlationes manibus verſat hęc Iudaica fallacia quæ παρεξήγησις dicitur id eſt peruerſa ſcripturæ interpretatio qua litterarum ſanctarum ſacri peruertuntur ſenſus, ſemper ob oculos obuerſetur, quod fallit magis & lectorem præteruolat, & vaſtat vniuerſa, ne tu credas hanc peſtem tantum ſæuire in Pſalmos, vt ab hac ſæua Charybdi fugiendum maximè ſit.

De fraude illa Iudaica quæ praua ſcripturæ interpretatio dicitur.

QVæres fortaſſe quo nam modo aduerſarij noſtri nominent hãc prauam interpretationem ſcripturæ, qua euertunt omnia Chriſti ſacramenta varijs illam nominibus appellant, inter cæteras nomenclaturas idiotiſmos nominant, id eſt puritatem ſermonis Hebræi, formas dicendi Hebraicas, vt perſuadeant parum in ſacris litteris verſatis ſe ſcripturam interpretari iuxta proprietatem ſermonis Hebræis iuxta id quod ſermo Hebræus ſonat, ſed Vulgatum eſt illud Ambroſij, perijſſe Iudæos, dum ſequuntur nuda verborum, dum ſcripturam interpretantur, iuxta id quod prima facie ſonare videatur & vt ad humiles ſenſus trahas ſcripturam & ſic à Chriſto auertas ne altius perſcruteris ſacras litteras, nec Auguſtinum audias qui in ſcriptura ſacra fodiendũ alte eſſe ait donec peruenias ad Chriſtum, certe ſi ad hoc exemplum alias didiceris diſciplinas, nihil prorſus didiceris, vt ſi in diffinitione pũcti, cum dicitur punctum eſt cuius pars non eſt, & in diffinitione lineæ cum dicitur linea eſt longitudo ſine latitudine nihil plus quæſieris quam quod verba ſonent nihil prorſus didiceris, ſi rurſus adieris Ariſtotelem & audieris omnem ſyllogiſmum ex tribus terminis debere conſtare, nec plus quæſieris quam quid voces ſonent, infœlix operam perdes, ad viliora veniamus, ſi ſeruum eſſes nactus tam ſtupidum vt omnia vt dicerentur ſimpliciter acciperet, & ſi diceres, ride bellua, erũperet in cachinnos, ſi vapularet, & diceret quod imperas facio, cur vapulo miſer? rumperetis ira, ſi diceres lachryma ergo, inciperet lachrymare, multo magis, diceres quid agis bellua? quod iubes, diceret, ferri potis eſſet ſeruus ille? minime ſanè, quid ita? nempe quod omnia accipetet vt dicerentur ſimpliciter, ſi diceres cape ſodes ſellam & hic propter me aſside caperet ſellam & ad latus tibi aſsideret, & à te pugnis contuſus diceret miſer quid feci? cur vapulo? quod feci imperata? vile mãcipium ferri non poſſet ſi nuda verborũ quod ait Ambroſius ſequeretur ſemper & ſic perijſſe Iudæos docet doctor ille ſanctus & Origenes Iudæos perijſſe docet quod omnia acciperent litteraliter id eſt, vt ſonat littera, vt vile illud mancipium de quo dicebam. Ergo idiotiſmus

ad

ad morbū illū nos reuocat quo Iudæi pe
rierę vt id quæramus tātū quod Hebræa
littera ꝓprie ſonat,nec quicquā ꝑſcrute
mur ampli⁹ vt litteraliter oīa accipiam⁹
q̄d ait Origenes & vt nuda verborū ſe-
quamur,quomodo periſſe Iudęos Am
broſius ait. Atqui Hieremias iuxta Lxx
ait.Niſi intellexeritis occulte peribit aīa
veſtra,vt ſi ſeruo illi de quo dicebā dixe-
ris niſi prudēter heri dicta accipienda cu
raris excarnificaberis miſer.

*Loci vitiati per hos idiotiſmos ex veteri teſta-
mēto reſtituti & defenſi per huius operis au
thorē. Quod huiuſmodi idiotiſmis perit om-
nis expoſitio ſcripturæ à ſanctis Patribus
per man⁹ tradita vbi exēpla ponimus petita
ex authoribus idiotiſmorū & ea refutamus.*

1 IDiotiſmus ergo oīa ſimpliciter ac-
cipiēda docet iuxta proprietatē ſer
monis Hebræi aut iuxta intellectū homi
nis idiotæ & prudētis vt quidā dicere ſo
lebat.Cōtra Chryſoſtomus & alij patres
verba ſcripturæ verba eſſe ſpiritus S.aiūt
non ſimpliciter accipienda, quod verba
ſpūs S. recōditiſsimos habeāt ſenſus, in
ſingulis litteris & ſyllabis nō ſolū in ſin
gulis verbis ingentes habeāt theſauros,
ſpecta quæſo quātū noſtra ab aduerſa-
riorum diſtēt chartis. Ergò vt appareat
idiotiſmis euerti ſanctorū Patrū explana
tiones aliquot exēpla ponamus, vt inde
de reliquis coniecturā facere poſsis.
2 Illud Geneſeos.c.19. pluit Dn̄s à Dn̄o
per emphaticā quādā repetitionē dictū
eſſe aiunt qua ſignificetur Dn̄m è cœlo
deieciſſe pluuiā, & docēt hos idiotiſmos
ad ſimilia trāsferēdos, ergo non ſolū q̄d
veteres docent filiū à patre pluiſſe igneā
pluuiā in Sodomitas & quas hoc loco di
uinas perſonas declarari hoc idiotiſmo
euertitur ſed illud quoq; quod in ore Ec
cleſię eſt, Abrahā tres vidiſſe & vnū ado
raſſe,emphatica aiunt repetitio eſt qua-
lis eſt illa abijt exceſsit erupit euaſit.

Euertitur & illud Oſee ſaluabo eos in
Dn̄o Deo ſuo dictū de duabus perſonis
diuinis, patre, & filio, q̄d hoc idiotiſmo
docetur nihil aliud eſſe quā locutionē
emphaticā de vna perſona, deniq; hoc
idiotiſmo ſubuertūtur oēs loci ſcripturę
de perſonis diuinis qui ſunt quā plurimi
qui de vna perſona diuina emphaticæ lo
cutiones eſſe dicentur.
3 Abacuc.3. ibi abſcōdita eſt fortitudo
eius,dictum de Chriſto Dn̄o in paſsione
vbi fortitudo Dn̄i abſcōdita eſt tanti-
ſper dū pateretur, cū dixit hæc eſt hora
veſtra & poteſtas tenebrarū, de quo lo-
co plura in commētarijs in Abacuc di-
ximus,ſic trāsferūt ibi abſcōſio fortitu-
dinis eius, & ſic interpretātur, fortitudo
quæ antea abſcōdita erat ibi reuelata eſt
vt auertatur à Chriſto Dn̄o prophetia
cū littera ipſa plane cōtrariū ſonet, quā-
que & hoc ad Chr̄ū Dn̄m poſsit referri.
4 Iob ca.5.ingrediere in ſenectute in ſe-
pulchrū ſicut aſcendit aceruus in aream,
ideſt,morieris aiūt morte naturali,mag-
na res quę datur pro præmio viro iuſto
quod moriturus ſit morte naturali, mo
ritur & mulus naturali morte cum lo-
cus hic ſit de reſurrectione mortuorū,
ſic enim præfert vulgata, ingredieris in
abūdantia ſide in opulētia in ſepulchrū,
ſicut aſcendit aceruus in aream,ideſt, in-
gredieris in ſepulchrū in abūdātia bono
rū operū,ſcilicet,vt tempore iuſti iudicij
Dei veluti triticū ſis quod in areā coa-
ceruatur quādo paleæ comburentur ig-
ni inextinguibili, huc ſpectāt D. Hie-
rony.in commētarijs Didymus & Seue-
rus. Aduertendumq; nunquam fere eos
citare vulgatam aut Apoſtolicā lectionē
aut Euāgelicam.
5 Eſaiæ.45.labor Aegypti & negotiatio
eius,ſuper te trāſibūt.i. opes aiunt partæ
Aegyptorū labore, & merces Aethiopū
peruenięt ad te,intelligūt.n. d̄ Sennache
rib q̄d reuerſus ex Aegypto & Aethio-
pia magnis partis ſpolijs parabat euerte-
re Hieruſalē; cū eius exercit⁹ vna nocte
ab Angelo interfect⁹ eſt,& Sennacherib
relictis ſpolijs,quę ferebat ex Aegyptijs
& Aethiopib⁹, ſe fuga ad ſuos prorupuit
quæ omnia falſa ſunt. Tunc enim Sen-
nacherib bellū inferebat Aegyptijs &
Peluſiū obſedit, & perculſus fama, quæ

diſtulit AEthiopiæ regē magnos parare exerci⁹, vt ferret opē AEgyptijs, infecta re ſe ad ſuos referebat, & obiter magno cū exercitu fugiēs obſidere parabat Hieroſolyma, cū vniuerſus ille exercit⁹ vna nocte ab Angelo eſt interfectus & fuga cū paucis equitibus ſe retulit ad ſuos, falſa ergo hiſtoria de ſpolijs Aegyptiorū & Aethiopū myſteria quæ illo loco ſignificātur pꝛ vulgaria euertūtur, quę à nobis in cōmentarijs in illū locū referūtur ex ſanctorū ſcriptis. Ita idiotiſmo, id eſt, ſimplici litteræ ſignificatione adiuta falſa hiſtoria magna Dei ſubuertūtur ſacramēta.
6 Huic ſimile eſt illud Eſaię 43. dedi pretiū tuū AEgyptū. i. cladē q̃ runc quæ tibi impēdebat à Sennacherib in AEgyptū cōuerti etiā falſa hiſtoria, & cōficta & nuda ſignificatiōe litterę quæ Idiotę cuiq; ſignificata poſſet videri illis verbis ſacra illius loci ſignificatio euertitur de qua in cōmētarijs in illū locū à nobis eſt dictū nā Sennacherib nō ductabat exercitū in Hieroſolyma, ſed in Aegyptū; confecto vero illo bello minabatur ſe deleturū Iudæā & Hieroſolyma, ſed ab Aegypto repulſus & metu regis Aethiopū fugiēs cōuerſus in Hieroſolyma eſt vbi ab Angelo eius exercitus vna nocte eſt interfect⁹. En idiotiſmo. i. propria & ſimplici litteræ ſignificatione quæ eſſe videri poterat & falſa hiſtoria, prophetia à Chriſto Domino auertitur & ad fabulas conuertitur quæ nuſquā ſunt aut fuerunt.
7 Eodē ſpectat illud Eſaię 27. Nunquid iuxta plagā percutiētis percuſſi eū. Nunquid aiūt percuſſi eū vt Sennacherib & Pharao eū percuſſerāt. Poſt homines natos nulla natio tanta plaga deleta eſt vt in Ioel & in Amos & alijs locis multis à nobis dictū eſt, quanta plaga poſt crucē Dñi Iudæorū populus à Dño eſt percuſſus, vt idiotiſmo. i. falſa interpretatione falſa efficiatur prophetia quæ propria & ſimplex ſignificatio humilis & abiecta litterę eſſe dicatur. Quin illud ſignificari potius videtur, nō percuſſos Iudæos poſt crucē Dñi, plaga tāta, quāta Iudæorū populus Dñm percuſſerat, cū regē gloriæ in crucem ſuſtulit, nō enim pro merito ſunt pcuſſi, ſed leuiori multo plaga, quā vis omniū maxima quæ vnquā fuerunt aut futura eſt vnquā, percuſſus ſit.
8 Eſaię 28. Nā eſt vis præceptū poſt præceptū, linea poſt lineā, parū ibi parū ibi. i. paulatim aiūt ſunt docēdi, vt pueri, vt diſcāt legere paulatim. Diximus idiotiſmū nō vitiare ſcripturā, ſed eā ad ſimplicē ſignificationē & nudā verborū redigere & cōtēdere nihil præterea ibi ſignificari, & ita Chriſti Dñi ſacramēta ſubuertere, & id ſignificare idiotiſmū. i. ppriā & ſimplicē & nudā verborū ſignificationē, & humilē & abiectā. Sciēdū tñ id plærūq; facere nullo modo poſſe idiotiſmū niſi vitiet litterā, interim niſi totā vulgatam mutet q̃le hoc loco fit, vulgata nāq; eſt, māda remāda, māda remāda, expecta re expecta expecta reexpecta, modicū ibi, modicū ibi, d̃ quo loco dictū à nobis eſt in cōmētarijs in Eſaiā & certe hoc poſtulāt quidā ſi olim vt veteres trāſlationes relinquātur, nouæ afferantur, quod ſi fieret chriſtiana. R. P. quod Deus nō ſinet, rueret, retentā. n. eccleſiaſtica ſcriptura fūribus in Eccleſiā nō pōt ita patere aditus, quin facile refellātur, quæ res facit vt ipſis vehementer cor doleat.
9 Iā illud Michæę, ꝓpterea dabit Deus vſq; ad tēpus quo parturiēs pariet quod Euſebi⁹ Cæſarienſis Hieronym⁹ & alij ad partū ſacræ Virginis referūt, vſq; ad quē duratur⁹ erat populus Iudæorū in ſuis ſedib⁹. Nā poſt illū qui increduli eſſent Iudæorū vaſtādi erāt & ſuis ſedib⁹ pellēdi qđ factū eſt, nīſi qdā ſinet eos affligi aiūt nō aliter q̃ affligi ſolet fęmina in puerperio. En quā late pateat fraus illa Iudaica, cū peruerſa interꝑtatione à Chřo Dño ꝓphetia auertitur & alio conuertitur, & quā facile factu eſt, ſi te offirmes vt cōtēdas ſcripturæ locū id tātū ſignificare qđ ex prima facie littera ſcripturæ tibi ſignificare videatur, & neges ibi vlla Chriſti myſteria eſſe ſignificata.
10 Oſee. 10. putāt Patres vt dictū à nobis eſt in cōmentarijs in Oſeā ſignificari aduentū Dñi inſtare & iā in proximo eſſe, & admo-

& admoneri nos vt nos paremus in aduentũ Dñi vt ſpinas vitiorũ euellamus animo, mentẽ excolamus quod vt terra inculta ſentes & dumos creat ita & anima noſtra niſi cœleſti aratro & noſtra cura excolatur vitia germinat & vitiorũ ſentes & huc referunt illud Oſee Arate vobis arationẽ, &c. noſtri quidam nihil plus ſignificari putant, quam cogitate vobis cogitationem.

11 Illud Zachariæ.14. Erit ſuper frenum equi ſanctũ Dñi, in ore eſt vniuerſæ Eccleſiæ & ſanctorũ patrũ & de clauis crucis Dñi explanatur in triumpho crucis & illud etiã planũ eſt ſignificare equos laſciuientes, ideſt, homines libidinoſos fræno rationis & religionis frænari, multo tamen magis ſacra Euchariſtia ſedari vitiorũ impetus, ſi ſedulo illis aſſueſcas, ſuper frenum ergo equi ſuper rationem hominis libidinoſi & ſuper religionem erit ſanctum dñi ſacramentũ quod frænet libidines. Hunc locũ aliter tranſlatũ citant & aliter interpretantur diximus enim dolũ Iudaicũ cui nomẽ veteres dare ſolent prauã ſcripturæ interpretationẽ non ſolũ ſacros ſcripturæ ſenſus peruertere, ſed etiã ſcripturã vitiare aut aliter transferre ſcripturã quod peruertere ſenſus ſacros nõ poſſunt niſi vitietur ſcriptura aut aliter transferatur, ſic ergo transferunt, In illa die erit ſuper tintinabula equorũ, ſanctũ domini. Tintinabula aiunt equorũ conſecrabãtur domino, inde enim fiebant lebetes ad coquendũ carnes in domo ſanctuarij. Hoc inde fit quod quidam ex noſtris admirantur Iudæos quod ſolos eos credũt ſapere, Iudæi porro ad ſenſus Iudaicos faciunt tranſlationes quas noſtri quidam aliquãdo per imprudentiã ſequũtur. Cur igitur aiunt id nobis vitio das quod eas ſequimur, quando ab Eccleſia permittũtur circunferri, permittuntur quidem circũferri ea lege tamen vt ſequaris vulgatam & lectionem Apoſtolicam & Euangelicam, queror tamẽ quod relicta vulgata Apoſtolica & Euangelica lectione ſequaris alias trãſlationes quas nõ permittit Eccleſia ſancta vt relicta Vulgata Apoſtolica & Euãgelica ſequaris, nã in omnib[us] à principio vſq; ad finẽ ponimus exempla quæ autores Idiotiſmorũ ponunt.

12 Quod dixi fraudẽ illã Iudaicã quæ dicitur peruerſa ſcripturę interpretatio nõ vitiare Hebræã lectionẽ ſed peruerſe eã interpretari de quibus exẽplorũ ſatis eſt poſitũ, aliquando vero idq; nõ raro hoc genus hominum id facere nõ poſſe niſi orationẽ Hebrę ã vitient, aut trãſlationẽ prorſus mutent exẽplo tibi eſſe poterit illud. Ex vtero ante Luciferum genui te, vbi quid ſcabra Iudæorũ malignitas facere poterit & in ſuperioribus niſi vitiaſſet ſcripturã in illo tecũ principiũ, de patre qui eſt in filio, & de æterna filij generatione, Ex vtero ante Luciferũ genui te, vitiata ſcriptura fit vt non reperias tecũ principiũ, nec ante Luciferũ nec genui te quibus locis noſtri maiores Hæreticos refellere ſolebant. Ergo ſic transferunt, id eſt, Ex vtero ab aurora fuit tibi ros Natiuitatis tuæ & ſic explanãt id eſt gratię illæ quæ tibi datę ſunt à patre cõtigerunt tibi ab vtero Natiuitatis tuæ, quemadmodũ quotidie ab aurora naſcitur ros, & totũ hunc locũ Pſalmi ab illo principio tecũ principiũ ſic interpretantur vt R. Abrahã. R. Ieuda. R. Selomoh, de rege Dauide vt leges in dictione rachã in theſauro Pagnini. En quomodo myſteriũ generationis æternæ qua filius à Patre generatur generatione æterna vitio ſcripturæ & praua interpretatione quã idiotiſmũ nominãt de medio tollũt.

13 Hieremię.12. dictũ eſt de populo Iudæorũ, fuit mihi hæreditas mea tanquã leo in ſylua quod iuxta veterũ interpretationẽ Iudæi qui erant Dñi hęreditas ea in Dñm immanitate ſæuiere qua leo in ſylua ſolet ſæuire cũ regẽ glorię in crucẽ ſuſtulere, en hic quoq; locus peruerſa interpretatione alio trahitur, & à Chriſto Dño auertitur, ita fugio aiunt, vt fugere ſolẽt qui audiũt leonis rugitũ ita cũ duę ſint fraudes Iudaicę quibus ſolet vitiari

ſcriptura altera quę dicitur peruerſa ſcriptio, altera quæ peruerſa ſcripturę interpretatio nominatur, plus plus multo nocet peruerſæ ſcripturæ interpretatio quę idiotiſſimi nomine inducitur, quę peruio quocumq; ſenſu eoq; facili qui ex verbis ſcripturæ occurrit cuilibet docet peruertere ſenſus ſcripturæ ſacros vt dicebat ille alter ſcripturã ſanctam cuilibet eſſe facilem ſi ita intelligere velit, vt quilibet intelligere poſſet, & eo prætextu ſcriptura à Chriſti myſterijs auertitur & ad aniles fabulas conuertitur. Nam hæc & alia huius notæ veluti exempli cauſa ponuntur vt ad hoc exemplum deprauentur cætera, vt ſic explanentur vt littera videtur ſonare. Quod ſi ſic interpretarere Ariſtotelem & Platonem, prodires Philoſophus admirabilis & non haberes neceſſe per viginti annos vt fecit Ariſtoteles Platoni operam dare.

De locis Apoſtolicis & Euãgelicis qui his Idiotiſmis euerti videatur nunc nos exempla ponimus tantum quæ autor Idiotiſmorum ponit.

PRiusquam locos aliquot Apoſtolicos & Euangelicos exempli cauſa explico, qui his Idiotiſmis euerti videntur, refellere certũ eſt artem qua his Idiotiſmis addunt authoritatẽ, conſtabilitos aiunt ſpiritus, ſancti, authoritate; Deus meliora. Cum enim in certis quibuſdã coniugationibus Hebræis verba actiuã docuiſſent actionẽ & paſsionẽ ſignificare, ſubijciunt id docuiſſe ſpiritũ ſanctũ; qui Pauli ore locutus eſt, in illo Gene. 15. Credidit Abrahã Deo & imputauit iuſtitiã, nunquã enim citat fere vulgatam aut tranſlationẽ Lxx pro imputauit illi iuſtitiá aiunt D. Paul. ad Roma. 4. interpretatus eſt, imputatũ eſt illis ad iuſtitiã ex ſpiritus ſancti, inſpiratione vt Grammaticorũ Hebręorũ regula ſpiritus ſancti, authoritate ſit conſtabilita, epage malũ, hoc eſt, quod aiunt (in lẽte vnguẽtũ) vt ſpiritus ſanctos Iudaicas cõſtabiliat nugas, an ſtudioſos omnes chriſtianæ R. P. tã fatuos putauit vt omnibus ſe verba daturũ putaret, quid ergo dicis, an non ſpiritus ſanctus qui Pauli ore eſt loquut⁹ poſuit, pro imputauit quod Hebraice eſt imputatũ eſt? id ne tu negas? non nego quidẽ, ſed quis nõ Iudaicas nouerit fraudẽs. Si Iudęus mutat puncta ea vera erit lectio Hebręa & id ſpiritus S. eſt interpretatus. Hebraice paſsiua fuiſſe pũcta olim non actiua vt nunc ſunt docet D. Pau. docet Lxx viri qui trãſtulere imputatũ eſt illi, docet D. Hiero. qui in ſua Vulgata trãſtulit imputatũ eſt cum nulla ſit mentio in ſuo quodã iure id ſibi vendicãt Iudæi; vt ſi quid in ſacris litteris Hebræis ipſi mutarint, ipſa ſit veritas Hebraica, non eſt ipſa veritas Hebraica vt poſtea apparebit ſed fallacia Iudaica, vnde ſcis aiunt, mutata puncta actiua in paſsiua puncta ex tranſlatione D. Pauli ex interpretatione D. Hiero. & Lxx virorũ, iuxta canonẽ pręſcriptũ à D. Hiero. de quo poſtea late dicendũ eſt & fuſe ne putet ergo Iudæus quod ipſe puncta mutarit ſe nobis fucum & præſtrigias eſſe facturum.

14. Aiunt idem eſſe factũ in illo Pſalm. 50. vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, cũ Hebraice verbum ſit actiuũ vt iuſtifices D. Paulus verbũ actiuũ illius certæ coniugationis Hebrææ docuit ſignificarẽ paſsionẽ vt Hebræorũ Grãmaticorum certa ſit regula, certe hi homines quod aiu ille alter magno conatu magnas nugas agũt, quid Lxx viri non tranſtulere vt iuſtificeris, qui ſcripturã vetere trecẽtis annis ante Domini aduentũ in carne: Et nobis ſignificauere pũcta paſsiua verbo Hebręo eſſe adſcribenda; cũ tranſtulere vt iuſtificeris non iuſtifices quod citat Paulus ad Rom. 3.

15. Eiuſdem generis eſſe putãt illud Eſaię cap. 25. abſorpſit mortem victoria quod D. Paulum aiunt interpretatũ id eſt abſorpta eſt mors quod verbũ actiuũ illi⁹ coniugationis paſsionẽ ſignificat etiam: Si ita eſſet, quæſo cur ipſi non transferũt

abſorpta

abſorpta eſt,ſi hæc & ſuperiora actiue &
paſsiue ſignificāt in illa cōiugatione cur
libuit magis huic hominū generi actiue
trāsferre quā paſsiue? an vt à noſtris diſ-
creparet,nec ipſe nego verba illius cōiu
gationis paſsiue ſignificare etiā in voce
actiua,ſed nego habuiſſe olim pūcta vo-
cis actiuę verbū ſed paſsiuę vocis pūcta
quādo Paulus.1.ad Corinthios cap.5.paſ
ſiue verbum tranſtulit & D. Hierony.
& LXX viri,vt D. Paulus nō fuerit inter-
pres trāſlationis Iudaicę;ſed eccleſiaſticę
lectionis aſſertor in Eccleſia nanq; ſan-
cta ſpiritus S.eſt,nō in impia Synagoga.
16 Eiuſdē etiā rōis eſſe putāt illud Eſaiæ
ca.48. nec etiā aperiet aurē tuā, pro aper
ta erit auris tua & aperiēt portas tuas pro
apertæ erūt portæ tuæ & quia de merce
de meretricis collegit id eſt collecta eſt,
de quibus idē dicēdū eſt quod dictū eſt
de locis ſuperiorib⁹, & ne quiſquā teme
re dicta putet quę diximus de locis ſupe
riorib⁹ hinc colliges nō raro Hebręos a-
lia vocib⁹ Hebręis pūcta adſcribere,alia
Apoſtolos & Euāgeliſtas & 70. viros &
D.HIE.& nobis nō eſſe ſequēda Hebrai
ca pūcta quoties ab Apoſtolicis & Euā-
gelicis & eccleſiaſticis pūctis diſcrepāt.

De locis Apoſtolicis & Euangelicis.

17 QVędam prophetiæ mihi ſemper
ſunt viſę præter cæteras ad-
mirabiles illa , ſcilicet, quam Iudæi à
principio naſcentis Eccleſiæ vſque ad
noſtra tempora oppugnāt: Ecce virgo
concipiet,negāt enim vertendū,ecce vir
go ſed ecce adoleſcētula cōcipiet , quod
quidā ex noſtris pene largiuntur Iudęis,
quod pro Virgine Hebraice ſit halma
quā vocē concedunt adoleſcētulā ſigni-
ficare ſed quæ virgo ſit , Iudæi accipient
quod dant halma ſignificare adoleſcētu-
lā,bene eſt inquiēt quod poſt mille quin
gētos annos extorſimus à vobis veritatē
verū vt alma connotet virginē vocabūt
in controuerſiā & ridebunt: Alterū eſt
illud qđ mihi pene dixerim nō minus ad
mirabile ſemper eſt viſum.18.Dñs regna
bit à ligno,quo ſignificatū eſt Dñm poſt
paſsionē reſurrecturū & regnaturum in
æternū quippe eſt Deus & homo,ex pū-
cta vna ſyllaba nobis Iudæi extorquent
hunc locū manibus & ijdē noſtri pro Iu
dæis pugnāt,tanquā pro aris & focis , ita
ſemper pro Iudęis bella gerūt ſed de his
ſupra dictum eſt.
19 Tertia eſt illa quæ mihi nihil videri
pōt admirabili⁹ & đ qua poſtremo libro
dicēdū eſt ex ore infantiū,& lactētiū per
feciſti laudē de pueris qui in matrū vlnis
ferebātur , & qui manibus matrū duce-
bātur lactētes adhuc qui clara & perfe-
cta voce nō ſecus ac ſi eſſent ętate adul-
ta reſonabant dauidicos verſus quos de
Meſsia vates ille cecinerat. O ſana filio
Dauid ſpū S.eorū linguas & ora mouēte
quo miraculo Dñs phariſæos repreſsit
qui eū obiurgabāt quod ſe pateretur ap-
pellari Deū oſtēdit nanq; infantes lactē-
tes in matrū vlnis clamātes pfecta voce,
O ſanafilio Dauid & citauit puerorum
chor⁹ prophetiā qua Chriſt⁹ ver⁹ De⁹ &
hō verus deſcriptus erat, ſed de hac pro-
phetia & de ſanctorū interpretatione po
ſtea vt dixi dicendū eſt latius,eluditur tñ
hæc prophetia falſa ſcriptione & praua
interpretatione & trāſlatione longe di-
uerſa,aiunt.n. ex ore paruulorū & lactē-
tiū fundaſti fortitudinē.i. ſtabilē decla-
raſti gloriā fortitudinis tuę,& eam cōfir
maſti cōtra inimicos tuos cū ex fœtu cu
iuſcūq; animalis Dei fortitudo & ſapiētia
magis agnoſcatur quę matres agnoſcāt,
& voces & matris vbera lactēt.Eluditur
ergo prophetia Domini maxime admi-
rabilis & à Chriſto auertitur per idiotiſ-
mū id eſt per idiotarū interpretationē.
20 Iā illa Eſaiæ ca.28. Quia in labijs alijs
& in lingua altera &c.de dono linguarū
dato in die Pētecoſtes ſic trāsferūt quia
balbutiētib⁹ labijs in lingua altera loque
tur ꝓpheta ad populū iſtū,hoc eſt (aiūt)
videbitur illis ꝓpheta lingua loqui balbu
tiēti ignota & peregrina adeo alien⁹ erit
pupul⁹ à Deo.En qđ faciāt idiotiſmi,mu
tāt Apoſtolicā & Vulgatā lectionem in
aliam neſcio quam , ſenſus ſacros per-

uertunt & pro Chriſti myſterijs nobis obtrudunt nugas.

19 Aſcendit in altum captiuam duxit captiuitatem, hoc interpretatur Paulus de reſurrectione Domini ex inferis & aſcenſione in cœlum & in cœlum ſubuectione ſanctorum Patrum; per idiotiſmum tamen quidam noſtri nihil Diuũ Paulum in quo loquitur Chriſtus reueriti prophetiam myſteriorum plenam à Chriſto auertunt; aiunt enim duxiſti captiuam captiuitatem id eſt captiuos hoſtes cepiſti qui graſſati fuerant in populum tuum, ita per viliſsimas interpretationes ſemper euertunt Chriſti ſacramenta & docent in cęteris facere ſimiliter. Recte ergo idiotiſmus dicitur Iudæorum interpretatio viliſsima qua inepta interpretatione (id enim Græce ſonat idiotiſmus) cuncta Chriſti myſteria euertere facile poſſes.

20 Non relinques animam meam in inferno, quod D. Petrus & D. Paulus interpretantur de anima Chriſti quæ triduo in inferno fuit & inde exceſsit & eduxit inde ſanctos Patres. Noſtri quidam per idiotarum interpretationem, (id nanque etiam idiotiſmus Latine ſonat) à Chriſto Domino hanc prophetiam auertunt & ad nugas conuertunt & centies vim ſcripturæ faciunt. Nam primo, non relinques animam meam in inferno transferunt, non relinques animam meam in ſepulchro, quaſi anima eat in ſepulchrum, ſed animam interpretantur pro corpore quod in ſacris litteris & prophanis eſt inauditum, quanquã conentur quantum vires valent vim facere ſcripturæ, vt id aliquo modo probare videantur, ſed fruſtra laborant. Ergo aiunt, nõ relinques in ſepulchro animam meam id eſt corpus meum.

21 Et illud ſecundo capite Abacuc, ecce, qui incredulus eſt non erit recta anima eius in ſemetip ſo, quod citatur à D. Paulo in Epiſtola ad Hebræos & explanatur à ſanctis Patribus de his qui Chriſto non crediderunt per idiotiſmũ per idiotarum interpretationẽ auertitur à Chriſto, & aliò conuertitur iuxta tranſlationem aliam; & Iudaicam interpretationem. Sic enim transferunt hunc locum, ecce viri ſuperbi non erit recta anima, ita idiotiſmi ſemper iugulum chriſtianę R. P. petunt.

22 D. Paulus ad Hebræos citat illud, qui facit Angelos ſuos ſpiritus & miniſtros ſuos flãmã ignis & de Angelis interpretatur, idiotiſmi hunc locum auertunt à ſenſu D. Pauli & ad vilẽ ſenſum conuertunt, aiunt enim hoc loco ſignificari, qui fulmine vtitur tanquam miniſtris.

23 Et illud, aures fodiſti mihi interpretãtur id eſt excauatas feciſti mihi aures, vt apertius audirem quaſi vero hoc nõ mihi & tibi & viliſsimo cuique animali cõgruat, nec enim poſſet audire niſi excauatas haberet aures, ita humili & idiotarum interpretatione tollitur prophetia quam D. Paulus de ingreſſu filij Dei in mundũ explanat. Sed nec tranſlationis D. Pauli nec interpretationis hoc genus hominũ vllam habent rationẽ, non cõgruit aiunt cum Hebræa lectione, Chriſtus igitur qui in Paulo loquebatur non citat fideliter Hebræam lectionem, huic obiectationi poſtea reſpondendum eſt.

24 Hęc exempli cauſa proponunt & ſimiliter in cæteris facere iubent, & aduerſari Chriſti myſterijs, quẽ ſcopũ eſſe Iudęorũ docet Hieronymus vt ſupra monſtratum eſt. 17. huius operis folio. Sed nos illorũ artem edocti facilime illos cũ ſuis Iudaicijs ſententijs poſſumus confutare. Hæc paucula adnotauimus, vt de his diſputaremus, nec Vulgatam excuſsimus, num ſatis fideliter eſſet mandata typis, nec tranſlationẽ Gręcam Lxx nec quicquã aliud, quod nec impenſa ſuppeteret excudendo operi tanto, nec vita ſuppeditare poſſet tanto labori, illud prętereundum ſilentio non eſt variam eſſe diſtinctionem Iudæorum & eccleſiaſticorum ſcripturæ quod vt ait D. Hierony. neceſſe eſt vbi varius eſt intellectus Iudaicus ſcilicet, & eccleſiaſticus diſtinctiones

ctiones eſſe varias, & quod vt dictum eſt potiſsimum Iudæi peruertunt ſcripturam varia diſtinctione, quæ in voluminibus Hebræis omnibus eſt, & ex Apoſtolica & Euangelica lectione & eccleſiaſtica facillime poteſt caſtigari. Quædam tamen quæ noſtris temporibus ſunt excuſſa volumina Hebræa hoc habent peculiare, vt in qualibet diſtinctione finiatur verſus etiam ſi vnam dictiunculã verſus ille habeat tantum & poſtea longo interuallo nouum initium ſententiæ iuxta Iudæos ſequatur. Eadem diſtinctio aiunt in omnibus Hebræis voluminibus eſt, eſto, fac ita eſſe, non tamen ſunt diſtractæ ſententiæ vt non liceat tibi Apoſtolicam & Euangelicam & eccleſiaſticam videre diſtinctionem, At tanto interuallo diſtractæ diſtinſtinctiones quanto in voluminibus Hebræis quibuſdam non relinquunt locum vllum eccleſiaſticis diſtinctionibus, ſed ſi pergere porro pergamus oratio non inueniet modum. Ad ſecundum librum tranſeamus, ſi poſuerimus prius capita quæ in eo ſunt diſceptanda.

Vtrùm ſcriptura Hebręa vitiata fuerit aliquando.

Variam fuiſſe aliquando Hebræam lectionem fatentur, & varietatis huius cauſam addunt, qua de re nihil eſt quod dicamus quòd mihi in hac parte cum eis conuenit, & quod per Eſdram reſarta ſcriptura ſit vt ſupra eſt dictum ſpiritus Sanctus inſpiratione.

De Maſſoreth quod poſt tempora D. Hieronymi ſit facta.

Aiunt quod ſcriptura iam olim ſit per viros doctiſsimos reſarta, & poſtea aſſeruata ſit diligentiſsime, quod vtrunque falſum dicimus, quod ab ſpiritu ſancto Eſdræ ſit inſpirata diuinitùs quam emendatiſsima vt ſupra commonſtratum eſt & quod in ſeruanda ſcriptura Iudæi negligentiſsimi fuerint, vt ex D. Chryſoſtomo eſt commonſtrandum & demonſtrandum demõſtratione ad oculum quod aiunt.

De maſſoreth Iudaijca.

Quod Maſſoreth non ſit antiquiſsima vt quidam volunt, ſed poſt tempora D. Hieronymi facta, quod inde liquet quod Maſſoreth in varietate punctorum potiſsimum verſatur & tempeſtate D. Hierony. nulla erant in voluminibus Hebræis conſonantibus adſcripta puncta.

Aiunt puncta nihil ex verborum ſignificatione mutare, nos contra oſtendemus ſola punctorum mutatione vniuerſam ſcripturam pene dixerim peruerti poſſe & eius non pauca hac fraude eſſe peruerſa.

Nos nominant accuſatores qui criminidemus Synagogæ quod ſcripturã vitiarit, ſed huius rei authorẽ vllũ proferre poſſe negant, nos vniuerſos doctores ſacros Græcos & Latinos qui de hac re aliquid ſcriptis prodidere teſtes proferemus, nec eos ſolũ, ſed Iudæos antiquiſſimos Ioſephum Iudæum & Philonem, Aquilam Symmachum & Theodotionem, & rabinos etiam qui dum aliud agunt inſcientes & imprudentes veritatis nobis teſtimoniũ impertiunt dum docent à Iudæis non pauca lectione Hebræa eſſe vitiata perexigua mutatione aut puncti aut diſtinctione ſenſibuſq́, non dico omnia ſed non pauca in Chriſti Domini prophetijs.

Quærunt quo tempore primum à Iudæis ſcriptura vitiari cæpta ſit, nos reſpondemus à temporibus Euangelicæ prædicationis & authores huius rei proferimus libro proximo.

Quærunt quæ cauſa Iudæos ad tantum nefas impulerit, cauſam in promptu eſſe dicimus, odium Chriſti vt Hierony. ait, ad id impuliſſe Iudæos, & quod cum manifeſtis de Chriſto prophetijs reſpondere non poſſent ad fraudes Iudaicas currebant ilico, mutabant diſtinctiones, mutabant puncta, mutabant litterulas & poſtea negabant ita eſſe prophetias Hebraice vt à noſtris citarentur. Hæc omnia ſuis authoribus cõſtabiliemus eiſque grauiſſimis ne quis dicat ſolo Iuſtino nos eſſe contentos, cuius tamen authoritas apud veteres Patres tãta fuit, vt vnus Iuſtinus pro omni vetuſtate valere videretur. Sed finem hic habeat liber primus. Iam ad ſecundum vbi hæc omnia pluribus ſunt diſceptanda tranſitũ faciemus Deo bene iuuante.

Primi finis Libri.

APOLOGETICI PRO LECTIONE APOSTOLICA ET EVANGELica, proque noſtra vulgata, & pro tranſlatione Lxx Liber Secundus, Authore Leone Caſtro Scripturæ ſanctæ interprete, in inſigni Eccleſia Valliſoletana.

Obiectatio quæ ab hominibus quibuſdam noſtris doctiſſimis illis quidem tamen parum cautis toti huic Libro Secundo fieri videtur, & ad eam breuis reſponſio quod ei toto hoc opere reſpondetur.

VULGATVM eſt illud Domini quo Iudæos obiurgat illa ſimilitudine. Si paries, inquiens, minetur ruinam, ſat eſſe putant foris linire rimas & poſtea iubere ſecuros, imminente ruina, dormirē alios, quibus noſtri quidam homines ſimilia facere videntur, qui in hac contentione Eccleſiæ ſanctę & impię Synagogæ videntur blandiri nobis & parietem Eccleſiæ rimoſum foris linire, vt ſecuri impendēte ruina dormiamus. Scriptura ſacra, aiunt, corrupta nō eſt neque ante Chriſti Domini aduentum neque poſt aduentum Chriſti Domini, citant Origenem qui negat ante Domini aduentum ſcripturam fuiſſe corruptam, quæ res eſt confeſſa, citāt D. Hieronymum qui ait ſe cachinnos ſublaturum ſi quis dicat poſt aduentum Domini ita Iudæos vitiaſſe ſcripturam vt concordaret cū locis citatis à noſtris Apoſtolis & Euangeliſtis & merito rideret D. Hieronymus. Tolleretque cachinnos quicunque Iudęorum mores noſſet, non vitiant Iudæi ſcripturam vt concordet ſcriptura cum teſtimonijs citatis ab Apoſtolis & Euāgeliſtis ſed vt diſcordet, vt dici poſsit illud de locis citatis ab Apoſtolis & Euangeliſtis ex veteri teſtamēto, quod refert D. Hieronymus in illa verba cap. 5. Michææ. Et tu Bethlehem. Sunt, inquiens, qui aſſerant in omnibus penè teſtimonijs quę de veteri teſtamento ſumuntur iſtius modi eſſe errorem, vt aut ordo mutetur, aut verba & interdum ſenſus quoque ipſe diuerſus ſit vel Apoſtolis vel Euangeliſtis non ex libro carpentibus teſtimonia ſed memoriæ credentibus quæ nōnunquam fallitur: hoc vt dici poſſet vitiata à Iudæis ſcriptura eſſe dicitur vt cū Apoſtolicis & Euāgelicis verbis cōcordarit minime, vt nobis aduerſarentur Iudæi, hoc factum, non vt nobis fauerent, quis hoc non videat? addunt ante tempora D. Hieronymi ſcripturam Hebræam nulla in parte fuiſſe

vitiatam, contra ſentit ipſe D.Hieronymus, vt iam oſtendemus, neque poſt D.Hieronymi tempora, contra ſentiunt omnes Patres veteres & res ipſa indicabit toto hoc libro, & Tertio, & Quarto, atque Quinto & ſexto potiſsimum, claudunt ſuas propoſitiones illo poſtremo quod Prophetiæ citatæ ab Apoſtolis & Euangeliſtis cum lectione Hebræa concordant mirabiliter, quod veriſsimum eſt ſi fraudes Iudaicas remoueris quæ diſtinctione diuerſa fiunt aut punctorum mutatione, aut vnius duarumvè litterarum leui aut aliqua alia fraude flexu quod facilè intelliget qui ſcierit Hebraice, vtrumque nanque teſtamentum Spiritus ſanctus dictauit, Spiritus ſanctus ſibi conſtat, à ſe diſsidere non poteſt. Si verò Iudaicas fallacias non remoueris quin potius defenderis vt defendere videris hoc illud eſt quod dico, rimoſum incruſtare parietem foris linire rimas vix locus vllus manifeſtus eſt veteris teſtamenti citatus à ſanctis Patribus aut ab Apoſtolis & Euangeliſtis de Chriſto qui non ſit aliqua fraude Iudaica attentatus & peruerſus, aut alio deflexus & tu mirabiliter cum lectione Hebræa concordare ais? Nos, aiunt, de locis citatis ex veteri teſtamento ab Apoſtolis & Euangeliſtis hæc dicimus non de alijs quos citant veteres Patres, neque de his quos cõcinnit Eccleſia ſancta. Per pulchrè. Spiritus ſanctus qui Eccleſiã regit nõ errat, dedit quoſdã Eccleſiæ idem Spiritus ſanctus doctores, qui doctores Eccleſiæ contemnit, & Spiritum ſanctum contemnit: ſed quas fraudes impij Iudæi quos defendere quidam noſtri homines videntur in locis citatis ab Apoſtolis & Euangeliſtis in lectione Hebræa fecerint, ne cõcordare viderẽtur cum lectione Hebræa totus quartus atque adeo quintus huius operis liber & ſextus continet. Et ea re fere ſola cõcludũtur, & vt homo ſuſpitioſus ſuſpicaretur ſubeſſe dolos, qui dicunt hebraicè prophetias de Chriſto eſſe planiores & magis perſpicuas, negãt Prophetarũ teſtimonia quę ab Apoſtolis & Euangeliſtis citantur citari tanquã prophetias, ſed eſſe alluſiones quaſdam, & veluti, prouerbia quædam, non citari tanquam Prophetias. Ne putes in Eccleſia deeſſe qui Iudaicarum fraudum quas noſtri quidam homines defendere conantur fideles poſſint admonere. Addunt in Eccleſia ſancta ſeruari Hebræos codices, vt etiam ſi vulgata D.Hieronymi vera vndequaque tranſlatio non ſit neque Lxx virorum tranſlatio, Eccleſia tamen inde veram ſcripturam habere dicatur, quod Hebræam ſcripturam habeat, non ſinat hoc Deus, Eccleſiaſtica ſcriptura veriſsima eſt, Hebræa Iudaicis fallacijs eſt contaminata quoties à lectione Apoſtolica & Euãgelica diſcrepat, & à lectione Eccleſiaſtica in Eccleſia Catholica receptiſsima. Seruantur in Eccleſia, aiunt, Hebræi codices, ſeruantur quidem, exarati tamen Iudaica manu & non examinati à Proceribus Eccleſiæ rectène ſcripti ſint an minus rectè, vt Biblia ſacra excuſa ab hæreticis à magiſtratibus Eccleſiæ prohi-

prohiberi ſolent, & tu poſtulas ſacra Biblia, impia Iudæorũ manu exarata normam & regulam eſſe Eccleſiæ ſanctæ, & ſcripturæ Eccleſiaſticæ? quaſi non multo multoque peiores hereticis ſint Iudæi, Crede mihi R.P. Chriſtianæ inſigniter iniurius es; Si quid, inquis, erratum eſt in Eccleſiaſtica ſcriptura quod diſtet ab Hebræa, puſillum id eſt. Puſillum vocas quod ferè omnia Chriſti & Apoſtolorũ eius euertere videtur ſacramẽta? vt tertius, & quartus, & quintus liber & ſextus oſtendũt? Et rarũ, inquis, eſt; ſerio ne iſthęc dicis? Apage ſis, vbi ſi veſtra reciperetur ſententia vniuerſa rueret Chriſtiana R.P. Similitudine, ais, litterarum potuit decipi D.Hiero. potuit ergo vulgata falſa eſſe, nempè vbi deceptus eſt D.Hieronymus, Ad id quidam affectare videntur viam vt falſa diceretur in quibuſdam vulgata D.Hiero. & vt docet D. Aug. fracta vel leuiter imminuta authoritates ſcripturæ vniuerſa ruit ſcriptura: clauſulã veſtris propoſitionibus additis iuxta doctiſsimorũ virorũ, quos appellatis ſentẽtiam qui ſunt iſti doctiſsimi? iuxta Rabinos opinor, & in Rabinorũ libris verſatiſsimos: Nam doctorum ſanctorũ qui hoc dicat nemo eſt: additis inquã, tranſlationem fieri poſſe ex Hebræa lectione lõgè veriorem vulgata D.Hierony. non ſinat hoc Deus, vt ex Hebræa lectione fraudibus Iudaicis referta Eccleſiæ trãſlatio fiat, vt inde fideles Iudaicũ bibant venenum, ſed de his toto hoc opere dicendum eſt.

Præfatio in Librum Secundum.

QVANTAM peſtem noua quædã ſcripturæ ſanctæ tranſlationes, quædã inquã nõ omnes & hæ nõ in omnibus ſed in his tantum quæ noſtra eneruãt R.P. Chriſtianæ inuehant, quamq; Iudaiſmum et hæreſes iuuent non arbitror me probaſſe ſed demonſtraſſe, vniuerſe tamen et generatim, vt ad ſingula deſcendere ſit neceſſe, oſtendereq; ſingillatim veteres Patres omnes hoc ita ſenſiſſe, Habuit enim Eccleſia ſancta viros linguarum doctiſſimos et alios plurimos, et eos qui ex Iudaiſmo ad nos commeaſſent, qui non pauci numero eo tempore erant. Niſi enim commõſtraro veteres tam Græcos quam latinos in hac eadem, in qua ego ſum, fuiſſe ſentẽtia fruſtra omnem operam ſumpſiſſe videbor: ſi enim ipſe ſolus rei tam grauis ſim author, quam nullus ex veteribus Patribus viderit, merito apud omnes mihi parua ſit fides, parũ namq; credibile eßet ſcriptores ſacros omnes rei tãtæ indormijſſe;

et me tam tenui doctrina virum animo peccatis luſcioſo, vidiſſe quod ex Eccleſiaſticis viris ſanctiſsimis et doctiſsimis vidißet nemo, præſertim cùm mihi aduerſarentur viri qui doctrina & nominis gloria apud plurimos eßent commendatiſsimi, quorum ſententias primo libro retuli & refutaui, aliorum obiectationes huic ſecũdo libro præfixi, quo fit vt ſecundus hic liber ſit in quo totius huius controuerſiæ inter Eccleſiam ſanctam et Synagogam quam diſceptamus, cardo verſetur; continet enim veterum Patrum qui de hac re ſcripſere, aut Græcè aut Latinè ſententias eaſq́; in vnum locum collectas omnium oculis ſubijcit ac repræſentat, additq́; quæ de fraudibus Iudaicis, quas in Hebrææ ditione ſcripturæ ſanctæ vitiãda adhibet, vel quæ inuitis rabinis exciderunt; citat præterea veritatis ſcripturæ Eccleſiaſticæ contra Iudaicas fallacias teſtes Ioſephum Iudæum, & Iudæum Philonem, Aquilam, Symmachum, et Theodotionem blaſphemos Iudæos, vt D. Hiero. verbis vtar, vt impios Iudæos, impiorum Iudæorum teſtimonijs refutem. Vtinam Aquilæ Symmachi, & Theodotionis interpretationes, reliquaſq́; tranſlationes Iudaicas haberemus, quibus Iudæorum noſtri temporis, et Iudaizantium cõerceremus petulantiam, frænaremus impudentiam, et eorum ora obturaremus, & ex Iudaicis antiquis tranſlationibus dolos Iudaicos poſtea factos veluti digito cõmonſtroremus. O vtinam noſtri temporis Eccleſiæ proceribus quibus opes abundè ſuppetunt iniecta diuinitus mens hac eſſet, aut eorum poſteris, vt eas tranſlationes toto orbe conquirendas curarent, Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis, reliquaſq́; et auro cõtra redimẽdã curaret vt Iudaicæ fraudes in vitiãda lectione Hebræa, quas iũcto vmbone noſtrarum aduerſariorum phalanges defendunt contra Apoſtolicã et Euangelicam lectionem Iudaicis antiquis tranſlationibus redargui poßent: Nam ne hoc fieri poßet, neuè quod Rabini in Hebræa lectione vitiarent illis Iudaicis tranſlationibus ab ipſis Iudæis poßet redargui, Rabini eas ex ſuis Synagogis extruſere foras, vt liquet ex Iuſtiniano in nouellis conſtitutione. 146. de Hebræis. Noſtris namq́; temporibus tam effrænes feruntur Iudæi & noſtri aduerſarij, & tanto impetu, & aſtu tanto, vt ingruentes eorum phalanges coercere ſit difficillimum, et in illis Iudaicis tranſlationibus antiquis Eccleſiæ ſanctæ maximum ſitum eßet præſidium vt ex illis tranſlationibus Iudæorum blaſphemorum,

rum, vt eos D. Hierony. appellat, dolos factos à Iudæis poſt illorum tempora Eccleſia ſancta poßet commõſtrare & veluti digito oſtendere, et obturare ora impiorum aduerſariorum qui partes Hebrææ lectionis à Iudæis vitiatas veritatem Hebraicam clara voce appellant. Nã poſt vulgatam D. Hierony. æditionem Eccleſiæ proceres putarunt Iudaicis tranſlationibus opus non eſſe; vtebatur enim illis Eccleſia ſancta vt eis iuuaretur ad ſcripturæ interpretationem, nondum enim erant Iudæi in ſcriptura ſacra tot commenti fraudes et dolos: ſat ſibi veteres putarunt habere Lxx virorum interpretationem & vulgatam D. Hieronymi et Iudaicas interpretationes ex Eccleſia ſancta exegere, quod factum prudenter eſt, tamen vbi quorundam ex noſtris tanta eſt audacia & confidentia, vt dicant mentiri Rabinos, ſi quid contra Iudæos pro nobis dicant; ò quam bene frænarentur Iudaicis tranſlationibus antiquis, quibus appareret Iudaicæ fallaciæ mille facta poſt illas tranſlationes; qua cauſa Juſtinianus Imperator ait nouella 146. Judæos ſua Synagoga velle Iudaicas Græcas tranſlationes extrudere ne eorum furta illis tranſlationibus deprehendi poſſent: nunc tantum dicimus ea quæ nobis D. Hierony. in ſuis Commentarijs ex Symmacho, Theodotione et Aquila refert; nos ipſos fontes illarum tranſlationum adire vellemus, illinc innumerabilia hauſißemus. Leges in dictione, Zamar. in Theſauro linguæ ſanctæ Rabinos prodidiſſe decem et octo dictiones in Scriptura ſancta ab ſcribis fuiße mutatas; quod euidens argumentum erat, multo plures alias à Rabinis fuiſſe mutatas, quo Chriſti Domini obſcuraretur aduentus; vt toto hoc opere eſt commonſtrandum, et vt Apoſtolicæ et Euangelicæ ſcripturæ minueretur authoritas. Noſtri quidam mentiri aiunt Rabinos qui id dicãt, roges qua cauſa id dicant, neſcio ſanè, Nam Rabinos eo loci fateri propria flagitia planum eſt, et hoc opere commonſtrabitur, non ſolum authoritate D. Hieronymi, ſed ex ipſa Hebræa lectione vbi quædam ſcripta ſunt Hebraicè duobus locis verbis eiſdem, vbi qui vel primoribus labris Hebræas litteras deguſtarit; ſi modo non peruicax eſſe velit, oculis cernet mutatas dictiones, mutatas litteras et ſyllabas, veriſſima eſſe quæ de varietate lectionis Hebrææ veteres prodidere, neq; mẽtiri Rabinos cum ſua confitentur flagitia, quæ omnia etiam citra hãc controuerſiam erunt non iniucunda. Quid enim in re tali poteſt eſſe

ſuauius

ſuauius quàm de hac cauſa propoſitaq́, controuerſia audire Iudæos et eorum Rabinos,nobis noſtræ veritatis teſtimonium impertire? audire confitentes reos,ſe decem et octo dictiones ex Scriptura ſancta mutaſſe? vnde quiuis colliget immutaſſe alias plurimas quoties premerētur ſcripturæ teſtimonijs vehementer,& quoties extenuare authoritatem Eccleſiaſticæ ſcripturæ vellent,vt poſtea dicemus. Illud ægrè feramus neceſſe eſt,quod quibuſdam ex noſtris tam doleat cùm videāt Iudæos in vitianda ſcriptura ſua flagitia fateri: quæ omnia eo ſpectant vt appareat quoties diſcrepet Apoſtolica et Euangelica et Eccleſiaſtica lectio ab Hebrææ æditione,veritatem ſitam eſſe in Apoſtolica & Euāgelica lectione et Eccleſiaſtica. crepent licet medij noſtri aduerſarij, non in lectione Hebrææ,et intelligatur etiam tranſlationes quaſdam recens æditas ad veritatem Hebraicam,vt aiunt,ad perfidiam Iudaicam potius eſſe æditas,quod præferant fallacias omnes quas adhibent Iudæi,quo obſcurent omnia Chriſti myſteria; Non enim mihi ferendi eſſe videntur qui in teſtimonia Apoſtolica & Euangelica quæ ex veteri teſtamento citantur,inquirendum eſſe arbitrantur,num à mente Prophetæ alieno ſenſu citentur,num à veritate Hebraica diſcrepent, ſiquidem res nota eſt,ſi quis ſcripturam Iudaico interpretetur ſenſu viſum iri Apoſtolos et Euangeliſtas ſcripturam alieno à mente Prophetæ ſenſu citare: Nam Iudæus,vt ait Athanaſius,ſcripturam ad ſcopum ſuæ infidelitatis interpretatur,et ſcopus Iudaicæ infidelitatis eſt,vt nihil ſcriptura de Chriſti myſterijs dicat,Apoſtoli et Euangeliſtæ de Chriſti myſterijs interpretantur ſcripturam: alieno ergo ſenſu Iudæis citare ſcripturam videantur neceſſe eſt: refer tu ad Chriſtum ſcripturam,et iuxta ſententiam doctorum Eccleſiæ eam interpretare,quos Spiritus ſanctus Eccleſiæ ſuæ dedit,et intelliges proprio & legitimo ſenſu ſcripturæ teſtimonia ab Apoſtolis et Euāgeliſtis citari: An dubium cuiquam eſt Chriſtiano et fideli ore Apoſtolorum Spiritum ſanctum eſſe loquutum? et vis ſenſa ſacræ ſcripturæ ab impio Iudæo melius quam ab Spiritu ſancto eſſe reſerata? et confugis ad neſcio quas alluſiones,ad neſcio quæ prouerbia,vt credibiliter & probabiliter Apoſtoli & Euangeliſtæ ſcripturam alieno ſenſu citaſſe videantur? quin ô rem fœdam,Hieronymo falſum crimen impingitur, et huius ſententiæ,vnde ille abeſt longiſſimè,excitatur teſtis,et poſteæ

neſcio

neſcio quibus tergiuerſationibus corycæus auſcultator eluditur, nec illud placet quod vulgata D. Hieronymi concedatur diſcrepare à lectione Hebræa, ſed raro et in re aliquà puſilla, præſertim quod dicitur cum de Apoſtolica et Euangelica lectione diſceptatur, vt idem de illa intelligi videatur: Nam ſi raro et in puſillis, vt ipſorum verbis vtar, ab Apoſtolis, et in vulgata, Eccleſiaſticaq́; ſcriptura eſt erratum, neq́; inſpirata ab Spiritu ſancto Eccleſiaſtica ſcriptura eſt, neq́; innixa veritate prima, niſi Hebræa quæ Iudaicis dolis eſt refertiſsima: Nam hanc lectionem Hebræam ſolam ſcripturam Eccleſiaſticam habere putant, et quod eam habeat Eccleſia, etiam ſi cæteras habeat nõ magnopere veras vulgatam, ſcilicet, D. Hieronymi et trãſlationem Lxx tamen quod Hebræam lectionem habeat Eccleſia ſat eſſe putant, vt Eccleſia ſcripturam habere dicatur, quæ omnia mihi parum probantur, primum omnium quod Hebræa lectione, vt docet Origenes, olim non vtebatur Eccleſia propter hæc; fraude Iudaica, in ea facta vitia, nec, mea quidẽ ſententia, proponitur nobis ab Eccleſia iuxta diffinitionẽ ſcripturæ propoſita nobis ab Eccleſia, vt ea ſcriptura proponi ab Eccleſia dicatur quæ ab Apoſtolis ad noſtra vſque tempora deſcendit per manus Pontificum ſibi inuicem ſuccedentium: ſi hæc diffinitio ſcripturæ propoſita ab Eccleſia valet, quantum ego iudico, niſi aliter ſtatuunt Proceres Eccleſiæ, Hebræa lectio mihi non videtur nobis ab Eccleſia proponi, non enim deſcendit ad nos ab Apoſtolis per manus Pontificum ſibi inuicem ſuccedentium, ſed per manus impientiſsimorum Rabinorum Chriſtiani nominis hoſtium infenſiſsimorum, eorũ exarata manibus quos veteres rhadiurgus, ideſt, teſtamentarios, hoc eſt, corruptores teſtamenti Dei appellabant. Statuant de hac re Eccleſiæ proceres quid verius ſit. Citant Clementinas & iura Pontificum: bene eſt; Quis enim neget Hebraicis litteris vehementer nos ad ſcripturæ intellectum iuuari, et ea eſſe lectionis Hebrææ vitia quæ ſita ſunt in vnius duarumve litterarum mutatione punctorum, ſimiliumq́; varietate? quæ vitia lectori docto non officiunt, facilè ea intelligit et emẽdat; nunquam tamen vlla Pontificum iura lectionem Hebræam lectione Apoſtolica & Euangelica aut Eccleſiaſtica veriorem eſſe ſanxerunt: Nam quando recurrendum ſit ad lectionem Hebræam vt noſtra caſtigemus, dictum eſt ex Auguſtino libro primo fuſe ſatis.

Sed

Sed ad id vnde digreſsi ſumus redeamus. Non placet inquam quod ſcribunt quidam, raro & in puſillis errorem eſſe in vulgata ob ſimilitudinem litterarum, in quibus falli potuit Hieronymus, & alterum accipere pro altero, vt etiam authore Hieronymo Lxx ſunt decepti, cum hæc Hieronymus de aliorum ſententia dixiſſe ſit profeſſus; et idē videmini intelligere de lectione Apoſtolica & Euangelica; de ea enim ſermo erat eo loci vbi hæc dicitis: Nec mihi probatur quod Hebræam æditionem ſolam veram et exactam ſcripturam profitentur, Eccleſiaſticam non item, quin et veriorem tranſlationem vulgata D. Hieronymi poſſe fieri affirmant, idq́, faciendum eſſe putant, quod Deus non ſinet: Nam ſi id fieret R. P. Chriſtiana prorſus rueret. Quid ergo reliquum eſt niſi vt hi quos authores habetis, (nā in vobis non mihi perſuadeo hoc tantum crimen hærere) dicant inquā quod dicebat Iulianus Imperator Apoſtata impius et impius Porphyrius falſis ſcripturæ teſtimonijs nos à noſtris maioribus à quibus in Eccleſiam ſanctam inducti ſumus, fuiſſe deceptos, & nos eadem opera poſteros decipere? Apage, dicent, Deus meliora, hoc crimen à nobis abeſt longiſsime: ita equidem habeo perſuaſiſsimum, tamen nego vos aduertere quid dicatis: raro id diximus fieri & in puſillis vt Hieronymus potuerit falli vt decepti ſunt Lxx litterarum ſimilitudine, ſimilibuſq́; duas partes cōtinet veſtra reſponſio, quod raro id fieri dicatis, & quod in puſillis dicatis fieri, & quantum ad primam partem quod raro id dicatis fieri, non aduertitis Auguſtinum de mēdacio ad Conſentium libro primo capite decimo ſcripſiſſe fracta vel leuiter diminuta authoritate veritatis omnia dubia remanſura? infirmatur ergo vniuerſa ſcriptura ſi hoc conceditur erraſſe Hieronymum, et alterum pro altero accepiſſe, accepiſſe tamen. Infirmatur ergo vniuerſa vulgata, authore Auguſtino, nec illud vacat culpa quod additis Lxx viros ſimilitudine litterarum in vertenda ſcriptura fuiſſe deceptos authore Hieronymo dicimus, inquient, Hoc negat Hieronymus libro ſecundo Apologiæ aduerſus Ruffinum ſe dixiſſe, idq́, centies cum profeſſus non ſemel fuerit quæ chartis mandarit non ex ſua ſententia omnia mādaſſe ſed ex aliorum ſententia plurima referre citra vllam diſtinctionem, et fatetur in præfatione in librum Paralipome. Lxx viros Spiritu ſancto plenos ſcripturam vertiſſe idq́, eo loci bis fatetur. Quid refert,

refert,inquient,millies in Commentarijs ſuis affirmat Lxx viros errasse ſimilitudine litterarum et alijs cauſis deceptos.Iam his reſpondimus in Prolegomenis huius operis,fortaſſe his locis quos citaumus illa retractaſſe tecte,et qua cauſa tecte retractauerit addidimus,adiecimusq; D.Hieronymum aliter hæc excuſare quod in ſuis Commentarijs et ſcriptis propria et alienæ retulerit,et dolet ſibi imputari omnia quæ in ſuis ſcriptis inueniantur cum ſcribat propria et aliena,tam probanda quam improbanda citra diſtinctionem,vt lector tanquam bonus trapezita probanda probet,improbet improbanda, itidem vos facite vt iubet ipſe Diuus præſertim iuxta Canonem Conciliorum,et Auguſtini aliorumq; Patrum,quo monemur ſequendum cōſenſum ſanctorum Patrum non vnius alicuius,quanuis ſit eminentiſſimus, quæ in Prolegomenis à me ſunt dicta ſuſe ſatis. Sed hæc omnia huc redeunt deniq; vt tam vulgata quam tranſlatio Lxx iuxta quam Apoſtoli & Euangeliſtæ ſcripturæ teſtimonia citant, quamq; omnes veteres Patres tam Græci quam latini interpretantur,et aduerſum Iudæos et Hæreticos citant,infirmentur,vt Apoſtolorum & Euangeliſtarum ruant omnia ſcripta.Hoc his petitur et vt Eccleſia ſancta ſcripturam non habeat.Nam ſi tranſlatio Lxx et vulgata D.Hieronymi relinquuntur & Apoſtoli et Euangeliſtæ ferè trāſlationem Lxx citant quæ ab his improbatur,tota noſtra Eccleſiaſtica ruit ſcriptura,vt ad impiam Synagogam confugiendum ſit vt nobis det ſcripturam vitiatiſſimam ab ipſis Iudæis,et præfigat nobis leges,et eo veniendum eſt vt conqueri debeamus de Apoſtolis et Euangeliſtis qui falſam ſcripturam nobis per manus tradiderunt, vt monſtratum à nobis eſt in diſputatione de tranſlationibus, et vt conqueri debeamus de Spiritu ſancto qui ore Apoſtolorum et Euangeliſtarum eſt loquutus,& iuxta tranſlationem Lxx citauit ſcripturas, quid reliquum erat aliud quam vt nos fideles citatam ab Spiritu ſancto ſequeremur ſcripturam? poſtea D. Hieronymus ſcripturam vertit quam recepit Eccleſia quæ Spiritu ſancto regitur, et ea vtitur per mille & ducentos annos, vtranq; relinquere iubemur, & à Iudæis impijs petere ſcripturam,vnus reſtat gradus, vt relicto Chriſtianiſmo, quod Deus non ſinet,ad Iudaiſmum tranſire iubeamur. Sed ſatis ſuperq; verbis pugnatum eſt,ad rem ipſam iam Deo bene iuuante aggrediamur.

H

diamur. Primus in medium prodeat Diuus Hieronymus quo patrono ſolo mei aduerſarij gloriantur, quam merito Tertius liber oſtendet: prodeat ergo hic Diuus in medium lectionis Eccleſiaſticæ patronus, et cauſæ quam defendimus non teſtis ſed dux et anteſignanus, huius enim chartis totum hoc opus conſlatum eſt.

APOLOGETICI LIBER SECVNDVS.

Fundamenta quæ ieciſſe neceſſe eſt ad ſequentem diſputationem. Cap. I.

PRIMVM omnium fundamentum quod ad ſequentem diſputationem eſt neceſſe ieciſſe id eſt D.Hieronymum primum ex omnibus veteribus & ſolum veritatem Hebraicam citaſſe cum ante eum Hebræa lectione Eccleſia non fuerit vſa: ORIG. & EVSEB. & alij citabant aliquãdo Hebræam lectionem ſi quid haberet quod notatu dignum videretur, tantum abeſt vt quiſquam ex veteribus veritatẽ Hebraicam nominarit contra tranſlationem Lxx virorum, quæ omnia poſtea oſtendemus. Secundum fundamentum eſt Iudæis Lxx viros ſemper fuiſſe odioſiſsimos quod quoquo te verteres teſtimonia de Chriſto ſonarent manifeſta, Aquilæ verò Iudæi tranſlationem commendatiſsimam ſemper fuiſſe apud Iudæos, authore Diuo HIERONY. in Epiſtola ad Damaſum, ſecunda quæſtione ſub finem, & in caput.3. Ezechielis in illa verba: Manus enim Domini, vt appareat cur D. Hieronymus extrema ætate vſus fuerit Aquilæ tranſlatione quæ apud Iudæos erat commendatiſſima, & apud omnes aberat ab omni ſuſpitione quippe ædita à viro Iudæo ad perſcrutandum quod in ſenecta erat odoratus, num impia Synagoga propter odium Chriſti ex Hebręa lectione quicquam immutaſſet: Nam ſi poſt Aquilæ Iudæi tempora id factum deprehenderet certum erat futurum quod veteres aiebant, Iudæos id feciſſe tàm in tranſlatione Lxx in quibuſdam locis, quàm ex Hebræa lectione.

Quid ſenſerit D. Hieronymus de Hebræa lectione in ſenecta quam ſemper veritatem Hebraicam nominarat: Cap. II.

DIuus Hieronymus in ſenecta multis de cauſis dubius erat num verè dicerentur Iudæi tantum nefas in ſe admiſiſſe vt vetus teſtamẽtũ Hebraicè propter odium Chriſti in quibuſdam locis vitiarint, id omni vi inueſtigandum ſibi duxit, exoluit ſe curis omnibus, vt huic rei ſoli otioſus operam daret quod Iudæi impij tranſlationem Lxx auerſabãtur quod manifeſtis teſtimonijs Chriſtum tertio quoque verbo ſonaret, & Aquilę Iudæi tranſlationem ſummis in cœlũ laudibus ferrent Iudęi & exactiſsimè factam teſtarentur, hanc hic Diuus in manus accipit, & cum voluminibus Hebræis conferre parat attentiſsimè vt experiretur num poſt Aquilam impij Iudæi ex Hebræa lectione propter odiũ Chriſti aliquid immutaſſent: Nã ſi poſt Aquilam id factum deprehenderetur certa res erat ita vt manibus teneri poſſet quod prodidere veteres poſt Chriſti Domini crucem Iudæos in lectione Hebræa multa vitiaſſe quæ tranſlatione Lxx deprehenderentur, quod prædixerat idem Diuus in præfatione ad Damaſum Papam in quatuor Euangelia vbi ſcribit tranſlatione Lxx poſſe deprehendi quidquid immutatum, additum, aut detractum eſſet veteri Teſtamento poſt Lxx viros, ſed quod parua fides erat apud Iudæos Lxx viris fecit vt D. Hieronymus aliquando de hac re dubius videretur. Rogabis quonãmodo aut ve-

teres ex tranſlatione LXX aut D. Hieronymus ex tranſlatione Aquilæ vitiata à Iudæis propter odium Chriſti potuerint deprehendere? facillime, ea ratione quã dixi centies repetendaque millies eſt, quod ea ſola eſt quæ rem hanc ponat ante oculos, & qua ſola vſus eſt hic Diuus ad rem hanc, de qua agimus explicã dam exemplo codicis Hiſpani qui trãſlatus eſſet latinè centeſimo aut milleſimo ante anno, ſi in codice Hiſpano legeretur. Si tuuiera cama y pudiera deſcanſar pudiera conualecer, tenia toda la necedad del mundo, y al cabo preſtole vn ſu hermano. Si videres verſum latinè hoc totum. Si ſuppetijſſet ei cibus, & quieſcere potuiſſet, reualeſceret: ſed indigus rerum omnium cito finitus eſt. Nõ intelligeres legendum Hiſpane eſſe non. Si tuuiera cama, ſed, ſi tuuiera de comer. Si ſuppetijſſet cibus? & non legendum eſſe in codice Hiſpano, tenia toda la necedad del mundo, ſed, tenia toda la neceſsidad del mundo. Erat indigus rerũ omnium? nec legendum eſſe in Hiſpano codice, al cabo preſtole vn ſu hermano; ſed, acaboſe preſto, cito finitus eſt? & orationem illam, vn ſu hermano, tribuendam eſſe ſequentibus? quis tam cœcus eſt qui hæc nõ videat? ſi in codice Hiſpano legeretur, vos ſoys liebre, & Latinè verſum videres, tu liber es, intelligeres in codice Hiſpano legi debere, vos ſoys libre, non liebre. Si Hiſpanus Codex præferret, hueſſo, & tranſlatum cerneres, fuſum, intelligeres in Hiſpano codice legi debuiſſe, huſo, non hueſſo. Si legeretur in Hiſpano codice, caxa, & verſum videres latine, domum, legendum in Hiſpano codice diceres caſa, non caxa, ita D. Hieronymus tranſlationem Aquilæ cũ voluminibus Hebręis conferebat, vt ex tranſlatione Aquilę agnoſceret legitimam Hebræam lectionem quę tempeſtate Aquilæ erat; & quoniam modo ab impia Synagogã eſſet vitiata, Nam quãuis Aquila Iudęus ſubdola interpretatione, quod ait D. Hieronymus multas manifeſtas de Chriſto Domino, quas ipſe intelligebat, cœlarat prædictiones, tamẽ ferè omnes reddiderat fideliſsimè quod eas non intelligebat, & fideliſsimè verbum verbo reddebat, & ita innumerabiles de Chriſto prophetias tranſtulit mirabiliter, itaque ſanctis Patribus noſtris tranſlatio Aquilę quam Iudęi tantopere commendarãt, ſemper erat ad manus, eas ſemper Iudæos premebat vehementer, quid facerent Iudæi qui confeſsi fuerant tranſlationem Aquilæ factam eſſe exactiſsime? confugere ad Iudaicas inſidias vt deriuarent culpam in interpretem quem tantopere commendarant, Hebræam lectionem aliqua fraude vitiabant. Hæc ergo vitia in Hebræa lectione facta conſectabatur ex tranſlatione Aquilę eo exemplo Hiſpani codicis quo diximus D. Hieronymus, & teſtatus eſt ſe multa reperiſſe vitiata, ſcilicet, in lectione Hebręa, interceptus morte eſt D. Hieronymus cùm hoc moliretur opus quod ego molior. Vtinam id peregiſſet op⁹, iuuiſſet magnopere Chriſtianam R. P. hinc factum eſt vt impij Iudęi qui omnia quæ fiunt excipiũt per attentè, nec eos quidquam præteruolat Iuſtiniani Imperatoris temporibus, vt leges in Nouellis conſtitutione 146. exigere omnibus Synagogis Græcas omnes tranſlationes etiam Iudaicas ſint conati, quod fecere poſt Iuſtiniani Imperatoris tempora contra legem à Iuſtiniano Imperatore latam, nec eſt quod id mirere, Nam qui legem Dei contẽnunt, leges humanas ſpernere mirandum non eſt; Extruſere igitur Iudæi ſuis Synagogis, vt ait Iuſtinianus in Nouellis conſtitutione 146. Græcas omnes tranſlationes etiam factas à ſuis Iudæis, vt poſſent licenter ſcripturam Hebræam vitiare, nec reprehendi poſſent à ſuis Iudæis, aut à noſtris, vt ait Imperator, ſimul etiam ne quis eſſet poſt D. Hieronymum qui ex Iudaicis tranſlationibus quando ille Diuus iam morte eſſet interceptus Iudaicas fallacias in Hebraica lectione facſtas

Quomodo ex tranſlatione deprehẽdi poſsit Hebręa lectio exempli codicis Hiſpani qui tranſlatus latine eſſet.

ctas

ctas deprehendere conaretur. Hæc ergo facta ab impia Synagoga deprehendit Diuus Hieronymus in lectione Hebręa quam planè & aperte ? veritatem Hebraicam nominarat, Nam quæ vitia in lectione Hebręa deprehendebat & ea caſtigabat quod viro doctiſsimo factu facillimum eſt, vt ſupra oſtendimus, oſtendendumque eſt in ſequentibus latè & fusè; librariorum culpa accidiſſe putabat, non fallacijs Iudaicis, nec enim vitia ſcripturæ quæ librariorum culpa acciderant impedimento eſſe deberent quominus veritas Hebraica Hebræa lectio diceretur nihilo ſecius quam Euangelica veritas dicitur etiam ſi Chalcographi culpa vitiata ſit littera aut ſyllaba aut aliquid huiuſmodi, quod ſi lectio Euangelica hæretica manu eſſet deprauata aut vitiata, nõ diceretur ſane illa Euangelica veritas, ſed hæretica perfidia, ſola lectio Euangelica Eccleſiaſtica Euangelica veritas dicetur. Hoc ergo D. Hieronymus breuiſsima quadam Epiſtola ad Marcellam ſignificat quæ eſt in ſecundo tomo, cuius initium eſt. Vt tam paruulam Epiſtolam ſcriberem, quæ Epiſtola tam eſt conciſa vt tam longo Commẽtario fuerit opus: Erat enim hic Diuus tam intentus huic rei vt vel breuiſsimam Epiſtolam ad familiariſsimam fœminam & religioſiſsimam grauaretur ſcribere, & in ea muſitaret potius quam loqueretur. Ergo duplicem fuiſſe cauſam, vt tam paruulam Epiſtolam ſcriberet ait, & quod tabellarius feſtinabat, & quod alio opere detẽtus hoc parergo, ideſt, hac re quæ ad propoſitum, cui erat intentus non pertinebat nollet occupari, & ſubijcit D. Hieronymus, Quæris quid ſit illud tam grande tam neceſſarium quo munus Epiſtolæ ſit excluſum, & ſubiungit cauſam occupationis, neque aliam eſſe dicit quã eã de qua toto hoc opere diſceptamus. Iampridem, inquit, cum voluminibus Hebręis tranſlationem Aquilæ confero, dixi cur cum voluminibus Hebræis tranſlationem Aquilę, & non tranſlationem Lxx conferat, & addit, vt diſpiciamus num propter odium Chriſti impia Synagoga quidquam mutauerit, nõ quærebat hic Diuus vtrum ex tranſlatione Aquilę impia Synagoga mutaſſet quicquam, erat enim caſtigatiſsima in manibus noſtrorum, qua noſtri Iudæos premebant vehementer, neque iuuabat Iudęos quicquam ex ea mutare, nec erat opus voluminibus Hebræis vt id videret hic Diuus, ſed ea tranſlatione quæ in noſtrorum manibus erat quam caſtigatiſsima: quęrebat ergo hic Diuus conferendis Hebręis voluminibus cũ Aquilæ tranſlatione num impia Synagoga propter odium Chriſti ex Hebrea lectione quidquam mutaſſet, & quærebat num verè ipſe ſemper veritatem Hebraicam celebraſſet, reſpõdit Hieronymus. Et vt amicæ menti fatear plura reperio, ideſt, vt tibi quę mihi fœmina familiariſsima es, & quam vnicè diligo verum confitear qui ante hac veritati Hebręæ plus ſatis tribuendum fortaſſe putabam quæ ad noſtram fidem roborandam pertineant plura reperio, ideſt, plura reperio immutata ab impia Synagoga quę pertinent ad roborandam noſtram fidem, ea enim potiſsimum Iudæi vitiant quæ ad robur noſtræ fidei ſpectant. Scio quoſdam animo inuido quibus hæc olim oſtenderam hunc ſenſum huius loci cauillari, ſed ego inuidis non hæc ſcribo, ſed doctis & religioſis qui vacui inuidia & omni odio hæc legerint: Nam qui alieno animo à me ſint etiam ſi à cauſa non ſint alieni (ſunt enim religioſiſsimi) ſecuri vindictæ diuinæ calumnioſè fortaſſe interpretabuntur hæc & alia: vtinam in hoc ſæculo & in futuro inultum auferant: Quæſierat Hieronymus num impia Synagoga propter odium Chriſti aliquid ex Hebræa lectione immutaſſet, reſponſio eodem eſt referenda, vt ſit reperio plura mutata quæ pertinent ad roborandam fidem, ea enim ſola fere vitiãt Iudæi quæ

pertinent ad roborãdam noſtram fidẽ; ſic ſemper interpretandum putabat hũc locum doctiſsimus Mantius Cathedrarius Primarius Theologiæ in Salmanticenſi Gymnaſio. Vtinam aliquid chartis vir ille talis prodidiſſet, viueret eius immortale nomen & gloria & ſuo ordini Prædicatorum ſempiternum decus addidiſſet, & inter alia multa ornamenta quibus ille ordo ſingulari quodã lumine lucet hic quoque ſuos inſigni quodam illuſtraret fulgore ea doctrina, eo ingenio, ea ſanctimonia in ſchola Theologica ſuæ tempeſtatis decus erat & ſplẽdor. Sed redeo ad id vnde diuerteram. Locus, inquies, hic Hieronymi eſt controuerſus quorſum nos tam prolixo delaſaſti ſermone? nullus locus tam manifeſtus eſt quin ab inuidis aut aduerſarijs aliò deflecti poſsit, reſpõdebo tibi cum D. Chryſoſtomo qui dicenti infideli venienti ad fidem, Tu hæc dicis & ſic hæc interpretaris, Iudæus aliter omnia, cui credam? Nam ego diſcipulus acceſsi nõ doctor, reſpõdet Chryſoſtomus: Tu homo es & intellectu præditus, vtrumque expende, adhibe intellectum & mentem tuam facile videbis vbi ſit veritas: itidem ego dico. Expende hunc locum & quæ diximus, veritatem videbis ſplendere lucidius Sole, ridebis calumnias Iudaicas: Nam inuidiam arbitror meo ſatiatam malo ceſſaſſe. Addit poſtremo D. Hieronymus. Vides igitur quod nullum officiũ huic operi anteponendum eſt? nulla res erat, hac vna excepta, de qua verba fecimus tam magna de qua D. Hierony. hæc verba dicere poſſet, contemplationi enim quæ res in rebus humanis, & diuinis omnium maxima eſt, & ſtudijs ſacris quæ altiſsimum locum tenent, officia vitæ practicæ eſſe intermiſcenda, docet Plato in libris de Republica, docet D. THO. in. 2. 2. de vita contemplatiua & actiua, denique res hæc confeſſa eſt, ſed tam confeſſa res eſt huic rei tantæ qua à D. Hieronymo Iudaicæ fraudes reſerabantur, & res noſtræ conſtabiliebantur, quod fortaſſe præter D. Hieronymum facere nemo poterat, aut æque bene fortaſſe nemo facere poterat nullũ officium eſſe anteferendum, ne id quidem quod ſitũm erat in vnius Epiſtolæ ſcriptione, ita D. Hieronymus vitia quidem quæ in Hebrea lectione deprehenderat ante & caſtigarat vt caſtigamus libros Grecos & latinos vbi vna littera aut vna ſyllaba vitiata eſt, aut male diſpũcta lectio Greca aut Latina culpa librariorum immiſſa putabat; vitiatam fraude Iudaica ſcripturam ſic deprehendit, vt dictum eſt, Nam quod quidã aiebant quod fortaſſe prę inuidia alieno à me eſſent animo D. Hieronymum hoc loco tantum dicere ſe reperiſſe multa quę valerent ad fidei noſtræ confirmationem non ſe reperiſſe multa vitiata Hebraicè propter odium Chriſti, ridiculum. Erat ne Hieronymus in fide dubius? verſatiſſimus in ſacrarum litterarum cognitione, Chriſtianæ religionis columen firmiſsimum? ne tam occupatum ſe diceret in quærenda confirmatione in fidẽ? vt non vacaret vnius Epiſtolæ ſcriptioni? & quomodo hoc cum ſuperioribus poſſet cohęrere? dixerat ſe præſcrutatũ num propter odium Chriſti ex Hebræa lectione impia Synagoga aliquid immutaſſet, & ſe velle fœminę familiariſsimę ſignificare quid inuenerit, dicturus igitur erat quid inuenerit in ea re quã quęrebat, ſe reperiſſe multa ab impia Synagoga mutata, id enim quęrebat, quale ſi te diceres occupatum in quęrendo ex ratione Aſtrologiæ, num tritici vbertas proximo anno eſſet futura & diceres te reperiſſe frugum magnam futuram copiam & cerebroſus aliquis, quod fruges arborum etiam ſignificent & vitiũ fructus contenderet interpretari te dixiſſe magnam futuram copiam vini & fructuum arborum, & tu de frumento per ſcrutatus de frumento reſponderas; & D. Hieronymo innotuiſſe Iudæos Hebræam lectionem vitiaſſe cum ex alijs multis tum ex illo colliges quod ſcribit

ad Auguſtinum ſe ſuam feciſſe tranſlationem vt ea teſtimonia quę à Iudæis prætermiſſa ſunt vel corrupta proferret in medium, vt ſcirent noſtri quid Hebraica veritas contineret.

Quod Iudæi pro, Duma, legere Roma, ſint conati mutatione litteræ & pũcti quod pro vocali valet. Cap. III.

DIuus Hieronymꝰ in illud Abdiæ: Onus, Duma, ait quoſdã Iudęos pro, Duma, ſcripſiſſe, Roma, vt Prophetiam illam ad Romam referrent, & vt hoc facerẽt .r. in .d. mutaſſe quod hæ litteræ Hebraícè eſſent quàm ſimillimæ. ד.d. & ר.r. & .u. quoque vertere voluiſſe in .o. & ſic pro. Duma, ſcribere, voluiſſe; Roma vnde cõſtat Iudæos ſcripturã vitiare voluiſſe ſi veriſimiliter id facere potuiſſent, vt mala illa quę Deus illo cap. minaretur ad Romã poſſent referri, nempè quod Iudæi acerbiſsimo odio Romanos proſequerẽtur à quibus vaſtata Iudæa fuit: Ex his Hieronymi verbis facile coniectabis quid credibile ſit feciſſe Iudæos in Chriſtum Dominum quẽ multo acerbius odere, corrumpunt ſcripturam mutatione conſonantis & vocalis, ſi veriſimiliter illam Prophetiam aduerſus Romanos detorquere poſſent, & nõ idem multo facerent audacius aduerſus Chriſtum Dominum, quem ardentiſsimo odio proſequuntur? quando, vt ſupradiximus ex D. Hieronymo in Prolegomenis, Prophetias omnes de Chriſto euertere Iudæi conantur: quod ſi Iudæis hos mores eſſe conſtiterit, nobis non licebit quę Iudæi vitiant, caſtigare? Dices, vnde tu ſcis Iudæos illos locos vitiaſſe? Quod D. Hieronymus dicat Iudęos conatos illum vitiare locum ſi veriſimiliter facere poſſent colligis tu reliquos vitiaſſe locos de Chriſto Domino? colligo ſanè & rectè colligo, quod in Prolegomenis diximus admonuiſſe nos D. Hieronymum Iudæos ad id incumbere vt omnia de Chriſto euertant ſacramenta, & video nos admoneri ab eodem Diuo conatos hoc loco .d. in .r. mutare, & .u. in .o. & tranſlatione Apoſtolica & Euangelica, & Lxx admoneor id factum eſſe, quale ſi legeretur in aliqua ſcriptura, redeo, & tu Hiſpane in aliqua tranſlatione Hiſpana trãſlatum videres, riome, intelligeres ſanè mutatam vocalem & non legendum, redeo, ſed, rideo. Et ſi ſcriptum videres, timet, & Hiſpanè videres redditũ, eſta hinchado, intelligeres profecto non legendum fuiſſe, timet, ſed, tumet, ſi videres ſcriptam latinè, arcam, & tranſlatum Hiſpanè, barca, intelligeres interpretem legiſſe, ſchapham, non, arcam, ſi legeres in codice latino, ridet ille, & tranſlatum videres, rozna aquel, videres interpretem legiſſe in codice latino non, ridet ille, ſed, rudit ille. Qui minus quæſo ex tranſlatione ſcripturæ Apoſtolica aut Euangelica, aut, vt verius dicam, ex tranſlatione ipſius Domini qui in ſuis Apoſtolis aut Euangeliſtis loquebatur, aut ex trãſlatione Spiritus ſancti qui ore Apoſtolorum & Euangeliſtarum nos docuit, intelligam mutatam à Iudæis litteram? Iudæi, inquiunt, ſantiſsimè ſuam ſcripturam ſeruant ne littera vlla, aut apex mutetur. En igitur Diuus hic nos admonet Iudæos litteram & vocalem mutaſſe, deſijſſe verò quod veriſimiliter ad Romanos Prophetiam torquere non poſſent, quoties ergo tranſlatione D. Hierony. aut tranſlatione Lxx admoneor mutatam litteram, & mutatum punctum quod valet pro vocali vt obſcuretur Prophetia de Chriſto, cur non caſtigem id quod Iudæus corrupit? an Iudæo corrumpendi ſcripturam contra maledicta legis ius ſit, mihi ex litteris Euangelicis & lectione Eccleſiaſtica quando apparet vnam aut duas litteras mutatas caſtigandi ſcripturam non ſit ius? & Eccleſiæ alumno non liceat Chriſti myſteria quæ obſcurauit Iudæus vnius litterę mutatione reſerare, reſtituta littera mutata ex Euangelica lectione?

Quomodo ex tranſlatione deprehendi poſſit vera Hebræa lectio.

Quod Iudæi ſcripturæ dictionem addiderint. Cap. IIII.

Hieronymus in caput tertium Nahum, in illud: Nunquid meliores ab Amon, docet præceptorem ſuum Iudæum dicere ſolitum dictionem vnam monoſyllabam eo loco addi poſſe vt diceretur. Nũquid melior es No ab Amõ & no Alexandriam dici Hebraicè, & noſtris temporibus in omnibus Hebraicis exemplaribus dictionem illam additam videmus: addunt ergo Iudæi ſcripturæ quæ volunt: Nam vetus verbum eſt. Quod ſemel & ſæpius. Si Iudæi, vt ſenſum de Chriſto interturbent, & vt Prophetiam à Chriſto poſsint auertere, & aliò conuertere, voces ſcripturæ addunt quas tranſlationes arguunt additas, cur mihi non liceat corruptam ſcripturam addita dictione aut oratione caſtigare ex Eccleſiaſtica lectione? Dira hæc tyrãnis eſt Iudæorum, vt illis ſacras litteras corrumpere liceat, nobis eaſdem à Iudæis corruptas non liceat caſtigare. Lege ca.19. quæ ſcripta ſunt de Iarib, Ieharim, & de, ſebabum, & ſebabim, neque oberit quod D. Hieronymus caſtigationem Rabinorum probat, intelliges tamẽ facile in omnia exemplaria Hebræa eſſe receptam.

Quod Iudæi dictionem Hebræam mutauerint. Cap. V.

Diuus Hieronymus in poſtremũ caput Zachariæ, in illud: Et erit ſuper frœnum equi, ait verbum Hebræũ meſuloth, quod ipſe et, Lxx verterant, frœnum, mutari a Iudæo quodam qui negabat, meſuloth, eſſe legendum, ſed, miſiloth, quod verbum ita mutatũ vſq; ad noſtra tempora deſcendit, ita vt omnia exemplaria Hebræa illam dictionẽ Hebræam mutatam præferant. Si tam facilè Iudæi dictiones Hebræas mutant, cur cùm noſtri Apoſtoli aut Euangeliſtæ dicuntur diſcordare à veritate Hebraica vno verbo, aut dictione vna, nobis non liceat dicere veritatem in lectione Apoſtolica & Euãgelica eſſe, dictiones à Rabinis ſolere mutari temere? quod poſtea pluribus eſt dicendum.

Quod Iudæi duos verſus ex ſcriptura videantur eraſiſſe malitioſe. Cap. VI.

Diuus Hieronymus in caput.5. Micheæ, in illud: Et tu Bethlehẽ, docet duos verſus in tranſlatione Lxx legi, qui Hebraicè non eſſent, & quod veterum Patrum eſſet ſententia Lxx viros afflatu Spiritus ſancti quædam ſcripturæ addidiſſe ad ſcripturæ explanationẽ quod Lxx tranſlatio in pleriſque magis paraphraſis eſſet quam tranſlatio: videretur tamẽ durum duos verſus integros à Lxx ſcripturę eſſe additos, dubitat hic Diuus addiderint ne Lxx duos illos verſus, an Iudæi malitioſè duos illos verſus ex Hebræa lectione eraſerint. Putat ergo D. Hieronymus duos illos verſus Iudæorum malitia eradi potuiſſe. Vnde colliges D. Hieronymum ſemper in ore habuiſſe veritatem Hebraicam ſuſpicatum tamen Iudaicam malitiam nõ ceſſaſſe in ſcriptura vitianda.

Quod Iudæi poſt paſsionem Chriſti verba Hebrææ lectioni addiderint. Cap. VII.

Diuus HIERO. in Epiſtolam ad Galatas in illud. c.3. Maledictus omnis homo qui pendet in ligno, ait, duas illas voces, omnis, & in ligno Hebraicè non eſſe, duas huius rei cauſas addit, aut vitiatam eſſe lectionem Hebręam, aut Apoſtolos non citare verba ſed ſenſa, vt cum vulgo authores ſic citamus: Ariſtoteles huius rei eſt author, nec verba citamus, non tamen hoc ita facimus vt verba addamus quę in ſcriptura non ſint, & in quibus verſatur cardo victoriæ, nec illud de noſtro addimus in quo victoriæ

riæ cardo vertitur, quod parum ingenui hominis eſſet hoc facere, quanto minus faceret Apoſtolus, aut Spūs ſanctus qui eius ore loquebatur vt verba ſcripturæ adderet, in quibus potiſsimum vis argumenti eſſet ſita & robur victoriæ, nec ſpiritus ſanctus fallacia vincere vellet, & ſubijcit D. Hieronymus illud credendū magis eſt, poſt paſsionem Chriſti addita verba eſſe ab inimicis Chriſti lectioni Hebrææ; & lectionem Hebræam eſſe mutatam. Ante paſsionem Domini igitur veritatem Hebraicam veriſsimè diceres, poſt Domini paſsionem dices quoque verè veritatem Hebraicam in vniuerſum, ita tamen vt ſcias ab inimicis Chriſti fuiſſe in quibuſdam vitiatam, etiam temporibus D. Hieronymi, vitiari cœpiſſe poſt crucem Domini. Verba Hieronymi ſunt, ex quo mihi videntur aut veteres Hebræorum libri aliter olim habuiſſe quam nunc habent, aut Apoſtolum, vt ante iam dixi, ſenſum poſuiſſe non verba, aut quod magis eſt, exiſtimādum poſt paſsionem Chriſti & in Hebræis & in noſtris codicibus ab aliquo Dei nomen appoſitum vt infamiā nobis inureretur qui in Chriſtū maledictum à Deo credimus. De loco ergo Pauli non diſputo, de ſententia D. Hieronymi diſputo qui putat Hebræos codices aliter olim habuiſſe quam ſua tempeſtate habebant. Videbatur igitur D. Hieronymo ſua tempeſtate mutata Hebræa lectio, nec quoties lectio Apoſtolica aut Euangelica à lectione Hebræa diſſidet exiſtimes lectionem Apoſtolicam à veritate Hebraica diſcordare. Hebraica potius lectio diſcordat à veritate mutata, ſcilicet, ab inimicis Chriſti, ſic enim ait, vt dixi, Hieronymus aut quod magis eſt exiſtimandum, & in Hebræis & in noſtris codicibus poſt Chriſti paſsionē ab aliquo Dei nomen appoſitum vt nos infamaret. Non eſt ergo quod poſt paſſionem Chriſti quiſquam in vniuerſum dicat noſtram ſcripturam ex lectione Hebræa eſſe caſtigandam.

Quod Iudei duas dictiones ex lectione Hebræa eraſerint. Cap. VIII.

Diuus Hieronymus lib. 2. in Epiſtolam ad Galatas in principium cap. 3. illius Epiſtolæ, in illud: maledictus omnis homo qui non permanet in omnibus. Docet duas illas dictiones, omnis & in omnibus, Hebraicè non eſſe, & ſentit duas illas voces, omnis, & in omnibus Iudæorū malitia eſſe eraſas, vbi præſcribitur nobis ille canon à D. Hieronymo ſi non oculis, auribus, & mente capti ſumus, vt ex locis citatis ab Apoſtolis & Euangeliſtis lectionem Hebræam caſtigemus, contra quam à quibuſdam ex noſtris faciendum eſſe dicitur, vt ex lectione Hebræa locos Apoſtolicos & Euangelicos emendemus.

Quod per ſuperiora duo capita deciditur à D. Hieronymo lis quam toto hoc opere diſceptamus, & oſtenditur in commentarijs D. Hieronymi tam ſuas ipſius Diui quam alienas, quas ipſe Diuus improbet referre ſententias. Cap. IX.

Illud ſummopere notandum hoc capite & ſuperiore decidi à D. Hieronymo totam hanc litem quā diſceptamus. Eſt enim toto hoc opere quæſtio vtrum cum Euangelica aut Apoſtolica lectio diſcordat à lectione Hebræa ſit error in Euangelica aut Apoſtolica lectione, an in lectione Hebræa. Et in his duobus locis D. Hieronymus nos docet ſi aurem adhibeas errorem eſſe in Hebræa lectione, non in Apoſtolica aut Euangelica quod toto hoc opere quærebatur: Rurſum in Prolegomenis dictum eſt admonere nos D. Hieronymum in ſuis ſcriptis nō ſolum ſuas ſed alienas etiam ſententias ſe eſſe complexum, non ſolum probandas, ſed etiam improbandas. En hoc loco ex lectione Apoſtolica

H 5 Hebræam

Hebræam lectionem caſtigandam cenſet: at in quintum caput Micheæ ſcripſerat. Sunt autem qui aſſerunt in omnibus teſtimonijs quę de veteri teſtamento ab Apoſtolis aut Euangeliſtis ſumuntur iſtius modi eſſe errorem, vt aut ordo mutetur, aut verba, & interdum ſenſus ipſe diuerſus ſit, vel Apoſtolis vel Euangeliſtis non ex libris carpentibus teſtimonia ſed memoriæ fidentibus, quæ nõ nunquam fallitur: Quis non videt quã hæc inter ſe pugnent cum ſuperioribus? ſed ſuperiora ex propria ſentẽtia ſcribit Hieronymus, hæc ex aliorum ſententia, & ideo dixit. Sunt qui dicant, vt diximus in Prolegomenis, nos Diuum Hieronymum admonuiſſe, quod interim etiam citra vllam diſtinctionem aliorum ſententias ſuis ſolet miſcere. Hæc etenim in fine libri Commentariorum in Epiſtolam ad Galatas citra diſtinctionem ſcribit. Hoc autem in omnibus ferè teſtimonijs quæ de veteri teſtamento in nouos ſumuntur obſeruandum eſt, quod memoriæ crediderint Apoſtoli vel Euangeliſtæ, & tantum ſenſu explicato ſæpe ordinem commutauerint, non nunquam verba vel detraxerint, vel addiderint. Hęc Hieronymus quaſi de propria ſententia, vt ipſe nos monet, quę non propria ipſius ſunt, ſed aliena, & his quæ dixerat repugnantia. Quis enim ignorat in Apoſtolis Chriſtum eſſe loquutum? quis non videt ſpiritum ſanctum ore Apoſtolorum dictaſſe Epiſtolas & Euangelia? Chriſtus porrò aut eius ſpiritus memoria falli poteſt? de T. Liuio aut Salluſtio id dicere erat inciuile, durum & aſperum: de Chriſto & ſpiritu Sancto id dici quis ferat? ſed huiuſmodi dicta in Diuo Hieronymo ſunt innunera. Et niſi memoria teneas quę nos ipſe Diuus vt diximus, in Prolegomenis fuſe ſatis admonet, ſe in ſuis ſcriptis ſæpè ſuas, ſæpè alienas referre ſententias, ſæpè probandas, ſæpè improbandas lectoris arbitrio permittens, vt probet probanda, improbet improbanda, putes hunc Diuum inter ſe pugnantia dicere & quę nec inter ſe cohæreant, nec rationi congruant? Sed de hac re ſatis ſuperque ſupradictum eſt. Illud memoria teneas neceſſe eſt. Ipſum hunc Diuum nos admonere citra vllam diſtinctionem ſe ſua referre & aliena tam probanda quam improbanda, vt qui eius ſcripta legit, animo vigilet neceſſe ſit. Dura res, aiunt, Quid ſi ipſe Diuus ſic ſcribere voluit vt centies nos monet.

Quod authore Diuo Hieronymo Diuus Paulus lectionem Lxx veriorem Hebræa lectione eſſe iudicat ſi forte inter ſe pugnent Cap. X.

Hieronymus loco citato libro. 2. in Epiſtolam ad Galatas in cap. 3. illius Epiſtolæ, in illud: Maledictus omnis homo qui pendet in ligno dubitat cur ſi Diuus Paulus lectionem Lxx veriorem putat æditione Hebræa, non ponit integram tranſlationem Lxx, quo loco duo ſunt notanda ſummopere Diuum Hieronymum iudicare ſenſiſſe Diuum Paulum tranſlationem Lxx veriorem eſſe æditione Hebræa quod citarit tranſlationem Lxx quæ duo verba haberet pluſquam æditio Hebręa, & non citarit Hebræam æditionẽ. Igitur Diuus Paulus, authore Diuo Hieronymo decidit litem quam toto hoc opere diſceptamus, quod quoties Diuus Paulus citat tranſlationem Lxx quæ diſsideat à lectione Hebręa, quod fit frequentiſsimè, Paulus veriorem iudicat æditionẽ Lxx lectione Hebræa, non ea lectione Hebræa quæ temporibus Diui Pauli erat, ſed ea quæ erat temporibus Diui Hieronymi, & quę noſtris tẽporibus eſt, cùm iã multa ex lectione Hebręa exciderint aut expuncta ſint Iudæorum malitia ſit neceſſe: præſcribitur enim canon à D. Hieronymo omnibus locis citatis ab Apoſtolis & Euangeliſtis qui aliquantum diſcrepent ab æditione Hebræa

quæ

quæ noſtris temporibus circunfertur, locos illos citatos ab Apoſtolis & Euangeliſtis iudicatos eſſe veriores iuxta trãſlationem Lxx æditione Hebrea, quæ noſtra lis eſt, & noſtra controuerſia toto hoc opere vtrum verior ſit lectio veteris teſtamenti citata ab Apoſtolis & Euangeliſtis Hebræa æditione. Sed dices quid reſpondes quæſtioni quam propo nit D. Hieronymus? Ipſe Diuus etiam diſſoluit & facile ſolui poterat etiam aliter, iuxta canonem ſcripturæ quo monemur citari ab Apoſtolis & Euangeliſtis teſtimonia ſcripturæ ita vt prima & vltima citentur, omittantur media, aut quæ non magnopere ad rem pertineant, alterum eſt illud admonitione dignum, quod ſupra diximus, & repetendum ſæpè eſt. [illegible] quod putat Hieronymus poſt Chriſti paſsionem libros Hebræos aliter habere quã habuerint olim, quod D. Hieronymi teſtimonium quærebatur, & redditum multipliciter id deprehendimus: Nam merito D. Hieronymus damnat quod prius dixerat, repetitque non raro, citare Apoſtolum ſenſũ ſcripturæ nõ verba, quomodo enim D. Paulus dicendus eſt citaſſe non verba ſed ſenſa cum verba tranſlationis Lxx tibi numeret, vnum verbum omittit qua ratione dictum eſt.

Tranſlatione Lxx argui quæ in veteri teſtamento poſt Lxx viros ſunt mutata. Cap. XI.

NE quis miretur litteris Apoſtolicis, & Euangelicis, authore D. Hieronymo argui quæ mutata ſunt in veteri teſtamento poſt Chriſti crucem, idem D. Hieronymus in præfatione in quatuor Euangelia ad Damaſum Papam docet in veteri teſtamento poſt Lxx viros nihil addi, aut detrahi, aut mutari potuiſſe quin eorum tranſlatione deprehendatur.

Quod authore D. Hieronymo verborum varietas non ſolum litterarum & ſyllabarum in Hebræa lectione fuiſſe videatur. Cap. XII.

NON ſolum litterarum & ſyllabarũ punctorum & diſtinctionis ſed etiam verborum varietas, authore D. Hieronymo in Hebræa lectione fuiſſe videtur. Nam Hieronymus in illud cap. 3. Eſaię. Populum meum exactores ſui ſpoliauerunt, & mulieres dominati ſunt eis. Nos docet pro mulieres Hebraice naſim, eſſe: quod colligit ex interpretatione Symmachi: Aquilam tamen, & Lxx pro mulieres vertiſſe, exactores & fœneratores. Vnde his qui ſciunt Hebraicè planum eſt intelligere non legiſſe eos. Naſim mulieres, vt legit Symmachus, ſed noſim, id eſt, fœneratores, exactores, à nagas exigo. & in illud cap. 38. Eſaię. Ego dixi ages de lectione Hebręa legi poſſe ſignificat Chedel, & Cheled quæ ſunt verba diuerſa, & in cap. 47. Eſaiæ in principio duplicem lectionem Hebræã eſſe ait, Theodotionem legiſſe Simlatech, Aquilam vero legiſſe, Samatech, per Sadich, in principio. Et in fine cap. 40. Ezechielis dupliciter legi ait in Hebræa lectione aſer nomen relatiuum, id eſt, quę & heſreh, cum hain in principio, id eſt, decem, & in finem cap. 2. Abacuc docet in quibuſdam codicibus Hebræis deeſſe dictionem vnam, quę in alijs codicibus Hebræis eſt. Non ergo putabat D. Hieronymus tam caſtigatã lectionem Hebræam, vt in ea non eſſet varietas litterarum, ſyllabarum, atque etiam verborum, qua de re iuſtum volumen ſcriptum reliquit in quæſtionibus Hebraicis.

Quod magna numerorum confuſio ſit in lectione Hebræa, & quot habeat errores inolitos eadem Hebræa lectio. Cap. XIII.

DIuus Hieronymus in Epiſtola ad vitalem reſpondens propoſitis quęſtio-

quæſtionibus ſub finem Epiſtolæ ait: quod in libris veteris teſtamenti mira annorum eſt diſſonantia & numerorũ confuſio: Hæc Hieronymus quod arguit Iudæorum ſupinam negligentiam, vt iam ex D. Chryſoſtomo dicemus, nõ arguit hoc curam Iudæorum vigilantiſſimam quam quidam ex noſtris prædicant: ſed dicent ſat ſcio hanc annorum diſſonantiam & confuſionem numerorum de qua queritur D. Hieronymus in Gręcis latiniſq; litteris eſſe, in Hebręis non item. Certe ſi hæc numerorum con fuſio & annorum diſſonantia Græcè tãtum eſſet, & Latinè & Hebraicè non eſſet, facile fuiſſet his qui Hebraicè ſcirẽt ad hebræã lectionem confugere & inde propoſitas quæſtiones diſſoluere: ſed addit Hieronymus eſſe ſummum conſenſum in ipſis tranſlatoribus, & in ipſo authentico ſermone, hoc eſt in ipſa Hebræa lectione, vt tam in ipſa lectione Hebræa quam in tranſlatoribus ſit annorum illa diſſonantia & numerorum cõfuſio. Quæres quo nam modo iſthuc? Nempe quod Iudæi tranſlatores quod reperiebant Hebraicè, Græcè vertebãt, & Iudęi non ſunt contenti Hebræam lectionem vitiare, ſed vt ſupra conqueſti ſumus trãſlationem Lxx ad exemplum Hebrææ lectionis per quoſdam corrũpunt, monet igitur nos D. Hieronymus etiam in authentico ſermone, hoc eſt in Hebræo ſermone, eſſe annorum illam diſſonantiam & numerorum confuſionem, ne quis nos fallat & iactet Hebręã æditionem omni vacare vitio & eſſe caſtigatiſsimam. Idem Hieronymus de quęſtionibus numerorum agens etiam in cap. 3. Epiſtolæ ad Galatas in illud. Stultas autem quæſtiones, eãdem refert ſententiam quam retulerat in Epiſtola ad Vitalẽ: addit & illud, difficile eſſe inuenire dubiorum ſolutionem propter librorum varietatem, & dum paulatim de inemendatis inemendata ſcribuntur errores inolitos, vides Hebræos Codices à D. Hieronymo appellari inemendatos? De his enim oſtendimus agi & nõ diceret difficile eſſe diſſoluere quæſtiones niſi Hebræi libri non eſſent inemen dati. Fuiſſet enim facile D. Hieronymo & his qui Hebraicè ſcirent adire Hebræos codices, & inde quæſtiones diſſol uere & vitia noſtrorum librorum caſtigare. Vides ergo dici à D. Hieronymo Hebræos libros inemendatos & inemẽdata ex eis deſcripta dici, vides errores inolitos cǫdicibus Hebræis pleno ore prædicari, & magno labore opus eſſe ad Hebræos codices caſtigandos? Atqui ſi Hebræi codices fuiſſent caſtigati nihil opus eſſet adire labores vt noſtri libri caſtigarentur.

Quod puncta quæ apud Hebræos pro vocalibus valent pro regionum varietate & hominum arbitrio citra vllũ ſignificationis diſcrimen aliquando varientur ex Diuo Hieronymo. Cap XIIII.

SVnt qui ſcribant lectionem Hebræam caſtigatiſsimam eſſe, & omnis vitij expertem, neque ſi quis in Hebræam ſcripturam omni cura inquirat, quidquam deprehenſurũ vitij, excepta lectionis Hebrææ varietate, quę in Iudaica Maſſoreth continetur, eamque varietatem potiſsimum in punctis ſitam eſſe, quæ tantum ad Grammaticorum curioſitatem ſpectent, aut quæ pro varietate regionum varia ſint citra vllam ſignificationis mutationẽ, neque differre magis quam quod Hiſpanus, ſeñor, dicit, Italus, ſignor, Hiſpanus, poco, Italus, puoco. Si aliquando hoc ita eſſe diceres, veriſsimè diceres, ſed quod in vniuerſum pronuncias vt Iudaicis fraudibus pares latebras quantam peſtem hic canon importet ex ſequentibus patebit: Dicamus ergo ex Hieronymo quid in hac parte ſit ſequendum, quod in ea maxima res Chriſtianæ R.P. agatur. Primũ omnium præſcribatur hic canon ex D. Hiero.

Hiero.pũcta in lectione Hebręa aliquãdo citra vllã mutationẽ ſignificationis vocum Hebræarum variari; aliquando inquam, idque per quam raro; ſic enim ſcribit Hieronymus in Epiſtola ad Euagrium reddens cauſam cur ſalem in litteris Euangelicis ſalim dicatur: Neque refert, inquit, vtrum ſalem an ſalim nominetur cum voces Hebrææ eędem pro voluntate lectorum & varietate regionum diuerſis ſonis & accentibus proferantur. Vocat ergo Hieronymus puncta Hebræa, ſonos, vocales, accentus, vt per capita ſequentia apparebit, en D. Hieronymus docet eaſdem vocales hebręas pro varietate regionum, & pro voluntate lectorum diuerſas habere vocales & diuerſos ſonos: Vocales porrò apud hebræos ſunt puncta. Vnum tantum exẽplum ponit Hieronymus, ſuo loco nos plura ponemus.

Quod ex hac varietate punctorũ & litterarũ prolationis nominũ Hebræorumque varietas naſcitur qua noſtri aduerſarij nos terrere parant Ieſaiau Irmeiau ſimilibuſque, quibus rebus noſtræ ſcripturæ authoritatem extenuare volunt, vt ſancti patres docent apud D. Auguſtinum, vt infra dicemus: Cap. XV.

DIuus Hieronymus in epitaphio Lucinij Betici ad theodoram cũ enumeraſſet quædam nomina barbara quæ quidam iactant vt nomen eruditionis ſibi pariant, adiecit. Cæteraque magis portenta quam nomina quæ ad imperitorum muliercularumque animos concitandos quaſi de hebraicis fontibus hauriunt, barbaro, ſimplices quoſq; terrentes ſono, vt quod non intelligũnt plus mirentur. Hæc Hieronymus quæ veriſsimè dicta à tanto Diuo habeo perſuaſiſsimum, tamen Iudæos credo maiora multo moliri, vt authoritatem lectionis Apoſtolicæ & Euangelicę atque Eccleſiaſticę in contemptum trahant, vt docent apud Auguſtinum ſancti Patres de quibus poſtea dicendum eſt, ne quis lectionem Vulgatam, aut Apoſtolicam & Euangelicam reijciat pro his nouis Interpretationibus, quę horridum neſcio quid ſonent; quo imperitos nouitate vocum in admirationem ſui rapiant, vt ait Hieronymus, neuè contemnat noſtram ſcripturam, quin eam admiretur magis & Iudaicas execretur fallacias: pro Eſaia quod Apoſtolicis & Euangelicis litteris ſcriptum eſt Græce, qua lingua Apoſtoli & Euangeliſtę ſcripſere cum vident hos ſcribere Ieſaiau, alij etiã Apoſtolos & Euangeliſtas & Ioſephum Iudæum & Iudęum Philonem qui ſemper ſcribunt Eſaiam emendare parant, & Iſaiam ſcribendum docent quod principium huius vocis ſit Iod & inde Iſaiam dicendum contendunt, aut Ieſaiam, quaſi vero Iod ſit vocalis & non conſonans quæ littera pro ratione pũctorum ſonare ſolet heloe hare In fine dictionum inquies: quid ſi olim fiebat etiam in initio? denique aut dicendum eſt Eſaias vt Apoſtoli & Euangeliſtę pronunciauerũt, & Iudęorum antiquiſsimi Ioſephus & Philon, aut corrigendus eſt Dominus & eius Apoſtoli & Euangeliſtæ & veteres omnes Iudęi qui Eſaiam pronunciãt: ſic etiam pro Hieremia Hirmeiau pro Ezechiel Iechezchel pro Ageo Propheta, Caggai Propheta, pro Sophonia, Sephania, pro Abacuc Chabacuc. Iam nuſquam in veteri teſtamento reperies Iacob ſed Iahacob, nuſquam Iſaach, ſed Iſchach, nuſquam Roboam, ſed Rechabam, & cętera eodem modo vt non agnoſcas eadem eſſe nomina, quæ eo conſilio etiam faciunt vt in contemptum noſtram ſcripturam trahant: Nam talis reprehenſio qualis eſt ſi quis dicatur neque noſſe nomina propria eius facultatis quam tractat rectè nominare, eſt vtilis ad conciliandum his ait Fabius, quos inuiſos facere volueris odiũ. Quis enim non

non oderit hominem qui nec Ariſtotelem nec Platonem, nec Galenum aut Hippocratem recte nominare nouerit, & tamen ſibi vendicet doctrinę Ariſtotelicæ & Platonicæ exactiſsimam cognitionem & peritiam raram artis medicę? Neſcis, dicerent, ò ſtipes, nomina ipſa ſcriptorum nominare ita es imperitus, & tamen te omnibus anteferre paras? Hunc horrorem ergo Hebraicarum vocum ſola facit varietas prolationis litterarum Hebræarum & punctorum quæ alijs adimuntur & apponuntur alijs litteris, vt ſis ſciens. Caue ergo fidē habeas his qui monent Iudaicę prolationi nominū vt aſſueſcas: Nam ſupra diximus ſi id feceris quod periculum incurres, aſſueſcito litteris Apoſtolicis & Euangelicis, habeto ſemper ante oculos illud quod perſonant omnium auribus veteres Patres & ſacra concilia: Ne tranſmoueas terminos æternos quos poſuerunt Patres tui.

Quod temporibus D. Hieronymi nulla ferè erant puncta in codicibus Hebræis ſed tantum erant ſcriptæ conſonantes, puncta quæ pro vocalibus valent non erant adſcripta conſonantibus. Cap. XVI.

Hieronymus in Epiſtolu ad Euagrium ait, Hebręos vocalibus per raro vti ſolere his verbis. Vocalibus in medio litteris Hebræi per raro vtuntur &c. & in illa verba cap. 9. Hieremiæ loquere &c. Verbum, inquiens, Hebręum d.b.r. quod tribus litteris ſcribitur vocales enim in medio non habet, vbi Hieronymus nos docet verbum Hebræum non habere vocales in medio conſonantiū. Idem Hieronymus in caput. 3. Abacuc in illud, ante faciem eius ibit mors, pro morte, inquit, tres litteræ poſitæ ſunt abſque vlla vocali d. b. r. vbi Hieronymus tres tantum conſonantes pro verbo Hebręo poſitas eſſe ait, vocales nullas, puncta enim, appellat vocales quod valeant pro vocalibus & poſſe legi ait, dabar daber deber diuerſis ſignificationibus & in illo cap. 26. Eſaiæ mortui vitam non videbunt pro verbo Hebræo, ait ſcribi tres cōſonātes Z c r. vbi ſi legamus, inquit, Zacar. maſculum ſignificamus, ſi Zecer. memoriam. Sed centies hoc nos docet D. Hieronymus cuius paulo infra ex eius commentarijs multa exempla ponemus, quibus apparet eius tempeſtate in Hebræa lectione conſonantes tantum ſcriptas fuiſſe, nulla vero puncta quæ pro vocalibus valēt fuiſſe addita.

Canon Hieronymi dignus qui litteris aureis conſcriberetur de punctis lectiouis Hebrææ quod nulla eſſent in codicibus Hebræis olim & quod pro voluntate lectoris adderentur. Cap. XVII.

Hic canon præſcriptus à Diuo Hieronymo dignus erat qui litteris aureis conſcriberetur, tantam lucem affert huic rei de qua diſceptamus retulimus illud Hieronymi in Epiſtola ad Euagrium bis. Vocalibus Iudæi per raro vtū tur & pro voluntate lectoris voces Hebræas diuerſis ſonis & accentibus proferunt. Vbi te rogo ſi D. Hieronymo fidē habeas, ſi Iudæi qui omni ratione conātur Chriſti ſacramenta ſubuertere, vt nos docet etiam hic Diuus, vt diximus in Prolegomenis capite poſtrēmo, pro voluntate vocales adhibēt lectioni Hebrææ; quo non flectent ſcripta ſacra? quid fraudum non molientur? quo non detorquebunt manifeſtiſsimas de Chriſto Prophetias? ſcribe tu noſtra lingua conſonantes tres. p. d. r. addito vocales quas velis efficies longe diuerſa padre, pudre, podre, poder, podar, piedra, podre, podra, quantus hinc fallaciarum fons ſcatu-

ſcaturiet? Hunc canonem multo apertius ſcribit Hieronymus in cap. 9. Hieremię in illa verba, loquere &c. Verbum hebræum, inquiens, quod tribus litteris ſcribitur d.b.r. Vocales.n.in medio non habet, pro conſequentia & legentis arbitrio, ſi legatur dabar ſermonem ſignificat, ſi debet peſtẽ ſi daber loquere. Hęc Hieronymus. Quibus quam ſplẽdidam facem rebus noſtris præluceat hinc colliges, quod ſi Iudæus lector qui Chriſti & Chriſtianorum odio ardet, rebuſque noſtris eſt infeſtiſsimus pro arbitrio adhibet puncta.i. vocales conſonantibus, omnia noſtra ſubuertet, arbitrium nanque Iudæi eſt vt noſtræ fidei euertat fundamenta: eas apponet ergo vocales quæ id efficiant, vt noſtra omnia ruant, conſequentia ſententiæ Iudaicæ eſt, ſi pro conſequentia ſententiæ ei licet apponere puncta quæ volet vt omnia referat, etiam quæ ſunt ipſo ſole clariora de Chriſto teſtimonia ad ſuę infidelitatis ſcopum, vt ait Athanaſius: addet ergo Iudęus puncta pro arbitrio ſuę infidelitatis, & pro conſequentia ſententię Iudaicę quę affectat omnia de Chriſto ſubuertere ſacramenta, vt Diuus Hieronymus ait, tu nunc collige quantam peſtem trahes ſi Vulgatam Diui Hieronymi, & Eccleſiaſticam lectionem deſeras, amplectaris has nouas interpretationes quaſdam è Iudæorum ſcrinijs compilatas ad ſcopum Iudaicæ infidelitatis expreſſas, non enim dico de omnibus tranſlationibus ſed de quibuſdam & in his tantum locis quibus noſtra euertunt, & vt vexilla Chriſti deſeras, tranſeas ad Iudaica ſigna, vt inſidioſiſsimè dictum à Iudæis putet ille qui inde mutuatus ſcripſit varia puncta dictionum Hebræarum vocum non mutare ſignificationes, cum hac ſola arte mutationis punctorum, Iudæi poſsint fere omnes de Chriſto euertere prophetias.

Quod in lectione Hebræa tempeſtate D. Hieronymi puncta non fuerint & quod ex tranſlatione cuiuſq; agnoſcitur lectio Hebræa quam quiſq; ſit ſecutus, & quod Lxx non dicendi ſunt erraſſe quod diuerſam ab alijs agnouerint lectionem Hebræam. Ex D. Hierony. omnia. Cap. XVIII.

Defenſio tranſlationis Lxx.

PRæſcriptum Canonẽ hunc de agnoſcenda lectione Hebræa ex ipſa tranſlatione, à D. Hierony. eo modo dico (nequis vbi hic canon ſit roget) quo Ariſtoteles in principio.10. Moralium ait, ſapientes plus docere factis & exemplis quam verbis. Volo ergo oſtendere canonem illum quo vtor frequẽtiſsimè toto hoc opere vt ex trãſlatione D. Hieronymi & Lxx virorum & ex lectione Apoſtolica & Euangelica arguam litteras mutatas in lectione Hebręa, mutatas ſyllabas, puncta mutata à D. Hieronyme fuiſſe mutuatum, & illud exemplum codicis Hiſpani qui milleſimo ab hinc anno verſus Latinè eſſet, ad hoc à me eſſe vſurpatum, vt canonem præſcriptum à D. Hierony. ante omnium oculos ponerem, vt ſi quo loco tu in codice Hiſpano legeres eſpigas redditũ videres Latine picas facile colligeres interpretem in codice Hiſpano non legiſſe eſpigas ſed pegas quod ſi multi fuiſſent interpretes illius codicis Hiſpani & alius eſpicas vertiſſet, alius picas, quis dubitaret horum interpretum alterum in codice Hiſpano legiſſe eſpigas, alterũ pegas. Hoc canone vtitur D. Hieronymus frequentiſſimè vt eius exemplo nobis dem facere liceat vt in illud cap. 26. Eſaiæ, mortui n. vitã nõ videbũt reddens cauſam cur qđ Lxx reddidiſſent medicos alij vertiſſent gigantes alios legiſſe ait Hebraice Raphain medicos alios Rophaim gigantes. Quid diſtat hoc ab illo exemplo codicis Hiſpani cuius interpretes alij vertiſſent ſpicas alij picas? & cauſa redditur quod

Ex tranſlatione cuiuſque intelligi quam lectionem hebræam quiſq; ſit ſecutus exẽplo codicis Hiſpani tranſlati.

quod in Hiſpano codice alij legerint eſpigas, alij pegas? Agnoſcitur ergo ex tranſlatione cuiuſque quam quiſque lectioné Hebræam ſecutus fuerit, & intelligitur hebraicè non fuiſſe puncta, alioqui liberum non fuiſſet Rephaim legere aut Rophaim, nec erraſſe dicuntur qui hãc aut illam lectionem hebræam ſecuti fuerint & D. Hierony. ſtatim poſt illa quæ diximus reddens cauſam cur quod Lxx trãſtuliſſent maſculum alij interpretes eandem vocem hebræam memoriam vertiſſent: Lxx inquit, legerunt hebraice Zacar, id eſt, maſculum cæteri legere zecer, id eſt memoriam quod in hebræa lectione tantum conſonantes eſſent ſcriptæ, vt in ſuperiori exemplo zchr, lector ſuo ſuo arbitrio puncta, id eſt, vocales adderet pro conſequentia ſententiæ. Vides Hieronymum ex tranſlatione ipſa agnoſcere quam quiſque lectionem ſit ſecutus, & vides D. Hierony. nos docere hoc loco hebraice tantum conſonantes fuiſſe zcr puncta, id eſt, vocales non fuiſſe, nec erraſſe qui puncta hæc aut illa addident, quod pro lectoris arbitrio púcta addi ſolerent? & in illud cap. 31. Conuertimini quęrens D. Hieronymus cur quod Symmachus ſolus verterat ignem alij interpretes reddiſſent lumen ad puncta, quæ hebraice pro vocalibus valent & non erant ſcripta hebraice, cauſam refert, quod Symmachus legerit hebraice, vr, id eſt, ignem cæteri or, id eſt, lumen quale ſi in codice Hiſpano Latinè verſo mille ante annos quæreretur cur quod alij vertiſſent heros alij trãſtuliſſent ramos & redderetur cauſa quod in codice Hiſpano interpretes alij legiſſent amos alij addita vna litera ramos. Ex tranſlatione igitur agnoſcitur quam quiſque interpretum lectioné in hebræa lectione ſiue in Hiſpano codice ſit ſecutꝰ, nec erraſſe interpretes dicuntur qui hæc aut illa puncta addiderint. & plane & aperte dicitur in hebræa lectione puncta non fuiſſe & in illud capit. 65. Dimittetis veſtrũ iniuramento, quærit cur quod Lxx verterint in ſaturitaté alij reddiderint in iuraméto, reddit cauſam, quod verbũ hebręũ Sebua pro diuerſitate accẽtuũ multas haberet intelligẽtias. Ergo voces hebrææ vocales non habebãt quas lector pro arbitrio adhibebat, & ex tranſlatione cuiuſq; intelligitur quã quiſq; lectionem hebręam ſit ſecutus, vt ſi in tranſlatione codicis Hiſpani alij interpretes vertiſſent paraſangas alij linguas népe cauſa redderetur quod in codice Hiſpano alij legiſſent leguas alij lenguas vt ex tranſlatione agnoſceretur lectio quam quiſq; interpretum eſſet ſecutus, nec erraſſe dicitur qui hanc aut illam lectionem ſecutus fuerit. Idem Diuus in illud Eſaię cap. 56. ſpeculatores &c. Vocem hebræam conſonantibus ſcriptam ait ſine vocalibus, ſi legas roin paſtores ſignificat, ſi re in peſsimos, & in principium cap. 3. Hieremię de eadem voce hebræa idem ait, vt agnoſcas olim in lectione hebræa puncta non fuiſſe, & ex cuiuſq; tranſlatione agnoſci quam quiſque lectionem hebræam ſit ſecutus, vt ſi in tranſlatione Hiſpani codicis alij interpretes vertiſſẽt cultelum alij ſuẽ facile intelligeres alios interpretes in Hiſpano codice legiſſe cuchillo alios cochino. Hoc docet etiam D. Hierouymus in cap. 15. Ezechielis in principium: Verbũ inquiens hebræum tribus conſonontibus ſcribitur ſine vocalibus, ſcilicet, ſi legas, inquit, ſene duo ſignificat, ſi ſane annos, ergo hebræa lectio ſine vocalibus ſcribebatur olim & pro arbitrio lectoris addebantur puncta, id eſt, vocales, & ex tranſlatione eius qui vertiſſet duo intelligebatur eum in lectione hebræa legiſſe ſene, qui vero reddidiſſet annos legiſſe ſane, ergo ex trãſlatione cuiuſq; intelligitur quã quiſque lectioné ſiue in hebræa æditione ſiue in codice Hiſpano ſit ſecutus vt ſi in tranſlatione codicis Hiſpani alius vertiſſet vuas alius algas alius quo vadis quis non intelligeret eum qui vertiſſet vuas in codice Hiſpano vuas legiſſe, qui reddidiſſet algas non legiſſe vuas ſed ouas, *Exempli codicis Hiſpani.*

qui

qui vero tranſtuliſſet quo vadis diuiſim legiſſe v bas forma dicendi antiqua do vas neque quiſquam hoc ad imperitiam referret interpretum, ſed ad varietatem lectionis quam quiſque agnouiſſet vt ex his omnibus agnoſcas etiam tempeſtate D. Hiero. in lectione Hebræa puncta non fuiſſe quæ pro vocalibus valent, vt Hieronymus in illud cap. 13. Oſeæ. Idcirco erunt quaſi nubes matutina non retulit ad imperitiam interpretum, quod verbum hebræum quod alij verterint locuſtam alij tranſtulerint fumarium.

Quod Iudaicis fraudibus hebræa lectio ab eccleſiaſtica varia fiat, & de punctis hebraicis.

SEd docet verbum hebræum quatuor ſcribi conſonantibus h.r.b.h. ſi legas inquit harbeh, locuſta eſt, ſi harubah, fumarium, ergo puncta quæ pro vocalibus valent olim non erant ſcripta quæ pro arbitrio lectoris addebantur, & ex tranſlatione cuiuſque intelligebatur quam quiſque lectionem hebræam eſſet ſecutus, neq; arguebatur interpres, qui varie vertiſſet lectionem hebræam, erroris, ſed dicebatur aliam agnouiſſe lectionem hebręam, quod apertius docet idem Hieronymus in cap. 3. Amos in illud, propterea hæc dicit Dominus, tribulabitur, &c. Pro Tyro, inquit, quod tráſtulere Lxx hebraicè ſunt duæ conſonantes ſ.r. per ſadich, & Aquilam ait & Lxx legiſſe, ſor, id eſt, Tyrum pręceptorem ſuum Sar tribulationem Theodotionem Sur petram duriſsimam & ſubijcit non eſſe errorem hunc interpretum vbi tot modis dictio hebræa verti poteſt, ergo hebraice olim puncta non erát ſubſcripta conſonantibus, & interpres non dicebatur errare quod puncta adderet quæ ſibi viderentur magis conſentanea, & ex tranſlatione cuiuſque interpretis agnouit hic Diuus quam quiſque interpretum agnouiſſet lectioné hebręá: & in cap. 3. Abacuc in illud operuit cœlos &c. reddens cauſam cur Aquila verbum hebręum quod alij interpretes verterant, ibi, ipſe tranſtuliſſet, poiuit. Aquila inquit legit, ſam, vocem hebræam cū puncto in ſiniſtro cornu, id eſt, poſuit: alij cum puncto in dextro cornu, id eſt, ibi: agnouit igitur hic Diuus ex tranſlationibus interpretum quā lectioné quiſque eſſet ſecutus neq; quenquam eorū erraſſe dixit, ſed pro varietate lectionis quam agnouiſſet variam feciſſe tranſlationem, quod docet idem Diuus in illud capitis primi Aggæi, vocaui ſiccitatem tres inquiens litteras ſe reperiſſe hebraice c.h.r.b. quod ſi legerimus, inquit, chereb, gladium ſignificas, ſi choreb, ſiccitatem, quo loco docet hic Diuus lectioné hebræam conſonantibus tantū eſſe ſcriptā ſine vocalibus, & addi pro arbitrio legentis puncta hoc eſt vocales, neq; errare interpretem qui hanc vel illam lectionem ſequatur, ergo ſi Apoſtolus aut Euangeliſta hoc idem faciat non eſt damnandos.

Vt hoc caput ſat eſſe poßet defendēdis Apoſtolis & Euangeliſtis.

Defenduntur à D. Hiero. etiam Lxx viri in his locis quibus à quibuſdam litterarum ſimilitudine arguebantur eſſe decepti. Cap. XIX.

NOn dici poteſt ſatis quanto odio quidam ex noſtris Lxx viros proſequantur imitati Iudeæos qui Lxx viris nihil pei⁹ odere, illud illud, inquiút, Lxx viris vitio datur, qđ litterarū ſimilitudine ſæpiſsimè decepti eſſe dicātur, defendūtur à D. Hiero. Aquila, Symmach⁹ & Theodotio Iudæi blaſphemi, vt D. Hiero. verbis vtar, cum varias fecere trāſlationes quod alij alias in lectione hebręa agnouere litteras, & non defendentur eadem ratione Lxx viri? qui inflatu ſpiritus Sancti à plæriſque ſacris ſcriptoribus, & ab alijs non ſacris ſcriptoribus vertiſſe perhibentur, quique, authore

Theodorito in procemio in Pſalmos; ſcripturā accepere caſtigatiſsimā? quippe centeſimo ante ante anno inſpiratā Eſdræ ab Spiritu ſancto, vt in diſputatione de tranſlationibus fuſe à nobis dictum eſt, ſatis ſit ſaltem idem ius Lxx viris qui pleni ſpiritu Sancto vertiſſe ſcripturas à Diuo Hieronymo & ab alijs fere omnibus veteribus patribus dicuntur, quod ius eſt impijs Iudæis, qui non dicuntur decepti ſimilitudine litterarum, ſed alias in lectione hebræa agnouiſſe litteras. Atqui Diuus Hieronymus aiunt, huius ſententię author eſt; qui Iudæos blaſphemos, quos tu appellas, ita defendit quoties in tranſlatione diſſentiunt inter ſe quod alij alias agnouerint litteras, & in eadem cauſa Lxx viros fere hoc nomine damnat quod litterarum ſimilitudine fuerint decepti diximus in huius operis Prolegomenis Diuum Hieronymum ab huiuſmodi criminibus ſe purgare quod in ſuis cōmentarijs complexus ſit ſua & aliena citra diſtinctionē, idq; ſe ſępe teſtatū eſſe profitetur, debetq; ab aduerſarijs omnia quæ in ſuis cōmentarijs reperiantur, ſibi vitio dari quæ fuſe à me ſcribuntur in huius operis Prolegomenis, vbi leges verba D. Hiero. centies ab illo repetita.

Defenduntur Lxx viri & D. Hiero.

QVod ex his locis quos citauimus veriſsimè dictum à D. Hierony. facile intelliges, ſimul enim defendit Aquilam, Symmachum & Theodotionem & Lxx viros, & eadē ratione, & cuius leuitatis erat nunc Lxx viros damnare in eadem cauſa, & nunc eoſdem in eadem cauſa defendere? niſi D. Hierony. ſua & aliena referret in commentarijs? ſua quibus docet Lxx viros plenos ſpiritu Sancto ſcripturam vertiſſe, aliena quibus eos erraſſe ait, ſua quibus eorum tranſlationem probat, & defendit, aliena quibus in eadem cauſa damnat eoſdem. Tam leuis & inconſtans Diuus hic grauiſsimus & ſanctiſsimus erat, vt nūc quæ damnarat defenderet, nunc quæ defenderat damnaret? niſi in ſuis commentariis vt ipſe ſæpe teſtatur, ſuas ſentētias referret & alienas, ſæpe Iudaicas & hæreticas ſententias vt ipſe teſtatur? An D. Hierony, profitenti quam rationē ſcribendi in ſuis commentarijs ſequeretur habenda fides non eſt? credendum potius erit in cauſa Diui Hieronymi alienis, quam ipſi Diuo? Adde tu quod multa à Iudæis & hæreticis, ſcriptis D. Hieronymi ſunt intertexta, cuius rei non ſolus ipſe ſum author, ſed Eraſmus & alij docti viri, qua de re alibi dicendum eſt pluribus. Defendātur ergo Lxx qui ſcripturam vertere trecentis annis ante Domini aduentum ita vt ſemper Chriſti myſteria ſonaret, & vt Apoſtoli & Euāgeliſtæ, iuxta eorum tranſlationem fere omnia ſcripturæ teſtimonia citarint. Defendantur, inquam, eodem iure quo blaſphemi Iudæi, quos appellat Hieronymus Aquila Symmachus & Theodotio qui multa Chriſti myſteria ſubdola, vt inquit idem Diuus interpretatione cælarunt, non dicantur decepti ſimilitudine litterarum, ſed ſit par cauſa eorum & Iudæorum tranſlatorum, vt alias agnouiſſe litteras, & aliam lectionem hebręam dicantur agnouiſſe, præſertim cum eorum tranſlationem ſpiritus Sanctus citat Apoſtolorum ore & Euangeliſtarum; quanquam apud quoſdam ex noſtris qui Iudęorū ſcriptis ſunt deditiſſimi, neque ſpiritus Sanctus ſatis ponderis habere videatur vt noſtra probent. Ergo D. Hierony. in cap. Zachariæ. 14. in illud, framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum reddens cauſam cur Aquila verterit ſuper virum contribulem meum, Symmachus ſuper virum populi mei, Lxx & Theodotio non verterint meū nec mei ſed ei⁹ hebraice, inquit eſt עֲמִיתִי hamiti ſubijcit cauſam quod alij in fine legerint י Iod hamiti populi mei alij ו. vau hamito populi eius quod conſonantes Iod, & vau ſola magnitudine diſtant, & ſi legatur י meum ſignificat ſi ו. eius.

Defen-

Defendũtur Lxx ex D. Hierony. & mutatio litterarum in Hebræa lectione & quod ex tranſlatione cuiuſq; agnoſcitur quam lectionem hebræam ſit quiſque ſecutus.

IDem Hierony. in illud Eſaiæ ca. 38. Sicut pullus Hirundinis quærit cur quod alij ciconiam vertiſſent alij reddiderint equum, & reſpondet alios interpretes legiſſe. סוס ſus cum ו in medio id eſt equum alios סיס ſis cum י id eſt ciconiam, idem Hieronymus in cap. 7. Ezechielis in illud & vir in iniquitate vitæ ſuæ ambiguitas, inquit, hebraicarũ litterarum Iod & vau quæ tantum magnitudine diſcernuntur, fecit alios interpretari iniquitatem, alios interpretari oculos. Ergo Hieronymus in his omnibus ex tranſlatione cuiuſque agnoſcit quã hebræam lectionem agnouerit quiſque vt tu in tuo ſermone facile agnoſceres exemplo codicis Hiſpani qui Latinè verſus eſſet ſi alij interpretes vertiſſent ludum, alij focum intelligeres alios in codice Hiſpano legiſſe fuego alios juego, & ſi alij reddidiſſent famam, alij famem cerneres in codice Hiſpano alios legiſſe fama alios hambre, neque diceres interpretes fuiſſe deceptos, iniurium enim eſſet, viros Hiſpanæ linguæ ſcientiſsimos, in re tam facili dici deceptos fuiſſe: liquet ergo ex his omnibus quæ diximus ex tranſlationę agnoſci quam quiſque lectionem hebræam ſit ſecutus, nec Lxx interpretes erraſſe eſſe dicẽdos ſed quod hãc aut illã lectionẽ hebręã agnouerint: Neque mihi valde probatur quod D. Hierony. in cap. 5. Oſeæ in illud & vidit Ephraim langorẽ ſuũ pro voce hebręa Iarib ait, alios male legere Ieharim. Nam & recte tranſlatũ eſt ad regem vltorẽ, vt vertit D. Hiero. & rectè ad regẽ ſyluarũ id eſt, gentiũ; quæ beſtiæ agri dicebãtur quod lapides & ſaxa colerent. Fruſtra fugietis ad Aſſyrios aut, vt ego puto, ad Romanos, & dicetis non habemus regẽ niſi cęſarẽ, qua de re in cõmentarijs in Oſeã, Deo bene iuuante, latius dicemus. Neq; placet quod ait in cap. 8. Oſeæ in illud proiectus eſt Sebabũ quod vertere Lxx & Theodotio errare faciẽs eos, Symmachus & quinta æditio pene eodẽ modo, ſcriptũ hebraice falſo putat, cum hanc lectionẽ hebræã agnoſcãt Lxx & Iudæi tranſlatores, Aquila, Symmachus, Theodotio & alij, ſenſuſq; ſit elegantiſsimus. Hic vitulus errare faciet eos & vagari pellet eos è ſuis ſedibus ſiue referas ad captiuitatẽ decẽ tribuũ, ſiue ad captiuitatẽ inuectã à Romanis, erit cauſa, inquit, idolatria vt pellantur ſuis ſedibus, & patria ſint extorres. legendumq; putat Sebabim, id eſt, fila aranearũ, optime quidẽ authoritate doctoris hebræi, tamẽ veterẽ lectionẽ quã ſecuti ſunt Lxx & Aquila Symmachus Theodotio alijq; Iudæi tranſlatores, non omnino dãnandam & reijciendã putarẽ, ſed hoc aduertendum eſt ſummopere lectionẽ hebræã quã pręferebant exẽplaria hebraica, quamq; ſecuti fuerant Lxx & Aquila Symmachus & Theodotio, vnius doctoris hebræi ſola autoritate reiectã, eãq; iã ſolã omnia exẽplaria hebraica pręferre, ſola nanque authoritate doctoris hebręi lectionẽ hebræam caſtigaſſe videtur, eamq; poſtea lectionẽ in hebręis codicibus omnibus fuiſſe receptã, & reiectã lectionẽ quã ſecuti fuiſſent Symmachus & Aquila & Theodotion & author quintę ęditionis & Lxx: vt appareat quã facile Iudæi lectionem hebræam mutent.

Defenduntur Lxx ex D. Hierony. & quod varia lectio hebræa ſit & quod variæ litteræ & varia puncta.

NEq; D. Hiero. fere ſolet varietatẽ vllã lectionis hebrææ dãnare docet ſępe variã hebraice eſſe lectionẽ vt in cap. primum Ioel in illud clamate inquit ſe legiſſe hebraicè Sadai, id eſt, Deus omnipotens Lxx non legiſſe Sadai, ſed pro Sadai legiſſe, Sod, ide ſt, calamitatem

Ex tranſlatione agnoſcitur quã hebreã lectionẽ interpres ſit ſecutus.

Ex tranſlatione cuiuſque agnoſcitur quas quiſque interpretū legerit litteras & ſyllabas & quā lectionem hebræā ſit ſecutus.

& miſeriam, ex tranſlatione igitur Lxx agnoſcitur quam lectionem hebræam Lxx ſecuti fuerint, & in cap. 4. Amos prophetæ in principium capitis eandem vocem hebræam à Symmacho tranſlata ait, Armeniam à Lxx montem Remā, ab Aquila mōtem, Armona, à Theodotione montem Mona, quinta ædi- tione excelſum montem ex qua varietate tranſlationum huius loci qui ſcierit hebraice lectionem hebræam intelliget multiplicem fuiſſe, quod hoc libro oſtēdere conamur & in cap. Eſaiæ. 17. in illud propterea plantabis plantationem reddens cauſam cur quod ipſe vertiſſet fidelem Aquila Theodotio ac Symmachus reddidiſſent pulchram nehemanim cum aleph fidelem ſignificare ait vt ipſe vertit nahamanim cum haim pulchram. ex quibus locis D. Hieronymi facile apparet, vt nemo niſi peruicaciſſimus poſſit inficiari, licere Apoſtolicam & Euangelicam lectionem & Vulgatam noſtram, & Lxx virorum interpretationem ita defendere vt defenduntur Iudęi tranſlatores à D. Hieronymo Aquila, Symmachus, Theodotio, quod alia agnouerint puncta, alias litteras in hebræis dictionibus, niſi quis ſit tam impius, qui putet æquum eſſe, vt plus apud nos habeant ponderis rabini quam Apoſtoli & Euangeliſtæ & D. Hieronymus, & Lxx qui trecentis annis ante Dñi aduentum inflatu ſpiritus S. vertere ſcripturam quam Apoſtoli citarunt. Hæc omnia quæ probauimus ex D. Hiero. veriſſime à D. Hieronymo eſſe dicta.

Defenduntur Lxx ex D. Hiero. aduerſum quendam virum doctiſſimum illum quidem ſed qui plus audeat quā par erat & de varietate litterarum in dictione hebræa.

DIſces etiā ex theſauro linguæ ſanctæ in dictione ההרס 19. Eſaię legi in alijs codicibus hir haheres ciuitas deſtructionis, & authore R. Dauid in alijs codicibus legi hir hacheres ciuitas ſolis vt noſtra lectio præfert mutata vna littera in aliā ſimilē ה ſcilicet, in ח & leges in dictione ירקק raquaq .ſimilitudine litterarū ר & ד r. mutari in. d. & cōtra & pro Raqaq, legi, Daqaq, & R. Dauid omnia exēpla quæ citat de Daqaq, citare de Raqaq, quod incertum ſit qua littera hęc vox ſit ſcribenda, & non dicit deceptum quēquā litterarū ſimilitudine hoc enim eſſet iniuriū, ſed exēplaria Hebręa varia eſſe ob litterarū ſimilitudinē alia pręferre daqaq, alia Raqaq nec certum ſciri, legendum ne ſit raqaq; an daqaq, & leges in dictione Sachar, Oſeæ. 10. in principio, alia exemplaria preferre baſachar in aurora, alia chaſachar ſicut aurora propter ſimilitudinem כ & ב & alia huius notæ innumerabilia, nemo eſt qui lapſum dicat hunc, aut illum, ſed qui varia dicat exemplaria hebræa ob litterarum ſimilitudinem. Quid commeruere quæſo Lxx viri qui trecentis annis ante aduētum Domini nobis myſteria Chriſti reſerauere & Euangelica dogmata tot ante annos perſonuere vt ipſi ſoli erraſſe dicantur ob litterarum ſimilitudinem? valeat ſaltem canon ille quem præſcribit Dominus de prophetis, Deuter. cap. 18. vt ille propheta miſſus à Domino intelligatur cuius prophetias rerum euentus probauerit, & cuius prophetias non probauerit rerū euentus non ſit à Domino miſſus verba Domini ſunt, quod tacita cogitatione reſponderis: quo modo poſſum intelligere verbū quod Dñs nō eſt locutus? hoc habetis ſignum, quod in nomine Dñi propheta ille prædixerit & non euenerit, hoc Dñs non eſt locutus, valet ergo hic canon Dñi quo veteres omnes vtuntur, ab euentu enim probāt prophetias fuiſſe veriſsimas, & earū interpretationes, & Iudaicas interpretationes hoc nomine redarguunt quod ipſas prophetias faciant mendaces, quas neq; probarit, neque ſit probaturus vnquam ipſe rerum euentus: tranſlationem Lxx veriſsi-

veriſsimam eſſe,atq; , vt veteres fere omnes voluere diuinitus inſpiratã,inde colliges quod omnia Chriſti myſteria clariſsima voce perſonant:omnia quæ prędicta ſunt tranſlatione Lxx manifeſtus & euidens rerũ euentus comprobarit, iuxta canonẽ prædictũ à Domino apud Danielẽ, & loco citato Deuteronomij horũ lib.3. exempla ponemus quædam, non omnia, infiniti nanque operis eſſet. Hęc ſibi reſponſa putet omnia ille qui ſi bi fortaſſe plus nimio tribuit & eccleſiaſticam ſcripturã ſuſpectam nobis facere videtur,quod Lxx viros ſimilitudine literarũ dicat fuiſſe deceptos frequentiſsimè,idque authore D. Hiero. & D. Hieronymũ ſimilitudine quoque litterarũ decipi potuiſſe, vt Vulgata nobis ſit ſuſpecta & tranſlatio Lxx quã citant Apoſtoli & Euangeliſtæ multo magis & omnis eccleſiaſtica ſcriptura facile poſſit infirmari & Chriſtus Dominus qui Eccleſiam ſuo ſanguine emit negligẽtiæ argui poſsit, vt ait Origenes erga ſcripturam quam ſuę Eccleſiæ dedit, & vt ab impia Synagoga accerſenda ſit Eccleſiæ ſanctæ fraudibus Iudaicis ſcriptura referta:Nam quod ad ſimilitudinem litterarum ſpectat quæ ſcripturam hebręam facit ancipitem,aliaque eiuſdem hebręę lectionis ambigua, certa res eſt & confeſſa ſi fidelis quis ſit Spiritum Sanctum D. Hieronymo & Lxx viris inſpiraſſe verum ſenſum quod fidelibus, vt author eſt Chryſoſtomus, vbi alia deſunt, magiſter Deus adſtat, Iudæos vero in errore verſari & in tenebris deſidere etiam cum milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono ab hinc anno Chriſtus ſol ſplẽdidiſsimus mundo ſit exortus, & in ſplendidiſsima Eccleſiæ luce miſeri Iudæi erant cæci & parietem palpant, quod ait Eſaias, & quanta maxima vi poſſunt contendum nos ad ſuas tenebras relicta Eccleſiæ luce pertrahere, & nobis ſe præſtare duces.

Quod puncta, quæ in Hebræa lectione ſunt poſt D. Hieronymum à Iudæis ſunt addita, Nec puncta Hebræorum Codicum prorſus ſunt habenda ſacra. Cap. XX.

SOlet hoc nobis obijci in his quæ ſcripſimus,cũ Apoſtolicam & Euangelicã lectionem,ſiue eccleſiaſticam defendimus aduerſus nouas quaſdã interpretationes ad Iudæorũ præſcriptũ factas quę Vulgatam & noſtra eccleſiaſtica eneruant,nec enim omnes damno quod puncta mutemus hebrææ lectionis,quod grauiſsimũ crimẽ putant. Cui rei ex D. Hieronymo reſpondendum putaui: per ſuperiora capita omnia monſtratum eſt, temporibus Diui Hieronymi in lectione hebræa tantum conſonantes fuiſſe ſcriptas, puncta, quæ pro vocalibus valent, non fuiſſe,quod abunde ſatis liquere ex ſcriptis D. Hieronymi intelliget qui ſuperiora capita decurrerit attente, & aduerterit Hieronymum docuiſſe, lectorem pro arbitrio, & conſequentia ſermonis addere ſolitum puncta quæ vellet congruenter ſententiæ quam animo concepiſſet, vbi diximus Iudæis in vertenda ſcriptura & explananda, vt Athanaſius nos docet, ſcopum eorum infidelitatis fuiſſe propoſitum, & interpretationem Iudaicam. Si ergo pro arbitrio Iudæi, & conſequentia ſententiæ Iudaicæ, puncta à Iudæis ſunt addita, quis emirabitur vnquam, ea in plæriſque puncta eſſe addita, quæ à Lxx interpretum tranſlatione diſcrepent? qui ſemper noſtras aures Chriſti myſterijs circunſonabant. Itaque Iudaica ab Euangelicis diſcordent neceſſe eſt. Non poteſt ergo quiſquam Euangelica & Apoſtolica defendere, quin puncta in plæriſq; doceat eſſe mutanda,alia enim,vt primo libro oſtẽdimus, ſchola Chriſti eſt, alia Synagogæ impiæ. Sed dicet aliquis, tempeſtate Lxx virorum nulla erant puncta, quan-

do tempeſtate D. Hieronymi, vt per ſuperiora capita oſtendiſti,nō erant,qui ſeptingentis annis plus minuſve poſt Lxx interpretes fuit.Ita eſt, ſed iam inde vſque à Prophetis, & à Moſe ipſo quaſi per manus acceperant alij ab alijs edocti ſcripturam, & lectionem ſcripturæ, & interpretationem, vt Hilarius docet in procemio in Pſalmos, & in primum Pſalmum iuxta quod tranſtulere vetus omne teſtamentum, & fere omnes veteres addunt ſpiritus S. afflatu adiutos, vertiſſe ſcripturam, & ex eorum tranſlatione intelligitur quæ puncta id eſt, quas vocales in qualibet dictione agnouerint, vt ſi noſtra lingua ſcriptum eſſet. p.d.r.qui Latine vertiſſet, pus, agnoſceretur legiſſe podre, & illas vocales agnouiſſe,qui reddidiſſet, lapidem intelligeretur legiſſe,piedra, & alias agnouiſſe vocales,qui reddidiſſet,poteſtatem,agnoſceretur legiſſe,poder,diuerſis vocalibus, cæteraque ſimili modo.Ergo neceſſe eſt, vt docuit nos D.Hieronymus,vt pro varietate ſenſus Euangelici,& ſenſus Iudaici varia addantur puncta. Hoc intereſt, quod ſenſus Iudaicos impij Iudæi ſunt commenti poſt crucē Domini, vt Chriſto Domino omni vi aduerſ̄aretur, Euágelicos ſenſus non ſumus nos interpretati,neq; noſtri Apoſtoli & Euangeliſtæ tantum,ſed.72. Iudæi trecentis annis ante aduentum Domini, & per octingentos annos,& eo amplius eorum tranſlatio,nequid nos in eam fraudis moliti eſſe diceremur, in Iudæorum Synagogis eſt aſſeruata, iuxta quam fere Apoſtoli & Euangeliſtæ ſcripturæ teſtimonia citant,ne obijci poſsit nobis, noſtros Apoſtolos & Euangeliſtas ſuo arbitratu ſcripturam eſſe interpretatos,& inuita & reluctantia ſcripturę teſtimonia ad Chriſtum flexiſſe, quod etiam nunc faciunt, vt oſtendemus: citant ſcripturam à. 72. Iudęis factam ante Domini aduentum, quæque in omnium Iudæorum Synagogis legeretur pari honore cum lectione hebræa,& aſſeruaretur,vt ait Chryſoſtomus, à poſteris illorum, qui Chriſtum Dominum in crucem ſuſtulerint. Ergo qui hęc omnia expenderit, ea intelliget ſacra eſſe puncta lectionis hebræę quæ agnouerint Lxx viri, probaritque authoritas Apoſtolica, & Euangelica, quãque receperint doctores ſacri, quos ſpiritus ſanctus Eccleſiæ ſanctæ dedit,quãque toto orbe terrarum Eccleſia ſancta ſequuta probarit,& hebræa puncta quę nunc ſunt,vbi diſcrepant,inde caſtigentur oportet, non contra, vt noſtrorum quidam putant,neque illis locis hebrææ lectionis puncta hebræa ſunt ſacra dicenda vllo modo: neque enim puncta hebrææ lectionis mihi perſuadeo eſſe ſacra, niſi quæ confirmata ſunt lectione Apoſtolica & Euangelica, & eccleſiaſtica,quod hinc colligo, quod excuſantur à D.Hieronymo, vt viſum eſt per capita ſuperiora,qui varia in lectione hebręa agnouere puncta; quod hebraice vocales non erant, neque puncta quæ pro vocalibus valent,alioqui ſi puncta, aut vocales in lectione hebręa fuiſſent, non minus in culpa fuiſſet qui varia legiſſet puncta, quam qui variam in ſcriptura ſancta legiſſet lectionem, neque minus eſſet maledicto obnoxius, qui puncta mutaſſet ex ſcriptura ſancta quam qui quicquam addidiſſet aut detraxiſſet ſanctæ ſcripturæ. Excuſantur à Diuo Hieronymo,vt viſum eſt, qui varia puncta ſcripturæ adhibent, quod ſcriptura ſancta nulla haberet puncta, non erant igitur puncta ſacra, alioqui ſacrilegij reus eſſet Hieronymus, quod de hoc Diuo dicere nefas eſt, ſi eum qui vocales aut puncta, quæ pro vocalibus valent, mutaſſet in lectione hebræa, defenderet, neque defenderet ſolum ſed iure eum feciſſe defenderet, neque erraſſe diceret qui id feciſſet,vnde apparet ſequenda eſſe puncta hebræa, quæ eccleſiaſtica lectio probet, quę verò non probet non eſſe ſequēda nēq; dicēda ſacra. Quę omnia dicta ſunt, vt appareat quãto cũ dãno Chriſtianę.R.P.Iudaicã Maſſoreth quidam

quidam conſecrent, & religioſiſsimè ob ſeruandam putent, & potiſsimũ in punctis ſitam eſſe dicant, quibus rebus hebraica puncta ſacratiſsima eſſe volunt, nec vllo modo mutãda. Ergo ea puncta quę traditio eccleſiaſtica, Apoſtolica, & Euãgelica nobis cõmẽdãt, relinquemus, & ſequemur Iudaicam Maſſoreth, id eſt, traditionẽ Iudaicã? Nam tranſlatio ipſa, vt oſtendi ex D. Hieronymo, Apoſtolica, & Euangelica, & eccleſiaſtica oſtẽdũt quæ puncta Apoſtoli & Euangeliſtæ, & Lxx & D. Hieronym⁹ ſint ſequuti. Hæc ne cædent punctis quæ pro ratione ſententiæ Iudaicæ Iudæi ſunt ſequuti? Non ſinat hoc Deus, ſed Iudaica Maſſoreth, inquiunt facta ab Eſdra & Gamaliele eſt ante Chriſti Domini tempora. Facta ab Eſdra & Gamaliele eſt; fateor, ab Eſdra, & Gamaliele viliſsimis ſutoribus longe poſt Chriſti tempora, non ab Eſdra, & Gamaliele illis celebratiſsimis Iudęis, & viris ſanctiſsimis: Hinc colliget qui volet, quod has punctorum & lectionis varietates quas per ſuperiora capita D. Hieronymus ex Aquila Symmacho, Theodotione adnotat, ſi in Iudaica Maſſoreth quęras aliquot quidem reperias, ſed pauciſsimas, vt oculis videas hũc cerdonem Eſdram aut Gamalielem nomine, quem iſti tantopere commendant, multum fuiſſe infra tempora Symmachi, Aquilæ, & Theodotionis, vt illud omittam quod ex theſauro linguę ſanctę liquere videatur. R. Dauid Iudæum Hiſpanum Iudaicam Maſſoreth compoſuiſſe non multis ante annis, neq; vnã tantũ fuiſſe Maſſoreth, ſed plures, ne noſtri nos deludant, & Iudaicas traditiones, relicta ſcriptura Apoſtolica, & Euangelica, & eccleſiaſtica nos ſequi cogant, vt illud in cauſa maneat translationẽ quæ aperuit quibus punctis ſcriptura hebræa legenda ſit prima omniũ quęq; ĩn ore Apoſt. & Euange. & Eccleſię ſemper fuit ea nobis tuenda ſemper ſit, quæ vero Iudæos habet authores rationibus ſupradictis non ſit tuenda.

Quod diſtinctione ipſa fit vt Iudaicè explanetur ſcriptura, & non Chriſtiane. Cap. XXI.

Diuus Hieronymus in ca. 3. Sophoniæ in illud, lauda &c. diuerſas diſtinctiones ſcripturæ eſſe docet, Iudęorũ & noſtras, nempe quod Iudæi Iudaicè interpretantur ſcripturas. 72. illi Iudæi, qui trecentis annis ante Domini aduentum ſcripturam vertere Græcè, & ſua interpretatione Chriſti myſteria reſerauere, Chriſtianè eas ſunt interpretati, & vbi tam diuerſæ ſunt ſententiæ ſcripturæ, vt alię Chriſtum indicent, & eius myſteria monſtrent, aliæ Chriſtum oppugnent, diuerſas ſcripturæ faciant diſtinctiones ſit neceſſe. Verba D. Hieronymi ſunt. Non videtur mirum, vt ſæpe diximus, aliter hebraica capitula & aliter Lxx Græca videlicet Latinaque finiri, vbi enim ſenſu diuerſa tranſlatio eſt; ibi neceſſe eſt diuerſa eſſe principia vel fines, vnde apparet hebręorum diſtinctiones, quæ ita factæ ſunt in quibuſdam recens excuſsis hebraicis Biblijs, ita vt diſtinctiones Iudaicæ ſint eo modo ſignatæ, vt vbi ſenſus finiatur, iuxta Iudæorum ſententiam, ibi finiatur verſus hebræus, etiam ſi in verſu vna tantum ſit dictio, & nouo quodã initio iuxta Iudæorũ ſententiã, alter verſus incipiat, reiecta prorſus eccleſiaſtica diſtinctione, quoties ab ea diſcrepat magno cũ damno R. P. Chriſtianę ſint factę. Nam etiã ſi ſint eędem, quæ ſunt in alijs hebręis Codicibus, quod puncta & diſtinctiones hebræorũ Codicũ à Iudæis ſint addita, vt ſupra monſtratũ eſt, tamẽ in alijs hebraicis Biblijs, cum conſequenter omnia ſint ſcripta, neque diſtincta tanto interuallo facile intergnoſci poteſt, & Iudaica, & Chriſtiana diſtinctio, quam Iudęi 72. fecere tribus ſęculis ante Chriſti Dñi tẽpora. An ea diſtinctio potior habẽda eſt, quę Apoſtolicis & Euãgelicis litteris aduerſetur, & reijcietur ea, quæ

Quod quędam puncta quæ in lectione hebræa ab eccleſiaſtica lectione diſcordant Iudaica ſunt.

trecentis annis ante Domini tempora facta cum litteris Apoſtolicis & Euangelicis concordet ſemper? Certè iniqui Iudices aduerſus nos ſumus, vt nequid dicam grauius. De capitulis, inquies, illas ſcripſit D. Hieronymus aliter hebraica capitula, inquiens, & aliter Græca Latinaque finiri. Ita eſt, Nam Iudæi ſacros ſcripturæ ſenſus ſic peruertere ſolent, vt ſcripturam dilacerent, vt verbis Origenis vtar, alia principia capitum faciant, & alios fines, vt infra eſt oſtendédum, cùm de locis Euangelicis & Apoſtolicis agemus quarto huius operis libro, & Hieronymus hanc fraudem Iudaicam in ſuis commentarijs ſæpe commonſtrat: ſed huic ſententiæ capitulorũ quæ dilacerāt Iudęi ratio generalis ſubiũgitur, vbi enim, inquit, in ſenſu diuerſa tranſlatio eſt, ibi neceſſe eſt eſſe diuerſa principia vel fines, id eſt, diuerſas diſtinctiones, quod alijs verbis dixit idē Diuus in Pſalmum. 89. in illud. Prius quā montes fierent: refellens enim Iudæos & hæreticos. Quare calumniam facit ſpiritui Sancto, ſic loquere quomodo ſpiritus S. loquutus eſt, & ſtatim ſubiungit quomodo erat facienda diſtinctio. Sed de his poſtea dicendum eſt fuſe; nunc quod diximus illud in cauſa maneat, 300. ante Chriſti aduentũ annis Lxx vertiſſe ſcripturā prædixiſſe Chriſti myſteria inflatu ſpiri. S. in ore fuiſſe Apoſt. & Euange. & totius Eccleſia eorũ ſi ſapimus tranſlationem & eius puncta & ſententias ſequemur.

Quod authore D. Hieronymo, & teſtibus etiam Rabinis quædam dictiones hebrææ ab alijs legantur coniunctim, ab alijs diuiſim. Cap. XXII.

Hebrææ lectionis varietas.

PENE olim aduerſum me irritaui crabrones quod lectionem Lxx ita defenderem, quodq; verba alij coniunctim legerint, ipſi legerint diuiſim, & qui mitius mecum égere hanc defenſionem magno excepere cachinno. Hieronymus ergo in cap. 11. Oſeæ, in illud. Poſt Dominum ambulabunt, verbum hebræum, Mim, quod per tres litteras ſcribitur per tres cōſonantes, ſcilicet quod olim, vt dixi, non ſcribebantur pũcta, ſi legatur, maim, aquā ſignificat, ſi-mi, iam, diuiſim. ſ. de mari intelligitur, & in cap. 7. Michææ in illud. Ne læteris inimica mea, verbum hebræum, Maſor, ſi in præpoſitionem, ma, & nomen, ſor, diuidatur, de Tyro ſignificat, ſin legatur cōiũctim, maſor, munitionē ſonat, & in cap. primũ Nahũ in illud. Et in diluuio, verbum hebræum, inquit, me quoma, quod nos interpretati ſumus, loci eius, omnes in duas dictiones diuidunt in me præpoſitionem id eſt, de, & quimot, ſurgentes, de ſurgentibus, & ſic legiſſe ait Aquilam, Theodotionem, & quintam æditionem, & ſolum Symmachum pro vna dictione legiſſe, vbi mutātur litteræ & puncta iuxta Iudæos tranſlatores, nequis dicat tam religioſe olim obſeruatas litteras, obſeruata puncta: & in cap. Eſaię. 33. in illud. Ecce videntes, vocem hebræam, Herelam, alios legere ait diuiſim, Here, lam, alios coniunctim, Herelam. Et in cap. 31. Hieremiæ in fine commentariorum in illud cap. Sademot, vocē hebræā, Aquilā legiſſe ait cōiunctim, id eſt, ſuburbana, ſe legiſſe ait Hiero. diuiſim, ſade, agrum, aut regionē, mot, mortis, & in cap. 7. Ezechielis in illud. Venit tempus, verbum hebraicũ, Chedharim, Symmachum vertiſſe, procraſtinationē, dicit, & legiſſe coniunctim, Theodotionem diuiſim, Ched, gloriam, harim, mōtium. Et in cap. 20. Ezechielis in illud, quamobrem, &c. bama, diuiſim legi poſſe docet, ba, in, ma, quo, in quo, & cōiunctim, bama, excelſa, quibus locis D. Hieronymus, & ſuam, & Symmachi, & Theodotionis, & Aquilæ, & Lxx virorum tranſlationes defendit, quod lectio hebræa coniunctim & diuiſim legi poſſit. Cur ergo mihi non liceat, & alijs vti

Quod quædam in ſcriptura legũtur, ab alijs cōiunctim & ab alijs diuiſim.

Mutantur litteræ & pũcta in lectione hebræa authoribus Iudæis tranſlatoribus.

vti eodem iure, & ſic tranſlationes Lxx quoties vſus venerit, & apoſtolicas, & Euangelicas, & eccleſiaſticas defendere, præſertim cùm Rabini hoc fateantur, vt leges in dictione, Chail, in theſauro linguç ſanctæ. R. ſelomoh ſcribere quin decim eſſe dictiones quæ ſcribuntur, vt vna dictio, & legantur vt duæ; fatentur illi quindecim dictiones, & fortaſſe ſunt quindecim ſupra centum, & huius notæ ſunt plurima in theſauro linguæ ſanctę Pagnini. Sed confer tu ſi voles illa quæ retulimus ex Hieronymo de his quæ leguntur coniunctim & diuiſim iuxta Symmachum, Aquilá, & Theodotionem, cum Iudaica Maſſoreth. Et ex illis reperies quædam in Iudaica Maſſoreth, plęraque non reperies, vt intelligas multum infra tempora D. Hieronymi factam eſſe Maſſoreth Iudaicam. Hæc ex D. Hieronymo, quibus ſi animo attétus ſis omnes Iudaicarum fraudum aperiuntur fontes, neque erat neceſſe poſt D. Hieronymum de hac re alium ſcriptorem ex antiquis citare, tamen pergamus ad reliquos, illud aduerte quibus ego vtor artibus ad defendendos Apoſtolos & Euangeliſtas & Lxx viros & ſacros doctores eiſdem vti rabinos atque adeo noſtros ad defendendos Iudæos tranſlatores, quáquá ſolos noſtros oportuit his artibus & modis fuiſſe defenſos, ſit tamen quod non ſolum malitia Iudeí faciunt fraudes ſed etiam negligétia.

De lege diuina & humana quid de hac ſtatuat controuerſia, & prius de lege diuina. Cap. XXIII.

HOC futurum noſtræ diſputationis huius initium erat à diuinis teſtimonijs à lege Dei quid de hac re ſtatuat. Sed non ſum paſſus D. Hieron. vel téporis momento, dum hęc diſputamus eſſe ſuſpectum, tanquá Iudæorum fautoré. quádo ex ſanctis Patribus nullus Iudęis tá fuit hoſtis infeſtus, tantú abeſt vt Iudæis & Iudaizantibus hic Diuus fuerit fautor. Simul etiam volui D. Hieronymum adhibere his rebus metiendis hanc normam & regulam, de qua dicturus nunc ſum, vt ex ſcriptis Apoſtolicis & Euangelicis diiudicaretur vera hebręa lectio, & minus vera quæ huius operis totius vniuerſa eſt controuerſia. Primú omniú Iudæos eſſe médaciſsimos, impudétiſsimos, vafros maximè, & fraudolentos, incoctos dolis omnibus cum plurimis locis ſcriptura teſtatur tú Hiere. c. 9. niſi poſt crucem Domini eos putas eſſe ſanctiores. Iudæis ergo mendaciſsimis & fraudulentis teſtimonio Domini; vides quanta ſit habenda fides? Rurſum hanc contentionem diuina regula metiamur. Nam quæ diuina regula eſt, eadem eſt & lex diuina. Sic enim D. Thomas legem diffinit, vt noſtrarum actionum ſit regula, & primum principium ad quod noſtri actus ſunt dirigendi. Sed duplex eſt hoc primum principium, diuinum, & humanum, poſtea de primo principio humano, hoc eſt, de lege humana, nunc de diuino, hoc eſt, de lege diuina, vnde omnis lex humana fluxit, vt eodem loco docet D. Thomas. Primú ergo principium de principio in mente diuina, verbum eſt Patris, quo rerum ordo, & omnis gubernatio continetur, cuius aliquod veſtigium, etiam apud Ariſtotelem eſt duodecimo libro Metaphyſicæ. Hoc verbum Patris, quod lex diuina eſt, & tulit legem diuinam tam in veteri teſtamento, quá in nouo, videamus quid de hac re ſtatuat, nam ſupra quam quiſquam dicendo queat explicare iniurium eſt, ſi Iudæos mendaciſsimos, & impudentiſsimos maximeq; fraudulentos cum hoc verbo diuino, quod lex diuina eſt, & legem diuinam vtriuſque teſtamenti tulit, & eſt ipſa prima veritas quiſquam conferre audeat; Oſtendimus ſupra, quáta ſit Pauli authoritas, & quod in Apoſtolo Paulo Chriſtus loquitur, quod & ipſe D. Paulus de ſe teſtatur; An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? & ore Pauli, & Apo-

ſtolorum Chriſtum & Spiritum ſanctũ loquutum fuiſſe libro primo oſtendimus. Hanc rem nemo fidelis inficiabitur. Age ergo ſumito tibi ad Romanos & ad Hebræos Pauli Epiſtolas, ſumito alias, ſumito Petri Apoſtoli Epiſtolas, & aliorum Apoſtolorum, & Euangelia ſacra, confer locos in his Epiſtolis citatos cùm lectione Hebræa, ferè omnes reperias à lectione hebræa aliqua re diſcrepare, & quoſdam iuxta noſtrorum aduerſariorum ſententiam citari ſenſu longe diuerſo, & interim contrario, quęre nunc vbi vera ſit lectio in lectione Hebræa, an in lectione Apoſtolica & Euangelica? in hebræa (inquient) Chriſtus ergo qui eſt ipſa veritas, qui eſt ipſa prima regula diuina, & prima lex diuina dirigẽdus erit ad normam Iudęi mendaciſsimi manus? Nõ Chriſtus, inquiunt, ſed Apoſtoli & Euangeliſtę, atqui in Apoſtolis & Euangeliſtis Chriſtus loquebatur & Spiritus ſanctus, quod nemo fidelis poterit diffiteri. Si Chriſtus & Spiritus ſanctus loquuntur in ſanctis Apoſtolis, & citant tranſlationem Lxx aut eſt æquè vera tranſlatio Lxx quod ſignificatur hebraicè duplicem eſſe lectionem, quoties vulgata cum hebræa lectione conſentit, aut verior multo tranſlatio Lxx eſt lectione hebręa, cùm ab ea diſſentit. Non diſſentiunt, inquies, teſtimonia veteris teſtamenti citata ab Apoſtolis & Euangeliſtis, à lectione hebræa omnia; nec omnia alieno ſenſu citantur, conſilium erat percurrere omnia quæ in Epiſtola ad Romanos citantur, & quæ citantur in Epiſtola ad Hebræos, quæ infra ſuo loco aptabuntur: videbis omnia ferè dici ab hebræa lectione diſcordare, vt Iudaicæ fraudes aperiantur, nunc illud tantum dicere volo Chriſtum Dominum qui lex diuina & ipſe eſt, & legẽ diuinam tulit in veteri teſtamento, & in nouo, cùm citat teſtimonia ſcripturæ in litteris Apoſtolicis & Euangelicis ſtatuere veritatem in noſtra ſcriptura eſſe, cùm à lectione hebræa dicitur diſcrepare, & ſi quid vitij eſt, in hebręa lectione eſſe potius, quam in Apoſtolica, & Euangelica, quę lex eſt diuina, ad cuius normã omnia ſunt dirigenda. Quis enim eſt tã audax qui legẽ nouam quã tulit ipſe Dei filius, audeat emẽdare? Diuinis olim reſpõſis quę dęmonũ erãt reſpõſa, ſumma præſtabatur authoritas, & reuerẽtia, ſermonibus Patris æterni quos loquutus eſt ad nos per filium tantus præſtabitur contemptus, vt in eos inquiratur an veri ſint? & ex Iudæorum ſcriptis quæratur an cum veritate congruant?

De lege humana quæ à lege diuina fluxiſſe dicitur. Cap. XXIIII.

AEquum erat poſtquam lege diuina lata ab æterno Patre cùm ad nos loquutus eſt in filio, oſtenſum eſt damnatam Hebræam lectionem, quoties à regula veritatis, hoc eſt, ab hac lege noua diſſentiret, æquum, inquam, erat nullam aliam adhibere probationẽ, poſt diuina nanque reſponſa, quæ filius Dei eſt loquutus, cur alias quæras probationes? Tamen quod aduerſus cerebroſos eſt concertatio, omnis mouendus eſt lapis, & teſtimonia humana diuinis teſtimonijs ſunt adiungenda.

De Iuſtiniano Imperatore, & lege ab eoďẽ Imperatore lata. Cap. XXV.

CVm Iuſtiniani Imperatoris temporibus lis eſſet magna inter Iudæos de exigenda ex Iudæorum Synagogis tranſlatione Lxx atque adeo de exigendis ex Synagogis Iudaicis omnibus Gręcis tranſlationibus, cum alij exigendas dicerent, alij negarent, Iuſtinianus Impẽrator in nouellis, conſtitutione 146. diiudicat hãc litem, & eos meliores eſſe pronunciat, qui tranſlationem Lxx & alias Græcas tranſlationes in Synagogis retinendas eſſe contendunt, & ſecundũ eos litem dat, & vetat illa lege Græcas tranſlationes è Synagogis extrudi, & principio

pio docet Iudæos mutuo ſibi, quaſi per manus tradere ſcripturę interpretationem factam ad ſuæ infidelitatis ſcopū, & hinc eos à recta fide abeſſe. Quæ verba Iuſtiniani Imperatoris ſummopere notanda ſunt aduerſum eos, qui quaſi pro magno nobis venditant interpretationes factas ad ſcopum Iudaicæ infidelitatis, vt quemadmodum ipſi à recta fide abſunt, parum cautos quoque doceāt à recta fide diſcedere, Pergit Iuſtinianus, additque Iudæos Magiſtros extrudere velle Synagogis interpretationem LXX & alias Græcas tranſlationes, vt liberè poſsint ſcripturam vitiare, ſummotis Græcis tranſlationibus, quibus illorum furta redargui poſſent, vt Hieronymū ſupra diximus ex tranſlatione Aquilæ perſcrutatum quæ poſt Aquilam, Synagoga impia propter odium Chriſti vitiaſſet ex ſcriptura Hebræa, de qua re ſupra multa diximus, & quod id reſciuerant Iudæi, ne quid tale ipſis accidat, & illorum furta prodantur omnes tranſlationes Græcas ex Synagogis parant extrudere, ne quis ex Iudaicis tranſlationibus Iudæorum arguat furta: vtinam noſtra fuiſſent ætate; eos enim qui hūc vellent ſubire laborem iuuiſſent multum. Ait ergo Iuſtinianus Iudæos ideo velle ſuis Synagogis extrudere Gręcas trāſlationes, & ſuas præcipuè, ne Iudæorum ſuorum teſtimonijs eorum proderentur furta cùm vitiarent ſcripturam: Verba Iuſtiniani ſunt ὅπως παῤῥησία ᾖ τοῖς παρ᾽ αὐτῶν ἐξηγηταῖς, μόνην τὴν ἑβραΐδα παραλαμβάνουσι, κακουργεῖν αὐτὴν ὡς ἂν ἐθελήσειεν τῇ τῶν ἄλλων ἀγνοίᾳ τὴν αὐτῶν περικαλύπτοντες κακοήθειαν.

Hæc ſic ad verbum vertes, vt licentia ſit magiſtris qui apud eos ſunt recipientibus ſolam hebręam lectionem vitiare ipſam vt velint multorum imperitia ſuū flagitium tegentes. Non tam aſperè hæc tranſlata ſunt ab his, qui hanc legem latinè vertere, quid iuuat hoc, Si qui ſunt qui verba legis Imperatoriæ mollire verbis volunt, & κακουργεῖν transferūt, malitioſe interpretari? κακουργεῖν τὴν γραφὴν planè & apertè vitiare ſcripturam ſignificat, & corrumpere, fraudes facere, & hoc qui Græcas litteras tantum deguſtarit, intelliget & Iudęi aliorum, inquit, Iuſtinianus, imperitia abutuntur, vt ſuā tegant peruerſitatē vel ſua flagitia, ideſt, quod alij Hebraicè neſciunt ſuam defendunt impietatem, & verè Iudęos abuti imperitia linguarum noſtrorum hominum hinc collige quod plauſibiliter ex Iudaicis fraudibus conflata tranſlatio à noſtris quibuſdam excipitur, & in oculis fertur. Hic ſummos Eccleſiæ proceres & magiſtratus paucis alloqui libet, legibus Imperatorijs R.P. proceres omnia decernitis, nec res vlla vos hinc poteſt dimouere quin iure legum ſtetis, valeat in hac cauſa R.P. Chriſtianæ proceres ius Imperatorium: Legite Iuſtiniani conſtitutionem in Nouellis 146. de Hebræis, ſiuè Græcè, ſiue latinè, quanquam quod parum latinè ſunt expreſſa, Gręcè quoque legite, adhibete viros Græcè doctos, expēdite malitiā Iudæorū, & dānate; Audite, qđ Imperator addat prętcrea, εὐχόμεθα αὐτοὺς διὰ ταύτης ἢ ἐκείνης τῆς γλώττης τῶν ἱερῶν βιβλίων ἀκούοντας φυλάττεσθαι, τὴν τῶν ἑρμηνευόντων κακίαν, ideſt, præcamur ipſos ſiue hac lingua, ſiue illa audiant ſacras litteras cauere interpretum malitiā ſiue flagitium. Iuſtinianus ergo Iudæos velle ait κακουργεῖν τὴν γραφὴν vitiare ſcripturā, Budęus, ſi opus eſt teſtibus κακουργεῖν ait eſſe doloſè in ſuo munere verſari, & ſic accipi apud Demoſthenem, & ſignificare omne maleficium. Et docet apud Ariſtotelem ſignificare ſubdolū & meticuloſum maleficium, ne quis dicat me hęc confingere. Ait ergo Iuſtinianus Imperator, nec de ſuo ſolum ſed de conſilio ſapientiſsimorum hominum ſuę tēpeſtatis quos conſulunt Imperatores quoties leges Populis ferre volunt velle Iudæos κακουργεῖν τὴν γραφὴν vitiare ſcripturam, vel vt interpretatur Budeus, doloſe verſari in ſcriptura, & dolo malo vti & omne ſcelus facere. Notandum tamen docuiſſe Budæum apud Ariſtotelē ſignificare ſubdolum & meticuloſum maleficium, quale hoc Iudæorum eſt

ſubdo-

ſubdolum & meticuloſum maleficium, quo vitiant ſcripturas metuút enim ne deprehendantur à nobis; notandum tamen quod dum hoc notat citat locum Ariſtotelis male intellectum, & verſum male: Ait enim Ariſtoteles γίνονται γὰρ οἱ μὲν ὑπερπλουτοῦντες καὶ ὑπερισχύοντες ὑβρισταὶ μεγαλοπόνηροι μᾶλλον, οἱ δὲ ὑπεράποροι καὶ ὑπερασθενεῖς κακοῦργοι quæ verba ſic vertes, ſunt quidem locupletiſsimi & robuſtiſsimi iniurioſi & magnorum ſcelerum patratores, pauperrimi & infirmi maximè ſubdoli malefici, vt doceat Ariſtoteles locupletiſsimos & potétiſsimos, eſſe iniurioſos & facinoroſos maxime, impotẽtes & pauperes maleficos ꝑ inſidias, quales Iuſtinianus Imperator ait eſſe Iudęos in cauſa infirma, vt fraudibus vtantur & doloſis maleficijs, cũ nullã ſcripturã pro ſe habent, & nullum Prophetiæ robur, conuertuntur, vt ait Ariſtoteles, ad dolos malos & ad inſidioſa flagitia.

Iuſtinus Philoſophus martyr. Cap. XXVI.

IVſtinus Philoſophus martyr in Dialogo aduerſus Triphoné ait Iudæos vt manifeſta de Chriſto vaticinia eluderent duplici arte vſos, vt quæ Iudaicam impietatem plane arguerent, ita eſſe Hebraicè negarent, quę vero poſſent alio deflectere de Chriſto dicta eſſe inficiarentur, & infra Iuſtinus vtrumque hoc flagitium παραγράφειν καὶ παρεξηγεῖσθαι nominat vt παραγράφειν perperam ſcribere ſignificaret, mutatis, ſcilicet, punctis quę valent pro vocalibus aut mutata diſtinctione, aut mutatis, vna duabusve litteris aut Syllabis, aut aliqua alia ſcriptionis fraude παρεξηγεῖσθαι ſacros ſenſus peruertere perperam interpretari ſignificet quod fit cũ quæ de Chriſto ſcripta ſunt alio detorquẽt, verba Iuſtini ſunt, μὴ παραγράφειν ἢ παρεξηγεῖσθαι τολμᾶτε τὰς προφητείας ἐπεὶ ἑαυτοὺς μόνον ἀδικεῖτε ne audeatis perperã ſcribere aut perperam interpretari ſcripturã quia vobis ſolis nocebitis. Ita Iuſtinus rurſus hoc Dialogo poſtquã dixerat Iudæos duplici hac arte vſos, vt quæ planè impietatem Iudaicam arguerent negarent ita eſſe Hebraicè perperã ſcribentes, ſcilicet, aut ex varia vocis ſignificatione aliter interpretantes vt ait ibidẽ Iuſtinus, & quæ aliò deflecti poſſunt, aliò detorquentes. Addit Iudæos, multas manifeſtas Prophetias de Chriſto reſecuiſſe quæ planè & apertè Chriſti myſteria prædicerẽt, & cum Triphõ Iudæus reſponderet non videri veriſimi le Iudęos ſcripturam vitiaſſe, aut quicquam ex ea reſecuiſſe, ſubijcit Iuſtinus non videri veriſimile niſi Iudæi eſſent auſi multo grauiora, cum Manna cœleſti ſaturi filios dæmonijs initiabant, & adorabant vitulum, & Prophetas interficiebant, & infra in eodem Dialogo, Iuſtinus nolo, inquit, vobiſcum diſceptare de dictiunculis ſuper quibus litem mouetis, quibus verbis Iuſtini qui temporibus Chriſti fuit proximus apparet fideles ad Chriſtum cõuerſos cũ Iudæis litigaſſe de dictiũculis, de punctis, de apicibus quæ ex hebræa lectione Iudæi mutaſſent, de quibus negat Iuſtin⁹ ſe diſputare velle vt opinor quod Hebreę linguæ rudis erat, alij qui ex Iudaiſmo ad Chriſtum trãſierãt de his diſputabãt de quibus Iuſtinus negat ſe velle diſputare. Nec teſtimonijs, ait Iuſtinus, vtar nõ cõceſsis quę negatis, hebraicè eſſe, ſcilicet, ſed vtar teſtimonijs ſcripturę vſq; adhuc à veſtris Rabinis cõceſsis. Hæc Iuſtinus, qui ſi nr̃is tẽporib⁹ fuiſſet nulla teſtimonia de Chr̃o reperiſſet quæ Iudæi cõcederẽt, ita oĩa iã deprauarũt, vt ſupra oſtẽdimus, nec vlla re magis reuincũtur quam trãſlatione Lxx Iudæorũ, & ideo Iudæi nihil peius trãſlatione Lxx odere. Quod trãſlatio Lxx à .72. Iudæis, trecẽtiſ annis ante Chriſti aduẽtum in carne ædita Iudæis obturat os, D. Hiero. trãſlatio facile eluderetur quippe ab homine Chriſtiano ędita, quẽ quidã è noſtris parũ hebraicè doctũ palam ſolebant prędicare quod diſcreparet vir ſanctiſsimus & doctiſsimus à Iudaicis interpretationibus.

Addit

Addit Iuſtinus ſe vſurum teſtimonijs ſcripturæ vſque ad ſua tempora à Rabinis conceſsis quæ ſi Rabini intellexiſſent certo ſciret illa ex ſacris litteris fuiſſe reſecturos,quaſi vero, ô Iuſtine impudentia Iudaica teneret modum, iam noſtris temporibus vix locus ſcripturæ reliquus eſt de Chriſto qui nõ ſit vitiatus aliqua Iudaica fraude illis duobus modis ſupradictis aut παραγραφῇ peruerſa ſcriptione aut παρεξηγήσει, ideſt,peruerſa interpretatione. Mitto illa quæ Iuſtinus ſcripſit de duabus illis vocibus à ligno expunctis ex illo Dauidico verſu,Dominus regnauit à ligno , & de verſu illo Hieremiæ expuncto, Mittamus lignum in panem eius,qui quod non ita pridem erat expunctus repertus eſt in quibuſdã exemplaribus,& alia quæ in eodem Dialogo idem author ſcribit.

Origenes. Cap. XXVII.

ORigenes cõtra Celſum libro primo,& deinceps, prodidit infideles & Iudæos ſibi tria capita proponere quo referant ſuæ infidelitatis interpretationem ſcripturæ, primum illud vt aliqua fraude falſa efficiant teſtimonia ſcripturæ,quæ Apoſtoli citant & Euangeliſtæ, & ſacri ſcriptores quod Prophetiæ noſtrę fidei ſunt fundamenta,& dirutis fundamentis ſtatim fidem noſtram ruituram eſſe arbitrarentur. Verba ergo Celſi ſunt,quem Origenes Celſi Iudęũ nominat quod veluti conflatus ex Pagano & Iudæo, vtranq; perſonam ageret vt Chriſto aduerſaretur & Chriſtianis. Ait ergo Celſus, Protinus ſe falſam & commentitiam, Chriſtianam religionẽ oſtẽſurum ſi eius primordia quę Iudæorum dictis nituntur falſa eſſe criminãdo coarguerit, ergo Iudæi & Pagani deiecturos ſe ſummas arces noſtræ fidei putant ſi criminando efficiant vt teſtimonia quæ de Chriſto à noſtris citata ſunt falſa eſſe videantur. Alterum illud erat quo Iudæi noſtra oppugnant ait Origenes quod teſtimonia de Chriſto quæ alio deflecti aliqua fraude poſsint alio detorqueant ad Dauidem,ſcilicet, ad Solomonem,ad Senacherib,& ad alias Iudaicas tramas putridas. Quibus rebus Origenes congruit cum Iuſtino qui dixerat Iudæos cùm tenentur Propheticis teſtimonijs manifeſto negare ſic eſſe Hebraicè,& peruerſa ſcriptione elabi quã dixit παραγραφῆς quoties verò teſtimonia de Chriſto alio poſſunt detorquere, alio deflectere. Huc ergo ſpectat omnis Iudaica interpretatio quam noſtri aduerſarij in Eccleſiam introducere conãtur, vt ſcripturas falſo citatas & male intellectas ab Apoſtolis & Euangeliſtis oſtendant & à ſanctis Patribus,quo Chriſtiana religio, quod Deus auertet, cadat. Agunt ergo quidam è noſtris Iudæorũ cauſam, & Chriſtianorum inſignibus tecti militant aduerſum Chriſtum dum Iudaicam interpretationem commendant maximè, & lectionem Hebræam mille vitiatam dolis caſtigatiſsimã prædicant,& emendatiſsimam. Idem Origenes eodem libro primo contra Celſum ſcribit poſt Chriſti aduentum Iudæos multas de Chriſto ex ſcriptura manifeſtas Prophetias reſecuiſſe,& nequis hoc parum credibile putaret,nihil ſecus atq; hi factitantes,inquit,qui militibus ſepulchrum cuſtodientibus vbi Chriſtum à mortuis vidiſſent reſurrexiſſe perſuaſere,vt dicerent eius corpus diſcipulos Domini fuiſſe ſuffuratos. Et idem Origenes in Hieremiam Homelia.12.in illa verba: Ecce ego. Quoniam difficile eſt, inquit, aliquem ſe malum confiteri ideo Iudæi qui exemplaria nonnulla falſarunt;&c. Et idem Origenes hoc ait fuſius in Epiſtola ad Aphricanum cuius meminit Euſebius lib. 6.cap.4. Eodem ſpectat in Ezechielem Homelia. 70. de eo quod dicitur ſumens de veſtimentis de Iudæis & hæreticis agens: Hi ſcripturas,inquit, lacerant,& à verbis verba diſrumpũt cõfuentes. Hęc Origenes. Plurima nãque Iudæi,& eorũ germani fratres hęretici, vt

vt eos appellat Ambroſius & Athanaſius varia diſtinctione corrumpunt, cuius rei infra exempla ponemus, cum de diſtinctione ſcripturæ verba faciemus ex D. Hieronymo. Et idem Origenes in cap. 12. Leuitici, Homelia. 12. ſub finem de verbis quę in ſcriptura Hebræa de eſſe viderentur: Iure, inquit, illa verba hebraicè deſiderantur, quod enim Iudæus à fide deficit, ſcripturam hac tanta Prophetia defectam habet, quæ illos in tantam euchebat dignitatem, vt ſi vellent eſſent filij Dei. Et idem Origenes lib. 6. contra Celſum, quem Celſi Iudęum appellat quod ei verba dictaret Iudæus de Pſalmo. 44. Sed concedatur vt hác Prophetiam nec legerit Celſus vel eam forte perlectam fuiſſe per interpretes tam prauè diſtractam, vt de Ieſu nihil videatur penitus prædixiſſe. Quibus verbis docet Origenes hunc Pſalmum. 44. ita prauè diſtractum hebraicè & diſpũctũ, vt tranſlatores Iudæi ita verterint vt in eo nihil de Chriſto agi videretur: & poſtea lib. 2. cótra Celſum idem Origenes de eodem Celſi Iudęo cui verba & argumenta contra nos Iudæi ſuppeditabant. Cùm dixiſſet Origenes quemadmodũ longe aliter ac ſe habent populus iſte legis promiſsiones interpretetur. Et ſubijcit. Corruptè etiam profert dictiones, nonnullas Celſus &c. quanquam enim ſuperiora de populo Iudaico, hæc poſteriora de Celſo dicere videatur, Celſum refellit tamen qui Iudaica, & à Iudęis data proponebat argumenta & dupliciter peccare ait, & quod prauè interpretaretur ſcripturas, & quod corruptas citaret ſcripturas, vt eas ei dictauerat Iudæus: quibus duobus modis ſcripturam à Iudæis Iuſtinus corrumpi dixerat, & deprauata ſcriptione & interpretatione peruerſa. Denique Origenes in cap. Numerorum. 24. Homelia. 18. Et hæc quidem in exemplaribus Lxx interpretum habentur, in hebręorum vero codicibus aliquid etiam vehementius, quibus quãuis non vtamur, tamen agnoſcendi gratia dicemus etiam ibi quę legimus. Ex quibus Origenis verbis intelliges olim voluminibus Hebraicis Eccleſiam non vſam, interpretatos tamen veteres ex lectione hebræa multa, nec aliam cauſam reperias cur Eccleſia ſancta codicibus hebræis non vteretur niſi quod à Iudęis quibuſdam locis eſſet vitiata; Et quantũ mihi poſſum perſuadere lectionem hebręam nobis nõ proponit Eccleſia, vult tamen vt nobis vti liceat lectione Hebræa quod ea ad interpretationem ſcripturæ & ad alia multum iuuemur. Proponi enim ſcriptura ab Eccleſia nobis dicitur cùm per manus Põtificum ſibi inuicem ſuccedentium ad noſtra vſque tẽpora deſcendit, vt nos veteres Patres docent. Sed Hebraica ſcriptura non deſcẽdit ad nos per Pontificum manus, ſed per Rabinos quibus ea cura potiſsima, vt eam quibuſdam in locis vitient, non vt legitimam & caſtigatam ad nos trãſmittant, quæ res facit vt mihi hebræa lectio non videatur nobis ab Eccleſia ſancta propoſita.

Irenæus. Cap. XXVIII.

IRenæus vir Apoſtolicus vno omniũ conſenſu nominatus, quod ab Apoſtolorum diſcipulis fuerit doctus, verſus è Græca lingua latine eſt, quantum ego coniecto ab interprete hæretico, & multa habet parum latinè expreſſa. Is lib. 4. cap. 25. ſcribit Iudæos quædam ex ſcriptura auferre, alia addere, quemadmodũ velint ſcripturam interpretari, nolle ſubiectos eſſe legi Dei, quæ eos aduentum Chriſti docet. Dicet aliquis Irenæũ hæc ſcripſiſſe de doctrina Phariſaica, & de ſeniorum traditionibus, nec coniectet male. ſed cum dicat Iudæos nolle eſſe ſubiectos legi Dei quæ Chriſti aduentũ docet & quędam ſcripturę addere, quędam detrahere; haud dubium quin ad ea ſpectet de quibus hoc opere diſputamus. Idem Irenæus lib. 5. cap. 63. Scripturam Apoſtolicam vſque ad nos perueniſſe

niſſe ait cuſtoditam ſine fictione ſcripturarum, cuſtoditam ſine vlla falſatione, & legitima expoſitione. Appellat Irenæus doctrinam Apoſtolicam, noſtrã ſcripturam, quod eam ab Apoſtolis per manus Pontificum accepimus. Hæc ergo ſi cuſtodita eſt ſine fictione, ſine vlla falſatione, & legitima expoſitione conſequitur Hebręam ſcripturam, quoties diſcrepat ab ea quæ litteris Apoſtolicis & Euangelicis & ſanctorum Patrum eſt conſignata, vitiatã eſſe, iuxta illud Chryſoſtomi, ſi noſtra rectè habent, Iudaica non habent rectè, ſi Iudaica rectè haberent, noſtra non haberent rectè.

Tertullianus. Cap. XXIX.

TErtullianus proximus hic quoque Chriſti temporibus fuit in libro qui inſcribitur de habitu muliebri ca. 3. ſcribit reiecta à Iudæis omnia ferè quæ Chriſtum ſonant, & de præſcriptionibus cap. 14. & 15. probat noſtram ſcripturam eſſe veriſsimam, & expoſitam legitimè, Iudaicam & hæreticam adulteratam & non expoſitam legitimè, hac ratione quod illic quæritur diuerſitas docendi & ſcripturarum vbi eſt propoſitum docendi diuerſa. Nam eos qui volunt diuerſa docere ab ea doctrina quæ recepta eſt, neceſsitas cogit aliter diſponere inſtrumenta, Iudæi, & hæretici volunt receptam fidem Chriſti excutere nobis è manibus. Neceſſe igitur habent aliter diſponere inſtrumenta, ideſt, aliter ſcribere vetus teſtamentum, & aliter interpretari. Iuxta hanc Tertulliani ſententiam diximus quoſdã alias poſcere tráſlationes, aliam ſcripturæ interpretationem deſiderare. Quod enim noſtram religionem ab imo vertere deſiderant, aliã ſcripturam deſiderant, addit Tertullianus: Non poſſe illis ſuccedere corruptelam doctrinę ſine corruptela ſcripturæ, Iudæi & hęretici cupiunt noſtram fidẽ & doctrinam corrumpere. Corrumpãt igitur ſcripturam eſt neceſſe, quod corruptela doctrinæ ſine corruptela ſcripturæ non poſsit cõtingere; Addit Tertullianus quod dixerat Iuſtinus & Origenes, ſcripturam corrumpi dupliciter, manu, & interpretatione, Manu, mutatione diſtinctionis, punctorum, vnius duarumvè litterarum, aut dictionum; Interpretatione verò, cùm ſenſus qui de Chriſto erat, à Chriſto auertitur, & alio refertur.

Nicephorus Caliſtus. Cap. XXX.

NIcephorus Caliſtus lib. 4. cap. 6. ſuæ Hiſtoriæ Eccleſiaſticę de Iuſtino agens, Redarguit, inquit, Iuſtinus Triphonem Iudęum acriter, quod Iudęi multa teſtimonia manifeſta de Chriſto ex libris ſacris ſuſtulerint, & ſcribit Nicephorus lib. 2. eiuſdem Hiſtoriæ, ca. 14. Iuſtinum & Irenæum non lõgè poſt tempora Chriſti vixiſſe.

Euſebius. Cap. XXXI.

EVſebius Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 4. cap. 18. Iuſtinus, inquit, redarguit Triphonem Iudæum, quod Iudæi voces Propheticas quaſdam ex ſcriptura expunxerint. Idem Euſebius demõſtrationis Euangelicæ lib. 10. Demonſtratione. 4. diſputans de loco illo Euangelico citato ex Hieremia apud Matthæũ cap. 27. Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, ait aut errorem fuiſſe librarij qui pro Zacharia ſcripſerit Hieremiam, aut quia hoc durum videbatur toto orbe omnibus linguis errorem illum inoleuiſſe addidit, aut expunctum locum illum fuiſſe ex Hieremia κατά τινα ῥᾳδιουργίαν, ideſt, ſecundum vitium corrumpentium teſtamentum Dei: Nam Budæus te docet in dictione ῥᾳδιουργία in Commentarijs Græcis ῥᾳδιουργεῖν eſſe forte teſtamentarium mala fide in re quacunque verſari, & teſtamentum eſſe, hoc eſt adulteratorem teſtamenti, vt Euſebius dicat, aut expunctã eſſe

eſſe illam Prophetiam ſecundum malã fidem qua Iudæi in veteri teſtamento verſantur, & ſecundum vitium quo laborant corrumpendi teſtamenti Dei, Suidas etiam ῥᾳδιουργὸς πλαστογράφος καὶ ὁ κακοῦργος ἁπλῶς, ideſt, Rhadiurgus eſt, falſarius & ſimpliciter omnis maleficus, & infra fures & latrones ſignificare docet. Hoc dicere neceſſe habui quod veteres Græci hac voce ſignificant falſarios & teſtamentarios, ideſt, corruptores teſtamentorum. Et idem Euſebius in fine lib. 5. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ de audacia eorum qui intrepidè corrumpunt litteras ſacras ait γραφὰς μὲν θείας ἀφόβως ῥᾳδιουργήκασι ſcripturas diuinas intrepidè falſant, & cùm multa de hac re ſcripſiſſet claudit diſputationem ἴσως δὲ οὐδὲ παραχαράττειν ἠξίωσαν αὐτὰς ἀλλὰ ἁπλῶς ἠρνήσαντο τοὺς νόμους καὶ τὰς γραφάς, ideſt, quidã nec vitiare ſcripturam dignantur, ſed ſimpliciter negant Prophetias & legem Dei, hoc eſt, Non dignantur corrumpere litteras ſacras: Sed nec eas recipiunt, nec faciunt flocci, & de corruptoribus ſcripturæ dixerat. Non vident inſpiratas ſcripturas ab Spiritu ſancto? aut ſe ſapientiores Spiritu ſancto putant qui hęc audent? Et hoc quid eſt aliud quam dæmone malo agitari? quod contra Iudaizantes quoſdam valet. Hoc verbo vtitur Iuſtinus in Parænetico ad Græcos: Ne dicamur ſcripturæ ſanctæ falſarij libros noſtros aſſeruat Iudæorum Synagoga, pro falſarijs Gręcè eſt ῥᾳδιουργίας falſationis quod certè hoc tempore maximè valet, cum omnia teſtimonia quæ de Chriſto citamus aliqua fraude Iudaica vitiata deprehendimus, vt ſi cum Iudæis, vt mos erat olim in certamen deſcendere eſſet neceſſe, nõ poſſemus vllũ ex ſcriptura citare locum qui Iudæis & Iudæorum aſſeclis nõ moueret cachinnos. Olim erant quædam, eaque nõ pauca vitiata, & ideo Iudæi nos, vt ſcribit Hieronymus, de falſitate ſcripturæ arguebant, quid noſtra tempeſtate eſſet futurũ vbi omnia vitiata ſunt ferè quæ ad Chriſtum pertinent, aut manu, aut interpretatione? dico apud quoſdam, Nam apud Iudæos omnia prorſus ſunt vitiata, appellarẽt nos falſarios, & quod illis vitium eſt, nobis obijcerent. Reſpõdet Iuſtinus, ne nobis crimen ῥᾳδιουργίας ideſt, falſationis teſtamenti Dei obijcere poſsit noſtra ſcriptura à. 72. Iudæis tranſlata fuit trecentis annis ante aduẽtum Domini in carne, & in Synagogis Iudæorum per annos plurimos aſſeruata ne nobis crimen ῥᾳδιουργίας obijceret, ideſt, falſationis teſtamenti Dei, Et D. Baſilius in Epiſtola ad Patrophilum Epiſcopum, Ne mei aduerſarij qui aduerſum me ſcribunt inuectiuas arbitrentur ſe mihi facere ęgrè, ita vt cor mihi doleat, ait Baſilius; ſe ab hæreticis inuectiuis Epiſtolis & litteris cõtumelioſiſsimis proſcindi, appellari δόλιον καὶ ῥᾳδιουργίας φθορέα ἐκκλησιῶν καὶ ψυχῶν ἀπώλειαν, ideſt, doloſum teſtamentarium, ideſt, corruptorem teſtamenti Dei, corruptionem Eccleſiarũ, Animarum exitium, quæ omnia tàm dixi fuſe ne quis in doctoribus ſacris, quũ de hac re loquuntur pro re aliqua leui accipiendum putet.

Ex Euſebio & Ioſepho Iudæo. Cap. XXXII.

NOn leuiter & tranſeũter hæc trãſigenda puto quæ diximus ex Euſebio, de corruptoribus ſcripturę ſanctę poſtrema parte libri quinti de Hiſtoria Eccleſiaſtica hos ῥᾳδιουργεῖν τὰς γραφὰς dixit, ideſt, ſcripturam corrumpere more teſtamentariorum, ideſt, corruptorum teſtamenti Dei, id enim teſtamentarius ſignificat, & ῥᾳδιουργεῖν vt dixi id ſignificat, & audacter vitiandis ſcripturis admouere manus, de hæreticis dicet Euſebium ibi agere, non de Iudæis, quaſi verò hæretici non diſcant hæc ſic facere à Iudęis. Heretici enim Iudęorum germani fratres à veteribus dicuntur. Sed age, vt intelligas de Iudæis illa ab Euſebio eſſe dicta, expende verba illa quibus librum

brum illum quintum claudit eſſe quoſdam qui non dignas ducant Prophetias quas παραχαράττοιεν, ideſt vitient, ſed eas prorſus contemnunt, & veluti circulatorum pręſtigias & fabulas putãt. Quęre tu qui ſint hi qui Prophetias cõtempſerint, & veluti circulatorum fabulas ſtoccifecerint, reperies fuiſſe Iudæos, vt leges apud Ioſephum libro. 4. de bello Iudaico cap. 22. in Codice latino lib. 5. de bello Iudaico cap. 2. omnia enim perturbat interpres. Prodit ergo Ioſephus quando vaſtata Iudæa eſt complectas fuiſſe Prophetias, & dũ Prophetias contẽnebãt Iudæi, & tanquã circulatorũ fabulas irridebãt, eas omnes cõpleſſe, aduerſum Chriſtũ intellige, & eius Apoſtolos, nõ audet Ioſeph' quippe Iudæus, ne ſuos offendat, hæc loqui planius, ergo Euſebius cùm dicit eſſe qui Prophetias nẽ corrũpere quidẽ dignentur, ſed contẽnant, & rideant Iudæos intelligit, qui vitiabãt ſcripturã, & qui impij magis erãt, indignas deputabãt Prophetias, quas vitiarẽt tanquã aliquid põderis in ſe haberẽt, ſed quas floccifacerent, & tãquã fabulas riderẽt, & hanc peſtem ab his traxęre peſsimi Mohametici, q Prophetis negãt credendũ, ne quid mali ſit vſquã quin à Iudæis traxerit ortũ, & ſic Ioſephus perijſſe ſcribit Iudæã vniuerſam, nã ſi ſcriptis Propheticis aurẽ accommodaſſent Iudęi, vitaſſent Patriæ ruinam, & Iudæorum omnium exitiũ, ſed vitiabant Prophetias ne intelligerentur, & quod multo peius erat, & impudentius, & multo exitialius, Prophetias tanquam fabulas ridebant, & dum eas rident, eas compleuere omnes de vaſtitate Iudęæ, de exilio Iudæorum perpetuo, deque alijs huius notæ plurimis: Neque illud eſt prætereundum ſilentio quo Euſebius hæreticos & Iudaizantes vrget, Ecquis veſtrum ignorat, inquiens, ſcripturas ab Spiritu ſancto inſpiratas fuiſſe? Impium Iudæum explanaturum ſcripturas ſanctas putas melius quam Spiritum ſanctum & citaturum eas fidelius? Certè qui hæc dicat, dæmonum furijs agitari certum eſt. Quod Euſebij teſtimonium totam hanc litem decidere planum eſſe intelliges, ſi eius verba tacitus tecum mente atque animo luſtres. Tu quicunque Iudaicas interpretationes admiraris, admiraris enim impij hominis interpretationem, relicta ſcriptura Apoſtolica & Euangelica ab Spiritu ſancto inſpirata, & veriorem exiſtimas Phariſaicas interpretationes & lectiones ſcripturę quam teſtimonia Apoſtolica & Euangelica ex veteri teſtamento petita, ab Spiritu ſancto inſpirata, & caſtiganda ea eſſe cenſes ad normam impietatis Iudaicę. Dęmonnm hic furor eſt, hominum mẽtibus iniectus, & miſerorum hominum manifeſta Phreneſis.

Ambroſius. Cap. XXXIII.

AMbroſius in cap. 5. Epiſtol. ad Romanos de hęreticis agens, quanquam de Iudæis magis illa dicta eſſe intelliges ſi animum aduerteris. Hoc facit, inquit, ſtudium contentionis, quãdo enim propria authoritate quis vti non poteſt ad victoriam verba legis adulterat. Vides qua cauſa Iudæi verba legis adulterant? Quando aliquis, inquit Ambroſius, ad victoriam propria authoritate vti non poteſt, adulterat verba legis, & ſubijcit. Vt ſenſum ſuũ verba legis faciat. Potuit magis planè dicere Ambro. quod Iudęi faciunt & noſtri aduerſarij? Lege quæ ſcripſimus in illud Eſaiæ. c. 28. Mãda re manda. Et in illud quod ſequitur. In labijs alijs, & deprehendes Iudaicas ſentẽtias contextũ ſacrũ factas à noſtris aduerſarijs. Idẽ Ambro. Epiſtolarũ lib. 5. Epiſtola prima, quæ inſcribitur. 18. vbi agit de tranſlationibus quas ipſe appellat traditiones. De aliorũ traditionibus, inquit, propter perfidiã Iudaicã ne ipſi ſe redarguerent, vel ab ipſis præteritũ putamus vel ab alijs ſublatũ. Vbi ait Ambroſius tranſlatores Iudęos prætorijſſe quędã propter perfidiã Iudaicã, vel ſi non prætoriere ſublatũ ab alijs ex He-

braica lectione, ab alijs,ſcilicet, propter eandem perfidiam, ne ipſi ſe redarguere viderentur. Nec intelligere poteris ſublatum è tranſlationibus Iudaicis, erant enim in noſtrorum manibus quod eo tempore Iudæi impij non erant tot commenti fraudes; & tranſlationes noſtra ſonabant quæ à Iudæis non intelligebantur, quo ad noſtri Iudæos Iudaicis tranſlationibus vrgebant. Erant igitur olim in manibus noſtrorũ tranſlationes vt neceſſe habeas intelligere de Hebræa lectione.

Euthymius. Cap. XXXIIII.

EVthymius in cap. 2. Matthæi in illa verba: Quoniam Nazaræus vocabitur. Plurima, inquit, Propheticorum voluminum perierunt, partim propter Iudæorum negligentiam, partim propter malitiam.

Gregorius Nazianzenus. Cap. XXXV.

GRegorius Nazianzenus huius rei perexiguam facit mentionem; non tamen eſt ſilentio prætereundus. Hic in oratione prima de filio, hac interrogatione Iudæos vrget. Num nobis aliquid obijcere poteſtis, quod ex ſcriptura adulterauerimus? Quaſi res confeſſa eſſet, nobis ab Hæreticis & Iudæis nunquam hoc crimen obiectum quod quicquam ex ſcriptura mutauerimus. Cum ſeruaretur noſtra ſcriptura in Iudæorum ſcrinijs, & Synagogis eorum, qui, vt Chryſoſtomi verbis vtar, ex Chriſti crucifixoribus erant prognati, à Iudæis, vt ait Auguſtinus, libros poſcebamus, vt noſtra probaremus. Obijciebant Manichæi Hæretici qui vetus teſtamentum non recipiebant ab aliquibus eſſe adiecta illa, quæ citata ex veteri teſtamento in litteris Euangelicis eſſent, & Iudæi Lxx viris obijciebant quod male vertiſſent quędam ex ſcriptura, quod Iudæorum impietatem manifeſtis & euidentibus teſtimonijs configerent. Nunquam tamen nobis eſt obiectum quod mutauerimus quicquam aut quòd vitiatũ quicquam à nobis eſſet, cùm in ſuis Synagogis noſtram ſcripturam haberent. Igitur illi à nobis arguebantur hoc crimine, nos contra, ab illis nunquam huius criminis rei facti ſumus. Idem Gregorius in ſecunda oratione de filio Iudæos & hæreticos nominat verborum ſanctæ ſcripturæ ſacrilegos, & ſanctæ intelligentiæ ſacrarum litterarum fures, quibus verbis ſignificat, eos verba ſanctæ ſcripturę vitiaſſe, & ſenſus ſacrarum litterarum peruertere ſolitos, vt conſentanea dicat teſtimonijs veterum quos oſtendimus ſupra, Iudęos appellare ῥᾳδιουργοὺς fures verborum Dei, & diuini teſtamenti corruptores, & Iuſtinianus, qui eos dixerat velle κακουργεῖν τὸν νόμον maleficos eſſe, & dolos malos in ſcripturam Dei moliri, ſcripturam vitiare velle.

Athanaſius. Cap. XXXVI.

SED Athanaſium audiamus qui vel ſolus Chriſtiano homini erat facturus ſatis. Athanaſius ergo in diſputatione aduerſus Iudæos, cum plurima ex Propheticis libris citaſſet teſtimonia de Chriſto, eaque tam manifeſta, vt rem tam planam facerent vt oculis cerni videretur, ſubiecit ἀλλ' ὅμως καὶ περὶ δύο ἱερῶν τῶν γραφῶν περὶ τοῦ χριστοῦ τῶν προφητειῶν ἐπιτύφλωσεν ὁ σατανᾶς τῶν ἰουδαίων τὰ ὄμματα καὶ ἐπέφραξεν τὰ τῶν ψυχῶν ἀκοὰς ἵνα τὰς τοιαύτας μαρτυρίας παραγράφωσι, ideſt; ſed tamen quanquam tam apertè de Chriſto Prophetauerint Prophetæ, excæcauit Sathanas Iudæorũ oculos, & ſurdas fecit eorũ animæ aures, vt has tales Prophetias vitiarẽt, vbi Athanaſius eodẽ verbo vtitur παραγράφων, ideſt, vitiare quo Iuſtinũ & alios veteres oſtendimus vſos. Supra

pra oſtendimus duos libros eſſe quibus noſtra probantur planiſsimè; Alterum ſcripturam ſacrã, Orbem terrarũ alteram, quo completa cernimus omnia, & manifeſta noſtræ veritatis argumenta, Iudæę vrbes ſubuerſas, nunquam per mille quingentos annos inſtauratas, ceſſaſſe ſacrificium Iudæorum, ceſſaſſe Prophetias, ceſſaſſe multa admiranda, quæ in Populo Iudæorum; cùm Populus Dei erat, fieri ſolerent. De his agẽs Athanaſius quaſi verbo vulgato & receptiſſimo inter veteres aduerſus Iudæos de re confeſſa & notiſsima dixit ἆρα ταῦτα παραχαράττειν δύνασθε ὦ Ἰουδαῖοι, ideſt, nunquid hæc vitiare poteſtis ô Iudęi, quaſi diceret, ſcripturæ quidem locos vitiare poteſtis; hunc librum qui dicitur orbis terrarum, de quo ſupradiximus, quo cernuntur inſolubilia veſtræ impietatis argumenta, poteſtis ne vitiare ô Iudæi? Idem Athanaſius de eo quod dictum eſt in Euangelio. Quicunque dixerit verbum aduerſum filium hominis. Nec enim iſtis, inquit, curæ eſt, ſi corrumpant diuinarum ſcripturarum dogmata, tantum vt negent Chriſti aduentum. Sed vt teſtimonia quædam de hac re Athanaſij intelligi poſsint, ſcire oportet, vocem Græcam ὀρθῶς, duo ſignificare, rectè, & correctè, nec alio aduerbio ſignificari Gręcè, rectè, & correctè, ſed vno & eodem ὀρθῶς, ideſt, rectè. Athanaſius in Epiſtola de Synodis Ariminij & Seleuciæ de Iudæis & Hæreticis agens ait, nec rectè eos legere ſcripturas, & peruerſe eas intelligere vbi rectè, ideſt, correcte ait quibus verbis Athanaſius non correctas ſcripturas Iudæos habere ait, & peruerſè eas intelligere. Decidit ergo Athanaſius noſtram litem, quæ erat, vtrum Hebrea lectio caſtigatior ſit lectione Euangelica & Apoſtolica; & Eccleſiaſtica. En Athanaſius teſtatur Iudæos non correctè legere ſcripturam, & peruerſè eam interpretari. Et idem Athanaſius in ſermone contra omnes Hæreſes. Miſeri, inquit, Ariani & peruerſi Iudæi, qui nec rectè legunt ſcripturam & peruerſè rem perueſtigant, vbi rurſum Athanaſius Iudæos non legere ſcripturam correctè ait, nec bene eam intelligere; Et in fine eiuſdem ſermonis. Sola, inquit, Orthodoxa Eccleſia rectè legit, & exactè ſcripturas examinat, vbi Athanaſius ſolam Orthodoxam Eccleſiam ait rectè, ideſt, correctè ſcripturas legere, & exactè eas intelligere. Idem Athanaſius omnia opera ſua clauſit eo capite quo de Prophetis abolitis, inquit. Omnia hæc impiorum Iudæorum amentia & incuria interijſſe manifeſtum eſt.

Palæologus. Cap. XXXVII.

PAlæologus in diſputatione aduerſus Iudæos, vbi Iudæos docet Trinitatis euertere doctrinam ſacram ὑμεῖς δὲ τὸ τοσοῦτον πλῆθος ἔχοντες προφητῶν, οὐ μόνον οὐκ ἐρευνᾶτε ἀλλὰ καὶ τὰ γράμματα παραχαράττετε. Vos autem, ô Iudæi (ad eos enim iſtic ſermo eſt) quum tantam Prophetarum multitudinem habeatis, & multitudinẽ ſcripturarum, non ſolum non perſcrutamini, ſed ſcripta vitiatis.

Chryſoſtomus. Cap. XXXVIII.

CHryſoſtomus in cap. Matthæi. 2. Homelia. 9. in illud. Quoniam Nazaræus vocabitur; quum quæſiſſet apud quem ex Prophetis eſſet hęc Prophetia? Nequaquam, inquit, ſcruteris iſta, nec in huiuſmodi fueris curioſus, multa enim ex Propheticis periere monimentis, deſides enim cùm eſſent Iudęi, & crebro in impietatem laberentur, alia quidem perdiderunt negligenter, alia incenderunt, & conſciderunt. Hæc Chryſoſtomus. Ait ergo Iudæos fuiſſe deſides & negligentes, quod infra oſtendemus, ita vt qui paululũ ex Hebraicis litteris deguſtarit, oculis ipſe

cernat,& ſibi credat,non mihi, nec D. Chryſoſtomo. Quidam ex noſtris contra teſtantur,Iudæos diligentiſsimos religioſiſsimos vt Hebræam lectionem contra noſtram defendant. Addit Chryſoſtomus, Iudæos alia negligentia perdidiſſe, alia ſua ſponte incendiſſe & côſcidiſſe. Idem Chryſoſtomus in cap. 2. Epiſtolæ 2. ad Corinthios, in illa verba. Quod oculus non vidit, ſcribit etiam ante captiuitatem multa abolita fuiſſe Iudæorũ volumina, quod Iudęi in multam prolapſi fuerint impietatem: & infra ait ex hac Iudæorum neglig ẽtia, multis in locis duplices lectiones eſſe Hebraicè, quę ab aſſuetioribus percipi poſſunt. En Chryſoſtomus docet in multis ſcripturæ locis duplices eſſe lectiones, pręſertim cùm poſt crucem Domini, tot Iudæorum incendijs fuerint ſemiuſtæ; addit in multis lectione Hebręam ita eſſe incertam, ita laceram, vt ab exercitatis in laceratum litterarum ſtudijs tã tum percipi poſsint, vt nemo mirari debeat in tranſlatione Lxx multa eſſe quæ Hebraicè non ſunt. Idem Chryſoſtomus in cap. 14. Epiſtolæ primæ ad Corinthios ſub finem Homelia. 34. multa dicit in eos qui vel vno puncto mutato viciant ſcripturam; Et in cap. 3. Epiſtolæ ad Philippenſes ſermone. 11. in principio cauſam reddens cur Prophetiæ nô ſemper ſint apertæ, ſi planè, inquit, & apertè ſemper Spiritus ſanctus eſſet loquutus, feciſſent Iudæi quod in alijs fecerunt, deleuerunt nanq; litteras, inficiati ſunt ſcripturam, in illam intendere non valentes.

Clemens Alexandrinus.
Cap. XXXIX.

Clemens Alexandrinus Eccleſiaſticus ſcriptor antiquiſsimus, & longe omnium, authore Hieronymo, doctiſsimus, quem Euſebius ſæpè citat, & vnde multa compilat Stromatheon, lib. 3. de Iudæis agens, & Hæreticis. Hi ſunt, inquit, qui tono vocis peruertunt ſcripturam ad proprias voluptates, & quorundam accentuum & punctorum mutatione, quę ſcripta & nunciata erãt ſapientia ſumma, & ſumma vtilitate ad proprias voluptates detorquent. Hæc Clemens: Vbi Iudæos ait detorquere aliò ſcripturæ ſacra ſenſa, cum interroganter, verbi gratia pronunciant, quę ſcripta ſunt affirmanter, aut contra, cùm coniunctim legunt quæ legenda ſunt diuiſim, & alijs fraudibus vt ſacros ſenſus peruertant prorſus, appellant enim Græci tonos & accentus omnes prolationis variæ formas, & apices Hebræę lectionis quę latinæ non ſunt, Hebraicè & Hiſpane ſunt, vt ſana, ſaña, laña, lana, ſuena, ſueña, maña, mana, & ſimilia, qui apices mutant vocum ſignificationes Hebraicè & Hiſpanè, & à Græcis toni & accentus nominantur, quorum mutatione Iudæi multa peruertunt. Accentus quoque vocales Hebraicæ videntur appellari. Siquidem Hieronymus quoties accentuum varietate Hebræarum vocum ſignificationes docet mutari, ſemper vocalium & punctorum ſubijcit exempla, & nunquam Hebræorum accentuũ. Noſtri quidem vt iactent Hebrææ linguæ peritiam accentuum varietatum iactant, veterum patrum noſtrorum nullus mentionem facit: Ego maiorũ noſtrorum ſequor veſtigia, Iudæorum non ſequor. Detorquent porro Iudæi his fraudibus ſcripturas ad proprias voluptates, ad diuitias, ad res terrenas, ad fœlicitatem humanam, quam ſibi promittunt ſub ſuo Chriſto, qui Antichriſtus eſt futurus. Idem Clemens Alexandrinus Stromateon libro ſexto, quærit cur Dominus hominibus præſignificans Chriſti aduentum, non prædixerit ſemper Chriſtum planè & apertè, & non verbis quæ aliò pertrahi poſſent, & reſpondet Spiritum Sanctum prædixiſſe Dominum

per

per parabolas & ænigmata, & verbis quæ aliò deflecti poſſent, vt ſeruarentur Prophetiæ, quod Prophetæ qui de Chriſto loquuti ſunt apertè, occiſi ſunt, deleta illorum multa ſunt ſcripta. Hæc Clemens: Nec fefellit Clementem, ſi planæ & apertæ fuiſſent de Chriſto Prophetiæ omnes, futurum fuiſſe, vt Chriſti Domini paſsio, & generis humani redemptio impediretur. Sed tamen huic vulgatæ cauſæ & aliam addidit, deleturos Iudæos omnes Prophetias, vt alias apertas deleuere & ex ſcriptura ſacra reſecuere.

Epiphanius. Cap. XL.

EPiphanius libro. 2. contra Hæreſes non longiſsimè à fine. Supradicti, inquit, (loquitur enim de Iudæis & hæreticis) cum odio proſequantur vnigenitum filium Dei & Spiritum ſanctum omnia vt inimici Chriſti interpretantur, & ſophiſmatis obſcurant. Hæc Epiphanius. Tu tecum cogita ſi ſtudioſus ſacrarum litterarum es, an ea tibi profutura putes quæ Iudæi, vt inimici Chriſti & Spiritus ſancti interpretantur, etſi Magiſtratum ſummum geras in Chriſtiana R. P. an ea eſſes permiſſurus circunferri vulgo, quæ ſcripſerint hi qui odio proſequantur vnigenitum filium Dei, & Spiritum ſanctum, & omnia vt inimici Chriſti interpretantur. Sophiſmatis, inquit Epiphanius, omnia obſcurant. Certa res eſt apud eos qui Dialecticam Ariſtotelis, vel primoribus labris deguſtauere, Sophiſmata fieri his fraudibus quas ſupra diximus, mutatione Toni, Accentuum, litterarum, Punctorum, verborum coniunctione, & diuiſione, quæ Sophiſmata multo magis ſunt Iudæi in peruertenda ſcriptura meditati, quam vlli Sophiſtæ, qui vllo vnquam fuere tempore. Sophiſmatis poſſe ſcripta in contrarium ſenſum torqueri, res eſt planiſsima, ſed vnum accipe exemplum. Mundum factum eſſe à Deo docet Plato centies, & non in Timęo ſolum, Philon tamen de incorruptibilitate mundi fuiſſe quoſdam ait qui σοφιζόμενοι, id eſt, qui Sophiſmatis vtentes contendebant Platonem, mundum ſcripſiſſe ſine principio eſſe & incorruptibilem. Vide quid poſsint Sophiſmata efficere. Ita Epiphanius Iudęos ait omnia in contrariū ſenſum deflectere Sophiſmatis, & ſcripturę ſenſus ſacros peruertere.

Sanctorum quorundam Patrum, quos citat Auguſtinus, nec nominat tamē, ſententia. Cap. XLI.

AVguſtinus lib. 15. de ciuitate Dei, cap. 11. refert fuiſſe multos qui putauere, quoties tranſlatio Lxx ab Hebræa lectione dicitur diſcrepare, dicendum eſſe potius lectionem hebręam eſſe vitiatam, quam tranſlationem Lxx tranſlatam parum fideliter. Senſiſſe ait Auguſtinus hoc Patres, dum nobis inuident Iudæi quod lex & Prophetæ ad nos, Lxx interpretatione tranſijſſent, mutaſſe quędam in codicibus Hebræis vt noſtræ ſcripturæ minueretur authoritas. Vtinam Diuus Auguſtinus horum Patrum retuliſſet nomina, diuinitus enim mihi ſenſiſſe videntur & decidiſſe totam hanc litem de qua diſceptamus vtrum quoties Eccleſiaſtica lectio ab Hebræa lectione diſcordat vitium ſit in noſtra lectione, an in hebręa. In Hebræa lectione aiebant hi Patres eſſe vitium, non in Eccleſiaſtica lectione, quod Iudæi dum dolent ſcripturam ad nos tranſlatione Lxx fuiſſe trāſlatam, vitiauerint Hebræam lectionem, vt noſtra lectio ab Hebręa lectione diſcordaret & noſtrę lectionis minueretur authoritas. Quod inde verius eſſe apparet, quod Iudæi Hebręam lectionē locis omnibus iā videtur vitiaſſe, quę citātur à Dn̄o & ab eius Apoſtolis & Euāgeliſtis quo non ſolum noſtrę ſcripturę

minueretur authoritas, ſed etiam Apoſtoli & Euangeliſtæ, & ipſe Dominus in crimen & contemptum venirent. Quę eo veriora puto quod Iudæi dolos omnes adhibent, vt Apoſtolorum & Euangeliſtarum authoritatem minuāt, non ſolum enim vt nos monuere hi patres veteres, vitiant ſcripturam Hebręā, vt à lectione Euangelica & Apoſtolica diſcrepet, & de teſtimonijs citatis ab Apoſtolis & Euangeliſtis dicatur illud à quibuſdam quod ſcribit Hieronymus in cap. 5. Michęæ. Sunt autem qui aſſerant, inquiens, in omnibus penè teſtimonijs quæ de veteri teſtamento ſumuntur iſtius modi eſſe errorem, vt aut ordo mutetur, aut verba, & interdum ſenſus quoque ipſe diuerſus ſit, vel Apoſtolis, vel Euangeliſtis, non ex libro carpentibus teſtimonia, ſed memoriæ credentibus, quæ nonnunquam fallitur, ſed etiam per noſtros quoſdam ad id incubuere toto pectore Iudęi, vt trāſlationem quoque Lxx mutarent, de quo ſuperiore libro plurimis verbis cōqueſti ſumus, vt Apoſtoli & Euangeliſtæ ab Hebræa lectione & à tranſlatione Lxx diſſentire dicantur, idque exemplo Pſalmi. 44. oſtendimus qui non ſolum in tranſlatione Lxx vitiatè legitur, ſed apud Iuſtinum, Cyrillum, & alios Patres, vbicumque enim poſſunt qui Iudæis operam dant, noſtra vitiant. Rogabis me forſan vnde id ſciam? Admonitus à Diuo Hieronymo, vt dixi, in Epiſtola ad Principiam, in qua ſcribit, quomodo hūc Pſalmum verterint Lxx & verſio illa vix vnquam reperitur, quin iam penè vbique mutata eſt, præterquam in cantionibus Eccleſiaſticis, vbi integra & incorrupta retinetur, vt Iudæi neque labori, neque operæ pepercerint, vt noſtra ſubuertant, & poſſint profiteri, neque Hebrææ lectioni, neque tranſlationi Lxx lectionem noſtram Apoſtolicam & Euangelicam congruere.

D. Auguſtinus. Cap. XLII.

Quod D. Auguſtinus lectionem Hebræam vitiatam non eſſe ſenſiſſe videatur.

AVguſtinus tamen libro. 15. de ciuitate Dei, cap. 11. cum hanc controuerſiam diſceptāſſet, liberum iudicium de hac re ſtudioſis ſacrarum litterarum relinquit, vtrum veritas ſita ſit in lectione Hebræa, an in noſtra Eccleſiaſtica lectione, & propendet magis in illam ſententiam, vt Hebrææ ęditioni plus, quam tranſlationi Lxx tribui oporteat, idque veriſsimè, quoties orta eſt dubitatio de ipſa lectione, verum hoc, an illo modo legi debeat: ſi aliunde id diſcere non poſsimus, confugiendum eſſe ad Græcam Hebręamve lectionem res eſt confeſſa: verum ſic intellige; quomodo intelligendum ait Auguſtinus libro. 11. contra Fauſtum Manichæum cap. 2. in fine, vbi ait. Et vides in hac re quid Eccleſiæ Catholicæ valeat authoritas, quæ ab ipſis fundatiſsimis ſedibus Apoſtolorum vſque ad hodiernum diem, ſuccedentium ſibimet Epiſcoporum ſerie, & tot populorum conſenſione firmatur, ita ſi de fide exemplariorum quęſtio verteretur, ſicut in nonnullis, quæ & paucæ ſunt, & ſacrarum litterarum ſtudioſis notiſsimæ ſententiarum varietates, vel ex aliarum regionum codicibus, vnde ipſa doctrina commeauit, noſtra dubitatio diiudicaretur, vel ſi ibi quoque codices variarent, plures paucioribus, aut vetuſtiores recentioribus præferrentur; & ſi adhuc eſſet incerta varietas, præcedens lingua, vnde illud interpretatum eſt, conſuleretur. Hoc modo quærunt qui quod eos mouet in ſcripturis ſanctis tanta authoritate firmatis inuenire volunt vt habeant vnde inſtruantur, non vnde rixentur. Hæc Auguſtinus: quibus docet, ſcripturam Eccleſiæ ab

ipſis

ipſis fundatiſsimis ſedibus Apoſtolorum vſque ad noſtra tempora deſcendiſſe firmam, deinde paucißimas varietates in ea ſcriptura reperiri, de quibus cùm orta quæſtio eſt, vide per quos gradus doceat Auguſtinus veritatem ſcripturæ eſſe quærendam ex aliarum regionum codicibus, inquit, vnde doctrina fluxit, à ſede Apoſtolica, ſcilicet, non enim iubet ſtatim de ſcriptura receptiſsima in Eccleſia Catholica Græcos & Hebræos codices conſulere: ridiculum enim eſſet, & leuitatis plenũ, ſi græculus, aut Hebræis litteris mediocriter tinctus, tribus Hebræis voculis tumens Eccleſiaſticam lectionem mutaret; Conſulat, inquit, Codices vrbis Romæ, aut ſi ibi his quoque codicum eſſet varietas, anteponat plures codices paucioribus, aut vetuſtiores recentioribus, quod ſi adhuc eſſet incerta varietas, tunc demum confugiendum ad Græcos & Hebræos codices, per tot gradus deſcendendum eſt ad conſulendos codices Hebræos, cum alijs modis lectionis Eccleſiaſticæ veritas reperiri non poſsit, tunc plus authoritatis Hebrææ lectioni deferri neceſſe eſt, Nam alioqui ſi impij Iudæi hoc ius haberent, vt ſi libitum eſſet noſtra mutarent aliqua Iudaica fraude, nihil in lectione Eccleſiaſtica eſſet fixum & ſtabile, pro ludibrio noſtra ſcriptura Iudęis eſſet.

Quod Diuus Auguſtinus tantum authoritatis tribuerit trãſlationi Lxx quantum Hebrææ lectioni. Cap. XLIII.

NOn inficiandum eſt plæroſque ex veteribus Patribus ea quæ in tranſlatione Lxx eſſent, Hebraicè non eſſent, expungenda & obelo confodienda putaſſe, quod Iudæos diligentiores in ſcriptura ſeruanda crediderint, & eorum ſanctiores manus fuiſſe putauerint, vt non auderent contra Domini maledicta quidquam ex ſcriptura ſacra reſecare, Huius ſententię pauci fuere, atque adeo paucißimi, inter quos Hieronymus fuit, qui poſtea, vt diximus, ſententiam mutauit, Origenes nihil quod in tranſlatione Lxx virorum eſſet, Hebraicè non eſſet, putauit reſecandum. Alios omitto Patres, ne longum faciam: ad eundem Diuum Auguſtinum redeo, qui eodem lib. 15. cap. 14. ſcribit ea quæ in tranſlatione Lxx ab Hebræa lectione diſcrepant emendare auſum eſſe neminem, quod interpretatio Lxx afflatu Spiritus ſancti ſit ædita: Et libro 18. de ciuitate Dei capite. 43. idem repetit ea ſcilicet, quæ in tranſlatione Lxx ab Hebræa lectione diſcordant, neminem emendare auſum eſſe? Nam demonſtrandum poſtea eſt, demonſtratumq; ſupra etiam quæ in trãſlatione Lxx ſunt, & Hebraicè non ſunt, citari ab Apoſtolis & Euangeliſtis, idque frequentiſsimè varietatis trãſlationis eam diximus cauſam, quod Hebraicè duplex ſit lectio frequenter, ea ratione quam dixit Chryſoſtomus, & quod veram puto illorum ſentẽtiam qui exiſtimant duplicem illam lectionem, de induſtria aliquando ab ipſis Prophetis fuiſſe relictam, quo duplex Chriſti myſterium diceretur ſignificantius, & D. Hieronymum alteram lectionem vertiſſe, & Lxx viros reddidiſſe alteram, vtramque veram, & myſteriorum Chriſti plenam. Certè Auguſtinus tantũ habet fidei tranſlationi Lxx quantum hebrææ lectioni, Ne quis noſtrorum aduerſariorum pro ſe D. Auguſtinum citare audeat, tuetur enim tranſlationem Lxx authoritate Apoſtolica & Euangelica, cum Hieronymo, cum Euſebio, vt veriſsima illa lectio ſit quam citant Apoſtoli & Euangeliſtæ, ſic enim ſcribit libro. 18. de ciuitate Dei. cap. 43. & 44. Vnde ego meo modulo veſtigia ſequẽs Apoſtolorum quia ipſi ex vtriſque ex Hebræis, & Lxx teſtimonia Prophetica poſuerunt, vtraque authoritate vtendum

dum putaui, quia vtraque vna & diuina eſt, quibus verbis Auguſtinus parem facit authoritatem Lxx & hebręæ lectionis. Ego tamen exceptis D. Hieronymo, & Auguſtino, neminem ex antiquioribus commemini tanti facere hebræam lectionem quanti æditionem Lxx quin & omnes veteres putant Apoſtolos & Euangeliſtas ferè citare ſcripturam iuxta tranſlationem Lxx. Ita ab Apoſtolis & Euangeliſtis Lxx virorum interpretatio commendata eſt, vt vix decies in litteris Apoſtolicis & Euangelicis Hebræa lectio citata eſſe videatur, quanuis tranſlatio Lxx in plæriſque Paraphraſis potius ſit quam trāſlatio: quæ res fecit vt Lxx virorum interpretatio, & Apoſtoli & Euangeliſtæ qui eam citant, ab hebræa æditione diſcordare videantur, quod Paraphraſis verbis diſcrepat ab eo cuius eſt Paraphraſis, ſenſu non diſcrepat. Sępè etiam Diuus Hieronymus, & Symmachus, & Theodotio, quod nos monet D. Hieronymus in ſuis tranſlationibus; reddunt ſenſa non verba, & ita dum videntur diſcordare, non diſcordant, ſed concordant, quod ſenſit Auguſtinus; ait enim videri quidem aliquando Lxx viri ab Hebræa lectione diſcordes, ſed ſi mentem adhibeas reperiri concordes; & ſic Canon ſcripturæ interpretandæ præſcriptus à Hieronymo & Auguſtino eſt ex vtraque lectione Lxx & Hebræa quam noſtra expreſsit Vulgata erui mirabiliter ſcripturæ ſenſus ſacros. Maneat ergo in cauſa Auguſtinum parem facere authoritatem tranſlationis Lxx & æditionis Hebrææ, numeros tamen in lectione Hebræa putat eſſe veriores quam in tranſlatione Lxx: ſed ſi doctus Hebraicè Hebræam excuſsiſſet lectionem, vt diximus ſupra ex Diuo Hieronymo, numerorum quoque confuſionem in Hebræa lectione deprehendiſſet, ita vt veritatem eruere eſſet difficile.

(?)

Quod Diuus Auguſtinus idem ſenſerit cum D. Hieronymo Iudæos poſt Chriſti crucem ſcripturam vitiaſſe. Cap. XLIIII.

IGitur ne noſtri aduerſarij poſsint gloriari ſe authore D. Auguſtino nō damnari, Auguſtinus nobiſcum facit cōtrà Iudæos, & contra noſtros aduerſarios qui vulgatam noſtram, & omnem ſcripturam Eccleſiaſticam Hebrææ lectioni authoritate exæquat contra quā faciunt noſtri aduerſarij qui Iudaicas interpretationes noſtrę vulgatæ & Lxx tranſlationi longè, & multum cenſent anteferendas, ne dum ipſam æditionem Hebræam, & vt noſtri aduerſarij doleāt magis, ſenſit Hebręam lectionem à Iudæis poſt Chriſti crucem eſſe vitiatam. Cum enim Hieronymus Epiſtola. 11. in Epiſtolis Auguſtini ſcripſiſſet ad Auguſtinum ſe eo conſilio ſuam vulgatam texuiſſe, vt quę Iudæi prætermiſſerant, aut corruperant proferret in medium, & vt appareat de Hebręa lectione dixiſſe Hieronymum verba illa quæ Iudæi prętermiſſerant ex Hebręa lectione ſcilicet, aut corruperant in hebræa lectione, Ipſe Auguſtinus Epiſtola. 19. petit à D. Hieronymo ſe certiorem faciat vtrū ſcriptura hebræa corrupta ſit à Iudæis qui ante Dñi aduentum fuerint, ſe enim hoc vehementer miraturū, an à Iudæis qui poſt Dñi paſsionē fuerint, qui propterea videri poſſunt aliqua de codicib' Græcis ſubtraxiſſe, ne illis teſtimonijs de Chriſtianà fide cōuincerētur, vbi nō legendū eſſe de codicibus Gręcis, ſed de codicibus hebræis, facilè intelliget, qui locū Epiſtolæ. 11. cū hoc loco Epiſtolę. 19. contulerit, & rē de qua illis locis agitur expenderit, Hieronymus enim diſputat de tranſlatione à ſe facta ex lectione Hebręa vt proferret in medium quæ Iudæi vel omiſſerant ex lectione Hebręá, ſcilicet, vel corrūperant ex eadē videlicet lectione hebręa, quod declarat etiam Hieronymus ſubiungens, Vt ſcirent

rent noſtri quid veritas Hebræa haberet. Tam ſtulte ſapiebat Auguſtinus, vt neſciret quid vocatum eſſet in controuerſiam? agebatur de tranſlatione facta à D. Hieronymo, quam ſe feciſſe aiebat D. Hieronymus; vt ea quæ à Iudæis tranſlatoribus, vel omiſſa; vel corrupta eſſent, proferret in medium de hebręa lectione. ſ. Et ita quærit Auguſtinus vtrũ Iudæi corruperint æditionem hebræam ante crucem Domini, an poſt Domini crucem; & ita Auguſtinus præſefert ſe à D. Hieronymo doctum & correctum, quod non putabat Iudæos ex ſcriptura corrupiſſe quidquam, & præ ſe fert ſe à D. Hieronymo perſuaſum corruptam eſſe ſcripturam à Iudæis, qui poſt Domini crucem fuiſſent: quod ſi perticax eſſe velis, & contendas de Codicibus Græcis hæc eſſe intelligenda, fatearis oportet Auguſtinum fateri ſe correctum à D. Hieronymo quod non crediderit antea Iudæos ſcripturam corrupiſſe & largiri hoc Hieronymo, iam correctũ ab ipſo Diuo, Iudæos teſtimonia ex ſcriptura ſubtraxiſſe poſt paſsionem Domini vel corrupiſſe ne illis teſtimonijs de Chriſtiana fide conuincerentur, quanquam nullus fidelium, quantum opinor, dubitabit in controuerſia hac, de qua diximus inter D. Hieronymum & Auguſtinum diſceptata, tractatum eſſe de lectione hebræa vitiata quã Auguſtinus hoc loco perſuaſus à D. Hieronymo poſt crucẽ Domini credibile eſſe ait à Iudęis fuiſſe vitiatam. D. Hieronymus ita ſupra teſtatus erat, vt oſtendimus, lectionem hebræam ab inimicis Chriſti poſt crucem Domini fuiſſe mutatã in quibuſdã.

Teſtimonia petita ex D. Hieronymo quæ omnibus quæ diximus aduerſari videantur. Cap. XLV.

SEd his quæ diximus aduerſari videtur D. Hieronymus in traditionibus hebraicis vbi locũ illum de ſeptuaginta quinque animabus cum quibus Iacob AEgyptum intraſſe dicit citatũ à D. Luca Actorum cap. 7. negat ita eſſe legendum, vt citauit D. Lucas, ſed intraſſe AEgyptum Iacob cum animabus ſeptuaginta, & illum à D. Paulo citatum, Adorabit Iacob faſtigium virgæ ſuæ, ita eſſe negat hebraice vt à D. Paulo citatus eſt: & in finem cap. 6. Eſaiæ obijcit Paulo quod cum hebręis diſputans non iuxta hebraicum citarit teſtimonia, neque iuxta id quod rectum eſſe cognouerat, & Euangeliſtam Lucam ait Græcè ſciſſe, neſciſſe hebraice, Matthæum & Ioannem iuxta hebræam lectionem citaſſe teſtimonia & improbatam Epiſtolam ad hebræos quod teſtimonia ibi citentur iuxta tranſlationem Lxx quæ in hebræis voluminibus non habeantur, & alia innumerabilia quæ ſcribit in fine libri de optimo genere interpretandi ad Pammachium: quæ omnia mihi obijcienda putaui, vt hos qui mihi aduerſantur labore liberatem colligendi hos locos, & pudore ne Euangeliſtis aduerſari viderentur. His vniuerſis in Prolegomenis reſponſum eſt, vbi centies nos monuiſſe D. Hieronymum commonſtrauimus ſe in ſuis ſcriptis hoc genus dicendi fuiſſe ſequutum, vt more veterum cõmentatorum, omnium ſententias complecteretur tàm probandas quam improbandas, vt lector prudens tanquam bonus trapezita probanda probet, improbet improbandã. Age ergo ſi D. Hieronymi ſententiam quam de hac re retulimus bene cum animo tuo tacitus es meditatus, illud cogita, Num hæc quæ D. Hieronymus contra Apoſtolos & Euãgeliſtas, hoc loco ait ſint ex eorum numero quæ probanda ſunt; an ex numero eorum quę ſunt improbãda? tu id diiudica: Nolo enim tibi citare Canonem omnium ſanctorum Patrum non eſſe audiendum contra Apoſtolos & Euangeliſtas doctorem eccleſiaſticũ quantũuis eminentiſsimum, quin neque Angelum de cęlo, de quo Paulus, ſi alter Euãgeliza-

gelizauerit Anathema ſit. Age mihi ediſ ſere illas ſuperiores ſententias probādas ne putes, an improbandas: Nam pruden ti lectori hoc D. Hieronymus diiudican dum relinquit, vt tanquam prudens trapezita probanda probet, improbet improbanda. Clamabunt fortaſſe, quæ ſcri bit Hieronymus omnia eſſe probanda, & ſe ad iniquiſsimas leges cogi vt impro bent quæ fortaſſe maximè putent probanda: ſunt enim nonnulli qui quæ Iudæis fauent maximè probent, improbēt eccleſiaſtica, & D. Hieronymo indigna deputent, & ideo iniqua interrogatione ſe à me vrgeri fortaſſe cauſabuntur: Nō ergo eos hac interrogatione vrgeo, ſed ipſe D. Hieronymus qui ſe ſcribere profitetur petita ex omniū ſcriptis tàm probanda quàm improbanda vt probanda probes. Volo ego ex te ſcire an hæc probes? probares, inquies, vt ſic ego legam ſcripta Hieronymi vt non omnia probē? Quid ſi ipſe author hoc voluit, & hoc eſt centies teſtatus, & conqueſtus vehementer de his qui omnia quę in ſuis leguntur ſibi imputent, cum aliorum ſæpiſsimè ſcribat ſententias non ſuas? ſupra citaui locos plurimos vbi hæc D. Hieronymus ſit profeſſus, alios lector diligens ſibi reperiet. Ergo quando meū arbitrium facit D. Hieronymus, vt probanda probē, improbem improbanda, hæc omnia quę cōtra Apoſtolos & Euāgeliſtas, & cōtra doctores eccleſiaſticos dicuntur improbo tanquā bonus trapezita, vt pote quæ nō ex ſententia D. Hierony. ſed ex aliorū ſententijs ſint dicta, & ſic vniuerſe & generatim, his quæ no bis oppoſuimus, ſimilibuſque ſit reſpon ſum, nunc iam quam paucißimis verbis potero ſingulis reſpondebo.

De ſeptuaginta quinque animabus quæ cum Iacob in Ægyptum deſcenderunt. Cap. XLVI.

SAtis mihi eſſe deberet D. Hieronymi authoritas, vt huic rei ſatisfacerem quod D. Hieronymus hunc pręſcri pſit canonem, vt ſupra oſtendimus cùm ſententias D. Hieronymi de hac contro uerſia referebamus, vt ex lectione Apoſtolica & Euangelica, aut ex Spiritus ſancti oraculo qui in Apoſtolis & Euangeliſtis loquitur hebræā lectionē caſtigaremus, aut ſi duplex eſſet lectio Apoſtolica & Vulgata, vtranq; probaremus, vtrāque veneraremur: per Euangeliſtā Lucā Spiritus ſanctus eſt loquutus, vera igitur ſunt quæ Spiritus ſanctus eſt loquutus. Neque enim Deus, vt docet Plato libro primo de R. P. vllo modo poteſt mentiri, alioqui Deus non eſſet ſi mentiri poſſet, Non mentitur, inquies, Deus, mētitur Lucas, Lucas loquitur vt inſtrumētū Spiritus S. ſpiritus S. verè D. Lucę ore loquitur, hoc non ſolum D. Hiero, ſed Euſebius & Auguſtinus nos docent, & omnes Patres tàm Græci quàm Latini, vt ſupra oſtendimus, & hoc mihi in hac parte ſatis eſſe debet reliqua poſtremo libro diluemus cum de locis D. Lucæ in Apoſtolorū actis diſputabimus.

Reſponſio ad cætera ſingillatim quæ tàm facilis eſt, vt appareat, aut à D. Hieronymo non eſſe ſcripta, ſed adulterina & ſuppoſititia, aut ex eorū numero eſſe quæ D. Hieronymus de aliorum ſentētia ſcripta à ſe eſſe profitetur. Cap. XLVII.

IAm cætera tam ſunt facilia vt præſeferāt ſuppoſititia eſſe, & nō à D. Hiero. ædita, aut ſi à D. Hieronymo ſcripta ſunt, in eis aliorū ſententias D. Hieronymum retuliſſe non ſuam: Nā de illo loco Geneſæos. Adorabit faſtigium virgæ ſuæ, citato à D. Paulo ad hebręos cap. 11. quis ſemeſtre tēpus hebræis litteris impenderit vt non intelligat mitā hebręā vocem lectum eſſe mate virgam, & hebræam lectionē olim ſine vocalibus ſcriptam fuiſſe, & LXX iuxta quos D. Paulus hunc

hunc locum citat ea puncta addidiſſe quę Matę ſonarent, id eſt, virga, hebręos Mita, legiſſe additis vocalibus, i, &, a, vt ſonaret lectum, & in Paulo loquitur Chriſtus, vt ipſe D. Paulus de ſe eſt profeſſus, quem locum D. Hieronymus frequentiſſimè citat, vt Paulus eſt interpretatus: Aliud illud erat cur D. Paulus cum hebræis diſputans non citet teſtimonia ſcripturæ iuxta hebraicum, quod rectũ eſſe ſciębat, ſed iuxta Lxx quę duplex eſt quæſtio, altera illa cur D. Paulus iuxta Lxx ſcripturæ teſtimonia citet, altera illa cur hebræam lectionem rectam eſſe & correctam dixerit, & Apoſtolum nõ ſequutum fuiſſe rectam lectionem & correctam. Prima quæſtio facile ſoluitur: Chriſtus Dominus erat expectatio gentium, quem ſui non erant recepturi, gentes erant recepturæ; & ideo Dominus trecentis annis ante aduẽtũ Dñi in carne curauit ſcripturam Græce transferendam, quod Gręca lingua omnibus nationibus communis erat, ad quas miſſi ſunt Apoſtoli prædicaturi Euangeliũ, iuxta illud: Ite & prędicate Euangelium omni creaturæ. Quæro ego an ſcribendum eſſet Euangelium ea lingua quæ nationibus eſſet ignota, an ea quæ Vulgata eſſet omnibus nationibus, qualis Gręca lingua erat, quæ communis erat omnibus nationibus? ſciebat hoc bene D. Hieronymus, & res nota erat, Apoſtolos omnes & Euangeliſtas omnia fere ſcripturæ teſtimonia iuxta tranſlationem Lxx citaſſe, vt teſtantur omnes Patres veteres ad vnum, & res ipſa declarat ſi tranſlationem Lxx Græcam quam ædidere cum litteris Apoſtolicis & Euangelicis Græcis conferas ſingula ſingulis reperies omnia teſtimonia ab Apoſtolis & Euangeliſtis iuxta Lxx ad litteram eſſe citata, excepto quod, vt docet Origenes, verbum obſcurum cum magis perſpicuo commutant aliquando, aut breuitatis cauſa citant neceſſaria, quædam verba omittunt. Curauit Spiritus ſanctus hebræam lectionem Græcè vertendam tribus ſæculis ante Domini aduentum in carne, vt nota lingua & Vulgari omnibus nationibus, qualis eo tempore Gręca erat Apoſtoli vterentur, An linguam ignotam citarent? vt gentes quæ erant crediturę ſcripturam non haberent? Hoc credibile non eſt, Spiritũ ſanctum fuiſſe facturum, res hęc oculis cernitur, & manibus teneri poteſt; Ait Dominus: ite & prędicate Euangeliũ omni creaturæ, & quiſquam credibile putet iuberi à Domino prædicari Euangelium lingua ignota & peregrina imperuia gẽtibus & nationibus, ad quarum vocationem Apoſtoli mittebantur, & præcipuè D. Paulus Apoſtolus gentium vas electionis, vt portaret nomen Domini ad omnes gentes, portaret ne hebræa lingua quam nemo intelligeret, an Græca quæ omnibus nationibus erat communis & Vulgata? fortaſſe dices, prædicaret Græce aut lingua Vulgata illius gentis cui Euangelium prædicabat, ſcripturam citaret iuxta æditionem hebræam: Spiritus ſanctus, & Dominus ipſe Paulum & Apoſtolos miſere prędicatum Euangelium omni creaturæ iuxta omnium prophetarum prædictiones: oportebat ne habere prophetas qui prædixiſſent omnia Chriſti myſteria milleſimo & bis milleſimo ante anno ſcriptos ea lingua quam non intelligerent hebræa, ſcilicet, an potius ea lingua Gręca, ſcilicet, quæ omnibus eſſet nota & familiaris. Sed hęc res, etiam me tacente, per ſe nota eſt, vel ex eo quod Apoſtoli & Euangeliſtæ omnes, vt docet Auguſtinus, docet omnes veteres Patres tàm Gręci quam Latini, omnia ſcripturæ teſtimonia citant iuxta tranſlationem Lxx. Nam quod aiunt D. Lucam neſciſſe hebraicè, Gręcè ſciſſe bene; vel hoc ſolum argum hęc aut nõ ſcripta eſſe à D. Hieronymo, aut de D. Hieronymi ſententia ſcripta non eſſe, ſed eſſe ex eorum numero quæ refert ipſe Diuus non ex ſua ſed ex aliorũ ſententia eſſe conſcripta, quaſi non res nota eſſet, non ſolum Apoſtolos, & Euangeliſtas,

Apoſtoli & Euangeliſtæ verbũ obſcurum prophetiæ cum magis perſpicuo cõmutãt, et ex prophetia omittũt non neceſſaria.

geliſtas, ſed verbi prædicatores omnes donum accepiſſe linguarum, niſi res eſſet confeſſa citarem veteres Patres Græcos & Latinos qui id dicerent, vt dici nõ poſsit D. Lucam neſciſſe hebraicè. Nam hoc toto opere planum id fiet, Matthęũ, & Ioannem, & D. Paulum qui hebraicè ſciebant ferè iuxta trãſlationẽ Lxx ſcripturæ teſtimonia citaſſe: Dico dico inquam ſi omnia excutias te non reperturum decem teſtimonia in lege noua quę non citentur iuxta Lxx, expende quot loci numerentur hoc commentario de quo agimus, primus ille: ex AEgypto vocaui filium meum: quem alij Patres D. Hieronymo antiquiores ita citant, vt vertit D. Hieronymus. Secundus ille: Quoniam Nazaræus vocabitur; quære vbi hic locus, ſiue hebraicè, ſiue iuxta Lxx ſit, & fruſtra quæres, niſi ita interpreteris, vt nos in Eſaiam ſumus interpretati, quod idem dices de tertio loco: Et flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, de quo etiam in Eſaiam multa diximus ex D. Chryſoſtomo. Quartus locus: videbũt in quem transfixerunt; ex illorum numero eſt in quibus duplex eſt lectio. Dacaru, Transfixerunt, Racadu, Inſultauerunt, vt duplex illud myſterium, vt docet Auguſti. ſignificaretur, alterum quod transfoſum lancea eſt Chriſti latus, vnde manauit ſanguis & aqua, alterum quod Chriſto Domino crucifixo illudebant Iudæi & inſultabant. Sed vt hæc concedas omnia ad ternarium numerum vix peruenies, nedum ad denarium, vnde qui Epiſtolam ad hebræos improbat quod tranſlationem Lxx citet eadem opera litteras Euangelicas & Apoſtolicas omnes improbet in quibus omnia iuxta tranſlationem Lxx ferè citantur, quippè lex noua nationibus dabatur Græca lingua erat ferenda quę Iudęis & nationibus erat communis, vetus teſtamentum tranſlatum Græcè à Lxx viris legebatur in omnibus Synagogis Iudæorum quod Græcè fere omnes Iudęi ſciebant vbique terrarum, hebraicè extra Iudęam quam pauciſsimi, vel ipſis Iudęis, vt miſſas facias nationes, quibus etiam lex noua ferebatur Græca lingua eo tempore notior eſſet & vulgatior quam hebręa, præcipuè his qui toto Orbe terrarum diſperſi erant, qui erant innumerabiles, & eo conſilio D. Paulus Græcè maluit ad hebræos ſcribere quam hebraicè, quod Gręca lingua etiam Iudæis familiarior & notior erat quam hebręa, & maluere Apoſtoli & Euangeliſtæ citare teſtimonia ſcripturę iuxta tranſlationem Lxx quæ nationibus & Iudęis erat in manibus quã Apoſtoli Eccleſiæ ſanctę dederant, Nã quod veteres Patres prodidere D. Matthęum hebraicè ſuum Euangelium conſcripſiſſe non dubito quin ita ſit, vt prodidere veteres, & vt res ipſa poſtulabat, nam è Iudæis innumerabiles Chriſto credidere, pauci quidem præ multitudine quæ Chriſto non credidit re ipſa innumerabiles vno die tria milia, alio quinque milia, & ita facta magna acceſsio Iudæorũ eſt ad fidem Chriſti Domini, his Euangelio erat opus, ſi qui Græcè neſciebant. Tamen habeo perſuaſiſsimum D. Matthæum idem Euangelium Græcè ſcripſiſſe, quod inde liquet. Vertendum curauit Spiritus ſanctus Græcè vetus teſtamentum quod Chriſtus expectatio gentium eſſet, & quod gentes Chriſtum eſſent recepturæ quibus Græca lingua cõmunis erat. Et D. Matthæo hebraicè tantum dictabat Euangelium ne nationibus prodeſſe poſſet, mihi certe veriſimile non ſit, ſed Spiritum ſanctum D. Matthæo hebraicè primum Euangelium dictaſſe, deinde etiam Græcè, vt vniuerſæ Eccleſiæ prodeſſe poſſet. Iam, quod D. Lucas dicitur ſciſſe Græcè, neſciſſe hebraicè, neque D. Hieronymi verba ſunt, neque verba digna ſunt reſponſione, datum eſt enim Apoſtolis & Euangeliſtis linguarum donum, & Apoſtolorum & Euangeliſtarum ore Spiritus ſanctus loquebatur, neque opus eſt refutare illud quod dictum eſt Apoſtolum Paulum

ſequu-

ſequutum eſſe quod non eſſet rectum, quado in Apoſtolo Paulo Chriſtus loquebatur, quod refert centies D. Hieronymus. Hęc ſunt ergo propter quæ ſcripſit hic Diuus ſe complexum in ſuis ſcriptis ſententias omnium tam probandas quàm improbandas more veterum cõmentatorum, vt prudens lector probanda probaret, improbaret improbanda, & cum de D. Hieronymo ſua tempora eſſent conqueſta, quod non ſignificaſſet quæ probaret, quęve improbaret, ſed lectoris iudicio permitteret, non potuit adduci vt hoc faceret, nihil enim eſſe opus putauit. Quis enim non videat admonitus à D. Hiero. vt probet probãda improbãda improbet, an non eſt admonit' lector à D. Hiero. in Paulo Chriſtũ loqui? & ea eſſe anteferenda lectioni hebræç, vt ſupra vidim', quæ citẽt Apoſtoli & Euangeliſtę? hæc probanda nos probare iubet, his contraria improbare. Ad cętera quę ſcripta ſunt in libro de optimo genere interpretandi ad Pammachium ſequentibus libris Deo bene iuuante, reſpondebimus. Nunc ſi de fraudibus Iudaicis dicere fuiſſet conſilium vt re vera fuit, Vnũ D. Hiero. ſatis fuiſſe futurum ſi breuitari ſtuderem nec alio doctore ſacro opus futurũ fuiſſe, docuit enim hic Diuus mutari à Iudæis puncta litteras, ſyllabas, dictiones addi quoque & detrahi ex lectione hebrea & ſic defendi Iudæos qui vertere Gręce ſcripturas, quanto ęquius ſic defendentur Apoſtoli & Euangeliſtę.

Obiectatio aduerſariorum. *Cap. XLVIII.*

VSus fueram olim iuuenis in luſtrã dis dialecticis, & vtriuſque Philoſophiæ, & ſacrarum litterarum ſtudijs præceptore Franciſco Sanctio profeſſore celeberrimo ingenuarum artium, & Theologiæ ſacræ in Academia Salmanticenſi illius ętatis lumine ſplendidiſsimo. Cum is per integrum quinquẽnium Salmantica abfuiſſet, quod à Rege Hiſpaniarum Philippo Regum maximo, & ſemper inuicto, de rebus magnis Romam legatus eſſet miſſus, tandem veluti poſtliminio ad ſuos rediјt, Epiſcopus Segorbienſis deſignatus. Ego, qui id temporis Pintiæ commorabar, canonicus ſcripturæ ſacrę interpres in pinciana Eccleſia cooptatus, vt Epiſcopum clariſsimũ pręceptorem meum, & de me quam optimè meritum, quo cum per quadraginta annos vixeram familiariſsimè, viſitarem, vt de reditu, & Epiſcopatu, & incolumitate ei gratularer, & ab eo vſuram veteris doctrinę & amicitię repeterem (ſolebat enim meorum ſcriptorum eſſe lima) & vtcum eo hoc opus conferrem, quod ante quã Roma rediturus ad ſuos profectus eſſet, à me per epiſtolas enixè petierat, vt quando reditus eius tempus inſtabat, pręſtolarer eius aduentum, quã do cum eo mea ſtudia conferre ſolitus eſſem, vt hoc quoq; quod molirer cum eo conferrem, neque quidquam Typis mandarem ante eius in Hiſpaniam reditum. Cum hoc opus inter nos conferremus, ſæpe illud meum conſilium damnauit, quod breuitati ſtudens, & impenſę parcens, quod ad excudendum hoc opus Typis ſumptus non ſuppetebant, aduerſarijs nihil reſpondendum eſſe ducebam: Is in cauſa fuit vt ſingulis quę mihi obijcerentur reſponderem. Dum vero ad hunc locum ventum eſſet. Vides (inquit) quid reſpondeas his qui hebręę lectionis cauſam tuentur, & ſanctorum Patrum ſententias refellunt, quod illi rident hęc omnia, & eludere ſe poſſe putant facile, quod hebręę linguæ veteres rudes fuerint, & iudicant de re quam non nouere, cum vulgatũ ſit illud apud Ariſtotelem & Platonem, ſapientum eſſe iudicium de re qualibet, neque audiendos eſſe eos, qui de re quam ignorant, iudicant, eccleſiaſticos omnes hebręę linguę fuiſſe rudes, quid iuuat, ergo de veritate lectionis hebræę citare iudices Iuſtinum, Origenẽ, Athanaſium, Tertullianum,

num,& reliquos quos citas omnes abſq; vno Hiero. ignoraſſe, aiunt, hebræam linguam, quam ergo de hebræa lingua ſententiam ferre poſſunt, aut de veritate hebraica abſque vno D. Hieronymo quem aiunt, Iudaicas interpretationes fuiſſe ſequutum collaudaſſe Iudaica, noſtra vituperaſſe? Riſeram ego olim hęc eadem quæ mihi obiecerat vir qui ſe pietate, & religione commendari vult, & quem ego putabam mihi amiciſsimum, qui poſtea mihi infeſtiſsimus hoſtis apparuit, & incideram in quorũdam ſcripta qui hęc eadem verbis eiſdem præferebant. Poſtquam vero doctiſsimus Epiſcopus Segorbienſis hæc Roma apportauit, intellexi communi conſilio huius factionis hæc dici, & facilia, inquam refutatu hæc ſunt: ſed quorſum lectorem delaſſem in re tam facili? Erras, inquit ille, illi hæc clara voce clamant & refellũt quæ dicis omnia hac ratione plauſibiliter quidem, & quibuſdam aduerſarij tui fidem faciunt, quod veriſimiliter hæc dicere videntur, cum dicunt eccleſiaſticos omnes hebręę linguæ fuiſſe rudes, & de re quam ignorant ſententiam ferre: Tũ ego, qui hæc contemnebam, deſtinaui animo pro D. Hieronymo reſpondere, quod feci in Prolegomenis, & hoc ſecũdo libro paulò ante. Hæc tamen pars animum meum admiratione imbuit, tantã ineſſe hominum animis audaciam & impudentiam, vt quiſquam fidelis omniũ veterum conſenſui ſe opponat, & ignaros appellet linguæ hebręę omnes doctores ſacros, de re quam ignorant ſententiam dicere affirmet: Ergo in hac controuerſia inter Iudæos & eccleſiaſticos orta de veritate hebręę lectionis & eccleſiaſticæ Iudæis credendum erit, & dicendum impiam Synagogam vera dicere, errare Eccleſiam, Apoſtolos & Euangeliſtas? ex veteri teſtamento falſa citaſſe teſtimonia, & falſarios fuiſſe? Vere illud poetę mihi accidit, horreſco referẽs, vox faucibus hæret. Sat fuerat dixiſſe illud Euſebij quod ſupra retulimus. An neſcitis ſcripturam ab Spiritu ſancto inſpiratam, & Spiritum ſanctum Apoſtolorum ore fuiſſe loquutum? Veriores putabitis litteras hebræas quas impij Iudęi manus exarat, quam eas quas Spiritus ſanctus dictauit? An non hic furor eſt dæmonum, hominum mentibus iniectus? Sat erat retuliſſe canonem à D. Hieronymo præſcriptum ex lectione Apoſtolica & Euangelica hebræam lectionem eſſe caſtigandam, contra quam faciendum putant hi boni viri de quibus ſermo eſt, qui Euangelicam & Apoſtolicam lectionem ex hebræa lectione caſtigant, & caſtigandam cenſent, quos dicere id puderet, ſi apertè lectionem Apoſtolicam, & Euangelicam, & eccleſiaſticam, ex Iudaica & phariſaica lectione emendandam contenderent. Indignum facinus, liceat ne Iudæis, quod hebraicè ſciant, ſcripturam corrumpere, & ſanctis Patribus non liceat Iudaicarũ fraudum indicium facere eo prætextu quod hebraicè neſciſſe dicantur? Hos rogare velim, credant ne legem nouam à Deo datam, ſi credunt, cur in eam ex rabinorum ſcriptis inquirunt? quiſquam ne de fide Domini ſui dubitat, & ab eius inimicis quærit quantã Domino ſuo habere debeat fidem? Sed quando hos homines depudet, & audent negare in Eccleſia ſancta fuiſſe viros hebręę linguæ doctiſsimos, cum Eccleſia magnam partem ex nationibus coaluerit, ſed coaluerit quoque è Iudæis, & ex quibuſdam Iudæis hebręę linguæ doctiſsimis, qui fortaſſe commeabant in Eccleſiam facilius, quod Iudaicas fallacias videbant, & huius rei apud noſtros indicium ſæpe faciebant, nec enim Patres veteres quenquã falſi criminis arguunt, tamen his bonis viris morem geramus, Iudæos quoque teſtes citemus, Ioſephum & Philonem, quorum tantum monimenta extant tẽporibus Apoſtolorum conſcripta Gręcè. Vtinam tranſlationes Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis, aliæque Iudęorum extarent interpretationes, quo magis

gis horũ hominũ coercerem petulantiã. Primus in medium prodeat Ioſephus: Nam quod quidam vir doctiſsimus à me contendere ſolebat, vt exemplaria peruetuſta hebræa quęrerem, quibus Iudaicas fallacias redarguerem, & dolos in ſcriptura factos, & oſtenderẽ Iudæos teſtamentarios eſſe, id eſt, corruptores teſtamenti Dei, vt veteres eos appellabant, non nouerat ille dolos Iudaicos & fallacias. Id primũ curauerat Iudaica natio, nequa exemplaria caſtigata in noſtras manus; ſed ne in ſuorum quidem manus venirent, ſemel deprehenſi ſunt in hac fraude, vt docet Iuſtinus, poſt illa cauere bene ne deprehenderẽtur: Nam dolus non dolus eſt niſi aſtu caueas: à principio cùm in Eccleſiam commeabant Iudęi docti viri raptabantur ad cruciamenta, ad cædes, ad martyria, ad bonorum direptionem; nõ dabatur ocium vt exemplaria hebræa quærerent, & Iudaicas fallacias reuincerent; poſtea Bibliothecę tantũ Synagogæ impiæ ſeruabãt libros Hebræos, eoſq; rabinorũ arbitratu vitiatos; nam caſtigatos rabini de medio tollebãt, ne eorũ furta deprehenderẽtur. Cũ hæc ego Epiſcopo Segorbiẽſi doctiſsimo referrem, adderemq́ue magiſtrum Paulum hebrææ linguæ profeſſorem in Salmanticenſi gymnaſio, qui perquam familiariter cum Domno Ludouico Vacca Epiſcopo Salmãticẽſi viuebat, & quotidie eius aſsidebat menſæ, vt pote vir probus, quamuis Neophytus, vitæ ſanctimonia, & religione ei cõmendatiſsimus, & colebatur à me qui in clariſsimi Epiſcopi familia eram adoleſcens nobilitatus eo tempore commendatione Ferdinandi Pinciani vtriuſque linguæ profeſſoris eminentiſsimi, tanquam ingenio valerem, & memoria, referebam inquam Epiſcopo Segorbienſi magiſtrum illum Paulũ, tam apud Epiſcopum patronum meum commendatum enixe à me petijſſe vt diſcerem hebræas litteras, ſe cum quotidie domum Epiſcopi ventitaret, zetam meam, aut cubiculum petiturum & me priuatim docturum, & nunquam à me eblandiri hoc potuiſſe, iam deſperata re adieciſſe. Hoc tanta animi contentione à te petij, vt multa, quæ in ſcriptura adnotaram; tuo pectori concrederem, myſteria magna de Chriſto quæ ego prodere chartis non poſſum, vt tu proderes aliquando præditus tribus linguis: Quæ ego ea ætate contempſi, quod neque mihi erat animus philoſophiæ, aut Theologiæ ſtudere. Tum Epiſcopus. Quid neceſſe eſt, inquit, longius exempla repetere? Duo profeſſores Synagogæ doctiſsimi hebrææ linguæ ex Affrica Romam venere, vt initiarentur Chriſtianiſmo, qui mirabiliter Iudæos refellunt, & in ſui admirationem vrbis Romæ habitatores rapiunt, & publicè ſacra Biblia interpretantur hebraicè, & Iudæi ſummi Pontificis imperio eos audire coguntur, interpretantes libros ſacros, & aduerſus impietatem Iudaicam diſputantes, vt res veriſsima ſit quam dicis, multos hebraicæ linguæ doctiſsimos Eccleſiam intraſſe, & intrare quotidie, & noſtros docere multa, & Iudaicarum fraudum noſtros admonere, quod tam non ſint inſtructi, aut linguis, aut ingenuis artibus politi, non poſſe chartis prodere quæ nouere, vt res certa ſit, noſtros nunquam falſi criminis arguiſſe Iudæos, ſed tamen, vt dixi, Iudæos teſtes citemus, vt his morẽ geramus, ſi prius retulerimus Hieronymum ad Euſtochium virginem in Epitaphio Paulæ matris ſcribere; fuiſſe ſuo tempore, qui Hebræo, Græco, Latino, Syroq́ue ſermone Pſalmos ordine perſonarent, nequis Eccleſiam inſcitiæ linguarum, & ruditatis damnet; & quod nos prouocant ad cenſuram D. Hiero. & linguarum erat doctiſsimus accipere conditionẽ. 15. enim vt dixi docet multa, varietates lectionis eſſe, & iuxta illas varietates trãſlationes Iudęorũ Aquilæ Symmachi & Theodotionis defendi & à ſe defendi, qui minus ergo ego meos Apoſt. & Euang. eiſdẽ rationibus tuear.

Oſtenditur ex Ioſepho Iudæo veriſsime apud Auguſtinum quod ſupra retulimus patres illos veteres nos monuiſſe, impios Iudæos fallacijs & dolis lectionem hebræam mutaſſe, vt ab ea noſtra ſcriptura diſcordare videretur, & eius minueretur authoritas.

Cap. XLIX.

Omnis hæc inter nos & Iudæos, vt commonſtrauimus, orta lis, ab ipſis initijs Chriſtianæ. R.P. de punctis & apicibus, & mutatis litterulis hebreæ lectionis eſt, quibus æditio hebrea, arte Iudaica facta eſt alienior, vt diſcrepare ab Apoſtolica, & Euangelica, & eccleſiaſtica ſcriptura videretur, vt ſenſere apud Auguſtinum veteres illi patres, quorum ſententiam ſupra retulimus contra eos qui pro lectione hebræa ita pugnant, vt affirment caſtigatiſsimam aſſeruatam, ita vt ne punctum quidem, aut littera, aut apex mutari potuerit. Age igitur id diſceptemus, Iudice Ioſepho Iudæo, quando ad Iudęos facta prouocatio eſt.

Defenditur locus Matthæi, non licet eos mittere in corbonam ex Ioſepho Iudæo & de corban apud Maraim.

Matthæi cap.27. legitur, (ab hoc enim loco trahere initium libuit) non licet eos mittere in corbonam quia pretium ſanguinis eſt. Iudæi tacitè negant legendum, Corbonam, ſed, corban, non putant enim intereſſe quicquam inter, corban, & corbonam, quia corbonam idem eſſe putant quod carban, neque legendum eſſe, corbonam, ſed carban, qua voce ſignificari aiunt oblationem, ita duos locos Euangelicos illum quem retulimus Matth. 27. Non licet eos mittere in corbonam, & illum Marci.7. ſi dixerit homo patri vel matri corban, quod eſt donum, &c. Confundunt, & corban, ſeu, vt ipſi proferunt. Carban, & carbonam vnam & eandem vocem putãt, & oblationem ſignificare autumant. Dices qua arte id faciunt, additione vnius litteræ. M. & vnius puncti. i. vnius vocalis: Nã puncta pro vocalibus valent apud hebręos. Ioſephus ergo de bello Iudaico lib.2. cap. 14. ſcribit corbonam ſacrum eſſe theſaurum, corban vero ſcribit idem Ioſephus lib.4. de antiquitate, cap.4. ſignificare donum; & de vita Flauij Ioſephi, & antiquitate Iudæorum, corban, inquit, donum Dei ſignificat. Ita Iudæi nos deludunt, & ſcripturam hebręam alienant ab ea ſcriptura hebræa quæ olim fuit, mutatione punctorum, litterarum, & mutatione ſignificationis, cum enim ſoli Iudæi hebraica tractent, & lexica component ad ſuos infideles ſcopos, negant voces hebræas ſignificare ſignificationes Apoſtolicas & Euangelicas, damnantur tamen falſitatis à Ioſepho Iudæo, & arguuntur falſarij teſtamenti Dei, qui vocales mutent, & litteras addant & detrahant, ſignificationes negent, voces confundant, & de medio tollant; ne quiſquam Iudaicis lexicis, & vocum hebręarum interpretationibus Iudaicis tãtum habeat fidei, vt ex illis Apoſtolica & Euangelica & eccleſiaſtica damnet, en vno loco duas voces hebræas de medio tollebant, & ſignificationes mutabant, qui Ioſephi authoritate refelluntur, noſtri quidam interpretes & alij quidam Iudæos ſequuntur, & Iudaicè hæc interpretantur, quos omnes refellit Ioſephus Iudæus, & pro nobis cauſam dicit, & cum noſtri Chriſtiani, quidam inquam interpretentur hæc Iudaicè, vt verbis D. Hieronymi vtar Iudęus hic Chriſtianè interpretatur.

Defenduntur Ioannes & Paulus à Ioſepho Iudæo.

Aliud exemplum accipe illud Ioannis cap.6. patres noſtri manducauerunt

uerunt manna in deſerto: & ad hebręos cap. 9. Vrna aurea habés manna: & Apocalypſeos cap. 2. Vincenti dabo manna abſconditum: Sed quid iuuat Apoſtolicas & Euangelicas litteras ſemper pręferre manna? negant Iudęi appellari debere manna, ſed, Man quod ita ſit hebraicè, verterent illi vt hebraicè eſt, ſed vt margine aſcribunt, varietatem lectionis ex rabinis, & punctorum varietatem adderent quoque lectionem Apoſtolicã & Euangelicam, & ſignificarent noſtris hominibus vnum punctum. i. vocalem vnam poſtremam ab impijs Iudæis eſſe detractam, & ſic pro manna relictum eſſe, Man, & quando iudice Iudęo hanc litem diſceptamus, Ioſephus lib. 3. de antiquitate cap. 1. manna Græcè ſcribit his verbis καλοῦσι δ' Ἑβραῖοι τὸ βρῶμα τοῦτο μάννα, id eſt, appellant hebræi eſcam hanc manna. Significat ergo Ioſephus vnum punctum detractum à Iudęis. i. vocalem vnam: Neque quenquã perturbet quod Græcè hęc vox per duo. nn. ſcribatur; hebræi non ſolent ſcribere duo. nn. ſed addunt accentus, quibus ſignificant ſic enunciandas dictiones tanquam ſi per duo. nn. ſcriberentur. Igitur Iudęi detrahunt vnum punctum ex hac dictione, & contendunt noſtram vulgatam male verſam Latinè.

Defenditur à Ioſepho Iudæo cap. 16. Exodi, & defenditur etiam à Philone Iudæo.

QVod cũ vidiſſent filij Iſrael, dixerũt ad inuicẽ manhu, quod ſignificat, quid eſt hoc, & vertendum putant Iudæi manhu, id eſt, donum hoc & addunt rationem ſtultam, fatuam, & futilem: refellit hoc quoque eodem loco Ioſephus inquiens, τὸ γὰρ μὰν ἐπερώτησις ἐστὶ κατὰ τὴν ἡμετέραν διάλεκτον τί τοῦτο ἐστὶν ἀνακρίνουσα, id eſt, man, enim interrogatio eſt noſtra lingua, quid hoc eſt interrogans. Probat igitur Ioſephus Iudęus noſtrã vulgatã lectionẽ & trãſlationẽ Lxx: damnat Iudæos, qui man, donũ interpretabãtur, negabãt eſſe vocẽ interrogatiuã: in eadem ſententia eſt Philon Iudæus in fine libri de exulibus, & Iudæos damnat, & noſtros quoſdam homines, qui Iudęorum ſententiam ſequũtur, quorum è numero neſcio quomodo ſemper noſter quidam interpretes eſſe videtur, qui ſemper, man, legit, & negare videtur cum Pagnino, man, vocem eſſe interrogatiuam cum lexicon complutenſe lectionem vulgatam defendat, quam ipſe damnat, ſed ſi lexicon complutenſe paruam apud hos habet fidem, en defenditur noſtra vulgata à duobus Iudæis antiquiſsimis & doctiſsimis, & ab eiſdem damnantur Iudęi, & qui eorum ſententiam ſequuntur.

Quod ſi Iudæis licet vitiare dictiones, & alia nobis quoque licere debet caſtigare vitiata.

MAnna porrò donũ eſt, illud ſcilicet promiſſum ab æterno Patre futurũ vt daret nobis verbũ incarnatũ, cuius Typus erat manna, de quo dicebant Iudæi: Patres noſtri manducauerunt manna in deſerto, ſicut ſcriptũ eſt: panẽ de coelo dedit eis mãducare, reſpõdet Dñs. Non dedit vobis Moyſes panẽ de cęlo, ſed figuram illius panis. ſ. quod ſignificant verba ſequentia, ſed pater meus dat vobis panẽ de cęlo verũ: Ego ſum panis viuus qui de cęlo deſcendi. Si tam licenter Iudæi impij puncta. i. vocales mutant, addunt, detrahunt, & mutãt vocum ſignificationes etiam vulgatiſsimas, & tantã fidẽ habẽt apud quoſdã ex noſtris, vt præ illis omnia contemnant, cur nobis non liceat, dum Apoſtolicam & Euangelicã lectionẽ defendimus, à Iudæis vitiata caſtigare? de vocũ hebræarũ ſignificatione cũ Iudęis contendere: Nõ licet, aiũt hebrææ lectionis litterã, pũctũ, aut apicẽ mutare, non licet de vocum hebræarum ſignificationibus cum Iudæis doctiſsimis certare, quod in vocum hebræarũ ſignificationibus Iudęis eſſe credendum fatetur. Chryſoſtomus,

& fatetur Epiphanius, & alij Patres. Licuit Iudæo vitiare, & mihi non liceat vitiata caſtigare ex lectione Apoſtolica, & Euangelica, vt docti viri ex alijs ſcriptoribus libros antiquos caſtigant? Licuit Iudæo aliquando ex vocum hebræarum ſignificationibus verſare dolos, & nobis non liceat ex teſtimonio Iudæorum eos refellere, non ſolum ex Apoſtolica & Euangelica lectione?

Paſcha noſtrum defenditur Iudæorum teſtimonio.

PAſcha iam Iudæorũ nemo ſcribit, quod Diuus Hiero. verterit Phaſe, vt daret hoc Iudæis quod vtroque modo recte dicitur, non vt vocem Apoſtolicam & Euangelicam damnaret, poſt Diuum Hieronymum alius Peſach dicendum putat, alius Peſah, alius alijs modis: Nam ſi Iudaicis legibus ſtes, nihil ſtabile aut fixum in Eccleſia ſancta erit, fluctibus Iudaicis inſtabiles huc & illuc mouebimur. Vnde ergo hic tantus error inquies, Paſcha Hebraice פֶּסַח Peſach, dicitur. Vin ſcire quæ puncta, aut quas vocales hæc vox hebræa olim habuerit? primę litteræ huius vocis, quæ.p. eſt, addito tu punctum.a. & dices,pa. & litteræ.ſ.nullam addideris vocalem dices,pas, Chet, litteræ poſtremæ quæ valet pro ch, addito tu punctum.a. & dices paſcha. Hæc puncta & has vocales habuiſſe olim hanc vocem hebræam teſtis eſt Ioſephus Iudæus lib.2. de antiquitate cap.5. τοῦ ἑορτῆς, inquiens, τὸ πάσχα καλοῦντες, id eſt, feſtum Paſcha vocãtes, & lib.3. cap.3. ἑορτὴ ἀζύμων πάσχα feſtũ Azymorum Paſcha, & de antiquitate lib. 18. cap. 6. καὶ ἦν αὐτοῖς ἑορτὴ πάσχα δὲ λεγομένη, id eſt, erat eis feſtum, vocabatur autem Paſcha, neque vnquam aliter, aut Iudæus Ioſephus, aut Philon Iudæus hãc vocẽ proferunt, res hæc enim olim erat ſtabilis, & fixa, vt diceretur paſcha. Dices, vnde ergo eſt tanta varietas exorta? quod olim conſonantes ſcribebantur hebraice tatum, vocales addebat lector de ſuo, vt ex D. Hieronymo eſt commõſtratum, ſcribito tu has tres conſonantes, pſch, addito vocales quas voles, & vide quantam vocum efficies varietatem. Hæc ſunt rerum miracula quæ facit Iudæus, vt nos velut pueros terreat, vt ait D. Hieronymus.

De Sodomã, & Gomorrha, & defenduntur à Iudæis Petrus, & Paulus, & Matthæus.

DIuus Paulus ad Romanos.9. ſcribit: ſicut prędixit Eſaias niſi Dominus Sabaoth, reliquiſſet nobis ſemen, ſicut Sodoma facti eſſemus, & ſicut Gomorra ſimiles fuiſſemus: & Matthæi cap. 10. tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhęorũ &c. Et Marci.6. tolerabilius erit Sodomis & Gomorrhis &c. Et in Epiſtola Iudæ: vt Sodoma & Gomorrha, & .2. Petri cap.2. vrbs Sodomorũ & Gomorrhæ; & ſi Deo placet caſtigantur omnes Euangeliſtæ & Apoſtoli à quibuſdam ex noſtris: Non ſicut Gomorrha ſimiles fuiſſemus, ſed ſicut Hamorrha ſimiles fuiſſemus: & ſic cætera, ne diſcrepent à lectione hebræa, hebraicè enim eſt ſicut Hamorrha, ſic legũt recentes ſcriptores relicta Apoſtolica & Euangelica lectione & vulgata, quaſi D. Paulus hebraicè neſcierit, quaſi in D. Paulo Chriſtus nõ ſit loquutus, & quaſi Apoſtoli & Euangeliſtæ ab vno rabino ſint caſtigandi vt hebrææ linguæ imperiti. Certè, inquies, hebraicè hamorrha eſt, ſanè vt dicis, ſed ſcire te oportebat Hain hebræam litterã, quæ in principio huius vocis Hamorrha eſt, aliquando verti ſolere in.g. quodã quibuſdam hæc litera Gain dicitur, vnde alij Hamorrha, alij Gamorrha proferunt, & olim cũ vocali.o. ſcribi ſolebat Gomorrha. Et ſic D. Paulus Gomorrha ſcripſit, ſic Apoſtoli & Euangeliſtæ, ſic Lxx viri reddidere; ſed nunc Iudæos adhibemus Iudices, nõ noſtros, Philõ ergo Iudæus de ebrietate Gomorrhã protulit: ſic diſſolues dubium illud propoſitum à Diuo Hiero-

Hieronnymo de triceſima ſecunda mā-ſione, quo vox Hebræa dicitur ſcribi per Hain, non vt Græci, Latiniqne errant per Gimel, quaſi Hain non profe-ratur à quibuſdam, Gain, & quaſi Hebræa verba quæ Hain habent cum Græcè aut Latinè vertuntur, non vertantur in. g. aliquando. Et ne credas Diuum Hieronymum hęc ignoraſſe, vnde omnia diſcimus quicunque hæc ſacra tractamus, ipſe Diuus Hieronymus Exodi. 16. Homer cum Hain gomer reddidit, quoties eo capite hęc vox eſt, eſt enim ſępe repetita, & Philon Iudæus de peregrinatione Gomor quoque appellat, ne noſtra caſtigent qui vbi eſt, Gomor, ſcribe, aiunt, Homer, mutata vocali, ſed Hain ex his quæ diximus planum eſt verti poſſe in aſpirationem. Homor, & in.g. Gomor. Et hinc dictos puto à Domino duos filios Zebedęi Boanerges, id eſt, filios tonitrui, quam vocem ſunt qui vitiatam putent, mea quidem ſententia immerito: Nam, bene, Latine ſonat filios, & vulgi ſermo multa mutat, & vulgo dicebatur bene, & boane, filij, ſi roges vnde hoc probē, reſpōdebo quod Dn̄s ea voce vtitur, Rahas, cum Hain, contremiſcere cœlos ſignificat, & tonare, & fulgurare, quod Iudæi dicunt vibrare, & Hain vertitur aliquando in.g. vt dictum eſt, & ſic Rages fulguris & tonitrui, inde Boanerges filij tremoris cælorum, filij tonitrui, & fulguris, aut vibrationis, vt aiunt Iudęi. Vnde enim Attalia mater Ochoziæ, de qua. 4. Regum cap. 11. & Paralip. 2. Cap. 22. à Ioſepho Iudæo Gottolia dicitur lib. 9. de antiquitate cap. 7. niſi quod prima littera huius vocis, Hain, eſt quę verſa eſt in.g. Gattalia & cum vocali. o. ſcribi quoque ſolebat, Gottolia, qua etiam ratione oppidum illud Geneſæos cap. 19. Seor nomine Segor in ſacris litteris dicitur, nempe quod in medio hoc nomen habet vocalem, Hain, quę in.g. verti ſolet aliquando, vt dici poſſit Seor & Segor. Et tamen

Boanerges.

Gottolia.

Segor.

idem Ioſephus lib. 1. cap. 12. Zoor appellat hoc oppidum quod, Sadich, quæ prima littera huius vocis eſt aliqui proferunt vt. Z. alij vt. ſ. & ideo hanc vrbem alij Segor nominãt, alij, Sehor, & Zoor, & Soar. dico inquam, ſi Iudæorum ſtandum eſt legibus nullum fretum tam inſtabile vnquam futurum eſſet, quam Eccleſia ſancta eſſet futura, ita ſemper Iudaicarum fabularum nugis huc & illuc raperetur. Sed dices Diuus Hieronymus quoque his fluctibus Iudaicis raptus aliquãdo eſt, qui pro lectione Apoſtolica & Euangelica aliquando aliam eſt ſequutus. Apage ne dixeris, quoties id fecit hic Diuus, magno conſilio id fecit, quod intelliges ex Epiſtola Origenis ad Affricanum, vbi docet Origenes Iudæos in concertationibus quotidianis quæ inter nos & illos erant ridere ſolitos quoties illis noſtræ ſcripturæ teſtimonia citaremus, quod aliter elabi nullo modo poſſent, noſtræ ſcripturæ manifeſtis teſtimonijs cōſtricti ad riſus cōfugiebant, & cachinnos arte ſophiſtica: Nam quę dicendo refutare non poſſumus, vt ait Quintilianus, quaſi faſtidiendo calcamus: nihilominus Origenes, quod tranſlatio Lxx in plæriſque paraphraſis eſt, potius quàm interpretatio, cenſebat oportere facere tranſlationem ex Hebræa lectione ad verbum expreſſam, quæ quantum poſſet cum lectione hebrea congrueret, vt eam in altercationibus cum Iudęis adhibere mus, vteremurque aduerſum eos ſcripturæ teſtimonijs conceſsis & confeſsis: hanc tranſlationem talem qualem Origenes exigebat D. Hieronymus fecit, & quaſdam dictiones vbi parui referebat hoc aut illo modo proferre ita reddidit vt hebraicè erant dnpuncta, ne Iudæi, ex illarum vocum prolatione rixæ initium traherent, quod facere tuto ſe putabat hic Diuus, quod iuxta Origenis conſiliū tranſlatio Lxx & lectio Apoſtolica & Euāgelica intra Eccleſiā manebāt: ſed & nunc manet, aiūt, intra Eccleſiā vulgata,

& tranſlatio Lxx & lectio Apoſtolica & Euangelica, cur nobis exemplo Diui Hieronymi non liceat nouas ſcripturæ interpretationes cudere, vt cum teſtimonia ſcripturæ aduerſum Iudæos citentur, Iudæi nihil poſsint inficiari, cum ad eorum præſcriptum fiant? Fateor nihil inficiaturos Iudæos, quod enim ex nouis tranſlationibus quibuſdam citetur, citaretur pro Iudæis, & aduerſum nos, Hieronymus nanque immutauit pauciſsima, quæ parui referret hoc aut illo modo dicere, & Iudæi non erant tot commenti fraudes quod per mille quingentos annos ſunt commenti, noui quidam tranſlatores non immutant pauca, ſed peruertunt omnia in ſcriptura ſancta, quidam inquam, non omnes & à Chriſto omnia abducunt, & ad impietatem Iudaicam traducunt omnia, quippe rabinos impios habent duces quos ſequuntur, qui omnes peruertere de Chriſto Prophetias. Vide quantum interſit inter Vulgatam Diui Hieronymi, & nouas quaſdam interpretationes, ne exemplo Diui Hieronymi factas cauſentur. Hæc tam prolixa digreſsione diximus, vt oſtenderemus qua ratione Diuus Hieronymus quædam immutarit. Ieſus naue, id eſt, Ieſus pulcherrimarum habitationum, id enim vox Hebræa naue Latinè ſonat, Typus erat re & nomine noſtri Ieſu Domini, vt enim ille tribus Iſrael in terram promiſsionis induxit, & pulcherrimam habitationem illius diuiſit, ſic Ieſus Dominus per ſanguinem ſuum in cæleſtia tabernacula beata & ſpecioſiſsima inuexit, & inuehit ſuos: Nam manſiones apud Patrem, quem noſſe vita ęterna eſt, & quem pater miſit filium eius Ieſum, & participatio huius viſionis quæ pro meritis cuiuſque datur, manſio dicitur, & ſpecioſiſsima habitatio, & terra viuentium.

(?)

Defenditur lectio illa Lxx Ieſus naue.

QVid refert, aiunt, ſi ſacræ litteræ Ieſum appellent hunc ducem qui tribus Iſrael in terram promiſsionis introduxit, & quod Hieronymus, Auguſtinus, Origenes; & alij Patres interpretentur illud. Nomen meum eſt in illo; vt verba filij Dei ſint, qui dicant hunc ducem Typum ſuum eſſe non ſolum re; ſed nomine, appellarique Ieſum: quo modo ipſe appelandus eſſet cum homo factus fuerit, quid refert filium dici naue, & ſic appellari à Diuo Hieronymo, id eſt, filium ęterni Patris, apud quem beatiſsimæ ſunt manſiones, vt dictum eſt, nihil horum eſt hebraicè, vel teſte ipſo Diuo Hieronymo, nam pro Ieſu Ioſue eſt, vel Ieſuha, vel Iehoſuah, pro naue. Num, eſt, ita eſt; ſed puncta hoc faciunt, nam Ieſus Ieſua Hebraice dicebatur, terminatione Græca, & Latina Ieſus, muta puncta.i. vocales, & pro Ieſua dices Ioſue, addito aliam vocalem, & dices, Iehoſuah, additione ergo punctorum & mutatione Iudęi has voces vertunt in voces quæ longè diuerſæ videantur, cum eædem ſint, nam ex, num, facies naue, ſi huic conſonanti.u. addideris punctum.a. & dices. Na, & huic conſonanti. u. addideris punctum. e. dices, ve, vt ſit naue, aut, nauen, & hæc olim habuiſſe puncta has duas voces, teſtis eſt non ſolum ſcriptura ſacra, quę ita hunc ducem nominat, ſed etiam, quando Iudæo iudice diſceptamus, Ioſephus Iudæus de antiquitate lib. 3. cap. ſecúdo. ἡγεμὼν ἐφίστησιν αὐτῷ Ναυήκου μὲν υἱὸν præfecit ipſi Ieſum Nauecí filium. Et capit. 13. τῶν δὲ κατασκόπων Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυήκου παῖς ſpeculatorú Ieſus Nauecí filius, & lib. 4. de Bello Iudaico Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυήκου παῖς. i. Ieſus filius Naue, vt ſit q̃d dixerat alibi filiꝰ Nauecí nã cꝰ illa ꝓductio nominis fuit, vt Gręcè & latinè hoc nomẽ declinaretur; & quoties à Philone huius ducis mentio fit dicitur Ieſus, & Ieſus Naue.

Defen-

Defenditur lectio Lxx & Apoſtolica & Euangelica.

IN litteris Euangelicis legitur, Obed genuit Ieſe, Ieſe autem genuit Dauid, & Diuus Paulus ad Romanos.15.erit radix Ieſe, & Lucæ.3. Ieſe dicitur, Hieronymus ratione dicta vertit Iſai quod parui refert hoc an illo modo proferas, muta puncta.i.vocales, & poſt.j. conſonantem addito punctum.e. & dices, Ie.poſt.ſ.addito punctum.e.& dices, Ieſe, rurſum ſi voles facere Iſai, huic conſonanti. i. addito punctum. i. & dices.I. & litteræ.ſ.addito punctum.a. dices.Iſa. nam Iod in fine etiam ſine puncto ſonat.i. Iſai, Ieſe autem pronunciatum eſſe olim, teſtis eſt Ioſephus Iudæus de antiquitate lib.5. cap.11. & lib. 6. cap. 9. vbi cencies illum nominat Ieſeum.

Defenditur Euangelium ex Ioſepho Iudæo.

PRæterea noſſe oportet, vt ex his quæ dicemus apparebit chet, litteram Latinè & Græcè verti interim in ch, vt Achaz, interim in aſpirationem vt in Rahab, aliquando elidi prorſus, vt in Roboam. Ergo in illo Euangelico, Solomon autem genuit Roboam legendum docent, Selemoh, & Rechabham, vt non agnoſcas eadem eſſe nomina. Iam temporibus Diui Hieronymi vnum punctum mutatum erat, i.vna vocalis, nam pro Solomon Diuus Hieronymus vertit Salomon, vtrunque rectè & ſanctè, iam noſtra tempeſtate pro puncto. o. quod in principio erat, aut pro puncto.a. punctum.e.legitur,ſe,& pro.n.conſonante vltima legitur aſpiratio,Selomoh, vt mutata etiam ſit conſonans, nam litteræ ſubſtantiales mutari non ſolent, pro Roboam, vt dixi, legunt, Rechabham, varia litterarum prolatione,& punctorum mutatione. Primum omnium chet, ex hac voce elidi ſolet, ſed dices,quid ſi Iudæis non libuit illam litteram ex hac voce elidere? Dicerent ſaltem Rochboã cum ch, vel Rohboam cum aſpiratione, ſed non id agunt, vt ſuas litteras retineant, ſed vt additione, mutatione, detractione punctorum ſcripturam hebræam à noſtra alienent, vt noſtræ ſcripturæ, & ſcripturæ Apoſtolicæ & Euangelicæ minuatur authoritas, quod veteres illi Patres, apud Auguſtinum nos admonent, vt ſupra dictum eſt, ſpecta ſodes hoc loco quod fraudes adhibeat Iudaica natio, primum in hac dictione Roboam, primam ſyllabam mutant in.e. vt pro Ro. dicant Re. chet, quæ eliſa erat, retinent, neque id ſolum, id enim non magnæ fraudi erat ſi dicerent, Rochboam, ſed litteræ chet, addunt punctum.a. quod non habebat, & dicunt, Recha, litteræ.b. detrahunt punctum.o.quod habebat, & nullum aliud addunt, vt ſine puncto ſit, & dicatur, Rechab, litteræ, Hain, quæ ſequitur poſt.b. quæ nullum punctum habebat, addunt punctum.a. vt ſit Rechabham, vide in quam diuerſas facies Iudaicis fallacijs voces Hebrææ alienentur, vt ſcriptura Hebræa prorſus à noſtra diſcrepet, vt noſtræ ſcripturæ minuatur authoritas, atqui harum fraudum indicium facit Ioſephus Iudæus (quando hoc capite hanc litem Iudęo Iudicę diſceptamus) libro nanque de antiquitate. 8. cap. 3. vbi de morte Solomonis agit, & de Roboamo filio eius creato Rege, centies Roboam Græcè appellat cum noſtris litteris Euangelicis.

Defenditur illud Euangelij Achaz genuit Ezechiam à Iudæis.

RVrſus in illo Euangelico Achaz autē genuit Ezechiam, pro Achaz

 profe-

proferũt Ahaz, ꝑ Ezechia Chizchiahu, roges fortaſſe vnde hæc tanta diuerſitas? diximus hanc litteram Chet, interim verti Latinè & Græcè in ch, interim in aſpirationem, aliquando prorſus elidi, vbi Euangeliſtæ vertũt in ch, vt Achaz, Iudæi, vt nobis aduerſentur, vertunt in aſpirationem, vbi contra noſtri in aſpirationem vertunt, illi contendunt vertendum in ch, vt quod nos dicimus Nahum, Iudæi Nachum proferunt, atqui Ioſephus Iudæus de antiquitate lib. 9. cap. 12. &. 13. Achaz transfert ſemper, & de antiquitate lib. 9. cap. 11. ſub finem, vt noſtra ſcriptura Nahum pronunciat Græcè, & Iudæorum dolos dãnat: dices quomodo ex Ezechia Iudęi fecerunt Chizchiahu? fallacijs ſupradictis, chet eſt in principio huius dictionis quæ elidi ſolet, & eliſa erat ex hac dictione, ſi Iudæi retinere vellent, non peccarent magnopere dicerent Chezechias. Sed priorem vocalem mutant in .i. vt non dicant, che, ſed, chi, ſecundam vocalem adimunt, vt non dicant, Cheze, ſed, chiz; reliqua intacta reliquunt, & proferunt, Chizchiahu, poſtremas partes vocum Hebræarum in terminationes nominum Græcè, & Latinè linguæ tranſlatores mutant, & ſic pro Ezechiahu vertunt Ezechias, Ioſephus Iudæus cum eccleſiaſticis Ezechiam pronunciat, & damnat Iudæos lib. 9. de Antiquitate cap. 13. &. 14. & lib. 10. cap. 1. & 3. denique ſic ſemper nominat, quoties eius mentionem facit: ſunt qui ex Diuo Hieronymo in cap. 40. Ezechielis in illa verba. Ecce murus repetant illud, omnia prope verba & nomina Hebraica, quæ in Græca & Latina tranſlatione ſunt poſita, nimia ſunt vetuſtate corrupta, ſcriptorumque vitio deprauata, & dum de inemendatis deſcribuntur, inemendatiora de verbis Hebraicis facta ſunt ſarmatica, imo nullius gentis, dum & hebræa eſſe deſierint, & aliena eſſe nõ cęperint; & illud ex noua manſione tomo. 3. alioquin in Græcis & Latinis codicibus omnia corrupta reperimus, & illud ex Epiſtola Hieronymi ad Marcellam, cuius initium eſt, Quæ acceperis, hæc nos de hebręorum fonte libauimus, non opinionum riuulos perſequentes, neque errorum quibus totus mundus repletus eſt, varietate perterriti. Et illud Apologię Hieronymi ad Pammachium pro libris ſuis aduerſus Iouinianum, vbi mendacium appellat veterem tranſlationem, & Prophetas, ait, Græcè & Latinè ſcatere vitijs, & id genus alia non pauca quę adſcripta margini Diui Hieronymi ab aliquo planum eſt, in contextum ipſum Diui Hieronymi irrepſiſſe, qualia nonnulla ipſe Hieronymus dum viueret in Epiſtola ad Suniam & Fretellam adiecta margini in ipſum contextum ſuorum ſcriptorum irrepſiſſe conqueritur: Nam quęro ego ex quouis prudenti viro, putet ne ſarmaticum aut Geticum, nomen Rechabham, an Roboam? Chizchiahu, an Ezechiam? & vtrum horum mendacium putet Rechabham, an Roboã? vtrum appellet errorem? Ego quæ Iudęus, punctorum mutatione, additione, detractione, permutatione litterarum, quę ſunt innumerabilia, peruertit, ſarmatica, & getica verba dicerem, non hebraica, mendacia appellarem, vt re vera ſunt, Nam noſtra non ſolum litteris Apoſtolicis & Euangelicis, ſed etiam antiquis ſcriptis veterum Iudęorum Philonis, & Ioſephi, Symmachi, Theodotionis, & Aquilæ ſunt conſentanea, nemo poteſt iure noſtra appellare ſarmatica, neque mendacia, neque errores, quæ, qui vel primoribus labris Hebręas litteras attigerit, intelligat hebręę lectioni eſſe conſentanea maximè, quamuis Iudaicis fallacijs ſupradictis videantur diſſentanea, fallacias Iudaicas iure optimo quilibet mendacia nominet, & errores. Eraſmus ex ſtyli tenuitate, & parum exacta doctrina, multa ab inepto lectore intertexta diuinis Hiero-

Hieronymi ſcriptis adnotat, & inde expungenda cenſet... Quanto melius hæc adulterina notaſſet, & expungenda, quæ res ipſa indicat eſſe ſuppoſititia? certè melius hoc adnotaſſet, quam quod adnotat in illa verba.

Defenditur Euangelium à Ioſepho Iudæo.

IEconias genuit Salatiel, ait Eraſmus pro Berſabee, aut pro Bethſabe, ſcribẽdũ fuiſſe Bathſcheba; vnde putas illud dicere Eraſmum, niſi quod Iudæis monitoribus credit ש, ſin, valere pro, ſch, & puncta .. cere, ſiue ∵ cegol, mutant in - pathach, ſiue ּ camez, vt in omnibus nobis aduerſentur, & ſic pro Bethſabe, dicunt Bathſcheba; illorum mendacia, & fraudes redarguunt Lxx viri, & tranſlatio Diui Hieronymi, & Ioſephus Iudæus libro ſeptimo. cap. 11. qui ſemper illam nominat Bethſaben, & non bathſcheba. Parui refert, inquies: fateor, parui refert, niſi adderet Eraſmus ſcriptorum vitio apud nos hæc omnia eſſe corrupta, quæ Iudæorum fraude mutata apparet, Euolue libros Græcè ſcriptos omnes à Iudæis antiquis, euolue litteras Apoſtolicas, & Euangelicas, ſi repereris ש ſin, ſiue habeat punctum in dextro ſiue in ſiniſtro cornu, verſum eſſe in ſch, me dicito mendaciſsimum. Cur igitur tu impio Iudæo & imperito qui ש ſin, dicat valere pro ſch, fidem habeas contra litteras Euangelicas & Apoſtolicas, contra Græca ſcripta veterũ Iudæorum omniũ, & Bethſcheba pronunciandum dicas, pro Bethſabe, aut Berſabee, quas voces litterę noſtræ agnoſcunt, & Iudæorum Græca monimenta. Sed ſi ſingula perſequar, quæ ex hoc Euangelio Iudæi vitiant mutatione punctorum varia Hebraicarum litterarum pronunciatione, hoc caput vix finem inueniet, ſat eſt hæc adnotaſſe, vt hinc cætera colligas, quæ ſunt in hoc Euangelio, atque adeo in litteris Euangelicis, & Apoſtolicis. Illud ex hac tam longa diſputatione maneat contra eos qui clara voce profitentur, Iudæos religioſiſsimè, & diligentiſsimè ſuam ſcripturam ita aſſeruaſſe, vt neque punctum, neq; apex ex ea, neq; vlla litterula potuerit mutari. Reperies mutari fraude Iudaica puncta, litterarum prolationem, litteras ipſas, vt vix eadem ſcriptura eſſe videatur, Nam ex illo Euangelij loco. Iudas autem genuit Phares & Zaram de Tamar, Phares autem genuit Eſron, Eſron autem genuit Aram, Aram autem genuit Aminadab, Aminadab autem genuit Naaſon, Naaſon autem genuit Salmon, Salmon autem genuit Booz de Raab, Booz autem genuit Obed ex Ruth, Obed autem genuit Ieſſe, reperies omnia mutata, nam pro Phares, alij vertunt Perès, alij Perèz, & hoc rectum eſſe aiunt, & caſtigantur litteræ Euangelicæ, ſi Deo placet, & pro Eſron, vertunt, Cheſron, alij Ežron, pro Naaſon, Nachaſon, ea ratione quam ſupra diximus; ח Cheth, litteram ſolere verti in ch, interim in aſpirationem, aliquando elidi ſolere pro arbitrio ſcriptorum; pro Aram, legi videmus Ram, pro Salmon, Salma, pro Booz, Boaz, iam litteras tam frequenter videmus mutatas eſſe Hebraicè, vt nihil potuerit eſſe frequentius: id ex Ioſepho Iudæo facile eſt videre, de Benadad. 3. Regum ſcriptura loquitur cap. 20. & deinceps quoties Ioſephus Iudęus huius Regis Benadad meminit. primum omnium non pro vna voce legit Benadad, ſed pro duabus, nam ben, filius ſignificat, & ita Lxx, & Ioſephus Iudæus vertere pro Benadad, filius Adar, vt Adad, & Adar legatur, & Ioſephus quidem nunc Adar legit, interim Adad, vt lib. 8. cap. 8. & 10. & alijs locis, & non eo loco ſolum, ſed in omni hiſtoria illius Regis tam in ſcriptura ſacra, quam apud Ioſephum libro nono. capit. 2. &

Euangelicæ litteræ defenduntur ex Ioſepho.

& ſequentibus. Raſim hiſtoria ſcribitur Regum.4.cap.16.&.7.cap. Eſaiæ, vbi ſemper dicitur Raſin, apud Ioſephum lib.9.de antiquitate cap.12.& cap.13. Araſis dicitur additiõne vnius litteræ, &.2. Paralip. 18. ſcriptum eſt. Tollite Michęam, & ducite eum ad Amon Principem ciuitatis. Apud Ioſephum de antiquitate lib.8.cap.poſtremo leges. Ducite eum ad Achamonem Principem ciuitatis, vt vna ſyllaba plus ſit, quam in litteris ſacris, ſignificeturque nobis duplex lectio Hebraicę æditionis; eodem capite.18.Paralip.ſecundi, Ramoth, Galaad, ſæpè nominatur: apud Ioſephũ eodem cap. poſtremo lib. 8. & quoties huius vrbis mentio fit. Aramath. dicitur, addita vna littera, & mutato puncto: ſed iam video me abuti lectoris patientia, ſi quis fortè hunc librum legere volet, innumerabilia exempla ſunt apud Ioſephum, quibus apparet, in hebræa lectione litteras mutari, addi, & detrahi, nam Ioſephus Iudæus hiſtoriam texit ex veteri teſtamento, & litteras ſubſtantiales nunquam mutat, & inde apparet quomodo ille hæc nomina legerit hebraicè, & quibus punctis, quibus apicibus ſingula legerit, ſcripſit enim Græcè, & lectio Gręca rationem Orthographię ſeruat religioſiſsimè.

Ex Philone Iudæo noſtra ſcriptura defenditur. Cap. L.

Moyſes defenditur vt in noſtra Vulgata dicitur ex Ioſepho & Philone.

VVlgata Diui Hieronymi quoties Moſis fit mentio Moyſen illum appellat, litteræ verò Apoſtolicæ & Euãgelicæ Moſen ferè nominant Græcè, aliquando Moyſen, vtrunque habet defenſorem Iudæum vnum aliquem, quando hanc cauſam nunc Iudæo Iudice diſceptamus, Ioſephus Iudæos de antiquitate lib.2. Vbi Moſis hiſtoriam ſcribit, & vbicunq; eius mentionẽ facit, Moyſen Græcè nominat cum noſtra Vulgata, & dictum putat à Mo, ſiue Mos, voce AEgyptia quæ ſonat aquas Latinè, & Yſes, voce quoque AEgyptia, quæ ſonat Latinè ſeruatum ex aquis, & nomine ex vtraque voce compoſito ait appellatum Moyſen. Idem ſcribit Philon Iudæus de vita Moſis, & toto illo opere, & vbicunque mentionem huius Prophetæ facit, Moſen ſemper appellat cum litteris Apoſtolicis & Euangelicis, quę aliquando Moyſen nominant, dictum ait Philon de vita Moſis à Mós, voce AEgyptia, id eſt, aqua, vt ille alter qui imperioſe ait: ſcribe Moſech, ſi modeſtius ageret, ageret prudentius, neque emendaret vulgatam, neque litteras Apoſtolicas & Euangelicas quæ etiam Iudæis iudicibus ſunt defenſæ. Certè aiunt, ſcriptura exodi Cap. 2. docet Moſen appellatum à Maſah, quod eſt extrahere, quod ſit extractus ex aqua à filia Pharaonis: Parui refert vtrum ſit è Maſah, Moſes liberans ex aquis, & liberatus ex aquis, vtrunque enim ſignificat illud participium, & Moſes liberatus ex aquis Chriſti Domini Typus erat, qui aqua baptiſmatis nos à peccatis liberat, ſed fieri potuit quod ſacræ litteræ prodant vnde acceperit nomen Moſes, & dicant appellatum Moſen, quod ſit liberatus ex aquis, etymologiam non prodant, & ſit illa etymologia quam ſcribit Ioſephus, vel dictus ſit à Mos, id eſt, aqua, & Iaſa ſeruo, Moyſes ſeruatus ex aqua, vel ſeruans per aquam. Illud certè liquet, hunc prophetam temporibus Apoſtolorum Moyſen appellatum, vt eum nominat noſtra Vulgata Iudice Ioſepho Iudæo, & nominatum quoque Moſen, vt eum nominant litteræ Apoſtolicæ & Euangelicæ Græcè, Philone Iudice Iudæo, ne quiſquam nos imperioſè caſtigandos putet.

Moyſes vnde dictus: & vnde ita appellatum.

(?)

Defenduntur Matthæus, & Lucas, & Paulus, & Petrus qui Noe nominant ex Philone Iudæo.

NOe quoq; exépli gratia, Noach dicendum putant, cum D. Matthæus cap. 24. Noe appellarit. Sicut in diebus Noe, inquiens; Et Lucas cap. 17. Sicut factum eſt in diebus Noe, & ſic nominatus ſit ad Hebręos. 10. & prima Petri cap. 3. & 2. Petri cap. 2. & caſtigantur, ſi Deo placet, Apoſtoli & Euangeliſtæ. Scribe, aiunt, Noach. Et locis his omnibus Apoſtolicis & Euangelicis Noe Typus Chriſti ſignificatur, vt omnes veteres Patres docent, & vt Propheticè dixit Geneſeos cap. 5. in fine. Eius pater Lamech, vt interpretatur Origenes Homelia. 2. in Geneſeos cap. 6. vbi neſcio quis adſcripſit margini, recedit à littera, quaſi verò authore D. Hieronymo in interpretanda ſcriptura nó dicatur Origenes poſt Apoſtolos Eccleſiarum Magiſter. Sed videamus litteram, vt videamus quomodo Origenes recedat à littera. Hic, inquit, conſolabitur nos, vel requieſcere faciet nos, vt vertere Lxx erat enim vt hę duæ tranſlationes indicant, duplex hebræa lectio. Nacham conſolabitur, & Nacha requieſcere faciet. Vtraque tranſlatio eodem ſpectat: Hic ergo, inquit, conſolabitur nos ab operibus & laboribus manuum noſtrarum, & à terra cui maledixit Dominus. Quæro quomodo Origenes recedat à littera? quod neget Origenes hęc conuenire poſſe Noe, imo quod argumentatur ex littera Origenes, quod hæc ad Noe referri non poſsint, qui Typus erat Chriſti, ſed ad ipſam veritatem, ad ipſum Chriſtum cuius typus erat Noe, iuxta canonem ſcripturæ, quo monemur, cum littera non congruit typo, ad veritatem eſſe recurrendum, quod facit in præſentia Origénes, & ideo à quibuſdam dicitur recedere à littera. Ait ergo Origenes non conuenire hoc quod dicit Lamech pater Noe filio eius Noe, cum temporibus Noe magis in homines ſæuierit Dominus. Quomodo ergo Noe conſolatus eſt, aut requieſcere fecit homines, cùm Dominus eos deleuerit Diluuio, & ſæuierit in eos, vt cum maxime? In Chriſtum hæc conueniũt, inquit, qui requieſcere fecit homines, & qui conſolatus eſt homines à laboribus & triſtitijs, à peccatis, iuxta illud. Ecce Agnus Dei qui tollit peccatum Mundi, & iuxta illa. Factus pro nobis maledictum, vt nos à maledicto redimeret, & venite ad me qui laboratis, egò reficiam vos: Sed Iudaicũ ſenſum parum attende, putant Iudæi ſignificare, hic requieſcere faciet nos à laboribus, agriculturæ, ſcilicet, colet agros pro nobis, & nos quieſcemus, & hoc futurum erat longo poſt tempore cùm adoleuiſſet ætas, & hoc commune erat omnibus agricolarum filijs, ſed pauperes Iudaicos ſenſus miſſos faciamus. Noe ergo dictus eſt à Nacha, vel Nacham, Noach, requies, ſed, Cheth, vt dictum eſt eliditur, & ita dictus eſt Noe eliſa littera, Cheth, cum tranſit ad Græcos & Latinos, & ita appellatus eſt à Philone, vbi dictus eſt principium ſecũdæ generationis, vt Chriſtus, cuius typus erat, dictus eſt à Prophetis principium nouæ generationis; Et libro de Peregrinatione. Noe, inquit, primus iuſtus in ſacris litteris eſt prædicatus. Sed Philon Iudæus ſemper Noe illum appellat cum litteris Apoſtolicis & Euangelicis eliſa littera, Cheth, Ioſephus Iudæus Nochũ nominat.

Defenduntur ex noſtris qui Iſrael dictum ab, is, i, à viro, ra, vidente, el, Deum, affirmant ex Philone Iudæo.

QVidam ex noſtris omnium veterũ Patrum ſententiam damnãt qui Iſrael aiunt dictum ab, is, i, à viro, ra, qui videt, el, Deum, & magno ſe authore tuẽtur D. Hieron. ſcilicet, in quęſtionibus hebraicis in Geneſim; Et miror ego Eraſmum & alios quęſtiones Hebraicas in libros Paralipomenon & ſequentes in

dubium vocare verum ſint D. Hieronymi, & tacere de quæſtionibus in Geneſin. Sed nunc non id agitur; certè hoc oſtendemus non eſſe ſcriptum à D. Hieronymo, aut non ex eius ſententia ſcriptum eſſe, vt ipſe admonet, ſe ſæpè ſcribere non ſua, ſed citra diſtinctionem, aliorum referre ſententias, qua de re ſatis ſuperque ſupra dictum eſt. Omnes ſacros ſcriptores ſimul damnari quis ferat? Cum à D. Paulo didicerimus Spiritum ſanctum dediſſe quoſdam Apoſtolos, alios Prophetas, quoſdam doctores; datos doctores ſacros ab Spiritu ſancto, omnes errare quiſquam dicere audeat? Vnum aut alterum errare dices fortaſſe, omnes, aut ferè omnes, nemo vnquam Catholicus dixit. Æquum eſt ſanctos Patres defendi vel D. Hieronymum potius æquum eſt tanta calumnia liberari qui dicitur damnare omnes ſacros doctores, qui nunquam à conſenſu ſanctorum diſceſsit. Primum igitur pro D. Hieronymo cauſam dicamus, & oſtendamus hunc diuum idem ſenſiſſe quod veteres Patres omnes: Iſrael idem ſignificare quod homo videns Deum, docet Hieronymus in primũ caput Eſaiæ in illud. Cognouit bos poſſeſſorẽ ſuum. Iſrael, inquit. i. mens eſt videns Deum, & in cap. 31. Hieremiç in principio, Iſte igitur Iſrael eſt, qui mente cernit Deum, & vt ſcias vnam dictionem habere multas Etymologias, eodem loco addit, ſiue qui rectiſsimus eſt Domini, à Iaſar, dirigere & rectum eſſe, & in. 4. cap. Amos. Miſi in vos mortem propterea Iſrael, inquit, videritis Deum ſortitus eſt nomen, & in cap. 8. Oſeæ in illud. Ipſi regnauerunt, Nos, inquit, qui vocamur Iſrael cernentes Deum. Et in cap. vltimum Ioel in illud. Dominus de Sion rugiet, Iſrael, inquit, mens cernens Deum, vel quem rectiſsimum Dei dicere poſſumus, adnotat enim aliam Etymologiam quam diximus; & in cap. 5. Michææ. Nos ſumus Iſrael qui mente cernimus Deum; & in cap. 2. Naum in illud. Contemplare viã,

Iſrael. i. is vir videns Deum.

Sicut ergo Iſrael ſenſus vel vir videns Deum; In illud Sophoniç. Audiui opprobrium Moab, Iſrael, inquit, hóc eſt, populi videntis Deum. Sed innumera ſunt hæc vbi D. Hieronymus interpretatur Iſrael, i, vir videns Deum: Ne quiſquam D. Hiero. arguat, quod conſenſui ſanctorum aduerſetur, & ne Hieronymum ex aliorum ſententia videamur refellere. Hæc ergo citaui, vt Hieronymus ſemper videatur docere quod eſt rectiſsimum, & res notiſsima eſt conſenſum ſanctorum hunc eſſe, vt Iſrael idem valeat, quod vir videns Deum. Sed hãc ſententiam defendamus, Iudice Philone Iudæo; Philon Iudęus de Exulibus in fine operis, Iſrael, inquit, Græcè ſonat videns Deum; & in libro quem inſcripſit de eó qui diuinarum rerum hæres eſt; Non ſolum, inquit, Iſrael videns eſt dictus, ſed videns Deum; & in libro de Certaminibus & Coronis. Chaldaicè, inquit, Iſrael dicitur Græcè, videns Deum, Frequẽter enim Philon Hebræam linguam, Chaldæam nominat, vt etiam de virtutibus ad Gaium. Chaldaicè, inquit, hic populus Iſrael dicitur, i, videns Deum: & in fine libri. Hoc nomen Iſrael, inquit, viſionem Dei ſignificat; Denique hæc vox nunquam aliter redditur à Philone. Itaque Philon Iudæus pro noſtris doctoribus ſanctis, qui Iſrael videntem Deum interpretantur, pronunciat, Iudæos dãnat; quod autem aiunt, Iſrael non poſſe ſignificare videntem Deum ab, is, i, vir, Raa, videns, el, Deum, quod, is, ſcribi deberet cum Aleph, &, iod, pertenue argumentum mihi videtur, Nam, is, i, vir ſcribitur cum Aleph, &, iod, & ab eo depta mulier, quæ, quod à viro ſit deſumſumpta, virago eſt dicta ab, is, i, Iſa, virgo, non ſcribitur cum, Iod, quanuis, is, i, vir, vnde deflexa vox, Iſa, eſt cum, iod, Et leges in dictione, is, cum, Aleph, hanc vocem, is, ſcribi aliquando ſine, Iod, vt, Iſa, virgo, & Iſrael, & adnotant ſancti Patres, atque adeo Iudęi, quando vna vox plura ſignificet quæ ad eãdem

rem ſpectent, omnia illa Spiritum ſan-
ctum dicere voluiſſe, Nam ſi intellectus
humanus omnes illas ſignificationes aſ-
ſequi potuit, Intellectus Dei infinitus,
cum illa diceret, omnes illas ſignificatio
nes melius vidit & comprehendit, & ve
teres Patres intellexerunt Iſrael ſignifi-
care populum præualentem cum Deo,
Martyres, ſcilicet, & fideles qui præua-
luere cum Deo aduerſus perſequentes;
& intellexere ſignificare etiam præualē-
tem aduerſum Deum, populum, ſcilicet,
Iudæorum, cui Christus permiſit, vt præ-
ualeret aduerſum ſe cùm eum Cruce af-
fecit. Hæc eſt hora veſtra, inquiens, &
poteſtas tenebrarum, & intellectū eſt,
Iſrael ſignificare Populum qui principa
tus eſt aduerſum Dominum, cum ſede-
re Principes Anas primus & Cayphas,
poſtea vt iudicarent Dominum, & Do-
minus ad eos eſt adductus & iudicatus,
& etiam eſt intellectum, Iſrael ſignifica-
re videntem Deum. Sunt enim voces
ſcripturæ ſenſibus fœcundæ, qui tamen
omnes ad Chriſtum referuntur. Neque
video cur Ioſephus damnetur, quod di-
xerit Iſraelem dictum, quod ſteterit con
tra Angelū; reddidit enim ſenſum quod
frequentiſsimè facit D. Hieronymus, &
Symmachus, & Theodotio. Sed de hac
voce Iſrael in Oſeam Prophetam plura
dicimus, Neque quiſquam exiſtimet me
ignorare fabulas Iudaicas quas commi-
niſcuntur, ne refelli videantur illo loco
Geneſeos, quod fœmina virago eſt di-
cta à viro, vnde ſumpta eſt, Iſa. ſ. ſine, iod,
i. fœmina, vel mulier, vel virago, ab, is, i, à
viro, cum, iod, ſed nihil aliud, mea ſenten
tia, aduerſum Iudæos, maius argumen-
tum eſt, quam quod nihil aliud quā falla
cias nectunt, dolos moliuntur, fraudes
verſant.

Defenditur à Philone illa Antiphona O oriens ſplendor lucis æternæ Sol iuſtitiæ Deus.

ILla Antiphona aduentus. O oriens
ſplendor lucis æternæ ſol iuſtitiæ ve-
ni. Et illa. Orietur ſicut ſol ſaluator mun
di, hebraicè nunquam reperiūtur, quod
quidem ſciam, ſed vbicunque Lxx red-
dunt Orientem Hebraicè reperitur Se-
mach, ideſt, germen, quod etiam Dei eſt
nomen, & ſignificat granum illud fru-
menti quod in terram cadens mortuum
fuit, & innumerabiles toto orbe terra-
rum germinauit ſpicas, ideſt, Eccleſias.
Nomen ergo, Semach, Chriſti eſt. Sed
cur amittamus Chriſti nomen, quod di-
citur oriens, quo eius diuinitas declara-
tur? Deus enim etiam à Philoſophis ſol
intelligibilis dicitur: Et in Apocalypſi
Cœleſti Hieruſalem Chriſtus ſol eſt, qui
illam illuſtret. Hoc ita interpretatur Eu-
ſebius lib. 7. Demonſtrationis Euangeli-
cæ, demonſtratione penultima, & lib. 6.
demonſtratione etiam penultima, Pro,
Samach, ideſt, germen, ſcriptum fuiſſe
olim, Zarach, ideſt, oriens, teſtantur Lxx
viri ſua tranſlatione, & teſtatur Eccleſia
ſancta, quæ à ſuis initijs ad noſtra vſque
tempora illud concinit. O oriens ſplen-
dor lucis æternæ, &c. Et Philon Iudæus
eandem lectionem agnoſcit in libro de
confuſione linguarum, vbi illud Zacha
riæ citat. Ecce homo cui nomē eſt oriēs,
& pro ſole ſplēdidiſsimo interpretatur.
Agnoſcit ergo noſtram lectionem Phi-
lon Iudæus, Iudaicos verò ſequitur ſen-
ſus. Sed de hoc loco lib. 3. dicendum eſt
latius. Matth. 4. citat Dominus ex cap. 6.
Deuteronomij, illud Dominum Deum
tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies, neque
cap. 6. Deuteronomij, neque cap. 10. legi
tur: Dominum Deum tuum adorabis;
neque in tranſlatione Lxx, ſed Dominū
Deum tuum timebis; neque apud Philo
nem Iudæum, vbi hic locus citatur in li-
bro de Peregrinatione. Atqui Dominus
qui hunc locum citauit, nouerat ſcriptu
ram quam ipſe dictarat: ſed conqueſtus
ſum, & ſæpè conquerar neceſſe eſt, Iu-
dæos non ſolum ſcripturam Hebræam
vitiaſſe, ſed etiam vitiaſſe per noſtros
quoſdam tranſlationem Lxx vbicūque
exceſſet, ſiue per ſe, ſiue in ſanctorum li-
bris,

bris,aut in Philone. Ego Domino meo credo,qui ita hunc locum citat; Dominum Deum tuum adorabis; quod autem ſequitur: illi ſoli ſeruies: Hebraicè aiunt tantum eſſe illi,ſeruies; Philôn de Peregrinatione vbi hunc locum citat; illi ſoli ſeruies,legit. Eodem cap. 4. Matthæi: Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei:Hebraicè non eſt dictio illa, verbo; ſed,in omni quod procedit de ore Dei. Philon Iudæus in allegorijs,in omni verbo,legit,& de concurſu in præludia diſciplinarum in fine, ita húc locum legit, vt à Domino citatur. Matthæi cap.19. & Marci capit. 10. D. Pauli cap. 5. ad Epheſios,& ad Corinthios cap.6. citant illud.Erunt duo in carne vna: negant hebraicè eſſe vocem illam,duo, ſic citat tamen Philon in opere de Gigantibus, vt noſtri Apoſtoli & Euangeliſtæ citarūt. Erant duo in carne vna.Citatur ab Apoſtolo Paulo hic locus ex cap. 3. Prouerbiorum.Flagellat omnem filium quem recipit:Ita illum citat Philon,Melchiſedech Iudæi pro duabus vocibus accipiunt, & nos docent ita legere, virgula inter,Melchi,& Sedech, interiecta, ſic Melchi-Sedech,&ad Dauidem referūt. Philon,Melchiſedech,legit,& ſacerdotē Domini fuiſſe fatetur nobiſcum; de concurſu in præludia diſciplinarum. Iam idem Philon, vt ſupra fuſè ſatis dictum eſt,Iacob cum 75. animabus Ægyptum intraſſe cum D.Luca confitetur.Cherubin Iudæi interpretantur,pictos,aut figuratos,aut,picturas,Philon de vita Moſis cum D.Hieronymo & Auguſtino, & noſtris omnibus interpretatur cognitionem; & ſcientię multitudinem. Sed ſat ſit hæc dixiſſe ex Philone Iudæo, quibus appareat Philonem Iudæum noſtris rebus fuiſſe aſtipulatum,damnaſſe ſemper Iudæos quoties locos ſcripturæ citat, quos citant Apoſtoli & Euangeliſtæ, & quos citant ſancti Patres, vt eandem, inquam,agnoſcat lectionem,eandem Etymologiam,non interpretationem, Etat

Defenduntur Apoſtoli & Euangeliſtæ à Philone Iudæo.

Defenduntur Euangeliſtæ à Philone Iudæo tota hac pagina.

anni

enim Iudæus,& Iudaicos ſequitur ſenſus. Vtinam idem facerent quidam, vt intactam nobis Eccleſiaſticam lectionem relinquerent.

De Aquila, Symmacho, Theodotione, & alijs Iudæis tranſlatoribus, quod in hac re noſtris faueant, & eos qui Iudæos ſequuntur damnent. Cap. LI.

SI nacti eſſemus Aquilæ,Symmachi, & Theodotionis trāſlationes,aliaſque Iudaicas interpretationes, multum eramus negotij Iudęis exhibituri, etiam ex Iudaicis interpretationibus, ex quibus fallacias Iudaicas vel digito commōſtrare fuiſſet quam facillimum, Iudæos enim ſi Iudęorum teſtimonijs refelleremus, nihil haberent quo confugerent. Nunc,quando Iudaicis tranſlationibus ſumus deſtituti ex commentarijs Diui Hieronymi quæ ille Diuus adnotat repetenda erunt, non ea quidem quæ ſupra adnotauimus ex D. Hieronymo de lectione hebræa quæ ſine punctis ſcripta erat olim,& de varietate punctorū quę lectioni hebręæ,Aquila,Symmachus,& Theodotio addidere varia,vt varias efficerent interpretationes, &, ſententias varias, neque dicemus ea quæ de varietate lectionis hebrææ diximus ex Diuo Hieronymo,quæ ipſe Diuus in ſuis Cōmentarijs adnotat ex eiſdem Aquila, Symmacho,& Theodotione quæ à nobis ſupra ſunt ſcripta fuſè ſatis contra quoſdam qui lectionem hebręam ſimpliciſsimam,& caſtigatiſsimam eſſe teſtantur,ita vt neque apex, nec litterula, neque punctum caſtigari poſsint exceptis his quę Iudaica præfert Maſſoreth, & volunt noſtra paſsim vitio librariorū eſſe corrupta,caſtigandaque ad hebraicæ lectionis normam, & præſcriptum, vt lectionis Apoſtolicę & Euangelicæ, quod Deus auertet, Iudæus arbiter & vindex ſit,quod ne fiat, Iudæi tranſlatores Aquila, Symmachus, Theodotio,

alijq;

aliſq; ; locis his ſupràcitatis à D. Hiero. arguunt, quos inde petet qui volet vt Iudæos & Iudaizantes Iudęis iudicibus refutemus, qui etiam hoc loco erant refutandi. Ex loco Amos Prophetæ cap. 5. quem citat Lucas Actorũ. 7. lectionem Euangelicam à noſtris quibuſdam oppugnatam defenſam ab Aquila, Symmacho, & Theodotione, vt appareret Euangelicam lectionem à Iudęis tranſlatoribus defendi, à noſtris quibuſdam oppugnari, ſed peruertendus ordo non eſt. Quarto huius operis libro, vbi de locis Apoſtolicis & Euangelicis diſputãdum eſt, hoc agemus, illinc petet qui volet, vbi apparebit inquam lectionem Apoſtolicam & Euangelicam oppugnari à noſtris quibuſdam; defendi verò à Iudæis tranſlatoribus, quo nihil mihi indignius eſſe videtur.

Quod Iudæi & noſtri aduerſarij lectionem Apoſtolicam & Euangelicam, & noſtram vulgatam D. Hieronymi, ex vocum hebræarum ſignificatione acerrimè oppugnaut eos ex Aquila, Symmacho, & Theodotione refellamus. Cap. LII.

QVod Iudæi & eorum aſſeclæ ex vocum hebræarum ſignificatione iam inde à principio Chriſtianæ R. P. noſtra acerrimè oppugnant, quod ipſi hebraica lexica cõponunt ad ſuæ infidelitatis ſcopũ, & vocibus hebręis ſignificationes accõmodant ſuæ cauſę Iudaicę quæ cõgruant, detrahũt quæ noſtræ cauſæ congruant, id ex Aquila, Symmacho, Theodotione cõmonſtremus, vt cũ in paucis eos agere inſidioſè, aut imperitè oſtenderimus, hinc reliquorũ quę ſequẽtibus libris ſumus diſceptaturi facilis ſit cõiectura D. Hiero. in tertiũ caput Eſaiæ in illa verba. Effœminati dominabũtur, verbũ Hebręũ תַּעֲלִילִים ait iuxta Aquilã ſignificare etiã ἐναλλάκτας eos qui ſe mutant, & turpitudinis exercent vices, quã ſignificationem non reperies in hebręis Onomaſticis, ne omnia damnes quæ in Onomaſticis hebræis non repereris; & in illud cap. 5. Eſaię. Expectaui vt faceret vuas בְּאֻשִׁים inquit, Symmachũ fuiſſe interpretatũ, imperfectos fructus, quod inter alia vox hebręá hos quoque ſignificet: Conſule Hebræa lexica, hanc ſignificationẽ huius vocis non te docebũt, & idem Hiero. in illud cap. 7. Eſaię. Audite ergo domus Dauid, ait verbum hebræũ חַלְאוֹת alios interpretari laborẽ & moleſtiam, Aquilam certamen ac luctam; poſteriorem ſignificationem Hebræa lexica tacent. Et in fine cá. 10. פֻּאָרָה multa ſignificare ait ex Aquila, Symmacho, & Theodotione quæ reticent Hebræa lexica. Et in illud cap. 13. Eſaiæ. Quoniam ſtellæ: Alios, inquit, hanc vocẽ hebræam כְּסִילֵי oriona interpretari, alios, arcturũ: Symmachum, ſtellas; Theodotionem, veſperam, alios, ſplendorem, quæ eadem repetit in cap. 5. Amos, in illud. Qui conuertitis in abſynthiũ iudicium, de quibus in hebræis lexicis altum ſilẽtium. I nunc & damna tanquam male tranſlata quæcunque ex noſtra vulgata nõ cõſentiant cum ſignificatione earum Hebræarum vocum quæ reperiuntur in lexicis Hebræis quando vides Iudæos antiquiſsimos & doctiſsimos multas docere Hebræarum vocum ſignificationes, quas in lexicis Hebræis non reperies. Idem Hiero. in principium cap. 18. Eſaiæ docet ex Symmacho, & Theodotione, & alijs multos habere intellectus hanc vocem Hebræam צִלְצַל quos omnes ſi in lexicis Hebræis reperire labores, fruſtra operã ſumes. Et in illud ca. 14. Eſaiæ. Omnes reges gentium; hanc vocem Hebræam נֵצֶר ait ab Aquila reddi, ſaniem, à Symmacho, abortiuum, quæ Hebræa Onomaſtica non præferunt, quod Rabini qui extant, quique authores fuere Hebræorum Onomaſticorum, imperiti fuerint, illiterati, doctrinę rudes, pelliones, ſutores, quorum antiquiſsimus non excelſit quingenteſimum annum D.

Hiero-

Hieronymus in illud Eſaię cap. 38. ſicut pullus Hirundinis, docet quid interſit inter סִים & סוּם & q̄d ſonet latinè עָגוּר ex Symmacho, Theodotione, & Aquila te rogo erraſſe putes Iudæos doctiſsimos & antiquiſsimos Symmachum, Theodotionem, & Aquilam quod illa doceant, quę non docent Hebręa lexica? an eos authores imperitos dices qui compoſuere lexica Hebręa, quod illa nō ſint aſſequuti quæ viri doctiſsimi tradant? quid minus ergo imperitos dicas Rabinos qui nō ſint aſſequuti quę Lxx viri Iudæi ſuæ tempeſtatis doctiſsimi cū Iudæa litteris & religione florebat, nobis tradiderunt? Idem Hieronymus in caput Hieremię. 32. in illud. Erant enim filij Iuda, docet ex Theodotione, Aquila, & Symmacho quod vox Hebræa אך ſignificet. Adito lexica Hebręa, & diſpice nū omnia illa doceant, fruſtra adieris. Et in illud cap. 3. Ezechielis. Manus enim Domini ait vocem Hebræam משמים Aquilam reddidiſſe, quieſcentem, quod Hebraicis lexicis nunquam probabis. Et in cap. 4. eiuſdem Ezechielis in illud. Et tu ſume tibi frumētum כֻּסְּמִים vocis Hebræę D. Hieronymus recenſet varias ſignificationes, & ex Aquila, Theodotione, & Symmacho, quas reperies quidem in Hebraicis lexicis non omnes tamen. Idem Diuus in illud cap. 33. Eſaiæ. Ecce videntes, eralam, vocem Hebræam Symmachum, & Theodotionem interpretatos ait. Apparebo eis. Hebręos pro Angelis accepiſſe: hæc cum lexicis Hebręis non congruunt. Et in illud cap. 13. Zachariæ. Framea ſuſcitare, ait D. Hiero. verbum hebræum illud. Hamit, Aquilā tranſtuliſſe contribulem, Symmachum, virum populi mei, Theodotionem, virū proximū, quære hæc in lexicis hebræis, non reperies Et in illud ca. 3. Abachuch. Egreſſus in ſalutem, verbum hebræum, hiſi. Aquilam ait vertiſſe, ſalutem, quintam ęditionem, Ieſu, non extorquebis hoc vllis cruciamentis à Iudæis, vt vertant, Ieſum, quanuis Lxx & litteræ Euangelicæ reddant, ſalutare, quod nomē eſt Chriſti. Videbit omnis caro ſalutare Dei. Et quia viderunt oculi mei ſalutare tuum: & quanuis doceant D. Hierony. & Euſebius, & Procopius quoties in ſacris litteris ſalutare reperitur, Hebraicè eſſe, Ieſum. Pauliſper hic conſiſtamus. Si Hieronymus in ſua vulgata texenda ſequutus eſt Symmachum, Theodotionē, & Aquilam, & doctiſsimos Iudæos, vt ipſe Diuus profitetur, conſuluit in vertenda ſcriptura, fieri non potuit quin ſi Iudæi noſtræ tempeſtatis non tam bene ſciant Hebraicè, quam illi antiquiſsimi Iudęi, & doctiſsimi damnent ea quæ ignorent, & vulgatam lectionem quæ ad illorum exemplum expreſſa eſt, reijciāt, quoties illarum vocum Hebræarum, quod imperiti ſunt, & rudes hebręę linguæ, ſignificationes illas non aſſequuntur, & lapſum D. Hieronymum putent, qui viros illos doctiſsimos in vertenda ſcriptura habebat duces in plæriſq;: Certè nemo tā expers ingenij eſt, qui Symmachum, & Theodotionem, & Aquilā caſtigandos, & emendandos putet, ad præſcriptum Rabinorum recētium, qui non exceſſere quadringentos, aut quingentos, ad ſummum annos.

Præfatio in Rabinorū teſtimonia quæ nobis inuiti noſtræ veritatis impertiunt. Cap. LIII.

CVm Rabinorum teſtimonia quæ nobis inuiti noſtræ veritatis impertiunt cōferrem cum doctiſsimo eodemq; religioſiſsimo viro Domno Frāciſco Sanctio ingenuarum Artium, & Sacroſanctę Theologiæ Magiſtro eminentiſsimo Epiſcopo Segorbienſi: Illud tibi obijci ſolet, inquit, quod vt imperitus hebręæ linguę non cites Rabinos ex ipſis Rabinorum ſcriptis, ſed Rabinorū teſtimonia petas ex teſtimonijs citatis in lexicis & hebræis Onomaſticis. Bene eſt, inquam, quod mei aduerſarij omnē lapidem mouent, neque quidquam pro

mouent;

mouent; ſat ſcio vellent illi hæc in medijs tenebris agi, & nocte media, vt nemo videre poſſet vbi veritas eſſet, vbi fallaciæ & fraudes, ſi citem Rabinos. Cachinnos tollent, negabunt quidquam tale apud Rabinos ſuos eſſe ſcriptum, & tuto negabunt, occulta nanque eſt, & impervia meis Chriſtianis Rabinorum ſcriptio etiam ſi palàm mentirentur, redargui tamen nullo modo poſſent, & legerã ego olim apud Rhetoras & Oratores Poetis quidem permitti, vt occultis occulta demonſtrent, Oratoribus nõ item, eſſent enim ridiculi ſi occultis occulta declarare contenderẽt, neq; enim incertis incerta declarantur, ait Fabius, Quomodo non eſſem ridiculus ſi rem controuerſam de adhibitis in Hebræa lectione, Iudaicis fraudibus re occulta niterer probare? Rabinica lectione, ſcilicet, quam noſtrorum hominum nemo legeret, intelligeret nemo, vbi Iudæi arbitratu ſuo ludere poſſent & multũ ridere apud omnes, & plauſibiliter quidẽ, Vbi ex noſtris quoſdam haberent fautores. Didici ego ex Quintiliano vtendũ eſſe exemplis quæ ſunt diſcentibus magis familiaria, nemo eſt, qui ſi primoribus labris hebræas litteras attigerit, non poſsit hebræa lexica & Onomaſtica legere, & oculis cernere quæ citem Rabinorum teſtimonia, vera ne citem an falſa, ita vt Iudæo non proſit inficiari quæ dicam, ſeu ſibi credat lector, & ſuis oculis. Facetes, dicebat vir doctiſsimus, apud doctos hebrææ linguæ tibi magnum nomen, vulgatum eſt illud inquam apud ſcriptores ſacros huiuſmodi genus hominum ſolere laudibus in cœlum ferre eos qui eiuſdem factionis ſunt, eos vero, qui contra ſentiunt ſtultos appellare, fatuos, indoctos, animalia bruta, nihil moror ergo illorum laudes, ſtultus propter Chriſtum ab illis appellari volo cum Chryſoſtomo, cum Auguſtino, cũ alijs ſanctis Patribus, humanas laudes flocci facio, huic rei tãtũ inſeruire volo, & fraudum Iudaicarũ faciam iudicium, & noſtram veritatem in lucẽ proferã, lexica ergo hebræa, vbi Rabinorũ teſtimonia citantur, omnibus propono, quæ in plæriſque peruia omnibus eſſe poſſunt, qui vel Hebraicum Alphabetum nouerint, inde etiam diſcent noſtram veritatẽ & Iudaicas fallacias; Et certè ſi hac re tantũ noſtra probatio niteretur, non tã mihi cornea fibra eſt, vt non me puderet tantopere humi repere & Dei cauſam ſuſcẽpiſſe tam meis humeris imparẽ, ſed Deũ ſpero ea me præſtitiſſe in Dei cauſa defendenda quantum ſpectat ad humanas vires, quæ vir non leuiter doctus poſſet præſtare, de cætero; Aperi, inquit Dominus, os tuũ, & ego implebo illud: & Plato mutuatus ex ſacris litteris: Fac quod in te eſt, reliqua Deus adijciet.

Oſtenditur Rabinos arbitratu ſuo hebræam ſcripturã mutare vt appareat ſi illis liceat mutare hebræam lectionem, multo magis nobis licere debere lectionem hebræam mutatam in integrum reſtituere. Cap. LIIII.

IN ipſo huius partis veſtibulo illud teſtimonijs Rabinorũ volui oſtendere Rabinos ipſos hebræam lectionem pro arbitrio ſolitos mutare, vt ſi ſemel hoc cœperit eſſe pro certo, illud liqueat, ius eſſe æquum & bonum vt nobis liceat, quod mutarit Iudæus ſuo arbitratu, id ex tranſlatione LXX & ex lectione Apoſtolica & Euangelica, & ex noſtra vulgata, mutatione vnius duarumve litterarũ, & alijs modis in integrũ reſtituere.

R. Dauid. R. Menachem. R. Iendah. R. Ionah. R. Ioſeph. Cap. LV.

DE loco libri. 2. Reg. ca. 7. Cũ veniſſet vniuerſa multitudo cibũ capere cũ Dauid, quẽ Rabini ſic legũt, & venit omnis populus vt edere facerẽt Dauid panẽ, hanc Iudæorũ tranſlationẽ ſequũtur noſtri quidã tranſlatores vulgata relicta, diſceptant Rabini, vt leges in The-

Theſauro Pagnini in dictione כרה aiũt enim. R. Menachem, & R. Ieoudah, verbum hebręum, leicroth, ſcribi quidem cum. c. ſed legi debere cum. b. leibroth. Ergo vnam litteram mutant de ſuo. c. in b. quanquam accedit. R. Dauid, & ſic legiſſe ſe dicat in codicibus hebręis caſtigatioribus, leibroth, non, leicroth, Idem ſcribit. R. Ionah ſe ſcriptum inueniſſe, leibroth, non, leicroth, & ſatis firma probatio apud Iudęos eſt quod Rabini dicant, ſeu fingãt, ita ſe legiſſe in codicibus caſtigatioribus, & non eſt apud quoſdã ex noſtris ſatis firma probatio quod ſit vera lectio quod eam citet Dominus. At R. Ioſeph ait, leicroth, eſſe laute & opipare edere quod lugenti Dauid non conueniret, quanuis ita pręferat vulgata hebręa lectio, legendumque potius, leibroth. Ergo Rabini mutãt lectionem hebręam ex arte Grãmatica, quod differentia vocum hebræarum violari videbatur, habroth, parcè edere, hacroth, laute edere, nos, vt differentia vocum latinarũ ſeruaretur, vel tenuiſsimi Poetæ mutare vocem non auderemus, addunt alij ſic caſtigari hunc locum ex codicibus caſtigatioribus in illo verſiculo Pſal. 17. Poſuit immaculatã viam meã cum hebraicè ſic ſit, tam in Pſalmis, quã. 2. Reg. cap. 22. vbi eſt ſcriptus hic Pſalmus hebraicè verbis eiſdẽ, quibus in libro Pſalmorũ, & cũ ſic trãſtulerint Lxx. Et cum hãc lectionẽ agnouerit D. Hiero. Aquila, Symmachus, & Theodotio quos ſemper conſulebat hic Diuus; Docet tamen R. Dauid, fuiſſe mutatã perſonã ſua tempeſtate, & pro, viam meam, ſcriptũ eſſe, viam eius. Rurſum in illo Pſal. 58. Miſericordia eius pręueniet me, audet idẽ. R. Dauid, vt leges in Theſauro in dictione קדם dicere ſcribi hunc verſum in tertia perſona, & legendum eſſe in prima, & rationem addere, vt congruat ſententię Rabinorum, nos, relicta noſtra vulgata ſequimur. R. Dauid. Et Oſeæ. 13. in illo. Perditio tua Iſrael tantummodo in me auxilium tuum, pro, perditio tua, hebraicè eſt, ſicheth, quam dictionem noſtra vulgata nomen fecit, hebręi faciunt verbum tertię perſonę. R. Solomoh, mutat in verbum ſecundę. Eſaię cap. 35. pro lætabitur, quod eſt in principio capitis hebraicè eſt duplex lectio, Ieſuſum, cum, m, &, Ieſuſun, cum, n, Ieſuſum cum, m, ſignificat, lætabitur in eis. Apoſtolis, ſcilicet, de quibus capite ſuperiore egerat, vt diximus in Commentarijs in hunc locum, & Ieſuſun cum, n, lætabitur tantum ſignificat, non controuerſor de veritate lectionis, eſt enim duplex lectio, etiam in Commentarijs in hunc locum ſcripſi quid de hac re ſentirem: illud dico. R. Dauid, &. R. Abraham audacter negare poſſe legi, Ieſuſum cum, m, quod eorum Iudaicæ ſententiæ non congrueret, nam quæ ratio eſt, inquiunt, vt dicatur, Lætabitur in eis, vel cum eis? ſi ad Chriſtum Dominum conuerſi fuiſſent, & intellexiſſent prædictum fuiſſe capite ſuperiore de Apoſtolorum prædicatione, non quæſijſſent quæ ratio eſſet vt Iordanis ripæ lætatæ eſſent cum Apoſtolis. Sed nunc non id agimus, hoc oſtendere volo, Rabinos ſolo ſuo iudicio ad ſcopum Iudaicæ ſententiæ hebręam lectionem mutare. Leges in dictione חפץ in illo Iob cap. 40. Strinxit caudã ſuam quaſi cedrum, proſtrinxit. Hebraicè eſt יחפץ Iudęi pro יחפז poſitum aiunt, vbi rectè dicunt legendum, Iachpoz, cum, z, ideſt, mouebit caudam velociter, non, iachpos, cum, ſadich, ideſt, volet, quaſi dicerent. Vbi fax legitur legendum eſſe fas cum. ſ. caſtigant ergo lectionem hebræam. Vtranque lectionem ſequantur noſtri quidam, & æquum erat, vt quando tam diligentes ſunt in adnotandis Rabinorum ſententijs, adnotaſſent etiam aliquando Apoſtolica & Euangelica. Sed ſat ſcio dicturos Iſaach leuitam, & eiuſdem factionis homines (qui eum in oculis ferunt, quod conuitijs impudentiſsimis Lindanum Epiſcopum proſcidit, & Iudaicis nugis lectori fucum facere eſt conatus)

natus) Rabinos non mutare ſcripturam hebræam, ſed monere ſcribi ſic, legendum autem ſic, & addunt magna myſteria de queri, chetib, id eſt lege ſcribe quaſi dicant, lege ſic, ſcribe ſic, quod quæſo quid eſt aliud quam ſcribe ſic, vt ſcribitur vulgo, quod inde colliges, quod horum pleraque quę his vocibus queri, chetib caſtigant Iudæi, iam in hebræa lectione caſtigata reperias, ne magnis myſterijs Iudaicis nos terreat Iſaach leuita. Sed ego hæc exempli gratia in vnum locum congeſsi, vt appareat Iudæos ad ſuos Iudaicos ſenſus hebræam lectionem mutare, & nobis ius eſſe mutatam ab impio Iudęo lectionem hebræam in antiquam & legitimam lectionem reſtituere. Sed peracute quidem mihi vir ingenioſus reſpondit, ius ęquiſsimum eſt, vt quæ tu mutata oſtēderis à Iudęis in antiquam & priſcam lectioné reſtituas ex vetuſtis hæbreis exēplaribus, & bonā operā Eccleſiæ ſanctæ nauabis, nemo tibi in his aduerſabitur, bene eſt inquā, tāfatuos tu putas Iudęos qui cornicū oculos cōfigūt, vt apertè verſent dolos cū probè nouerint, quod vulgo dicitur, dolus non dolus eſt, niſi aſtu caueas, nō tales ſunt Iudæi, vt nobis ſuafurta prodant. Subijcit ille, quomodo ergo tu antiquam hebręam lectionē reſtituere poſtulas? volo inquam habere confitentes reos, & ideo ipſorum Rabinorum confeſsionem cito, quibus pro arbitrio ſuo lectionem hebræam caſtigant, vt appareat æquum eſſe nobis idem eſſe ius, vt lectionem hebræam à Iudæo mutatam caſtigemus, non pro noſtro arbitrio, quod facit Iudæus, ſed ex lectione Apoſtolica, & Euangelica, & Eccleſiaſtica, exemplo quo frequentiſsimè vtor, quoque vtitur D. Hieronymus, codicis Hiſpani qui milleſimo ante anno translatus latinè eſſet, in quo ſi legeretur puerros, & tu translatum latinè videres canes intelligeres ex Hiſpano codice expungendam eſſe litteram ù, & legendum perros non puerros, ſi legeretur lino in Hiſpano codice, & translatum cerneres merum mutatā in Hiſpano codice litteram agnoſceres, & nō legendum eſſe lino, ſed vino, ſi Francia legeretur, & tu liberalem translatū videres, intelligeres non legendum fuiſſe frāncia, ſed Franca. Leges in dictione humath colhumath in ſcriptura vitioſe legi, vbicunque reperiatur, aut vitiari à Rabinis ſupradictis, & pro colhumath legendū eſſe che lehumath. Vatablus in illud Geneſeos. cap. 49. ligans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem, ò fili mi aſinam ſuam, vbi pro fili mi hebraicè eſt beni, quod ſonat, ò fili mi, vt præfert vulgata, Vatablus inquam audet negare hebraicè legendum eſſe beni, ò fili mi, vt vertit D. Hieronymus, neque filius meus, ſed ben filius. Non controuerſor de ſenſu, ſed de audacia Rabinorum, qua hebræam lectionem, & noſtram vulgatam vitiant, pro libidine. Et in illo cap. vndecimo Zachariæ, Proijce illud ad ſtatuarium, pro ſtatuario hebraicè eſt ioſer, cum iod in principio, ſtatuarius ſiue figulus, audet R. Dauid pro arbitrio dicere, fortaſſe legendum eſſe oſar cum aleph in principio, & fortaſſe duplicem eſſe lectionem, vt contradicat Euangeliſtæ Matthæo, vt lib. 4. dicendum eſt cum de locis Euangelicis ſumus diſputaturi: plus audet Vatablus, quod enim dubitanter dixerat R. D. affirmat ipſe de induſtria relictam eſſe duplicem lectionem à Propheta, ioſer figulum, & oſar theſaurū, & fingunt oſar ſignificare theſaurarium, cum nec R. Dauid, nec Vatablus citent vlla hebræa exemplaria vetuſta, nec Rabinorum quenquam, ſed quæ ſomniant chartis illinant. Quæ igitur tam dura tyrannis eſt, vt Iudæi, ſcripturam hebręam vitient, nobis vitiatam à Iudæis ex lectione Apoſtolica & Euangelica caſtigare non ſit ius? ſed cogāmur fateri ipſos Apoſtolos, & Euangeliſtas, atque adeo ipſum Dominum erraſſe, non ſecus ac ſi in Iudæorum R. P. viueremus, & tamen in R. P. chri-

Exemplū codicis Hiſpani, qui latinè eſſet verſus.

chriſtianorum habet hęc tam dura tyrannis fautores plurimos.

Perſonarum mutatio in lectione Hebræa. Cap. LVI.

NOn eſt, quod quidem ego ſciam, qui locum illum Malachię. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te, citatum à D. Marco in ſui Euangelij initio, & à D. Matthęo cap. 11. à D. Luca. cap. 7. attingere ſit auſus quod à lectione hebræa illa perſonarum diſtinctione, & verborum additione prorſus diſcrepet, ſiquidem Euangeliſtę ſic citant, Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te, vbi diſtinctas duas perſonas diuinas Patris & filij planè vides, cum hebręa lectio ſit ea quam repręſentat vulgata Diui Hieronymi, eadem ſeruata ſententia. Ecce ego mitto Angelum meum, & pręparabit viam ante faciem meam, vt ſint verba filij Dei: de illa verborum additione ante faciem tuam. In fine huius libri reddenda ratio eſt, & monſtrandum multa verba, & orationes multas ex lectione hebręa excidiſſe, nunc de perſonarū varietate agendum eſt, ne quem illa perſonarū varietas quæ in Euangeliſtis eſt, moueat, monſtrandumque eſt Rabinos, ſæpe ſeruata eadem ſententia, perſonas mutare, idque tam tecte, vt neceſſe habeas animum aduertere, leges in dictione tamam in illo Pſalmi 63. Defecerunt ſcrutantes ſcrutinio, vbi pro defecerunt, Rabini vertunt perfecerunt. Sed nunc de eo non agimus, hebraicè eſt tamnu, ideſt defecimus Rabi Dauid mutat primam perſonam in tertiam, & rectè quidem, ſic enim præfert noſtra vulgata, defecerunt non defecimus. Et legendum monet tamamu, ideſt defecerunt non tamnu defecimus. Vbi Rabi Dauid mutat primam perſonam in tertia, vt noſtra pręfert vulgata, ſimulque fatetur Eccleſiaſticam lectionem hoc loco hebręa eſſe veriorem, & vitiatam eſſe perſonam, & quod ſcriptum eſt prima perſona plurali, legendum eſſe tertia plurali perſona, tantum inquies, R. Dauid, ait n, poſitum pro m, ita eſt, ſed id eſt dicere tamamnu, vel tamnu defecimus poſitum eſſe pro tamamu defecerunt noſtri quidam ſi Deo placet ſequuntur Rabinos, & diſtinctionem eorundem, vt iam verba illa Pſalmi, quę Eccleſiæ ſanctę in ore ſunt in ſabato ſancto, defecerunt ſcrutantes ſcrutinio, acceſsit homo ad cor altum, & exaltabitur Deus, nuſquam compareant interpretatione Iudaica, & Iudaica diſtinctione diſperdita euanuerunt, vt ludibrio ſit Eccleſia ſancta cum hebdomada maiore hæc concinit, & veteres patres in ludibrio contra omne ius & æquum cum hęc interpretantur, qui ſolent margini adſcribere Rabinorum ſententias, hoc loco non adſcribāt, ſed quod hebraicè eſt prima perſona plurali ipſi interpretētur tertia, & hebrēæ linguæ vitium ſileant. Notat etiam R. D. in dictione natan in illo capitulo 16. Ezechielis: in ſanguine filiorum tuorum quos dediſti eis, hebraicè eſſe quos dedi eis. Et legendum quos dediſti eis, vt verior ſit hebręa lectione vulgata D. Hieronymi, & Lxx. virorum interpretatio, & paulo infra in illo. Eo quod non fueris recordata, vel vt Lxx vertere. Eo quod non es recordata hebraicè eſſe in prima perſona. Eo quod non ſum recordatus, legendumque docet R. D. Eo quod non fueris recordata, vt verior ſit Eccleſiaſtica lectio, lectione hebręa, omittitque alia R. D. in eodem capite, & leges in dictione iarad. Ruth. capitu. 3. ſcriptum eſſe, ve iaradti, ideſt deſcendi, vel deſcendam in prima perſona, & legendum iaradte in ſecunda perſona, & in dictione iaſa. Samuelis 3. legi hoſiah cum he, in principio ſeruauit pro hoſiah cum aleph, in principio, ideſt ſeruabo, vt ſit tertia perſona loco primę, poſitum eſt,

eſt, aiunt, he loco aleph, ideſt poſitam eſſe tertiam perſonam loco primæ, noſtri quidam nihil prætererunt eorum quæ adnotant Rabini: ſummam enim huic rei præſtant diligentiam, & ita hûc locum interpretantur in ipſo contextu tertia perſona, in margine prima. Leges in dictione natar in illo Pſalmi 17. Et poſuit immaculatam viam meam, hebraicè ſcriptum eſſe viam ſuam, & ſic nunc deprehenditur mutatum ex caſtigatione. R. D. in codicibus hebræis, tã in libro Pſalmorum quam Regum 2. cap. 22. vbi hic Pſalmus verbis eiſdem hebraicè eſt conſcriptus, vnde deprehendes impoſtoris Iſaach leuitæ myſteria de duabus illis voculis hebręis quæri, chetib, ideſt, lege, ſcribe, quæ verba caſtigantis ſunt, & admonentis ſcriptum eſſe ſic, legendum autem ſic, vnde in pleriſque caſtigata iam lectio hebræa eſt, vt Rab caſtigant, vt hoc loco, & 2. Reg. c.3. in illo. Cum veniſſet vniuerſa multitudo cibum capere cum Dauid, vbi pro cibum capere legebatur leicroth, iam iuxta caſtigationem Rabinorũ omnes codices hebræi præferunt leibroth, huc ergo ſpectant myſteria duarum illarũ vocum queri chetib, ſcribe ſic, ſed lege ſic. Eſt igitur hic locus, poſuit immaculatam viã meam: noſtræ vulgatę hebræa lectione quę fuerat tempeſtate R. D. caſtigatior, & leges in dictione petachi. Iob 30. cap. legi funem meum, vel funem ſuum, prima & tertia perſona: quia duplex eſt lectio, vt nemo miretur vulgatam præferre in illo Malachiæ. Pręparabit viam ante faciem meã cum Euangeliſtę dicent ante faciem tuã, & pręparabit viam tuam ante te, cum fuerit duplex lectio, leges etiam in dictione quadam in illo Pſalmi 59. Miſericordia eius pręueniet me, pro miſericordia eius ſcriptum eſſe chaſdo, id eſt miſericordia eius, legendum autem eſſe chaſdi, ideſt miſericordia mea authore R. D. vbi à Rabinis mutatur hebræa lectio & diſtinctio, vt congruat cum Iudaicó ſenſu, & lectio hebræa eſt mutata, vt corrupta erat à R. Dauid, nam ipſe R. Dauid fatetur ſua tempeſtate ſcriptum fuiſſe chaſdo, ideſt miſericordia eius, vt præfert noſtra vulgata, & ipſe vitiat lectionem hebræam, & diſtinctionem mutat, vt ſenſus præferat Iudaicos. Te rogo quiſquis es ſi Iudæus impius hebræam lectionem mutat ad ſuos ſenſus Iudaicos, Doctor Theologus non habet neceſſe lectionem hebræam vitiatam in integrum reſtituere? Nam pro chaſdo miſericordia eius, quod olim legebatur hebraicè, vt profitetur R. Dauid, iam hebraicè legitur, vt corruptum eſt à R. Dauid chaſdi miſericordia mea. En myſteria duarum illarum vocum hebręarum quæri chetib, lege & ſcribe caſtigantis ſcripturam, illa ſunt verba hinc collige iuxta caſtigationem R. Dauid, aut corruptionem potius, quæ fiebat illis duabus vocibus queri chetib, vides lectionem hebræam eſſe mutatam? mutabant ergo & caſtigabant Iudęi lectionem hebręam illis duabus vocibus queri chetib, lege ſic, ſcribe ſic. Leges in dictione raba in illo Hieremiæ, capit. 46. Multiplicaſti medicinas, illud verbum multiplicaſti hebraicè eſſe in prima perſona multiplicaui legendum eſſe in ſecunda multiplicaſti, vt præfert noſtra vulgata, & ſeptuaginta virorum interpretatio, fatentur ergo Rabini lectionem Eccleſiaſticam in quibuſdam hebræa lectione longe eſſe veriorem, ne in vniuerſum pronunciet ille alter hebræam lectionem eſſe caſtigatiſſimam ita vt ne punctum, aut apex, aut literula potuerit mutari, præ diligentia quam adhibent Rabini, & Eccleſiaſticam lectionem ad illius exemplum eſſe caſtigandam, & alter docet vulgata ſcriptura poſſe fieri aliam longe veriorem, & è Republica Chriſtiana futurum ſi ſummus Pontifex adhiberet Theologos eruditiſſimos, linguarum ſcientiſſimos, qui lectionem

hebręam ad verbum latinè exprimerent quę ſequenda proponeretur Eccleſię perpulchrè, ſi Iudaicæ fraudes Eccleſiæ proponerentur ab alto culmine ruet chriſtiana religio, rueret ſcriptura Apoſtolica & Euangelica, & vniuerſa ſcriptura Eccleſiaſtica, & ſanctorum Patrum vniuerſa ſcriptura, quę Deus non ſinet, portæ nanque inferi non præualebunt aduerſus eam, id moliuntur, ſcilicet noſtrorum hominum non pauci magno ſuo malo ni reſipiſcant. Leges in dictione ialad, apud Hieremiam capitu. ſecundo, legi, peperiſti me, aut peperiſti nos, quia duplex eſt lectio, & in dictione Samah. Hieremiæ quarto, ſcriptum eſſe hebraicè. Audiui anima mea, & legendum audiſti anima mea, vulgata noſtra, & Lxx. viri. Audiuit anima mea, tanta perſonarum varietas in pleriſque hebraicè eſt: vt eius numerus non poſsit iniri Diuus Hieronymus neceſſe habuit lectionem hebræam ad verbum exprimere in illo loco Malachiæ, præſertim vbi eadem ſeruabatur ſententia, vt dictum eſt, nihilominus tamen Euangeliſtæ aliam lectionem hebræam ſunt ſequuti, quæ planior erat, & quæ duas perſonas diuinas aperte ſonabat, & ſi Rabinis fidem habes cum mutant perſonas, & cum duplicem lectionem notant, vbi varietas perſonarum eſt, ęquum eſt habere fidem ſpiritui ſancto, qui ore Euangeliſtarum loquitur cum nos docet hoc loco duplicem hebraicè eſſe lectionem, alteram quam expreſsit Diuus Hieronymus, alteram planiorem & diſtinctiorem quã expreſſere Euangeliſtæ Matthæus, Lucas, & Marcus, nam excidiſſe voces quaſdam ex lectione hebręa Iudęorum negligentia, aut malitia, docuit nos ſupra Chryſoſtomus, & nos iam commonſtrabimus. Dicet hic aliquis, non ſolum contra Euangeliſtas ſtat hebręa lectio, ſed etiam ſeptuagintà virorum interpretatio: Confeſſa res eſt non ſolum à Iudęis vitianda ſcriptura hebręa eccleſiam ſanctam acerrimè eſſe oppugnatam, ſed etiam corrumpenda per noſtros quoſdam homines quos Iudæi habent aſſeclas & adminiſtros ſeptuaginta virorum interpretatione, vt ſcriptura Apoſtolica & Euangelica ab hebręa lectione, & tranſlatione Lxx. virorum diceretur diſcordare, quod ſupra eſt cõmonſtratum ex D. Hieronymo, & ex D. Paulo.

Oſtenditur adhuc Rabinorum teſtimonijs lectionem Eccleſiaſticam hebræa æditione in pleriſque eſſe caſtigatiorem.

Cap. LVII.

Monſtratum eſt ſuperiore capite Rabinorum teſtimonijs in quibuſdam lectioné Eccleſiaſticam hebræa ęditione eſſe caſtigatiorem: monſtratum tamen eſt in his quę in perſonarum varietate ſita erant, non ab re futurum arbitror, & quędam alia addere contra hoc genus hominum, qui tam laxis habenis in Eccleſiaſticam ſcripturam inuehĩ ſolent. Leges in dictione עלם & in dictione עלו in illo Pſalmi. Ipſe reget nos in ſęcula, pro in ſęcula, hebraicè eſſe halmuth, vſque ad mortem, nec defuit ex noſtris qui ſequeretur. R. D. qui hunc verſiculum Pſalmi interpretatus eſt. Ipſe reget nos vſque ad mortem, non enim libet huic authori ſequi Rabinos qui noſtra defendunt, aut qui nobiſcum ſentiunt. Si quidem. R. Abraham addita vna littera, & mutata altera legendum dicit holamith, vſque in ſęcula, vt prefert noſtra vulgata, iudicat ergo. R. Abraham noſtram lectionem hebręa eſſe veriorem, & ęditionem hebręam mutatione litteræ, & additione vnius litterulę caſtigat, & non licebit Apoſtolis & Euangeliſtis, quod licet impio Iudæo?

Caſtigatur à Rabinis hebræa lectio mutatione litterarum.

Ex tranſlatione agnoſcitur hebræa lectio exemplo codicis Hiſpani tranſlati latinè.

deo? vt ſcripturam hebręam mutatione litterarum exigua caſtigent? vt interpres codicis Hiſpani antiquiſſimus lectionem Hiſpanam vbi legeretur oueja caſtigaret ſua interpretatione, ſi pro oueja reddidiſſet apem quo facto oſtenderet non legendum eſſe oueja, ſed aueja ſimilibuſque, errare dicuntur Apoſtoli & Euangeliſtæ cum hoc faciunt, & audiuntur tanquam diuina oracula Rabini impij ſiue verè dicant, ſeu minus verè. Hieremiæ 18. pro illo. Sicut ventus vrens hebraicè dicitur eſſe vento orientali, vt leges in dictione quadam R. D. pleraque exemplaria ait habere caruach, ſicut ventus, vt locum illum tranſtulit Diuus Hieronymus, quem ſequitur noſter quidam interpres, quod eam approbat R. D. tamen pro eo quod Diuus Hieronymus dixit vrens reddidit orientalem, vt reddidit R. D. ita ſemper Rabinos habet duces, I, nunc & ſuccenſe Euangeliſtis ſi ad eundem modum lectionem hebræam caſtigent., ſua translatione, codicis Hiſpani exemplo millies repetito, quem translatio ipſa facile caſtigaret, & pro illo capitu. 49. Hieremiæ. Turbati ſunt in mari, hebraicè dicitur eſſe, turbati ſunt ſicut mare, leges tantum in dictione iam, Rabinos ſcribere codices pleroſque hebræos non habere, ſicut mare, ſed baiam in mari, vt tranſtulit D. Hieronymus, quem ſequitur noſtri quidam, quod eius interpretationem Rabini probant, tamen ita interpretantur hunc locum, & ita diſtinguunt iuxta Iudæos, vt non agnoſcas eundem eſſe. Leges etiam in dictione עשה loco illo primi Regum capitulo 14. Et verſus eſt ad prædam, pro verſus eſt. Hebraice eſſe יעש, congregauit. Et legendum eſſe ויעט, verſus eſt, irruit, vt tranſtulit Diuus Hieronymus, & vt vertere Lxx. vbi noſtra lectio hebræa æditione caſtigatior eſſe dicitur à R. D. etiam hebræa lectio caſtigata eſt, vt caſtigabatur à R. D. ne magno eloquio tonet Iſaach Leuita aduerſus Lindanũ Epiſcopum myſteria duarum illarum vocum hebræarum, quæ cheib, lege ſic, ſcribe ſic, corrigentis myſteria habent, vt dictum eſt, alia myſteria non habent, & ſic quædam ex his repeririuntur correcta, vt oſtenſum eſt, dico caſtigatam eſſe iam lectionem hebræam in biblijs Complutenſibus, & alijs, non tamen in his, quæ nouus interpres excudenda curauit, quod aliter lectionem hebræam videtur correxiſſe. Leges in dictione נוד in illo verſiculo. Migra in montem ſicut paſſer, pro migra hebraicè eſſe נודו migrate, & Rabinos caſtigare נודי migra, vt noſtra vulgata præfert. & pro in montem, Hebraicè eſſe in montem veſtrum, aut è monte veſtro, vt ad Dauidem referant Iudęi, & [illegible]uos Rabinos caſtigare in montem, vt cum noſtra congruat vulgata, & ſemper Rabinos hæc ita caſtigare, vt cum noſtra congruant vulgata, & pro paſſer Rabinos caſtigare, cemo ti por, ſicut paſſer, vt Rabini hæc omnia ita caſtigent, vt cum lectione Eccleſiaſtica concordent, & aperte confiteantur lectionem hebræam Eccleſiaſtica minus eſſe caſtigatam, noſtris tamen non videtur ſequi Rabinos qui nobiſcum faciunt, ſed eos qui à nobis diſſentiunt maximè. Leges in dictione tophet in illo loco. Iob capitis 17. Exemplum ſum coram eis, pro. Exemplum hebraicè eſſe tophet, id eſt Gęenam, & non legendum eſſe tophet Geenam, ſed toph, tympanum, quod Diuus Hieronymus interpretatus eſt. exemplum, quod ita exemplum aures hominum circumſonet, vt tympanũ: 70. viri riſum ſunt interpretati, quod gauderét homines malo Iob, & riderent, vt rident canticis & tympanis: eodẽ ſpectare videtur. R. Moſeh, & R. Abraham: noſtros quotidã nũquã iuuat ſequi Rabinos qui nobiſcũ faciunt, ſequũtur eos Rabinos qui noſtræ lectioni Eccleſiaſticæ aduerſantur. Leges in dictione [illegible] Iudi. 11. eſſe mimenu.

Ex illo pro Mimena. Ex illa. hac enim ambage Iudæi ſuas tegunt fraudes, ne apertè dicant lectionem hebræam vitiatam eſſe, alioqui quis dicat: ex illo poni pro ex illa. Hanc lectionem quam caſtigatiorem hebræa profitentur Rabini, agnoſcunt 70. qui ſua translatione profitentur ſe legiſſe mimena, ſed non tráſferunt: Ex illa, ſed præter illam, D. Hieronymus non reddidit verba, ſed ſenſa, eundem tamen ſenſum expreſsit. Erat ei, inquiens, vnigenita filia ſua: nec enim habebat alios liberos. Leges in dictione אמנ 4. Regum. cap. 5. Legi Amana hebraicè pro Abana, quæ noſtra lectio eſt, ſed in alijs codicibus hebræis, eſſe Abana defenditur igitur noſtra lectio à Rabinis litterarum mutatione.

Quod quædam litteræ Hebraicæ propter ſimilitudinem in ſe mutuo tranſeunt. Cap. LVIII.

Leges in dictione gus. Iob. cap. 7. ſcriptum eſſe, gus & gis, cum uau, & cum iod, quod duplex ſit lectio, & uau tranſit in iod, & contra, propter litterarum ſimilitudinem, quod altera breuior eſt & longior altera, &, vt inquit Hieronymus, ſola magnitudine diſtant: dictū eſt de illo verſiculo Pſalm. 10. Migra in montem, pro migra, vt leges in dictione nud, hebraicè eſt nudu cum uau, & nudi cum iod, quod litteræ propter ſimilitudinem, vt diximus, mutuo in ſe tranſeunt. Leges in dictione nus, cum çamach. Iudicum 7. legi ianiſu fugauerunt, & fugere alios fecerunt, & ianuſu fugerunt ipſi alterum cum uau, alterum cum iod. Et Iob 23. vt leges in dictione rub, legitur rob. & rib eadem ratione, quia duplex eſt lectio, & leges in dictione hain. lib. 1. Samuelis. cap. 18. ſcriptum eſſe hebraicè hauen. R. D. tamen authorem eſſe pro hauen, legendum eſſe hain, quod uau propter ſimilitudinem irrepſerit in locum iod, Et 2. Samuelis. cap. 16. ſcriptum eſſe behoni pro behanieni, & legendum beheni oculi mei, vbi uau redundat cum alijs literis, & Ezechielis. 9. dicitur eodem loco dictionem hebræā ſcriptam eſſe cum iod, & legi ſine iod, & primo Samuelis. cap. 3. lectionem hebræam ſcriptam eſſe ſine iod, & legi cū iod, & eo' loci dicitur uau, litteram hebræam redundare, ſed huiuſmodi exemplis plena ſunt omnia.

Quod Rabini oſtendant lectionem Hebræam in quibuſdam locis eſſe vitiatam. Cap. LIX.

Leges in dictione raquaq, propter ſimilitudinem res, & daleth, quæ ſcribuntur per res eadem ſcripta reperiri per daleth, vt raquaq, daquaq, de quo ſupra diximus. Leges in dictione dacha. Prouerbiorum 26. in illo. Odio habebit contritum pro contrito, Hebraicè eſſe דכין pro דכי pro דכא contritum. Sodes vide quot mutationes faciunt Rabini, ne videantur vitiatam lectionem hebræam caſtigare, & tamen ita caſtigant, vt congruat cum noſtra lectione Eccleſiaſtica, quare cōfitentur noſtram Eccleſiaſticam lectionem in pleriſque lectione hebræa longe eſſe veriorem. Leges in dictione iarad, in illo Pſalmi 30. à deſcendentibus in lacum mille factas mutationes hebraicè, vt traheretur hic locus ad ſenſus Iudaicos. Leges in dictione תָּוִה in illo. Iob capit. 31. vt deſiderium meum audiat omnipotens, pro deſiderio hebraicè eſt תָּוִי ſignum meū, addit tamen R. Abraham eſſe qui dicant deficere litteram aleph, & pro taui ſignum meum authores eſſe, legendum eſſe taaui, deſiderium meum, vt vertit Diuus Hieronymus, damnat tamen R. D. noſtram vulgatam, ſubijcit enim rectum eſſe, vt ſit ſignum meum, & cum ſint Rabini qui legant taaui

taui deſiderium meum, & probent lectionem hebræam quam ſequutus eſt Diuus Hieronymus, noſter quidam interpres ſequi maluit Rabinos qui damnant noſtram vulgatam, quam eos qui eam probant, & cum ſoleat addere margini varias Rabinorum lectiones & interpretationes, hanc addere non libuit, quæ pro nobis faciebat, illud capit. tertij Iob. Qui paratus eſt ſuſcitare Leuiatan, veteres patres de redemptione generis humani interpretantur, vt dicendum eſt tertio libro, tamen, vt leges in dictione laua. R. Moſeh. & R. Leui, & R. Sahadiah. & R. Selomoh, vertunt luctum eorum ſocietatem eorum, & vt ſic interpretentur neceſſe habent ſcripturam vitiare, & pro leuiatan cum, n, legere leuiatam cum, m, quod am pronomen eſt affixum, quod appellant hebræi tertiæ perſonæ numeri pluralis nó an cum n, vt ſi leuiatam copulatio eorum, aut ſocietas eorum ſit, cum m, ſit ſcribendum, non cum n, non audent dicere tamen, ne deprehendantur cum vitient ſcripturam, ſolus Vatablus audet dicere legendum leuiatam cum m, & non cum n, hos ſequitur noſter quidam interpres relictis noſtris, cum neque ipſa vox id ſignificare poſsit, vt dicendum eſt, nec libuit illi ſequi, R. Moſeh, qui legit leuiatan, & vt noſtri hanc vocem interpretatur pro piſce ingentis cuiuſdam magnitudinis. i. cete magnum, vt leges in dictione ſaia cum ſadich, & illud Pſalmi 2. Prædicans præceptum eius, vt leges in dictione chaquaq R. Emanuel, & R. Selomoh interpretantur, vt noſtri prædicans præceptum eius, vt ſit de Chriſto, vel euangelizans mandatum eius, patris ſcilicet, vt græcè eſt, iuxta illud Ioannis capit. 8. Ego quæ audiui à patre hæc loquor in mundo, & infra: Sicut docuit me pater hæc loquor, & cap. 10. Hoc mandatum accepi à patre, libuit tamen alijs quibuſdam ex noſtris ſequi potius R. Abrahã, & R. D. qui nobis aduerſantur.

Quædam Hebraicè ita ſunt ſcripta, vt ſit controuerſum legendane ſint cum negatione, an ſine negatione. *Cap. L X.*

VNa reliqua pars erat quam Eraſmus obijcere videtur Apoſtolis, & Euangeliſtis ex D. Hieronymo, vt ipſe putat, vnde D. Hieronymus abeſt longiſsimè, quod Apoſtoli & Euangeliſtæ ſcripturæ teſtimonia citent ſenſu longe diuerſo, ac etiam interim contrario, hoc refellere ex hebræa lectione non eſt huius loci, tamen paucis hoc loco refutationem præſtringam canone illo pronunciationis quem præſcribit Auguſtinus in principio libri tertij de Doctrina Chriſtiana capitu. 3. & capitu. 29. & in epiſtola 59. ad Paulinum in ſolutione quæſtionis ſeptimæ, & alijs locis multis, vt ſi quid affirmanter pronuncies, aut interroganter, contrarium ſenſum facias, quale ſi dicas: Tu es bonus affirmanter, & interroganter. Tu es bonus? altero affirmas virum eſſe bonum, altero virum bonum eſſe negas, cuius notæ illud eſt Michææ. capitu. 5. Et tu Bethlehem Ephrata paruulus es in millibus Iuda, ſi affirmanter legas, paruulum vicum ſignificabis eſſe Bethlehem, ſi interroganter, Et tu Bethlehem Ephrata paruulus es in millibus Iuda? negabis paruulum eſſe vicum, & ſignificabis idem quod ſignificat lectio Euangelica. Et tu Bethlehem Ephrata paruulus es vicus? quaſi dicat non, nequaquam es paruulus vicus, quod Euangeliſta dixit. Et tu Bethlehẽ nequaquã minima es. Eſſe autẽ legendũ hunc locũ interroganter. Et tu Bethlehẽ Ephrata paruulus es? docet ſpiritus ſanctus qui ore Euangeliſtæ ſic interpretatus es. Et tu Bethlehem nequaquam minima es, &c. Credendum eſt ergo ſpiritui ſancto, qui interroganter hunc locũ legendum docet, altero modo ſenſus contrarius eſt cum controuerſum eſt vtrũ lo-

cus ſcripturæ legendus ſit cum affirmatione, an cum negatione, vt in illo. Dies formabuntur, & nemo in eis, pro nemo in eis. Hebraicè eſt. Velohechad bahem, & non vnus ex eis, vbi Rabini, alij cum negatione, alij ſine negatione legunt. Et ipſi vnus ex eis, & illud vulgatum dé coruo, quod alij legunt qui egre diebatur, & non reuertebatur, alij ſine negatione. Egredicbatur, & reuertebatur. Lege Pagninum in Theſauro in dictione Iaſar cum Sadich, & in dictione ſur. Eſaię, cap. 63. In omni anguſtia eorũ, lo ſar ei anguſtia, alij legunt lo non ſar anguſtiá, & leges in dictione quatal. Iob 13. Si occiderit me non ſperabo? interrogantes, alij legunt in eo ſperabo, alij cũ negatione, alij ſine negatione, & in dictione qualal leges. Prouerb. 26. Maledictio ſine cauſa non veniet, vel ei veniet, cum negatione, & ſine negatione, & leges in dictione tacam. Samuelis 2. legitur. Non ponderata ſunt opera. Et ipſi ponderata ſunt opera. Et alijs quibuſdá locis hebraicè duplex eſt lectio cum negatione, & ſine negatione. Denique quę amentia Eraſmi, aut alterius cuiuſquã? nam de D. Hieronymo iam reſpondimus quid ſenſerit, quę amentia, inquã, tanta eſſe potuit, vt putarit ſpiritum ſanctum ſcripturam citaſſe ſenſu longe diuerſo ab eo ſenſu quem propheta ſignificauit cum illa dixit? Contrario ne ſenſu ſpiritus ſanctus citat ſcripturas? quid eſt blaſphemia, ſi hęc non eſt? Ego eum ſenſum verum & legitimum eſſe, quem ſpiritus ſanctus interpretatur, habeo certum, atque adeo certiſsimum, ita vt hinc me mille ſæuiſsimę mortis genera diuellere, Deo bene iuuã te, non queant.

Quod Rabini dictiones ex Hebræa lectione mutarint. Cap. LXI.

Lib. 2. c. 12 SAt erat oſtendiſſe ex D. Hieronymo dictiones ex hebræa lectione mutatas, & verba mutata, ne quis miraretur cũ videret in locis citatis ab Apoſtolis & Euangeliſtis aliquando verba eſſe diuerſa & putet in lectione Apoſtolica aut Euangelica vitium eſſe, non eſt vitium in lectione Apoſtolica aut Euangelica, ſi vitium eſt, ſed in hebręa lectione, in qua verba alia pro alijs ſolent mutari, aliquando ſine vlla fraude ſeruata eadé ſententia. Leges in dictione qum. Hieremiæ cap. 51. in principio, in illo. Ecce ego ſuſcitabo ſuper Babylonem, & ſuper habitatores eius, qui cor ſuum leuauerunt contra me. Pro ſuper habitatores eius, qui cor ſuũ leuauerunt contra me, Hebraicè eſſe, ve el iosbe leb qamai .i. & ad habitatores cor leuauerunt contra me, in margine pro el iosbe leb qamai adſcriptum eſſe, el iosbe eres caſdim .i. ſuper habitatores terrę Chaldæorum, & ſic interpretari Thargum, vt duæ dictiones mutatæ videantur, leb qamai pro eres caſdim, & hanc lectionem agnoſcunt 70. qui vertere ſuper habitantes Chaldęos, ne quis miretur in translatione 70. varia verba. Et leges in dictione habar. 2. Regum. cap. 15. ſcribi beabrot, & legi bearbot, & in dictione Taua. Iob 31. legi Taui ſignum meum, & eſſe qui dicant legendum Taaui deſiderium meum, quam lectionem ſequutus eſt D. Hieronymus, & in dictione Tophet. Iob 17. pro Tophet .i. gehenna, eſſe qui contendant legendum Toph .i. tympanum, quam lectionem ſupra diximus, ſequutos fuiſſe. 70. & D. Hieronymum, & qua ratione, pro tympano, Hieronymus reddiderit exemplum 70. gaudium. Denique leges in dictione Zamar decem & octo dictiones conſulto in ſcriptura hebræa ab ſcribis fuiſſe mutatas: quid vis amplius? Fatentur hebræi conſultò ab ſcribis decem & octo dictiones in lectione Hebræa fuiſſe mutatas, intellige tu ſupra mille alias, vt Chriſto Domino aduerſarentur. ſ. An ſperabas omnia ſua furta Iudæos prodituros? Adnotaui ego quædam quæ Iudæi, aut vitiarunt, aut vitiata fuiſſe confeſsi ſunt,

vt

vt inde tu cætera colligas, neq; enim ſi admoueris Phalaridis Taurum Rabinis omnibus, & omne genus quæſtionum de illis habueris, Iudæi ſua furta prodét, hæc quæ diximus illis excidere inuitis, quæ dicta minimè vellent, quæq; viro prudenti ſat eſſe debent ad hanc rem, quam diſceptamus, præſertim cùm lectorem in rem præſentem ſim adducturus in his quæ ſequuntur, vt oculis cernat in lectione Hebræa mutata verba, litteras additas, & detractas, & ſyllabas, & orationes, & ſibi credat, & ſuis oculis, ſi modo vel primoribus labris hebræas litteras attigerit, quæ demonſtratio ad oculum dicitur, quæ noſtris rebus ſatis ſuperque eſſe poſſet, etiam ſi alia deeſſent cuncta.

Apologia pro vulgata Diui Hieronymi.

PEracta hoc libro ſecundo, ea pars eſt, quæ totius huius operis continet ſummam, qua ex authoritate veterum Patrum, tam Græcorum quam Latinorum teſtimonijſque antiquiſſimorum Iudæorum, Rabinorumque recentium, deciſa ea controuerſia eſt, quæ ab ipſis Reipublicę Chriſtianę primordijs, inter nos & Iudęos erat, de veritate ſcripturæ ſanctæ, penes quos eſſet, vtrum penes nos, qui Eccleſiam ſanctam agnoſcimus matrem, an penes impię ſynagogæ alumnos. & vtrum impia ſynagoga propter odiū Chriſti, vt verbis D. Hieronymi vtar in lectione Hebræa multa vitiaſſet? an potius Eccleſia ſancta in ſeruanda ſcriptura quam ab Apoſtolis & Euangeliſtis accepiſſet, negligens fuiſſet vt voluere quidam, qui eam erroribus & vitijs ſcatere affirmant, cum potius ſi ſolicitum per omnia ſæcula à temporibus Chriſti Domini, per omnes locos, per omnes gentes, per omnia tempora vultum circumagas, vna & eadem appareat in ſcriptis Sanctorum, tam Græcis quam Latinis, vt ſi noſtra ſcriptura vitiata ſit, habeamus neceſſe fateri, illam quoque quam temporibus Chriſti ab Apoſtolis accepimus fuiſſe vitiatam, cùm ſi Græcè & Latinè ſcias, & in libris ſanctorum patrum ſis verſatiſſimus, quoquo circumferas oculos, per omnia ſcripta ſanctorum, eadem appareat, ipſiſsima ſit, vt ſi hæc vitijs ſcateat, & illa vitioſa fuerit, ſit neceſſe, quā ab Apoſtolis accepimus. Deinceps ergo locus eſſe videtur, vt de vulga D. Hironymi dicamus, Nec enim vſq; adhuc res ipſa ferebat, vt de ea dicere poſſemus, niſi prius commóſtraſſemus in lectione hebræa in plærisq; locis mutatas litteras, apices mutatos, & Iudaica fraude varias eſſe diſtinctiones, & alia plæraque huius notæ. Alioqui quis ferret D. Hieronymum defendi pūctorū Hebrææ lectionis mutationē, & litterarum & ſyllabarum, qui tantopere hebræas litteras eſſet veneratus, niſi oſtendiſſemus extrema ætate ſapuiſſe magis, & id ſenſiſſe ipſum, & alios veteres, & harum inſidiarum nos admonuiſſe. Hęc igitur prius fundaměta ieciſſe oportuit, vt inde ad hanc rem quam tractare volumus gradum faceremus. Et quidem Apologiam vulgatæ Diui Hieronymi ſcribere non videbatur eſſe neceſſe, quæ ſummorum Pontificum, & Sanctiſsimi Concilij Tridentini decretis, eſt conſecrata, & per tot annorum myriadas in eccleſia ſancta receptiſsima, in ore populi Chriſtiani per mille ducentos, & eo amplius annos ſemper fuiſſet, ſed quid agas? nihil ſcabrę quorundam hominum malignitati aut imperitię potius clauſum eſt, nec enim puto aliena ab eccleſia mente quædam dicere quoſdam, ſed errore quodam animi & falſæ doctrinæ perſuaſione, qui aduerſum Diuum Hieronymum ita audeant colligere, vt Lxx viri, authore D. Hieronymo, ſimilitudine litterarum erraſſe dicūtur, ita Diuus Hieronymus eadem quoque litterarum ſimilitudine potuit decipi. Audis quid dicant? Hac ſecuri radicibus eccleſiæ tam validè impreſſa, ſi mentem adhibes,

adhibes, Reſpublica Chriſtiana tam vehementi ictu impulſa collabaſcit. Eccleſiaſtica nanq; ſcriptura qua fides noſtra nititur ſola vulgata D. Hieronymi eſt, & Lxx virorum interpretatio, vtraque labefactata nihil in ſcriptura ſancta fixũ & ſtabile eſt reliquum. Nam ſi Lxx viri ſimilitudine litterarum decipi potuere, & potuit quoq; D. Hieron. eadẽ litterarum ſimilitudine in quibuſdã falli, quid eſt reliquũ quo fides noſtra nitatur? In ſingulis teſtimonijs quibus eccleſia refellet Iudæos & hæreticos reclamabunt hæretici & Iudæi ſimilitudine litterarũ deceptũ Hieronymũ, deceptos Lxx viros, in ſingulis teſtimonijs ad hebræos codices prouocatio fiet Iudaicis dolis refertos, quorũ in plęriſq; fortaſſe Iudaica & hæretica cauſa ſuperior erit. Puſillum eſt aiunt, & in puſillis vbi D. Hieron. litterarũ ſimilitudine decipi potuit, ſophiſtarum hæc techna eſt, quã adhiberi in plęriſque docent Ariſtot. & Plato, & oratores ſummi quanq; Hortenſius Ciceronis æmulus, vt docet Cicero in diuinatione in Verrem aduerſus patronos tenuiores adhibere ſolebat inquiẽs. Da mihi hoc, cõcede quod facile eſt, quod cùm dederis ſine vllo tuo incommodo, ſine infamia illud dederis: facile appellabat ſummus orator, & ſine vllo incommodo poſſe dari dicebat, id quod totius cauſæ erat firmamentũ. Puſillũ appellãt noſtri quidã hoĩes, & in puſillis ferè vniuerſas manifeſtas de Chriſto prophetias, quibus fides noſtra nititur, quippe fundata ſuper fundamentũ Apoſtolorũ & Prophetarũ, quorum Prophetarũ teſtimonijs vtuntur Apoſtoli & doctores ſacri, quorũ manifeſtiſſima quæque aliqua Iudaica fraude hebraicè attentata videntur, vt totũ hoc opus arguit & indicat. Horũ hominũ oratio eò redit deniq;, vt affirmẽt ſcripturã ſacrã, ideò dici in eccleſia eſſe quod Hebræa lectio in eccleſia ſit, non quod eccleſia vllam aliam vndiq; perfectam & abſolutã habeat ſcripturam, qua peſte non video, quid poſſit eſſe peſtilentius, ſi illæ reijciantur ſcripturæ quæ ab Apoſtolis eccleſiæ ſunt traditæ, & à cõcilijs & à ſummis Pontificibus quæq; citata ab Apoſtolis & Euangeliſtis, tritæ ſanctorũ Patrum manibus per multas annorũ myriades. Tales reijcientur ſcripturę, & ab impia ſynagoga Iudaica exaratam manu ſcripturam mutuabimur? Deus meliora claudunt: demũ hanc ſententiã illo epiphonemate meliorẽ & magis exactã quàm D. Hieronymi vulgata eſt ex hebręa lectione fieri poſſe tranſlationem idque ſi fieret è republica Chriſtiana futurum, petendumq; à ſummo Pontifice eius iuſſu id vt fieret, ceſſurum id in maximam noſtrę religionis vtilitatẽ. Vtilitatem appellabant quãtum mihi perſuadeo noſtræ religionis euerſionem, exciſionem, inflammationem quod iam liquet ex his quæ hoc ſecundo libro diximus, quo monſtratum eſt impiam ſynagogã propter odium Chriſti ferè omnia manifeſta de Chriſto teſtimonia, aliqua Iudaica fraude vitiaſſe, aut praua interpretatione à Chriſto Domino auertiſſe, & aliò traduxiſſe. Ex huiuſmodi exemplaribus tranſlatas ſcripturas quiſquã ſibi poſtulet dari? quæ ferè nunquã Chriſtum loquantur, quę ferè Chriſto Domino aduerſentur? & eas reijciat ſcripturas quę quoquo te vertas Chriſti myſteria ſonẽt? Id eſt ergo quod diximus ex Tertulliano non poſſe fieri corruptelam religionis, ſine corruptela ſcripturę, nam ſi noſtra ſcriptura quoquo circumferas oculos Chriſti ſonant myſteria, quì fieri poteſt vt Chriſto aduerſetur quiſquam, niſi eam de medio tollat? quæ omnium aures Chriſtũ circumſonent? & in eius locum eccleſiæ ſanctæ obtrudat, eas quæ ferè nunquàm Chriſtum loquantur, diſcrepant aiunt noſtra ſcriptura à lectione hebręa, & Lxx labi potuere in plæriſq; & D. Hieronymus potuit quoque decipi, ergo lis oritur de fide & veritate noſtræ ſcripturæ, tria quatuorve tranſcurrã argumenta de

ta de veritate & fide noſtræ ſcripturæ, quorum ſi quod hi qui ſunt ex parte diuerſa reſoluere vllo modo potuerint nõ cauſam dico quin ſtultiſsimus & inſciétiſsimus habear & dicar, primum illud, Confeſſa res eſt Chriſti Domini fidem per Apoſtolos & Euangeliſtas fuiſſe diſſeminatam Spiritu ſancto plenos, & fuiſſe orbis Magiſtros, Apoſtolos, & Euãgeliſtas, aut Spiritus ſanctus potius, qui eorũ ore loquebatur, iuxta illud: Spiritus ſanctus ſuggeret vobis omnia quęcunque dixero vobis. Si ergo eccleſia, quæ toto orbe eſt Apoſtolis & Euangeliſtis credit de fide Chriſti aut Spiritus ſancti potius quod Spiritus ſanctus eis ſuggeſsit omnem doctrinam Chriſti, credant ergo orbis neceſſe eſt teſtimonijs ſcripturæ ab eis citatis. Apoſtoli verò & Euangeliſtæ, & eorum ore Spiritus ſanctus iuxta translationé Lxx ferè omnia ſcripturæ teſtimonia citant, credant ſcripturæ neceſſe eſt omnes, quam citant, quamq́; eccleſiæ tradidere Apoſtoli & Euangeliſtæ, quæ fuit hæc Lxx virorũ tranſlatio, vt monſtratũ eſt, nam ſi de ſcriptura ſacra eis fidem nõ habes, quomodo de doctrina Apoſtolica & Euangelica eis fidé habeas non video, ideò enim, authore Dionyſio Areopagita in Apoſtolos Spiritus ſanctus corporali ſpecie deſcendit vt quæcunq; docerent, in conſtituenda republica Chriſtiana à Spiritu ſancto profecta intelligeremus, iuxta illud: Non vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus patris veſtri qui loquitur in vobis, hanc ſcripturam citãt ferè Apoſtoli & Euangeliſtæ, aut potius eorum ore Spiritus ſanctus: hæc igitur fidelis & vera eſt ſcriptura, cùm pręſertim eccleſiæ ſanctæ eandẽ Apoſtoli & Euangeliſtæ tradiderint. Alterũ illud argumentum eſt de fide & veritate huius ſcripturæ firmiſsimũ, & mèa quidé ſententia inſolubile quod trecentis annis ante Domini aduentum in carne à 27. Iudæis facta & in Iudæorum ſynagogis per octingentos & eo amplius annos aſſeruata à poſteris eorũ qui cruci Chriſtũ affixere (vt ait Chryſoſtomus) quoad ſcriptis omnium veterũ patrum, qui per tot annorum centurias vixere, eſſet conſignata, quid plus exigat vel iniquiſſimus iudex, vt ſecundũ hanc talé ſcripturam in ea cauſa quam diſceptet de veritate & fide ſcripturę ſanctæ pronuntiet, & litem det. Tertium illud eſt argumẽtum quod ſupra diximus quod oculis cernere queas, & manibus prehédere: ſi ſcias Latinè & Græcè, & in ſacris ſcriptoribus ſis verſatiſsimus & luſtres animos omniũ veterum ſcripta qui à temporibus Chriſti vſque ad noſtra tempora fuere tam græcè quam latinè, dum teſtimonijs ſcripturæ noſtra cõfirment, Iudęos refellant, Hæreticos confutẽt, ea interpretẽtur, eadem agnoſces teſtimonia eandem teſtaberis ſcripturam, quę proximis temporibus Chriſti ſcriptis conſignata eſt, & per omnia tempora, per omnes locos, per omnes regiones vſque ad noſtra tempora eſſet lecta, eandem agnoſces, ipſiſsimam eſſe dices, quid hac probatione manifeſtius? quam vir doctus cernit oculis & manibus prę hendit. Poſtremum illud argumentum eſt quod doctores ſacri quos eccleſię ſuæ dedit Spiritus ſanctus hanc interpretantur, nunquã id facturi niſi eſſet vera, & fidelis ſcriptura, quippe illuſtrabãtur Spiritus ſancti lumine, qui ſpiritus veritatis eſt, falſa dicere, aut falſa interpretari non poteſt, & errare vnus aut duo doctores ſacri poſſunt, ſimul omnes errare non poſſunt, vnde Athanaſius aduerſus Arianos conſenſum ſanctorũ Patrũ non conſenſum putat, ſed Spiritus ſancti ſententiã. Atqui hęc de locis ſcripturæ eſt & ſi falſa eſt ſcriptura neceſſe eſt, vt eius ſentẽtia falſa ſit, & nos fallat, quę res ab Spiritu ſancto eſt alieniſsima, quid igitur inquies alia tranſlatione fuit opus, ſi hæc ita ſunt vt ipſe ais. D. Hieronymũ roga, qui negat ſe hunc faciendæ ſuæ tranſlationis laborem fuiſſe ſubiturum, ſi tranſlatio Lxx integra eſſet, & caſti-

caſtigata, quod in ea iniuria temporis vitia multa inoleuerant, atque ad eam caſtigandam ex Græca lingua homines ſui temporis hunc Diuum impellebant, ſed quid ageret tráſlãtio Lxx multis partibus & multis locis etiã erat defecta vt enim refert Iuſtinus Philoſophus martyr in dialogo aduerſus Tryphoné Iudæum expunxerãt Iudæi ex tráſlatione Lxx multas manifeſtas de Chriſto Domino prophetarũ prædictiones, priuſquã tranſlatio Lxx integra in eccleſiæ poteſtaté veniret, reſecuerant ait Tertullianus in Scorpiaco, quidquid de Chriſto loqueretur planè & apertè, quod ipſi intelligerent, reſecturi cætera, vt ait Iuſtinus ſi ea intellexiſſent, aduerſum Prophetarum vaticinia cœpere verſare mille dolos, vitiarant iam plurima, cœpere etiam in dominicas tranſlationes facere vt nobis aduerſarentur primns omnium, vt leges apud Epiphanium Aquila Iudæus in inuidiam tranſlationis Lxx & Chriſtiani nominis edidit Græcè ſuam tranſlationem ex Hebrea lectione, qua, vt verbis Diui Hieronymi vtar, ſubdola interpretatione (quippe Iudæus blaſphemus erat) multa cœlauit Chriſti Domini myſteria. Hæc in Iudæorum ſubſellijs ſummo plauſu eſt excepta, & ei eſt acclamatum (vt ait Diuus Hieronymus) exactè, perexactè, tamen exceptis pauculis quæ intellexerat & quæ obſcurauit, & peruertit Chriſto Domino militabat illa tranſlatio, & eius myſterijs clariſsima veritatis impertiebat teſtimonia, nondum enim Iudæi tot dolos in lectione Hebræa erant commenti quot poſtea per mille trecentos annos ſunt moliti, quid quæris? adhibebatur hæc Aquilæ tranſlatio à noſtris in concertationibus aduerſus Iudæos, qui teſtimonijs ex ea petitis ſynagogæ alumnos vehementer vrgebant, & eam ad interpretationem ſcripturæ adhibebant, non deſtitere incœpto Iudæi quãquàm eis non bene ceſsiſſet, nam Symmachus in medium prodijt, & ſecundam texuit tráſlationem cui cum idem quod Aquilæ contigiſſet, tertius Theodotio eundem ſubijt laborem, & poſtea aliæ ſunt æditæ translationes, deſtitere incœpto cùm videre ſe hac fraude promouere nihil, ne quiſquàm putet Iudæos noſtris temporibus primum hac arte aduerſum nos cœpiſſe graſſari, vt Iudaicas Eccleſiæ obtruderent tranſlationes, illis temporibus primùm id fieri eſt cœptum ab eis, ſed cùm etiam nondum eſſent tot commenti dolos in lectione Hebræa, & ab Spiritu ſancto non ſunt permiſsi eccleſiæ ſanctæ aduerſari, denique abſtitere incœpto, cùm intellexere rem hanc parum ſibi cedere bene, videbant enim eccleſiam ſanctam noſtram illis omnibus vti translationibus aduerſum eorum matrem ſynagogam, & ex illis reſarciri partes truncatas noſtræ translationis, & reſectas maximè manifeſtas de Chriſto Domino prophetias. Hoc etiam iniquo animo tulit Diuus Hieronymus, Iudaicas translationes in eccleſia ſancta verſari tam familiariter, cùm ſubdola interpretatione multa de Chriſto myſteria cœlarent, multa Iudaicè tranſlata præferrent quanquam innumerabilia diuinitus tranſtuliſſent. Has Iudaicas translationes, vt ab eccleſia ſummoueret, admirandum illud opus texendæ ſuæ vulgatæ aggreſſus eſt, reſecat noxia omnia ex illis translationibus Iudaicis, & venenata amputat & ita cœpit ex Hebræa lectione ſuam facere translationem, vt Lxx viros in ea facienda ſequeretur, & lectiſsima quæque ex illis Iudaicis translationibus, quas commemoraui quæ ſequeretur eccleſia quæque adhiberent patres veteres ad refellendos Iudæos & hæreticos, & ad probanda fidei dogmata. His ducibus ſuam vulgatam texuit Diuus Hieronymus, opus admirandum, quo nihil potuit eſſe diuinius, quoque corruperant Iudęi (vt ipſe profitetur) in integrũ reſtituit quæ truncata

cata erant ex tranſlatione Lxx & partes ſcripturæ quæ in eadē tranſlatione deerant reſarſit, & integrā nobis dedit ſcripturā quod ſtatim agnouit eccleſia Romana, & eam obuijs manibus excepit. En cur vulgata Hieronymi facta ſit, & quā iure bono quanuis quod reliquum ex tranſlatione Lxx tam eſſet bonum & admirabile vt dictum eſt, etſi caſtigaſſet ex lectione Græca, & ex ſcriptis ſanctorum tranſlatione Lxx non dediſſet nobis integram ſcripturā, neque quæ admirabiliter in trāſlationibus Aquilę, Symmachi, Theodotionis cæterisq; erāt trāſlata, quod ſcriptura ſacra ſenſibus eſt fœcunda quæq; probaſſet vniuerſa eccleſia ad nos tranſmiſiſſet. Quid quæris poſtquam tantum munus D. Hieronymus eccleſiæ obtulit & receptum eſt, exactæ ſunt ex eccleſia Iudaicæ tranſlationes omnes, vnus Hieronymus ſat eſſe creditus eſt pro omnibus Iudæis tranſlatoribus quos eccleſia vſq; ad eius tēpora adhibebat ad ſcripturæ interpretationē, ſiluit poſt illa, ſynagoga & nūc poſt mille ducentos annos dolis & fraudibus Iudaicis ſuffarcinata adeſt, quibus hebræam lectionē vitiauit, vt hoc lib. 2. monſtratum eſt, & tantū numerū tranſlationum mittit, quas ad veritatem Hebraicam factas prædicat, cùm potius ad perfidiā Iudaicam quędam in quibuſdā locis ſint factæ, & tanto noſtrorū quorundā hominū applauſu, & cæteris longe peiores ſint exceptæ; nec enim de omnibus loquor, vt vota facere debeamus, vt placeat Deo Opt. Max. huic Iudaicæ peſtilentiæ quæ ſeſe longe lateq; fundit per oēs eccleſias occurrere poſsimus, & tanto mederi malo, aliæ enim & optimas quaſq; amplecti, ſunt enim trāſlationes quædā, non ſolū bonę, ſed optimæ, non tantū ſunt Iudaicæ tranſlationes quæ circumferūtur, ſed fidei noſtræ & religionis Chriſtianæ ſunt refutationes, in quibuſdā earum locis, quod oculis cernet & manibus prehendet, qui volet ſi tacitus cum animo ſuo reputet Iudęos omnia ſua ad hunc ſcopum referrē vt noſtra refellant, vt ſubuertāt omnes de Chriſto prophetias, vt ſcribit Origenes lib. 1. contra Celſum, quod ſi fecerint, quod Deus nō ſinet, putant & iure putant noſtram religionē ab ipſis fundamentis eſſe caſuram. Hæc cùm ita ſint qui ſcribit ſcripturæ tranſlationē ad Rabinorum præſcriptū non ſcribit tranſlationē, ſed fidei noſtræ ſanctæ refutationem, id exemplis poſitū eſt ante oculos libro huius operis primo & tertio, atq; adeò toto hoc opere, quo monſtramus Iudaicis tranſlationibus ferè vniuerſa fidei noſtræ ſubuerti myſteria. Vide tu an poſsint magis noſtræ religionis fundamenta ab imo verti, quàm ſi omnia ferè fidei noſtræ ſacramentā ſubuertātur dolis & fraudibus Iudaicis, quæ poteſt ergo excogitari à quopiam noſtræ ſcripturæ alia euidentior Apologia, quam ſi dicatur altera noſtra ſcriptura à 72. Iudęis trecentis annis ante Domini aduentum in carnē, eſſe facta, & in Iudæorum ſynagogis per octingentos & eo ampliùs annos, vt centies hoc opere monſtramus, aſſeruata à crucifixoribus Chriſti, & eorū poſteris, vt ait Chryſoſtomus, quoad omnium veterū patrum ſcriptis eſſet conſignata, ne quicquam ex ea in ſuſpicionem venire poſſet, altera vero quę à D. Hieronymo eſt ædita ex Hebræa lectione ex antiquiſsimis Iudæorum tranſlationibus ſit delibata: oſtendimus enim blaſphemos Iudæos in inuidiam Chriſtiani nominis, quod ait Epiphanius ſuas tranſlationes cudiſſe, & ſubdola interpretatione, vt ait Hieronymus, multa Chriſti myſteria celaſſe, diuino tamen nutu, vt re ipſa appãtet militaſſe Chriſto, & manifeſtas prophetias innumeras de eo expreſsiſſe, quod inde apparet quod veteres Patres illas tranſlationes ad ſcripturæ interpretationem adhibebant, vt liquet ex veterum libris tam Græcis quàm Latinis, & ex illis tranſlationibus reſarciebant ea quibus tranſlatio Lxx erat defecta, intel-

intelligebāt enim per prophetias dęmonum ſæpe Dominum eſſe loquutum, ergo Hieronymus ſic ex Hebræa lectione ſcripturam tranſtulit, vt Lxx viros in ea transferenda haberet in conſpectu, quos ſequerentur, & Iudaicas illas translationes, relectis noxijs partibus & venenatis in illis partibus potiſsimum quæ erant innumerabiles, quas ſequeretur eccleſia, ſequerentur ecleſiaſtici Doctores, quod fieri non potuiſſet niſi diuino impulſu. Iudæi illi translatores ea admirabiliter vertiſſent, non errat enim eccleſia, non errat ſanctorum patrum conſenſus. Has igitur translationes Iudaicas æditas in inuidiam Chriſtiani nominis à Iudęis antiquiſsimis ſequebatur D. Hieronymus in ſua facienda translatione ex Hebræa lectione in illis potiſsimum locis quos probaſſet eccleſia, probaſſent & patres veteres, conſulebat quoq; vt ipſe profitetur, illius tempeſtatis doctiſsimum quenq; ex Iudęis quæ omnia eius Diui ſcriptis ſunt teſtatiſsima, vt appareat vtramq; ſcripturam eccleſiaſticam à Iudæis pene dixerim factam, alteram à 72 Iudæis ante Domini aduentum, quæ quamuis lacera quoquo te vertas Chriſti myſteria ſonat, altera quæ facta eſt à D. Hieronymo ex Hebræa lectione ad exemplum Iudaicarum tranlationum ſit facta eo modo quo diximus, ſed quod Iudæi illi veteres, ita diuini numinis impulſu tranſtulere ſcripturas, vt poſtea Iudæi habuerint neceſſe quod Chriſtum quoquo circumferres oculos loquerentur ex ſuis Synagogis extrudere, extruſere enim omnes Græcas translationes ex ſuis ſynagogis, quod nobis prodeſſent ſuis obeſſent, nunc denique alias translationes ædunt ex Iudaicis dolis conflatas quaſdam, nec enim omnes damno, quæ ferè omnia noſtra ſubuertant, ſi Iudaica placent à Iudæis antiquiſsimis & doctiſsimis noſtras ſcripturas habemus, ſed quod Chriſtum loquuntur diſplicent Iudæis, quæruntur ſcripturæ quæ non loquantur Chriſtum, eas ſibi habeat impius Iudæus, qui apud prophetam prædicantibus Chriſtum dicere ſolebat: loquimini nobis placentia, & hæc in vniuerſum vulgatæ Diui Hieronimi eſt apologia, ſed prius quam ad ſingulà diſcendamus eximendus ſcrupulus eſt, qui male quoſdam habebit. Hebræa lectio inquient ſi hæc ita ſe habent, eccleſiæ non erit vſui, nec iuuerit ſtudioſos hebraicè ſcire, ſiquidem Hebræa lingua mille Iudaicis dolis eſt vitiata, iuſto volumine opus erat, ſi perſequi vellemus commoditates, quas interpreti ſcripturæ cognitio hebrææ linguæ pariat, de quibus alibi dicendum erit fuſius, nunc illud tantum dicam, linguarum viro doctiſsimo, & in ſacra ſcriptura & veterum libris, tam Græcis quam Latinis verſatiſsimo non eſſe impedimento Hebrææ lectionis vitia quæ fere ſunt ſita in varia diſtinctione, punctis varijs, vnius duarumve litterarum mutatione, ſimilibusq; quę lector vel obiter legens caſtigat, vt qui latinè ſciat, quæ male ſunt diſpuncta leges ſine vllo labore caſtigat, & vnam aut duas mutatas litteras, itidem faciat qui ſciat Hebraicè ſacrarum litterarum doctus, præſertim vtraq; translatione adiutus ea ratione quæ millies ex D. Hieronymo repetita eſt, qua docuit ex translatione cuiuſque agnoſci poſſe quam quiſque interpretum Hebræam lectionem legerit quin & illud proderit non vulgariter ad noſtram fidem confirmādam, & ad ſingularem quandam voluptatem percipiendam deprehendere tot Iudaicos dolos quos niſi manifeſtis prophetarum prædictionibus confixus nunquam eſſet Iudæus commentus.

¶ *De defenſione vulgatæ Diui Hieronymi ſpeciali per locos ſingulos ipſius vulgatæ.*

Defen-

DEfenſio vulgatæ Diui Hieronymi ſpecialis per locos, ſi ſingula perſequi vellem non erat inuentura finem, ſi enim nouas quaſdam interpretationes ſcripturæ cum ea conferas non eadem agnoſces, longè & multum diuerſa putabis. Laudabis Spyridionem illum venerandæ ſenectutis, veterum libris commendatiſsimum, qui cùm in maxima ſederet celebritate Epiſcoporum ſanctiſsimorum, & doctiſsimorum hominum, & virorum nobiliſsimorum, & vir non vulgaris doctrinę haberet concionem, & recitaret illud ex Euangelio, Tolle grabatum tuum & ambula, & pro grabato dixiſſet lectulum, prodijt è media concione ſecum immurmurans, quaſi verò Euangeliſta neſcierit quid diceret, cùm dixit grabatum, ita mutantur nobis dictiones Euangeliſtæ, & cum magna laude vir ille Spyridion de quo dixi è media illa celebritate erupit, & vno illo facto ſempiternum ſibi nomen inuenit, non ſunt paſsi ex ſcriptura veteres illi vnum mutari nomen, noſtra ætas neſcio qua ſorte vniuerſam patiatur mutari ſcripturam, non ſolum verbis varijs, ſed etiam ſenſibus, ſi ſingula ergo eſſent percurrenda, quę ætas tanto operi ſuppeditare poſſet, nedum mea affecta iam ac pene confecta, ego libro huius operis tertio, quem huic parti deſtinaui locos ferè omnes ſum complexus, quos de myſterijs noſtræ fidei ſanctæ, concinit Eccleſia Romana, vt cum peruerſa omnia videas, intelligas quam ſint tibi enixè vtraque manu retinenda vetera, & noua quędam non ſecus ac præſentiſsimam peſtem in vltimas terras amandanda, vt intelligeres ex his quæ concinit Eccleſia ſancta cùm videres omnia peruerti, quid de cæteris deberes iudicare, & tibi ſemper ob oculos verſaretur quod antiquis patribus tam in ſacris concilijs, quàm alijs ſcriptis ſacris, ſemper in ore erat: non mutabis terminos antiquos, quos tibi poſuerunt patres tui. Sat etiam eo loco eſſe putaui monſtrare quoſdam noſtros laxis habenis relicta ſcriptura Eccleſiaſtica Iudæorum ſequi veſtigia, vt intelligerent ſi Iudaicam inſiſterent viam ad iudaiſmum tandem eſſe venturos. Hæc de ratione quam ipſe in defenſione ſpeciali vulgati Diui Hieronymi ſum ſequutus. Aliam magis artificioſam, ſed non quæ rem ita poneret ante oculos & peſtem quæ inde naſceretur, ſequutos video opere parergo Authores Lexici Hebræi Complutenſis, quos illi operi componendo præfecit Princeps ille clariſſimus Dominus Franciſcus Ximenius Ciſnerus conditor Academiæ Complutenſis, cuius ſemper viuet immortalis memoria & gloria, illi namque viri doctiſsimi dum interpretantur Hebræas voces vidiſſe videntur id quod me vidiſſe profiteor, numero comprehendi non poſſe locos vulgatæ quos Iudæi à veritate Hebraica diſcrepare cauſantur, & ita ad ſex ſeptemve capita reuocauere modo omnes quibus defendi noſtra Eccleſiaſtica ſcriptura poſſet, vt cùm per ſingula capita aliquot accipiſſes exempla, reliqua quæ eiuſdem notæ eſſent eadem arte defenderes, ſed quid iuuat? dixerat Ariſtoteles in moralibus non eſſe exigendam demonſtrationem, probabili ratione quadam nos plærunque debere eſſe contentos, idem vſurpat Clemens Alexandrinus, & Diuus Baſilius & alij Patres de Philochriſtis, id eſt de Chriſti amatoribus, quos non par eſt in omnibus ſemper demonſtrationem exigere, aut maius aliquid demonſtratione poſtulare, diuinum ſcilicet teſtimonium, plerunque nos probabili quadam ratione oportere eſſe contentos, hoc tamen non facile impetrabis à Iudaizantibus, quos Iudęis peiores putauere veteres, vidi ego vidi illa capita defenſionum noſtrę ſcripturę,

quæ Lexico Hebræo Complutenſi con tinentur opere parergo, tacito rideri riſu, & cachinno tacitò eludi, qui non exiret in vulgus, ne periculum incurreretur, ergo conſilium fuit eruere ex Hebræo Complutenſi Lexico capita illa defenſiones vulgatæ, neque id tantum, feciſſet enim id multo diligentius ſtudioſus adoleſcens, qui rem iam factam à viris illis doctiſsimis ex libro excerperet, in ordinem redigeret, ne tædio laboris præteriret quicquàm, vt nos prętcrijmus multa, quæ neceſſaria erant dixiſſe contenti. Igitur non tantum excerpſimus ex Complutenſi Lexico Hebræo, vulgatæ defenſionem, vt lectori eſſet ad manum vniuerſa ſimul, ſed ſingulis demonſtrationes addidimus, quales in tali re poſſent reperiri in re morali, ſcilicet cuius probationes probabiles, vt dixi, Ariſtoteles putat eſſe debere. Plato longe ſecus exiſtimat, perſuadere, nanque nobis conatur, morales probationes mathematicis demonſtrationibus eſſe magis neceſſarias, quod principia mathematica certa ſunt quidem non tam certa tamen qualia principia ſcientiæ Metaphyſicæ, quam Theologiam ille nominat, & Dialecticam, quæ eadem putat eſſe principia moralis philoſophiæ, vnde concluduntur concluſiones neceſſariæ magis, quàm concluſiones mathematicæ, quanto à principijs magis neceſſarijs concluduntur. Putat enim Plato Moralis diſciplinæ principia eadem eſſe cum principijs Theologicis, quid diceret Plato, ſi principia à Deo accepiſſet, vnde concludere poſſet demonſtrationes pluſquam Mathematicis, igitur probationibus pluſquā mathematicis oſtēdemus veriſſimas illas eſſe defenſiones vulgatæ D. Hiero. de quibus loquor, nec poſſe à quopiā refelli, niſi eo modo quo dixit Ariſtoteles nō eſſe demonſtrationē ad exteriorem ſermonem, quod ſæpè conſtricti in vinculis argumentis, verbis tamen & geſtu & motu corporis renitimur, ita Deo bene iuuante fiet vt hæc defenſio de qua loquor in medium prodeat tota ſimul, & talis vt à nullo poſsit ſubuerti.

¶ *Tria prima capita, ad quæ defenſio vulgatæ Diui Hieronymi ſolet reuocari.*

CApita prima, ad quæ vulgatæ Diui Hieronymi defenſio ſolet reuocari tria ſunt, primum ſi orationi Hebrææ lectionis, ſenſus Iudaicus congruat, & Eccleſiaſticus, defenditur noſtra lectio vulgata, quod Hebrææ lectioni ſenſus vulgatæ congruat, quemadmodum & Iudaicus, cuius rei quam pauciſsima exempla poſuimus, cùm ſint in Hebraico Lexico Complutenſi quamplurima, quod vno exemplo poſito, plurima poſita videantur, quæ eiuſdem rationis ſunt. Alterum caput eſt quod Iudæi & noſtri tranſlatores D. Hieronymus & 70. viri voces Hebræas ad diuerſas radices videantur retuliſſe, & inde varias feciſſe tranſlationes videātur, vt ſi in lectione latina hoc participium paſſus alius à patior videatur deflexiſſe, alius à pateo, aut à pando: & participium excuſſus alius ad excudo videatur deflexiſſe, ab excutio alius, quæ Latinè ſunt pauca, Hebraicè verò innumerabilia, quę ad diuerſas radices verborum poſsint reuocari, & inde variæ ſignificationis eſſe, tertium illud genus eſt quod propter varias vocum Hebræarum ſignificationes hoc & illo modo videtur poſſe transferri. Hæc tria capita eiuſdem problematis eſſe videntur, & quæ ad idem problema ſpectant eadem ſolutione eſſe diluenda ſecundo libro poſteriorum docet Ariſtoteles, & ideo hæc tria capita defenſionis vulgatæ, qui pro Iudaicis interpretationibus olim cauſam dicebant vno impetu ſe propellere poſtulabant, & ante victoriā canebant triumphos, vera dicere aiebant hos viros do-

ctos, & orationi hebrææ omni ſenſus
duos poſſe congruere Iudaicum & Ec-
cleſiaſticũ, quid ni?dictiones Hebræas à
varijs radicious deflecti poſſe , & varia
inde ſignificari,& varias fieri poſſe trã-
lationes quis ambigat?& in ſignificatio-
ne varia Hebrçarum vocum, variè He-
bræas voces transferri poſſe nemo du-
bitet, qui ſana mente ſit,quin Hebrææ
linguæ doctior hæc tria capita longè
melius ſit interpretaturus quam qui mi
nus ſit doctus,neque quenquã eſſe du-
bitaturum quin doctioris interpretatio
interpretationi min' docti lõgè & mul-
tum ſit anteferenda Iudços noſtris cog-
nitione hebrçæ linguç infinitis partibus
anteire Iudæorum interpretationes he-
bræ lectionis noſtrorum interpreta-
tionibus infinitis partibus eſſe antepo-
nendas, nec hoc quenquam qui doctri-
na valeat & ingenio in dubium poſſe
reuocare quin ita ſit,quin hoc tanquam
rem confeſſam ab omnibus poſtulabãt
ſibi dari,peruicax enim eſſet plus nimio
qui doctiſsimorũ hominum ſentẽtiam
in ea re de qua cõtrouerſia eſt,vt ait Ari
ſtoteles in Metaphyſicis nõ anteponat
ſentẽtiæ eorũ qui doctrina minus valẽt,
vnde colligebãt Iudaicã ſentẽtiam in in
terpretãda littera hebraicæ lectionis lõ-
gè & multũ Eccleſiaſticæ ſententię eſſe
anteponẽdam quod Iudæi Eccleſiaſticis
cognitione linguæ hebrææ lõgis ſpatijs
anteſtãt,quid quæris omnes in eorũ ſen
tẽtiam pedibus ibant rem cõfeſſam eſſe
teſtabantur. Author noui lexici hebræi
qui omnia ad exemplum Bibliorum cõ-
plutenſium excudere eſt iuſſus non mo-
do hanc defenſionem Eccleſiaſticæ le-
ctionis cõtẽpſit,& pro nihilo duxit , ſed
ne meminiſſe quidẽ vulgatæ D. Hiero.
dignũ putauit,niſi per quã raro & in re-
bus parui momẽti cũ lexicũ hebræũ Cõ
plutenſe primũ omniũ Eccleſiaſticã ſen-
tentiã ponat,deinde Iudaïcã & Eccleſia-
ſticã defendat & artẽ qua defendi poſſe
in reliquis doceat,hic nihil horũ tãtum
abeſt vt noſtra defendat,vt Iudaica tãtũ
ſequatur iuxta illorũ quos dixi ſentẽtiã
qui Iudæos cognitione linguæ hebrææ
lõgè & multũ noſtris antecellere teſten
tur,& Iudæos ſequãtur noſtros delerãt,
& hoc quidẽ nullo modo erat ferendũ.
Illud multo multoq; minus , quod vbi
Iudæorũ varia ſentẽtia eſt illorũ Iudæo-
rũ ſentẽtiã ſequũtur qui Eccleſiaſticis ad
uerſantur,reijciũt illorũ Iudçorũ ſenten
tiã qui nobiſcũ faciũt,neq; eorũ memi-
niſſe iuuat,quod qua mẽte fiat cõiectare
nõ poſſum: aiunt qui pro eis cauſam di-
cunt cõpendium hunc authorem feciſſe
theſauri Pagnini, compendium ne id eſt
quæſo quod eorũ Iudæorum ſentẽtiam
referat qui nobis aduerſantur?prætereat
eorum Iudæorum ſentẽtiã qui cum Ec-
cleſiaſticis congruunt ? & in interpretã-
dis vocibus hebræis vulgatam nũquam
citet Iudaicas interpretationes citet vt
ſcripturam non agnoſcas quod in Ec-
cleſia ſis verſatus? non in impia ſynago-
ga niſi fortè hæc venere quæ per multos
annos ego ſum venatus vt cõferas Eccle
ſiaſtica cum Iudaicis interpretationibus
tũc deniq; depræhẽdas vulgatę nullam
fieri mẽtionẽ Iudaicas interpretationes
citari ſemper , quęro qui poſſunt magis
refutari noſtra?qui poſſunt magis refu-
tari illorũ doctiſsimorũ virorũ vulgatæ
defenſiones,quã ſi ſpretis noſtris omni-
bus ſequãtur ſemper Iudaica? illa enim
potior ſententia ſemper habetur ait Ari
ſtoteles quæ factis ſignificatur quam ea
quæ verbis dicitur,itur ſemper laxis ha-
benis in Iudæorũ ſentẽtiã, & in eorũ po
tiſsimũ,qui Eccleſiæ aduerſantur, relin-
quitur Iudaica ſentẽtia quæ cũ Eccleſia
ſancta cõgruit defenſio Eccleſiaſticæ ſen
tẽtiæ quæ in lexicis Cõplutẽſibus fit nõ
ſolũ negligitur,ſed etiã vt oſtẽdi refelli-
tur & Eccleſiaſticæ ſententiæ mẽtio fit
nulla. Quç igitur maior dici aut fingi po
teſt noſtrarũ rerũ refutatio quã hæc eſt?
Sed iã pro rebus noſtris cauſam dicam',
& horũ hominũ refellamus proteruiã,
eamus per ſingula: nõ valet hoc cõſecta-
riũ,hebraicè Iudæus doctiſsimus eſt , er-

go vera dicet & nõ fallet:eſt enim vulga tũ illud,prudẽtiſsimus eſſe & veriſsimus debet qui ſententiæ ſuæ de vtilibus & honeſtis credere omnes velit. Iudæus vt docet Dñs apud Hieremiã. mendaciſsimus eſt,& litteratura faciet vt decipiat facilius, vt docet Plato in Ione,ergo Iudæo impio quãtũuis hebraice doctiſsimo credẽdũ nõ eſt. Iudæi aiũt hebrææ linguę peritiſsimi ſunt,noſtri minus periti fuere linguæ hebrææ. Peritiorũ igitur interpretatio lõge & multũ,min⁹ peritorũ trãſlationibus eſt anteferẽda, vnde valet hoc cõſectariũ quæſo?nã me faceret omniũ artiũ primũ qui tã peritus olim erã vtriuſq; linguæ gręcę & Latinæ quã ali⁹ quiſquam,medicis ergo & aſtrologis, & mathematicis & muſicis qui minus Grę cè & Latinè ſciunt quã ego ſciã lõgè peritiora ſcriberẽ,ipſe, apage,inquient,homo inſane nec muſicã noſti, nec mathematicã,nec aſtronomicã,nec artẽ me dicã; & peritiora eſſe tua ſcripta poſtulas eorũ ſcriptis qui vitã & ætatẽ ſuã cõ triuere in illis artibus,quas tu nũquã attigiſti. Si reſponderem ſum doctior Gręcè & Latinè cæteris,riderẽt multum,& dicerent, quid iuuat hoc,ſi has diſciplinas neſcis nec eas vllo vitę tempore attigiſti?ad hoc exemplum Iudęi inquis Hebrę linguę peritiſsimi ſunt, minus periti fuere noſtri, peritiora ſunt igitur Iudaica ſcripta quã ſcripta ſanctorũ,reſpõdebo tibi apage inſane Iudæi cæci ſunt & duces cæcorũ, Theologiam neſciũt,librũ habẽt obſignatũ quem ſolus Chriſtus aperit & claudit,& quod peritiores ſunt hebrææ linguæ doctiora eos noſtris ſcribere poſtulas?quæ demõſtratio æquè certa eſt ac ſcripta diuina quę cæcos Iudęos nominãt & cæcorũ duces,cæci igitur ſunt qui Iudaicas ſequuntur interpretationes,& qui Iudęorũ veſtigia ſequuntur , quibus obſignata & clauſa eſt ſcriptura quã ſola clauis Dauid reſerat,Chriſtũ Iudæi odere Spiritũ ſanctũ nõ habẽt ſine Chriſto & ſine Spiritu ſancto ait Hiero. centies ſcriptura non poteſt reſerari. reſpõdebant verba à Iudęis reſerata poſtulo,ſenſa nõ itẽ,ſenſa ſine verbis,ait Plato,intelligere non potes,nec verba ſine ſenſibus ne erres, vnde veteres Patres vt in his libris centies teſtatũ leges, Iudaicas interpretationes ita refellũt quod mẽtiri faciant Prophetas & vana dicere, & dictum hoc libro eſt,interpretes ſcripturæ appellari in ſacris litteris Prophetas,& à Platone quoq; in Phędro,& duos canones præſcribi à Dño alterũ Prophetam qui vera dixerit Dei eſſe Prophetã, qui vero dixerit mẽdacia Prophetã Dei non eſſe,ſi mendacia apparent, quæ Iudæi interpretantur, vt millies docent patres veteres Iudæi non erunt Dei Prophetæ, eo intellectu quo interpretes ſcripturæ Prophetæ nominãtur cõprobat euentus,vt mõ ſtratũ alibi fuſe eſt omnia quæ prędicta ſunt iuxta interpretationẽ ſcripturæ D. Hiero.& Lxx virorum. Prophetæ igitur Dei fuere Hiero. & Lxx viri ea ſignificatione qua in ſacris literis interpres ſcripturæ Propheta dicitur qui ſi ſua interpretatione vera dixerit,quæ euidẽs cõprobarit euentus Dei Propheta erit,ſin minus nõ erit Propheta Dei ſed Satanæ, maiora omni demõſtratione ſunt diuina reſpõſa,vt intelligas noſtrã ſcripturã Iudaicis trãſlationibus in ſingulis anteferẽdã ſi potuit verti ſcriptura vt noſtra ſcriptura eſt tranſlata, & vt Iudæi vertere fugiẽda eſſe Iudaica & amplectẽda noſtra,adde illud Auguſtini Chriſtũ finẽ eſſe ſcripturæ, vt ait D. Paulus eã ſcripturã quæ Chriſtũ & eius myſteria ſonat verã eſſe ſcripturæ interpretationẽ: quę Chriſtũ & eius myſteria obſcurat, quod facit Iudaica interpretatio,falſam eſſe. Multo plura in hanc ſententiã dici poſſent,ſed ad alia tranſeamus. Iudæos aiut multo noſtris eſſe peritiores hebrææ linguæ, & Deũ immortalẽ quã multa ille alter,vt hanc ſentẽtiã legẽtiũ animis infigat de patria & natiua lingua qua noſtros ſenſus vt volumus explicamus,nec ea æquè bene eos intelligere quã cui ſit

eadẽ

eadē lingua patria & natiua, de his mul
ta dicere poſſem, ſed certum eſt his nō
immorari. Iudæos aiunt lōgè peritiores
fuiſſe hebrææ linguæ, noſtris qui vertere
ſcripturā min⁹ hebrææ linguæ fuiſſe peri
tos. Quos nr̄os aiūt vertiſſe ſcripturā, nā
penè dixerim nos à Iudæis tātū ſcripturā
trāſlatā habemus etiā eā quę à D. Hiero.
ex hebræa lectiōe eſt verſa primū omniū
nemo ibit inficias trāſlationē Lxx viro-
rū trib⁹ ſeculis ante Dn̄i aduētū in carne
à. 72. Iudæis factā fuiſſe, & ideo Iudæis
eſſe odioſiſsimā qđ per ſingulos verſus
Chriſti Dn̄i myſterijs aures legentiū cir
cūſonēt, nō ſecus ac ſi in rē præſentē ve-
niſſent & nō futura narrarēt, illa Eccle-
ſiaſtica ſcriptura nō à nr̄is eſt ædita ſed à
72. Iudæis, qui vt ait Iuſtinianus Impera-
tor illuſtrati lumine Spūs ſancti ita præ-
ſentia videre Chriſti myſteria, ac ſi ea
oculis cernerēt, & ad illa ſuā trāſlationē
accōmodauere, vt ea ſingulis verſib⁹ ex-
primerēt, nihil ergo in hac parte fecere
noſtri tota illa tranſlatio Iudæis accepta
refertur, ſed D. Hiero. inquies R. P. Chri
ſtianæ firmiſsimū columē vulgatā fecit
vt in ea Iudæi nullā ſibi partē vendicēt,
& iniurius es qui hāc vulgatā D. Hiero.
Iudæis quoq; refers acceptā. Ita vt dicis
eſt, ſed audi nūc iā, dictū ſupra eſt, Iudæos
tranſlatores Aquilā, Symmachū, Theo-
dotionē, reliquoſq; trāſlatores Iudæos in
inuidiā tranſlationis Lxx nominiſque
Chriſtiani ſuas texuiſſe tranſlationes, &
multa ſubdola interpretatione Chriſti
myſteria cælaſſe, quippe blaſphemi Iu-
dæi erāt, vt ait Hiero. ſed eo tēpore Dei
opinor impulſu, vt olim Balaā Prophe-
ta & Prophetę dæmonū aliquādo Chri
ſto militaſſe maxime manifeſtas đ Chri
ſto expreſsiſſe Prophetias. Si roges vnde
cōiectē, quod hæ Iudaicæ tranſlationes
de quibus dixi noſtris aduerſus Iudæos
arma ſuppeditabāt quibus noſtri, ſyna-
gogæ alūnos vehemēter vrgebāt patres
veteres græci & latini eas ad interpreta-
tionē ſcripturæ adhibebāt, vt intelligēt
qui libros veterū græcos & latinos ma-
nibus verſarint; partes quibus defecta
erat trāſlatio Lxx ex illis ſunt reſartæ, &
Prophetiæ manifeſtæ de Chriſto; deniq;
in Eccleſia erant, & Eccleſiaſticis multas
præbebāt commoditates, & ea cauſa ex
impia ſynagoga ſunt extruſæ, permiſſu
itaque Dei, vt facilis eſt ex his quæ dixi,
cōiectura ſubdola interpretatione mul-
ta cælarūt Chriſti myſteria, quædam vi-
tiarūt, quā cauſam Hierony. ſcripſit ſibi
fuiſſe faciendę ſuæ vulgatæ, vt vitiata
corrigeret, obſcurata Chriſti myſteria
in lucē proferret, Cætera vt Balaā Pro-
pheta Dei impulſu veriſsima prædixit
ita veriſsime eos trāſtuliſſe arguit euēt⁹
quem ſupra dixi. D. Hiero. ergo reſecuit
ex his trāſlationibus quę venenata erāt,
& noxia cūcta, reliqua quibus vtebatur
Eccleſia in refutādis Iudæis, & hæreticis,
& quę adhibebāt Patres ad ſcripturā in-
terpretādā propoſuit ſibi D. Hieron. in
ſua vulgata faciēda & tranſlationē Lxx
virorū vt horū exemplò ſuā tranſlatio-
nē texeret, ita vulgata D. Hierony. quod
intelliget qui eius ſcripta luſtraret tota
cōflata eſt ex tranſlatione Lxx & ex A-
quila, Symmacho, Theodotione, qui eo
animo texuerūt ſuas trāſlationes, quippe
blaſphemi Iudæi vt Chr̄o Dn̄o aduerſa-
rentur, hos oēs in faciēda ſua vulgata ex
lectione hebræa ſibi ꝓpoſuit quos imita-
retur quos exprimeret, tota igit̄ vulgata
D. Hiero. à Iudæis pene dixerim ortū ha
bet nō igit̄ à noſtris nr̄a eſt ſcriptura ſed
à Iudæis excepto qđ Hiero. ab eis deſci-
uit, vt vitiata ab eis corrigeret male trāſ-
lata caſtigaret, Chr̄i myſteria obſcurata
illuſtraret, reliqua quæ ex illis admira-
batur Eccleſia exprimeret, quæ omnia
eo pluribus ſum exequutus, vt appareat
falſiſsimū eſſe qđ aduerſarij iactare ſo-
lēt Iudæos doctiores multo eſſe hebrææ
linguę his q noſtrā ſcripturā vertere: à Iu
dæis nr̄a ſcriptura trāſlata eſt à. 72. Iudæis
& penè dixerim ab Aquila, Symmacho,
& Theodotione q animo à Chr̄o Dn̄o
alieno ſuas trāſlationes ſūt aggreſsi hos
ſibi ꝓpoſuit authores, quos ſequeret D.

Hieronymus, vt apparet ex eius ſcriptis,& LXX viros ex quibus apparet con flata eſſe vulgata, vniuerſa hinc colliget qui hæc omnia bene cum animo ſuo reputarit doctiores multo fuiſſe veteres Iudæos à quibus ſcripturam noſtram habemus, Iudæis recẽtioribus qui extracti per multas calamitates & erũnas cognitionem linguæ quę florebat olim cùm abundabant opibus, potentia, & imperio perdidere iam olim, Iudęorum doctiſsimi Rabini ſunt pelliones, ſutores, veteramentarij vt non vacet illis litteris ſacris operam nauare. Poſtremum illud eſt ſcriptura ſine Spiritu ſancto, qui in Iudæis non eſt intelligi nullo modo poſſe, cur tu igitur Iudaicis tranſlationibus habeas fidem? Ariſtoteles in prologo Rhetoricæ ad Theodecten hunc de hac re canonem pręſcribit eam veriorem eſſe legis interpretationem quæ vacuis odio & gratia mentibus ante ortam litem ſit facta noſtra interpretatio ſcripturę trecentis & eo amplius annis ante aduentum Domini in carne, vt in ſuſpitionem venire nullo modo poſſet facta eſt vacuis odio & gratia animis, nondum enim venerat Chriſtus, nondum nomen Chriſtianum ortum erat; vulgata D. Hieronymi etiam profecto aliquo modo videtur eo modo quo dictum eſt ex Iudæorum officina, qui diuino numine & veritate impulſi noſtræ veritati innumerabilia impertiere teſtimonia, Iudaicæ verò tranſlationes quid habere veritatis poſſunt quæ ardentibus odio Chriſtiani nominis animis factæ ſunt & dolis refertæ, vt nobis in omnibus rebus aduerſentur. Si nihil aliud eſſet peius viperino ſanguine mediocriter prudenti viro eſſent vitandæ.

Sed quando confutauimus eos qui Iudaica noſtris anteferebant quoties hebræa lectio, & Iudaicę tranſlationi cõuenire poterat & vulgatæ, age iam veniamus ad capita ad quę authores lexici Complutenſis defenſionem vulgatæ retulere, quorum primum illud eſt ſenſus Iudaicos & Eccleſiaſticos eidem lectioni Hebrææ congruere commode poſſe, de quo multa à nobis hoc libro dicta ſunt aduerſus eos qui vtranque ſententiam & noſtram & Iudaicam recipiendam putarent, quod vtraque ſententia ex vbertate Spiritus ſancti eidem orationi poſſet congruere, dabant enim Iudæis impijs ſi Deo placet Spiritus ſancti vbertatem, ſed de his ſatis abundèque dictum eſt. Huius capitis in Complutenſi lexico innumerabilia exempla ſunt poſita, quibus docent viri illi doctiſsimi hebræam lectionem congruere poſſe cum ſenſu Iudaico & Eccleſiaſtico nos duo tantum exempla poſuimus, & quando refutauimus eos qui ſenſus Iudaicos ſibi putabant ſequẽdos. Tantum hoc loco dicam canonẽ quem in.3.caput Abacuc pręſcribit Hieronymus quędam poſſe transferri Chriſtianè & Iudaicè; & execratur eos qui Chriſtiani cùm ſint ſcripturam transferunt Iudaicè.

¶ Leges in dictione, mln Ruht, primo legi quia veſtra anguſtia magis me pręmit quod Iudęi vertunt quia amaritudo eſt mihi magis quam vobis, ſed verba hebręa cum vtraque ſententia poſſe congruere.

¶ Leges in dictione, pela, threnorum, primo legi & depoſita eſt vehementer, quod Iudæi vertunt parui pendit miracula, vbi docti illi viri aiunt hebręa verba cum vtraque ſententia Iudaica & Eccleſiaſtica poſſe congruere, quod ego neſcio an fieri poſsit, ſed nunc non de his agitur ad hoc exemplum innumerabilia in lexico Complutenſi defenduntur. Sed ego his duobus contentus ſum, & refutaſſe eos, qui Iudaicas ſententias Eccleſiaſticis ſententijs anteferebant, & attexuiſſe de hac re Diui Hieronymi canonem vt contemnas Iudaica.

¶ Secundum caput erat ad quod retulere viri doctiſsimi illi, vulgatæ Diui Hiero-

Hieronymi defenſionem ad diuerſas hebræarum vocum ſignificationes, cuius exempla ponemus quando refutauimus eos, qui Iudaica noſtris anteferenda putabant.

De his quæ in noſtra vulgata defendũtur varietate ſignificationis vocum hebræarum.

Leges in dictione, or, cum aleph, ur, nomen proprium eſſe loci, & ſic D. Hieronymum Geneſeos 15. vertiſſe: Ego Dominus qui eduxi te de vr Chaldæorum ſignificare etiam eãdem illam vocem ignem & ſic quoſdam hebræos pro de vr Chaldæorum reddere de igne Chaldæorum.

¶ Leges in dictione, barach, varietate ſignificationis vocum hebræarum defendi hos locos omnes ſequentes quos aliter interpretantur Iudæi quàm noſtri quod vox hebræa varia ſignificat Exodi. 25. Facies quoque vectes de lignis ſetim, & Pſalmo Iob: Quia contriuit portas æreas & vectes ferreos confregit. Eſaię. 15. Vectes eius vſque ad ſegor. Eſaiæ. 43. Et detraxi vectes vniuerſos. Et Eſaiæ. 57. ſuper Leuiatan ſerpentem vectem, quos locos omnes quod vox hebræa multos habet intellectus & Iudæi, vt hoc libro monſtratur quocunq; modo à noſtris diſcrepare affectant variè vertunt aduerſari deſertis noſtris, ferè ſequuntur Iudęos.

¶ Leges in dictione, iana, in illo Sophonię. 3. væ prouocatrix & redempta ciuitas columba pro columba hebraicè eſſe, iona, quam vocem hebræi vertunt decipientem & affligentem, ſed frequẽtius ſignificare columbam peruertitur à Iudęis hic locus & totum tertium caput Sophoniæ varia hebræarum vocũ ſignificatione, quorum quædam tertio libro adnotamus, reliqua dicturi Deo bene iuuante in Commentarijs in Sophoniam ſi vita ſuppetet, nam nunc non eſt his locus longum eſſet ſi dicẽdum eſſet in ſingulis quid petant Iudęi hac varia tranſlatione lectionis hebrææ ex varietate ſignificationis hebræarum vocum, ſat eſt in vniuerſum dixiſſe quod dictũ ſupra eſt repetendumq́ue millies admoneri nos à ſanctis Patrib' dupliciter à Iudæis ſcripturam peruerti falſa interpretatione & ſcriptione falſa omnes hi loci ex varietate ſignificationis vocum hebręarum, & ex varietate radicum falſa interpretatione à Iudæis peruertuntur, vt poſtea etiam apparebit.

¶ Leges in dictione, malach. Exod. 30. legi mixtum diligenter & purum, quod Iudæi vertunt comminutum & purum, in tranſlatione tamen Chaldaica eſſe ſicut in noſtra vulgata.

¶ Leges in dictione, maſa, cum ſadich, & aleph, in fine Deuteronomij, 32. legi qui inuenit eũ in terra deſerta, quod Iudæi vertunt ſuffecit in terra deſerta, & vtroque modo poſſe verti, quod vox hebręa vtrunq; ſignificat.

¶ Leges ibidem Zachariæ decimo legi inuenietur eis locus quod Iudęi vertunt, & non ſufficit eis locus, & vtroq; modo poſſe trãsferri quod vox hebręa vtrunq; ſignificat.

¶ Leges ibidem Ioſue. 17. legi: Non poterimus ad montana conſcendere, quod Iudæi vertunt, non ſufficiet nobis mons, & orationem hebræam vtrunq; poſſe ſignificare quę adnotare libuit omnis, vt intelligas varia vocis hebrẹæ ſignificatione à Iudæis ſcripturam peruerti, vt nos docent omnes veteres Patres, & tamen hanc Iudaicam tranſlationem ex varietate ſignificationis à noſtris quibuſdam hominibus veritatem hebraicã nominari, vide quantum interſit inter veteres illos nunquàm ſatis laudatos viros, & noſtros quoſdam homines, qui quæ peruertunt Iudęi varia vocum hebręarum ſignificatione veritatẽ hebraicam nominant.

¶ Leges in dictione, marah. Iob. 16. legi: Et in amaritudinibus eorum moratur oculus meus, quod Iudęi legunt, & in

prouocatione eorum,& vtroque modo verti poſſe,quia vox hebræa vtrunque ſignificat.

¶Leges ibidem Threnorum. i. legi: Quia os eius ad iracundiã prouocaui,& à Iudæis trãsferri, quia rebellãs rebellaui,quod vox hebræa vtrunq; ſignificet, alia eiuſdem notæ ibidem leges,cur igitur Iudaica lectio hebraica veritas eſſe dicatur quæ eo ſpectat ſemper vt noſtra peruertat.

¶Leges in dictione, naſach, cum ſamach.4.Regum.cap.11.legi:Et cuſtodietes domos maſach,vbi maſach in noſtra vulgata nomen proprium eſt,ſed quod maſach ſignificat deuaſtationem verti à Iudæis,cuſtodientes domum ad deuaſtationem.

¶Leges in dictione,naſah,cum ſadich. Eſaiæ.37. legi: In eradicatione collium compugnantium,quod Iudæi vertunt: In eradicatione collium deuaſtatorum, quod vox hebræa vtrunque ſignificet.

¶Leges ibidem Threnorum.4. legi: Iurgati quippe ſunt & commoti, quod Iudæi vertunt:violauerunt & commoti ſunt,quod voces hebrçæ hæc & illa ſignificent.

¶Leges ibidem. Hieremiæ. 48. legi: Date florẽ Moab, quia florens egredietur,quod Iudæi vertunt:date alã Moab, quia volans volabit,quod voces hebrçç hæc & illa ſignificant.Nec inficiandum eſt quædam quæ Iudæi variè vertunt propter varias vocum hebræarum ſignificationes poſſe tolerari tamẽ,dum probamus quædam & putamus nos per ſingula ire ſecuros induimus pedes in laqueos quos non intelligimus quibus magna noſtræ religionis peruertũt myſteria.

¶Leges in dictione,ſapar,cum ſamach. Eſaiæ. 33. legi: Vbi eſt litteratus, vbi verba legis ponderans,quod hebrçi vertunt,vbi numerans,vbi ponderãs,quod hebrça lectio vtrunque ſignificet.

¶Leges ibidem eodem cap.33. Eſaiæ, legi:Vbi doctor paruulorum, quod Iudæi vertunt,vbi numerans turres, quod hebraicè vtrunque ſignificatur.

¶Leges in dictione,ſepharat, in Abdia,ſepharat nomen proprium loci, pro quo D.Hierony.tranſtulit,Boſphorum, Prophetiç conuenienter,vt dixi in Cõmentarijs in Abdiam Prophetam, quæ cum commẽtarijs in Prophetas Ioelem & Amos commiſimus excudenda doctiſsimo ac excellenti omni doctrina viro,ſimul & religioſiſsimo Epiſcopo Lindano, Iudæos vero vertere aiunt non, Boſphorum,ſed Hiſpaniam,vt Prophetia falſa fiat.Ita Iudæi ſcripturam peruertunt falſa interpretatione vocum Hebræarum.

¶Leges in dictione,Aada,cum hain, in principio.4.Regum.cap.11.legi:Et poſuit ſuper eum,diadema, & teſtimoniũ. Pro teſtimonio,quod Iudçi vertunt, & poſuit ſuper eum diadema & ornamentum.Sed vocem hebræam magis ſignificare teſtimonium quàm ornamẽtum.

¶Leges in dictione; halã, cum hain, olam ſæculum ſignificare & perpetuũ, & æternum,& Iudços ſçculum interpretari quinquageſimum Iubilçi annum, & leges eandem vocem,olam,ſignificare æternitatem, Videas tamen quoſdam nouos interpretes,Olam, ſemper vertere ſæculum,çternitatem nunquàm, vt facilius Prophetiæ de Chriſto poſsint peruerti, mille nanque dolis aduerſum nos eos graſſari videas. Sçculum dices æternitatem etiam ſignificat,ita eſt, ſed & alia multa,vt manifeſtis Prophetijs Iudçus & hæreticus illaqueatus cõfugere poſsit ad alias huius vocis ſignificationes: Iuxta illos vix æternitatis mentionem in veteri teſtamẽto reperias,Hinc fortaſſè nati ſunt olim qui negabant in veteri teſtamento vitæ ſempiternç reperiri mentionem & ſuæ ſententiç D. Hierony. authorem proferebant, Cum D. Hiero.dicat vſque ad Chriſtum Dominum regnum cœlorum prædicatum non fuiſſe vitæ çternæ mentionem in

veteri

veteri teſtamento ipſe D. factam eſſe docet, & alij patres. Sed nunc non eſt his locus.

¶ Leges in dictione, Aarab, cũ hain, miſcere. Sophoniæ. 3. legi: Iudices eius lupi veſpere, quod Iudæi legunt, lupi deſerti, quod vox hebræa vtrunque ſignificet.

¶ Leges in dictione, hara, fundere. Abacuc. 3. legi: Suſcitãs ſuſcitabis arcum tuum, quod hebræi vertunt: Nudans nudabis arcum tuum, quod lectio hebræa vtrumque ſignificat.

¶ Leges ibidem Eſaiæ. 19. legi: Nudabitur alueus riui à fonte ſuo, quod Iudæi vertũt herbæ ſuper riuum, ſed noſtram vulgatam cũ hebræa lectione congruere magis.

¶ Leges in dictione, palal, Regum. 1. cap. 2. legi: Si peccauerit vir in virum placari ei poteſt Deus, quod Iudæi vertunt: Si peccauerit vir in virum, iudicabit eũ Deus, vel iudicabunt eum iudices, quod voces hebrææ hæc & illa ſignificent, & poſt hæc ſequitur: Si autem in Dominũ peccauerit, quis orabit pro eo, quod Iudæi transferunt: Si in Dominum peccauerit quis iudicabit pro eo; quod hebræa lectio vtrunque poſsit ſignificare. Si licet hoſtibus Eccleſiæ propter varias vocum ſignificationes antiquam Eccleſiæ mutare lectionem, quę non licebit illis peruertere, dupliciter enim Iudæi noſtra peruertunt, vt aiunt patres, falſa ſcriptione, & peruerſa ſcripturæ interpretatione, quæ frequentiſsimè fieri ſolet varia vocum hebræarum ſignificatione.

¶ Leges in dictione, pala, cum aleph, in fine Iudicum. 13. legi: Quid quæris nomen meum quod eſt admirabile, quod Iudæi vertunt, Quod eſt abſconditum, quod vox hebræa vtrunque ſignificet.

¶ Leges in dictione, pala, cum he, in fine. Exodi. 9. legi: Faciamque mirabile in die illa in terra Geſſem, quod Iudæi vertũt: Separabo in die illa terram Geſſem, quod vox hebræa vtrunque ſignificat, Et in eodem capit. 9. Faciet Dominus mirabile inter poſſeſsiones Iſrael & Ægyptiorum, quod Iudæi transferunt: & diuidet Dominus inter poſſeſsiones Iſrael & Ægyptiorum.

¶ Leges in dictione, pana, Eſaiæ. 57. legi: Declinate de ſemita, quod Iudæi vertunt: Præparate ſeu expurgate ſemitam, quod vox hebræa vtrunque ſignificat.

¶ Leges ibidem Sophoniæ. 3. legi: Ipſe auertet inimicos tuos, quod hebræi vertunt: Expurgabit inimicos tuos, quod oratio hebræa vtrunque ſignificat.

¶ Leges in dictione, saba, cum ſadic, militare. Iob. 7. legi: Militia eſt vita hominis ſuper terram, quod Iudæi transferunt, terminus ſiue tempus determinatum eſt homini ſuper terram, Et ibidem cap. 10. Et pœnæ militant in me, quod Iudæi transferunt, mutationes & terminus mecum eſt, & ibidem 14. cunctis diebus quibus nunc milito, quod Iudæi vertunt: Cunctis diebus quibus termini mei, & Eſaiæ. 40. quoniam completa eſt militia eius, quod Iudæi reddunt, quoniam completus eſt terminus eius, & Danielis. 8. Robur datum eſt ei, quod Iudæi vertunt: terminus datus eſt ei. Et Danielis. 10. Et fortitudo magna, quod Iudæi reddunt, & terminus magnus. In quibus locis omnibus vox Hebræa vtrunque ſignificat, ita eſt, vt aiunt viri illi doctiſsimi, tamen in his omnibus illud rationis habere oportet ita tranſlatum fuiſſe olim ab antiquiſsimis Iudæis, & ita in Eccleſia à ſuis initijs receptum eſſe, Iudæos verò ita vertiſſe, vt noſtra peruertant, & vt à nobis diſſentiant, vt dictum ſupra pluribus verbis eſt.

¶ Leges in dictione, ſacach, cum ſadich, candere. Hierem. 4. legi: Ventus vrens, quod Iudæi vertunt: ventus clarus, & vtrunque hebrææ lectioni congruere.

¶ Leges in dictione, quarab, mentionem & interpretationem harum vocũ corban & corbona, quarum in nouis

quibuſdam lexicis mentio nulla eſt, de quibus hoc eodem libro dictũ eſt abunde, & alibi dicetur.

¶ Leges in dictione, rus, currere. 4. Regum cap. 24. Eſaiæ. 40. legi; non erit triſtis nec turbulentus, quod aliter interpretantur Iudæi, & ibi defenditur vulgata.

¶ Leges in dictione, rir, Iob. 6. legi, pōteſt aliquis guſtare quod guſtatum affert mortem, vocem hebræam, rir, quę hoc loco eſt, à Iudæis pro albugine oui explanari defenditur lectio vulgata & nos libro tertio de hoc loco plura dicemus; & refutabimus Iudæos, qui aiunt, rir, ſignificare oui albuginem.

¶ Leges in dictione, ſaua, adæquare. Iob. 33. legi: Et vt eram dignus non recepi, quod Iudæi vertunt: non profuit mihi, quod verbum hebręum prodeſſe ſignificat & adęquare, vt verti potuerit, non adęquauit mihi, ideſt, non recepi æqualia meis meritis.

¶ Leges in dictione, Sachach. Ezechielis. 19. legi: non abſque vulneribus ſuis ceperunt illum, quod Iudæi vertunt. In foueis ſuis captus eſt, quod lectio hebræa, & illo modo poſsit transferri.

¶ Leges in dictione, ſur, Iob. 33. legi: memento quod ignores opus eius de quo cecinerunt viri, quod Iudæi vertũt; quod aſpexerunt viri, quod vox hebręa vtrumque ſignificat.

¶ Leges ibidem. Canticorum. 4. legi: Coronaberis de capite Amana, quod Iudęi vertunt: Aſpicies de capite Amana, quod vox hebræa vtraque ſignificat.

¶ Multa alia in vulgata D. Hieronymi defenduntur ex varietate ſignificationis Hebræarum vocum, quæ ſciens & prudens prætereo, ſed hæc exempli cauſa dixiſſe ſat eſto. Vnde qui ſapiet colliget varietate ſignificationis hebræarum vocum mulra myſteria de Chriſto obſcuraſſe Iudæos, & vt hoc facere poſſent clam omnes ſic multa ex noſtra lectione mutaſſe, vt inter cætera deliteſcerent Chriſti myſteria, quæ deprauarent.

De his quæ radicũ varietate in noſtra vulgata defenduntur.

RAdices in Hebræa lingua dicuntur verborum themata, vnde cætera deſcendunt, vt ab Amo amans amator amor, à doceo doctor doctrina, amo & doceo radices appellantur in hebræa lingua, themata in Græca, poſitiones latinè nominantur.

¶ Varietate radicum noſtra vulgata defenditur, quod voces hebræas Lxx & D. Hieronymus ab hac radice, ideſt, ab hoc verbo, Iudæi ab illo deflexerint; radices enim Iudæi appellant verborum origines, vt ſi latinè dicas, paſsis manibus, à verbo pando, aut à verbo pateo, alio intellectu dici, à verbo patior intellectu longe diuerſo conditum à condo, aliud ſignificare, aliud à verbo condio; aliud eſſe prodir à verbo prodeo, aliud à verbo prodo, collinit à collino aliud eſſe, aliud à collinio, latinè multa ſunt huius notę, Gręcè multo plura, Hebraicè innumera, quæ varia ſignificant, quod à diuerſis verbis deducuntur, quę Iudęi à varijs radicibus deflexa dicuntur.

¶ Prius quam ad rem ipſam aggredior, illud dicam, defendi vulgatam dici, quod à Iudęis & Iudaizantibus vulgata noſtra in crimen vocabatur. Non enim ſat habuere Iudæi, & Iudaizantes praua interpretatione deprauaſſe ſcripturam & ſcriptione falſa, vt nos docent veteres patres, quod ſupra dictum eſt, niſi falſam ſcripturæ interpretationem & falſam ſcriptionem veritatem hebraicā eſſe vociferarentur, ſcripturam Eccleſiaſticam diſcrepare à veritate hebraica clamarent, defenditur ergo ſcriptura Eccleſiaſtica à falſo crimine quod ei impingitur. Antiquiſsima nanque ſcriptura interpretatio noſtra Eccleſiaſtica à Iudæis tranſlata eſt, & à D. Hieronymo ex hebręa lectione Latinè reddita, qui tamen Lxx viros in vertenda lectione haberet authores, quos ſequeretur, & Iudæos tranſlatores infeſtos Chriſtiano nomini,

nomini, qui tamen, vt dixi, Spiritus Sancti impulſu, vt olim Balam Dœmonū propheta Eccleſiæ noſtræ ſanctæ innumera præſtitere veritatis teſtimonia, reliquæ Iudaicæ ſcripturæ ex Iudaicis fraudibus conflatæ, vt noſtra refellerent, veritatis hebraicæ ſibi nomen vendicabāt, & noſtra ab hebraica veritate dicebantur diſcrepare. Defenſio igitur noſtræ vulgatæ magis eſt aſſertio Chriſtianæ veritatis quàm defenſio, & magis eſt damnatio Iudaicarum fraudum quàm noſtræ lectionis defenſio. Ne credat quiſquam cūm vtrunque cum lectione hebræa dicatur congruere, vtrunque defendi, minime. Iudaica nanque in noſtrā inuidiam conſcripta ſunt, vt fraude Iudaica noſtra ſubuertant, vt cui vis facile eſſet varietate ſignificationis vocum & orationum, & varietate originis verborum & thematum quælibet Latina & Græca ſcripta in contrarium intellectū peruertere. Ergo his iactis fundamentis iam ad rem ipſam aggrediamur.

¶ Leges in dictione hacar, illud Eſaię 3. cognitio vultus eorum reſpondebit eis, transferri à Iudæis: Impudentia vultus eorum reſpondebit eis, quod, hacar, vox Arabica impudentiam ſignificet, ſed ſi deflectas hanc vocem, hacar, à radice, nacar, vnde deflexit D. Hieronymus ſignificare agnitionem.

¶ Leges in dictione, Chal, in illo Ezechielis. 7. & poſsidebunt ſanctuaria eorum, Iudęos pro poſsidebunt, legere violabuntur à verbo Chalal, violare, D. Hieronymum deduxiſſe vocem hebręam à uerbo Nachal, poſsideo.

¶ Leges in dictione chamam, illud Iob. 30. radix Iuniperorum erat cibus eorum, Iudæos transferre, radix iuniperorum ad calefaciendam, quod Iudæi, Lachmam, à radice chaman, calefacere deducunt, D. Hiero. à radice lechem, id eſt, panis vel cibus, vt l. littera ſit de verbi ſubſtantia.

¶ Leges ibidem Eſaię. 57. legi, qui cōſolamini in dijs, quod Iudęi vertunt, qui calefactieſtis in dijs, à radice chamam, calefacere D. Hieronymus à radice, Nacham, conſolari, ſed D. Hieronymus habet pro ſe Lxx viros, & tranſlatores omnes Iudæos, quos in facienda ſua vulgata ex hebręa lectione conſulebat, Iudæi ſuam impietatem & malitiam ſequuntur, vt in omnibus noſtra perturbent.

¶ Leges in dictione Iagah, cum Iod, in principio, & he, in fine, Threnorum Hieremiæ cap. primo. illud, quia Dominus loquutus eſt ſuper eam, à Iudæis trāſferri, quia Dominus affligit eam, quia iaga, verbum hebræum affligere ſignificat, D. Hieronymus verbum hebræum à radice haga, deduxerit, quod loqui ſignificat, & alia multa.

¶ Leges in dictione Iachal, illud Ezechielis. 19. quæ cum vidiſſet, quoniam infirmata eſt, transferri à Iudęis, & vidit quod cum expectaretur, quod Iachal, expectare ſignificet, D. Hieronymus vocem hebręam deflexerat à verbo Chala, infirmari.

¶ Leges in dictione Iaaph, Danielis. 9. legi: Ecce vir Gabriel quem viderat in viſione à principio, cito volans tetigit me, & pro cito volans, hebraicè eſſe mu hahaph, quam vocem Iudæi vertunt fatigatum fatigatione à verbo Iahaph, defatigare, ſed melius D. Hieronymū vertiſſe volans volatu pro quo tranſtulit, cito volans, à verbo, oph, volare.

¶ Leges in dictione, Iachar, illud Zachariæ. 14. Non erit lux ſed frigus & gelu, Iudæos transferre, non erit lux clara ſed denſa, quod vocem hebręā quæ pro frigore eſt à radice, Iachar, deflectunt & ſignificare aiunt claritatem, Diuum vero Hieronymum aiunt illam deflexiſſe à quarar, frigere.

¶ Leges in dictione, Iare, cum aleph, in fine. 2. Regum cap. 14. in illo. Nunc igitur veni vt loquar ad Dominum meū regem præſente populo, pro præſente populo Iudęos transferre, quia terruit me populus, quod dictionem hebræam deducunt à radice, Iare, timere, Hiero-

nymus à radice raba. Videre, vt ſit videat me populus, pro quo reddit præſente populo.

¶ Leges in dictione Iaſab. 2. Regum cap. 23. legi: Comburentur vſque ad nihilum, Iudæos transferre; comburentur in habitatione vel in ſeſsione, quod verbum hebræum quod eſt primo vſque ad nihilum, Iudæi deflectunt à verbo, Iaſab, habitare, ſedere, & ita transferunt in habitatione, in ſeſsione. Hieronymus vero deriuaſſe à verbo, ſabat, ceſſare vſque ad ceſſationem, quod ad nihil ſuperſit.

¶ Leges in dictione, Iaſam. Numerorum. 21. legi: Iaſsi peruenerunt in nophe, quod transferunt Iudæi, deſolauimus eos vſque nophe, quod hebræa dictio. Naſim, poſsit eſſe verbum primæ perſonæ pluralis à verbo, Iaſam, deſolare, & Naſim vulgo mulieres ſignificat; & ideo Hieronymus vertiſſe Iaſsi, quaſi mulieres.

¶ Leges in dictione, Lacham, Iob. 20. legi, pluet ſuper illas bellum ſuū, & pro bellum ſuum Iudæos transferre carnem ſuam, quod, lechem, panem ſignificet & carnem, lacham, tamen verbum hebręū ſignificare pugnare, vt lacham, bellum etiam ſignificet.

¶ Leges in dictione, Iachus, cum ſadi, ch, in fine. Eccleſiaſtici. 10. legi, ſi mordeat ſerpens in ſilentio, quod Iudæi trāſferunt, ſi mordeat ſerpens abſque incantatione, quod hebraicè legatur; ſi mordeat ſerpens abſque murmure, quod idem eſt quod in ſilentio & abſque incantatione.

¶ Leges in dictione, Iaſar. Danielis. 1. legi. Dixit Dominus ad Malaſſar, quod vertunt Iudæi, ad diſpenſatorem, quod vox hebræa nomen proprium eſſe poſſit, & ſignificet etiam diſpenſatorem.

¶ Leges in dictione, Lamat. Ezechielis. 27. legi. Aſſur, & Chelmat venditores tui, quod hebræi vertunt, Aſſur quaſi doctus, quod Chelmat nomen proprium eſſe potuit, potuit etiam ſignificare quaſi doctus, diuiſa dictione & diuerſis punctis.

¶ Leges in dictione, meum. Iob. 31. legi; Et ſi in manibus meis adhæſit macula; quod Iudæi vertunt, & ſi in manibus meis adhæſit aliquid, quod Iudæi vocē hebręam deriuant à meum, aliquid. Hieronymus à, muum, ſine aleph, macula.

¶ Leges in dictione, Medim. Iudicū. 5. legi; & ſedetis ſupra in iudicio; quod Iudæi vertunt: & ſedetis ſupra Medim; quod Medim nomen proprium eſſe poſſit & ſignificare iudicium.

¶ Leges in dictione, nacha. Eſaię. 58. legi: Et requiem tibi dabit Dominus ſemper; quod Iudæi vertunt: Et deducet te Dominus ſemper, à verbo, nacha; deducere, Hieronymus verò vertiſſe à verbo, naach, requieſcere.

¶ Leges in dictione. Nachat. Iob. 17. legi putas ne ſaltem ibi erit requies mihi; quod Iudæi vertunt pro requie deſcēſio à verbo, Nachat, deſcendere, ſed Hieronymus à verbo, Noach, hebręam vocem deflexit.

¶ Leges in dictione, natas, cum teth. Hieremiæ. 19. legi: Euulſa eſt in ira, quod Iudæi vertunt: & dimiſſa es, ſed mutatione teth, in tau poſſe legi, & euulſa es, quod natos, cum tau, euellere ſignificet.

¶ Leges in dictione, ſoph, cum ſamach. Hieremiæ. 8. legi: Congregans congregabo eos, quod dictionem Hebræā deriuarit Hieronymus à verbo, aſaph, congregare, Iudæos verò vertiſſe: conſumens conſumans eos, à verbo, ſoph, conſumere & perdere.

¶ Sed dices in his omnibus Iudęos hebrææ linguę doctiores multo D. Hieronymo fuiſſe, & multo melius quam Hieronymus nouerint, radices vocum hebræarum nouiſſe, erras toto cęlo. Hierony. Aquilam, Symmachum, Theodotionem, & reliquos translatores in faciē da ſua vulgata fuit ſequutus & conſuluit. Iudæos doctiſsimos & antiquiſsimos, vt dictum eſt, Iudæi ſcriptores noui indocti fuere, pelliones, & ſutores, vt

illud

illud præteream quod eorum hic ſcopus eſt vt noſtra ſubuertant.

¶Leges in dictione, hur, cum, Hain, excitare, ſuſcitare, Oſee.7.legi: Quieuit paululum ciuitas, quod Iudæi vertunt, quieuit paululum excitans, & Michææ. 6. legi: vox Domini ad ciuitatem clamat quod Iudęi transferunt, vox Domini excitandum clamat, Hieremię. 15. Miſi ſuper ciuitatem repętè terrorem, quod Iudæi vertunt: Miſi ſuper eam repente terrorem & hoſtem, cùm in his locis omnibus hebræa lectio magis congruat cum noſtra vulgata.

¶Leges in dictione, Ir, ciuitas, vrbs. Michææ. 5. legi: & conteram ciuitates tuas, quod Iudæi vertunt: conteram hoſtes tuos, quod vox hebręa vtrunque ſignificat, ſenſus tamen fit contrarius, & Iudaicus falſam efficiat prophetiam.

¶Leges in dictione, Halal, operari. Threnorum primo legi: Quoniam vindemiauit me, quod Iudæi vertunt, quem fecit mihi, quod vox hebręa vtrunque ſignificat, & infra in eodē: vindemia eos ſicut vindemiaſti me, quod Iudæi vertunt: fac eis ſicut feciſti mihi, quod lectio hebræa hoc & illo modo verti poſſit.

¶Leges Ezechielis.28.legi: & corruēt interfecti in medio cum gladio, quod Iudęi transferunt: iudicabitur interfectus, quod Iudęi vocem hebræam deducunt à verbo, palal, iudicare. Hieronymus vero illam deflexerit à verbo, Napal, cadere.

¶Leges in dictione. ſo. id eſt, tempeſtas. Prouerbiorum primo. legi cum irruerit repentina calamitas, quod Iudæi vertunt: cùm irruerit tempeſtas, quod vocem hebræam deflectunt Iudæi à, So, id eſt, tempeſtas, Hieronymus à Saha, id eſt, calamitas, vbi punctorum & litterarum mutatio & additio fit, neceſſe eſt.

¶Leges ibidem Zachariæ.4.legi: Exæquauit gratiam gratiæ eius, quod Iudæi vertunt: clamores gratiæ gratiæ ſibi, quod Iudęi dictionem hebræam deflectunt à, So, id eſt, clamor, quæ poteſt deriuari à Saua, exęquare.

¶Leges in dictione ſua, clamare, Iob. 30. legi, & ſi corruerint ipſe ſaluabit, quod Iudæi vertunt: in interitu ſuo eis clamor, quod Iudęi deflectunt dictionē hebræam à ſua, clamare, Hieronymus à Iaſa, ſaluare, in quibus litterarum & punctorum additio ſit neceſſe, & mutatio.

¶Leges in dictione, Sot, ponere. Eſaię 19. legi: Et erunt irrigua eius, flectentia, quod Iudæi vertunt, & erunt retia eius attrita. Sed dictionem hebræam poſſe deriuari à, Sata, & ſignificare irrigua.

¶Leges in dictione, Taphaph. Ezechielis.28. legi: Opus decoris tui & foramina tua, Iudæos pro decoris tui reddere tympanorum tuorum à Taphaph, timpanizare, ſed D. Hieronymum vertiſſe à Iaaph, vt vox hebræa ſignificet pulchritudinem & decorem. Sed aduerte in his omnibus punctorum & litterarum eſſe additionem, mutationem, detractionem.

¶Sat eſt fortaſſe hæc dixiſſe ex his quæ illi viri doctiſsimi adnotant ad hoc exemplum linguarum peritus, & in ſacrarum litterarum ſtudijs verſatiſsimus adnotabit cætera, nec in eo errore verſabitur, vt dicat Iudæos melius noſſe hebraicè quam noſtros, & quam noſtros veriora dicere in explanatione litterę, ſed intelliget ſi quæ diximus excuſſerit benè. Iudæos ab initijs Chriſtianæ religionis noſtra peruertere conari, dupliciter, vt nos admonent omnes patres veteres, quod ſupra monſtratum eſt manu & interpretatione, interpretatione cum interpretatione doloſa quæ de Chriſto myſteria ſunt, alio transferunt, quod facere ſolēt per capita tria quæ ſupra ſunt poſita, quo referunt docti illi viri vulgatæ noſtrę defenſionem interpretatione Iudaica, docuit enim Hieronymus quædam Iudaice explanari poſſe & Chriſtianè, qua in re nos longe ſuperiores ſumus, quod ſcripturam noſtram Iudæi vertere ita, vt de Chriſti ſacramentis pla

ne

ne loquatur nos à Iudæis ita olim accepimus explanata, ſecundo modo praua interpretatione à Iudæis noſtra peruertitur ſcriptura, ex varia hebræarum ſignificatione, vnde in alium ſenſum poteſt ſcriptura locis plurimis trahi, & deflexione vocum hebrearum à varijs verbis vt varia ſignificent, quod in hebræa lingua ſępiſsimè fieri poteſt, quibus modis fere omnia hebraicè poſſunt peruerti, & à Chriſto abduci & alio traduci. His modis ergo fit quod Athanaſius & alij patres aiebant patres veteres ſolere Iudæos & hæreticos noſtra falſa interpretationē peruertere, quod ſi ſapias ipſe per te facile intelliges. Noſtra ſcriptura antiquiſsima eſt à Iudęis ipſis orta & interpretatio Lxx ante Domini in carne aduentum tribus ſęculis, & aſſeruata à Iudæis per octingētos & eo amplius annos in ſuis Synagogis, vulgata facta ad exemplum Iudæorum qui numinis diuinis impulſu, vt Balam olim Chriſtianæ veritati innumera dedere teſtimonia quod ea tempeſtate quando nobis integra ſcriptura non erat, non permiſit illos Deus Chriſto aduerſari, nam ea mente vertere ſcripturam, vt dixi, ſunt aggreſsi. Hæc recentia quæ in lucem prodeunt heri aut nudius tertius eo animo à Iudæis prodeunt explanata vt noſtra refellant, quod cum re ipſa pateat cur ea quiſquam vera putet, & non dolis conſuta & conflata fallacijs.

De fraudibus quæ à Iudæis fiunt manū id eſt, corruptione litterarum, mutatione diſtinctionis, & punctorum varietate, ſimilibuſque.

SOEpè olim ſolebam mirari hæc ſacra ingreſſus ſtudia cur Dominus vnam & eandem prophetiam repeteret centies, non multo poſt tempore ad monitus à ſanctis patribus intellexi eſſe prophetias de Chriſto Domino tam manifeſtas, vt ſupradictis fraudibus peruerti non poſſent, vt monſtratum ſupra eſt, niſi vitiarentur mutatione litterarum punctorum varia diſtinctione, & niſi tot huiuſmodi eſſent prophetiæ, vt Iudæorum vicerent dolos noſtra fuiſſe ruitura, id cauit præſcius rerum omniū Deus, vt millies præſignificaret ſingula, quæ tamen per tot annos Iudęorum impientiſsimorum perfidia vertit in contrariū dixi enim ſępiſsimèque eſt repetendum eſſe ſophiſma eius naturæ, vt ait iuriſconſultus de regulis iuris, vt per exiguas mutationes de manifeſtè veris in manifeſtè falſa commutet, vnde veteres patres aūt Iudæos ſuie fraudibus, & ſua falſa interpretatione prophetas facere mendaces, & falſas & nugaces prophetias. De hac igiť ſcripturæ corruptela, quæ manu fit, id eſt, mutatione diſtinctionis litterarū punctorum, ſimiliumq́ue iam dicere aggrediamur duce Deo, qui cæptis noſtris ſemper adſit propitius.

De litteris mutatis in ſui ſimiles in hebræa lectione.

FRaudes ergo Iudaicas litterarū mutatione fieri diximus, quorum exēpla ſubijciamus oportet, vnius enim litteræ mitatione aut additione diximus ex Baſilio, & Auguſtino, & ex iuriſconſulto vniuerſam ſententiam permutari, quod multo multoque facilius fit in hebręa lingua, quam in vlla alia. Primum igitur dicamus de litteris in ſe mutuo permutatis propter ſimilitudinē quod ſępè, vt docet Chryſoſtomus fit malitia Iudaica, ſępe Iudaica negligentia.

¶ Leges indictione, dus, Iob. 41. legi: & faciem eius præceſsit egeſtas, quod Iudęi transferunt: coram eo lętabitur męror, quod pro præceſsit hebraicè legatur, dus, cum ſadic, id eſt, lætari, vt ſit coram eo lętabitur Hieronymus & veteres quos ſequutus Hieronymus eſt, legere, rus, cucurrit, præceſsit, & r. & d. hebraice ſunt ſimillimæ. ר ד

¶ Leges in dictione, haras, cum he, in principio. Eſaiæ.19. legi: ciuitas ſolis vocabitur vna, & à Iudęis verti ciuitas deſtructionis: quod dictionem hebræam legunt cum, he, littera in principio, cùm D. Hieronymus legerit eam cum littera, chet, ſimillima in primo. nam cheres, ſolem ſignificat.

¶ Leges in dictione, chara. Neę.3. legi: poſt eum in montem ędificauit, & pro, in montem, legi, æchera iratus, & æmulatus. Sed ſi pro, ה, littera legatur, ח, quæ ſunt ſimillimæ ſignificare in monte. ההר.

¶ Leges in dictione, naha, primo regum cap.7. legi: Et requieuit omnis domus Iſrael poſt Dominũ; & pro requieuit Iudæos vertere & planxerunt ſe. Sed ſi pro he littera. ה. ſcribatur littera. ח. chet, ei ſimillima futurum vt ſignificetur idem quod eſt in noſtra vulgata.

¶ Leges in dictione. Nedem, Geneſeos.6. legis Non permanebit ſpiritus meus in homine, & hebraicè pro permanebit legi, ladon, quod authores lexici complutenſis vertunt: vaginabitur, alij iudicabit, & quia Iudæi hoc loco noſtræ vulgatæ inſultant, addam illud, ſi litteræ ד. dalet addideris in ſuperiore parte virgula. ל. futurum, lalon, morabitur permanebit.

¶ Leges in dictione, Naha, Ezechielis. 7. legi: & non erit requies; quod Iudæi vertunt: Et non erit lamentum, ſed ſi pro. ה. he, legeris. ח. chet litteram ſimillimã, futurum vt ſignificetur, & non erit requies.

¶ Leges in dictione, Habar, cũ Hain in principio, Hieremiæ.2. legi: Et dixiſti non ſeruiam, Iudæos tamen vertere: Et dixiſti: non tranſibo, quod, habar, tranſire ſignificet, ſed ſi ר res litteram mutes in ד dalet ſimillimam, & dicas, habad, ſignificabis ſeruiam.

¶ Leges in dictione, Saeac, obliuiſcit Eccleſiaſtici.8. legi: & laudabuntur in ciuitate quaſi opera iuſtorum, & pro laudabuntur Iudæos vertere: Et obliuioni tradentur, ſed ſi pro iſta chechu, legas mutatata vna littera in ei ſimillimam כ caph, in ב b. & legas, iſta bechu, futurã noſtram vulgatam, & laudabuntur.

¶ Sed multa huiuſmodi exempla in ſuperioribus reperies, & in ſequentibus, & hæc exẽpli cauſa ponuntur, nec enim omnia numero comprehendere poſſes, ſed hæc proponunt viri illi doctiſsimi, vt ad hanc normam reliqua caſtigare noueris & defendere. Exoriri tamen poteſt hic duplex dubitatio, prima illa, q̃d in his locis & ſuperioribus referat vtrũ ſic transferas lectionem hebręam, an ſic: reſpondebit tibi Origenes in Epiſtola ad Africanum etiam vbi nihil refert aduerſari nobis Iudæos, & verſare dolos, vt extenuent noſtræ ſcripturæ authoritatem, quod dixere etiam veteres illi patres apud Auguſtinum, de quibus ſuprà dixi, & fidem in paruis ſibi præſtruunt cum probant noſtra vitiata, vt poſteà cum magna mercede fallant in Prophetijs manifeſtis de Chriſto, & dicant vidiſtis profecto veſtra paſsim vitiata, etiã in his de quibus nulla nobiſcum erat cõtrouerſia, & ſic hæc omnia apud vos vitiata ſunt, & à veritate hebraicã diſcrepant, extenuata enim noſtræ ſcripturæ authoritate Iudæis omnia erunt faciliora. Dices cur quæſo non ſcribis exempla quibus oſtendas his fraudibus Iudaicis tolli noſtras prophetias? Oſtendo id libro huius operis tertio, & ſequentibus exemplis plurimis. Id enim huius operis eſt argumentum. Hoc loco tantum pono exempla poſita ab authoribus lexici complutenſis qui parergo quodam opere docuere quonam modo vulgatã D. Hieronymi poſsis defendere, ſed ſunt inquiens, qui hac quæ dices omnia ſubuertunt, ſcis enim quoſdam dicere, potuit fieri, vt quemadmodum LXX viri ſimilitudine litterarum, authore Hieronymo, decepti fuerint, ita D. Hieronymus eadem litterarum ſimilitudine deceptus ſit, nec lectio hebręa mutata ſit, quæ ratio aduerſus reliquas quas fallacias Iudaicas

daicas nominas, valet, vt deceptus Hieronymus ſit quod alias litteras pro alijs legerit, quæ dicere non audent apertè, non immerito ergo fuere ex veteribus qui dicerét Iudaizantes Iudæis eſſe peiores. Non enim ſolum Diuus Hieronymus hæc refellit, qui vt oſtendi docet hanc varietatem hebrææ lectionis eſſe frequentiſsimam, & Iudæos propter odium Chriſti in multis ſcripturam vitiaſſe, ideo enim in hunc locum hác vulgatæ defenſionem diſtulimus poſt probatos dolos Iudaicos, ne neceſſe nobis eſſet probare ſingula, nō ſolum inquam D. Hieronymus, & alij veteres patres hæc refellunt, ſed etiam Iudæi veteres, & rabini recentiores docent in lectione Hebręa mutatas has litteras & Syllabas atque adeo dictiones, vt Iudaizantes Iudęorum teſtimonijs refelleremus, hæc ego pluribus dicerem niſi ſupra fuſè eſſem executus, & hæc omnia Iudæorum authoritate probaſſem quando apud quoſdam Iudæorum authoritas valet plurimum.

Quod apicum varietate, mutetur ſcriptura.

APices hebræi puncta appellant, diuerſi tamen eſſe videntur, non enim valent pro vocalibus vt puncta, ſed tales ſunt quales in noſtra lingua, apices ſunt ſuper poſitæ litteris, quæ nominum mutant ſignificationes, vt mana, manam, lana, lanam, ſana, ſanam. His ergo mutatis apicibus vocum ſignificationes mutantur, & peruertitur noſtra vulgata.

¶ Leges in dictione, Naſa, cum ſin, & puncto cebolet, leuare Oſee primo. legi: Sed obliuione obliuiſcar eorū, Iudęos tamé pro obliuione obliuiſcar, legere: Portans portabo eos, quod D. Hiero. dictionem hebręam legerit cum puncto ſebolet, Iudæi eandem lectionem legerint cū puncto cebolet.

¶ Leges in dictione, Naſa, cum pūcto cebolet, decipere, ſeducere, Hiere. 23. legi: Propterea ecce ego tollā vos portās, qđ Iudæi vertunt: Deſtruam vos deſtruens quod Hieronymus verterit cum apice ſebolet, Iudęi vero cū apice cebolet.

¶ Leges in dictione, ſur, Ezechielis. 27. legi: Naues maris principes tui, pro principes tui legūt Iudæi, muri tui, quod Iudæi legunt dictioné hebræam cū apice ſebolet, Hieronymus cum apice cebolet.

¶ Leges in dictione, ſur, dominari, Eſaię. 28. legi: Et ponant triticum per ordinem, pro per ordinem vertunt Iudæi in menſura, ſed chaldaice cum puncto cebolet ſignificare per ordinem.

¶ Leges in dictione, ſaphat, Ezechielis. 40. legi: Et labia eorum palmę, & à Iudæis verti: tripodes eorum, quod vocem hebręam Iudęi legunt cum puncto cebolet, D. Hieronymus cum puncto ſebolet.

¶ Sed hæc exempli cauſa ſat ſunt, nec enim quiſquam omnia numero comprehendere poſsit, vt liqueat mutatióne apicum ſcripturam peruerti poſſe, nam ad id omnes ſuos intendere neruos Iudęos certa res eſt.

De varietate punctorum & litterarū, quibus ſcriptura peruertitur.

DE varietate punctorum & litterarum quibus peruertitur ſcriptura dictum abunde erat ſupra ex D. Hieronymo, tamen attingam etiam aliqua ex his quę docti illi viri dixere.

¶ Leges in dictione, ſachac, cū ſamach, Amos. 5. legi: Et portaſtis tabernaculū Moloch, Iudæos vertere: Portaſtis Sicut regé veſtrū, mutatis vero pūctis, ſi legas, ſucat, tabernaculum ſignificare, ſed de hoc loco in locis euangelicis à me dictum eſt.

¶ Leges in dictione, ſachar, cū ſamach, & Hain, Hiere. 2. legi: & portę eius deſolamini, pro portę eius vertūt Iudęi, & tépeſtemini, ſed ſi mutatis pūctis, & addita littera Iod, legas pro ſaharu, ſeharau, ſignificare portas eius. Ergo ex his apparet

apparet ſi adhibeas ſanctorum canones ſupradictos,excidiſſe ex lectione hebręa litteras & mutata puncta.

¶ Leges in dictione, Aala, Oſee.70.legi: Reuerſi ſunt vt eſſent abſque iugo, quod Iudæi transferunt: reuerſi ſunt nō ſupra Lxx reddūt:reuerſi ſunt in nihilū. Nempe quod Hieronymus legerit, ol, cum Hain, iugum, Iudæi,al,ſupra cum Hain Lxx, al,cū א nihil, tot ſæpè ſunt in hebræa lingua varietates.

¶ Leges in dictione,Him, cum Hain, Pſal.109.legi: tecum principium,iuxta Lxx quod alia agnouere puncta.

¶ Leges in dictione,raha,paſcere, Geneſeos.38.legi: Ipſe & hiras opilio gregis,quod Iudæi vertunt, ipſe & hiras ſocius eius,quod eadem vox hebręa mutatis punctis,rea,ſocium ſignificat,roe,paſtorem,opilionem.

¶ Leges in dictione,pea, latus, angulus Deuteronomij.32.legi:Dixi vbi nam ſunt,pro quo Iudæi leguut: Dixi diſpergam eos,vbi pro,vbi nam ſunt,hebraicè eſt,Aaphehē,pro quo ſi legatur, Eephohem, tunc ſignificari, vbi nam ſunt, vt noſtra præfert vulgata. Dices hoc eſt quod aiunt decipi D. Hieronymum potuiſſe; reſpondimus iam ſequutum fuiſſe D.Hierony. Aquilam,Symmachum, Theodotionem, & reliquos tranſlatores Iudæos, vt decipi non potuerit adiutus pręſertim Spiritus S.lumine.

¶ Leges in dictione, ſem, Hieremiæ. 28.legi: Pro eo quod miſiſti in nomine meo libros,quod Iudæi vertunt: Pro eo quod miſiſti in nomine tuo libros, vbi mutatio perſonæ eſt, & punctorum & pronominis affixi.

¶ Leges in dictione, Samam, Ezechielis.20. legi: vt cum offerrent omne quod aperit vuluam propter peccata eorum Iudæos poſtrema illa verba: propter peccata eorum transferre diſperdā eos,ſed ſi pro,Aſimen,diſperdam eos,legas,aſamam,efficies peccata eorum.

¶ Leges in dictione [illegible],Deus.Prouerbiorum.30. legi: Omnes domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus, vbi pro duplicibus vertunt Iudæi: Coccino, & mutatione punctorum fieri hanc varietatem quod Iudæi legunt,ſanim, Coccino. Diuus Hieronymus ſenaim, duplicibus.

De mutatione litterarum & Syllabarum in lectione hebræa.

De hac parte dictum eſt cum agebamus de mutatione litterarum in ſuas ſimiles, hoc loco pauca adijcimus.

¶ Leges in dictione,Mis,Eſaię.16.legi: finitus eſt puluis,& Iudæos legere: defecit preſſio, ſed ſi pro, mis, mutata littera legatur,mos, tunc ſignificare puluerem, vt noſtra præfert vulgata.

¶ Leges in dictione, ſaraph, cum ſamach, Amos. 6.legi: & tollet eum propinquus ſuus,& comburet eum, vbi Iudæi pro, comburet eum, vertunt,auunculus ſuus. Quod,ſaraph,cum ſignificat comburere cum ſamach, in principio ſcribatur,non cum, ſin, vt ſcribitur hoc loco Amos, reſpondent authores lexici complutenſis: frequentiſſimè hoc fieri ſolere,vt,ſin,pro,ſamach,ponatur,quod vel pueri norunt.

¶ Leges in dictione,raa, videre,Hieremiæ.16.legi: Non timebit cum venerit æſtus,quod Iudæi vertunt, Non videbit,ſed eſſe poſſe,ſicut in noſtra vulgata, mutatione litteræ,he,in aleph.

¶ Leges in dictione,colet, Pſal.59.legi: vt fugerent à facie arcus quod Iudęi vertunt, à facie veritatis, ſed ſi mutes vnam litteram in aliam, teth,in tau, eſſe hebraicè quod in noſtra vulgata.

Pugna inter Iudæos, vtrum litteræ quædam ſint de verborum eſſentia.

Leges in dictione,hamula,Iudæos inter ſe contendere vtrum littera, he, ſit de verbi eſſentia,an non.

¶ Leges in dictione,hagam, Diuum Hieronymum putaſſe,ha,non eſſe litteram

ram de ſubſtantia verbi, & ita in duas diuiſiſſe partes, ha, gan, & interpretatum eſſe hortum ſeparatum, vbi etiam litteræ mutatio eſt. Iudæos verò quod, he, litteram ſubſtantialem putant interpretari aliter.

¶ Leges in dictione, nabat. Eſaiæ. 5. legi: Aſpiciemus in terram, Iudæos verò legere: Aſpiciet in terram, quod litteram, nun, de ſubſtantia dictionis eſſe dicant, & non litteram articularem; quę denotet primam perſonam.

¶ Leges in dictione, rauach רוח. Eſaię. 43. legi: Et detraxi vectes vniuerſos, Iudæos vero legere: Detraxi in nauibus vniuerſos, ſed ſi littera, beth, quę ponitur in principio dictionis eſt de ſubſtantia dictionis, ſignificare vectes, vt vertit D. Hieronymus.

De litterarum additione, & defectu.

LEges in dictione, אי, cum א &. י, illud Iod. 22. ſaluabitur innocens, quod Iudæi vertunt: ſaluabit inſulam innocés, pro inſula hebraice legi. e. cum. aleph. & iod, & futuram vulgatam ſi addas, ſin, litteram. אי. nanque inſulam ſonat. איש. vir, vt ſit vir innocens, nam varijs punctis fit vt verbum ſignificet actiuè vel paſsiuè, vt deſit littera & mutentur puncta, qua de re ex D. Hieronymo multa diximus.

¶ Leges in dictione. Gab. Ezechielis. 43. legi: Hæc quoque erat foſſa altaris, quod Iudęi vertunt: Hæc quoque erat altitudo altaris, quod pro foſſa hebraicè eſt, Gab, & D. Hieronymus addita littera, vau, legerit, gob, aut mutato puncto, nam, gob, foſſam ſignificat.

¶ Leges in dictione, naua, Michææ. 7. legi: & magnus loquutus eſt deſyderium animæ ſuę, quod Iudæi vertunt: prauitatem animæ ſuæ, & docent viri illi doctiſsimi mutatione, he, in. א. ſignificari deſyderium, aut vt ego puto additione litteræ aleph, vt, he, non ſit de ſubſtantia dictionis.

¶ Leges in dictione, Chaia. Regum primo. cap. 25. legi: Et ſic dicetis, ſit fratribus meis, quod Iudęi legunt: ſic dicetis viuo, quod hebraice legitur, le chai, ideſt, viuo, ſed ſi addita vna littera legatur, le, chai, ſignificari fratribus meis, quod eſt in noſtra vulgata, vt noſtra vulgata arguat deeſſe vnam litteram hebraice.

¶ Leges in dictione. Iacol. 2. Regum cap. 17. legi: Tranſierunt feſtinanter guſtata paululum aqua, quod Iudæi vertunt, tranſierunt vadum aquæ, quod Hieronymus legerit. Maachal, cum, aleph, loco, iod, quod verbum ſignificat cibum vel deguſtationem, Iudæi legunt Michal, id eſt, vadum.

¶ Leges in dictione, Iahal, Primo Regum cap. 4. legi: Pręgnans erat vicinaque partui, Iudæos vertere: Pręgnans erat ad eiulandum, quod Iudæi dictionem hebræam deflectunt à, Ialal, lamentari, & alios Iudæos eſſe autores eo loci non legendum eſſe Ialat, ad lamentandum, ſed addita littera, dalet, la le det, parturiens, vicina partui; vt præfert noſtra vulgata.

De his quæ hebraicè ſunt controuerſa diuiſimne legenda ſint an coniunctim.

LEges in dictione, aboi, cum littera, aleph, in principio, in illo Prouerbiorum. 23. Cuius patri væ, Hieronymum diuiſim dictionem hebræam legiſſe. Ab Oi, vt eſſet cuius, Ab, patri, oi, væ: Iudæos vero coniunctim legere, aboi, & interpretari miſeriam, arguit tamen vulgata D. Hieronymi diuidendam eſſe dictionem hebræam, & addendam litteram, aleph.

¶ Leges in dictione Acaph, cum, aleph, in principio, in illo Iob. 33. Eloquentia mea non ſit tibi grauis, pro eloquentia mea hebraicè eſſe, acpi, & Iudæos interpretari, manus mea, & exiſtimare redundare, aleph, & legendum

eſſe, capi manus mea, vt Iudæi fateantur lectionem hebræam vitiatam eſſe, & eam caſtigent. Diuus Hieronymus lectionem hebræam legerit diuiſim, ac cum aleph, id eſt profecto, pi, os meum, eloquentia mea.

¶ Leges in dictione, ſadam, Hieremiæ. 31. legi: Et vniuerſam regionem mortis, quod Iudæi transferunt, vniuerſam ſedemot, legunt enim coniunctim dictionem hebræam ſedemot, & nomen proprium faciunt. Diuus Hieronymus legerit diuiſim, ſede, regionem, mot, mortis.

¶ Cùm hæc ego & alia cum viris quibuſdam doctis conferrem, dicent fortaſſe aiebant hos viros doctos ſignificare, ſi ſic legeretur hebraicè, vulgatam, Diui Hieronymi cum hebræa lectione poſſe congruere, minimè inquam, quia contra ſtat Diuus Hieronymus, cuius teſtimonijs multis probatū eſt ex translatione cuiuſque probari poſſe, quam hebræam lectionem interpres eſſet ſequutus, & ita loci ſuperiores arguunt Diuum Hieronymum in locis ſuperioribus illas lectiones hebręas legiſſe, & Lxx viros & Aquilam, & Symmachum, & Theodotionem, quos conſulebat ſemper. Adde his quod ſupra monſtratum eſt Rabinorum teſtimonijs has lectionis hebrææ mutationes fieri frequenter, quæ omnia cum fuſe ſupra ſint demonſtrata finem huic diſputationi imponamus.

Sed ne putes doctos illos viros lexici Complutenſis Authores vulgatam, Diui Hieronymi tantum defendiſſe, addam paucula, quibus appareat Lxx quoque virorum translationem eſſe tuitos, & fortaſſe defenſuros multa plura, niſi ſibi perſuaſiſſent Pſalterium, quod ſub nomine Diui Hieronymi circumfertur, Diui Hieronymi eſſe, & niſi Diui Hieronymi reuerentia illos retardaſſet ab hoc negotio, qui videretur aliam lectionem hebræam agnouiſſe, quàm Lxx viri agnouerint. Sed quod Eccleſiaſtica lectio defenderetur non lædebatur Diui Hieronymi authoritas. Quis enim eo magis Eccleſiam ſanctam eſt tuitus? Quis in ea defendenda plus laboris exhauſit? non aduerſatur Hieronymo, qui pro Chriſto, & Eccleſia pugnat, omnium qui pro Chriſto pugnant, is dux eſt, & anteſignanus.

SEPTVAGINTA interpretum defenſio.

Leges in dictione, bana, in illo Hieremiæ. 49. Perijt conſilium à filijs, Lxx vertiſſe, pro à filijs, ab intelligentibus, quod vox hebręa vtrumque ſignificat.

¶ Leges in dictione, baſar, cum apice, cebolet, in illo Oſee. 9. væ eis cum receſſero ab eis, hebraice eſſe, beſuri, id eſt incarnatio mea ex eis, vt ſit totum: vę eis quia incarnatio mea ex eis, vel vt vertere Lxx, Quia caro mea ex eis, & certè vtraque lectio ſacroſancta eſt, vt vertit Diuus Hieronymus: væ eis cùm receſſero ab eis, vt, ſin, ponatur pro, ſamach, id eſt vę eis cū redemptione facta generis humani excluſero eos, Iudæos ſcilicet, & faciam Eccleſiam ex gentibus & nationibus, vel væ eis, quia incarnatus ſum ex eis, qui carnem ſumpſi ego Deus omnipotens ex Iudæorum gente, ex ſacra Maria Virgine ſcilicet, & tantó maiore ſupplicio ſunt digni Iudæi qui me non receperunt, Iuxta illud: & ſui eum non receperunt; de his plura in Oſeam prophetam Deo benè iuuante.

¶ Leges in dictione, dama, illud Oſeæ. 4. nocte tacere feci matrē tuam Lxx vertiſſe: Nocti aſsimilaui matrem tuam, quod verbum hebræum dama, aſsimilare ſignificet & tacere, & alia, & ita Iudæos vertere hunc locum iuxta aliam ſignificationem, nocte oppreſsi matrem tuam, iuxta

variaſ ergo ſignificationes varia fit tranſlatio. Et ſic defenduntur Septuaginta viri noſtros quoſdam tamen iuuat, cùm hoc & illo modo ſcriptura verti poſsit, ſemper ferè ſequi Iudæos.

¶ Leges in dictione, daq, illud Pſalmi. 17. Quaſi lutum platearum delebo eos, quod Regum. 2. capite 22. vbi idem Pſalmus. 17. ad verbum ſcriptus eſt, legitur: quaſi lutum platearum comminuam eos, inde factum, quod alibi comminuam eos legitur, alibi delebo eos, quod alibi, aricen, legatur per res, non per, dalet, id eſt delebo eos, alibi legatur, adicen, per dalet, non per, res, quod hæ litteræ mutuo in ſe tranſeunt & permutantur, quod ſimillimæ ſunt: mutantur igitur hebrææ litteræ propter ſimilitudinem in ſe ipſas, quæ ergo Iudaica peruicacia eſt, vt ſi litteræ hebrææ propter ſimilitudinem in ſe ipſas mutentur continuo, noſtra lectio mutanda eſſe dicatur, & ſunt qui pro Iudæis tanquàm pro aris, focíſque, quod eſt in prouerbio, pugnent.

¶ Leges in dictione, הָלְאָה hala, id eſt vltra trans, Michææ. 4. legi: Eam quæ laborauerat in gentem robuſtam, à Lxx viris tranſlatum, & Iudæos vertere, & repulſam ingentem robuſtam, quod Diuus Hieronymus dictionem hebræam à verbo aba, id eſt laborare deflexerit, Lxx viri à verbo, nahalaha, id eſt remota, eiecta, repulſa.

¶ Leges in dictione, zera, cum zain, in principio, & hain in fine זרע in illo Pſalmi. 96. Lux orta eſt iuſto, pro orta eſt, hebraicè eſſe ſeminata eſt, ſed ſi pro, hain, ſcribatur chet, tranſlationem Lxx virorum mutatione illius vnius litteræ in alteram reſponſuram lectioni Hebrǽæ ad verbum.

¶ Leges in dictione, chalam, illud Iob. 6. Poteſt aliquis guſtare quod guſtatum affert mortem, Iudæos interpretari, ſapor vel guſtus in albugine vitelli, quod Iudæi vocem Hebræam chalamut, coniunctim legunt, & interpretantur vitellum, Diuus Hieronymus diuiſim legit, chala mut, perit mortem, quod Lxx legere chalomot, ſomniatorem, vt Geneſeos. 37. Ecce ſomniator venit, ſed de hoc loco fusè à me dictum eſt ſuprà, & quod chalamut, nuſquàm reperiatur vna dictio, cur quæſo aduerſarios iuuat, ſemper Iudæos ſequi, relictis noſtris?

¶ Leges in dictione, chatat, illud illius Pſalmi. 17. Poſuiſti quaſi arcum æreum brachia mea, Iudæos vertiſſe: Confractus eſt arcus æreus brachijs meis, & ideò factum, quod Iudæi verbum hebræum, nichata, deflectunt à verbo, chatat, confringo, Lxx verò à verbo, nacha, cum, he, in fine, repono, vnde etiam deduxit Diuus Hieronymus hoc verbum hebræum. 2. Regum cap. 22. vbi eſt hic idem Pſalmus Hebraicè verbis eiſdem, vt hoc loco teſtantur etiam authores Hebræi Lexici Complutenſis, quid autem interſit inter lectionem hebræam huius Pſalmi, quæ eſt in libro Pſalmorum, & quæ eſt 2. Regum capit. 22. dictum à nobis ſecundo hoc libro capit. 64. cum agebamus de varietate lectionis hebrææ, quæ negligentia Iudaica, authore Diuo Chryſoſtomo in plęriſque eſt, ſed vt ad propoſitum regrediamur, illa ne veritas hebraica eſt, quod Iudæi ab illo verbo voces hebræas deriuent. Diuus Hieronymus & Lxx viri ab alio, vt non deſinant qui ſemper ſequantur Iudaica.

¶ Leges in dictione, iare, in illo Pſalmo 129. Quia apud te propitiatio eſt, & propter legem tuam, Iudæos pro poſtrema illa oratione, propter legem tuam, vertere vt timearis, quod dictionem Hebræam, tibare, deflectunt à radice, iare, id eſt, timeo, ſed ſi mutatis punctis, poſtremam litte-

litteram Aleph, mutes in litteram he, efficies, aiunt, legem; propter legem tuam. AEquum ne eſt quòd hebraicè mutetur vna littera; quod frequentiſſimè fieri in lectione hebræa monſtratum eſt, hoc libro ſecundo toto, noſtram Eccleſiaſticam lectionem damnari.

¶ Ibidem leges in illo Pſalm. 9. Pone Domine legislatorem ſuper eos, pro legislatore hebraicè eſſe, mora. Sed ſi mutato puncto pro mora legas more, legislatorem ſignificare, vt vertere Lxx id eſt Chriſtum, qui legislator futurus erat poſt Moſem.

¶ Leges in dictione, cum, Pſal. 48. legi: Homo cùm in honore eſſet, non intellexit, hebraicè tamen eſſe pro non intellexit, lo ialin, non commorabitur, ſed in fine Pſalmi legi, lo iabin, non intellexit, vnde apparet in ſuperiore loco mutatam eſſe vnam litteram in alteram, & pro ialin, commorabitur, legendum fuiſſe iabin, intellexit.

¶ Leges in dictione, leſat, Pſalm. 31. legi: Conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina, quod hebræi vertunt; conuerſa eſt humiditas mea, quod pro ærumna mea, hebraicè ſit, leſat, humidum ſiue humiditas mea, ſed ſi, lamet, quod ponitur in principio dictionis non eſt de ſubſtantia dictionis, ſed eſt propoſitio, ſicut in alijs locis, ſic ſignificat id quod vertere Lxx in ærumna mea.

¶ Leges in dictione, maſa, cum ſadich, & he in fine, Pſalmo. 72. legi: Dies pleni inuenientur in eis, quod Iudæi transferunt, aquæ plenæ exprimentur eis; ſed ſi, maſa, vox hebræa, quæ ſcripta eſt cum, he, in fine ſcribatur cum aleph, tunc ſignificare inuenire, vt eſt in vulgata noſtra lectione.

¶ Leges in dictione, maim, illud Pſalmi. 72. & dies pleni inuenientur in eis à Iudæis verti aquæ plenæ decurrent eis, tamen ſi pro me legatur, ieme futuram lectionem Lxx, incidit mihi ſuſpicio puduiſſe eos tot locis ſimul hebræam lectionem vitiatam commonſtrare, nam pro hac voce, dies, hebraicè eſt, vme, & aquæ, ſed ſi addideris vnam litterulam, iod, & dicas vieme, facies, & dies, vt vnius litteræ additione lectio Eccleſiaſtica; & dies pleni inuenientur in eis defendetur, & quod credebant Diuum Hieronymum authorem eſſe Pſalterij hebraici quod ſub eius nomine circumfertur, quod mihi perſuadere non poſſum, putant Diuum Hieronymum eo loco non legiſſe, vme, & aquæ, ſed humi, mutato puncto, quod verterit, & quis nempe quod ex tranſlatione cuiuſque iuxta canonem ſupradictum agnoſcatur, quam lectionem hebræam quiſque interpretum agnouerit quod monſtrabimus exemplo Hiſpani codicis latinè verſi, in quo ſi legeretur, vna moça; redditum videres latinè muſca quædam, non dubitares quin interpres legiſſet in Hiſpano codice, vna moſca, & non vna moça: & ſi legeres vna planta muy reſplandeciente, in Hiſpano codice, & verſum latinè legeres, argentum ſplendens, non dubitares quin interpres legiſſet, non vna planta, ſed vna plata.

¶ Leges in dictione, ham, cum hain, in principio, Pſalmo. 109. legi: Tecum principium; quod Pſalterium, quod ſub nomine Diui Hieronymi circumfertur, præfert populi tui ſpontanei, poſſe tamen legi ſicut Lxx tranſtulerunt, quod hebraicè eiſdem litteris ſcribatur puncta differant, himeca, tecum hameca, populus tuus. Idem referunt in dictione, nadab; vbi nedibot, ab alijs explanari aiunt ſpontanei, ab alijs principatus principes, quod ſuprà diximus ex Symmacho poſſe verti principiantia liberalia, vt ſit Eccleſiaſtica ſententia, tecum, ô fili Dei ſunt duo principiantia Pater & Spiritus ſanctus, mera enim liberalitate omnia

creauere, ſunt ergo duo principiantia adiectiuè, vnum tamen principium ſubſtantiuè.

¶ Leges in dictione, ſur, cum ſamach Oſeæ. 9. legi: Væ eis cùm receſſero ab eis, quod Diuus Hieronymus diuiſim legerit, ve ſuri, vt ſin, pro ſamach legeretur: væ cum ſuri, id eſt, cum receſſero ego, Lxx viri legerint coniunctim, beſuri, quia incarnatus ego, à baſar, quod ſignificat carnem, & incarnare, vnde beſuri, incarnatus ego, aut beſari, caro mea, me hem, ab eis, vt vertere Lxx & vt legit omnis antiquitas, vt ſit ſenſus: væ eis Iudæis, quia carnem ſumpſi ex eis, & tanto beneficio à me affecti me non recepere, iuxta illud: & ſui eum non receperunt.

¶ Leges in dictione hada, cũ hain, in principio, Pſalmo. 79. in titulo legi: pro his qui commutabuntur Pſalmus pro Aſsyrijs teſtimonijs aſaph. Hebræos vero pro teſtimonio vertere ornamentum, ſed ſupra dictum erat, vocem Hebræam frequentius ſignificare teſtimonium.

¶ Leges in dictione, hur, cum hain, Pſalmo, 72. legi: Domine in ciuitate tua imaginem eorum ad nihilum rediges, Iudæos vero vocem Hebræam quæ pro ciuitate eſt quæ frequentiſsimè ciuitatem ſignificat, quod ab alia radice deduci poſsit aliter vertunt.

¶ Leges in dictione, halal, cum Hain Pſalmo. 11. argentum examinatum probatum terræ, quod Iudęi varie transferunt, alij diuiſim legunt, vt be, non ſit prępoſitio, ſed de ſubſtantia dictionis, alij legunt coniunctum, bahalil, vt Lxx.

¶ Leges in dictione, Aala. Pſa. 47. legi: ipſe reget nos in ſæcula, quod Iudæi legunt ipſe reget nos vſque ad mortem, ſed de hoc loco diximus ſupra variam eſſe lectionem Hebręam, alios legere, olamim, in ſæcula, alios, almut, vſque ad mortem, varijs litteris, & pũctis alios ab adoleſcentia.

¶ Leges in dictione, pana, hoc aduerbium pene ſignificare ante, vt ante ſolem permanet nomen eius, noſtra tempeſtate hoc tolli videtur, nam pene à quibuſdam nouis translatoribus transfertur ad facies, vt de medio tollãtur illa vaticinia quę de Chriſto Deo & homine ſunt pręſignificata, ante ſolem permanet nomen eius, & illud ante lunam in generatione & generationem, & multa alia huius notę.

¶ Leges in dictione, pas. Pſalmo. 71. legi: erit firmamentum in terra, in ſummis montium, quod Hebręi transferunt & fragmentum vel placentula tritici in ſummis montium, negabis Hebraice eſſe vocem illam firmamentum, quę eſt apud Lxx & negabis apud Lxx eſſe voces illas, vola panis aut particula panis, docuit nos Diuus Hieronymus temporum vetuſtate, multa ex tranſlatione Lxx excidiſſe, & nos oſtendimus ſupra idem eueniſſe lectioni Hebrææ, vt ex ea multa exciderint: altera igitur lectio ex altera erit reſarcienda & explananda, vt nos docet Diuus Hieronymus in commentarijs in principium catis, 49. Alij vertunt, erit vola panis in ſummis montium, quod interpretantur Iudaice, ſi vola manus impleatur tritico & ſpargatur in ſummo vertice montis, in locis ſcrupeis totum montem exuberaturum frugibus quę altitudine ſuperent arbores proceras montis libani, tempore opinor Meſſiæ Iudęorum, Quæror ergo de noſtris cur non potius placentulam hanc aut triticum ad inſtar volæ manus euchariſtiam interpretantur, quando totus hic Pſalmus de Chriſto vero Deo, & hõmine vero explanatur à veteribus tam Gręcis quam Latinis, cur non dicatur hæc euchariſtia ſacra quæ panis vitæ eſt, ad inſtar volæ manus firmamentum vitæ ſpiritalis, offeranda in ſummis montibus, vt à temporibus Chriſti vſque ad noſtra tempora offertur in ſummis montibus, vbi temporibus gentium

tium, dæmonibus ſacra fiebant, & hanc ſacram hoſtiam allaturam fructus vberiores Libano monte, nam viri ſancti arbores proceræ & odoratę magis quam arbores montis libani dicuntur, neque eſt prætereundum ſilentio quando mihi in hæc excurrere libuit nouos quoſdam interpretes vertiſſe illud eiuſdem Pſalmi; adorabunt de ipſo ſemper, adorabunt pro ipſo ſemper, ne de Chriſto dici poſſet, nefas eſt enim pro Chriſto orare, nec pro quouis beato, nedum pro Chriſto, quanto melius Græce eſt, orabunt de ipſo ſemper, quod preces omnes eccleſię de litteris Apoſtolicis & Euangelicis ſunt verba Chriſti: & illud, hoc eſt corpus meum &c. non ſic eſt; hebraice inquies, imo maxime, hebraice enim eſt, bead, per quem, quod dicimus in ſacris, Per Chriſtum Dominum noſtrum.

¶ Leges in dictione, coſet, Pſalmo, 59. legi: cum fugerent à facie arcus, Iudæos verò vertere à facie veritatis, quodſi legatur cum, Tau, & non cum littera, teth, vt ſcribitur in codicibus Hebræorum ſignificari à facie arcus, ergo translatio Lxx arguit in lectione Hebræa, iuxta ea quę repetita ſunt centies vnam litteram in alteram fuiſſe mutatam.

¶ Leges in dictione, rabab, Pſalmo, 71. legi: ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram, quod, rebibim, guttas ſignificet & ſtillicidia, quod alibi diximus.

¶ Leges in dictione, raza, id eſt marceſcere, Eſaiæ, 24. legi: ſecretum meum mihi, ſecretum meum mihi, quod Iudæi vertunt: macies mihi, macies mihi, quod lingua Chaldaica vox hebræa, ſecretum ſignificet, & myſterium.

¶ Leges in dictione, tacam, Pſalmo, 109. legi: ex vtero ante luciferum genui te, quem locum 70. demiror cur non defendant, neque alios plęriſque locos Pſalmorum, vbi facillima eſſet defenſio, & alia plæraque defenderint multo difficiliora, neque quæ fuerit cauſa queo coniectare, niſi id eſt quod ſuſpicor, habebant perſuaſum Pſalterium quod Diui Hieronymi nomine circunfertur, Diui Heronymi eſſe, & aduerſum Diuum Hieronymum hiſcere non audebant, ſed vt eſſet Diui Hieronymi Eccleſiaſtica lectio defendenda erat, & in hoc loco & in alijs plęriſque, neq; in eo authoritas Diui Hieronymi læditur quod authoritas Eccleſiæ, & lectionis eccleſiaſticę defenderetur, defenderant alia non pauca ex hoc Pſalmo, & hunc locum quē nos libro tertio defendimus, qui multo facilius defendi poterat præteriere ſilentio.

¶ Leges in dictione, Rachat, Pſalmo, 59. legi: olla ſpei meæ, quod vertunt Iudæi, olla lauacri mei, defenditur quod vox Hebræa lingua chaldaica ſperare ſignificet.

¶ Leges in dictione. Rahal, Pſalmo, 59. legi: potaſti nos vino compunctionis, de quo loco dicemus quinto huius operis libro, cùm lectionem citatam à Diuuo Paulo defendemus.

¶ Leges in dictione ſuſam, lilium, in titulo Pſalmi. 44. legi: pro his qui commutabuntur, & à Diuo Hieronymo citari, iuxta translationē Symmachi pro lilijs, de hoc loco dicēdum eſt libro huius operis tertio.

¶ Leges in dictione, ſabar, Pſalmo 103. legi: expectabunt onagri in ſiti ſua, quod Iudęi vertunt, confringent onagri in ſiti ſua, quod Iudęi legunt verbum hebræum, ſabar, cum ſebolet, id eſt frangere Lxx legere, ſabar cum cebolet, expectare.

¶ Leges in dictione ſub, pſalmo. 125. legi: In conuertendo Dominus captiuitatem Sion, quod Iudęi vertunt: in conuertendo Dominus conuerſionē Sion, quod dictionem Hebræam deflectunt à radice, ſub, quę poteſt deflecti à radice, ſaba, quæ ſignificat captiuare, quod fecere Lxx.

¶ Leges in dictione ſuhac Pſalmo 118. legiſti narrauerunt mihi iniqui fabulationes ſuas, quod aliter trâſlatum aiunt in pſalterio, quod ſub nomine Diui Hieronymi circunfertur, & defenditur ab authoribus Lexici Cõplutenſis, & non defenditur eccleſiaſtitica lectio, credo quod diſcipulus non eſt docêdus omnia, præſertim cùm acceperit canones, quibus ipſe ſuo marte idem facere queat, pro narrauerût hebraicè eſt char, vbi apparet ex translatione Lxx pro charu lectum eſſe nagdu, narrauerunt, & ſichot, à verbo, ſohac, eloquia ſignificat, & Lxx vertere eloquia ſuperflua, fabulationes, & huiuſmodi mutationes plurimas in hebræa lectione fieri ſupra monſtratum eſt.

¶ Leges in dictione ſuq, Pſal. 64. legi, viſitaſti terram, & inebriaſti eam, quod Iudæi vertunt, & deſyderari feciſti eam, quod Iudęi vocem Hebræam deriuant à verbo ſuq, deſyderare, Lxx à verbo, ſaca, inebriare.

¶ Leges in dictione, ſur, canere, geneſeos. 49. legi: in furore ſuo ſuffoderunt murum, Iudæos legere, ſubneruauerunt bouem, quod Lxx. legunt, ſubneruauerunt taurum.

¶ Leges in dictione, ſachaq, contundere, pſalmo, 88. legi: Quis in nubibus æquabitur Domino, quod Iudæi vertunt, Quis in cœlo æquabitur Domino, quod dictio Hebræa vtrunque ſignificat, vt Pſalmo. 17. tenebroſa aqua in nubibus aeris, & Pſalmo. 35. veritas tua vſque ad nubes.

¶ Leges in dictione. Sachar, Pſal. 109. legi: ex vtero ante luciferum genui te, pro quo Diuum Hieronymum vertiſſe aiunt de vulua orietur tibi ros adoleſcẽtiæ tuæ, aut iuuentutis tuæ, de quo loco tertio libro dicendum eſt, tamen hinc liquet cur veteres oratores, & ſancti patres illud in ore haberent, pernicioſus eſt error magnos duces ſequentibus, ſub nomine Diui Hieronymi labefactatur Eccleſiaſtica lectio recepta à temporibus Apoſtolicis & Euangelicis, ab omnibus veteribus patribus tam Græcis quàm Latinis, per omnia tempora, per omnes locos, per omnes nationes, nemo enim in vniuerſa catholica Eccleſia aliter vnquàm legit hunc locum, nec in ipſa ſynagoga, quæ per octingentos annos vſa eſt translatione Lxx virorum, vt dictum eſt, quę facta à 72. Iudæis eſt, trecentis annis ante Domini aduentum, & aſſeruata in Iudæorum ſynagogis ab ipſis poſteris, qui Chriſtum Dominum cruci affixere, vt ait Diuus Chryſoſtomus. Rogo ego omnes quę firmior probatio, quæve demonſtratio firmior hac dici aut excogitari poſſit, certè nulla. Nam vetuſta exemplaria antiqua, ſcripta milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ante anno aſſeruari nulla, vllo vnquàm tempore potuere. Hebraicè aiunt aliter eſt hic verſiculus Pſalmi, vnde tu probas hanc veram & legitimam eſſe hebræam lectionem? quod hebræa lectio aiunt caſtigatiſsima, & emendatiſsima eſt, & prototypa religioſiſsimè aſſeruata à Iudæis, Quo authore id probas? quo Euangeliſta? Contra, veteres omnes ſentiunt, vt mõſtratum eſt toto hoc ſecundo libro, erant inquiunt religioſiſsimi Iudæi in ſeruanda ſcriptura, contra veteres, vt monſtratũ eſt ſentiunt. Erant Iudæi radiurgi, id eſt corruptores teſtamenti Dei, & corruptoribus teſtamenti Dei habetur fides? contra ipſum vniuerſæ Eccleſiæ à ſuis initijs cohærentem ſibi, & conſpirantem conſenſum? contra Quintilianus, qui malum patronum inter argumenta malæ cauſæ poſuit, & quod argumentum firmius malæ cauſæ Iudæorum, quàm impiæ ſynagogæ impietas, & eius intentus animus ad corrumpendam ſcripturam ſacram propter odium Chriſti? vt verbis Diui Hieronymi vtar, quę res facit, vt mihi perſuadere nullo modo poſſim, vt dictum à me eſt, primo libro

Pſalterium hoc quod ſub nomine Diui Hieronymi circumfertur eſſe illud Pſalterium, quod à Diuo Hieronymo eſt translatum. Illud verè dicent huius cauſæ defenſores durum eſſe ſi noſtræ tranſlationes non reſpondeant ſuis Archetypis, & prototypis, vnde ſunt trãslatæ durum, ſi non nobis per manus traditæ ab Apoſtolis eſſent & à Chriſto. & ab vniuerſa Eccleſia. Et ſi perexigua mutatione vnius puncti, aut vnius litterulæ duarumve non congruerent ferè omnia hebrææ lectioni, vt congruit hic locus mirabiliter mutatione punctorum, de quo poſtea dicemus.

¶ Leges in dictione, ſanam, Pſal. 72. legi: & renes mei commutati ſunt, & à Iudæis verti, & renes mei acuti ſunt, à verbo, ſanam acuere. Lxx verò deflexiſſe lectioné Hebræam à verbo, ſana commutare.

¶ *Concluſio huius diſputationis.*

HAEC ſunt & alia huius notæ nõ pauca, quę doctiſsimi iſti viri authores Lexici Complutenſis adnotarunt, ex vulgata Diui Hieronymi, & ex Lxx virorum translatione quæ à lectione Hebręa diceretur diſcrepare, quæ tamen defendi poſſent & adiecerunt, qua ratione poſſent defendi non ſolum hęc, ſed & alia numero infinita quæ in Eccleſiaſtica lectione quidam calumniantur, Hebrææ lectionis varietate, ſcilicet quæ ſita eſſet in punctis, in vnius duarumve litterarum mutatione, additione aut detractione, ſimilibuſq;. Vnde ſequitur neceſſario Hebræam lectionem ſępè eſſe mutatam in plæriſque, aut Lxx viros & Diuum Hieronymum, & quod dictu eſt nefas Apoſtolos & Euangeliſtas, & ipſum Dominum atque Spiritum ſanctum ſępè eſſe deceptos litterarum ſimilitudine, aut varietate, alijſque ſimilibus & non in puſillis, vt ille alter aiebat, ſed in rebus omnium maximis, quę ad ſummam rerum noſtrę fidei pertinerent, ad prophetias de Chriſto & eius myſterijs, maximè manifeſtas, de quibus toto hoc opere diſputamus. Itaque cùm illud cõſtet plurima ſcripturæ teſtimonia Eccleſiaſtica, Apoſtolica & Euangelica à lectione hebræa diſcrepare, fateamur neceſſe eſt iuxta canonem, quem ſupra ex Diuo Hieronymo præſcripſimus, argui translatione Eccleſiaſtica Apoſtolica & Euangelica, mutatas diſtinctiones hebraicè puncta mutata, litteras, ſyllabas, aut vulgatam erroribus eſſe plenã, erraſſe Apoſtolos & Euangeliſtas, atque ipſum Dominum tam in vulgata, quam in litteris Apoſtolicis & Euangelicis, quod dicere nefarium crimen eſt. Sunt enim plurimi qui arguunt in lectione hebræa mutatas litteras, ſyllabas, & ſimilia, & ſic defenduntur quando ab hebręa lectione dicuntur diſcordare: aut ſi neges in lectione hebręa factam vllam eſſe mutationem neceſsitas ipſa cogat, vt fatearis Apoſtolos & Euangeliſtas, & ipſum Dominum litterarum ſimilitudine fuiſſe deceptos, non ſolum Lxx. viros, & Diuum Hieronymum, vnde quid ſequatur malos ab alijs cogitari quàm à me dici.

De Hebræo Onomaſtico Complutenſi quàm cæteris omnibus excellat.

CVM primum cœpi Onomaſticũ Complutenſe hebræum cum hebræis lexicis conferre, primum illud apparuit in vocabulario Complutenſi, noſtram vulgatã citari in alijs non itẽ, aut per quã raro eius fieri mentionẽ, idq; in rebus tenuibus, nãque in rebus alicuius momẽti altũ de ea ſilentiũ eſſe. In Complutenſi vocabulario apparuit primum poni noſtram vulgatam, deinde ſubiungi translationem Iudaicam, in alijs Iudaicas poni tanſlationes, vulgatæ aut eccleſiaſticæ lectionis nulla ferè facta mentione, in Lexico Complutenſi deprehendi vulgatam Diui Hieronymi, & Lxx virorum translationem plærunque defendi, arte quoque præ-

APOLOGETICI PRO LECTIONE APOSTOLICA ET EVANGELICA, proq́ue noſtra vulgata, & pro translatione Lxx Liber Tertius, Authore Leone Caſtro ſcripturæ ſanctæ interprete in inſigni Eccleſia Valliſoletana.

PROLEGOMENA IN LIBRVM TERTIVM.

Præfatio ad Lectorem de veritate vulgatorum Pſalmorum, & de argumento huius Tertij Libri.

EMERITVS et rude donatus Salmanticæ: ſapientiſsimi Theologorum collegij in illa inſigni Academia Decanus, cum ſum aſcitus Pintiam et cooptatus canonicus ſcripturæ ſanctæ interpres, cum interim, nec cantiones Eccleſiaſticas ſcirem modulari; nec quicquam artis muſicæ didiciſſem, amuſos prorſus, ſedebam inter illuſtres canonicos tantum, vt mihi videbar mancus, et extinctæ corpus non vtile dextræ, et poſt tot in ſtudijs diſciplinarum honeſtiſſimarum exhauſtos labores pueris inuidebam, qui voce canora dicere Deo laudes probè nouerant, et ſuum quiſque munus nauiter exequerentur, cum interea, quod aiunt, [illegible] *ſederem, aure per attenta animo et pectore toto cantiones Eccleſiaſticas exciperem, et vt aliud ex alio incidit, ſuccurrebant animo nunc hæ, nunc illæ fallaciæ quas adhibebant Iudæi, vt ſanctiſsima Chriſti Domini ſubuerterent ſacramenta, hic eſt enim illis propoſitus ſcopus, quo ſuas omnes poſt crucem Domini actiones dirigant, vt noſtræ religionis ſubruant fundamenta, quæ in propheticis prædictionibus magnam partem ſita eſſe certum eſt, tum egomet mihi, habes inquam Leo, quid ætate affecta agas, ne poſthac pueris inuideas, nec ſenex ætate confecta artem muſicam diſcere fruſtra conere, nanq́; illam diſcere cœperam, et ſi me ab hoc conatu retardabat, quod* [illegible] *eram, fruſtra iam arti muſicæ operam daturus, retardabat multo magis D. Thomæ ſententia cuius authoritas apud me maximum pondus habet, qui negat decere doctorum Theologum*

muſicæ modos diſcere, & non potius ſacra ſtudia meditari. Vides dicebam egomet mihi hanc inſediſſe maculam chriſtianis ſacerdotibus, quam eis Iudæi aſperſerunt, quod Pſalmos in ſacris Eccleſiarum choris concinimus quos ipſi fatemur vitiatos, et parum fideliter verſos, æquum erat te qui alijs rebus Eccleſiaſticis parum es aptus hoc onus ſubire, vt impios coerceas Iudæos, et refellas, refutatores noſtræ religionis ſacræ reprimas pro noſtra Eccleſia ſancta cauſam dicas. Oſtendasq́ veteres Patres dixiſſe veriſsime, ſcripturam in Eccleſia ſancta, vt tradita nobis ab Apoſtolis eſt, ſine vlla falſatione eſſe, adieciſſe alios, nec eſſe cur nos eam falſare vellemus, nec ſi vellemus copiam nobis fuiſſe vnquam, cum per octingentos annos in Iudæorum ſynagogis ſit ſeruata donec in ſcriptis ſanctorum, tam Græcis quàm Latinis fuerit conſignata, veniebat in mentem ſæpe Dominum apud Hieremiam nos admonuiſſe, mendaciſsimos, et impudentiſsimos eſſe Iudæos. Hoc onus igitur ſubito tu, mihi dicebam fortaſſe dabit tibi Deus, vt aliquid efficias vnde Eccleſiæ Pincianæ, ſacerdotum religioſiſsimus et ſplendidiſsimus ordo, aliquid ſe debere fateatur, quod Pſalmos vulgatos è calumnia Iudæorum exemeris, atque defenderis, et eos emendatiſsimos eſſe oſtenderis, et caſtigatiſsimos. Contra verò quoſdam qui dicuntur ad veritatem Hebraicam eſſe translati, ad Iudaicam perfidiam potius translatos eſſe, Picus Mirandulanus ingeniorum flos florentiſsimus, quem priora ſæcula ſunt admirata, iam hoc opus eſt aggreſſus, vt Iudæos inſultantes nobis reprimeret ne de nobis triumpharent amplius. Sic enim Angelus Politianus Miſcellaneorum. cap. 14. Ioannes, inquit Picus Mirandularius, vnus omnium prorſus ab omni parte beatiſsimus, in opere ſingulari, atq; admirando quo Pſalmos à ſeptuaginta verſos punctorum præcipuè argumento docet Hebraicæ veritati reſpondere, ne iam inſultare Iudæus, atq; obijcere poſsit ea nos in templo ſingulis canere horis, quæ ne ipſi quidem ſatis fideliter verſa eſſe exiſtimemus. Hæc Politianus de Pico Mirandula, et de eius opere ſingulari, atque admirando, et egomet mecum dicebam tacitus, maiora tu his quondam dabas promiſſa non effecturum te mutatione punctorum, vt noſtra veritati Hebraicæ reſponderent, ſed oſtenſurum noſtros Pſalmos vulgatos veriſsimos eſſe, & caſtigatiſ-

ſimos

ſimos qui maxime manifeſtas de Chriſto præferant prophetias quas, cum Iudæi refutare nullo modo poſſent ad Iudaicas fallacias confugerint, et in Hebrææ lectione multas fecerunt fraudes, vt in Eccleſiaſtica ſcriptura in pleriſque, ſita ſit veritas, non in hebrææ lectione quando ab Eccleſiaſtica diſcrepat. Hoc tu ſi potis es præſta, et hunc ſubito laborem. Veniebat mihi in mentem illud quod dixerat ille alter. Turpe eſſe ciues ignorare ius eius. R. P. in qua verſentur, quod multo, multoq́; turpius eſt eos ciues qui in chriſtiana R. P. verſentur eius ignorare iura, vetus ſcilicet et nouum teſtamentum, vtrunq́; datum diuinitus, ſed nouum cælo allatum ab vnigenito Dei filio cum homo factus æterni Patris ad nos mandata detulit. et poteſtatem dedit eis qui ſe reciperent, filios Dei fieri, et regni cæleſtis hæredes, cohæredes verò Chriſti. in hac R. P. cæleſti ciues ſanctorum effecti domeſtici Dei, fundati ſuper fundamentum Apoſtolorum et Prophetarum, vt ignoremus cæleſtia iura nobis data diuinitus? vt patiamur ea refutari ab impijs & Eccleſiæ manibus eripi, vt Iudæi cæci et cæcorum duces nobis velint prælucere facem, cum ipſi in Iudaicis tenebris verſentur, et in media Chriſti ſplendidiſſima luce caligent, vt velint, et nos noſtri erroris admonere, vt in eandem cum eis cadamus foueam? Turpiſſimum et indigniſſimum eſt, audeamus igitur aliquid poſt Picũ Mirandulam. Non dicam audentes fortuna iuuat. Hic enim fortuna prorſus nihil habet virium; ſpiritus ſanctiſibi totam hanc partẽ vendicat, qui mentiri non poteſt, et dixit: Aperi os tuum et implebo illud. Meditabar ego hoc argumento iuſtum volumen edere, et longa diſputatione oſtendere veriſsimè noſtros veteres patres dixiſſe & ſcripſiſſe in Eccleſia catholica nullam eſſe falſitatem veriſsima omnia eſſe, et ſcripturam veriſsimam. Iudæos mendaciſsimos ex fraudibus, & dolis conflatos ſub facie veritatis hebraicæ Chriſtianæ religionis refutationem nobis velle obtrudere. Poſtquam vero ad hunc tertiũ huius operis librum peruentum eſt, exiſtimaui nihil me poſſe facere commodius quam ſi huic tertio libro, et reliquis ſequentibus hanc partem de veritate noſtrorum Pſalmorum et de fraudibus Iudaicis in nouis quibuſdam interpretationibus Pſalmorum conſignarem, nec hoc de omnibus nouis tranſlationibus dico, ſed de quibuſdam: actis enim iam fundamentis libris duobus prioribus, et præcipuè libro ſecundo

dein-

deinceps locus erat, vt hoc tertio libro ſubiungere quonam modo noſtri aduerſarij omniū veterum ſcripturæ ſanctæ interpretationes euertant, ſcripturam Eccleſiaſticam conuellant, quaſq; aduerſus Eccleſiam ſanctā texant fraudes, vt noſtræ fidei ebuertant myſteria. Hæc dum oſtendo perſuaſi mihi me multo melius poſſe præſtare hæc quæ dixi quam ſi hoc argumento iuſtum volumen conſcriberē, vt per libros ſequentes apparebit, cur enim hæc quæ commonſtraturū me profiteor multis locis ex ſcriptura ſacra petitis non commonſtrem etiā ex Pſalmorum verſibus? cur fraudes à Iudæis in ſcriptura factas, non indicē per omnē ſcripturā, et in Pſalmis etiam adhibitas. Aggrediar ergo Deo bene iuuante, et ab aduentu Domini traham initium, vt percurram per ſingula fidei noſtræ ſacramenta, non vt perſequar omnia, ſed vt delibem ſingula, ne volumen hoc in infinitū excreſcat, adſit ergo nobis Spiritus ſancti numen qui noſtros ſemper, & hic et in his ſequētibus libris curſus regat, et nobis in hoc tanto labore quē ſubimus clemēter aſpiret, vt perſonā quibuſdam detraham & oſtendam non introducere eos in Eccleſiam veritatē hebraicā, ſed ſub facie hebraicæ veritatis introducere chriſtianæ religionis refutationes acerrimas, nec hoc de omnibus tranſlationibus dico, ſed de quibuſdā quæ noſtra refutant. Fortè cū hæc ſcriberem accidit, vt interueniret vir doctus cum quadā legiſſet, & inter ea illud quoq; de noſtra ſcriptura in quo in ea veritatē ſitam eſſe profiteor, non in lectione hebræa, noua res eſt hæc, inquit, non inquam, Iraneus proximus fuit temporibus Chriſti, vt intelligas quā res hæc eſt antiqua, is lib. 4. c. 45. vbi chariſmata Domini ſita ſunt, inquit, ibi dicere oportet veritatem eſſe ſitam, apud quos eſt ea quæ eſt ab Apoſtolis Eccleſiæ ſucceſſio, & id quod eſt ſanū & irreprobabile ſitū eſt. Quidquid ergo ab hoc diſcrepat iuxta Iraneum falſum erit, et dixerat idem Iraneus c. 43. lex cū Iudæis legitur fabulis ſimilis eſt, chriſtianis verò cum legitur, theſaurus eſt abſconditus in agro, et idem repetit in fine huius capitis. Quo argumento id tu oſtendes inquit, quod rem ponat ante oculos, quod dubitationi nullum relinquat locū, tale enim eſſe oportet argumentum quo cogamur relinquere ſententiā, quæ omniū animis eſt inſita, quæq́; ab ineunte ætate noſtris animis inſederit. Antiquior & firmior eſt inquam, quæ omnium eſt veriſſima & firmiſſima, cui qui aduerſari vellet omnium calculis impietatis damnaretur,

damnaret, Spiritus ſancti authoritas, diuinum teſtimonium appellant rhetores, Spiritus ſanctus non citat lectionem hebræam, citat tranſlationem Lxx. cum inter ſe diſcordant. Iudicat ergo veriorē eſſe trāſlationem Lxx. hebræa lectione, nec fidelis eſt quiſquam quin iudicet Apoſtolicam lectionem et Euangelicā quam ſpiritus ſanctus dictauit ore Apoſtolorum et Euangeliſtarum hebræa æditione longe eſſe veriorem, quam Iudaica exarauit manus impia, quæ facilem mutat, quæ velit omnia, vt dictum eſt ſupra ex veterum patrum ſentētia hoc fidelibus perſuadebis (inquit) Iudæis qui litteris Apoſtolicis non credunt qui poteris perſuadere? niſi peruicaces eſſent ſupra cunctos mortales illo canone præſcripto à D. Hieronymo, quiq; ad manum ſemper doctiſsimo cuiq; humaniorum litterarum eſt, ad caſtigandos veterum libros, quem ego ſoleo omnium oculis repræſentare exemplo codicis Hiſpani qui mille ante annis verſus latine eſſet, ſi in codice Hiſpano legeretur loro, et pro hac dictione redditum videres aurum quæſo te vocaris in dubium num in Hiſpano libro oro, legendum eſſet an loro? ſi in Hiſpano libro legeretur ſaco vna moça, et latine videres rapuit monacham quandam, quæ dubitatio reliqua eſſet, quin in Hiſpano codice legendum eſſet, ſaco vna monja, ſi in Hiſpano codice legeretur, rompio vna entrada por la puerta, et tu tranſlatum videres patefecit aditum per hortos, dubitares ne quæſo legendum ne eſſet in codice Hiſpano, rompio vna entrada por la huerta, et non por la puerta: hæc oculis cernuntur, & manibus tenentur, nec dubitationi locum relinquūt, ſi vbi in codice Hiſpano legeretur, auia vn gran monton de abrojos latine tranſlatum videres magnus aceruus erat manipulorū ambigeres ne quæſo interpretem mille ante annis legiſſe, auia vn gran monton de manojos, et non de abrojos, ſi legeretur in codice Hiſpano, porque no cabia el azitera que ſe hizo en dos dias, ſi verſum latine videres, quia cœlabat canum qui vidua eſt perforatus, quæſo dubitares quin legendum eſſet, porque encubria, et non porque no cabia, et agujero non azitera? tam plana ſunt hæc, vt ea inficiari poſsit nemo, niſi perſuadeat, illud paradoxon vulgatum in hebræa æditione, ne capicem, nec litterulam mutari potuiſſe cuius paradoxi refutandi cauſa totus liber ſecundus eſt conſcriptus.

PROLEGOMENA IN LIBRVM TERTIVM, Iam oculis oſtenditur varietas lectionis hebrææ incredibilis, quæ demonſtratio ad oculum dicitur.

Quod neceſſe eſt aliud addere caput ob quorundam noſtrorum impudentiam. Cap. LXII.

HIS noſtrorum hominum, tam Græcorum, quàm Latinorum, & Rabinorum Iudæorum antiquiſsimorum teſtimonijs, quæ nobis noſtræ veritatis tribuunt, hunc librum claudi oportebat: quid enim plus exigeret iudex ſeueriſsimus ad probationem eius rei, quæ vocata in controuerſiam eſt, quam vt præſtarem, quæ præſtiti omnium veterum Patrum, quotquot aut græcè, aut latinè de hac re ſcripſere ſententias, quæ cauſæ Eccleſiaſticæ fauent, damnant Iudaicam perfidiam in hebręa ſcriptura vitianda, & quod Eccleſiaſtici cauſæ Eccleſiaſticæ facere à quibuſdam ex noſtris dicerentur? teſtes excitaui ſeptuaginta duos Iudæos, qui trecentis annis ante Domini aduentum ſcripturam ſanctam vertere græcè, cum religio chriſtiana nondum eſſet nata, & Chriſti myſteria tanto ante magna intonuere voce, qui fraudes Iudaicas ſua arguunt trãſlatione, & eo nomine Iudæis, & Iudæorum aſſeclis ſunt odioſiſsimi. Excitaui teſtes Iudæos antiquiſsimos, Ioſephum, Philonem, Aquilam, Symmachum, & Theodotionem, qui Iudaicas fraudes arguunt, noſtra defendunt, & quod recentioribus Rabinis maior, apud quoſdam ex noſtris eſt fides, quam Iudæis antiquis, hos quoque noſtræ cauſæ citaui teſtes confitentes reos inuitos, & multos produxi numero: quid ergo reliquum erat quod à me exigi poſſet amplius? nã qui vetuſta hebręa exemplaria quæret, fruſtra operam perdere ſumet, ipſi Iudæi probè curarunt ne antiquiſsima, quę caſtigata erant, in cuiuſquam manus venire poſſent, quod dolus non dolus eſt, niſi aſtu caueas, ſed quorundam ex noſtris tanta eſt impudentia, vt palam dicant mentiri Rabinos qui ſua furta confitentur ad inſtar Talmudiſtarum qui multa mentiũtur, ardentius mihi videntur huiuſmodi homines Iudæorum cauſam defendere, quã ipſi Iudæi. Vides Rabinos caſtigare lectionem hebræam, & vides caſtigationem adſcriptam hebræorum codicum margini illis voculis hebraicis queri chetib, ſcribe, lege, de quibus ſupra dictum eſt, vides caſtigationem Rabinorum in lectioné hebræã irrepſiſſe non ſemel, & dicis Rabinos qui hæc confiteantur eſſe mẽtitos? quod oculis vides, quod manibus prehendis, quod cauſæ Eccleſiaſticæ proſit tantopere, mendacium nominas? magna video odia accenſa in Eccleſiaſticos; quę in hãc impudentiam erumpunt, ne quid dicam grauius. Age adducamus hos in rem præſentem, vt hebraicè hæc oculis videant, neq; enim audebũnt dicere mẽtiri ſcripturam ſacram, & addita hac parte hunc ſecundum librũ claudemus. Hæc enim eſt demonſtratio ad oculum quam nominaui, vt tu ipſe tibi credas cum tuis oculis cernas & videas, inde enim demõſtratio ad oculum nomen habet.

Demõſtratio ad oculum.

Mon-

Monſtratur hoc capite ex rebus duobus locis ſcriptis Hebraicè verbis eiſdem varietatem litterarum, ſyllabarum, punctorum, atque adeo verborum, & orationum in lectione hebræa eſſe, orationes integras, quæ in altera parte ſunt, deeſſe in altera, & his capitibus nomen eſſe demonſtrationem ad oculum. Cap. LXIII.

Diximus ex Chryſoſtomo Iudæos in ſeruanda ſcriptura ſacra fuiſſe negligentiſsimos, & multa ex libris Prophetarum, negligentia Iudæorum, & malitia intercidiſſe, multa variè legi: Quam verè hæc à Chryſoſtomo dicta ſint hoc capite omniū oculis ſubijcietur, vt credat ſibi quiſque, & ſuis oculis, ſi tantum hebræas litteras, vel leuiter attigerit, ipſe cernet ſuis oculis, neque ſanctis Patribus tantum credet, neque Iudæis, nec Rabinis, ſed ſuis oculis quibus ipſe cernet, & digitis quibus id monſtrabit. Oſtenditur etiam hoc capite Iudæos, cum memoria tenerent libros ſacros, memoriter ſacros libros deſcripſiſſe, & quod fieri ſolet in his quæ memoriter deſcribimus, litteras alias adieciſſe, detraxiſſe alias, & ſyllabas, mutaſſe verba, omiſiſſe orationes integras, & poſtea vitiū, quod illis fuit, obieciſſe noſtris Apoſtolis & Euangeliſtis, & perſuaſiſſe quibuſdam ex noſtris, vt dicerent, quod ferè in omnibus teſtimonijs, quæ ex veteri teſtamento citantur ab Apoſtolis & Euangeliſtis huiuſmodi ſit error, vt aut ordo mutetur, aut verba, aut ſenſus ſit diuerſus, vel Apoſtolis, vel Euangeliſtis non ex libro carpentibus teſtimonia, ſed memoriæ credentibus, quę nonnunquam fallitur. Intelliges ergo ex hoc capite Iudæis id vitium fuiſſe, vt memoriter deſcriberent, & incidiſſe in ea vitia, quæ obijciunt noſtris Apoſtolis, quorum ore ſpiritus ſanctus loquebatur, & etiam hoc capite apparebit merito obiurgari veteres Patres à D. Chryſoſtomo, quod ſupra retulimus, cum Diui Chryſoſtomi ſententiam de hac re referebamus, quod quærerent vbi prophetia illa eſſet, quam citat Diuus Matthæus, capitu. ſecundo. Quoniam Nazaræus vocabitur, vel illa Hieremiæ quam citat idem Diuus Matthęus, capitul. 27. Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, & aliæ quædam ſimiles, quę non reperiuntur in Prophetarum libris, reprehenduntur inquam à Diuo Chryſoſtomo, quod non viderint multos verſus ex libris Prophetarum, aut negligentia, aut malitia Iudæorum intercidiſſe. Hoc qui volet, vel manibus prehendet ex hoc capite, & cernet oculis, & intuebitur Iudaicas fallacias. Primum omnium Auguſtinus in Epiſtola ad Ianuarium, Epiſtola 119. nos docet Pſalmum 17. totum integrum reperiri, lib. 2. Regnorum, capitu. 22. Et in Pſalmorum libro, & Rabini id fatentur, neque illorum teſtimonijs eſt opus, cum ſecundo Regnorum, capitu. 22. ſcriptum ſit tunc illum Pſalmum à Dauide eſſe compoſitum, & eiſdem verbis hebræis attexitur totus is Pſalmus, qui inter reliquos eſt in Pſalmorum libro.

COLLATIO PSALMI 17. Duobus locis ſcripti Hebraicè verbis eiſdem in libro Pſalmorum, & 2. Regum. cap. 22. & huic capiti nomen eſt demonſtratio ad oculum. Cap. LXIIII.

PSALMVS 17. Hebraicè verbis iiſdem cōſcriptus eſt in libro Pſalmorum, & ſecundo Regum, docet id Auguſtinus Epiſtola 119. ad Ianuarium, neque id inficiantur Rabini,

ni,nam R. Dauid in dictione patal in illo Pſalmi. Cum peruerſo peruerteris, legi ait hebraicè in libro Pſalmorum titapal peruerteris, & 2. Regum cap. 22. titpatal. Et eodé modo interpretatur malus, vt verbi varietatem celet, neque fateri cogatur varietatem lectionis in hebræa lectione eſſe cum titpatal peruerteris ſignificet, patal enim ſignificat peruertere, tapal vero fatuum eſſe, temere facere, & abſque ratione. Eſt ergo varietas lectionis hebrææ hoc loco vbi diuerſa ſunt verba. Et in dictione natar ait idem R. David eodem Pſalmo 17. in Pſalmis ſcriptum eſſe va iten, & poſuit pro quo 2. Regum ſcriptum ait vaiatar, & ſoluit vbi duo verba ſunt diuerſa, & diuerſę ſignificationis, quod notandum ſummopere eſt contra eos qui mirantur Euangeliſtas aliquando ab hebræa lectione verbo differre, aut oratione, quę his Pſalmis duobus locis verbis eiſdem hebraicè ſcriptis centies reperies, mitto illud quod idem R. Dauid ait eodem Pſalmo alibi legi, viam meam, alibi viam eius, quod in codicibus hebræis iuxta ſententiam R. David iam mutatum videmus: has varietatas in hoc Pſalmo duobus locis ſcripto hebraicè verbis iiſdem notat fere R. David. Age nos omnia notemus, vt veriſsimus appareat Diuus Chryſoſtomus qui negligentiæ ſupinæ arguit Iudæos, & nos tacitè intra nos arguamus, quod in ea teſtimonia ſcripturæ, quæ ſpiritus ſanctus citat ore Apoſtolorum & Euangeliſtarum inquirendum putauimus, cum nulla ratio ferat, vt ait Chryſoſtomus, vt in Dei dicta inquiras quidquam. Ergo 2. Regum. cap. 22. ex principio Pſalmi tota illa prima oratio deeſt. Diligam te Domine fortitudo mea Erchámca iehoua chizqui, quæ eſt in libro Pſalmorum, vt mirandum non ſit, ſi ex Prophetarũ libris, quod ait Chryſoſtomus deſit. Et Nazaræus vocabitur, deſint & alia Prophetarum teſtimonia preiudicorum negligentia, ad quam cum malitia acceſſerit, vt oſtendimus, quid non factum fuerit? Et in illo Deus meus, adiutor meus pro Deus meus in libro Pſalmorum eſt Eli, Deus meus. 2. Regum eſt li mihi, & addita eſt vox hebræa, Eloe Deus, quæ in libro Pſalmorũ non eſt: vides additas & detractas litteras & voces, ne mirere in litteris Apoſtolicis & Euangelicis idem oſtendi tibi: & infra in illo, Protector meus cornu ſalutis meæ ſuſceptor meus deeſt tota illa oratio. Saluator meus de iniquo ſaluabis me, vel de iniquitate liberabis me, quæ oratio 2. Regum eſt, moſhi mechamas toſiheni, ſpecta intra quam breue ſpatium duæ deſint orationes in lectione hebræa, & in illo. Circundederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me triplicem varietatem reperies, nam in libro Pſalmorum leges hapapuni, Circundederunt me 2. Regum, leges qui apapuni, quoniam circundederunt me. Ergo eſt 2. Regum, vna dictio, quæ in Pſalmus deeſt, & pro dolores mortis in Pſalmis eſt cheble dolores. 2. Regum misbrecó contritiones, vt mutatio verbi ſit idem ſignificantis, & pro torrentes iniquitatis, in Pſalmis eſt venachale, & torrentes 2. Regum nachale, ſine coniunctione vè i. &, vt coniunctio copulatiua, & in Pſalmis ſit 2. Regum non ſit. Et in illo. Dolores inferni circundederunt me in libro Pſalmorum pro circundederunt hebraicè eſt ſebabuni. Circundederunt 2. Regum ſabuni vna ſyllaba minus, eiuſdem tamen ſignificationis, vt appareat Iudæos memoriter ſolitos deſcribere libros, & vocum, litterarum, & orationum varietates, quod memoriter deſcribentibus accidat neceſſe eſt immittere ſolitos, & poſtea hoc crimen impingunt impij ſpiritui ſancto qui in Apoſtolis loquebatur, vt ſupra diximus, ne miretur quiſquam ex litteris Apoſtolicis, & Euangelicis argui in lectione hebræa aliquando deeſſe, aut ſupereſſe litteras & ſyllabas & orationes, quod apparet etiam ex eo quod ſequitur. Et in tribu-

Verbi mutatio. *Verbi mutatio.* *Perſonarũ mutatio.* *Orationes deeſſe in lectione hebræa.* *Additio & detractio litterarum, & additio vocis in lectione hebræa.* *Oratio deeſt in lectione hebræa.* *Deeſt coniunctio cũ ſolis in lectione hebræa.* *Verbi mutatio in hebræa lectione.* *Deeſt coniunctio copulatiua in lectione hebræa.* *Deeſt ſyllaba in lectione hebræa.*

tribulatione mea inuocaui Dominum, & ad Deum meum clamaui; nam pro illo verbo, clamaui, hebraicè eſt in Pſalmis, aſaueha, clamaui, ſecundo Regum, egra, clamaui, eiuſdem ſignificationis verbum, quod accidere ſolet memoriter deſcribentibus aliquid, vt verbum pro verbo ponant, eiuſdem tamen ſignificationis. I, nunc mirare mutationem verbi eſſe in litteris Euangelicis & Apoſtolicis, cum illa verbi mutatio in lectione hebræa negligentia Iudæorum acciderit, fortaſſe etiam malitia, & in illo, Exaudiuit de templo ſancto ſuo vocem meam, & clamor meus in conſpectu eius introiuit in aures eius, ſecũdo Regum deſunt duæ dictiones, lepanau tabo, in conſpectu eius introiuit, quod memoriter deſcribentibus accidere ſæpe ſolet, vt quædam obliuiſcantur, quædam mutent in idem ſignificantia. Et pro illo, & commota eſt & contremuit terra, in Pſalmis eſt hebraicè, vatighas, commota eſt ſecundo Regum, vaitgahas, verbum eiuſdem ſignificationis, ſed quod habeat varias litteras, quod memoriter deſcribentibus non raro accidit. Et in illo, fundamenta montium conturbata ſunt, ſecundo Regum, fundamenta cęli concuſſa ſunt, vt in libro Pſalmorum ſit, harim, ſecundo Regum pro, harim, ſit., haſamahim Cælorum, vt ſit dictio, harim, mutata in dictionem, haſamahim, ne mireris cum in litteris Euangelicis mutatam vnam dictionem reperies, mutatio illa in Euangelicis litteris non eſt facta, ſed in lectione hebræa, vt vides, & pro fundamenta ſit in libro Pſalmorum, moſde, ſecundo Regum, moſdot, idem ſignificant hę duæ voces inquies, fateor, ſed varietas litterarum & ſyllabarum, ſed hæc varietas arguit Iudæorum negligentiam memoriter litteras ſacras deſcribentium, & hæc litterarum & ſyllabarum mutatio te admonent ne mireris Euangelica defendi mutatione litterarum & ſyllabarum quæ in hebræa lectione ſæpè accidit. Rurſum in illo, volauit ſuper pennas ventorum. Pro, volauit, hebraicè eſt, vaiede, & volauit, & in lib. ſecundo Regum, vaiere, aut, ierae, & viſus eſt ſuper pennas ventorum, de aſcenſione Domini in cælos. Et pro illo, & poſuit tenebras latibulum ſuum, in circuitu eius tabernaculum eius. Pro, & poſuit tenebras latibulum ſuum. Hebraice eſt, iaſetchoſec ſitro, in libro Pſalmorum, at ſecundo Regum tantum eſt, iaſetchoſec, deeſt vox illa hebręa, ſitro, id eſt, latibulum ſuum, ne mireris vocem aliquam eſſe in litteris Apoſtolicis & Euangelicis quæ deſit hebraice, pro, in circuitu eius tabernaculum eius. Hebraice eſt. Sebibotau ſucato ſecundo Regum, ſebibotau ſucot; eadem ſententia, ſed deſunt litteræ, alibi ſuperſunt, & in illo. Tenebroſa aqua in nubibus aëris. Pro, tenebroſa aqua, hebraice eſt, cheſcat, caligo, tenebræ ſecundo Regum, Cheſrat, vbi verbi varietas eſt, ne mireris in litteris Euangelicis verbi varietatem quæ Iudæorum negligentia ſæpe accidit, aliquando etiam malitia. Et in illo, Præ fulgore in conſpectu eius nubes tranſierunt grando & carbones ignis. Pro, nubes tranſierunt. Hebraice eſt, habau habru, nubes tranſierunt, quę oratio tota deeſt ſecundo Regum, & pro, grando & carbones ignis, hebraicè eſt, barat venachale es, id eſt, grando & carbones ignis, at ſecundo Regum, pro, barat, grando, eſt, baharu, incenſi ſunt, verbum diuerſum & diuerſę ſignificationis & deeſt coniunctio, ve.i. &, vt ſit, incenſi ſunt carbones ignis, vbi deſunt dictiones hebraicę, & mutantur, deſunt & adduntur litteræ. I, nunc, & diligenter obſerua litteras, & ſyllabas, & dictiones contra Euangelicas litteras & Apoſtolicas, & in illo. Et intonuit de cælo Dñs. Pro, de cęlo hebraice eſt in libro Pſalmorũ, baſamaim, de cęlo. 2. Regum,

Verbi mutatio in lectione hebrea.

Duas dictiones deeſſe in lectione hebrea.

Verbi mutatio.

Verbi mutatio.

Varietas litterarum & ſyllabarum.

Verbi mutatio.

Vox deeſt in lectione hebrea.

Deſunt litteræ & ſyllabæ.

Verbi mutatio.

Deeſt oratio.

Mutatio nominis in verbum diuerſum, & varietas litterarum & ſyllabarũ.

minſamaim, de cælo, eadem inquies ſententia, ita eſt, ſed alibi, ba.i.de, alibi, min.i. de, vbi in lectione hebræa vocum varietas eſt. Et in illo. Miſit ſagitas & diſsipauit eos, pro, ſagittas, in libro Pſalmorum hebraicè eſt. Chiſau, ſagittas eius. 2. Regum, chiſim, ſagittas, eadem ſententia, tamen litteris varijs. Et in illo, fulgura multiplicabit & conturbabit eos, pro fulgura multiplicabit, hebraicè eſt, vberaquim rab, & fulgura multiplicabit, pro tota hac oratione, vberaquim rab.1. & fulgura multiplicabit. 2. Regum eſt, barac, fulgurabit, nempè quod memoriter deſcribebant, & ita ſcribebant ſententiam, verba & orationes ſæpe mutabant; & pro conturbabit eos, hebraice eſt, vaiehumen, & conturbabit eos. 2. Regum, vaiahom, & con turbabit, vbi deſunt litteræ. Et in illo, & apparuerunt fontes aquarum, pro fontes aquarum, in libro Pſalmorum hebraice eſt, hapiquemaim, fontes aquarum. 2. Regum, hapiqueiam, fontes maris. Et in illo, & reuelata ſunt fundamenta orbis terræ, pro, & reuelata ſunt, Hebraice eſt, vaigalu. 2. Regũ, igalu, vbi deeſt coniũctio, va, pro, ab, increpatione tua Dñe, hebraicè eſt, migaharatea, ab increpatione tua. 2. Regũ, vegaharat, ab increpatione, vbi mutantur litteræ & deſunt. Pro, Ab inſpiratione Spirit⁹ iræ tuæ, hebraice eſt, miniſmat ruach, hapeca, ab inſpiratione ſpiritus iræ tuæ, ſecundo Regum, miniſmat, ruach, hapo, ab inſpiratione ſpirtus iræ eius. Vbi mutantur litteræ & perſonæ, alibi iræ tuæ dicitur, alibi iræ eius, deſcribebant memoriter & mutabant litteras, perſonas & orationes, & poſtea ſcrutamur cur Euãgeliſtæ dixerint: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam cum hebraice non ſit ante faciem tuam. Et quod Euangeliſtæ citent. Qui præparabit viam tuam ante te, cum hebraice ſit. Et præparabit viam ante faciem meam. Rectè Chryſoſtomus, ne ſcruteris iſta, inquit, dum enim memoriter deſcribunt Iudæi ſcripturam, ſententias ſeruant; multa mutant, multa præterunt, & obliuiſcuntur, perſonas etiam mutant: Et poſtea ille alter religioſiſsime ait ſcripturam hebræam ſeruatam, vt ne punctum quidem mutari potuerit, aut litterula, aut apex, & noſtra caſtiganda putat ad normam huius ſupinæ Iudaicæ negligentiæ. Sed nunc non agitur de locis Euangelicis qui dicũtur diſcrepare à veritate hebraica, cũ potius diſcrepent à Iudaica, aut negligẽtia, aut perfidia Nam quartus & quintus & ſextus huius operis libri illis ſunt deſtinati, hoc loco illud liquet quod vitia illa quæ litteris Apoſtolicis & Euangelicis obijciebantur, quod in omnibus teſtimonijs quæ ex veteri teſtamento citantur ab Apoſtolis aut Euangeliſtis huiuſmodi ſit error, quod aut litteræ mutentur aut ſyllabæ, aut mutentur dictiones, quædam deſint, addantur quædam, ſenſus alio deflectatur quam ab ſcriptore erat relatus, citentur interim quædam ſenſu contrario quam à propheta ſint dicta, hæc in quam omnia hoc loco liquere volo Iudæorum eſſe vitia, qui memoriter de ſcribebant ſcripturam, quibus hæc accidere eſt neceſſe, & non Spiritus ſancti qui in Apoſtolis & Euangeliſtis loquutus eſt. Nam in illo, factus eſt Dominus protectio mea, pro illo poſtremo, protectio mea, in libro Pſalmorum eſt, le, miſhan li, in protectionem mihi, Regum vero. 2. miſhan, li, protectio mihi, vt deſit vna littera, & in illo. Eduxit me in latitudinem, pro eduxit me, hebraice eſt in libro Pſalmorum, vaioſieni, & ſecundo Regum, vaioſe otti, ſeruata ſententia, mutatis litteris, mutata dicendi forma, & retribuet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam, hebraice eſt in Pſalmorum libro, che ſit qui, Regum vero. 2. che, ſidquati, eadem inquies ſententia, fateor ſed additis & detractis litteris quod ſcripturam deſcribebant memoriter, & quod acci-

Varietas ſyllabarũ. *Mutatio orationis in verbum vnum.* *Deſunt litteræ.* *Mutatio nominis.* *Deeſt coniunctio.* *Mutatio litterarũ & defectus.* *Varietas litterarũ & perſonarũ.* *Iudæi obijciunt Apoſtolis & Euangeliſtis vitia quæ ipſis Iudæis ſunt & non Apoſtolis neque Euangeliſtis.* *Mutatio litterarum.* *Detractio litterarum & additio.*

accidere ſæpe ſolet memoriter deſcribentibus ea quę tenent memoria, vt quædam obliuiſcantur, alia addant, mutent alia, eadem ſententia ſeruata; hoc Iudæis accidebat, qui ſcripturam memoria tenebant, & multa ſæpe deſcribebant memoriter, vt mutarent verba in alia eiuſdem ſignificationis, ſæpe ſignificationis diuerſæ, adderent litteras, aut detraherent, aut eaſdem mutarent, & poſtea ſi in locis ſcripturæ citatis ab Apoſtolis & Euangeliſtis accidiſſet, vt hac Iudaica negligentia, aut malitia, ab hebræa lectione diſcrepare viderentur, in Euangelicis litteris errorem eſſe vociferabantur, & non in fraude aut negligentia Iudaica, nam in illo, iuſtitias eius non repuli à mę. Pro, non repuli à me, hebraicè eſt in Pſalmorum libro, lo, aſirmeni, non repuli à me

Additio & detractio litterarũ.

ſecundo Regum, lo aſur mimena, eadem ſententia ſeruata, mutatis tamen & additis & detractis litteris, & in illo, Et ero immaculatus cum eo. Pro, cum eo, in Pſalmorum libro eſt, hymo, cum eo. 2, vero Regum, lo, cum eo. Vides ſen-

Varietas vocis hebreę.

tentiam ſeruari, dictiones mutari in alias eiuſdem ſignificationis? quod neceſſe eſt accidat his qui aliquid deſcribunt quod memoria tenent, & deſcribunt memoriter. Et in illo, Retribuet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam, ſecundum puritatem manuum mearum in conſpectu oculorum eius. Pro, ſecundum puritatem manuũ mearum in libro Pſalmorum eſt hebraicè,

Deeſt vox hebręa.

che, bor, ladai, at. 2. Regum eadem ſeruata ſententia, che bori, ſecundum puritatem meam: Nam de illo, cum peruerſo peruerteris, diximus ex. R. Dauid. Iam in illo, Quoniam tu populum humilem ſaluum facies, & oculos ſuperborum humiliabis, pro, quoniam tu, in libro Pſalmorum eſt, qui ata, quo-

Deſunt duę voces hebreę.

niam tu, quæ duo verba hebræa, 2. Regum deſunt, pro, oculos ſuperborum, hebraicę in libro Pſalmorum eſt, ve henahim ramoth, ſecundo vero Regum, ve henecahal ramim, & oculi tui ſuper ſuperbos ad humiliandum, vel humiliabis. Vides quanta in ſcriptura ſancta, ſeruata eadem ſententia, quod eam Iudęi deſcribant memoriter, accidat va-

Mutatio perſonę & varietas vocum.

rietas? & mutatam tertiam perſonam in ſecundam? & in illo; Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine; Deus meus illuminabis tenebras meas. Pro, illuminabis, in Pſalmorum libro eſt, Thair, illuminabis, quæ vox hebræa ſecundo Regum deeſt, pro; Deus meus, in libro Pſalmorum eſt hebraicè, elohai, ſecundo Regum, hiehoua,

Deeſt verbũ hebręũ.

eiuſdem ſignificationis inquies, ita eſt, ſed quædam malitia phariſaica mutat, vt ſupra monſtratum eſt; quædam vero Iudaica negligentia; vt nos docet Diuus Chryſoſtomus. Et in illo: Quoniam quis Deus præter Dominum? aut quis Deus præter Deum noſtrum? Pro, Quis Deus præter Dominum, in libro Pſalmorum hebraicè eſt, Chi mi heloha mi balhade ſecundo Regum, chi miel mi balhade, id eſt, quoniam quis Deus pręter, eadem ſententia, mutato tamen verbo. Et ſtatim,

Mutatio nominis.

pro, pręter, in libro Pſalmorum eſt hebraicè, Zulati, ſecundo Regum, mi balhade, ſeruata ſententia, mutato verbo tamen: Et in illo. Deus qui præcinxit me virtute. Pro, præcinxit, in libro Pſalmorum eſt Hebraicè, ha me hazreni, qui pręcinxit: ſecundo vero Re-

Mutatio verbi.

gum, mahuzi, ſeruata ſententia, mutato verbo. Et in illo. Poſuiſti arcum æreum brachia mea. Pro poſuiſti, in libro Pſalmorum Hebraicè eſt, venichata ſecundo Regum, venichat. Et

Deeſt oratio.

in illo, & dediſti mihi protectionem ſalutis, & dextera tua ſuſcepit me, in libro Pſalmorum hebraicè eſt, vimincatishadeni, id eſt, dextera tua ſuſcepit me, quæ tota oratio deeſt libro ſecundo Regum, ne prophetias aliquas Hebraicè deeſſe mireris, præſertim ſi huic malo acceſſerit malitia: & in illo, Perſequar inimicos meos, & compre-

Varietas ſyllabarũ, & additio & verbi mutatio. prehendam illos, in libro Pſalmorum hebraice eſt, erdoph oibai, veaſiguem. 2. Regum, erdepa oibai, vaaſmidem, eadem ſentẽtia, verbis mutatis. Vides vno in Pſalmo quot lectionis varietates Iudaica fecerit negligentia, vt nos admonuerat Chryſoſtomus? ne quis obijciat de re hebraica noſtris non habendam fidem, quod neſcierint hebraicè abſque vno D. Hieronymo, non dabant noſtri veteres patres verba irrita ventis. Atqui plurima miſſa facio, quod abuſum me puto lectoris patientia. Et nequis putet hoc Pſalmo tantum has eſſe varietates, alia exempla citemus ex Pſalmo. 104. qui ſcriptus eſt hebraicè verbis iiſdem. 1. Paralip. cap. 16. vbi in Pſalmo dicitur. *Addita littera aut detracta.* Iudicio oris eius, hebraicè eſt, piu. i. oris eius. 1. Paralip. pihu, vna littera addita, eadem tamen ſignificatione, & vbi dicitur, Semen Abraham ſerui eius. 1. paralip. ſcriptum eſt. Semen Iſrael ſerui eius, *Verbi mutatio.* vt in altera parte Abraham ſit, in altera, pro, Abraham, ſcriptum ſit, Iſrael, verbum longe diuerſum, & ſtatim vbi legitur. Memor fuit in ſeculum teſtamenti ſui, hebraicè eſt, Zachar, memor fuit, *numeri & perſonæ mutatio.* pro quo in Paralipomenis, zichru, recordamini, memores eſtote, mutato tépore & numero & perſona, & infra cũ eſſent ipſi numero pauci. 1. Paralip. cum *Verbi mutatio.* eſſetis vos, mutata perſonã, & ſtatim nõ reliquit hominem nocere eis, pro, homi nem, in Pſalmis hebraice eſt, Adam. 1. Paralip. leis, verbum diuerſum, etiam ſi eiuſdem ſignificationis, vt hæc omnia ſigna ſint librarij memoriter ſcripturam deſcribentis cui ſeruata eadem ſententia alterum verbum pro altero ſuccurrat, mutet litteras, mutet ſyllabas, quædam etiam obliuiſcatur, præſertim ſi ſcribat negligenter vt ait Chryſoſtomus. Eodem libro. 1. Paralip. cap. 16. poſt ſupradictum Pſalmum ſcribitur *Deeſt oratio hebraicè.* Pſalmus. 95. Et in principio illo. Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra, hebraicè eſt, ſirula, iehoua, ſirchadas. Cantate Domino canticum nouum, tota hęc oratio deeſt lib. primo Paralip. cap. 16. vbi hic Pſalmus hebraice verbis iiſdem eſt conſcriptus, nam in Paralipomenis ab illo loco incipit Pſalmus. Cantate Domino omnis terra. Et rurſum in illo. Cantate Domino benedicite nomini eius, hebraicè eſt, ſirula iehoua barcuſemo. Cantate Domino benedicite nomini eius, tota hæc oratio deeſt in Paralipomenis, & in illo. Annunciate diem ex die ſalutare *Deeſt oratio hebraicè.* eius, eodem modo eſt vtroque loco, tamen verti poteſt. Euangelizate diem ex die Ieſum eius. Et ſic in Pſalmis tranſlatũ à LXX viris eſt, quanquam pro, Ieſum eius, redditum eſt, ſalutare eius, & Ieſum appellari ſalutare Domini docet Euangelium. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum, in Paralipomenis, & in plæriſque locis ſupracitatis mutatá ſunt multa in tranſlatione LXX. Nam pro ſupreme Deus quid non licuit Iudæis in tranſlatione LXX per ſe & per noſtros quoſdam homines, vt non ſolum ſuos, ſed ex noſtris plæroſque perditum eant? hæc mihi querela ſemper in ore ſit neceſſe eſt. Ergo & hebraice & Græcè, vt à veteribus Patribus explanatur, hic verſiculus eſt. Euangelizate ex die diem Ieſum eius, quaſi dicat, Euangelizate Ieſum eius diem de die, Deum de Deo, lumen de lumine. Sed de hoc dictum eſt ſupra ſatis: infra, Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius, & ſanctimonia & magnificentia in ſanctificatione eius, in Pſalmis eſt hebraicè, hoz vetipheretbe miqadalo, primo Paralip. hoz ve *Mutatio verborum & litterarum.* chedua, bimequomo, vides quam verbá diuerſa quæ eodem ſpectant tamen? & infra, Introite in atria eius, pro, in atria eius, hebraice eſt, Lecaſerotau, primo Paralip. lepanau, vides quam verba diuer *Mutatio verborum.* ſa in lectione hebræa? quod accidere nullo modo potuit niſi Iudæus ſcriptor memoria teneret quæ deſcriberet, & memoriter deſcriberet, & alterũ pro altero ſuccurrerit, quod eodé videretur ſpectare. Iá in ſequẽtibus ordo verborũ per turba-

Ordo in Pſalmis perturbatus.

turbatus, hebraicè eſt, ſiquidē in Pſalmis legitur. Cómoueatur à facie eius vniuerſa terra dicite in gentibus, quia Dominus regnauit, etenim correxit orbem terræ qui non cōmmouebitur iudicauit in æquitate lætetur cælum, & exultet terra primo verò Paralip. hoc ordine legitur. Cómoueatur à facie eius omnis terra etenim firmauit orbē qui non cómouebitur, lętetur cęlum, & exultet terra, & dicant in gentibus Dominus regnauit. Nō ſolū igitur non eſt idem ordo verborū in Pſalmorū libro, & primo Paralip. verum in Pſalmis illa oratio eſt. Iudicauit populos in æquitate, quę primo Paralip. tota deeſt. I nunc & excita magnas tragędias, quòd veteres patres omnes ad vnum legūt. Dominus regnauit à ligno. Et duæ illæ voculę hebrææ, me es, à ligno, aut eraſę ſint Iudęorū malitia, quod prophetia manifeſtiſsima erat, & pene dixerim omnium maxima, tam admirabilis penè ſuis dicere quā illa, ecce virgo concipiet ſi rectè omnia circūſpectes & expēdas bene, vt diximus, & inde aduerſum Iudæos inſolubile naſcebatur argumentū, vel Iudæorū negligentia duę illę voculę hebrææ interciderint. Vides in his Pſalmis duobus locis ſcriptis hebraicè verbis eiſdē centies deeſſe ſyllabas, litteras, voces duas, & tres, & orationes alibi, quæ ſunt alibi Iudaica negligentia, vt nos admonuit Chryſoſtomus, etiā vbi non ſe adiunxit malitia, & tragedias excitas quod Lxx tranſlatio ſemper prætulit Dominus regnauit à ligno, nec quiſquā veterū Patrum aliter hunc locū citat. En eodē loco non ſolum totū perturbatū ordinē vides, ſed in loco Pſalmorū integra oratio eſt, quę tota in libro Paralip. deeſt, vt ſi abfuiſſet malitia mirandū non fuiſſet deeſſe tres litteras, me es, à ligno. Rurſum in illo tunc exultabūt omnia ligna ſyluę, pro, omnia, hebraicè ſcriptū eſt, col. quę vox hebræa in Pſalmis eſt. 1. Paralip. deeſt. Poſtremo ſi tibi cóferre libeat Hieremiæ cap. 52. cum capite 25. 4. Regum quorum bona pars hebraice verbis eiſdem conſcripta eſt, hác eandem reperies varietatem, iam ab illo loco. Menſe quintodecimo menſis, ipſe eſt annus nonusdecimus Nabuchdonoſor Regis Babylonis, eiſdem verbis hebraicis vtroque loco omnia conſcripta vidētur, tamen in illo quod ſequitur, de pauperibus populi, & de reliquo vulgo, verba illa, de pauperibus populi, ſunt apud Hieremiam hebraicè. 4. Regum non ſunt, & infra. Et lebetes & creagras & Pſalteria & Phialas, poſtremum verbum Phialas. 4. Regum deeſt. Et infra apud Hieremiam ſunt hi verſus, & Hydrias & Thymiateria, vrceos & pelues & candelabra, & mortaria & Cyathos, qui verſus deſunt 4. Regum, nam pro his omnibus legitur. 4. Regum. Thuribula & phialas. Et infra, & vitulos duodecim æreos, qui erant ſub baſibus, deſunt verba hæc. 4. Regum, tantum eſt vltima dictio, baſes, & iungitur ſequenti orationi, & baſes quas fecerat Rex Solomon. Et infra, & erat pondus æris, pro hac voce, æris, apud Hieremiam eſt, nechoſtam. 4. Regum, nechoſet, de columnis autem, verba hæc deſunt. 4. Regum. Et infra, funiculus duodecim cubitorum circuibat eam, porro groſſitudo eius quatuor digitorum, & intrinſecus caua erat, omnes tamen hi verſus. 4. Regum deſunt. Non eſt ergo quod habeamus fidem Origini, aut Ambroſio, qui aiunt ab Apoſtolis teſtimonia citata ex apocryphis, quare illud Hieremiæ de triginta argenteis, & illud, ſicut Iamnes & Mambres reſtiterunt Moyſi, & illud. Exurge à mortuis & illuminabit te Chriſtus, non citabant Apoſtoli & Euangeliſtæ, aut Spiritus ſanctus qui in eis loquebatur teſtimonia ex apocryphis, quaſi illi defuerint prophetiæ quas ipſe prophetis dictauerat, vt neceſſe habuerit cōfugere ad apocrypha, quanquā Origenes quæ dixerat videtur retractaſſe. Multo melius Chryſoſtomus, qui quærētibus vnde ſumpta eſſent ex veteri teſtamēto hæc ſcripturæ teſti-

Oratio deeſt.

Dominus regnauit à ligno.

Deſunt hebraicè verſus.

Deeſt hebraicè oratio.

Litterarū mutatio.

Verba deſunt.

Verſus deſunt.

teſtimonia. Ne ſcruteris iſta, inquit, q̃d negligentia & malitia Iudæorum multa ſcripturæ teſtimonia interciderunt; qualia multa his Pſalmis duobus hebraicè verbis eiſdem conſcriptis ſimilia oſtendimus, vbi orationes integræ deeſſent in altera parte quæ eſſent in altera, & verſus aliquot eſſe in altera parte, qui deeſſent in altera, & niſi duob' locis illa pars ſcripturæ verbis eiſdē hebræis eſſet conſcripta, ille locus hebrææ æditionis vbi deeſſent illi verſus, aut illæ orationes, diceretur caſtigatiſsimus & emendatiſsimus, illas orationes, & verſus illos eſſe ſuppoſititios, & obelo expungendos, arguuntur Iudæi, ſupinæ cuiuſdā negligētię, his partibus ſcripturæ quæ duobus locis verbis eiſdē hebraicè ſunt cōſcriptæ, vbi litterę, ſyllabæ, verba, dictiones ſingulę, aut binę orationes deeſſe oſtendūtur in altera parte quæ ſunt in altera, vt iam in defendēdis locis Euāgelicis & Apoſtolicis non reformidemus dicere deeſſe in lectione hebræa litteras, ſyllabas, orationes, idq; probemus ex litteris Euāgelicis quas Spiritus S. dictauerit, qui arguat illa quæ diximus in lectione hebræa deeſſe, multo melius infinitis partibus, quā ſi duobus locis hebraicè verbis iiſdē illa eſſent conſcripta, altera pars integra altera nō integra argueretur: attigerat hoc genus probationis D. Hiero. in quæſtionibus in Paralip. vbi multa quæ duobus locis hebraicè verbis eiſdē ſunt conſcripta, varia eſſe oſtēdit, ob hanc nēpe Iudæorū negligentiā: poteramuſque inde multa citare, & ex alijs ſcripturæ partibus, ſed ſatis ſuperq; exēplorū me ſpero citaſſe quæ tædiū potius, quā aliorum deſyderiū lectori pariant, vt appareat quoties lectio Apoſtolica & Euāgelica ab hebręa æditione diſcordat, ſi vitiū in alterutra parte eſt, vitiū eſſe in lectione hebręa ob Iudæorum malitiā, & ob hāc ſupinā Iudæorū deſcribētiū ſcripturā, negligentiam, quam toto hoc capite oſtendimus, non in lectione Apoſtolica aut Euangelica.

Quod Eccleſia ſancta non videatur nobis hebræam ſcripturam proponere, ſed eccleſiaſticam contra quoſdam qui ſentiunt Eccleſiam ſanctam ideo dici habere ſcripturam quod habeat hebræam æditionem, & non quod habeat ſcripturam eccleſiaſticam.

Cap. LXV.

EX his quę diximus toto hoc libro ſecundo, & maxime per capita duo ſuperiora, apparet quam varia & multiplex ſit hebręa lectio in plęriſq; locis, & ante erat monſtratum, quam licenter rabini in hebręa lectionē mutēt quę velint, & quam frequenter vitiatā hebręā lectionem caſtigent, oſtendantque noſtram eccleſiaſticam lectionem hebræa æditione eſſe veriorē. Docet ergo Ariſtoteles id quod ſimpliciſsimum eſt, & vniforme maximè in quolibet genere cęterorum eſſe menſuram. Qui potuit ergo res tàm multiplex, tamque varia legi diuinæ quæ data nobis eſt per filium vnigenitum Dei, menſura eſſe & regula? vt quidam audent dicere? Et addunt inde Eccleſiam ſanctam dici habere ſcripturam quod hebræam æditionem habeat, etiam ſi tranſlationes eccleſiaſticæ non ſint tam veræ, vt eis verior tranſlatio non fieri poſsit, idque per ſummum Pontificem faciendum cenſent, vbi non ſolum conſenſus ſanctorum Patrum quotquot Græcè & Latinè, vt oſtendimus, de hac re ſcripſere, vno ore reclamat, qui eccleſiaſticam lectionē hebræa veriorem eſſe teſtantur, ſed reclamant etiam Philon Iudæus, & Iudæus Ioſephus, Aquila, Symmachus, & Theodotio, qui in plæriſque id ita eſſe confitentur, neque ab hac ſententia ſunt alieni rabini ipſi, qui id dicere & teſtari frequēter ſunt deprehenſi, vt eſt commonſtratum, & poſtremo lectorem in rem pręſentem adduximus, vt ipſe ſuis oculis cerneret incredibilem lectionis hebrææ varietatem. Neque Plato neque Ariſtoteles,

teles, ſiue phyſica adeas, ſiue conſulas
metaphyſica, id tibi largientur vnquam,
vt res tam multiplex quæ tãtum ab vni-
tate diſtet, regula poſsit eſſe & menſura.
Eccleſia ſancta, vt diximus ex Athana-
ſio, ſola correctè legit ſcripturas, & rectè
intelligit, hæc ſine vlla falſitate ſcriptu-
ras proponit, vt docet Irenæus, quod
hinc iam collige. Docet Auguſtinus lib.
28. cõtra Fauſtum Manichæũ in fine, &
alijs locis, ſic Eccleſiã ſanctã nobis pro-
ponere ſcripturas cum eas traditas ab
Apoſtolis Eccleſiæ quã fundauerũt per
manus pontificum ſibi inuicem ſucce-
dentium ad nos vſque transmittit, vide
tu quicunque es, an ſcriptura hebræa ad
nos tranſmittatur per manus pontificũ
ſibi inuicem ſuccedẽtium, an potius per
manus rabinorum impientiſsimorum
ſibi inuicem ſuccedentium, & Chriſto
Domino quanta maxima vi potuere ad
uerſantium, & adhibentium quantas ma
ximas fraudes & fallacias comminiſci
potuerunt, & ne credas argumentis, me
niti tantum, audi Origenem id teſtari in
cap. Numerorum. 24. Homelia. 18. non
longiſsimè à principio, vbi hebræorum
codicibus Eccleſiam vti negat. Et Hiero
nymum in Pſalmum. 115. in principium.
Hoc autem dicimus ſecundum hebrai-
cam veritatem, loquamur autem & ſe-
cundum Lxx interpretes, dicat enim ali
quis, quid ad me quid habeatur in he-
braico? Ego Eccleſiam ſequor. Sed dices,
certè Hieronymus hoc loco veritatem
hebraicam appellat, appellat quidem,
ſed idem in Pſalmum. 145. in illud. Do-
minus illuminat cæcos, ait, ſecundum
hebraicam & Græcam veritatem. Et
Origenes in cap. 10. Epiſtolæ ad Roma-
nos, in illud. Tota die expandi manus
meas. Apoſtolus, inquit, ſequut' eſt Lxx
interpretum veritatem in ſuis ſcriptis,
& Auguſtinus qui plurimum tribuit he
bræę lectioni, exęquat tamen veritatem
Lxx interpretum veritati hebraicæ, &
inde colligit, vt diximus, quod Apoſto-
li & Euangeliſtæ ex ęquo citant lectio-
nem hebræam, & tranſlationem Lxx
quod ait lib. 18. de ciuit. Dei cap. 44. Et
poſtea vt diximus, perſuaſus à Diuo Hie
ronymo ſenſit poſt crucem Domini Iu
dęos hebræam lectionem vitiaſſe. Dicet
hic aliquis: quomodo ergo adhibetur
hebręa lectio ad interpretationem ſcri-
pturæ? id te docet Origenes Homelia.
6. in cap. 15. Hieremiæ, inquiens. Opor-
tet igitur, & id quod in vſu eſt, atque in
Eccleſijs legitur exponere, & hoc quod
in hebræis codicibus inuenitur inta-
ctum non relinquere. Nam lectio Ec-
cleſiaſtica erat in vſu omnibus; adhibe-
batur tamen hebræa ad interpretatio-
nem ſcripturæ, quod innumerabiles ha-
bet commoditates, & multa expreſsius
multò de Chriſto hebraicè ſcripta ſunt;
nam litteram vnam, aut duas vitiatas
corrigere doctó viro perfacile eſt; &
puncta mutata agnoſcere cuilibet eſt
procliue. Tu legens Latinum librum fa-
cilè ſine vllo labore agnoſcas vitiata
puncta & litteras vnam, aut duas vitia-
tas, quin inde intelligẽs Iudaicas fraudes
quę noſtram rem conſtabiliunt maxi-
mè, cum à docto viro deprehenduntur.
Ne quis me putet huius rei, quam toto
hoc libro ſecundo diſceptaui poſt D.
Hieronymum & veteres patres Gręcos
& Latinos quorum ſententias retuli, au-
thorem fuiſſe volui ſignificare legenti-
bus præter viros doctiſsimos multos,
qui in librorum etiam marginibus no-
ſtram ſcripturã ſacrã varijs rationibus
defendunt aut vnius litterulæ mutatio-
ne aut dictionis hebrææ ſignificatione
varia, aut varijs punctis ſimilibuſq́; Au-
thores lexici hebræi cõplutenſis ſic etiã
defendiſſe vulgatam D. Hieronymi, &
Lxx viros, quod iniuria temporis & Iu-
daica negligentia, & malitia Iudaica etiã
in lectione hebræa multa mutata ſint ne
ceſſe. Leges in dictione (Bana) in lexi-
co complutenſi lectionem Lxx defen-
di quod dictio hebræa polyſema ſit quã
illi appellant æquiuocã, & multa ſigni-
ficet, & ſignificet etiam illud quod Lxx

ſunt interpretati,& ſic quoſdam Iudæos interpretari,vt ſunt interpretati Lxx:leges enim in complutenſi lexico in dictione,dux, cum ſadich defendi vulgatã D. Hieronymi mutatione.r.in.d.non poſſet certè ita defendi niſi D.Hieronymus ſua tempeſtate dictionem hebręam cum.r.legiſſet non cum .d. rus, inquam non,dus.Et in dictione hacar, varia verbi Originatione defenditur illud noſtrę vulgatæ peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt,& mutatione vnius litterulæ in alteram.defenditur.noſtra vulgata locis ſequentibus in dictione Chara;& in dictione Iare timeo;cum א & in dictione Samam. At in dictione Caia,additione vnius litterulæ defenditur ille locus vulgatæ; ſit fratribus meis & tibi pax. Quæ omnia, niſi ita legerentur in lectione hebręa tempeſtate D.Hieronymi,nec ita vertiſſet Diuus Hieronymus; nec ita defenderentur, niſi poſt D. Hieronymum ita mutata viderentur, contra ſit noſtra tempeſtate iam, Iudaica defenduntur , noſtrorum. ne meminiſſe quidem iuuat.

Refutatio eorum, quæ Iſaach leuita & Iudæorum aſſeclæ aduerſum hanc cauſam quæ ſecundo hoc libro defenſa eſt obijcere ſolent.

SAEpe numero dicere ſoleo me hoc opus interpolaſſe ac veluti denuo retexuiſſe ; authore Domino Franciſco Sanctio ingenuarum artium & ſacroſanctæ Theologię doctore eminentiſſimo Segorbienſi Epiſcopo ſplendidiſſimo,quod is mihi cum in omnibus ſtudijs ingenuarum artium , ac ſacroſanctæ Theologiæ quæ colui , tum in lucubrationibus meis quas in Eſaiam ædidi,quaſque in alios prophetas , Deo bene iuuante,ſum excuſſurus;ſedulam operã nauauit , in hoc vero opere quod mihi prę manibus eſt,omnia amiciſsimi hominis praſtitit officia,omni cura & ſumma diligentia cuncta quæ meis ſcriptis ab aduerſarijs abijcerentur congeſsit, & ad me deportanda curauit vt ea diluerẽ ac refellerẽ. Inter alia libellũ ad me detulit quẽ Iſaach leuita ædiderat aduerſum Lindanum Epiſcopum qui hanc Eccleſiaſticam cauſam quam ego tuendam ſuſcepi,cæperat defendere.

Quod Iſaac leuitæ reſpondere ſit per neceſſarium.

HIc Iſaac leuita fœdiſsimis cõuitijs Lindanũ Epiſcopũ proſcindebat impudentiſsime , & hæc refellebat quæ ego fuſe proſequor,& ille pręſtrinxerat: Videbatur Epiſcopo Segorbienſi viro ſapientiſsimo hic libellus Iſaach leuitę eadẽ opera,& Lindani ſententię & meorũ ſcriptorũ eſſe refutatio,& nõ ab re futurũ,vt quæ aduerſum Lindanũ Epiſcopũ hic Iſaach leuita diceret , ipſe refellerẽ ſi poſſem:Nihil facilius in quã, ſed vereor ne nimis longo ſermone tædium lectori pariã : Atqui hoc facto eſt opus inquit, quod hic Iſaach leuita plæriſq; credibiliter dicere videtur, & plæriſq; mihi crede,fidẽ facit.Et quanquã videbã ſi ſingulis quæ contra hanc cauſam dicerentur occurrendũ putarẽ prolixius multo quã par erat hoc opus futurũ; tamẽ ſtatui hominis ſapientiſsimi vti cõſilio,ſimul etiã quod Iſaach leuitę refutatio mihi perquam facilis videretur , neq; ab ea cauſa quã diſcepto toto hoc opere diſsẽtanea.

Reſponſio ad Iſaac leuitam.

PRofeſſus nanq; ſum in huius operis ingreſſu me demonſtraturũ omnia fere teſtimonia quæ in lectione hebręa de Chriſto Dño ſunt manifeſta,aliqua Iudaica fraude eſſe attẽtata,quod ab ipſa cruce Dñi in concertationibus quæ creberrimę erãt inter noſtros & Iudęos, quoties Iudæi ſe videbãt manifeſtis Prophetarũ teſtimonijs teneri, neque aliter elabi poſſe,negabant hebraicè ita eſſe & mutata diſtinctione, aut mutatis pũctis, aut vna duabusve litteris mutatis, lectionem

ná hebręá à Chriſto abducebát, & alio traducebát, vt ſui poſteri occurrere illis locis manifeſtis de Chriſto poſsét cũ eis à noſtris opponerẽtur, & noſtra riderét & clamarét. Veritas hebráica, veritas hebraica. Vt noſtra tempeſtate Iudæorum aſſeclæ clamant vt Iudæi olim clamauere: Crucifige, crucifige, tolle, tolle. Vt enim Iudæi Chriſtum Dñm Cruci ſuffixere, ſic eorum poſteri, vt ait Origenes, Chriſtum Dominum in interpretanda ſcriptura cruci ſuffigunt, & dum perfidia Iudaica vitiant ſcripturam maximè, tunc clamant maximè, Veritas hebraica, veritas hebraica in ſingulis quæ vitiant teſtimonijs clamant. Veritas hebraica, veritas hebraica, cũ hoc per mille quingentos annos in ſingulis concertationibus quę inter noſtros & Iudęos vltro citroque habebantur, fieret, & nunc vnum ni teſtimonium manifeſtũ de Chriſto Domino ea arte qua dictum eſt, vitiaretur, inde aliud, poſt aliud, rurſum aliud, & ſic factus ſit progreſſus vſque ad noſtra tempora, vt iam Iudæorum poſteris reſpondendi teſtimonijs manifeſtis de Chriſto facilis ſit facta ratio. Et ea ridendi, & illis ſit penè intercluſa via accedendi ad Chriſtum, vt enim ait Chryſoſtomus Homelia. 2. in illud Eſaiæ. Factum eſt anno quo mortuus eſt Ozias rex, inſcitia temporum & rerum geſtarum, eorumque quæ poſt crucem Domini euenere difficilis facta via eſt Iudæis ad Chriſtum. Verba Chryſoſtomi ſunt. Hinc nobis aduerſum Iudęos infelices multis opus eſt demonſtrationibus ad euincendam veritatem aduerſum Iudæos inquam infœlices ac miſeros, qui ob temporum ignorantiam in grauiſsimum errorem prolapſi ſunt, quæ verba, ſi Chryſoſtomus ſua tempeſtate dixit de miſeris Iudęis, cõcipe tu animo quid noſtris temporibus eſſet dicturus poſt tot in hebræa lectione factas fraudes, & per tot annorum interualla iam inueteratas, quas tantum abeſt vt putent fraudes, vt eas veritatem hebraicam clamét, etiam quidam è noſtris Iudęorum aſſeclæ, & noſtram ſcripturam quod veritatem retineat vitiatam eſſe vociferentur; & omni conatu lectionem hebręam teſtentur eſſe caſtigatiſsimam, & omnis vitij expertem, idque multo vehementius defendant quam Iudæi; ſi temporibus Chryſoſtomi difficilis Iudæis erat ad Chriſtum acceſſus, quanto difficilior hac rerum conditione per mille annos & eo amplius, quibus hæc tempora à D. Chryſoſtomo diſtant tibi factus eſſe videtur? Quum etiam noſtrorum quidam in eorum ſententiam pedibus & manibus ire videantur. Sed Deo per facile eſt obſtructas aperire vias. Age Iſaach leuitæ ſingillatim ad ſingula reſpondeamus; habet enim ex noſtris quoſdam ſtudioſiſsimos qui eius ſententiam ſequuntur auidiſsime. Quærit ergo multa quę ſcitu ſunt digna, ius æquiſsimũ eſt vt his quæ rogat reſpondeamus, ſimul Iſaach Leuitam & eius ſtudioſos refellemus qui pro Iudæis contra Euangeliſtas Apoſtolos & doctores ſacros dimicánt acriter.

Rogat Iſaac Leuita quo primum tempore Iudæi cœpere hebræam lectionem vitiare & ad hanc quæſtionem reſponſio.

ROgat primum Iſaach Leuita quo tépore à Iudæis vitiata ſit ſcriptura, vtrum ante Chriſti Domini aduentum, an poſt aduentum Chriſti Domini. Confeſſa res eſt ante Chriſti Domini aduentum ſcripturam vitiatam nõ fuiſſe, cœpiſſe vitiari poſt crucem Domini, ſimul ac cœpit Euangelij promulgatio & controuerſia inter noſtros & Iudæos de Chriſto Domino, & citabantur Prophetica teſtimonia, quibus cum reſpondere non poſſent adhibebantur fallacię Iudaicæ, vt dictũ eſt, & vt leges libro ſuperiore cum referuntur ſentẽtiæ Iuſtini Martyris, Origenis, Athanaſij, Chyſoſt. Hierony. aliorumq; veterum patrum.

Rogat rurſum Iſaac Leuita ſi hebræa ſcriptura eſſet vitiata an hoc nouerint patres veteres.

SI ſcriptura vitiata eſſet, inquit, nouiſſent ſanè veteres patres. Quid ni nouiſſent? nouere certè & nos tanquam ex æditiſsima ſpecula admonent vt ab hac peſte caueamus peius quàm à Scylla ſæua & ſæua Charybdi, & totus liber ſecundus in referendis ſentẽtijs veterum patrũ & Iudęorum conſumitur. Nam ſi nos huius ſententiæ authores eſſemus primi, neque veterum teſtimonijs niteremur, fruſtra hãc operam ſumeremus, & illud quoque oſtendimus Iudęos eruditiſsimos, relicto Iudaiſmo, ad nos tranſijſſe, & Iudaicarum fraudum noſtros admonuiſſe, & de hac re multa verba fecimus.

Rogat Iſaac Leuita ſi hebræa lectio vitiata eſt cur Hieronymus & alij tãtum operæ in perdiſcenda hebræa lectione poſuerint.

ROgat pręterea Iſaac Leuita cur Hieronymus & Origenes & alij tantum operæ in perdiſcẽda lingua hebręa, poſuerint ſi hebræa æditio vitiata erat. Vtinã Deus feciſſet vt noſtri homines, dummodo non Iudaizarent, in ea deſudarent palæſtra, quantum enim emolumenti ex lectione hebræa ad cognitionem ſcripturæ dimanet nemo perſequi dicendo queat, neque quidquam poteſt eſſe iucundius quam cùm Iudaicas fraudes agnoſcis quas nunquam adhiberent niſi ſe victos cernerẽt: quid ſuauius quã cum mutatione punctorum aut diſtinctionis, aut vnius, duarum vè litterarum Chriſtum in ſcriptura vides ſplendere lucidius aſtris? quę ſpectacula, quos ludos, quas venationes dices fingi animo poſſe ęque iucundas? & lectio hebręa, vt ſępè ſum teſtatus, viris doctis & inſtructis omni diſciplinarum ſupellectile vitiata nõ eſt, Nam vitiatam diximus, mutata diſtinctione, mutatis pũctis aut litterulis quibuſdam, quæ lector mediocriter doctus vel obiter legens caſtigat, te cõſule ſi mediocriter latinè ſcias an obiter ſine vllo labore mutatas diſtinctiones caſtiges, litteras mutatas emendes, doctus hebraicè itidem faciet ſi in ſacris ſcriptoribus ſit verſatiſsimus & ex Hebræa ſcriptura incredibiles demetet fructus, ſi modo hebrææ lectioni lectio Apoſtolica & Euangelica & Eccleſiaſtica præluceat facem: Admonuiſſet nos, inquit, huius rei D. Hiero. ſi hebræa lectio eſſet vitiata, admonet nos D. Hieronymus, admonent & alij veteres patres, vt libro ſecundo fuſè lateq; oſtẽdimus.

Rectè nam perinde ijs accidat, ac ſi non eſſet vitiata cũ facile vitium intelligunt, neq; decipi poſſint.

Iudæorum religio quam noſtri quidam laudibus in cœlum ferunt ridiculoſiſſimi.

NAm quod de religione & pietate Iudæorum ſcribit Iſaac Leuita cùm ea legi, riſum tenere nõ potui, neq; mihi temperare quin erumperem in cachinnos: Deum immortalem quam pie quidam noſtri homines etiam ſequuti Iſaac Leuitam alioſque qui Iudaicã cauſam tuentur, Iudæorum religionem & pietatem commendant, tàm in cæteris quàm in ſeruanda ſcriptura tanquam ab impia ſynagoga gratiã inire velint. Ego D. Chryſoſtomo habeo fidem & alijs ſanctis Patribus de Iudaica impietate, malitia, & in ſeruanda ſcriptura ſacra ſupina negligentia.

Iſaac Leuita citat quartũ caput Deuteronomij & maledicta aduerſum eos qui ſcripturam vitiant & ad id reſponſio.

CItat Iſaac Leuita cum hominibus ſuę factionis quartum caput Deuteronomij, vbi Dominus eos execratur, qui ſcripturæ ſacrę quidquam addunt, auț

aut detrahunt, huic parti reſpondit ſupra Iuſtinus martyr & Origenes: Non ſunt reueriti Iudæi impij dicere, Hic eſt hæres venite occidamus eum, & cruce afficere filium Dei, & corrumpere cuſtodes ne dicerent Chriſtum Dominũ à mortuis reſurrexiſſe, & timebunt caput quartum Deuteronomij? Non mutaturos fuiſſe ait Iudęos ex ſcriptura ſacra verbum etiam ſi rueret vniuerſa hęc mundi machina: ita æquum erat eos facere & Chriſtum agnoſcere prædictum toties per Prophetas niſi eos aliter feciſſe res ipſa indicaret vt iam oſtendęmus; ſub Antiocho Rege addit Iudæos nullis cruciamentis adduci potuiſſe vt legem Dei deſererent; & metu Chriſtianorum nulla vi coacti ſuam ſcripturam vitiabant? Et legem diuinitus à Deo datam deſerebant? qui religionis cauſa omnia pericula impendentia præſenti animo ſubibant? magnum pondus hoc argumentum habet, quis id inficiabitur? cur enim manifeſta negemus? prius tamen quam id refello reſpondebo Regem Antiochum nunquam fuiſſe id tãto bello curaturum, vt Iudæi deficerent à ſua religione ad paganiſmum niſi impulſum ab ipſis Iudæis id vt faceret, velle ſe aiebant impij Iudæi eo modo viuere quo reliquæ gentes & nationes, & ita in Iudæos pios ſæuiere multo acrius Iudæi impij quam Idolatræ milites Antiochi quam alienigenarum hominum exercitus & arma, ita leges apud Ioſephum de bello Iudaico libro. 12. cap. 6. & 7. & lib. 13. cap. 1. & 2. & pauciores Iudæi pij diuinitus ope Dei, & auxilio impios & innumerabilem Antiochi manum deuicere. Sed adhuc argumentum illud validiſsimum firmum ſtat, quod Iudæi poſt crucem Domini non ſemel ſe ſtrauere ſolo, & Imperatorijs ſecuribus nudas aperuere ceruices, nequid cõtra legem Dei fieri paterentur, hoc totius huius diſputationis robur eſt & caput, Nam hoc quod dico omnibus hiſtorijs eſt teſtatiſsimum, nec eſt quiſquam qui id credibiliter poſsit inficiari, tamen hoc tanti ponderis argumentum facile ruit, & in tenues auras euaneſcit.

Iudaicæ quædam tranſlationes non tam tranſlationes quam legis diuinæ mutationes in quibuſdam earum locis.

SI Ariſtotelis verba. 5. de R. P. libro expendas perattentè, hæc omnia argumenta facile ex oculis in tenues auras euaneſcerẽt prorſus. Non enim erãt mutaturi Iudæi Dei legem etiam ſi ſingulis mille mortes eſſent oppetendæ, Ego id Iudæis largior libenter; mutare tamen diſtinctionem in vno teſtimonio manifeſto de Chriſto Domino parum videbatur, & nihil differre à nihilo, aut vicinum eſſe nihilo, & ita cœpit hoc fieri ab impijs Iudæis in teſtimonijs Propheticis de Chriſto manifeſtis, vt pro nihilo duceretur parum illud, quod mutabatur in littera aut ſyllaba, aut diſtinctione, vt ſupradictum eſt pluribus, & hæc in paruo & per exiguo facta mutatio paulatim, ait Ariſtoteles & Plato, eo progreſſa eſt., vt legis vniuerſæ fieret mutatio, quod libro primo à me dictum eſt, non erant Iudæi legẽ Dei mutaturi ſi in eos confluerent omnia vndique ex toto orbe cruciamẽta, ſed dum hoc paruum contemnunt quod ſyllaba mutetur, aut littera, aut pũctum, rurſum aliud paruum, deinde aliud, pòſt aliud, ſingula hæc, aut pro nihilo habentur; aut parum à nihilo differre videntur, & tamen cùm ſæpè fiunt eò progrediuntur ait Ariſtoteles, vt vniuerſæ legis fiat mutatio, & cum ſit homines qui eas exiguas mutationes faciunt, non vident malum quod incurrant. Ait ergo Ariſtoteles eo loco quo recenſet cauſas quibus fit vt magnæ etiam reſpublicæ ruant, ἔτι δὲ τὸ παρὰ μικρὸν ὅτι πολλάκις λανθάνει μεγάλη γινομένη μετάστασις τῶν νομίμων ὅταν παρορῶσι τὸ μικρὸν ὥς ἐγγὺς ἢ μηδὲν διαφέρον τοῦ μηδὲν τὸ μικρὸν idest, adhuc etiam mutantur reſpublicæ,

ſcilicet,

ſcilicet,propter id quod parum eſt, dico autem per parum, quando ſæpè magna nos fallit legum facta mutatio, dum ci-ues contemnunt id quod parũ eſt,quod vicinum eſt nihilo,aut à nihilo nihil di-ſtare videtur parum. Hæc Ariſtoteles.

¶ Plato quoque libro de legibus.7. in ipſo principio libri monet ne in par-uis aſſueſcamus contemnere leges, inde enim ſolere iri ad maiora,vt ea quoque audeamus ſpernere.Infra idem Ariſtote les,Cauſa,inquit,mutationum rerũ pu-blicarũ eſt id quod parum videtur quan do illud permittunt in his quæ ad R. Pu blicam pertinent,& poſt hoc aliud pau-lò maius,facilius mouent quoad omnẽ ornatum R.P.moueant. Hæc Ariſtote-les,quibus docet ſi pauxillum quid in R.P.aut in legibus mutare ſis auſus,ve-luti litteram aut ſyllabam ,aut pũctum, aut diſtinctionem,idque permittant.R. P.principes,multo facilius maiora quæ-dam te eſſe auſurum vt verba mutes, ſci-licet, reſeces orationes ex ſcriptura & alia id genus audeas donec totum legũ ornatum diſſoluas,dũ in minimis,quod inquit ille alter,vires colligit audacia,vt progrediatur ad maiora, vnde paulò in-fra ſubijcit idem Ariſtoteles. Oportet vt aliud quid grauius obſeruare,vt nihil præter legem fiat,& maximè præcauen dum eſt illud quod parũ eſt, latet enim ſumptus quod non fit ſimul; Iubet ergo Ariſtoteles præcauere illud quod parũ videtur in ſeruandis legibus,vt enim in ſumptibus id quod parum eſt videtur paruum,vt re ipſa eſt, ſed ex multis par-uis creſcit magnus aceruus & magnus ſumptus,decipitur enim , inquit Ariſto. ratio hominis quod ſingula parua ſunt dũ ſic colligit, ſi ſingula parua ſunt per ſe,ergo omnia ſimul parua. Nam totũ quod eſt magnũ ex paruis ſingulis con-ſit;ſic igitur Iudæi ſcripturam hebræam vitiauere dum exigua & puſilla con-temnebant, & in dies magis magiſq; audebant.

Iudaicæ tranſlationes non tã tranſlationes quam legis diuinæ mutationes, in quibuſdam earum locis.

(?)

Interrogatio Iſaac Leuitæ incepta & ad eam reſponſio & vnde fraudes deprehendamus Iudaicas in ſcriptura hebraica factas.

Rogat Iſaac Leuita vnde nos proba re poſsimus hebræam lectionẽ eſ-ſe vitiatam, vtrum quicunque hæc affir-mat coram præſens adfuerit cùm hæc à Prophetis ſcriberentur,quæ ineptiſsimè mihi quæſita videntur,roga tu vnde vi-ri doctiſsimi caſtigẽt codices authorum clariſsimorum,vnde vitiata ſcripta vete rum emendent,& reſponſio erit ad ma-num, nempè ex authoribus antiquiſsi-mis,ex eruditione rara abdita atque re-truſa,quam ſibi indefeſſo labore pepe-rere,hinc exorti ſunt Hermolaus Barba rus, Angelus Policianus , Ferdinandus Pincianus Præceptor meus, aliaque cla-riſsima noſtræ tempeſtatis lumina, Ita ego Iſaac Leuitæ reſpondeo , intelligere nos vitiatam ſcripturam à Iudæis ex vul gata D.Hieronymi, ex tranſlatione.72. Iudæorum qui tribus ſæculis ante aduẽ-tum Domini eam vertere Græcè ex Iu-dæis antiquiſsimis Philone, Ioſepho ex Rabinis ipſis, eo exemplo quo ſæpè vti ſoleo codicis Hiſpani qui milleſimo an-te anno verſus latinè eſſet quod rem po nit ante oculos, neque dubitationi vllũ relinquit locum, ſi quod in codice Hiſpa no legitur, moça, redditum latinè vide-res, muſcam, facile intelligeres interpre-tem in Hiſpano codice, moſca, legiſſe non, moça, nec de hoc cum quopiam poſſes controuerſari, nec enim diceres credibiliter interpretem virum Hiſpa-næ linguæ doctiſsimum vocem vulga-tiſsimæ ſignificationis Hiſpanæ igno-raſſe, ſi in Hiſpano codice legeretur, ca-ſa, & tu tranſlatum videres, capſam, faci-lè agnoſceres interpretem non legiſſe in Hiſpano codice, caſa, ſed, caxa. Si in Hi-ſpano codice legeres, En vn carro de hõ bres, & tu tranſlatum videres, In homi-num conuentu, non dubitares profectò in

Codicis Hiſpani exemplum.

in codice Hiſpano legi deberi; En vn corro de hombres, non; en vn carro de hombres, tu fingere animo potes ſexcẽta huiuſmodi exempla quæ arguunt mutatas literas & ſyllabas in eo libro vnde facta tranſlatio eſt. Sed addit Iſaac Leuita. Quis hominum vnquam emendare auſus eſt Ariſtotelem, Platonem, Hippocratem, Galenum, Paulũ, Aetiũ, alioſque claros viros ex eorum tranſlationibus? quod exemplum arguit Iſaac Leuitam à quibuſdam noſtris hominibus adiutum. Per pulchre, ſimilitudo eſt quam ſimillima Ariſtoteles, Plato, Hippocrates, Galenus, Paulus, Aetius, ſæpe caſtigãtur ex trãſlationibus vt ex Timæo, Ciceronis, Platonis Timæus, Ariſtoteles ex ſcriptoribus qui ex eo ſua ſcripta ſunt mutuati vt omittam quod ſupradicti ſcriptores nunquam venere in ſuſpitionem eo nomine quod ab ſtudioſorum & medicorum inimicis, aut potius à rerum publicarum hoſtibus vitiati eſſent; quod ſi iſtoc nomine eſſent ſuſpecti, nihilominus ex eorũ tranſlationibus caſtigarentur, quin & magna diligentia & cura ab ipſa R.P. adhiberetur, quod vitæ corporis intereſſet maximè illos codices eſſe quam caſtigatiſſimos & ex tranſlationibus, & ex Græca lectione Philoſophiæ, & artis medicæ veri ſenſus eruerentur, quin etiam cum omnis fraus à Græca lectione horum ſcriptorum abfuerint, tamen ex tranſlatione aliquando ſcripta excellentium virorum caſtigantur, quod docti viri deprehendere non raro ſolent: quod verò negat Iſaac Leuita vlla neceſſitate adactos Iudæos ſcripturam vitiaſſe eſt ridiculum; quæ maiora odia vnquam fuere quam Iudæorum aduerſum Chriſtianos & aduerſum Chriſtum Dominum? quæ Iudæos adegere ad omne nefas? Adde quod ſcribæ & Phariſæi quibus regendæ R.P. Iudæorum cura erat, neque ſuã impietatem tueri poſſent, neque Iudæos in ſuis Synagogis retinere, niſi in Hebræa lectione has fallacias, de quibus tam multa diximus, eſſent commenti; manifeſtis enim de Chriſto teſtimonijs Iudæi perſuaſi, & perſpicuo rerum euentu è ſuis Synagogis eſſent dilapſi, & ad Chriſtum veniſſent, vt arctiſſima neceſſitas ſi impietatem ſuam vellent tueri, & ſuos in ſuis Synagogis retinere ne dilaberentur eos hæc facere coegerit, neque neceſſe fuit, vt ait Iſaac Leuita, Iudæos in vnum locum confluxiſſe, vt vnà de vitianda ſcriptura conſilium caperent, neque hoc feciſſent Iudæi etiam ſi omnia ſibi ſubeunda pericula eſſent, ſed eo modo ſcriptura hebræa vitiata eſt, quo mutari ſolent leges, vt diximus ex Platone, & ex Politicis Ariſtotelis, paulatim ab ipſa cruce Domini ad noſtra vſque tempora dum mutationem vnius ſyllabæ aut litteræ in vno Prophetico teſtimonio manifeſto de Chriſto Domino, vt Chriſtus Dominus in eo obſcuraretur, puſillum putant, & pro nihilo habent, rurſum aliud, deinde aliud, poſt aliud, ad Soritarum inſtar donec vniuerſa mutetur legiſlatio, quod ait Ariſtoteles, vnde contendebam primo huius operis libro recens æditas trãſlationes quaſdam ſcripturæ ad Rabinorum præſcriptum non tam tranſlationes eſſe, quam legis Dei mutationes, nec id de omnibus dico ſed de quibuſdam qui vulgatam ſpernũt & Eccleſiaſticam, & in illis tantum locis in quibus hæc faciunt, id ex locis Ariſtotelis ſupracitatis liquet, cum leges mutari ait illa fallacia quod ſingula per ſe puſilla videntur, hoc puſillum, poſt aliud puſillum, deinde aliud, donec mutatur reſpublicæ, mutatur & legiſlatio; ſunt igitur recens æditæ quædam tranſlationes iuxta ſententiam Ariſtotelis legum mutationes potius quam trãſlationes: Eſaiã crepat Iſaac Leuita, Hieremiã, Michæã, alioſque Prophetas; iuuat enim huiuſmodi hominum generi vniuerſe & generatim pugnare, non deſcendere ad ſingula.

Singula

Singula aiunt hebraicè teſtimonia de Chriſto planiora eſſe quam ſunt apud nos.

SIngula, inquit, Prophetarũ de Chriſto teſtimonia hebraicè ſunt magis plana & perſpicua quam græcè aut latinè, verum eſt ſi Iudaicas remoueris fraudes quas remouere, vt dixi, per facile eſt, quod cuiuſuis eſt mutatam diſtinctionẽ caſtigare, mutatam litteram aut ſyllabã emendare. Sed iam nos ad ſingula, in quibus Iſaac Leuitam & aſſeclas refellebamus illud adijciamus quod mihi exciderat, quodque tantum habet virium vt D. Auguſtinum in eandem ſententiã pertraxerit, quanquam poſtea perſuaſus à D. Hiero. illam mutauerit.

Quomodo vitia in hebræa lectione facta in omnia exemplaria trãſierunt.

AIt ergo Iſaac Leuitã fieri non potuiſſe vt vitia illa in omnia exemplaria quæ toto orbe terrarũ ſunt, transmitterentur, huic parti in diſputatione de tranſlationibus, nos ſatis feciſſe arbitror cum D. Auguſtino reſpõdebamus, vbi fuſe ac latè hanc diſputationem ſumus exequuti: Illud tamen adde Iudæos toto orbe diſperſos atque adeo pleroſq; eorum qui intra fines Iudeæ habitabãt, greca lingua vſos, & grecis tranſlationibus, quod ea tempeſtate greca lingua omnibus nationibus communis erat, & paucißimos extra Iudæam Iudeos hebraicè ſciſſe, vt diſces ex Ioſepho cùm de tranſlatione LXX virorum ſcribit, & hebræos codices, vt ſcribit idem Auguſtinus contra Fauſtum Manichæum lib. 9. cap. 26. Apud Hebræos non licebat cuiquam ſcribere niſi ſolis ſcribis, quod res ipſa indicat, cum enim libri ſacri ſolis conſonantibus ea tempeſtate ſcriberentur, vt ex Diuo Hieronymo eſt commoſtratum, & velut notis quibuſdam quas ciſras nominamus altißimæ cuiuſdam eruditionis erat Hebreos exarare codices, vt etiam nunc eſt cùm ſacris litteris ſunt addita puncta, neque hebræos codices deſcribet quiſquam bene niſi hebreæ linguæ ſingulari preditus cognitione, vnde ex Hieroſolymis, aut ex his locis vbi ſcribæ commorabantur, penes quos apud Iudeos ſumma erat authoritas ad reliquos Iudæos per totum orbem tranſmittebantur ſi qui eſſent qui ſcripturas Hebræas habere vellent, & inde tanquam ex exemplaribus caſtigatißimis alia volumina hebrea deſcribebantur ab his qui Hebraicè eſſent doctißimi, & ſi quid ſcribæ vitiaſſent mutata littera, aut ſyllaba, aut verbo mutato facile erat ſcribis penes quos ſumma erat authoritas ſcripturarum, id tranſmittere ad omnes Iudeos, aut pagina illa ex libris ſacris reſecta, & alia in eiuſdẽ locum ſuffecta quæ vitia illa præferret tanquam lectionem caſtigatiorem, aut ſi leuius erat quod vitiaretur mutatione litterulę alicuius aut ſyllabæ vitiabatur appoſitis illis duabus voculis hebraicis margini, queri, chetib, ideſt, lege ſcribe, vt etiam ſi ſcriberetur quod rectũ erat & legitimum, legeretur tamen vt ab ſcribis erat vitiatum, quod etiam nunc in exemplaribus hebreis quibuſdam factum videmus, vt margini eorum crebro adſcribantur voculæ illę duę, Queri, chetib, ſcribe, lege, vt etiam ſi ſcripta ſit lectio hebræa vulgata, legant tamen non eo modo quo ſcriptum eſt, ſed eo modo quo iubent Scribæ & Rabini, & poſtea vt ſupra monſtrauimus, illa caſtigatio Rabinica, aut corruptio potius in ipſum contextum irrepit: Nam quod ait Iſaac Leuita leges latas grauißimas & acerbißimas aduerſus eos qui aliquid adderent aut detraherent ſcripturę, credo equidem ita eſſe, ſed nihilominus oſtendimus ſupra Rabinos frequenter ſcripturã caſtigare, & non raro ſub hoc prætextu eam vitiare, quod etiam infra oſtendẽdum eſt, vel quod verũ eſt illud.

Quis

Quis cuſtodiet ipſos cuſtodes? Et quod ſub ſpecie boni mala fiunt. Quis enim ignorat apud Iudæos penes ipſos Scribas & Rabinos & Phariſæos ſummam authoritatem fuiſſe? vt leges ferrent? vt reliquos ſæuo ferirent anathemate ſi quid contra eorum iuſſa facerent? Qui ſunt ergo qui ſcripturam vitiant? Nempe ſcribæ, phariſæi, Rabini; qui ſunt qui leges ferunt, & fulmen anathematis torquent aduerſus eos qui aliquid ex ſcriptura ſacra mutant? nempe ijdem Phariſæi, ſcribæ, & Rabini, vnde Dominus, illis minatur, Væ illud, quo ſempiternus luctus ſignificatur, væ vobis ſcribæ & phariſæi quod habent clauem regni cœleſtis, neque ipſi intrant; neque alios intrare ſinunt; vide igitur ne leges illę acerbiſsimæ eſſe videantur latę aduerſus eos qui vitiatas? ſe ſcripturas quas ipſi caſtigatas appellabant, mutarent: Nam vitijs, inquit ille, virtutũ nomina damus. Hoc ita eſſe conijcies quod Rabini has leges non timent, & lectionem hebręam ſub hoc prætextu quod veram lectionem quærunt, vitiant ſæpè vt oſtendimus, & hùc & illùc torquent & verſant, & crebrò marginibus adſcribunt hebręorum codicum voces illas de quibus tàm ſæpè diximus, queri, chetib. Illi his vocibus Iudaicis credant, nos credamus litteris Apoſtolicis & Euangelicis & Eccleſiaſticis quoties tranſlatione ipſa ſignificant quomodo hebræa lectio legenda ſit. Sed iam Deo bene iuuante ad rem ipſam aggrediamur, & Spiritu ſancto auſpice librum tertium Apologetici auſpicemur.

TOTVS

TOTVS HIC LIBER TERTIVS OSTENDIT QVOD IVDÆI AD id toto pectore incumbunt vt Chriſtianæ Religionis fundamenta conuellant, vt appareat quantam peſtem R. P. Chriſtianæ Iudaicæ interpretationes importare conentur quædam dico, non omnes, nec in omnibus partibus, ſed vbi vulgatam, & noſtra conuellunt.

Numerorũ vltimo. Vulg. *Omnes viri ducent vxores de Tribu & cognatione ſua.*
Lect. Hebræa. כִּי אִישׁ בְּנַחֲלַת מַטֵּה אֲבֹתָיו יִדְבְּקוּ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל.
Vel vt legiſſe videntur Hieronymus, & omnes veteres Patres Græci & Latini, additione vnius litteræ. וְ. כִּי אִישׁ בְּנַחֲלַת מַטֵּה וְ אֲבֹתָיו יִדְבְּקוּ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל.
LXX. Ὅτι ἕκαστος ἐν τῇ κληρονομίᾳ τῆς φυλῆς τῆς πατρικῆς προσκολληθήσονται οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ.

Hunc locum Iudaicè quidam vertunt, quo Virgo ſacra non videatur de familia Dauid orta, vt Chriſtus ſecundum carnem non fuerit de familia Dauid, vnde ſequeretur quod non fuiſſet verus Chriſtus, & Virgo ſacra non modo non eſſet Deipara ſed ne Chriſtipera quidem, quod vel Neſtorius hæreticus nobis largiebatur.

CAPVT PRIMVM.

Homelia S. Hieronymi in Vigilia Natiuitatis & aliorum Sanctorum omnium tam Græcorum quam Latinorum, qui docent legem diuinam apud Iudæos ſanxiſſe, vt de eadem familia ducerentur vxores, quod aduerſarij oppugnant.

LOCVS ille Euangelicus Virum Mariç de qua natus eſt Ieſus, magnam pugnam excitauit inter nos & Manichæos & Marcioniſtas Iudaicæ inficiationis miniſtros: ſic enim Athanaſius hçreticos nominat. Ex hoc loco inter nos & illos nata magna contentio eſt: Nam Chriſtus Dominus de Maria Virgine eſt natus, & iuxta Euangelia, genealogia Dauid non ad Mariam virginem ſed ad Ioſeph eſt vſque deducta qui ad Chriſti generationem non pertinebat, & apud Origenem, ſi modo illa Origenis verba ſunt, quod mihi non ſit veriſimile, habet enim Origenes multa quæ ab hæreticis & ab hæretico interprete Origenis ſcripus ſunt interiecta, nec enim D. Hierony. eius interpres fuit, nec Ruffinus, ſed aliquis hæreticus qui ex Origenis ſcriptis multa reſecuit, & illorum loco multa addidit eaque quædam hæretica, quod ego deprehendi non ſemel factum cum contuli olim Commẽtarios Origenis latinos in Matthæi Euãgelium cum Commentarijs Græcis in eundem Matthçum quos mihi dederat vtendos doctiſsimus & religioſiſsimus F. Alfonſus Zorrilla doctor Theologus Ordinis B. Benedicti apud Hiſpanos

Quod ſacra virgo fuerit de ſanguine Dauid, & vera Dei mater, & Chriſtus fuerit verus Chriſtus contra hæreticos.

nos generalis abbas reuerendiſsimus, & multis alijs nominibus commendatiſsimus & non ſolum de me, ſed etiam de ſuo ordine quã optime meritus. Apud Origenem inquam in Epiſtolam ad Romanos ſunt verba quædam quæ flammam hæreſis Manicheæ & Marcioniſtarum extinctam ſuſcitant, quibus in dubium vocatur vtrum ſacra Virgo fuerit nata de ſanguine Dauid, vt ex ea natus Chriſtus non ſit ortus de ſanguine Dauidico vt ſequatur non fuiſſe verum Chriſtũ qui de ſanguine Dauidico fuerat oriturus. Noſtri omnes tam Græci quam latini iuxta legem Moſis ſacram Virginem aiunt fuiſſe deſponſatam cognato qui ſi de ſanguine Dauid erat, & ſacra Virgo eodem ſanguine erat orta, & vltimum numerorum caput citant, & potiſsimum illud præter alia quæ dicemus. Omnes viri ducant vxores de Tribu & cognatione ſua quo teſtimonio liquet neceſſe fuiſſe vt ſacra Virgo cognato ſuo orto ex eadem familia eſſet deſponſata, quod lex ipſa cogebat omnes viros de Tribu & cognatione ſua vxores ducere. Duxerat ergo Ioſeph Mariã ſacram de Tribu, & cognatione ſua, de Dauidica familia ſcilicet, & ideo Euangeliſta Chriſti genealogiam ad Ioſeph vſq; deduxerat, quod eadem opera ad ſacram Virginem deduceretur quę neceſſe erat vt ex eadem familia eſſet orta, & mos eſt ſcripturæ vt genealogiæ per viros numerentur non per fœminas.

Quod Iudæi locum numerorum vitient vt negent ſacram Virginem fuiſſe de ſtirpe Dauid, nec Chriſtum Dominũ fuiſſe verum Chriſtum & eorum refutatio.

HIC Iudæi negant locum illum numerorũ noſtræ vulgatę: Omnes viri ducant vxores de Tribu & cognatione ſua: ſic eſſe hebraicè. Hoc fidei noſtræ fundamentum, & hanc baſin vniuerſæ noſtrę fidei, Iudæi aut vna littera excuſſa ex lectione hebræa, aut interpretatione Iudaica conantur ſubruere: negant locum noſtræ vulgatæ à D. Hiero. verſum eſſe fideliter. En quo ſpectant quorundam noſtrorum hominum aduerſum vulgatam noſtram, nouæ tranſlationes & nouæ contentiones, & aduerſum Tridentinum Concilium controuerſiæ, quibus petunt ſibi dari probatam quidem vulgatam D. Hieronymi in vniuerſum, Concilij Decreto, non tamen per partes ſingulas, vt pateat aditus ad labefactandam vniuerſam vulgatam noſtram & vniuerſam fidem. Nam cum lis aliqua eſt nata non pugnamus vniuerſe & generatim tota vulgata, ſed ſingulas lites ortas ſingularibus teſtimonijs aut confirmamus aut refutamus, ſi ſingula ſubuerrere, licet nihil actum eſt Concilio Tridentino, ad ſingula dicere licebit ex illorũ numero eſſe, quæ licet impugnare, nunquam enim vniuerſa vulgata aduerſus Iudæos, & hæreticos pugnamus, ſed ſingulis partibus, & ſi ſingula licet impugnare nihil erit fixum, aut ſtabile; citant claros viros qui id fortaſſe parum caute dixerunt, ſi hæc certa lex eſt, vt aliorum exemplo nobis liceat peccare quod Deus omen auertat; actum de R. P. chriſtiana eſt: nam hæc peccandi licentia in re tãta poſt aliquot annos erũpet profecto in aliquod magnum malũ: Sed hoc Deus non ſinet. Contentio ergo inter nos & Iudæos & hæreticos de re magna eſt, vtrum Chriſtus iux a Prophetarũ prædictiones de ſemine Dauid ſit ortus: nã ſi Chriſtus de ſemine Dauid non fuit ortus profecto Chriſtus noſter verus Chriſtus non fuit, vt volunt Iudæi & hæretici quidam & nobis crebro ingerunt illud. Probato qui legis a. qui legis hæc noſtra aduerſus Eccleſiã chriſtianã, probato Chriſtũ eſſe natum de ſanguine Dauid, & inſonabant illud. Adhuc ſub iudice lis eſt, en hoc ſublato fundaméto fides noſtra prorſus ruit; nec Chriſtus erit Chriſtus, nec ſacra virgo mater Dei erit. Nã Euangeliſta, Ioſeph natũ de

Refutatur viri docti qui cenſent concilium probaſſe vulgatæ noſtræ non tamen partes ſingulas.

Q ſemi-

ſemine Dauid ſcribit & genealogiã Dauid ad Ioſeph vſq; deducit non ad ſacrã virginem, ſed Ieſus non eſt natus de ſemine Ioſeph. Age hãc rem diſceptemus quando videmus tot habere defenſores Iudæos & Iudæorum aſſeclas, expendamus an D. Hieronymus in noſtra vulgata lectionem hebræam reddiderit fidelius, an Iudæi. Nam ſi Iudæis eſt habẽda fides, Chriſtus non fuerit verus Chriſtus, nec virgo Maria fuerit vera Dei mater. Lectio hebræa eſt.

tribus hæreditate in quilibet quoniam
כִּי אִישׁ בְּ נַחֲלַת מַטֵּה
Iſrael filij adhærebunt patrum ſuorum
vel, אֲבֹתָיו יִדְבְּקוּ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל
& tribus hæreditate in quilibet quoniam
כִּי אִישׁ בְּ נַחֲלַת מַטֵּה וְ
Iſrael filij adhærebunt patrum ſuorum
אֲבֹתָיו יִדְבְּקוּ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל

quod Iudęi & eorũ aſſeclæ. ſic reddunt. Quoniã quilibet in hæreditate Tribus patrũ ſuorum adhærebũt filij Iſrael: quibus verbis Iudęi aiunt planum fieri legẽ fuiſſe in veteri teſtamento, vt de eadem Tribu ducerentur vxores de Tribu Iuda. ſ. neceſſe fuit Ioſeph vxorem ducere iuxta hanc legem, ſed in Tribu Iuda innumerabiles erãt familiæ, ex quibus vna erat familia Dauid, neque neceſſe fuiſſe aiunt, iuxta hanc legem, vt Ioſeph duxerit vxorem ex familia Dauid: Noſtrorũ plerique hæc Iudaica recipiunt, neq; vllam iacturam ſe facere autumant, cũ maximum noſtræ fidei fundamentum, tam valide concuti vident, vt fides noſtra, ruat prorſus, & quod omnium veterum patrum, tam Græcorum quam Latinorũ authoritas nulla ſit. qui hoc poſtremo Numerorum capite ſancitũ aiunt neceſſe fuiſſe de eadẽ Tribu & de eadẽ familia vt Iudæi vxores ducerent, neque putant fieri iacturã ſi authoritas noſtræ ſcripturæ, & noſtræ vulgatæ interpretationi Iudaicę cædat, contenti quod friuola & falſa ratione quadã nõnulli ex noſtris noſtra defendant, quod ſacra virgo habuerit aliquod peculiũ, neq; fuerit admodũ pauper, vt ſancti patres aiũt, neq; pepererit in ſpelunca vbi præſepe fuerat, ſed in propria domo, nõ in aliena, ex vno incõuenienti, aiunt plura ſequuntur: nam lex fuerat, aiunt, vt fœmina quæ patrimoniũ haberet nuberet in eandem Tribum, & in eandem familiam. Riſu res digna quæ tot patribus aduerſetur, & receptiſsimis in Eccleſia ſancta ſententijs, & ab ipſis temporibus Chriſti ab Apoſtolis acceptis, & ad noſtra vſque tempora tranſmiſſis. D. Hieron. longe ſecus hunc locum Numerorum interpretatur, quod vt intelligas ſcias oportet D. Hieron. nos mouiſſe, ita ſe feciſſe ſuam vulgatam, vt nõ verbum verbo redderet aliquando, ſed ſenſa ſacra exprimeret, vertit enim. Omnes enim viri ducent vxores de Tribu, & cognatione ſua, qua translatione docet D. Hieronymus in lectione hebræa deeſſe coniunctionem vnam ve. i. &, & vertiſſe ſe. Quoniam quilibet in hæreditate Tribus, & patrum ſuorum adhærebunt filij Iſrael, vt ſit. Adhærebunt filij Iſrael in coniugijs, de quibus verba facit, in poſſeſsione Tribus, & in poſſeſsione patrum ſuorum, hoc eſt in ſuis familijs. Vtrum ſit verius, quod interpretatus eſt D. Hieronym. an quod interpretantur Iudæi nunc diſceptemus. Nam nos negamus loco illo legendum eſſe, Quoniã quilibet in hæreditate Tribus patrum ſuorum, ſed potius in hæreditate Tribus, & patrum ſuorum. Indicat translatio D. Hiero. & coniunctionẽ illam deeſſe, & ſæpè in lectione hebræa deeſſe, culpa librariorum intelliges ex Pſal. 17. ſcripto. 2. Reg. c. 22. verbis eiſdẽ hebraice, vbi in illo. Torrentes iniquitatis conturbauerunt me, in lib. Pſalmorũ hebraice legitur venachale beliiahal ievahatuni. & torrentes iniquitatis cõturbauerunt me. 2. Reg. ſine coniunctione illa copulatiua ve. i. &, Nachale beliiahal ieuahatuni. Torrentes iniquitatis &c. & Infra in illo, & poſuit tenebras latibulũ ſuum. 2. Reg. hebraice eſt vaiaſet choſec & poſuit tenebras in lib. Pſal. iaſet choſec, poſuit tenebras ſine coniunctione copula-

copulatiua, ve. i. &c. Et in illo: Et reuelata ſunt fundamenta orbis terrę in lib. Pſal. Vaigalu moſdot, & reuelata ſunt fundamenta. 2. Reg. deeſt coniunctio copulatiua va. i. &c. Et legitur igalu moſdot reuelata ſunt fundamenta. Vides in vno eodemq; Pſalmo duobus locis verbis eiſdem hebraice conſcripto ex altero loco argui coniunctionem copulatiuam, & deeſſe in altero? idque non ſemel ſed ter? Ergo ſi fraude Iudaica, aut negligentia in hoc loco de quo diſceptamus deeſt coniunctio copulatiua, &, vel ſupplenda eſt, vt ſit. Quoniam quilibet in hæreditate Tribus & patrum ſuorum, non debet hoc nocere noſtræ vulgatæ. Nam leges in dictione Mala. In illo Eſaię. cap. 63. Recordatus eſt dierum ſæculi. R. D. ſupplere ve. i. &. Et leges in dictione Raba eundem R. D. apud Eſaiam cap. 33. ſupplere eandem coniunctionem ve. i. &. Fac ergo non deeſſe ex hoc loco cóiunctionem, & Iudæorum malitia, aut negligentia, quod licuit R. D. D. Hieron. non licebit? ius fuit R. D. ſubaudire coniunctionem, non erit idem ius D. Hierony. præſertim apud catholicos eãdem ſubaudire coniunctionem, & maxime cum antecedentia, & conſequentia, vt iam apparebit, eam ſubaudire cogantur? Sic ergo interpretandum eſſe hunc locum neceſſario iam hinc oſtendere incipiamus.

Si ſatis erat ducere vxores ex eadem Tribu, neque neceſſe eſſet ex eadem familia eas ducere, fruſtra dominus Numerorum 26. cum Tribuum familiæ eſſent numeratæ, & earum dicta nomina, ſanxiſſe videri poſſet, vt terra promiſsionis per familias diſtribueretur Tribubus Iſrael, locutus his verbis ad Moſen. Iſtis diuidetur terra iuxta numerum vocabulorum &c. Atqui familiarum, & Tribuũ pręceſſerat mentio; familijs ergo iuxta illarum nomina diſtributa terra promiſſionis eſt, quod liquet etiam ex ſequentibus. Ait enim dominus. Singulis ſicut recenſiti ſunt tradetur poſſeſsio, ita dumtaxat, vt ſors terram Tribubus diuidat & familijs, vt ſic maneat diſtributa, neceſſe eſt, vt quilibet ex eadem Tribu, & familia eadem vxorem ducat, alioqui intra breue tempus familiarum hæreditates miſcerentur, & hoc ſenſiſſe D. Hiero. & legiſſe hebraice coniunctionem &. Et ſi non erat hebraice coniunctio, &, hac cauſa ſubaudiſſe cõiunctionẽ liquet; quod poſtremo huius capitis ſic vertit. Vt hæreditas permaneat in familijs, neque miſceantur Tribus, ſed ita maneant, vt à domino ſunt ſeparatæ. Ex qua lectione apparebit coniunctionem, & fuiſſe hebraice, aut neceſſario fuiſſe ſubaudiendam; vt à D. Hieron. eſt ſubaudita. Nam ſi hæreditas permanſura erat in familijs & Tribubus, vt à domino per Moſen erat ſeparata hęreditas familiarum & Tribuum, neceſſe erat ex eadem Tribu & familia ducere vxores, alioqui hæreditas nõ poterat manere in Tribubus & familijs. Quorſum per Moſen iubet dominus diſtribui terram per familias ſorte, ſi ſtatim ſunt confundendæ? cur à Ioſue. cap. 19. & 20. per cognationes & familias diſtributa terra eſt, ſi poſtea connubijs familię & cognationes permiſceantur? aut quonam modo comminiſci queas vt familiæ ſeparatæ ſint, & impermiſtæ ſi ex alijs familijs ducere vxores licet? Nã eſt ridiculum quod aiunt. Fœminis licebat in alias tranſire familias, viris non item: quaſi vero cum fœminæ in alias familias tranſeant, fieri vllo modo poſsit, vt viri non tranſeant quoq; in alias familias: fit hoc aiunt noſtris temporibus, vt etiam ſi vxores ex alijs familijs ducantur, familiæ maneãt impermiſtæ. Ita eſt, in paucis hisq; primarijs, & principibus viris, & in familiarum filijs maximis natu: fac hoc in ſummis medijs infimis, nõ dico totius Hiſpaniæ, ſed vnius vrbis celeberrimæ, intra paucos dies nulla familiarũ erit diſtinctio: Si viri aiunt manent in hæreditate patrũ ſuorũ etiã ſi aliunde ducantur vxores, non cõfundẽtur familiæ, nec fieri poterit, vt cõfundantur. Ita eſt, & hæc diſtinctio hæreditatũ facta eſt, ideo vt fa-

milię ſeruentur impermiſtę; ſed ſuccreuit innumerabilis Iudæorum multitudo quibus nõ ſuppetebãt hæreditates, & promiſcue habitabãt cũ alijs Tribubus: ſi promiſcua haberent connubia, an nõ intra breue tẽpus miſcerentur? quaſi vero hæreditatis cauſa familię fuerint ſeparatæ, & Tribus? leges apud Ioſephũ antiquitatis lib. 14. cap. 12. ſua tempeſtate in Chriſti aduentu Iudæos toto orbe terrarum fuiſſe diffuſos qui ſuis legibus vterentur & peculiares ex ſua gente haberent magiſtratus, & in omnibus prouincijs orbis terrarum maximam partem vrbium nobiliſsimarum omnium tenerent vbi illis non erant diuiſæ poſſeſsiones à Dño; quæro quomodo ſeruarent familias impermiſtas ſi ex alijs familijs illis vxores ducere licebat? & cũ temporibus Roboam regis Iuda diſceſsio decẽ tribum facta eſt, vt leges Paralip. 2. c. 11. Iudæi omnes ex decẽ tribubus qui idolatræ eſſe noluere in regnum Iudæ commigrarunt quæ cauſa fuit vt regnũ Iuda quod duas tantum cõtinebat tribus, tantum acceperit roboris vt poſſet ſtare contra alias decem tribus. Idem hoc refert Ioſephus de antiquitate lib. 8. cap. 3. Hic ego te rogo ingens illa multitudo quæ commigrauit in regnum Iuda ex alijs decem tribubus aut illa quę toto orbe erat diſperſa, denique Iudæi omnes quoties in captiuitate morabantur quomodo potuere ſeparatas habere tribus & familias ſi licebat familijs promiſcua habere connubia. Per aliquod tempus in multitudine non magna familiarum principum ciuitatũ poterat retineri memoria, per tot ſęcula in tanta hominum multitudine ſummorum mediorũ infimorum, haud dubium quin familiarum ex[illegible]ſceret memoria. Citarẽ græcorum mores quibus etiam familiæ & tribus eſſent diſtinctæ ne familiæ miſcerentur, quib⁹ neceſſe erat genere proximas vxores ducere, niſi hoc multo planius eſſet ſignificatũ ſacris litteris, Nã ſi nihil aliud eſſet quã quod in Exodo Leuitico & in numeris ſemper tribus Iſrael incedunt diſtinctę per familias & cognationes, & quod apud Eſdrã in reditu ex captiuitate deſcribũtur diſtinctæ per familias & conationes intelligit quiuis è media turba hoc fieri nullo modo potuiſſe niſi receptiſsimũ eſſet ante legẽ ex eadem cognatione ducere vxores, & poſtea hoc idem eſſet lege cautũ nequis ex alia familia duceret vxorẽ. Nam vt dixi, in paucis primarijs viris hiſque maximis natu, qui totius familiæ adeunt hæreditatem ſeruari poteſt vt familia diſtincta manere videatur etiã ſi aliunde ſibi vxorem deligere liceat, ſi vero vniuerſa ciuium multitudo hoc faciat vt promiſcua habeat cõnubia intra ducentos annos exoleſceret omnis familiarũ memoria, nec ſolum ſi in vniuerſo regno id fieret, ſed etiã ſi id licuiſſet in vna aliqua vrbe celeberrima. Quid futurũ putas in omni Iudæa & toto orbe terrarum quo natio Iudęorũ erat diffuſa ſi illis promiſcue ducere vxores liceret?

Ex his quæ dicta ſunt liquet Iudæorũ interpretationi nullum locum eſſe relictũ, Nã ſi huius legis ca. vltimi Numerorũ ſenſus eſſet vt Iſraelitæ ex eadẽ tribu ducerent vxores ex familia qua vellent, nec neceſſe eſſe vt ex eadem familia vxores ducere cogerẽtur, quod ſic interpretẽtur. Quilibet in hæreditate tribus Patrũ adhęreãt filij Iſrael. i. quilibet vxores ducat ex eadẽ tribu, quia de cõiugio ſermo eſt, vt adhæreat qlibet in hæreditate Patrũ ſuorũ, ſequitur fruſtra locis citatis hæreditates à Dño diſtributas per familias & cognationes, qñ lege hac lata cõnubiorũ iuxta Iudæorũ interpretationẽ, familiarũ hęreditates ꝑmiſcẽtur: Sequitur familias diſtinctas eſſe nullo modo potuiſſe, ſequũtur verba illa: Vt adhęreat quilibet in hæreditate patrũ ſuorũ: verũ ſenſum habere nõ poſſe, ſiquidẽ ꝑmiſtis familijs nõ adhęret quilibet in hęreditate patrũ ſuorũ: Vna enĩ familia ſi recte oĩa expẽdas pl⁹ occupabat q̃ ager omnis Salmãticẽſis, latiſsime enĩ ſe fũdebat vnaquęuis familia, & ſi permiſcerẽtur familiæ

liæ

liæ qui in agro Salmanticenſi hæreditatem erat ſortitus migrabat in agrum Methymnenſem, & nō morabatur in agro patrum ſuorum ſi non indotatæ vxores ducerentur, neq; cohærent quæ ſequuntur, vt hęreditas permaneat in familijs: quomodo permanet hęreditas in familijs ſi familiæ permiſcētur? quomodo cōgruunt verba etiam illa. Vt quilibet maneat in hæreditate tribus & familiæ ſuæ? At ſi hunc locum interpretemur iuxta ſententiam D. Hieron. omnia cōgruunt & translator omnia debet transferre cōuenienter antecedentibus & conſequentibus pręcipue ea quæ ſunt dubia, vt. n. locis citatis hæreditates à domino per Moſen diuiduntur per tribus & familias ita connubia iungi iubentur, vt quilibet in hæreditate maneat tribus & familiæ ſuæ, & ſubiungitur cauſa hoc eodē cap. vlt. Numer. Vt quilibet maneat in hęreditate tribus & familiæ ſuæ, & rurſus eadem cauſa repetitur, Vt hæreditas permaneat in familijs, neq; ſibi miſceantur tribus, ſed ita maneant, vt à domino ſeparatæ ſunt legem aiunt ſpecialē eſſe de fœminis, quæ parentū hęreditatē adierint.

¶ *Duplex lex lata eſt viris & fœminis, vt iam dicemus, & vtriuſque legis cauſa redditur.*

NEque quenquā tantopere miror, quantopere doctiſsimū Caietanū ſuæ tēpeſtatis lumen fulgētiſsimū, qui cū ſuperiora huius cap. vlt. Nume. ſit interpretatus, ita vt ſignificari putarit vxores ducendas eſſe de eadē Tribu & familia ne perturbaretur hæreditas Tribuū, & familiarum, & planè dixerit & apertè ſignificari hoc loco nō ſolū nō perturbādus eſſe hæreditates tribuū, ſed nec familiarū: Cum ventū eſt ad locum vulgatę. Omnes viri de eadē Tribu & cognatione vxores ducēt, negat ſic eſſe hebraice; an non oportebat vulgatę noſtræ D. Hieron. plus habere fidei quā Iudęo imperito? noſtra vulgata Eccleſiæ & ſanctorū patrum authoritate ſacroſancta eſt: ſat ne cuiquam erit, quod Iudęus imperitus eam ſic refellat quoties eius authoritate premitur? vt hebraice neget ſic eſſe? Atqui priora tempora hebræā lectionē, vt ſupra oſtendimus ex Origene, propter Iudæorum fraudes nō recipiebāt, neſcio quæ horū tēporū ſit tanta libertas, dicā; an potius licentia? vt nō modo hebræa; ſed Iudæorū in quibuſdā fraudes noſtris anteponantur ſcripturis. Sed ſatis ſit, ad ſubuertenda noſtra ſi impius Iudęus neget ſic eſſe hebraice, ſtatim in dicta cauſa Hieronymus damnatur, neq; iuuat dicere Hieronymum eo loco vertiſſe ſententiā, idq; licere facere. Sed age doctiſsimū Caietanum eiuſdē ſententijs refellamus. Caietanus in ſuperioribus colligit de Tribubus & familijs hoc eſſe intelligendū, vt ex eodē Tribu & familia eadē ducantur vxores ne perturbetur hæreditas tribuum aut familiarū, quod ex eo loco liquet etiam quod familiarum capita id petunt, & petunt ne ſortes patrū ſuorū minuantur, minuentur etiā nihilominus ſi fœminæ hominibus aliarum familiarū nubant. Ergo ſi mentem adhibeas vtrunq; petitur hoc capite, quod apparet inde quod non petunt hoc tribuum principes, ſed principes familiarum, & quod petunt ne minuatur hæreditas data patribus quę tā tribubus, quam familijs eſt diſtributa, ſed ſi promiſcuè ex familijs quibuslibet ducere liceret, minueretur hæreditas data patribus. Hoc quis non videt, niſi captus ſit oculis & mēte? ſic etiam hoc intellexit Caietanus interpretans verba illa principij huius c. 36. Numerorum. Et non vertetur hæreditas in filijs Iſrael de Tribu in Tribum: ait enim Caietanus. Minus dicitur & plus ſignificatur; dicitur enim quod hæreditas non vertetur de Tribu in Tribum ſignificatur autē quod nec vertetur de familia in familiam, hoc. n. manifeſte ſequebatur, ex quibus Caietani verbis quis non videat concludi neceſſario neceſſe fuiſſe ex eadem Tribu & familia ducere vxores, quod ſignificatur etiam verbis illis, nubant quibus valunt tantum, vt ſuę Tribus hominibus; quod hebraicè eſt,

patrum ſuorum tribus familiæ in tantum
אַךְ לְ מִשְׁפַּחַת מַטֵּה אֲבֹהֶם

ideſt tantum familiæ tribus. Itaq; quod Diuus Hieronymus vertit: Nubant quibus volunt tantum, vt ſuæ tribus hominibus, hebraice eſt, Nubant quibus volunt tantum, vt familiæ tribus patrũ earum. Igitur viris familiæ patrum earũ iubentur nubere, quæ omnia ſic intellexit Caietanus etiam ſi non aduerterit hebraice eſſe, vt nuberent familiæ tribus patrũ earum, ſic enim eſt hebraice, quoties D. Hieron. hoc capite vertit, nubant ſuæ tribus hominibus, & ſignificatur, vt nubant vni de Tribu & familia patrum ſuorũ, ſed de fœminis, inquit, quæ adijſſent hæreditatem patrum ſuorum lata hęc lex eſt, quæ illarum peculiaris eſſe videtur. Ita eſt, ſed ante illã lata eſt illa de viris. Omnes viri ducent vxores de Tribu & cognatione ſua, vt duplex lata ſit lex de viris altera, altera de fœminis. Quod vero hæreditatis cauſa latam hãc legem putat Caietanus hallucinatus vir ſapientiſſimus mihi videtur lata quidẽ eſt lex ne hęreditates permutarentur, ab initio tamen populi diſtinctæ erant tribus & familiæ cũ nullæ erant hæreditates, poſſeſsiones nullæ, vt intelliges ex 1. c. Numerorum, & ex. c. 26. & ex lib. Eſdræ cum redeunt ex captiuitate, vt illud omittã quod ſuccreuerat innumerabilis multitudo Iudæorum, & promiſcue habitabant tribus omnes in regno Iuda pręcipue, vt ſupra diximus, & toto orbe erãt diuiſæ, vt dictũ eſt ex Ioſepho, & infinita multitudo ſuccreuerat, quibus iam non ſuppetebãt agri, nec hæreditates: quęro inter hos in tã innumerabili multitudine qui potuit ſeruari familiarum diſtinctio, ſi vxores nõ ducebantur ex eadẽ familia? Adde quod innumerabiles mercatura, artibus mechanicis quæſtũ faciebãt permixti alijs tribubus, quod noſtris tẽporibus fit, quod ex ipſo Ioſeph intelliges, qui cu eſſet ex Tribu Iuda ex familia Dauid habitabat in Nazareth; & in Capharnaũ in Tribu Zabulõ, vt liquet ex literis Euangelicis, & ex arte fabrili viuebat, quippe Faber erat & pauper: Si ergo familiæ permiſcebantur, quomodo poſſent diſtinctas ſeruare familias, niſi ex eadẽ familia vxores ducere neceſſe eſſet? Sed doctiſsimus Canus Salmanticenſis Academię olim ſplẽdor fulgẽtiſsimus: ſi neceſſe erat, inquit, olim ex eadẽ familia vxorẽ ducere, cur Leui. 21. iubetur Pontifex ducere vxorẽ virginẽ de populo ſuo, & nõ iubetur ducere vxorem de familia ſua? Immo ſi verba ſcripturæ expendamus de cognatione ſua Põtifex vxorem ducere iubetur, vt cũ cõmune ſit hoc omnibus Iudæis præceptũ multo magis Põtifex id facere ſit adſtrictus, neq; liberum ſit ei, quod alijs licet viduã ducere, aut repudiatã, quod hac lege videtur peculiariter ſanciri. Puellã, inquit, de populo ſuo capiet i. virginẽ, (id. n. ſignificat verbum hebræũ, quod poſitũ eſt pro puella vetulah. i. virginẽ) ſed ex tranſlatione D. Hieron. & lxx videtur redundare iod litterula in dictione hebræa & nõ legendum mehamau de populis, ſed mehamo de populo ſuo, vt ſit totũ. Quoniã certe virginẽ de populo ſuo capiet vxorẽ, vnde quod Hieron. in vulgata dixit puellam, interpretabimur ex hebræa lectione. i. virginẽ, quod pro puella hebraice ẽſt vetulah. ideſt virgo. Sed ait Canus doctiſsimus. En iubetur ſummus Pontifex vxorẽ ducere virginẽ quidem, ſed de populo ſuo, non de familia ſua: At oportebãt ſcire populum & familiã pro eodem accipi, vt ſignificat Auguſtinus quęſtionum ſuper Numeros lib. 4. q. 2. vbi docet pro pinquitates, populum, domus, familias, cognationes, in ſacris litteris pro eodem accipi, quod docẽt Lxx viri qui ferè ſemper pro cognatione, & familia populum ſcribunt, pro multitudine virorũ. & in aliqua cognatione & familia, quod aduertes ex Ioſue. c. 13. vbi quoties hebraicè eſt familia aut cognatio, quotieſque ita vertit D. Hierony. quando terra diuiditur filijs Ruben iuxta cognationes ſuas, pro cognatione Lxx ſemper reddũt populũ, quod illo ſolo capite factum ſexies reperies, idem reperies factum. cap. 17. & 18. Ioſue

Ioſuæ,& 21.cum terra promiſsionis diuiditur per cognationes & familias, ſemper Lxx.pro cognatione & familia vertunt populum,quod ſit multitudo virorum in qualibet cognatione & familia. Doctiſsimo igitur cano reſpondemus, populum familiam ſignificare ex Auguſtino,& Lxx viris, vnde hoc liquet, & ſic interpretanda eſſe verba hæc vulgatæ, virginem ducet vxorem, quod Lxx dixere? Virginem de genere ſuo accipiet,quo loco Lxx viri nobis ſignificant, illas duas voces de genere ſuo ex lectione hebræa expunctas eſſe, quod etiam citra fraudes Iudaicas ſæpe accidere ſupra pluribus oſtendimus. Iuxta canonem ergo D.Hieronymi in principium.cap.49.Eſaiæ, quod obſcurum eſt in altera translatione explanandum eſt ex altera,capiet virginem vxorem ex genere ſuo,ſcilicet. Deinde hũc locum de quo agebamus vulgatæ, Non accipiet meretricem,ſed puellam de populo ſuo interpretabimur ex translatione Lxx.i. virginem de genere ſuo. Nam hebraicè pro puella vetulah.i.virgo eſt.Sed dices, hebraicè non eſt,de populo ſuo, ſed de populis ſuis, vt non liceat tibi interpretari ex Auguſtino,& ex Lxx viris de populo ſuo, ideſt de cognatione ſua & familia,quomodo ex hoc loco explanant Lxx virginem de genere ſuo vxorẽ accipiet? facilis eſt reſponſio,interiecta vna litterula per exigua nos oppugnant Iudæi: Nam interiecto iod faciunt mehamau,i.de populis,pro mehamo.i.de populo ſuo,vt interpretantur D. Hieronymus, & Lxx vt ſit accipiet virginem de populo ſuo, de familia ſua, non enim quod vitiant Iudęi ſcripturam nos id ferre oportet. AEquiſsimum eſſe putamus pro aris & focis pugnare, omne ſubire diſcrimẽ,omnia excipere pericula, mortem oppetere acerbiſsimam: multo æquius eſt pro Chriſti fidem,maiorum noſtrorum exemplo,eadẽ hęc facere, quando duces habemus Lxx viros,& D.Hieronymum, quid malũ patimur Iudæos & Iudæorum aſſeclas noſtra corrumpere?

Iudæi interiecta vna litterula noſtra perturbant, quod liquet ex vulgata D. Hieronym. & ex translatione Lxx.

Quod ſequitur autem in noſtra vulgata, Ne commiſceat ſtirpem generis ſui vulgo gentis ſuæ,eodem ſpectare videtur:nam pro vulgo hebraice eſt behamau in populis,ideſt in familijs,vt ſupra oſtendimus, ne commiſceat ſemen ſuũ in familijs, quod D. Hieronymus vertit vulgo. i. ducendo vxorem ex qualibet vulgi familia,ſed tantum vxorem ducet ex ſua familia eamque virginem. Hæc Vatablus Iudaicè interpretatur, vt cætera. Nam nos docet D.Hieronym. ſcripturę partes & Iudaice, & chriſtianè poſſe transferri & explanari,vt in principio huius libri tertij ſcripſimus: eodem modo reſponderi poteſt loco Ezechielis, c.44.quo ſcriptum eſt. Et præceptum, vt ſummus Pontifex vxorem ducat de ſemine domus Iſrael. Nam domus & familia;populus & cognatio, vt ſupra diximus ex Auguſtino pro eodem accipiũtur.Iubetur ergo ducere vxorem Summus Pontifex de ſemine domus.i.familiæ Iſrael ſuæ,ſcilicet familiæ, quæ eſt in Iſrael,ſic enim ex alijs locis ſcripturæ eſt explanandum, & certum habeo vbi legitur in Ezechiele Beth domus legendum eſſe betho.ideſt domus ſuæ,familiæ ſuæ. Quæres vnde cõiectẽ? quod res vſitatiſſima Iudæis eſt,vt noſtra perturbẽt,addere & detrahere pũcta, & per noſtros trãslationẽ Lxx vitiare, vt ſupra oſtẽdimus & ſic apparet neceſſe fuiſſe Iudæis olim ducere vxores ex eadem cognatione, & ideo nunquã in ſacris litteris fœminarũ genealogias deſcribi,quod nota genealogia viri cõtinuo vxoris nota genealogia erat,neque ſat eſſe arbitror, vt dicamus, quod ait doctiſsimus canus;ideo nõ eſſe deſcriptã ab Euãgeliſta ſacræ virginis genealogiam, quod eo tempore res erat notiſsima, ſacram virginem Dauidico ſanguine eſſe ortam. Nam ſi hæc ratio valeret nullæ hiſtoriæ prodendæ litteris eſſent,neq; miracula ędita à Chriſto, & ab Apoſtolis eſſent litteris mandanda, neq; Magorum aduẽtus,neq; cędes ædi-

tæ in innocentes, quod eo tempore hæc omnia vulgata, & notiſsima erant, ſed quæ ſcribuntur poſteris ſcribũtur, nam quæ ſcripta ſunt, inquit Paulus, in noſtrá doctriná ſcripta ſunt, quod vel hinc patet, quod nobis dicitur. Probato qui legis. petunt, vt probemus maritos & vxores de eadé futuros fuiſſe cognatione & familia, & addunt, Adhuc ſub iudice lis eſt. Vocatur ergo in cótrouerſiam verũ ſacra virgo & Chriſtus dominus de ſanguine Dauidico fuerint orti, & eadẽ opera in controuerſiam vocatur verũ Chriſtus dominus fuerit verus Chriſtus, ſiquidem de ſanguine Dauidico erat oriturus. Ergo iam nunc ex antecedentibus & cóſequentibus probemus neceſſe fuiſſe ſic locũ vulgatę transferri latinè, vt tranſtulit D. Hieron. Omnes viri ducent vxores de Tribu, & cognatione ſua, & cũctę fœminę de eadem Tribu maritos accipiát, vt viris ac fœminis hæc ſit lex lata, neq; fœminis tantum. Igitur verba illa nubãt quibus velint tantum, vt ſuæ tribus hominibus. ſic ad verbũ ex Hebrę́æ lectione vertes. Nubant quibus volunt tantũ in familiam tribus patris earum, vbi dominus iubet illas nubere in familia patris earum, quod Lxx dixere. Veruntamen de populo patris earum ſint vxores de populo .i. de familia, vt ſupra ſumus interpretati, quod quidam cum non intelligerent putarunt translationem Lxx facere cum Iudæis. & poſtea ſubiũgitur lex lata viris quam ſic reddes. Quoniam vir in hęreditate tribus patrum ſuorum adhærebunt filij Iſrael. vbi ſignificat D. Hieron. vt ſupra diximus deeſſe coniunctionem &, & ſignificare, Quoniá quilibet in hæreditate tribus & patrum ſuorum adhærebit, aut ſupplendam cóiunctionem copulatiuam, Quoniá quilibet in hæreditate tribus patrum ſuorum, id eſt, & patrum ſuorum, & poſtea fertur lex fœminis, & cunctæ &c. & harum legum duarum, quæ latæ ſunt viris & fœminis ſubiungitur ratio, Vt hęreditas permaneat in familijs. Igitur ex eadem familia ducenda eſt vxor, alioqui ſi nubere liceret extra familias hæreditas nõ maneret in familijs: magis expreſſum eſt hoc hebraice, ná lectionem hebræá ſic ad verbũ reddes. Vt hæreditent filij Iſrael quilibet hæreditaté patrũ ſuorum. Hæc igitur ratio ſubiungitur duabus latis legibus pro viris & fœminis, vt quilibet hæreditet hæreditatem patrum ſuorum neceſſe eſt ergo de eadé familia vxorem ducere. Eodę modo Lxx. cũ dixiſſent, Vt nubat quælibet fœmina vni ex populo patris ſui .i. ex familia vt interpretati ſum⁹: ſubiecere ἵνα ἀγχιστεύωσιν οἱ υἱοὶ ἰσραὴλ, vt ſanguine ꝓximi ſint filij Iſrael, id enim ſignificat verbum græcum, vt te docét Suidas & Heſychius, ἀγχιστεύειν etiá eſt iure proximitatis hæreditare, & ſanguine iũctá vxoré ducere, & Plato lib. II. de legibus de teſtamento agens hoc verbo gręco vtitur pro iure hæreditario ratione proximitatis hęreditatem adire & vxores ducere, vt reddere poſsis translationem Lxx ſic, vt iure proximitatis vxores ducant & hæreditent filij Iſrael quilibet hæreditatem paterná ſuá. Vides genere proximos debuiſſe eſſe cõiuges in lege veteri, & hæreditare hæreditaté paterná, & hoc fieri non potuiſſe ſi ducerét vxores ex diuerſis familijs, & ſacram virginem neceſſe eſſe cognatam ſponſo ſuo Ioſeph fuiſſe, idq; liquere ex hoc c. poſtremo Numerorum ex interpretatione Lxx virorũ, atq; etiá ex Platone, ne poſt hac nobis quidam dicant, Probato qui legis, & adhuc ſub iudice lis eſt? & deinde ſequitur, Sed ita maneant, vt à domino ſeparatæ ſunt. Quoná modo poſſunt hęreditates, ita manere, vt à domino ſunt ſeparatæ ſi ducere vxoré licet ex alijs familijs, quæ ſeparatæ ſunt iuxta tribus & familias, præſertim cum hebraicè dicatur. Quoniam quilibet in hæreditate ſua adhærebũt filij Iſrael potuit planius? iubet quélibet adhærere in hæreditate ſua: hoc qui fieri poteſt, niſi quilibet ſanguiné iunctá ſibi vxorem ducat? Ita vertere 70. quilibet in hæreditate ſua adhęrebũt

filij

filij Iſrael. Hoc patet fieri non poſſe niſi genere proximas vxores ducāt. Plato hęc mutuatus in ſuum ſecundū librum de legibus cum de teſtamentis & matrimonijs agit, ait matrimonia ad duo ſpectare debere ad generis proximitatem, & ad hæreditatis conſeruationem. Nam ἀγχιστεία cognatio eſt, & generis proximitas non affinitas, iubet ergo Plato genere proximas ducere vxores, & parentum adire hæreditatem, vt conſeruetur hęreditas & familia mutuatus, ſcilicet ex ſacris literis, & filios qui ſupereſſent pro ratione poſſeſsionum deducere in colonias, quoſdam etiam non alere, ſed interficere, cuius ſententiæ Ariſtoteles etiam eſt author, quod vis humani ingenij, & humana doctrina erret neceſſe eſt, ſi non ſit adiuta diuinitus: qui ſupereſſent autem pro ratione hæreditatum ex populo Iudæorum ſpargebantur toto orbe, aut ex mercatura viuebant aut ex aliquo artificio; vt Ioſeph vixit ex arte fabrili. Vna reliqua dubitatio eſt, quod Lxx viri hunc locum, de quo controuerſia eſt: Omnes enim viri ducent vxores de tribu & cognatione ſua vertere videntur interpretationis Iudaicæ congruenter; reddidere enim, quoniam quilibet in hæreditate tribus paternæ adhærebit; filij Iſrael obſcurè vertere, fateor tamē ex antecedentibus & conſequentibus apparet eodem modo hunc locum intellexiſſe, quo Diuus Hieronymus. Nā cum Lxx in omnibus locis huius capitis, quos oſtendi ſignificarint vxores ducendas ex eadem tribu, & ex eadem familia, & nunc dicatur: Quilibet in hæreditate tribus paternæ adhærebit neceſſe eſt, vt intelligamus poſitū fuiſſe pro in hæreditate paterna ſuæ tribus. Nam ſi hoc modo non intelligeretur non neceſſe erat dicere. In hæreditate tribus paternæ, ſed in hæreditate tribus ſuæ, nam hæc eſt forma dicēdi hebręa, neque aliter vnquam hebræi loqui ſolent, vt paterna non referatur tantum ad tribum, quantū ad hæreditatē, quam oporteat eſſe paternā, vel quod magis puto deeſt græcè littera α, vt non πατρικῆς legēdum ſit, ſed πατριακῆς, nam πατριὰ cognatio & familia eſt, vt ſit tribus ſuæ cognationis, vel in tribu cognatiua, vt oſtēdimus etiam ex Platone. Hanc eſſe ſententiā ſanctorum res noua eſt. Diuus Hieronymus tomo. 3. ad Fabiolam de veſtitu Sacerdotum de Summo Pontifice vxorem virginem accipiet, inquit & infra, ſed virginem de genere ſuo, & rurſum infra: ſed accipiet, inquit, vxorem virginem de genere ſuo. & Origenes in Leuitici cap. 21. Homilia. 12. de magno Sacerdote: hic vxorem virginem de genere ſuo accipiet, & cùm dixiſſet, viduam autem & eiectam ſubiecit, ſed virginem de genere ſuo accipiet vxorem, & ſæpè ea homilia hæc verba repetit, quod ſummus ſacerdos vxorem ſit accepturus virginem de genere ſuo. Cyrillus quoque in Leuiticū lib. 12. ſub finem de ſummo ſacerdote locum eundem ſcripturæ citans, vxorem, inquit, virginem de genere ſuo accipiet: & infrà, Viduam autem & eiectam & meretricem non accipiet, ſed virginem de genere ſuo accipiet. Philò quoque Iudęus lib. de Monarchia. Iubet, inquit, Dominus ſummum ſacerdotem vxorem ducere non ſolum virginem, ſed ſacerdotem prognatam ſacerdote vt ex vna domo, & quodammodo ex vno ſanguine ſint ſponſus & ſponſa. Hæc Philon quæ tantum abeſt vt obſint, vt quidam putabant, vt ſuſpecta ſint, ne peculiaria fuerint ſacerdoti vxorem de ſuo genere ducere, ſed non id eſt peculiare, ſed illud quod neceſſe eſt vt ducat vxorem virginem non viduam, nō repudiatam, non meretricem, vt appareat ex ſupra dictis omnibus in lege veteri neceſſe fuiſſe ex eadem familia vxores ducere. Reliquum eſt vt diluamus obiectationes virorum doctiſsimorum, multos obijciunt ex veteri teſtamento, qui ex

alijs familijs duxere vxores,& addunt familiam Beniamin deletam fuiſſe & reliquas tribus iureiurando adactas , ne reliquis ex ea tribu & reſiduis ſuas filias vxores darent , poterant igitur ſuas filias collocare in matrimonium in alias familias, & alia huius notæ multa quæ obijciunt , & mea quidem ſententia, facilis eſt reſponſio. Primum omnium non quidquid præceptū erat in lege veteri fiebat ſemper, fiebat fere, & ſiquid aliter fiebat rarum id erat, & quod non fugeret hominum memoriam : vetitum erat adulterium lege veteri, & tamen Dauid adulterium fecit, & poſtea Berſabe duxit vxorem & filium inde ſuſtulit Solomonem regem,non tamen inde colliges ius fuiſſe olim adulterandi alienas vxores: aut non fuiſſe olim, neque eſſe noſtris temporibus vxores legitimas, vnde legitimi procreentur filij & adulterini, qui tamen noti ſunt vulgo & pro ſpurijs habentur vt re ipſa ſunt, & eorum memoria facile retineri poteſt : ſi id vulgo fieret iam neceſſe erat obuiam iri tanto malo vt in reditu captiuitatis Babylonicæ apud Eſdram cum magna multitudo eſſet Iudęorum qui alienigenas vxores duxiſſent, & inde procreaſſent liberos,magna cura illi malo occurſum eſt,ſi in paucis hoc accidiſſet conniuentibus oculis peccatum illud eſſet tranſmiſſum in regibus etiam & in principibus viris quod inde non permiſcebantur familiæ:nam illud quoque memoria teneri poterat , poſtremum hoc diluit fere obiectationes omnes,non neceſſe erat parentes procreare tot filios quot alij parentes filias procrearent aut contra,ſi in hac familia ſupereſſent filiæ aliquot,quod non eſſent adoleſcentes , quibus nuberent continuò ne eas innuptas manere oportebat,aut adoleſcentes eſſe cœlibes , ſi virgines in ſua familia non eſſent, quas vxores ducerent ? Ex his ergo virginibus quæ in familijs reſiduæ eſſe ſolebāt, quod non raro vſu ſolet venire,iureiurando ſe obligauere vndecim tribus ſe non daturas virgines ſuas nuptum reſiduis ex tribu Beniaminitide.

Oſtenditur hoc idem ex libro Thobiæ, ſed priùs oſtenditur librum Thobiæ canonicis annumerari.

IAM hæc ex libro Thobiæ etiam oſtendamus , ſed quod ſunt qui libros Canonicos ex Nicephoro recenſent poſt tot ſancta concilia,vt ſola valeat Nicephori ſententia, nec alij veteres patres de hac re audiantur, nec conciliorum decreta referantur,priuſquam teſtimonia ex Thobiæ libro citemus, audiamus quid veteres patres de Thobiæ libro cenſuerint. Hieron . quidem tomo. 3. Thobiæ librum non putat canonicis annumerandum cum alijs locis tum in pręfatione in Proœmia Solomonis his verbis ſicut ergo Iudith, & Thobiæ ,& Machabæorum libros legit quidem Eccleſia,ſed eos inter canonicas ſcripturas nō recipit. Hęc Hieronymus qui quanquam hos libros canonicis annumerari negat legi ab Eccleſia fatetur, poſteriora ſæcula contra ſenſere, quibus cōcilijs œcumenicis decretum eſt hos libros canonicis annumeratos & annumerandos vt oſtēdemus: Athanaſius in Synopſide diuinæ ſcripturæ annumerat Thobiam libris veteris teſtamenti nō canonicis quidem, ſed qui catechumenis legerentur, Clemens Alexandrinus Hieronymo multis annis antiquior Periſtromaton libro.1.librum Thobiæ ſacris literis annumerat,quemadmodū Heſter & Machabæorum libros. Auguſtinus de doctrina Chriſtiana lib.2.cap.7. libris canonicis adnumerat Iob,Thobiam,Heſter,Iudith,Machabæorum libros duos & Eſdræ duos, & tertium concilium Cartaginenſe,numero.47.vbi libros canonicos recenſet Thobiam, Iudith, Heſter,Eſdræ libros duos, Machabæorum

libros

libros duos canonicis quoque libris adſcribit, idemque decernitur eodem tomo primo conciliorum in decretis Innocentij primi, Epiſtola.3. in fine numero 7. cum recẽſentur libri qui recipiuntur in canone ſanctarum ſcripturarum eodem Tomo primo conciliorum in decretis Gelaſij Papæ, id eſt, vbi ordo librorum veteris teſtamenti recenſentur, quẽ ſancta & catholica Romana Eccleſia ſuſcipit ac veneratur digeſtus à Gelaſio Papa cum Lxx epiſcopis. & in concilio Tridentino ſeſsione.3. Quando ergo & conciliorum decretis, & ſanctorum patrum teſtimonio liber Thobiæ inter canonicas ſcripturas eſt relatus ex eo quoque teſtimonia petamus, quibus appareat legem fuiſſe apud Iudæos, vt ex eadem tribu & familia ducerent vxores: prius tamen illud ſtudioſos admonitos volo librum Thobiæ à Lxx ex hebræa lectione eſſe translatum à Diuo Hieronymo ex chaldæa, quod ipſe Diuus nos docet, vtrumque ſpecta, Thobias iuxta Lxx cap.6. de Angelo & filio Thobia, vbi loquitur angelus ad Thobiam filiũ. Hodie manebimus, inquit, apud Raguel & ipſe cognatus tuus eſt, & eſt ei filia vnigenita, loquar de ea vt detur tibi in vxorem, quia ad te attinet hęreditas eius, & tu ſolus es de genere eius: ſequitur eodem cap. ſexto. iuxta translationem Lxx, non dabit eam viro alteri ſecundũ legem Moyſi, vel reus erit mortis, & ſtatim. Quia hæreditatem te oportet accipere pluſquam omnem hominẽ (ſic enim eſt vertendum Latinè) vides quomodo planè dicatur iuxta legẽ Moſis ex eadem cognatione vxores eſſe ducendas niſi velint peccato mortali implicari: id enim eſt reum eſſe mortis. & capit. 7. iuxta Lxx legitur σοὶ καθήκει παιδίον λαβεῖν, id eſt, ad te pertinet filiam meam accipere, vnde aut quamobrem ad illum pertinebat, niſi quia cognatus erat? & infrà, κομίζου αὐτὴν ἀπὸ τοῦ νῦν κατὰ τὴν κρίσιν σὺ ἀδελφὸς εἶ αὐτῆς καὶ αὕτη σοῦ. Quæ parum bene ſunt latinè verſa, quæ ſic reddes. Habeto ipſam ex nunc ſecundũ iudicium tu frater eius es & ipſa tua ſoror, vbi iudicium appellat legem, quaſi dicat, habeto tibi ex nunc ſecundum legem Moſis.ſ. quæ cognatas ducere iubebat & eas nubere cognatis & ſubijcit cauſam, quia tu frater illius es & ipſa ſoror tua, non potuit apertius dici ducendas vxores ex cognatione eadem: negabis hæc reperiri in translatione Diui Hieronymi. Dixi translationem Lxx ex Hebræa lectione eſſe factam, translationem Diui Hieronymi ex lingua chaldaica in qua ſemper multa deeſſe deprehenduntur, vtrique huius legis teſtes ſunt, nam translatio Diui Hieronymi hoc refert planius capit. 7. his verbis, & credo quod id fecit vos venire ad me vt iſta coniungeretur cognationi ſuæ ſecundum legem Moyſi. Lex erat igitur Moyſi vt ex eadem cognatione ducerentur vxores. Sed his teſtimonijs ex Thobia, quibus planum fit iuxta legem Moſis connubia ex eadem cognatione fieri debere: reſpondebit aliquis, ita ex eadem cognatione quidẽ ducebantur vxores, quæ adierant patrum ſuorum hæreditatem, qualis hæc erat apud Thobiam vnigenita patri ſuo, idque ſignificatum eſſe vltimo Numerorum cap. Reſpondimus tamen, & argumentis euicimus duplicẽ legem latam illic eſſe viris alteram, alteram fœminis, & vtraque lege idem cautum eſſe, vt fiant connubia ex eadem tribu & familia: hunc eundem locum Thobiæ citat Ambroſius libro.3. officiorum cap. 14. Itaque inquiens, cùm Thobias filius Thobiæ à Raguele poſceret, vt filiam ſuam in coniugium ſibi daret, reſpondit: lege quidem ipſi eam debere tanquàm propinquo, & cæt. vt appareat vulgatiſsimam rem fuiſſe apud veteres ex eadem familia fierent connubia, quod ſi ſecus fieret in Regibus & Principibus, id fiebat, & aliquando in alijs idque per quam raro quemadmodum & noſtra tempeſtate fit vt contra iura Pontificum permiſſu

ſummi

ſummi Pontificis fiant connubia, ergo rumpantur licet Iudæi & Hæretici ſacra virgo & Ioſeph eius ſponſus ex eadem familia erant Dauidica. ſ. quæ deducta vſque ad Ioſeph, eadē opera ad ſacram virginem eſt deducta, & Chriſtus natus ex Maria virgine iuxta Prophetarum prædictiones ex familia Dauid eſt natus & verus Chriſtus fuit verus homo & Deus verus & ſacra virgo non ſolum Chriſtipera vt voluit Neſtorius impius, ſed Theotocos ideſt Deipera vt catholica vno conſenſu teſtatur Eccleſia iuxta illud, & Verbum caro factum eſt, quæ omnia multis alijs locis Apoſtolicis & Euangelicis ſunt teſtatiſsima, ſed nunc tantum de hoc loco numerorum de quo controuerſabamur cum Hæreticis & Iudæis, atque etiam cum viris doctiſſimis qui noſtræ tempeſtatis fuere lumina ſplendidiſsima diſceptatum eſt, vrgebatur autem vehementer ab Hæreticis Manichæis Diuus Auguſtinus. quod generatio Chriſti Domini non ad ſacram Virginem ſed ad Ioſeph ipſum, ad quem non pertinebat Chriſti generatio, videretur eſſe deducta, neque iuuabat dicere (ita Hæreticorum natura peruicax & pertinax eſt) ipſum Matthæum Euangeliſtam qui generationis ſeriem ad Ioſeph vſque deduxit & non ad Mariam Virginem, in principio filium Dauid Chriſtum appellaſſe, & poſtea profeſſum fuiſſe, natum ex Spiritu Sancto, neque citare illud ſecundæ ad Timotheum capit. 20. memor eſto Chriſtū Ieſum reſurrexiſſe à mortuis ex ſemine Dauid: neque alia ſexcenta: & ideo hæc à me tam fuſe ſunt diſputata ne quis dicere poſsit: Adhuc ſub iudice lis eſt, & probato qui legis, en probatum eſt ita vt vniuerſa Synagoga Iudæorum ſi vnum in locum coeat reſpondere nullo modo poſsit.

AD

AD LECTOREM.

PLATO qui ob incredibilem ſapientiam diuini cognomen inuenit in libris quos de Rep. inſcripſit, cum de diuinis legibus multa dixiſſet, illam diſputationem ea ſententia clauſit, vt ſi qui viri docti in R.P. illa eſſent qui aduerſus illas leges aut diuinitus datas aut latas à viris ſapientiſsimis auderet diſputare, aut quidquam ex illis demutare, aut illis quocunque modo aduerſari, pelleretur vrbe atque ex vniuerſa illa R. P. quantumuis eſſet eminens quantumuis excelleret ea arte quam factitaret; quod non tantum eximia & rara doctrina eſſet profuturus R P. quantum nociturus eſſet ſi animos hominum praua imbueret religione. Verum hoc ſummis magiſtratibus, qui rerum gubernaculis ſunt admoti curæ erit, qui non leges Platonicas, ſed iura Pontificum & diuinam legem ob oculos habent, vt R. P. Chriſtianam adminiſtrent, ego dicam quod addit Plato cùm ciues admonet, vt ſe ab eorum conuictu ſegregent & conuerſatione, qui ex legibus diuinis aliquid demutare audeant aut eis quouiſmodo aduerſari, ne peſtem indetrahant R.P. ne bibant venenum, quod eorum animis ſit exitiale, eiſdem verbis ego eos qui hunc librum fortaſſe adierint moneo, vt ſi intellexerint ex his quæ ſequentur eſſe aliquos, qui noſtram ſacrā religionem praua ſcripturæ interpretationē perturbent, qui aduerſentur ſcriptoribus ſacris, qui Chriſtianæ religioni Iudaicam admiſceant impietatē: abſtineant manū, caueant à Phariſaico fermēto ſibi caueant & proſpiciāt, quia vt inquit Plutarchus aquæ, quæ ſordes corporis nō eluit, ſed corpus potius inquinat nullus eſt vſus, vtilitas nulla, neque doctrina vlla eſt commoditas, quæ animorum ſordes non eluit ſed fœdat animos potius ſordibus vitiorum, aut impia ſuperſtitione, hæc vt diſcernas lector optime his quæ dicentur adhibe animum & mentem tuam. De Pſalmo. 109. dicendum eſt primo, & non de principio illius Pſalmi, de quo iam dictum eſt & dicetur in locis Apoſtolicis & Euangelicis, ſed de alijs ſequentibus, & iam ex hoc loco diſce num vere dicantur interpretationes Iudaicæ noſtræ ſanctæ religionis eſſe refutationes acerrimæ quæ ſub prætextu veritatis Hebraicæ in eccleſiam ſanctam introducuntur, Spiritus ſancti gratia noſtris cæptis clementer aſpiret. Tu tamen ex his omnibus adnota veritatem hebraicam nominari Iudaicam interpretationem quæ ſcripturæ Eccleſiaſticæ ſit corruptela.

Vulg. *Tecum principium in die virtutis tuæ.* Ad veſperas in Natiuitate Domini.

tuæ. virtutis die in principatis Tecū

Lectio heb. עִמְּךָ נְדָבוֹת בְּיוֹם חֵילֶךָ

Lxx. μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ ἐν ἡμέρᾳ τῆς δυνάμεώς σου.

ATHanaſius de fide ſua lib. 1. hoc verſiculo probat quod in Filio ſit Pater, & quod ab æterno Pater Filiū generet, Cyrillus in Ioannis cap. 23. in illud principium qui & loquor vobis, verba eſſe patris, ait, quorū ſit ſenſus. Tecum ô Fili eſt Pater in coæternitate diuinitatis, eodem modo Theodoretus de curandis Græcorum affectionibus lib. 2. de principijs agens, hoc eſt, de Patre qui principium eſt, & Filio qui eſt etiā principium, & de Spiritu ſancto, nō ſunt tamen tria principia, ſed vnū principiū, vt Pater eſt Deus, Filius Deus, Spiritus ſanctus Deus, nō ſunt tamē tres Dij, ſed vnus eſt Deus: negant hoc ita eſſe hebraicè, eſt quidē ita hebraicæ, nam, Himeca, tecum ſignificat, nedabot, principantes, liberales, vt oſtendimus ex Symmacho in capite, 32. Eſaiæ in illa verba: Princeps verò ea quæ digna ſunt Principe, vt verti hic locus poſsit tecum principantes liberales, ideſt tecum Pater, & Spiritus ſanctus qui liberales dicitur, vt docet Chryſoſtomus in caput Geneſeos, 19. homilia. 44. quod gratia Spiritus ſancti liberalis eſt, & in omnes ſe effundens, vt verè & benè Hieron. & Auguſt. & alij quos citaui interpretati ſint: tecū Pater & Spiritus ſanctus, iuxta illud: An non credis quia ego in Patre & Pater in me eſt? ſed Lxx myſteria Trinitatis non concredebant rudi populo, & pro principātes liberales, trāſtulere principium, vt in principio filio ſit principium Pater, dicuntur principātes liberales adiectiuè, quia vt ait Plato, Deus amore & liberalitate ſua creauit omnia, & Chryſoſtomus quod liberalitate Domini nos redēpti ſumus, & in filios adoptati, non noſtro merito, te rogo largiētur ne hæc nobis Iudęi? aut referre poterunt hęc verba ad Dauidem minimè, quid faciunt ergo? mutatione punctorum hæc vitiant omnia, iuxta Rabinorum ſententiam, nam pro, Hymeca, tecum, legunt Hameca, ideſt, populus tuus punctorum mutatione, & Nedabot, interpretātur liberalitatū, vt ſit populus liberalitatum, ſequetur te populus liberalitatum, cūm exercitum cōtrahes aduerſus filium Saulis, id eſt, liberalis populus, vt interpretatur R. Dauid, & R. Abraham, vt leges in dictione, nadab, & in dictione racham, hos Rabinos ſequi noſtris quibuſdā placuit, Iſidoro Claro, & Vatablo, interpretentur illi de Chriſto quantum volent, inſidioſè eos de Chriſto interpretari planū eſt, cūm obtrudunt nobis Iudaicam tranſlationem, quæ planè ſonet Iudaicam ſententiā, & vulgatā nobis è manibus extorquere conantur. Hic author in ſuo hebræo vocabulario in dictione, nadab, non citat vulgatā, ſed Iudaicam tranſlationem, neque ferè eius meminit vnquā. Quæro poſsint ne magis noſtra refutare, quam cūm vulgatam mouent ſuo loco, & pro ea contra ius & æquum introducunt translationem Iudaicam?

Iudæi vitiāt omnia iuxta Rabinorū ſententiam.

Vulga. *In ſplendoribus ſanctorum.* In natiuitate Domini ad viſperas.

&c. ſplendoribus, In

Lectio Hebr. בְּהַדְרֵי קֹדֶשׁ

Lxx. ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων σου.

HIeronymus & Auguſtinus, & alij, quos citaui in reſurrectione nouiſſima aiunt in ſplendoribus ſanctorum. i. cum ſancti reſurgēt ſplendētes lucidius aſtris videbūr in te eſſe Patrē & Spiritū ſanctū, in die virtutis, quādo oſtēdes tuā virtutē ſuſcitādo mortuos ex ſepulchris, & cum dices, Venite benedicti, &c. Et ite maledicti in ignem æternum. Hæc vitiant Iudæi praua interpretatione, & fortaſſe excuſsis duabus litteris, Iod, & men, pro in ſplendoribus Sanctorum. R. Abraham, & R. Iheuda interpretantur in pulchritudinibus ſan-

ſanctitatis, vt referatur ad Dauidem, vt ſit ſenſus: Hoc erit tibi merito pulchritudinem ſanctarum quæ fuerunt in te ab vtero matris tuæ, qui agnouiſti creatorem tuum cùm trium eſſes annorum. Ideò enim à veteribus Iudæi dicuntur fabuloſi, quod fingūt mille ſomnia, fabulas mille. D. Hiero. (aiunt) multa ex his quæ vertere Iudæi eſſe ſecutum, & ob hāc cauſam, & alias, negaui illos pſalmos, quæ ſub nomine D. Hieron. circumferuntur me credere D. Hieron. eſſe.

Vulga. *Ante Luciferum genitus.* in vtriſque veſperis & laudibus Epiphaniæ Domini.

Lectio Heb. (ante luciferum) מִשְׁחָר (ex vtero) מֵרֶחֶם

Lxx. ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. Cap. 4.

ILlam antiphonā Eccleſiaſticam. Ante luciferum genitus, celebrāt omnes veteres patres quos citauimus, celebrat & Eccleſia ſancta, & citāt aduerſum Hæreticos & Iudæos pro, ante luciferum: R. Abraham, &, R. Iehuda vertunt ab aurora, vt leges in dictione, Racham, & in dictione, Sachar, vt non valeat ſanctorum interpretatio, ante luciferum, ideſt ante omnem creaturam genitum ab æterno filium, & eſſe coæternum patri, aduerſus Hæreticos & Iudæos: nam his omnibus ſupradictis ſacri Doctores oppugnant Iudæos & Hæreticos, & hæc omnia arma extorquentur Eccleſię manibus, ne amplius illis Iudæi & hæretici poſſint oppugnari: Quid ſi Hebraicè non eſt, inquies, ante luciferum, eſt quidem, nam, miſachar. ante luciferum ſignificat propriiſſimè, ſignificat etiam ab aurora; vt vertunt Iudæi, ſed valeat neceſſe eſt illud Ariſtotelis, de quo ſupra diximus, in procemio Rhetoricæ ad Theodecten eam legis interpretationem anteferendam quæ ante ortam litem eſt facta, ei quæ fit poſt litem ortam cum odio aut inuidia ardent animi, trecentis annis ante aduentum Domini in carne à 72. Iudæis noſtra interpretatio eſt facta, qui Chriſti myſteria reſerarunt, & tamen Iſidoro Claro & Vatablo aliiſq; placuit magis ſequi interpretationem R. Abraham, & R. Iehuda. & R. Selomoc, qui non vertunt ante luciferum, ſed ab aurora: eſt enim, vt nos docet Diuus Hieronymus, hic ſcopus propoſitus Iudęis impiis, vt noſtra omnia ſubuertant, & ſunt autores, qui in ſuis hebræis lexicis citāt translationē Rabinicam, lectionis Eccleſiaſticæ quæ maximè propria erat ne meminiſſe quidem in mentem venit, ſi hæc conditio noſtræ cauſa vt ſequamur Rabinos doctores ſacros & eccleſiaſticos deſeramus quo ſit res caſura quis non videt?

En cur Pſalmi ad veritatē hebraicam verſi dicātur caſtigatiſſimi, quod eccleſiaſticis & doctoribus ſacris aduerſantur.

Vulga. *Ex vtero ante luciferum genui te.* Antiphona ad veſperas in natiuitate Domini.

Lectio heb. מֵרֶחֶם מִשְׁחָר לְךָ טַל יַלְדֻתֶךָ

Lxx. ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. Cap. 5.

ATHanaſius de fide ſua libro primo hoc verſiculo probat, quod Pater ab æterno filium generet, & Hilarius de Trinitate libro. 12. & Irenæus lib. 3. capite. 6. & Theodoretus de Græcorū affectionibus lib. 2. de principiis, & Ambroſius de fide lib. 4. c. 4. & interpretatur vterum patris intellectū, & de benedictionibus Patriarcharū. c. 11. quo loco addit geminā in Chriſto hoc loco ſubſtantiā declarari, alteram ex Patre, diuinitatē ipſam. ſ. alterā ex virgine quæ nobis edidit Ieſum dominū, & eodē modo interpretatur Tertullianus aduerſus Martionē lib. 5. c. 17. vbi interpretatur ex vtero, id eſt, ex ſolo vtero, alioqui quis non naſcitur ex vtero? Auguſt. etiā in hunc Pſal. interpretās hæc verba eodē modo explanat, ſed Athanaſius cōtra Arianos in hoc dictum. Ex Deo Deus eſt verbum, improbat hanc interpretationem neque cenſet hunc locum Pſalmi referendum ad Chriſti Domini ortum ex ſacra virgine Maria, ſed mea ſententia Athanaſius improbat illam huius verſiculi explanationem de Natiuitate

Chriſti

Chriſti ante ortum Luciferi ex ſacra virgine, quod erant qui hunc verſiculum Pſalmi huius ad ſolam natiuitatem Domini ex ſacra virgine referebant, alij Patres, Ambroſius, Auguſtinus, Tertullianus ad vtramque referunt, ad æternam generationem filij ex patre, & ad temporalem generationē ex Maria matre virgine, ſed præcipuè hoc loco omnes ſancti æternam filij generationem docent declarari, at quot ſunt verba duos ſenſus ſignificantia, illum priorem præcipuè ſignificari docent, & conſequenter innui docent ortum ex ſacra virgine, vnde natus eſt Dominus de Spiritu ſancto, nam verba illa, tal lecā, ros tibi, niſi ad diuinitatem non bene referas, qua de re diximus in illud cap. 26. Eſaiæ: Quia ros lucis ros tuus, vbi ex Procopio ros vnigenitus filius Dei eſt ſtillans guttis viuificatiuis, & cætera quæ eo loco adiecimus, vt ſit, ante Luciferum eſt ros tibi, id eſt, vis illa viuificandi, quia ſicut Pater habet vitam in ſemetipſo, ita & filio dedit habere vitam in ſe. Sed hæc verba non agnoſcunt Lxx, neque veteres patres, & fortaſſe addita ſunt à Iudæis, vt Origenes nos docet, quædam addi à Iudæis, vt Eccleſiaſticum intellectum perturbent. Cæterum dices ſolos Lxx vertiſſe, ex vtero ante Luciferum genui te, Aquilam, Symmachum, Theodotionē ita reddidiſſe, vt reddunt Iudæi, & quintam & ſextam translationem, idque docere Epiphanium libro .2. contra hæreſes, cap. contra Paulum Samoſateum, ita eſt, ſed eodem loco docet Epiphanius hebraicè ita eſſe vt tranſtulere Lxx, & adſcribit hunc prophetæ verſiculum hebraicè litteris Græcis perperam ſcriptū, admonet tamen ita eſſe hebraicè, & veriſsimè dicit ita eſſe hebraicè ſi puncta mutes, & in fine verſiculi addas litterulam iod, & ſic legas mirechem, ab vtero, miſachar, ante Luciferum, ildetica, genui te, vt ſit, ex vtero ante Luciferum genui te, tantum puncta differunt, & vna litterula, iod, additur, vt veriſsimè illa

Iudæi mutatione pūctorū ſubuertunt noſtra, & poſtea clamāt veritas hebraica, & aiūt noſtra eſſe vitiata.

ſcripſerit Epiphanius. Vides ergo qua fraude Iudæi Chriſto Domino diuinitatem adimant, noſtra omnia ſubuertant detractione vnius litteræ & mutatione punctorum? Nam in alijs codicibus hebræis eſt, ſurech, cum, vau, in alijs, ſurech quibuz: ſed durum eſt, inquies, ſi puncta mutentur: leges ſecundi libri huius operis caput 16. & 17. & 19. vbi huic tuæ dubitationi fiet ſatis, at dices, quomodo Diuus Hieronymus ita vertit, hunc verſiculum vt Iudæi? nihil minus, nunquam enim mihi perſuadere potero Pſalterium, quod ſub nomine Diui Hieronymi circumfertur Diui Hieronymi eſſe, quin Diuus Hieronymus priuſquam Epiphanius nos admonuit Aquilam, Symmachum, & Theodotionem multa myſteria de Chriſto ſubdola interpretatione celaſſe, qualia erant quæ hoc verſiculo ſignificabantur. Leges ergo in dictione, racham, & in dictione ſachar, pro, ex vtero ante Luciferum genui te. R. Abraham, & R. Ioſeph, & R. Iehuda vertiſſe, è vulua, ab aurora, ros tibi, natiuitatis tuæ, quos ſequitur Iſidorus Clarus, & Vatablus, & alij, neque adnotat quidquam de Eccleſiaſtica lectione, vt non præterit quicquam quod annotant Rabini; vt leges in dictione, dabar, adnotat in illo, ſecundum ordinem Melchiſedech, pro, ſecundum ordinem, eſſe hebraicè, dibrat, & poſſe verti, ſecundum morem, & ſecundum verbum, & diuidunt quidam dictionem illam Melchiſedech, vt ad Dauidem referre, quo iure quave iniuria poſsint. Ergo ſi Rabini audiuntur, contemnitur Chriſtus cum Apoſtolis ſuis, contemnuntur ſacri Doctores, quo ſit res caſura vel cœci vident, nam ſæpe repetitum eſt illud ex Diuo Hieronymo Iudęos omni ratione conari Chriſti Domini ſubuertere ſacramenta, nec deſunt authores, qui in ſuis hebræis onomaſticis citent hunc locum iuxta Rabinicam tranſlationem, vt leges in dictione Sachar, nam pro, ex vtero ante Luciferum genti

Sequuntur Rabinos ſuos Doctores ſacros contēnunt, cur noſtros Pſalmos dicant eſſe vitiatiſsimos.

genui te,citant,auroræ tibi ros pueritiæ tuæ,& interpretatur iuxta Rabinos inquiẽs,ideſt,ros benedictionis tibi fuit in ipſa aurora quando egreſſus es è vulua, nã pro,ex vtero,vertit,è vulua,vt nos puderet mẽbrum fœminæ ad Deũ referre Lxx vertere,ec gaſtros,ex ventre, ex vtero. Quis igitur ferat noſtros quoſdam homines vt ſequãtur Rabinos Chriſto Dño auferre diuinitatẽ tã impudenter.

De lexico Cõplutenſi hebræo, & de lexico quodam hebræo nũc recens in lucem edito, & de Theſauro Pagnini.

IN lexico Cõplutenſi prima ratio lectionis Eccleſiaſticæ habetur, poſtea adiũgitur Iudaica lectio,in nouo quodã lexico Iudaicæ lectionis mẽtio habetur, vulgatæ & Eccleſiaſticæ ferè nulla habetur ratio,aiũt qui eius cauſam defendũt; fecitſe hũc authorẽ cõpendiũ Theſauri Pagnini,neque quidquã de ſuo poſuiſſe, multũ intereſt, ſiquidẽ Pagninus refert Rabinorũ ſentẽtias,intelligo cùm Pagninũ lego me Rabinos legere,& nõ offendor,hic author tãquã de ſuo illa ſcribit,& eorũ quæ ſcribit author eſſe videtur, quin ſi qñ citat Rabinos offendor maximè,quod Rabinos citet Apoſtolorũ & Euãgeliſtarũ,& ſanctorũ Patrũ nec meminiſſe quidẽ ferè in mẽte veniat, cũ vir ſit Chriſtianus & religioſus,à Pagnino hæc ego nõ deſidero qui in ſuo lexico hebræo qđ ipſe fecit in vtilitatẽ Chriſtianorũ maximã, Rabinicas ſententias eſt cõplexus de vocũ hebræarũ ſignificatione,& de ſcripturæ interpretatione Rabinica,quę res Theologo viro eſt vtiliſſima,vt iuxta Rabinorũ ſententiã de vocum hebræarũ ſignificatione Rabinicas ſcripturæ interpretationes refellat, nrã cõfirmet,illo in opere Iudaica ſola placẽt,vt ex Iudaicis ſentẽtijs Iudęos refellã nõ ex noſtrorũ ſentẽtijs quas impij Iudæi cõtẽnerẽt,hoſtes hoſtiũ armis iugulare eſt ſuauiſsimũ,qđ dicet Iudęus cũ illũ Iudæorũ teſtimonijs cõfutã? certè nõ habebit quo ſe vertat,itaq; illo in opere Iudaica omnia placẽt noſtra illis miſceri nõ placet,tũ etiã quod ægrè ferrem Chriſtũ Dñm & eius Apoſtolos & Euangeliſtas & ſacros doctores cum Rabinis miſtos videre,& de doctrinæ veritate diſceptare. Adde hoc etiã quod hoc lexicon quæ in Theſauro Pagnini Rabini pro nobis dixiſſe videtur,prætent ſilẽtio,illos potius ſequitur Rabinos qui nobis aduerſantur. Si nihil aliud dicerẽ vel pauciſſimis exẽplis ſupra poſitis appareret nouis quibuſdã trãſlationib[9] noſtra omnia euerti idque tanta audacia vt Rabini palã citentur aduerſus ſacros doctores, aduerſus Chriſtum Dominum,aduerſus Apoſtolos & Euãgeliſtas citãtur,& ſunt, tamen qui his faueant.

Vulg. *Tu es ſacerdos in æternũ ſecundum ordinẽ Melchiſedech.* Prima Antiphona ad veſperas Corporis Chriſti.

ſecundum	in æternum	ſacerdos	tu	Lectio
עַל	לְעוֹלָם	כֹהֵן	אַתָּה	Hebręa.
ſedech	Melchi	ordinem		
צֶדֶק	מַלְכִּי	דִּבְרָתִי		

Lxx. σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα, κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ.

HVnc verſiculũ citat Paul. ad Heb. 7. vt oſtẽdat mutatã legẽ veterem in nouã quod trãſlato ſacerdotio neceſſe ſit legis trãſlatio fiat; Cõcinit Romana Eccleſia hũc verſiculũ in prima Antiphona ad veſperas feſti corporis Chriſti, & D. Aug. eũ citat cũ locis plurimis tũ in oratiõne aduerſus Iudæos, & de ciuit. Dei lib. 16. ca. 22. & docet hãc Prophetiã cõpletã fuiſſe qñ abrogatũ eſt legis veteris ſacerdotiũ,& qñ abrogata lex vet[9] eſt. Quid faceret Iudæus? fateretur ne hæc ita eſſe eadẽ opera fateretur ſuã impietatẽ,& ſi ad Chriſtũ cõmearet prudẽter faceret ſin fieri ſuã impietatẽ volet, & in impia ſynagoga ſuos retinere,ne in Chriſti Eccleſiã dilabãtur aliquid inſidiarum moliatur eſt neceſſe,videat hoc vel qui captus oculis & mẽte eſt. R. D. ergo, & R. Abrahã,vt leges in Theſauro Pagnini in dictione,chihen,cũ litera כ referũt hæc verba ad Dauidẽ, & quod Rex

Dauid ſacerdos nó fuit,&,cohé,ſacerdoté ſonat,fingũt mille ſomnia,primũ omniũ chohé,aiũt ſignificare ſacerdoté,qđ veriſsimũ eſt.,& principē aliquē virum quod eſt falſiſsimũ,nuſquã enim oſtendent,chohen,ſignificare,principé virũ, niſi peruertant intellectũ ſacrũ alicuius loci ſcripturæ , deinde Melchiſedech, duas voces faciũt,vt ſit, Melchi , poſtea, ſedech,idq; ſignificãt interiecta virgula ad hoc exéplũ,Melchi-ſedech,nec id feciſſe ſat habẽt,ſed, Melchi.aitũ,poni pro Melech,vt,Melchi-ſedech,ſignificet Regé iuſtitiæ,& interpretétur Dauidé. Vide ſodes quot Iudæi adhibẽt ſtrophas,vt locũ ſcripturæ vnũ peruertãt,quod abrogationé legis veteris & ſacerdotij veteris,& diuinitaté Chr̄i ſignificaret. Quis enim ſacerdos in æternũ eſſe poteſt, niſi ſit idem homo verus & Deus verus?

De Pſalmo.71.& qua arte peruertatur & refellatur à Iudæis totus Pſalmus & Antiphonæ & verſus ex eo ſumpti.

DE Pſal.71.dictũ eſt lib.1.cap.29.& demóſtratũ quã planè & apertè Chriſti diuinitas toto hoc Pſalmo ſit ſignificata,& eius deſcẽſus in vterũ ſacræ virginis,magorũ aduétus & Chriſti regnũ,& generis humani redéptio, Nũc illud dicédũ eſt qua arte Iudæi & eorum aſſeclæ hæc tãta Chriſti ſubuertãt ſacraméta,vt qui Iudaicis interpretationibus ſunt dediti factis ad veritaté hebraicam ſciãt quã peſté amét & quã veritaté hebraicã,quæ non ſit veritas hebraica ſed perfidia potius Iudaica, & vt vulgatos Pſalmos in Eccleſia ſancta receptiſsimos explanatos & citatos à veteribus Patribus græcis & latinis iã ab ipſis Eccleſiæ ſanctæ initijs venerentur,& ſuſpiciãt & caſtigatiſsimos eſſe intelligãt & vt hinc noſtra oratio trahat initiũ Canó ſcripturæ eſt,Spiritũ ſanctũ ſemper fere prædictionib' ſacris aliquid interſerere quod te vetet ad infimos ſenſus quæ dicuntur referre,& qđ te excitet ad illa quæ Prophetia tibi voluerit ſignificare quale eſt

Quod veritas Hebraica nihil aliud ſit quàm perfidia Iudaica.

in hoc Pſalmo qui Solomoni inſcribitur illud & permanebit cũ ſole,& ante lunã in generatione & generationé te excitat,Ne putes ad Solomoné Regem hũc Pſalmũ eſſe referendũ. Cui enim tã læua més eſtq verba illa.Permanebit cũ Sole.

ſole	cum	te timebunt	
שֶׁמֶשׁ	עִם	יִירָאוּךָ	Lectio Hebræa.
Συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ,			LXX.

Solomoni putet poſſe cógruere? Permanet ne cũ Sole Solomó,an potius ille de quo dictum eſt : Et ſicut ſol in cóſpectu meo,tã planũ hoc eſt vt de eo dubitare nemo poſſet,quid facit ergo Iudęus vnũ verbũ mutat,& ſacros huius Pſalmi totos ſenſus peruertit , pro יִכּוֹן icon permanebit,ponit,irauca,timebunt te, vide tu an timeãt homines Solomoné cũ ſole,ideſt,quãdiu duret ſol? Sic enim Iudæi interpretãtur. Vidét Iudæi hoc nó cohærere & dicũt factã hoc loco apoſtrophé ad Deũ,vt dicatur. Timebunt te ô Deus omnipotens quãdiu duret ſol. Sed quis locus Apoſtrophæ hoc loco eſſe poſſet, niſi per Solomoné eſſet factũ,vt Deus timeretur quãdiu duret ſol. Vides ergo Iudæos cũ tenétur manifeſto quod hic locus dici nó poſſet niſi de eo qui Deus & homo eſſet mutato vno verbo erũpere poſtea in clamores ſolitos veritas hebraica veritas hebraica,Nam Iudæos ſolitos verba mutare & litteras & ſyllabas, vt ſcripturam ad Iudaicos trahãt ſenſus & noſtra refutét toto libro ſecũdo móſtratũ eſt,& capi. 62.pagi.223. Deinde illud: Ante lunã in generatióe & generationé;

generationum	in generatione	lunam	ante	Et	
דּוֹרִים׃	דּוֹר	יָרֵחַ	לִפְנֵי	וְ	Lectio Hebræa:
πρὸ τῆς σελήνης γενεὰς γενεῶν.					LXX.

cui cógrueret niſi Chriſto per qué facta ſunt omnia? qui ante lunam erat,quippe in principio erat verbũ,id peruerſa vitiãt interpretatione pro ante lunã in cóſpectu lunæ interpretãtur, & ita cuiuſdam noſtri interpretis cómentũ eſt peculiare vt vertat ad facies lunæ,ideſt,in lunę cóſpectu,Si Lxx viri,ſi D.Hierony. adde ſi Symmachus,Aquila,Theodotio Iudæi

hanc hebręã dicendi formã ſic vertere vnquã vt noui noſtri ſcriptores, nõ cauſam dico quin ego magno luã. Cũ ergo hic locus qui de Chriſto dicitur plane, qui Deus & homo permanet cũ ſole, qui eſt ante lunã, qui durat à generatione in generationẽ, cuius dies nõ deficiẽt qui viuit & regnat in ſęcula ſęculorũ, his fraudib⁹ Iudaicis peruertitur & patefit aditus ad peruertẽdos reliquos huius Pſalmi ſacros ſenſus. Nã ſi integer hic locus à Iudæis eſſet reliquus quę ſequũtur auerti à ſignificãdis Chriſti myſterijs nullo poſſent modo, quod canon ſcripturæ eſſet qui dicitur conſequẽtia ſermonis, vt ſequẽtia prioribus cõgruẽter explanarentur. Sed Iudaicarũ fraudũ præſcius Spiritus S. non ſemel eſt contẽtus hoc Pſalmo Chriſti diuinitatem declaraſſe. Ait enim paulo infra. Sit nomẽ eius benedictum in ſęcula.

in æternum nomen eius erit

יְהִי שְׁמוֹ לְעוֹלָם

ἔσται τὸ ὄνομα αὐτοῦ εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας.

Quod, niſi de Deo, dici non põt reſecta dictione & hoc quoq; Iudæi vitiãt, & legunt: Erit nomẽ eius in ſęculũ quod de Ariſtotele & Platone dici poſſet, & non ſolũ de Solomone, ſolere autẽ Iudæos reſecare dictiones ex ſcriptura, monſtratũ eſt lib. 2. c. 64. has fallacias adhibẽt Iudęi & poſtea clamãt: veritas hebraica, veritas hebraica, tã ſtultos nos eſſe arbitrantur, vt non intelligamus non veritatẽ hebraicã illã eſſe, ſed Iudaicã perfidiã. Deinde ſequitur, ante ſolẽ ꝑmanet nomẽ eius?

nomen eius permanet ſolem Ante

לִפְנֵי שֶׁמֶשׁ יִכּוֹן שְׁמוֹ

πρὸ τοῦ ἡλίου διαμένει τὸ ὄνομα αὐτοῦ.

Quæſo quis hic eſt cuius nomen ante ſolẽ permanet, certè non Solomõ, quis ergo eſt qui ſupra dictus eſt permanere cũ Sole, & mutato vno verbo alio ille locus erat deflexus, & nũc dicitur permanere ante ſolẽ, mutata vna littera, hic quoq; vitiatur locus mutãtur. n. כ .i. c. in. ג .i. in n. & pro יִכּוֹן. icon, permanet mutauere יִנּוֹן. Inon, filiabitur. Et pro ante Solẽ interpretãtur ad facies Solis in conſpectu ſolis, ſpecta ſodes quot fraudes ſimul adhibẽt ad vitiãdũ vnũ locũ, adhibẽt ergo vt ſit filiabitur Solomõ & innouabitur nomẽ Solomonis per ſucceſsionẽ tẽporũ non ſecus ac ſi generaret filios iugiter & ſtabilietur nomen eius cauſa ipſorũ; Sic R. Imanuel, & R. D. hos ſequitur noſtri quidã in ſuis lexicis, vt leges in dictione, nin, vbi pro, icon, permanebit, legitur inon, filiabitur, mutatione vnius litterulæ, adde his quod verbũ, num, filiare, nuſquã in litteris ſacris legitur, fingũt Iudæi hoc verbũ quod nuſquã eſt & ad vitiandã hũc ſolũ locũ adhibẽt tres has ſimul fallacias, ſpecta ſodes quã iure bono clament poſtea: veritas hebraica veritas hebraica. Thargũ, nobis aliquo modo fauet qui legit ante quã eſſet Sol præparatũ erat nomen eius, ante quã eſſet Sol in quã non ad facies Solis, nec in cõſpectu Solis, præparatũ erat & firmũ erat permanebat. Hæc enim omnia ſignificat verbũ hebræũ & Chaldæũ, icon, ſed fere moris eſt præterire ſilẽtio rabinos q̄ pro nobis faciũt, & aiũt Pagnini lexicõ in cõpẽdiũ redactũ, id ne eſt Pagninũ redigere in cõpendiũ decerpere ex rabinorũ ſcriptis quę ille citat quę nobis aduerſentur & quę pro nobis faciũt pręterire ſilẽtio? nec ea ſaltem margini adſcribere. Citat etiã trãſlationẽ rabinicã vulgatæ noſtræ nuſquã meminit. Dirutis ergo Iudaicis dolis his quatuor huius Pſalmi fundamẽtis quib⁹ Spiritus S. magna Chriſti ſacramẽta fundauerat, patefactus videtur aditus ad ſubuertẽda reliqua myſteria, quæ hoc Pſalmo ſunt præſignificata, vt non ſolũ Iudaicis dolis myſteria de Chriſti diuinitate ſint ſubuerſa ſed reliqua myſteria de Chriſto ſint labefactata, quæ prædictis locis erant munitiſsima ne alio deflecti aut detorqueri poſſent. Nam ſi ſtabile & fixum eſſet per Iudæos de eo hoc Pſalmo agi qui Deus & homo maneret cum ſole, quique ante lunam erat, qui à generatione in generationẽ regnat in ſæcula ſæculorũ, ſcilicet, cuius nomẽ eſſet benedictũ in ſæcula qui

Hęc ergo eſt veritas hebraica quam nominant, idest fraus Iudaica.

Aduerte quid appellent hebraicam veritatem corruptelã ſcripturæ & Rabinica ſenſa.

alijs familijs duxere vxores, & addunt familiam Beniamin deletam fuiſſe & reliquas tribus iureiurando adactas, ne reliquis ex ea tribu & reſiduis ſuas filias vxores darent, poterant igitur ſuas filias collocare in matrimonium in alias familias, & alia huius notæ multa quæ obijciunt, & mea quidem ſententia, facilis eſt reſponſio. Primum omnium non quidquid præceptũ erat in lege veteri fiebat ſemper, fiebat fere, & ſiquid aliter fiebat rarum id erat, & quod non fugeret hominum memoriam: vetitum erat adulterium lege veteri, & tamen Dauid adulterium fecit, & poſtea Berſabe duxit vxorem & filium inde ſuſtulit Solomonem regem, non tamen inde colliges ius fuiſſe olim adulterandi alienas vxores: aut non fuiſſe olim, neque eſſe noſtris temporibus vxores legitimas, vnde legitimi procreentur filij & adulterini, qui tamen noti ſunt vulgo & pro ſpurijs habentur vt re ipſa ſunt, & eorum memoria facile retineri poteſt: ſi id vulgo fieret iam neceſſe erat obuiam iri tanto malo vt in reditu captiuitatis Babylonicæ apud Eſdram cum magna multitudo eſſet Iudęorum qui alienigenas vxores duxiſſent, & inde procreaſſent liberos, magna cura illi malo occurſum eſt, ſi in paucis hoc accidiſſet conniuentibus oculis peccatum illud eſſet tranſmiſſum in regibus etiam & in principibus viris quod inde non permiſcebantur familiæ: nam illud quoque memoria teneri poterat, poſtremum hoc diluit fere obiectationes omnes, non neceſſe erat parentes procreare tot filios quot alij parentes filias procrearent aut contra, ſi in hac familia ſupereſſent filiæ aliquot, quod non eſſent adoleſcentes, quibus nuberent continuò ne eas innuptas manere oportebat, aut adoleſcentes eſſe cœlibes, ſi virgines in ſua familia non eſſent, quas vxores ducerent? Ex his ergo virginibus quæ in familijs reſiduæ eſſe ſolebãt, quod non raro vſu ſolet venire, iureiurando ſe obligauere vndecim tribus ſe non daturas virgines ſuas nuptum reſiduis ex tribu Beniaminitide.

Oſtenditur hoc idem ex libro Thobiæ, ſed priùs oſtenditur librum Thobiæ canonicis annumerari.

IAM hæc ex libro Thobiæ etiam oſtendamus, ſed quod ſunt qui libros Canonicos ex Nicephoro recenſent poſt tot ſancta concilia, vt ſola valeat Nicephori ſententia, nec alij veteres patres de hac re audiantur, nec conciliorum decreta referantur, priuſquam teſtimonia ex Thobiæ libro citemus, audiamus quid veteres patres de Thobiæ libro cenſuerint. Hieron. quidem tomo. 3. Thobiæ librum non putat canonicis annumerandum cum alijs locis tum in pręfatione in Proœmia Solomonis his verbis ſicut ergo Iudith, & Thobiæ, & Machabæorum libros legit quidem Eccleſia, ſed eos inter canonicas ſcripturas nõ recipit. Hęc Hieronymus qui quanquam hos libros canonicis annumerari negat legi ab Eccleſia fatetur, poſteriora ſæcula contra ſenſere, quibus cõcilijs œcumenicis decretum eſt hos libros canonicis annumeratos & annumerandos vt oſtẽdemus: Athanaſius in Synopſide diuinæ ſcripturæ annumerat Thobiam libris veteris teſtamenti nõ canonicis quidem, ſed qui catechumenis legerentur, Clemens Alexandrinus Hieronymo multis annis antiquior Periſtromaton lib. 1. librum Thobiæ ſacris literis annumerat, quemadmodũ Heſter & Machabæorum libros. Auguſtinus de doctrina Chriſtiana lib. 2. cap. 7. libris canonicis adnumerat Iob, Thobiam, Heſter, Iudith, Machabæorum libros duos & Eſdræ duos, & tertium concilũ Cartaginenſe, numero. 47. vbi libros canonicos recenſet Thobiam, Iudith, Heſter, Eſdræ libros duos, Machabæorum libros

libros duos canonicis quoque libris adſcribit, idemque decernitur eodem tomo primo conciliorum in decretis Innocentij primi, Epiſtola. 3. in fine numero 7. cum recẽſentur libri qui recipiuntur in canone ſanctarum ſcripturarum eodem Tomo primo conciliorum in decretis Gelaſij Papæ, id eſt, vbi ordo librorum veteris teſtamenti recenſentur, quẽ ſancta & catholica Romana Eccleſia ſuſcipit ac veneratur digeſtus à Gelaſio Papa cum Lxx epiſcopis. & in concilio Tridentino ſeſsione. 3. Quando ergo & conciliorum decretis, & ſanctorum patrum teſtimonio liber Thobiæ inter canonicas ſcripturas eſt relatus ex eo quoque teſtimonia petamus, quibus appareat legem fuiſſe apud Iudæos, vt ex eadem tribu & familia ducerent vxores: prius tamen illud ſtudioſos admonitos volo librum Thobiæ à Lxx ex hebræa lectione eſſe translatum à Dño Hieronymo ex chaldæa, quod ipſe Diuus nos docet, vtrumque ſpecta, Thobias iuxta Lxx cap. 6. de Angelo & filio Thobia, vbi loquitur angelus ad Thobiam filiũ. Hodie manebimus, inquit, apud Raguel & ipſe cognatus tuus eſt, & eſt ei filia vnigenita, loquar de ea vt detur tibi in vxorem, quia ad te attinet hęreditas eius, & tu ſolus es de genere eius: ſequitur eodem cap. ſexto. iuxta translationem Lxx, non dabit eam viro alteri ſecundũ legem Moyſi, vel reus erit mortis, & ſtatim. Quia hæreditatem te oportet accipere pluſquam omnem hominẽ (ſic enim eſt vertendum Latinè) vides quomodo planè dicatur iuxta legẽ Moſis ex eadem cognatione vxores eſſe ducendas niſi velint peccato mortali implicari? id enim eſt reum eſſe mortis. & capit. 7. iuxta Lxx legitur σοὶ καθήκει παιδίον λαβεῖν, id eſt, ad te pertinet filiam meam accipere, vnde aut quamobrem ad illum pertinebat, niſi quia cognatus erat? & infrà, κομίζου δὲ σὺ ἀπὸ τοῦ νῦν κατὰ τὴν κρίσιν σὺ ἀδελφὸς εἶ αὐτῆς καὶ αὐτή σου. Quæ parum bene ſunt latinè verſa, quæ ſic reddes. Habeto ipſam ex nunc ſecundũ iudicium tu frater eius es & ipſa tua ſoror, vbi iudicium appellat legem, quaſi dicat, habeto tibi ex nunc ſecundum legem Moſis. ſ. quæ cognatas ducere iubebat & eas nubere cognatis & ſubijcit cauſam, quia tu frater illius es & ipſa ſoror tua, non potuit apertius dici ducendas vxores ex cognatione eadem: negabis hæc reperiri in translatione Diui Hieronymi. Dixi translationem Lxx ex Hebræa lectione eſſe factam, translationem Diui Hieronymi ex lingua chaldaica in qua ſemper multa deeſſe deprehenduntur, vtrique huius legis teſtes ſunt, nam translatio Diui Hieronymi hoc refert planius capit. 7. his verbis, & credo quod id fecit vos venire ad me vt iſta coniungeretur cognationi ſuæ ſecundum legem Moyſi. Lex erat igitur Moyſi vt ex eadem cognatione ducerentur vxores. Sed his teſtimonijs ex Thobia, quibus planum fit iuxta legem Moſis connubia ex eadem cognatione fieri debere: reſpondebit aliquis, ita ex eadem cognatione quidẽ ducebantur vxores, quæ adierant patrum ſuorum hæreditatem, qualis hæc erat apud Thobiam vnigenita patri ſuo, idque ſignificatum eſſe vltimo Numerorum cap. Reſpondimus tamen, & argumentis euicimus duplicẽ legem latam illic eſſe viris alteram, alteram fœminis, & vtraque lege idem cautum eſſe, vt fiant connubia ex eadem tribu & familia: hunc eundem locum Thobiæ citat Ambroſius libro. 3. officiorum cap. 14. Itaque inquiens, cùm Thobias filius Thobiæ à Raguele poſceret, vt filiam ſuam in coniugium ſibi daret, reſpondit: lege quidem ipſi eam debere tanquàm propinquo, & cæt. vt appareat vulgatiſsimam rem fuiſſe apud veteres ex eadem familia fierent connubia, quod ſi ſecus fieret in Regibus & Principibus, id fiebat, & aliquando in alijs idque per quam raro quemadmodum & noſtra tempeſtate fit vt contra iura Pontificum permiſſu

ſummi

AD LECTOREM.

PLATO qui ob incredibilem ſapientiam diuini cognomen inuenit in libris quos de Rep. inſcripſit, cum de diuinis legibus multa dixiſſet, illam diſputationem ea ſententia clauſit, vt ſi qui viri docti in R.P. illa eſſent qui aduerſus illas leges aut diuinitus datas aut latas à viris ſapientiſsimis auderet diſputare, aut quidquam ex illis demutare, aut illis quocunque modo aduerſari, pelleretur vrbe atque ex vniuerſa illa R. P. quantumuis eſſet eminens quantumuis excelleret ea arte quam factitaret, quod non tantum eximia & rara doctrina eſſet profuturus R.P. quantum nociturus eſſet ſi animos hominum praua imbueret religione. Verum hoc ſummis magiſtratibus, qui rerum gubernaculis ſunt admoti curæ erit, qui non leges Platonicas, ſed iura Pontificum & diuinam legem ob oculos habent, vt R. P. Chriſtianam adminiſtrent, ego dicam quod addit Plato cùm ciues admonet, vt ſe ab eorum conuictu ſegregent & conuerſatione, qui ex legibus diuinis aliquid demutare audeant aut eis quouiſmodo aduerſari, ne peſtem indetrabant R.P. ne bibant venenum, quod eorum animis ſit exitiale, eiſd. in verbis ego eos qui hunc librum fortaſſe adierint moneo, vt ſi intellexerint ex his quæ ſequentur eſſe aliquos, qui noſtram ſacrã religionem praua ſcripturæ interpretatione perturbent, qui aduerſentur ſcriptoribus ſacris; qui Chriſtianæ religioni Iudaicam admiſceant impietatẽ: abſtineant manũ, caueant à Phariſaico fermẽto ſibi caueant & proſpiciãt, quia vt inquit Plutarchus aqua, quæ ſordes corporis nõ eluit, ſed corpus potius inquinat nullus eſt vſus, vtilitas nulla, neque doctrina vlla eſt commoditas, quæ animorum ſordes non eluit ſed fœdat animos potius ſordibus vitiorum, aut impia ſuperſtitione, hæc vt diſcernas lector optime his quæ dicentur adhibe animum & mentem tuam. De Pſalmo. 109. dicendum eſt primo, & non de principio illius Pſalmi, de quo iam dictum eſt & dicetur in locis Apoſtolicis & Euangelicis, ſed de alijs ſequentibus, & iam ex hoc loco diſce num vere dicantur interpretationes Iudaicæ noſtræ ſanctæ religionis eſſe refutationes acerrimæ quæ ſub prætextu veritatis Hebraicæ in eccleſiam ſanctam introducuntur, Spiritus ſancti gratia noſtris cæptis clementer aſpiret. Tu tamen ex his omnibus adnota veritatem hebraicam nominari Iudaicam interpretationem quæ ſcripturæ Eccleſiaſticæ ſit corruptela.

Vulg. *Tecum principium in die virtutis tuæ.* Ad veſperas in Natiuitate Domini.

tuæ. virtutis die in principātia Tecū
Lectio heb. עִמְּךָ נְדָבוֹת בְּיוֹם חֵילֶךָ
Lxx. μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ ἐν ἡμέρᾳ τῆς δυνάμεως σου.

ATHanaſius de fide ſua lib. i. hoc verſiculo probat quod in Filio ſit Pater, & quod ab æterno Pater Filiū generet, Cyrillus in Ioannis cap. 23. in illud principium qui & loquor vobis, verba eſſe patris, ait, quorū ſit ſenſus. Tecum ô Fili eſt Pater in coæternitate diuinitatis, eodem modo Theodoretus de curandis Græcorum affectionibus lib. 2. de principijs agens, hoc eſt, de Patre qui principium eſt, & Filio qui eſt etiā principium, & de Spiritu ſancto, nō ſunt tamen tria principia, ſed vnū principiū, vt Pater eſt Deus, Filius Deus, Spiritus ſanctus Deus, nō ſunt tamē tres Dij, ſed vnus eſt Deus: negant hoc ita eſſe hebraicè, eſt quidē ita hebraicæ, nam, Himecā, tecum ſignificat, nedabot, principantes, liberales, vt oſtendimus ex Symmacho in capite, 32. Eſaiæ in illa verba: Princeps verò ea quæ digna ſunt Principe, vt verti hic locus poſsit tecum principantes liberales, ideſt tecum Pater, & Spiritus ſanctus qui liberales dicūtur, vt docet Chryſoſtomus in caput Geneſeos, 19. homilia. 44. quod gratia Spiritus ſancti liberalis eſt, & in omnes ſe effundens, vt verè & benè Hieron. & Auguſt. & alij quos citaui interpretati ſint: tecū Pater & Spiritus ſanctus, iuxta illud: An non credis quia ego in Patre & Pater in me eſt? ſed Lxx myſteria Trinitatis non concredebant rudi populo, & p principātes liberales, trāſtulere principium, vt in principio filio ſit principium Pater, dicuntur principātes liberales adiectiuè, q vt ait Plato, Deus amore & liberalitate ſua creauit omnia, & Chryſoſtomus quod liberalitate Domini nos redēpti ſumus, & in filios adoptati, non noſtro merito, te rogo largiētur ne hæc nobis Iudęi? aut referre poterunt hęc verba ad Dauidem minimè, quid faciunt ergo ? mutatione punctorum hæc vitiant omnia, iuxta Rabinorum ſententiam, nam pro, Hymeça; tecum, legunt Hameca, ideſt, populus tuus punctorum mutatione, & Nedabot, interpretātur liberalitatū, vt ſit populus liberalitatum, ſequetur te populus liberalitatum, cum exercitum cōtrahes aduerſus filium Saulis, id eſt, liberalis populus, vt interpretatur R. Dauid, & R. Abraham, vt leges in dictione, nadab, & in dictione racham, hos Rabinos ſequi noſtris quibuſdā placuit, Iſidoro Claro, & Vatablo, interpretentur, illi de Chriſto quantum volent, inſidioſè eos de Chriſto interpretari planū eſt, cùm obtrudunt nobis Iudaicam tranſlationem, quæ planè ſonet Iudaicam ſententiā, & vulgatā nobis è manibus extorquere conantur. Hic author in ſuo, hebræo vocabulario in dictione, nadab, non citat vulgatā, ſed Iudaicam tranſlationem, neque ferè eius meminit vnquā. Quæro poſsint ne magis noſtra refutare quam cùm vulgatam mouent ſuo loco, & pro ea contra ius & æquum introducunt translationem Iudaicam?

Iudæi vitiāt omnia iuxta Rabinorū ſententiam.

Vulga. *In ſplendoribus ſanctorum.* In natiuitate Domini ad viſperas.

&c. ſplendoribus, In
Lectio Hebr. בְּהַדְרֵי קֹדֶשׁ
Lxx. ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων σου.

HIeronymus & Auguſtinus, & alij, quos citaui in reſurrectione nouiſſima aiunt in ſplendoribus ſanctorum. i. cum ſancti reſurgēt ſplendētes lucidius aſtris videbūt in te eſſe Patrē & Spiritū ſanctū, in die virtutis, quādo oſtēdes tuā virtutē ſuſcitādo mortuos ex ſepulchris, & cum dices, Venite benedicti, &c. Et ite maledicti in ignem æternum. Hæc vitiant Iudæi praua interpretatione, & fortaſſe excuſsis duabus litteris, Iod, & men, pro in ſplendoribus Sanctorum. R. Abraham, & R. Iheuda interpretantur in pulchritudinibus ſan-

ſanctitatis, vt referatur ad Dauidem, vt ſit ſenſus: Hoc erit tibi merito pulchritudinem ſanctarum quæ fuerunt in te ab vtero matris tuæ, qui agnouiſti creatorem tuum cùm trium eſſes annorum. Ideò enim à veteribus Iudæi dicuntur fabuloſi, quod fingũt mille ſomnia, fabulas mille. D. Hiero. (aiunt) multa ex his quæ vertere Iudæi eſſe ſecutum, & ob hãc cauſam, & alias, negaui illos pſalmos, quæ ſub nomine D. Hieron. circumferuntur me credere D. Hieron. eſſe.

Vulga. *Ante Luciferum genitus.* in vtriſque veſperis & laudibus Epiphaniæ Domini.

Lectio Heb. (ante luciferum) מִשְּׁחַר (ex vtero) מֵרֶחֶם
Lxx. ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. Cap. 4.

Illam antiphonã Eccleſiaſticam. Ante luciferum genitus, celebrãt omnes veteres patres quos citauimus, celebrat & Eccleſia ſancta, & citãt aduerſum Hæreticos & Iudæos pro, ante luciferum: R. Abraham, &, R. Iehuda vertunt ab aurora, vt leges in dictione, Racham, & in dictione, Sachar, vt non valeat ſanctorum interpretatio, ante luciferum, ideſt ante omnem creaturam genitum ab æterno filium, & eſſe coæternum patri, aduerſus Hæreticos & Iudæos: nam his omnibus ſupradictis ſacri Doctores oppugnant Iudæos & Hæreticos, & hæc omnia arma extorquentur Eccleſiç manibus, ne amplius illis Iudæi & hæretici poſſint oppugnari: Quid ſi Hebraicè non eſt, inquies, ante luciferum, eſt quidem, nam, miſachar. ante luciferum ſignificat propriiſsimè, ſignificat etiam ab aurora; vt vertunt Iudæi, ſed valeat neceſſe eſt illud Ariſtotelis, de quo ſupra diximus, in procemio Rhetoricæ ad Theodecten eam legis interpretationem anteferendam quæ ante ortam litem eſt facta, ei quæ fit poſt litem ortam cum odio aut inuidia ardent animi, trecentis annis ante aduentum Domini in carne à 72. Iudæis noſtra interpretatio eſt facta, qui Chriſti myſteria reſerarunt; & tamen Iſidoro Claro & Vatablo aliiſq; placuit magis ſequi interpretationem R. Abraham, & R. Iehuda. & R. Selomoc, qui non vertunt ante luciferum, ſed ab aurora: eſt enim, vt nos docet Diuus Hieronymus, hic ſcopus propoſitus Iudeis impiis, vt noſtra omnia ſubuertant, & ſunt autores, qui in ſuis hebræis lexicis citãt translationẽ Rabinicam, lectionis Eccleſiaſticæ quæ maximè propria erat ne meminiſſe quidem in mentem venit, ſi hæc conditio noſtræ cauſa vt ſequamur Rabinos doctores ſacros & eccleſiaſticos deſeramus quo ſit res caſura quis non videt?

Ex cur Pſalmi ad veritatẽ hebraicam verſi dicãtur caſtigatiſsimi, quod eccleſiaſticis & doctoribus ſacris aduerſentur.

Vulga. *Ex vtero ante luciferum genui te.* Antiphonã ad veſperas in natiuitate Domini.

Lectio heb. מֵרֶחֶם מִשְׁחָר לְךָ טַל יַלְדֻתֶךָ
Lxx. ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. Cap. 5.

Athanaſius de fide ſua libro primo hoc verſiculo probat, quod Pater ab æterno filium generet, & Hilarius de Trinitate libro. 12. & Irenæus lib. 3. capite. 6. & Theodoretus de Græcorũ affectionibus lib. 2. de principiis, & Ambroſius de fide lib. 4. c. 4. & interpretatur vterum patris intellectũ, & de benedictionibus Patriarcharũ. c. 11. quo loco addit geminã in Chriſto hoc loco ſubſtantiã declarari, alteram ex Patre, diuinitatẽ ipſam. L alterã ex virgine quæ nobis edidit Ieſum dominũ, & eodẽ modo interpretatur Tertullianus aduerſus Martionẽ lib. 5. c. 17. vbi interpretatur ex vtero, id eſt, ex ſolo vtero, alioqui quis non naſcitur ex vtero? Auguſt. etiã in hunc Pſal. interpretãs hæc verba eodẽ modo explanat, ſed Athanaſius cõtra Arianos in hoc dictum. Ex Deo Deus eſt verbum, improbat hanc interpretationem neque cenſet hunc locum Pſalmi referendum ad Chriſti Domini ortum ex ſacra virgine Maria, ſed mea ſententia Athanaſius improbat illam huius verſiculi explanationem de Natiuitate Chriſti

Chriſti ante ortum Luciferi ex ſacra virgine, quod erant qui hunc verſiculum Pſalmi huius ad ſolam natiuitatem Domini ex ſacra virgine referebant, alij Patres, Ambroſius, Auguſtinus, Tertullianus ad vtramque referunt, ad æternam generationem filij ex patre, & ad temporalem generationē ex Maria matre virgine, ſed præcipuè hoc loco omnes ſancti æternam filij generationem docent declarari, at quoc ſunt verba duos ſenſus ſignificantia, illam priorem præcipuè ſignificari docent, & conſequenter innui docent ortum ex ſacra virgine, vnde natus eſt Dominus de Spiritu ſancto, nam verba illa, tal leca, ros tibi, niſi ad diuinitatem non bene referas, qua de re diximus in illud cap. 26. Eſaiæ. Quia ros lucis ros tuus, vbi ex Procopio ros vnigenitus filius Dei eſt ſtillans guttis viuificatiuis, & cætera quæ eo loco adiecimus, vt ſit, ante Luciferum eſt ros tibi, id eſt, vis illa viuificandi, quia ſicut Pater habet vitam in ſemetipſo, ita & filio dedit habere vitam in ſe. Sed hæc verba non agnoſcunt Lxx, neque veteres patres, & fortaſſe addita ſunt à Iudæis, vt Origenes nos docet, quædam addi à Iudæis, vt Eccleſiaſticum intellectum perturbent. Cæterum dices ſolos Lxx vertiſſe, ex vtero ante Luciferum genui te, Aquilam, Symmachum, Theodotionē ita reddidiſſe, vt reddunt Iudæi, & quintam & ſextam translationem, idque docere Epiphanium libro .2. contra hæreſes, cap. contra Paulum Samoſateum, ita eſt, ſed eodem loco docet Epiphanius hebraicè ita eſſe vt tranſtulere Lxx. & adſcribit hunc prophetæ verſiculum hebraicè litteris Græcis perperam ſcriptū, admonet tamen ita eſſe hebraicè, & veriſsimè dicit ita eſſe hebraicè ſi puncta mutes, & in fine verſiculi addas litterulam iod, & ſic legas mirechem, ab vtero, miſachar, ante Luciferum, ildetica, genuī te, vt ſit, ex vtero ante Luciferum genui te, tantum puncta differunt, & vna litterula, iod, additur, vt veriſsimè illa ſcripſerit Epiphanius.

Iudæi mutatione pūctorū ſubuertunt noſtra, & poſtea clamāt veritas hebraica, & aiūt noſtra eſſe vitiata.

Vides ergo qua fraude Iudæi Chriſto Domino diuinitatem adimant, noſtra omnia ſubuertant detractione vnius litteræ & mutatione punctorum? Nam in alijs codicibus hebræis eſt, ſurech, cum vau, in alijs, ſurech quibuz: ſed durum eſt, inquies, ſi puncta mutentur: leges ſecundi libri huius operis caput 16. & 17. & 19. vbi huic tuæ dubitationi fiet ſatis, at dices, quomodo Diuus Hieronymus ita vertit, hunc verſiculum vt Iudæi? nihil minus, nunquam enim mihi perſuadere potero Pſalterium, quod ſub nomine Diui Hieronymi circumfertur Diui Hieronymi eſſe, quin Diuus Hieronymus priuſquam Epiphanius nos admonuit Aquilam, Symmachum, & Theodotionem multa myſteria de Chriſto ſubdola interpretatione celaſſe, qualia erant quæ hoc verſiculo ſignificabantur. Leges ergo in dictione, racham, & in dictione ſachar; pro, ex vtero ante Luciferum genui te. R. Abraham; & R. Ioſeph, & R. Iehuda vertiſſe, è vulua, ab aurora, ros tibi, natiuitatis tuæ, quos ſequitur Iſidorus Clarus, & Vatablus, & alij, neque adnotat quidquam de Eccleſiaſtica lectione, vt non præterit quicquam quod annotant Rabini; vt leges in dictione, dabar, adnotat in illo, ſecundum ordinem Melchiſedech, pro, ſecundum ordinem, eſſe hebraicè, dibrat, & poſſe verti, ſecundum morem, & ſecundum verbum, & diuidunt quidam dictionem illam Melchiſedech, vt ad Dauidem referre, quo iure quave iniuria poſsint. Ergo ſi Rabini audiuntur, contemnitur Chriſtus cum Apoſtolis ſuis, contemnuntur ſacri Doctores, quo ſit res caſura vel cœci vident, nam ſœpe repetitum eſt illud ex Diuo Hieronymo Iudęos omni ratione conari Chriſti Domini ſubuertere ſacramenta, nec deſunt authores, qui in ſuis hebræis onomaſticis citent hunc locum iuxta Rabinicam tranſlationem, vt leges in dictione Sachar, nam pro, ex vtero ante Luciferum

Sequuntur Rabinos ſuos Doctores ſacros contēnunt, en cur noſtros Pſalmos dicant eſſe vitiatiſsimos.

genti

genui te,citant,auroræ tibi ros pueritiæ tuæ,& interpretatur iuxta Rabinos inquiés,ideſt,ros benedictionis tibi fuit in ipſa aurora quando egreſſus es è vulua, ná pro,ex vtero,vertit,è vulua,vt nos puderet mẽbrum fœminæ ad Deú referre Lxx vertere,ec gaſtros,ex ventre, ex vtero. Quis igitur ferat noſtros quoſdam homines vt ſequátur Rabinos Chriſto Dño auferre diuinitaté tá impudenter.

De lexico Cõplutenſi hebræo, & de lexico quodam hebræo nũc recens in lucem edito,& de Theſauro Pagnini.

IN lexico Cóplutenſi prima ratio lectionis Eccleſiaſticæ habetur, poſtea adiúgitur Iudaica lectio,in nouo quodá lexico Iudaicæ lectionis métio habetur, vulgatæ & Eccleſiaſticæ ferè nulla habetur ratio,aiút qui eius cauſam defendút; feciſſe húc authoré cõpendiũ Theſauri Pagnini,neque quicquá de ſuo poſuiſſe, multú intereſt, ſiquidẽ Pagninus refert Rabinorũ ſentẽtias,intelligo cùm Pagninũ lego me Rabinos legere,& nó offendor,hic author táquá de ſuo illa ſcribit,& eorú quæ ſcribit author eſſe videtur, quin ſi qñ citat Rabinos offendor maxime,quod Rabinos citet Apoſtolorũ & Euágeliſtarũ,& ſanctorũ Patrũ neq meminiſſe quidé ferè in mẽté veniat, cũ vir ſit Chriſtianus & religioſus,à Pagnino hæc ego nó deſidero qui in ſuo lexico hebræo qđ ipſe fecit in vtilitaté Chriſtianorũ maximá, Rabinicas ſententias eſt cõplexus de vocũ hebræarũ ſignificatione,& de ſcripturæ interptatione Rabinica,quę res Theologo viro eſt vtiliſſima,vt iuxta Rabinorũ ſentẽtiá de vocum hebræarũ ſignificatione Rabinicas ſcripturæ interpretationeș refellat, nña cõfirmet,illo in opere Iudaica ſola placẽt,vt ex Iudaicis ſentẽtijs Iudęos refellã nó ex noſtrorũ ſentẽtijs quas impij Iudæi cõtẽnerẽt,hoſtes hoſtiũ armis iogulare eſt ſuauiſsimũ,qd dicet Iudęus cũ illũ Iudæorũ teſtimonijs cõfutes?certè nó habebit quo ſe vertat,itaq; illo in opere Iudaica omnia placẽt noſtra illis miſceri nó placet,tũ etiá quod ægrè ferrem Chriſtũ Dñm & eius Apoſtolos & Euangeliſtas & ſacros doctores cum Rabinis miſtos videre,& de doctrinæ veritate diſceptare. Adde hoc etiá quod hoc lexicon quæ in Theſauro Pagnini Rabini pro nobis dixiſſe videtur,præterit ſilẽtio ; illos potius ſequitur Rabinos qui nobis aduerſantur. Si nihil aliud dicerẽ vel pauciſsimis exẽplis ſupra poſitis appareret nouis quibuſdá tráſlationib⁹ noſtra omnia euerti idque tanta audacia vt Rabini palá citentur aduerſus ſacros doctores, aduerſus Chriſtum Dominum,aduerſus Apoſtolos & Euágeliſtas citátur,& ſunt tamen qui his faueant.

Vulg. *Tu es ſacerdos in æternũ ſecundum ordinẽ Melchiſedech.* Prima Antiphona ad veſperas Corporis Chriſti.

ſecundum in æternum ſacerdos tu
עַל לְעוֹלָם כֹהֵן אַתָּה — Lectio Hebręa.
ſedech Melchi ordinem
צֶדֶק מַלְכִּי דִּבְרָתִי

Lxx. σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα, κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ.

HVnc verſiculũ citat Paul. ad Heb. 7. vt oſtẽdat mutatã legẽ veterem in nouá quod tráſlato ſacerdotio neceſſe ſit legis tráſlatio fiat; Cócinit Romana Eccleſia húc verſiculũ in prima Antiphona ad veſperas feſti corporis Chriſti, & D.Aug. eũ citat cũ locis plurimis tũ in oratióne aduerſus Iudæos, & de ciuit. Dei lib.16.ca.22.& docet hãc Prophetiá cõpletá fuiſſe qñ abrogatũ eſt legis veteris ſacerdotiũ,& qñ abrogata lex vet⁹ eſt. Quid faceret Iudæus? fateretur ne hæc ita eſſe?eadẽ opera fateretur ſuá impietaté,& ſi ad Chriſtũ cómearet prudẽter faceret ſin tueri ſuá impietaté vollet, & in impia ſynagoga ſuos retinere,ne in Chriſti Eccleſiá dilabãtur aliquid inſidiarum moliatur eſt neceſſe,videat hoc vel qui captus oculis & mẽte eſt. R.D. ergo, & R.Abrahá,vt leges in Theſauro Pagnini in dictione,chíben,cũ littera כ referũt hæc verba ad Dauidẽ, & quod Rex

Dauid ſacerdos nõ fuit, &, cohẽ, ſacerdotẽ ſonat, fingũt mille ſomnia, primũ omniũ chohẽ, aiũt ſignificare ſacerdotẽ, qđ veriſsimũ eſt., & principẽ aliquẽ virum quod eſt falſiſsimũ, nuſquã enim oſtendent, chohen, ſignificare, principẽ virũ, niſi peruertant intellectũ ſacrũ alicuius loci ſcripturæ, deinde Melchiſedech, duas voces faciũt, vt ſit, Melchi, poſtea, ſedech, idq́; ſignificãt interiecta virgula ad hoc exẽplũ, Melchi-ſedech, nec id feciſſe ſat habẽt, ſed, Melchi. aitũ, poni pro Melech, vt, Melchi-ſedech, ſignificet Regẽ iuſtitiæ, & interpretẽtur Dauidẽ. Vide ſodes quot Iudæi adhibẽt ſtrophas, vt locũ ſcripturæ vnũ peruertãt, quod abrogationẽ legis veteris & ſacerdotij veteris, & diuinitatẽ Chri ſignificaret. Quis enim ſacerdos in æternũ eſſe poteſt, niſi ſit idem homo verus & Deus verus?

De Pſalmo. 71. & qua arte peruertatur & refellatur à Iudæis totus Pſalmus & Antiphonæ & verſus ex eo ſumpti.

DE Pſal, 71. dictũ eſt lib. 1. cap. 29. & demõſtratũ quã planè & apertè Chriſti diuinitas toto hoc Pſalmo ſit ſignificata, & eius deſcẽſus in vterũ ſacræ virginis, magorũ aduẽtus & Chriſti regnũ, & generis humani redẽptio, Nũc illud dicẽdũ eſt qua arte Iudæi & eorum aſſeclæ hæc tãta Chriſti ſubuertãt ſacramẽta, vt qui Iudaicis interpretationibus ſunt dediti factis ad veritatẽ hebraicam ſciãt quã peſtẽ amẽt & quã veritatẽ hebraicã, quæ non ſit veritas hebraica ſed

Quod veritas Hebraica nihil aliud ſit quàm perfidia Iudaica.

perfidia potius Iudaica, & vt vulgatos Pſalmos in Eccleſia ſancta receptiſsimos explanatos & citatos à veteribus Patribus græcis & latinis iã ab ipſis Eccleſiæ ſanctæ initijs venerentur, & ſuſpiciãt & caſtigatiſsimos eſſe intelligãt & vt hinc noſtra oratio trahat initiũ Canõ ſcripturæ eſt, Spiritũ ſanctũ ſemper fere prædictionib' ſacris aliquid interſerere quod te vetet ad infimos ſenſus quæ dicuntur referre, & qđ te excitet ad illa quæ Prophetia tibi voluerit ſignificare, quale eſt in hoc Pſalmo qui Solomoni inſcribitur illud & permanebit cũ ſole, & ante lunã in generatione & generationẽ te excitat, Ne putes ad Solomonẽ Regem hũc Pſalmũ eſſe referendũ. Cui enim tã læua mẽs eſtq́ verba illa. Permanebit cũ Sole.

ſole	cum	te timebunt	
שֶׁמֶשׁ	עִם	יִירָאוּךָ	*Lectio Hebræa.*
Συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ,			*LXX.*

Solomoni putet poſſe cõgruere? Permanet ne cũ Sole Solomõ, an potius ille de quo dictum eſt: Et ſicut ſol in cõſpectu meo, tã planũ hoc eſt vt de eo dubitare nemo poſſet, quid facit ergo Iudeus vnũ verbũ mutat, & ſacros huius Pſalmi totos ſenſus peruertit, pro יִכּוֹן icon permanebit, ponit, irauca, timebunt te, vide tu an timeãt homines Solomonẽ cũ ſole, ideſt, quãdiu duret ſol? Sic enim Iudæi interpretãtur. Vidẽt Iudæi hoc nõ cohærere & dicũt factã hoc loco apoſtrophẽ ad Deũ, vt dicatur. Timebunt te ô Deus omnipotens quãdiu duret ſol. Sed quis locus Apoſtrophæ hoc loco eſſe poſſet, niſi per Solomonẽ eſſet factũ, vt Deus timeretur quãdiu duret ſol. Vides ergo Iudæos cũ tenẽtur manifeſto quod hic locus dici nõ poſſet niſi de eo qui Deus & homo eſſet mutato vno verbo erũpere poſtea in clamores ſolitos veritas hebraica veritas hebraica, Nam Iudæos ſolitos verba mutare & litteras & ſyllabas, vt ſcripturam ad Iudaicos trahãt ſenſus & noſtra refutẽt toto libro ſecũdo mõſtratũ eſt, & capi. 62. pagi. 223. Deinde illud: Ante lunã in generatiõe & generationẽ;

generationum	in generationẽ	lunam	ante	Et	
דּוֹרִים׃	דּוֹר	יָרֵחַ	לִפְנֵי	וְ	*Lectio Hebræa.*
πρὸ τῆς σελήνης γενεὰς γενεῶν.					*LXX.*

cui cõgrueret niſi Chriſto per quẽ facta ſunt omnia? qui ante lunam erat, quippe in principio erat verbũ, id peruerſa vitiãt interpretatione pro ante lunã in cõſpectu lunæ interpretãtur, & ita cuiuſdam noſtri interpretis cõmentũ eſt peculiare vt vertat ad facies lunæ, ideſt, in lunę cõſpectu, Si Lxx viri, ſi D. Hierony. adde ſi Symmachus, Aquila, Theodotio Iudæi

hanc

hanc hebręã dicendi formã ſic vertere
vnquã vt noui noſtri ſcriptores, nõ cau-
ſam dico quin ego magno luã. Cũ ergo
hic locus qui de Chriſto dicitur plane,
qui Deus & homo permanet cũ ſole, qui
eſt ante lunã, qui durat à generatione in
generationẽ, cuius dies nõ deficiẽt qui vi
uit & regnat in ſęcula ſęculorũ, his frau
dib⁹ Iudaicis peruertitur & patefit aditus
ad peruertẽdos reliquos huius Pſalmi ſa
cros ſenſus. Nã ſi integer hic locus à Iu-
dæis eſſet reliquus quę ſequũtur auerti à
ſignificãdis Chriſti myſterijs nullo poſ-
ſent modo, quod canon ſcripturæ eſſet
qui dicitur conſequẽtia ſermonis, vt ſe-
quẽtia prioribus cõgruẽter explanaren-
tur. Sed Iudaicarũ fraudũ præſcius Spiri
tus S. non ſemel eſt contẽtus hoc Pſal-
mo Chriſti diuinitatem declaraſſe. Ait
enim paulo infra. Sit nomẽ eius benedi-
ctum in ſęcula.

in æternum	nomen eius	erit
לְעוֹלָם	שְׁמוֹ	יְהִי

ἔσται τὸ ὄνομα αὐτοῦ εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας.

Quod, niſi de Deo, dici non põt reſecta
dictione & hoc quoq; Iudæi vitiãt, & lẽ
gunt: Erit nomẽ eius in ſęculũ quod de
Ariſtotele & Platone dici poſſet, & non
ſolũ de Solomone, ſolere autẽ Iudæos re
ſecare dictiones ex ſcriptura, monſtratũ
eſt lib. 2. c. 64. has fallacias adhibẽt Iudęi
& poſtea clamãt: veritas hebraica, veri-
tas hebraica, tã ſtultos nos eſſe arbitran-
tur, vt non intelligamus non veritatẽ he
braicã illã eſſe, ſed Iudaicã perfidiã. Dein
de ſequitur, ante ſolẽ pmanet nomẽ eius?

nomen eius	permanet	ſolem	Ante
שְׁמוֹ	יִכּוֹן	שֶׁמֶשׁ	לִפְנֵי

πρὸ τοῦ ἡλίου διαμένει τὸ ὄνομα αὐτοῦ.

Hęc ergo eſt veritas hebraica quam nominant, id eſt fraus Iudaica.

Quæſo quis hic eſt cuius nomen ante ſo
lẽ permanet, certè non Solomõ, quis er-
go eſt qui ſupra dictus eſt permanere cũ
Sole, & mutato vno verbo alio ille locus
erat deflexus, & nũc dicitur permane-
te ante ſolẽ, mutata vna littera, hic quoq;
vitiatur locus mutãtur. n. כ. i. c. in. נ. i. in
n. & pro יִכּוֹן. icon, permanet mutauẽre
יִנּוֹן. Inon, filiabitur. Et pro ante Solẽ in-
terpretãtur ad facies Solis in conſpectu
ſolis, ſpecta ſodes quot fraudes ſimul ad
hibẽt ad vitiãdũ vnũ locũ, adhibẽt ergo
vt ſit filiabitur Solomõ & innouabitur
nomẽ Solomonis per ſucceſsionẽ tẽpo-
rũ non ſecus ac ſi generaret filios iugiter
& ſtabilietur nomen eius cauſa ipſorũ;
Sic. R. Imanuel, &. R. D. hos ſequitur nõ
ſtri quidã in ſuis lexicis, vt leges in dictio
ne, nin; vbi pro, icon; permanebit, legitur
inon, filiabitur, mutatione vnius literru-
læ, adde his quod verbũ, num, filiare, nuſ
quã in litteris ſacris legitur, fingũt Iudæi
hoc verbũ quod nuſquã eſt & ad vitian
dã hũc ſolũ locũ adhibẽt tres has ſimul
fallacias, ſpecta ſodes quã iure bono cla-
ment poſtea: veritas hebraica veritas he-
braica. Thargũ, nobis aliquo modo fa-
uet qui legit ante quã eſſet Sol præpara-
tũ erat nomen eius, ante quã eſſet Sol in
quã non ad facies Solis, nec in cõſpectu
Solis, præparatũ erat & firmũ erat per-
manebat. Hæc enim omnia ſignificat
verbũ hebræũ & Chaldæũ, icon, ſed fere
moris eſt præterire ſilẽtio rabinos q pro
nobis faciũt, & aiũt Pagnini lexicõ in cõ
pẽdiũ redactũ, id ne eſt Pagninũ redigere
in cõpendiũ decerpere ex rabinorũ ſcri-
ptis quę ille citat quę nobis aduerſentur
& quę pro nobis faciũt pręterire ſilẽtio?
nec ea ſaltem margini adſcribere. Citat
etiã trãſlationẽ rabinicã vulgatæ noſtræ
nuſquã meminit. Dirutis ergo Iudaicis
dolis his quatuor huius Pſalmi fundamẽ
tis quib⁹ Spiritus S. magna Chriſti ſacra-
mẽta fundauerat, patefactus videtur adi-
tus ad ſubuertẽda reliqua myſteria, quæ
hoc Pſalmo ſunt præſignificata, vt non
ſolũ Iudaicis dolis myſteria de Chriſti
diuinitate ſint ſubuerſa ſed reliqua my-
ſteria de Chriſto ſint labefactata, quæ
prædictis locis erant munitiſsima ne
alio deflecti aut detorqueri poſſent.
Nam ſi ſtabile & fixum eſſet per Iudæos
de eo hoc Pſalmo agi qui Deus & ho-
mo maneret cum ſole, quique ante lu-
nam erat, qui à generatione in generatio
nẽ regnat in ſæcula ſæculorũ, ſcilicet, cu
ius nomẽ eſſet benedictũ in ſæcula qui

Aduerte quid appellent hebraicam veritatem corruptelã ſcripturæ & Rabinica ſenſa.

permanet ante ſolé, haud dubiũ quin ne mo tã impudés eſſet qui deſcẽſum verbi de cœlo in virginis vterũ negaret nec ſequẽtia de Magis & de Chriſti regno, erãt enim ſequẽtia prioribus côuenientér interpretãda. Sed poſt viciatos illos locos ſuperiores quæ firmamẽta totius cauſæ erãt quibuſq; Iudæi & hæretici à Paleologo, Grigẽtio, Athanaſio, Hieronymo, alijſq; Patribus vehemẽter vrgebantur, nec reſpondere vllo modo poterãt quin eſſent deriſui. Illud de deſcenſu verbi in vterũ ſacris virginis quam valide Deum immortalem concutitur. Sic enim illud vulgatę, deſcendet ſicut pluuia in vellus, Lect. Hebræa. יֵרֵד כְּמָטָר עַל גֵּז
LXX. καταβήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, oppugnatur verbum hebræũ, quod pro vellere eſt, interpretantur vellus: ſic tamẽ vt magis putent interpretandũ gramẽ excíſum cuius radices permanẽt & pluuia germinat, & verè verbũ hebræũ vtrumq; ſignificat, ſed LXX vellus tranſtulerãt tribus ſæculis ante Dñi aduentũ veteres Patres de occulto Dñi aduentu fuerãt interpretati, Iudęi cũ odio in Chriſtũ & Chriſtianos ardent nouas cõminiſcuntur interpretationes quo noſtra perturbẽt & hos noſtri ſequũtur auidiſſime, vt leges in dictione, gazaz, in ſuo lexico, & in dictione, zarziph, pro, ſtillicidia, hebraicè eſt, rebibim, quã vocẽ idẽ author fatetur ſignificare guttas & ſtillas, vt etiã eorũ cõceſſu rectè verſum ſit in Eccleſiaſtica lectione, ſtillicidia ſtillantia ſuper terrã, vt occultus Dñi ſignificetur deſcẽſus in vterũ virginis quòd ſtillę & guttæ ſtillantes non edũt ſonitũ cum cadunt, ſunt qui in ſuis lexicis, vt leges in dictione, rabab, potius hoc loco putat hãc hebræã vocem ſignificare pluuiam vehementẽ, vt nullus relinquatur locus Prophetiæ de occulto Dñi aduentu in vterũ ſacratę virginis nec interpretationi ſanctorũ. Iã reliqua omnia eodẽ modo ſubuertuntur. Sed hoc dixiſſe ſat eſt. Illud dicã Iudæos impios nõ tãtũ nobis nocituros fuiſſe vel quod nõ tãtũ audierẽt, vel quod nõ audirẽtur vel quod nos illis opponeremus; Hi noſtri ſunt & putãtur & ea cauſa nocẽt multo multoq; magis, vt bellũ inteſtinũ præſertim ſi nõ ſentiatur cæteris longè eſt pernicioſius. En cur noſtri aduerſarij Pſalmos noſtros clament vitiatiſſimos; & Pſalmos ad veritatem hebraicã factos laudant vt extrudant Eccleſia ſancta Pſalmos veriſsimos & Iudaicos nobis obtrudant.

Vulg. *Et ipſe tanquam Sponſus &c.*

Lectio heb.
Et ipſe quaſi ſponſus procedens
וְהוּא כְּחָתָן יֹצֵא
de thalamo ſuo: exultauit vt fortis ad currendam
מֵחֻפָּתוֹ יָשִׂישׂ כְּגִבּוֹר לָרוּץ
viam. A ſummitate cœli egreſſus eius:
אֹרַח: מִקְצֵה הַשָּׁמַיִם מוֹצָאוֹ
& robur eius vſque ad ſummitatem illius: néc eſt
וּתְקוּפָתוֹ עַל קְצוֹתָם וְאֵין
qui ſe abſcondat à calore eius.
נִסְתָּר מֵחַמָּתוֹ:

LXX. Ἀγαλλιάσεται ὡς γίγας δραμεῖν ὁδὸν ἀπ᾽ ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ ἡ ἔξοδος αὐτοῦ. &c.

PSalm. 44. & his verbis Pſal. 18. putat Aug. interpretans illud tituli Pſal. 44. decantari Epithalamiũ nuptiarũ verbi Dei cũ natura humana in vtero virginis ſacratæ vt thalamus fuerit vterus ſacratæ virginis, & idẽ Aug. in cap. 2. Ioãnis tractatu. 8. verbum, inquit, ſponſus ſpõſa humana natura & vtrunq; vnus filius Dei, & idẽ filius hominis vbi factꝰ eſt caput Eccleſiæ vterus virginis Marię thalamus eius, inde proceſsit tãquam de thalamo ſuo ſicut prædicit ſcriptura, & ipſe tãquã ſponſus procedẽs de thalamo ſuo, & idẽ Auguſt. cõtra litteras Petiliani Donatiſtæ lib. 2. c. 32. Ipſe tãquã ſponſus procedens de thalamo ſuo à ſummo cœlo egreſsio eius, Ecce, inquit, habes aduẽtũ Dñi in carne, & occurſus eius vſq; ad ſummũ cœli; Ecce habes reſurrectionẽ & aſcenſionẽ, nec eſt qui ſe abſcõdat à calore eius: Ecce habes aduentũ Spiritus ſancti, quẽ in linguis igneis miſit, ſic Aug. hæc cõgruenter Prophetię Ioelis: Effundã ſpiritũ meũ in omnẽ carnẽ, nõ in Iudæos ſolũ ſed in omnes homines q crediderit. Idẽ Aug. de cõſenſ. euãg. lib. 1. cap. 30.

cap.30. Proceſsit verbũ incarnatum de thalamo ſuo;de vtero virginis, quomodo autem hæc intelligas te docebit D. Tho.q.95.ar.3.in additis.D.Hiero. interpretãs hunc locũ:Sponſus,inquit,verbũ patris eſt,ſponſa caro humana cum qua de Thalamo proceſsit,ideſt,de vtero virginis,Iuſtinus Philoſophus martyr aduerſus Tryphoné Iudæũ hos verſus interpretatur etiã de deſcẽſu Dñi de cœlo in vterũ virginis, & de eius reſurrectione & aſcenſione in cœlũ.Irenæus etiam: A ſummo cœlo,inquit,egreſsio eius & occurſus eius vſq; ad ſummũ cœli & non eſt qui ſe abſcõdat à calore eius,quoniã, inquit,illuc aſſumptus eſt vnde & deſcẽdit,& non eſt qui iuſtũ iudiciũ eius effugiat,deniq; hunc locũ, & hunc Pſalmũ totũ veteres ſic interpretantur, dices ſat ſcio nõ paucos ex veteribus interpretatos hęc fuiſſe nõ de Chriſto & eius Apoſtolis nec de prædicatione Euãgelica ſed de motu cœli,& de ſolis curſu,ita eſt.Nã Clemens Alexandrinus lib.6.ſtromateõ docet Prophetias ſæpè ita dictas,vt aliò ſpectare videãtur & nõ ad id ſolũ quod volunt præſignificare & cauſam ſubiungit eo loci & alij patres,quod ſi Prophetiæ omnes apertæ fuiſſent & manifeſtæ futurũ fuiſſet,vt Iudæi illas de medio tollerent flãmis abſumerẽt quẽadmodum alias abſumpſerẽ flammis & ideo laborioſum eſſe ex hoc duplici ſenſu quem Prophetia ipſa præferre videtur verum eruere & germanũ ſenſum, quẽ Spiritus ſanctus nobis voluerit per Prophetã ſignificare,verbi cauſa hic Pſalmus de oratione cœlorũ de noctiũ & dierũ vicib⁹, de cœlorũ doctrina qua nos docent numerare tẽpora mẽſes & annos, de curſu ſolis,de eius ortu & occaſu explanari ſolet ſenſu apud omnes fauorabili quod planus eſt,intellectu facilis ab alijs, de incarnatione verbi explicatur, de deſcẽſu de cœlo vnigeniti filij Dei in virginis vterũ,deq; eius paſsione & reſurrectione & de vltimo iudicio,aut de effuſione Spiritus ſancti in omnẽ carnẽ ex his duobus ſenſibus huius Pſalmi videam⁹ vter magis cõſentaneus ſit omnibus Pſalmi partibus,ſemper enim iuxta canonẽ ſcripturæ interpretãdæ Spiritus ſanctus interſerere ſolet aliquid qđ ex duplici ſenſu ſi mẽtẽ adhibeas,alterũ reijciat & repellat,cõſtabiliat alterũ,id ergo perſcrutemur.Iã illud cœli enarrant gloriã Dei cõgruit cœlorũ motui & pulchritudini cõgruit etiã verbi incarnationi & natiuitati quæ de cœlo angelico cãtu eſt celebrata quãdo paſtores excepere aurib⁹ cãtionẽ illã angelicã: Gloria in excelſis Deo & in terra pax hominibus, & viſitauere puerperã virginẽ & infantulũ iacentẽ in præſepi,& illud:Opera manuũ eius annũciant firmamentũ,priori interpretationi cõuenit de ſtellati cœli pulchritudine,& congruit natali Dei Chriſti Dñi cũ firmamentũ ſtella noua orta magos Reges ad adorãdũ puerũ Ieſum vocauit,Dies diei eructat verbũ dierum & noctiũ ſucceſsioni congruit, cõgruit etiã Euangelicę prædicationi, quęcunq; enim prædicata erãt à Prophetis de noctibus & diebus Chriſti venturi mõſtrantur tẽporibus Euangelicis cõpleta; non ſunt loquelæ nec ſermones cõgruit cœlorũ motioni qui ſine loquela,ſine verbis docent numerare menſes & annos, congruit etiã Euãgelicæ prædicationi & dono linguarũ quo affecti verbi prædicatores Euãgeliũ toto orbe prædicauere omniũ linguis,In omnẽ terrã exiuit ſonus eorũ,& motui cœlorũ congruit qui terrã omnẽ ſuo ambitu cõplectantur,& terram omnem docet horas, menſes,& annos numerare, congruit & prædicationi Apoſtolorum,quorum prędicatio in omnẽ terrã prodijt & noſtris quoque tẽporibus prodijt in nouas inſulas, proditura q; eſt vſq; ad cõſummationẽ ſęculi in oras nouas orbis vſq; adhuc vtriq; interpretationi omnia benè congruũt. Iam illud: In ſole poſuit tabernaculum ſuũ,priori interpretationi de motu cælorum non congruit,quomodo enim cælũ poſuit tabernaculum ſuum in ſole?cę

lum ingens inquam in perexigua reſpe-
ctu totius parte ſui: Hoc eſt quod dixeram iuxta canonem ſcripturæ interpretandæ ſemper Spiritum ſanctũ aliquid interſerere quod te vetet prophetias ad infimos referre ſenſus. Prophetiæ nanq; res ſunt ſuper naturales, ſupernaturalia tractant, ergo in ſole poſuit tabernaculum ſuum, id eſt, Eccleſiam ſuam, in omni ſolis ambitu non in Iudæa ſolum, vna quadã prouincia, ſed in omni terra quã ſol ambit, vbicunque ſint credentes in Chriſto, vel, vt alij, de aſcenſione Domini interpretantur, poſuit tabernaculum ſuum, poſuit corpus ſuũ aſcendens in cęlum in ſole, & ſupra ſolem, & ſupra cælos omnes, nõ ita eſſe hebraice aiunt, ſed ſoli poſuit tabernaculum in eis, vt ſit, poſuit Dominus tabernaculum ſoli in cælis, hæ ſunt fraudes Iudaicæ quod videbant hoc verſu refelli Iudaicas interpretationes confugiunt ad ſuas fraudes mutata vna littera, nã pro, ba ſemes, in ſole ſcribũt, la ſe mes, ſoli quanquã, la ſe mes, ſignificat etiam in ſole, & interpretatio facta à Lxx tribus ſęculis ante aduentũ Domini anteferri debet tranſlationi Iudaicæ quæ ardentibus odio Chriſti Domini animis, eſt facta. Pro, bo, id eſt, ipſi aut, ſuũ, mutata vna littera & addita alia dixere, ba hem, in ipſis. Huiuſmodi mutationes & varietates lectionis hebrææ non ſolum malitia Iudaica, ſed etiã Iudaica negligentia factas oſtẽdimus libro. 2. toto, præcipuè tamen cap. 64. & res ipſa hoc etiam indicat, ſiquidem in vniuerſa ſcriptura reperies locos ferè vniuerſos quibus Iudæi manifeſto tenẽtur aliqua Iudaica fraude attẽtatos. Si vnꝰ aut alter inter nos & Iudæos ſcripturę locus eſſet controuerſus de veritate lectionis poſſet dubitari, & dicere poſſemus quod dixerat olim Iuſtinus aduerſus Triphonem Iudæum, Mittamus hos locos ſcripturæ, ne de litteris & ſyllabis inter nos contentio ſit. Locis conceſſis & cõfeſsis ſcripturæ hanc cauſam diſceptemus, vel rudi populo produnt Iudęi ſuas fraudes cùm nullũ manifeſtum locũ de Chriſto in ſcriptura reliquere quẽ non manu, aut peruerſa interpretatione vitiarint, præcipuè illos qui fundamenta & firmamẽta noſtræ cauſæ erant, nam ſi hũc locũ intactum reliquiſſet nulla dubitatio erat reliqua quin totus Pſalmus eſſet de incarnatione verbi æterni in vtero ſacræ virginis, de paſsione Dñi, & reſurrectione, in cœlos aſcenſione, de alijſque Chriſti myſterijs, ſed nobis ſat eſſe debet, quod hanc ſcripturã ab Apoſtolis accepimus verã, & legitimã, vnam & eandẽ ſine vlla corruptela aut falſitate agnoſcimus ex ſcriptis veterũ Patrum græcis & latinis qui à tẽporibus Chriſti vſq; ad noſtra tẽpora vnã & eandem citant, & interpretantur, vt qui hæc aduerterit, & omnia veterũ ſcripta fuerit perſcrutatus de veritate noſtræ ſcripturæ, de veritate noſtrorum Pſalmorũ dubitare nullo modo poſsit, cũ eandẽ ſcripturam agnoſcat & Pſalmos eoſdem in litteris Apoſtolicis & Euangelicis, & in omnibus ſacris doctoribus, & in ſacris Concilijs primarijs, & in vniuerſa Eccleſia Catholica, hæc probatio multo firmior eſt & indubitata magis quam vt cõtrouerſiæ locũ vllum relinquat apud homines fideles, Ergo exemplo Hiſpani codicis quo ſæpe vti ſoleo, iuxta canonẽ præſcriptum à D. Hiero. & iuxta illud, quod idẽ Diuus ſcribit in præfatione ſuper quatuor Euãgelia ad Damaſum Papam ex tranſlatione Lxx deprehẽditur hoc loco tres litteras ab impijs Iudæis fuiſſe mutatas, duas quo, pro, bo, id eſt ipſi, ſcripſere, bahem, ipſis, & pro, baſemes, in ſole, ſcripſere, laſemes, ſoli, quãquã & laſemes, ſignificet etiã in ſole. Iã; Exultauit vt Gigas ad currẽdã viã à ſummo cœlo egreſsio eius, &c. Noſtri, vt dixi, de incarnatione verbi interpretantur, alij de ſole & motu ſolis quos redarguit Philoſophiæ ratio nec enĩ ſol mouetur in cœlo, ſed eſt tãquã nodus in tabula in ſua ſphera, & ad motũ ſpheræ mouetur ipſe. Secũdũ vulgi opinionẽ aiũt, ſcriptura nũ-

Veritas noſtrorum Pſalmorũ probata.

ra nũquã mētitur, loquit quidē ſecundũ vulgi cōſuetudinē, qua nutritij ſuos alũnos appellãt filios, & contra alũni ſuos nutritios patres nominãt, vulgi more loquitur ſcriptura, nō tñ vt ſequatur vulgi opinionē mentitur vnquam ſcriptura. Sed age hoc illis largiamur nũ ſol exoritur à ſummo cœlo & occidit cœlo ſummo iuxta vulgi opinionem, an potius ab infimo cœlo & occidit in infima parte cœli, quod intellexere Iudæi, nã hũc locũ reddũt ab extremo cœlorũ egreſsio eius, & vt de cœlo intelligatur neceſſario, reddunt etiam & reuolutio eius ſuper extrema eorum. Sic quidam interpretes vt obſcuretur & refellatur Eccleſiaſtica lectio, ſic eſt Hebraicè (aiunt, minime, noſtra ſcriptura congruit cum hebræa lectione hoc loco mirabiliter, tu tibi aduerſaris (inquient) qui dicebas nullum eſſe locum de Chriſto in ſcriptura quin attentatus aliqua fraude Iudaica eſſet, & nunc affirmas hunc locum cum lectione hebræa congruere mirabiliter, dixi equidem & dico nullum eſſe ſcripturæ locum de Chriſti myſterijs manifeſtum, quin aliqua Iudaica fraude ſit attentatus ſed dupliciter fraudes Iudaicas fieri ex veterum Patrum ſententia diximus, manu cùm mutantur litteræ, vt loco illo: In ſole poſuit &c. interpretatione verò, cùm peruerſa interpretatione fit, vt locus qui de Chriſto explanabatur iam de Chriſto explanari nō poſſet quod interpretatione hac noua fit: Ab extremo cœlorum egreſsio eius & reuolutio eius ſuper extrema eorum, vox enim illa reuolutio & ab extremo ad extremum, reuolutionem ſphærarum ab extremo ad extremum planè indicat, & tollit decenſum vnigeniti filij Dei à ſummo cœlo, vbi ſedes beatorũ eſt, etiã iuxta Philoſophos, iuxta Ariſtotelē primo de cœlo, & iuxta Platonem in Phædro & tollit aſcenſionem Chriſti in ſummum cœlum vnde venerat quemadmodum, & illo loco, non ſunt loquelæ nec ſermones, quem locum Auguſtinus cōtra litteras Petiliani lib. 2. cap. 32. de dono linguarum interpretatur quo affecti Apoſtoli & diſcipuli Domini prædicauere Euãgelium omni creaturæ. Sic quidam vertũt, vt hoc ſignificare nullo modo poſſet, ſed ſignificare tantum cœlorum rotationem, ſic enim tranſtulit non ſermo & non verba, vt non audita ſit vox eorum, vt ad cœlum tantum hic locus referri poſsit, cuius non eſt ſermo, & non ſunt verba, & nō auditur vox eius, nã quæſo quã aliã cauſam tu putabas vt tàm enixe nouæ tranſlationes efflagitarentur, & vt vulgati Pſalmi vitiatiſsimi eſſe dicerentur cũ reliqua ſcriptura, niſi quod myſteria de Chriſto Domino tolli non poſſent niſi nouæ fiant interpretationes, quæ non tam ſint interpretationes quam legis diuinæ mutationes, vt oſtendi & Propheticarũ prædictionum abrogationes de quibuſdam ego hoc dico non de omnibus, hiſque quoties vulgatam labefactant aut lectionem Apoſtolicam & Euangelicam.

Cauſa cur Iudæi noſtros Pſalmos vitiatiſsimos eſſe dicãt.

Vulg. *Pone manum tuam ſubter fœmur meum, vt adiurem te per Dominum Deum cœli & terræ.* Gene. 24

Lectio Hebręa, שִׂים נָא יָדְךָ תַּחַת יְרֵכִי׃ וְאַשְׁבִּיעֲךָ בַּיהוָה אֱלֹהֵי הַשָּׁמַיִם וֵאלֹהֵי הָאָרֶץ

LXX. Θὲς τὴν χεῖρά σου ὑπὸ τὸν μηρόν μου· καὶ ἐξορκιῶ σε κύριον τὸν θεὸν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τὸν θεὸν τῆς γῆς.

ERat quondam concionator nobilitatus fama, cuius audiendi me cœperat cupiditas, quod hominem illum vulgo laudibus in cœlum omnes ferebant, & ille quidem non vulgari doctrina & ſingulari eloquentia habuit cōcionem, inter cętera tamen magno tonabat eloquio admirabilē eſſe interpretationē illius loci. 24. Geneſ. Pone manum tuã ſubter femur meũ, ſi adiuraſſe dicas Abrahã ſeruũ ſuũ per circuncilionem ex Iſidoro Claro mutuatus, ſcilicet, alijſq; ſimilibus, mitto ália ſpurca quę addũtur, Iudęi enim ſunt ſpurciſsimi & mēdaciſsimi, fingũt hiſtorias de Iudęis alijſq, quæ

nuſquã ſunt,& eis noſtri fidem habẽt,& ne alios mirere D.Chryſoſt. in cap. Geneſeos.23.interpretans hunc locum,lingua græca inquit habet ſubter femur hebraica verò ſubter lumbum,quod Iudæus aliquis huic Diuo ſic dixerit, vt ei illuderet, Nec græca,nec hebræa lingua ſubter lumbũ habent, ſed ſubter femur, nec tãtũ Diuũ oportebat in hoc loco & alijs nõ paucis,Iudæis impijs habuiſſe fidẽ,nec detegerẽ ego pudẽda patris & doctoris pręcellẽtiſsimi niſi eo conſilio feciſſem vt noſtris ponerem ante oculos, quã eſſent noxia Iudæorũ cõmercia,nocuere aliquãdo D. Chryſoſt.vni ex Doctoribus ſacris præſtantiſsimo, quid facient rudi populo. Auguſtinus de ciuitate Dei.lib.16.cap.33.mõſtratum eſſe hac Prophetia docet Dominum Deum cœli & terrę,per quem ab Abrahamo adiuratur ſeruus poſita manu ſub femore, fuiſſe venturum in carne, quæ ex illo femore trahebatur per virginem ſacrã, ſcilicet, quæ ab Abrahamo originem ducebat,D.Hieronymus ad Principiam virginem:Abraham,inquit, mittens ad vxorem quærendam filio ſuo Iſaac , dicit maiori domus ſuæ:Pone manũ tuam ſubter fœmore meo,ſic enim eſt hebraicè:Et adiurabo te per Dominum Deum cœli,non dubium quin per eum Dominum Deum cœli & terræ,qui de eius ſemine erat oriturus, dicet fortaſſe aliquis tacitus ad aurem; nos interpretamur vt noſtri maiores,vt D. Auguſtinus & D. Hieronymus,Iudæi ad circuncifionem referunt nos noſtros, illi ſuos ſequuntur,nec continuo Iudæi & eorum aſſeclæ ſunt damnandi,bene eſt,ſed nos noſtros, Iudæi ſuos ſequerentur Iudæos, cur noſtris placet interpretatio Iudaica? cur diſplicet adiuratio per Dominum cœli & terræ,qui oriturus erat de ſemine Abraham,vt ait Hieronymus, ex virgine ſacra Maria Deus verus, factus homo verus, fortaſſe dices fieri vim ſcripturæ,vt aiunt Iudæi, ſi ſic interpretere. dicerem quę Ariſtoteles, quę Polemõ, & quæ Adimantus de fœmore dicerent quam vim habeat ad generationem, ſed nihil his eſt opus quod ſcriptura ipſa hoc indicat planiſsimè, ſcriptũ eſt enim cap.46. Geneſeos,cũctæ animæ quæ ingreſſę ſunt cum Iacob in Aegyptũ & egreſſę ſunt de fœmore illius,audis Spiritũ ſanctũ docere egreſſam de fœmore prolẽ,& Exod.1.erant igitur omnes animæ eorum qui egreſsi ſunt de fœmore Iacob,& in Iudicũ libro Gedeoni erant filij Lxx qui egreſsi ſunt de fœmoribus eius,quibus locis oſtenditur fœmora ad generationem pertinere, & ſacris litteris teſtatum filios de fœmoribus egredi. Quid neceſſe eſt huc aduocare Philoſophos,nec reperietur vnquam quantum commemini fœmur pertinere ad circũciſionem,& hoc loco igitur, & alijs vbi adiuratur Ioſeph,aut alius quicunq; , in fœmore patris Iſaac,aut ſeruus Abrahæ in fœmore Abrahę adiuratur in Domino cœli & terræ orituro ex ſacra virgine quę ab Abraham originem ducebat, ſpurciſsimi & imperitiſsimi ſunt Iudæi iuxta quos Iſidorus Clarus ait adiuratos hos quos diximus per poſteritatem poſita manu ſuper pudenda , iurant homines,vt ait Ariſto.lib.1.Metaphyſicæ per id quod honorabiliſsimum eſt,vt refert etiam D.Tho.2.2.quæſt. Adiurantur igitur non per poſteritatem ſed per Deum venturũ ex illo fœmore, ideſt per Chriſtum Dominum ex ſacra virgine oriturum,quæ ab Abrahamo originem ducebat. Nec illud prætereundum ſilentio citari à D.Hiero.in Epiſtola ad Principiã virginem,vbi hæc nos docuit locum illum Geneſeos:Non auferetur ſceptrum de Iuda,nec Dux de fœmore eius,vt probet id quod ſupradiximus,fœmur poni pro prole ventura,quod ſcriptura dicat ex fœmore prodire liberos, nũquã locũ illũ citaturus niſi ita eſſet hebraicè. Hic Diuꝰ hebraicè erat doctiſsimus, eſſet enĩ ridiculus ſi locum citaſſet ad probationem rei de qua erat controuerſia qui nihil erat ei profuturus,quod non ita eſſet

hebraicè

hebraicè, erat igitur ita hebraicè quando ille locus ita verſus erat à Lxx viris, & à D. Hiero. & ita à D. Hierony. citatur, ſed poſt D. Hiero. mutatus ille locus eſt hebraicè, ſine Iudaica malitia ſeu negligentia Iudaica, quod ait Chryſoſto. quodq; à me lib. 2. cap. 64. monſtratum eſt factũ fuiſſe in lectione hebręa frequẽtiſsimè, vt nemo in ſcriptura ſacra ita verſari poſsit vt hebræa cum græcis & latinis litteris ſacris conferat: quin noſtra damnet tertio quoque verbo, niſi fraudes Iudaicas intellexerit probè quas lib. 2. fuſè & latè ſumus executi, omnia enim Iudęi ad ſuam perniciem & noſtram per mille & quingentos annos probe, inſtruxerant, niſi Deus per noſtros & per Iudęos nos inſidiarum admonuiſſet, Auguſtinus ergo quæſtionum ſuper Geneſim. 62. cùm quæſijſſet cur Abraham, ſeruũ ſuum iuſſerit ponere manum ſuam ſub eius fœmore, & ſic eum adiuret per Deũ cæli & terræ, reſpondet magnã de Chriſto eſſe prophetiam, quod Chriſtus Dominus cæli & terræ, in ea carne venturus eſſet quæ de illo fęmore eſſet propagata, & contra Secundinum Manichęũ lib. 1. cap. 23. interpretans hunc locum ſcribit Abraham ſeruo ſuo dixit, pòſtulans ius iurandi fidem, Pone manum ſub fęmore meo, & iura per Deum cæli, ſeruus ille obediendo iurabat, ſed Abraham iubendo prophetabat Deum, ſcilicet, cęli in ea carne eſſe venturum quæ fuiſſet ex eo fœmore propagata, & idem Auguſtinus de peccato originali contra Pelagium & Cæleſtinum lib. 2. cap. 27. Nunquid, inquit, & illud quod iubet Abraham ſeruum ſub fœmore ſuo ponere manum, & iurare per Deum cæli, aliter quiſquam rectè intellecturus eſt, niſi ſciſſe Abraham carnem in qua venturus eſſet Deus cæli, de illo fœmore propagari. Deniq; ſcriptores antiqui Græci, & Latini omnes hæc ſic interpretantur: tñ quibuſdã noſtris ſequi placet Iudæos, cũ ſcriptura ſacra ipſa ſe interpretetur, iura mihi per Deum cæli non per poſteritatem Iacob.

Vul. *Et ſpecies quarti ſimilis filio Dei.* Danielis cap. 3.
Lect. Chaldęa. דִּי רְבִיעָיאָ דָּמֵה לְבַר אֱלָהִין
LXX. καὶ ἡ ὅρασις τοῦ τετάρτου ὁμοία υἱῷ θεοῦ.

VAtablus negat hanc Danielis prophetiam de Chriſto eſſe intelligẽdam, ſed de Angelo quod poſtea mittitur Angelus &c. Quaſi Angeli non ſoleánt mitti in miniſterium eorum quæ ad redemptionem pertinent, & quaſi Chriſtus Dominus non dicatur etiam Angelus teſtamenti, & Angelus mágni conſilij, aduerſatur denique ſcriptoribus ſacris. Hippolytus in Danielem de Chriſto filio Dei interpretatur locum illum, & quod Rex gentilis filium Dei agnouerit typum eſſe ait gentium quæ filium Dei ex ſacra virgine nátum erant agnitură quem ſui recepturi non erant. Auguſtinus in oratione contra Iudæos, & paganos; & Arianos cap. 15. de filio Dei hũc locum etiã interpretatur, & adijcit, O alienigena vnde tibi hoc, nondum mundo Chriſtus naſcitur & ſimilitudo naſcentis à te cognoſcitur? quis tibi iſtud annuntiauit? niſi quia ſic te diuinus ignis intus illuminauit. Idẽ Auguſtinus, quæſtionum ex veteri teſtamento. 35. dignitatis regalis fuiſſe putat, quod Nabuchodonoſor alijs ſecum aſsiſtentibus ſolus filium Dei vidit in camino ignis, nõ vtique merito ſuo, qui in idolo ſe adorari voluit, ſed merito ordinis regalis. Tertullianus aduerſus Marcionẽ lib. 4. cap. 33. Reſpice igitur, inquit, cum Rege Babylonio fornacem ardentem & illic tãquam filium hominis: nondum enim erat incarnatus ſaluas feciſſe animas trium fratrum. Athanaſius contra Arianos in oratione in illud Deum ex Deo, inter alias prophetias de filio Dei, & hãc Danielis prophetiã citat ſpecies, inquẽs quarti, quæ apparebat ſimilis filio Dei, vbi notes oportet omnes prophetias illic citatas falſificari à noſtris aduerſarijs, vt videas quantum damni Eccleſiæ ſanctæ importent noſtri aduerſarij. Idem Athanaſius in ſermone contra omnes

hæreſes hunc quoque locum citat, & Arianos peiores Nabuchodonoſore ait qui non agnoſcant filium Dei qué agnouerit Nabuchodonoſore. Epiphanius in Ancyroto quo cóplexus eſt omnia noſtræ fidæi ſacrę dogmata, Iudæi, inquit, filiũ Dei non agnoſcebant qué agnouit Rex idololatra, & illorũ arguitur incredulitas quartus dixit ſimilẽ eſſe filio Dei, quod Chriſtus Dñs incarnatus nondũ erat, Chryſoſt. in ſermone de Trinitate citat hũc locũ Danielis de filio Dei, erat, inquiens quartus quaſi ſimilitudo filij Dei, hanc interpretationem recipit D. Hiero. ſed videtur mihi illud obieciſſe quod Iudæi non viderint filium Dei in fornace, quomodo Nabuchodonoſor illũ potuit videre? Hanc D. Hiero. obiectationem, ſi modo D. Hierony. eſt, videor enim eam legiſſe apud D. Hiero. & neſcio an me fallat ratio, hanc iniquã dubitationem diluunt patres quos citaui, cũ docent typum fuiſſe rerũ futurarũ Iudęos incredulos nó agnituros filiũ Dei, & gẽtes idololatras agnituras eſſe Dei filiũ, quem Iudęi non agnouiſſent quod autem dicitur quaſi ſimilitudo filij Dei aiunt patres ideo dictũ quod filius Dei non dum erat incarnatus ex ſacra virgine & huius rei futuræ monſtrata illa ſimilitudo eſt, hæc omnia euertit Vatablus.

Vulg. *Ad prædam fili mi aſcendiſti.*
Lect. Hebræa. מִטֶּרֶף בְּנִי עָלִיתָ
LXX. ἐκ βλαστοῦ υἱέ μου ἀνέβης.

DE aſcenſu Domini in crucem iuxta vulgatam hic locus dictus videtur, aſcendit enim Dominus in crucem vt deprędaretur inferos, vt eriperet, ſcilicet ſanctorũ Patrũ animas quæ vſque ad paſsioné Domini, vt lucretur peccatũ naturæ in inferis detinebantur & deprædaturus erat etiam genus humanũ quod ſub poteſtate dęmonis captiuum tenebatur paſsione ſua triũphans, aereas poteſtates, vt captiuã duceret ad ęthereas ſedes dęmonũ captiuitaté: pro ad prędã Lxx viri tranſtulere ex germine fili mi aſcendiſti: oſtendi enim ſæpè hebraicè duplicẽ eſſe lectionem mutatione etiã dictionũ, vt pro & tereph, ad prędã legeretur etiã mi maca, ex planta, vel ex germine, aut nomen aliud hebręum quod germen ſignificaret, monſtratũ eſt enim in æditione hebræa voces in ſe mutuo mutari, & eſſe duplicem lectionem in plæriſque, vel hic locus id ſatis indicat qui nec congruit hebraicè cum tranſlatione Lxx, nec cum vulgata D. Hierony. quod plane arguit poſt D. Hier. hebręã lectioné eſſe mutatam, exemplo ſępe à me repetito codicis Hiſpani, qui Latinè verſus eſſet, vbi tranſlatio ipſa argueret lectionis Hiſpanę mutationem vt ſi in codice Hiſpano legeretur lino & trãſlatum videres merũ intelligeres facile in codice Hiſpano non legendũ eſſe, lino, ſed vino, ſi in codice Hiſpano legeretur, traya vn eſpejo de azero, & trãſlatũ videres, munitus erat thorace ferreo, non dubitares quin legẽdum eſſet in codice Hiſpano, traya vn pecto de azero, non eſpejo de azero, ſi in codice Hiſpano legeretur, fueſſe de la plaça, & tu videres tranſlatũ Latinè, petijt forũ, intelligeres interpreté legiſſe, fueſſe a la plaça, & nó fueſſe de la plaça, ad hoc exéplum cum D. Hiero. verterit ad prædã ſatis præſefert legiſſe ſe, & tereph, ad prædã, & nó mi tereph, à præda, tã plana enim oratio eſt hebræa, & tereph, & mitereph, quã perſpicua eſt oratio Hiſpana, a la plaça, y de la plaça, vt linguarum peritiſsimus Hieronymus errare nó potuerit: quid ergo arguit eius tranſlatio mutatã eſſe hebræã lectionem poſt eius tépora nec id ego dico quod hebræa lectio quæ nunc circũfertur, à præda fili mi aſcédiſti, nó habeat ſenſum ſacrũ reſurrexiſti fili mi à præda facta ex inferis extractis ſanctis patribus ex inferorum carcere: eſt enim ea ſcripturæ ſacræ conditio, vt quocunque modo verſes, fere ſacra ſit, niſi de induſtria ſacrum ſenſum velis ſubuertere, ſed eo hæc dicta ſunt à me vt planum

Exempli codicis Hiſpani.

planum ſit ſi hebræam lectionem ſcripturę eccleſiaſticæ normam & menſuram præfigas nihil in ſcriptura eccleſiaſticá futurum eſſe fixum & ſtabile, oſtédi enim rabinos pro arbitrio vt ſcripturam ſacram trahant ad Iudaicos ſenſus lectionem hebræam mutare; vel exemplo Vatabli diſce; qui hoc loco mutat vulgatam D. Hierony. & hebræam lectionem receptiſsimam, qui negat legendum, benij fili mi, ſed, ben, fili, ſi rabini lectionem hebręam ſuo arbitratu mutant quid tu agas vir Chriſtianus, niſi vt mutatam lectionem caſtiges & in integrú reſtituas, pugnent Iudæi pro ſuis & nos pro noſtris pugnare æquum eſt, ſed iam ex tam longa digreſsione ad noſtrum inſtitutum regrediamur & quando explanata eſt vulgata, interpretemur Lxx virorum tranſlationem ex germine fili mi aſcendiſti, quod explanandum eſſe arbitror iuxta Antiphonam illam ad laudes in circumciſione Domini: Germinabit radix Ieſſe, &c. Ex illa germinatione aſcendiſti ex ſacra virgine ſcilicet, dicitur enim Dominus apparuiſſe ſicut virgultum, ſicut radix de terra ſitienti; ſicut plantula illa nominata, Ambroſius de benedictionibus Patriarcharum capite. 4. mirifice, inquit, incarnatio verbi expreſſa eſt illo, ex germine mihi aſcendiſti eo quod tanquam fructex terrę in aluo virginis germinauit, vt flos boni odoris ad redemptionem múdi è maternis viſceribus aſcenderit iuxta illud Eſaiæ: Exiet virga de radice ieſſe & flos è radice eius aſcendet, virga; Maria eſt; flos Mariæ Chriſtus qui fœtorem mundanę colluuionis aboleuit, odorem vitæ ęternæ infudit. Origenes in caput Geneſeos. 49. Iſte catulus leonis aſcendit ex germine, ex virgine enim natus eſt, non ex ſemine, ſed ex virgine, abſque viri có cubitu naſcitur Chriſtus velut virgultum ſiue ramus in ſacro hoc germine, contagio carnalis ſeminis excuſatur quod virgultum, ſcilicet, ſine ſemine naſcitur Hilarius in Pſalmum. 131. interpretans illud: Donec inueniam locum Domino, ex fructice, inquit, aſcendit ſicuti ex radice ieſſe; ex hac enim tribu Iudæ Maria eſt; quæ Domini ſecundum carnem mater fuit, Auguſtinus contra fauſtum Manichæum lib. 12. cap. 42. ex germine. Aſcendiſſe dicitur Dominus, inquit, quia naſcendo paruulus factus eſt, propter hoc additum de germinatione filius meus; hæc Auguſtinus, népe quod de ſemine & plantatione arbores proceræ ſe ſe tollunt, virgultum & ramus por exigua magnitudine ſunt. Ex inaniuit enim Dominus ſe metipſum vt in primo aduentu veniret in forma pueri lactentis, qui rerum omnium creator & effector eſt; dicet aliquis, quorſum? hęc, nolui pretetire ſilétio quidquam quod ad laudem ſacrę virginis pertineret; & ad propheticas de ea prædictiones, nolui veteres patres cum tranſlatione Lxx virorum interpretantur noſtris aduerſarijs eſſe deriſui; toto enim hoc opere oſtenditur tranſlationem Lxx virorum traditam ab Apoſtolis Eccleſiæ ſanctæ; & dignum Apoſtolis eſſe munus, nec quod hebraicè duplex ſit lectio plærunque quarum alteram D. Hieronymus expreſſerit, alteram Lxx viri noſtros aduerſarios debere ridere eam tranſlationem quę tam planè noſtræ fidei myſteria ſonat, & quod hebraicę lectionis varietatem arguat.

Vulg. *Adorabunt eum vnuſquiſque de loco ſuo.* Sopho. 1.

Lect. Hebrea. וְיִשְׁתַּחֲווּלוֹ אִישׁ מִמְּקוֹמוֹ

Lxx. καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ ἕκαστος ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ.

QVod tranſlationis Lxx dignitatem attigimus quod myſteria Chriſti planè ſonet vnú aut duo exempla ex ea petere conſiliú fuit, plurima petituri niſi alio noſtra properaret oratio, vide quid Auguſtinus in Pſalmum. 134. dicat in illa verba ſimiles illis fiant, qui faciunt ea, Videte, quomodo prædictum hoc ſit per prophetam, nihil

nihil allegoricum, nihil figuratum com memo;ro propriam, expreſſam, ſimplicem, manifeſtam audite prophetiam. & videte completam, prȩualuit, inquit, Dominus, aduerſus eos, id eſt, aduerſus oppugnātes Idololatras, & occiſione fidelium martyres facientes, volebant paucos Chriſtianos extinguere, ſic eorum ſanguinē fudere, vt de ſanguine occiſorū, tot exſurrexerint martyres, vt ab illis interfectores martyrum ſuperarentur. ſequitur exterminauit omnes Deos gentium terræ, & adorabunt eum, vnuſquiſq; de loco ſuo, omnes inſulæ gētiū. quid eſt hoc? inquit Auguſtinus, nonne prædictum erat, nonne completū eſt, nonne, vt legitur, ſic videtur, itaque Auguſt. ab ipſo rerum euentu veriſsimam hanc probat eſſe prophetiam. Idem Auguſtinus de diuinatione dœmonum lib. 1. cap. 7. illud Sophoniæ, inquit: Praualebit Dominus aduerſus eos, & exterminabit omnes Deos gentium, & adorabunt eum vnuſquiſque de loco ſuo, omnes inſulæ gentium. Eodem modo hūc legit locum. Theodoretus autem de curandis Græcorum affectionibus. Legit apparebit Dn̄s ſuper ipſos & perdet omnes Deos terræ & adorabunt eum vnuſquiſque de loco ſuo, omnes inſulæ gentium, eodem modo legit hunc locū Chryſoſtomus aduerſus Iudæos in fine orationis ſecundæ, illuceſcet, inquiens, Dominus ſuper omnes gentes, & abolebit omnes Deos gentium, & adorabunt illum ex ſuo quiſq; loco, redditur enim Grȩca Lxx tranſlatio à tranſlatoribus, varijs verbis, ſententia eadē, vrget Chryſoſtomus Iudæos hac prophetia, & eandem eſſe cum Apoſtolicis verbis monſtrat, illuceſcet inquiens Dominus dixit Propheta Paulus illuxit gratia Dei ſalutaris, propheta ſuper omnes gentes, Paulus: ſuper omnes homines, propheta, abolebit Deos gentium, Paulus: erudiēs nos vt abnegemus impietatem, propheta: adorabunt illum ex ſuo quiſque loco Dominus Ioannis. 4. crede mihi mulier quod venturum eſt tempus quando nec in monte hoc nec Hieroſolymis adorabitis patrem, ſed in ſpiritu & veritate. Cyrillus contra Iulianum lib. 9. in illud Iuliani, cuius initium eſt, conueniebat vltra recordari priorum. In hunc locum multa dicit. Euſebius de præparatione Euangelica primo cap. 1. citat hunc locum vt probet Deum à cunctis gentibus adorandum, & non tantum intra Iudæam colendū ſed vnum quēque adoraturum eum eſſe de loco ſuo, & legit eodem modo quo Chryſoſtomus & Theodoretus & eodem modo interpretatur, ita idem Euſebius legit hunc locū demonſtratione Euangelica cap. 4. lib. primi, & lib. ſecundi demonſtratione. 16. vt probet aduentum Domini, & prædictum fuiſſe in aduentu Domini idola fuiſſe delenda, quæſo cum lib. 2. oſtenderim tantam varietatem lectionis hebrȩȩ eſſe (hæc enim cauſa fuit cur illud volumen tàm longum contexuerimus, vt planum fieret ſcripturam à Iudæis vitiari quoties illis libitum eſt) quod tranſlationis Lxx aliqua varietas eſt, continuo reijcienda eſt tam manifeſta prophetia? de Domini aduentu, de idolorum caſu, qui futurus erat tempore eius aduentus, & de adoratione Dn̄i in omni loco non in vno tantū? quod in lege veteri fiebat, vt qui adorare Dominum vellet neceſſe haberet petere Hieroſolyma, cum videamus lectionis hebrææ tantam eſſe varietatem & fieri non poſſet quin ſi lectio hebræa ſubinde mutetur à lectione hebræa diſcordet tranſlatio Lxx quæ mutari non poteſt, cur noſtra damnamus? Iudaica quæ ſubinde mutantur probamus tantopere? ſed inquies quod Hieronymus vertit, horribilis Lxx legere, manifeſtus, mutatio pūcti & additio vnius litteræ hoc facit. Nam, nora, cum, colē, horribilis eſt, nira, cum, chiriq, littera vna in fine, manifeſtus illuſtris illuceſcens eſt, & attenuabit idem eſt quod perdet, ita interpretantur, inquient, noui tranſlatores, ſed ſi bene attendas reperies

to ſpectare tranſlationem Iudaicam vt præſignificet Antichriſtum ita tracturū omnes nationes vt poſtea horrori ſit futurus etiam inſulis longè ſummotis.

Vulg. *Creabit Dominus ſuper omnē locum montis Sion.* Eſaie. 4.

	omnem	ſuper	Dominus	Creabit
Lect.Heb.	כָּל	עַל	יְהוָה	וּבָרָא
	Sion.	montis	locum	
	צִיּוֹן	הַר	מְכוֹן	

Lxx. καὶ ἥξει καὶ ἔσται πᾶς τόπος τοῦ ὄρους Σιών.

DE intellectu huius loci iuxta vulgatam diximus in commentarijs in hunc locum, & eſt quidem ſenſus ſacratiſsimus lectionis vulgatæ. Tranſlatio Lxx hoc loco reticetur nec citatur vnquam à ſanctis Patribus ſicut alia plæraque maximè manifeſta de Chriſto Domino oracula, quod negarentur à Iudęis cum hebræa lectione cōcordare de alijs aliàs fortaſſe dicendum erit, nūc de hoc loco Eſaię dicere volui quod prȩteriri video illum ſilētio ab omnibus ſacris ſcriptoribus ea qua dixi cauſa, & eſt admirabilis prophetia de aduentu Domini, & veniet, inquit, & erit omnis locus montis Sion, & veniet Dominus, ſcilicet, appellabatur enim Dominus veniens, aut venturus, vt docet Hippolytus in Danielem iuxta illud: Tu es qui venturus eſt, an alium expectamus? Et veniet ergo, & erit omnis locus montis Sion ſupple pars, cum non neceſſe ſit habiturus quiſquam petere Hieroſolyma adoraturus Deum quod omnis locus pars ſit montis Sion vt ibi quiſque adorare Dominū poſsit vbi ſit, at non ſic eſt hebraicè, inquies, deme duas litteras ex hebræa lectione & efficies locum cum primis admirabilem de Chriſti Domini aduentu, & de diuinitate, ſi pro, bàra, creabit, legas, ba, veniet, efficies, & veniet poſtea, in lectione hebræa eſt, hiehoua, nomen Dei tetragrammaton, vt ſit. Et veniet Deus, vt Chriſtus venturus dicatur Deus, & appelletur nomine, hiehoua, nomine tetragrammato, & ſic legatur totum. Et veniet Deus, omnis locus mons Sion, aut omnis locus montis Sion, ſupple erit, eſt enim ſermo hebræus conciſus valde, ſic hunc locum intellexere Lxx & fortaſſe temporis iniuria excuſſa ſit illa vox Deus, quę ex lectione hebręa poſſet reſtitui, ſed negabūt ſic eſſe hebraicè, & aliter legiſſe D. Hieronymum in lib. 4. huius operis, & quanto liquebit tranſlationem Lxx tanti fieri ab Apoſtolis & Euangeliſtis, vt quoties duplex eſt lectio, & vtraque ſacra, vt hoc loco eſt; eam potius Apoſtoli citent & Euangeliſtæ quā ipſam hebræam.

Vel pro biebouа legere biebe erit.

Vulg. *Et ponam in ſæculū ſæculi ſemē eius, & thronum eius ſicut dies cæli.* Pſal. 88.

	ſemē eius:	in ſæculum	Et ponam
Lect. Heb.	זַרְעוֹ	לָעַד	וְשַׂמְתִּי
	cæli.	ſicut dies	& thronū eius
	שָׁמָיִם	כִּימֵי	וְכִסְאוֹ

Lxx. καὶ θήσομαι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος τὸ σπέρμα αὐτοῦ, καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ ὡς τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ.

HAec & ſimilia multa quæ in hoc Pſalmo ſunt non niſi ad Chriſtum Dominum referri poſſe vel cæci videre poſſunt, Proditum eſt enim memoriæ eccleſiaſticis hiſtorijs quod Iudæi negarent Chriſtum veniſſe, dicerēt tamen venturum ex ſemine Dauid, gentium Principes ne Chriſtus veniens prȩriperet ſibi imperium gentium, deleſſe omnes Dauid poſteros, & huic rei ſummam præſtitiſſe diligentiam, ne quis ex poſteris Dauid ſupereſſet, vt falſa hæc eſſet prophetia, Ponam in ſæculum ſemē ei᷒, ſi ad poſteros Dauid referas, & quod ſequitur falſum magis eſſet. Et thronum eius ſicut dies cæli, nā bis mille anni ſunt poſtquam Regnum Dauid cōcidit poſt captiuitatem Babylonicam, ſcilicet, poſtquam nullus ex ſtirpe Dauid regnauit, regia poteſtas enim vſque ad Chriſtum Dominum poſt captiuitatem Babylonicam penes ſummos ſacerdotes ſemper fuit, vt neceſſe habebas intelligere hunc totum Pſalmum de Chriſto Domino cuius regnum in Eccleſia, & in cæleſti Hieruſalem manet in æternum, iuxta illud Lucæ cap. primo. Et dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni

regni eius non erit finis, quod in ſymbolo quoque dicimus: cuius regni non erit finis. Sic Auguſtinus de ciuitate Dei lib. 17. cap. 9. Hæc, inquit, de Domino Ieſu intelligũtur ſub nomine Dauid propter formã, quã de ſemine Dauid idẽ mediator aſſumpſit ex ſacra virgine Maria.

Vulg. *Quia thronus eius. &c. Pſal.* 88.

Lectio Hebręa. Lxx.

Et | thronus eius | ſicut ſol | in conſpectu meo
וְ כִּסְאוֹ כַשֶּׁמֶשׁ נֶגְדִּי׃
ſicut luna | permanebit | in æternum.
כְּיָרֵחַ יִכּוֹן עוֹלָם

καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος ἐναντίον μου, καὶ ὡς ἡ σελήνη κατηρτισμένη εἰς τὸν αἰῶνα.

RÉctè veteres Patres quædam non interpretantur, quod negent egere interprete, & quod quædam legiſſe intellexiſſe ſit. Quis enim niſi captus vtroque lumine his verbis: Et thronus eius ſicut Sol in conſpectu meo, & ſicut Luna perfecta in æternum, Chriſtum Dominum non videt ad vocem ne teſtes ſacros ſcriptores qui nobis præluceant facem vt videamus hunc quem prophetia hæc nobis præſignificat Chriſtum Dominum, qui ſuo quodam admirabili lumine lucet nõ aduocabo, eſſet enim quale illud quod ait Ariſtoteles fulgentiſsimum ſolem tenui lucerna velle indicare, vide tu quomodo quidam boni viri hæc ad Dauidem referant.

Vulg. *Iurauit Dominus Dauid veritatem & non fruſtabitur eum &c.*

Lectio Hebręa. Lxx.

Iurauit | Deus | Dauid | veritatem | non | auertetur
נִשְׁבַּע יְהוָה לְדָוִד אֱמֶת לֹא יָשׁוּב
ab ea | defuncta | ventris tui | ponam
מִמֶּנָּה מִפְּרִי בִטְנְךָ אָשִׁית
ſuper ſedem | tuam.
לְכִסֵּא לָךְ׃

ὤμοσε κύριος τῷ δαυὶδ ἀλήθειαν, καὶ οὐ μὴ ἀθετήσει αὐτήν· ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου.

TErtullianus aduerſus Marcionem lib. 3. ca. 14. interrogat: Quis ſit iſte venter, & ventrem hunc Mariæ ſacræ Virginis eſſe ait, non enim iſte venter ipſius Dauid erat, nec enim pariturus erat Dauid, ſed nec vxoris eius, dixiſſet ex fructu ventris vxoris tuæ, hæc Tertullianus; & rectè quidem atque doctè fœmina namque ventre concipit. Vaſa virilia viri lumbis adhærent, adiuncta vreteribus, vt appareat fructum ventris de fœmina dici poſſe de viro non poſſe, pergit Tertullianus ſupereſt vt aliquã de genere Dauid oſtendent propheta, cuius ventris futurus eſſet fructus caro Chriſti quæ ex vtero Mariæ ſacratæ effloruit, ideoque fructum ventris tantum nominauit quaſi ſolius ventris, & ipſum ventrem ad Dauidem Principem generis redegit quia Virginis ſacratæ venter à Dauide erat progenitore. Adde his quod hebraicè eſt, beten, pro ventre, & beten, Hebraicè vterus, ſi venter fœminæ eſt, Grigentius quoque huc refert hanc prophetiam in Eclogis prędictionum propheticarum, & Euſebius lib. 3. demonſtrationis Euangelicæ demonſtratione ſecunda multis rationibus dictam hanc prophetiam de Chriſto eſſe docet, & lib. 4. demonſtrationis. 20. vbi mirabiliter hunc locum explanat, & libro ſexto demonſtratione ſecunda.

De fraudibus Iudaicis q̃ factæ ſunt Pſal. 44.

DE Pſalmo. 44. dictum eſt libro primo cap. 31. Huius loci eſt cõmonſtrare qua arte Iudęi illas quas diximus ſunt moliti fraudes. Principio huius diſputationis illud præmonere oportet quod ait Irenæus lib. 3. cap. 25. &c. 26. tribus ſęculis ante Domini in carne aduentum, ita. 72. Iudęos vertiſſe ſcripturam, vt Chriſti myſteria perſonarent quo quo te verteres & afflatu Spiritus ſancti vertiſſe vt ſi rectam inſtare viam velis decorum tranſlationis fidelitate nulla te ſe ſubire poſsit ſuſpicio cui ſi addideris quod ait Chryſoſtomus in demonſtratione quod Chriſtus ſit Deus ſeruatam fuiſſe in ipſis Iudæorum Synagogis ab ipſis crucifixoribus Chriſti ne quidquam ex ea potuerit mutari, quæ homini ſuſpicioſiſsimo reliqua poſſet eſſe ſuſpitio? præſertim cum ab Apoſtolis Eccleſię ſit tradita, & vna eademque in litteris Apoſtolicis & Euangelicis & in omnibus doctoribus

ctoribus ſacris Græcis & Latinis ab ipſis Christi temporibus vſque ad noſtrã ætatem per manus patrum tranſmitta: tur,vna inquam & eadem vt nec vlla ferè ſit vel tenuiſsima varietas,quid Domi nus erat plus præſtaturus ſuæ Eccleſiæ? quam vt noſtra ſcriptura tranſlata eſſet à 72. Iudæis idque tribus ſeculis ante Domini aduentũ & ſeruata per octingentos & eo amplius annos in Iudæorum Synagogis,ne vlla de ea poſſet eſſe ſuſpitio,vt ratum & fixum apud nos eſſet nos fideliſsimam & caſtigatiſsimam habere ſcripturam ita vt ne verbo quidem ferè diſcrepet excepto quod Græcam lectionem ſuis verbis veteres Latini reddunt, & verbis aliquando videntur diſcrepare cum re non diſcrepent, Hac tranſlatione docuit Diuus Hieronymus in præfatione in. 4. Euangelia intelligi poſſe quicquid in veteri teſtamento poſt Lxx eſſet mutatum, hoc iacto fundamento. Prima illa pars tituli, pro commutandis vitiata eſt adiectione vnius litteræ. Nam cum hebraicè legeretur.ſ.n.m. nec puncta eſſent adſcripta conſonantibus vt monſtratum eſt lib.2.cap.64.ex D. Hieronymo & premerentur ab Auguſtino; Athanaſio, & alijs hoc principio Pſalmi cum rogarẽtur qui eſſent hi mutandi qui hoc Pſalmo dicerẽtur, addidere Iudæi vnam litteram vt euaderent nõ ſtrorum laqueos,&pro,ſ.n.m.quibus cõ ſonantibus dicebatur adhibitis vocalibus,ſunim,id eſt,pro mutandis in legem nouam,vel pro ſecundandis,id eſt, tranſeuntibus ad legem nouam addita vna cõſonante.ſ.ſ.n.m.fecere,ſoſanim,id eſt, lilia & flores, nam dictum eſt ex Diuo Hieronymo vocales addi ſolere pro arbitrio legentis,ex tranſlatione ergo Lxx intelligitur additam vnam litteram lectioni hebrææ, & legiſſe Lxx non ſoſanim,additã vna littera,ſed ſonim,vel ſunim. Quomodo ſi in Hiſpano codice legeretur Ramo,& tu Latinè videres trãſlatum,herum, facile intelligeres redundare litteram.r. nec legiſſe interpretem

Exemplum codicis Hiſpani.

Ramo,ſed amo,Si in Hiſpano codice legeretur,el loro que tenia en ſu caſa le mato, & tranſlatum videres Latinè, aurum quod domi habebat ei vitam ademit; quæſo dubitares quin legendum eſſet, el oro,& non,el loro. Si in codice Hiſpano legeretur,el corro de las moças,& legeres Latinè verſum, carrus puellarum, quæſo non intelligeres non legendum in Hiſpano codice,el corro, ſed,el carro, qui minus quæſo, cũ legis hebraicè quatuor litteras.ſ.ſ.n.m. hoc eſt, ſoſanim, lilia,& redditũ vides à Lxx viris pro mutandis vel ſecundandis, intelligis vnam litteram ſupereſſe, nec legiſſe Lxx quatuor litteras. ſ. ſ. n. m. ſoſanim, ſed tres ſ.n.m. hoc eſt,ſunim, pro commutandis in tua lingua exemplis ſupra poſitis intelligis hoc ita eſſe nec in dubium à quopiam poſſe reuocari,hinc eadem ratione eis qui hebraicè ſciũt, ſi bene in rẽ Chriſtianam ſint animati, planum eſt Lxx viros ſua tranſlatione præſe ferre ſe tres litteras legiſſe. ſ. n. m. non quatuor. ſ.ſ.n.m.id eſt,ſunim,mutandi,non, ſoſanim,lilia. De filijs chore dictum alibi eſt fuſe & late appellari filios Caluariæ, filios paſsionis Chriſti quod fideles ex latere Chriſti lancea perfoſſo nati ſumus, nobis igitur hic Pſalmus fidelibus inquã eſt conſcriptus ad intellectum,vt intelligamus nec in prima litteræ facie ſubſiſtamus,effodiamus alte donec perueniamus ad Chriſtum, Docet enim Ariſtoteles tertio de anima libro hoc ſenſum ab intellectu differre quod ſenſus ſpectat præſentia quæ ſunt ante pedes, intellectus longe ſummota videt, hæc verba etiam Iudæi & peruerſa interpretationẽ deprauant apud eos videbis, quo hæc referant. Canticũ pro dilecto, pro illo de quo dictum eſt:Hic eſt filius meus dilectus,& illud Eſaiæ: cantabo dilecto meo canticum dilecti mei, pro dilecto hebraice erat, iedidia, id eſt, dilectus, vt hanc tituli partem qua Athanaſius, Auguſtinus, & alij premebant Iudæos vitiene poſtremas duas litteras mutanti, fecerunt

Iudæi etiã ad Chriſtũ referunt.

fecerunt enim ex, iedidia, dilecto, iedidoth, amorum, & quam facile ſit Iudæis mutare litteras, vt ſcripturam hebræam ad ſuos ſenſus accommodent libro. 2. ca. 55. 56. 57. & de inceps à nobis eſt commonſtratum, & ex D. Hieronymo, & Aquila, Symmacho, & Theodotione monſtratum idem erat cap. 18. & 19. & cap. 64. fuſiſsime, quæ ſi attente legeris hebraicæ lectionis varietates probe intellexeris, & de his locis alijſque dictum abunde eſt libro primo de illo dicendum reſtat ſpecie tua & pulchritudine tua, &c. quod cum fecerimus huic parti erit factum ſatis.

Vulg. *Specie tua & pulchritudine tua intende proſpere procede & regna.*
In officio B. Virginis & ſanctarũ Virginum.

Lectio Hebrea.

& decore tuo & pulchritudine tua & ſpecie tua
הוֹדְךָ וַ הֲדָרְךָ וַ הֲדָרְךָ vel וּ

regna. equita incede proſpere intende
דְרַךְ צְלַח רְכַב vel מְלֹךְ

LXX. Τῇ ὡραιότητί σου καὶ τῷ κάλλει σου καὶ ἔντεινε καὶ κατευοδοῦ καὶ βασίλευε.

QVod hæc verba in canticis Eccleſiaſticis ſacræ virginis quotidie repetuntur, & inde ad ſacras virgines, & ad earum feſta celebrãda transferuntur, viſum eſt mihi hunc locum non præterire ſilentio, leges cap. 21. ſecundi libri ex D. Hieronymo neceſſe eſſe alias diſtinctiones eſſe ſcripturæ eorum qui Iudaice eãm intelligunt, & alias eorum qui eam Chriſtianè interpretantur, hoc intereſt quod Iudęi interpretantur & diſtingunt ſcripturã poſt crucem Domini cũ odio nominis Chriſti ardent nos neque ſcripturam ſumus interpretati, neque diſtinximus vnquã ſcripturam, ſed ita tranſlatam & diſtinctam à 72. Iudęis tribus ſęculis ante Domini aduentum eam accepimus, vt Chriſti myſteria quoquo te verteres perſonaret. Iudæi, vt capite libri ſecundi oſtendimus, quo Origenis ſententiam referebamus, ſcripturam lacerant ne noſtra referre videatur, hæc quærela non vulgaris eſſe poteſt, non quod Iudaicas ſequatur diſtinctiones in hebræa lectione, hoc enim commune eſt omnibus, & fortaſſe ita facere eſt neceſſe, alibi de hac re latius dicimus, quod querimur hoc eſt, quod tam auide ſequitur Iudaicas diſtinctiones vt ſi Iudaica diſtinctio vno verbo verſus ſequentis finiatur nihil plus addatur illo verſu, & totum illud ſpacium vacuum relinquatur, & nouo quodam initio diſtinctionis Iudaicæ ſequens verſus incipiat, vt nullus locus eccleſiaſticę diſtinctioni relinquatur, ita imperioſus in Iudaica diſtinctione eſſe videtur, ſi conſequenter lectio hebręa ſcripta eſſet quanuis Iudaica diſtinctione diſtincta liceret mihi vtranque diſtinctionem expendere, & noſtram, & Iudaicam, & dicere cui vellem, ſic loquere, & ſic diſtingue, quomodo Spiritus S. eſt loquutus & diſtinxit, vt ait Diuus Hieronymus. Nunc ſic diſtracta eſt ab hoc nouo interprete hebræa lectio & diſtinctio in omnibus ſacris Biblijs, vt his nullus ſit locus reliquus. Ergo hoc loco, hodca vahadareca, quod ille interpretatur; gloria tua & decorẽ tuo, eodem modo & Lxx reddidere, ſpecie tua & pulchritudine tua, clauditur hebræa diſtinctio, coniuncta enim hęc verba ſunt ſuperioribus iuxta hebræos, iuxta tamen Lxx & iuxta ſententiam eccleſiaſticam, initium ſententiæ hæc verba ſunt. Specie tua & pulchritudine tua, ſequitur, vahadarca & pulchritudine tua; pro quo Lxx dixere: intende, ſignificant enim ſua tranſlatione duas illas litteras, vau, & he, redundare, quas litteras ſi demas, dices, darac, intende, quod puncta non erant olim adſcripta

ſcripta hebraicè. Nam ſecundo libro huius operis oſtendimus frequentiſsime in hebræa lectione fieri ſolere, vt litteræ ſuperſint & deſint, & poſtea ſequitur, ſelach, cum, ſadich, proſpere procede, poſtremo verbum, recab, equita, pro, Melac, id eſt, regna, videtur eſſe mutatum, quod enim verba mutentur in alia eiuſdem ſignificationis, aut in alia longè diuerſa eodem capite monſtratum eſt.

Vnde orta ſit hebrææ lectionis corruptela.

TAm immane flagitium eſt Iudæorum ſcripturas ſanctas vitiaſſe vt ſupra omnium fidem ſit, vt vix quiſquā adduci poſsit vt credat impios Iudæos tantum in ſe admiſiſſe nefas nec cuiuſquam facundia par erit vnquam Iudaicis auſibus nefarijs explicādis, certè ego cùm multis modis me huc & illuc verſo, eos exprimere dicendo nequeo, & quod mente & cogitatione proſpicio eum qui hæc legerit, ſi quis fortè legerit, interrogaturum quæ cauſa Iudæos impulerit, vt hæc quæ diximus de Dauidicis Pſalmis quæque de his alijſq; ſcripturæ locis dicemus, ita vitiarint & lacerarint auſi in diuinam ſcripturā tam immane nefas vt non eadem ſcriptura eſſe videatur. Qui diſputationes veterū cum Iudęis legerit, huius dubitationis cauſam intelliget, & manibus prærhendet, & oculis cernet Palæologus, & Grigentius, & Athanaſius alijque, diſputationes aduerſum Iudæos à ſe habitas prodidere litteris vbi ex Pſalmis ſupradictis quærunt, qui ſit ille Dominus qui cum Domino loquitur? in illo: Dixit Dominus Domino meo, qui ſit ille qui ſedet ad dexteram virtutis Dei, niſi de duabus perſonis diuinis dicatur? quis ſit ille qui ante luciferum dicatur genitus? qui ſit cui æternus Pater dixerit Ex vtero ante luciferum genui te? quis potuit eſſe ſacerdos in æternum? niſi idem eſſet Deus? Hæc noſtri maiores millies Iudęis in faciem ingerebant his eos quotidie vehementer premebant vt leges apud Grigentium & Palæologum in diſputatione aduerſus Iudæos. Ad hęc Iudęi nō reſpondent, quid fecere ergo commenti illas fraudes ſunt, quas diximus, vt ſuos Iudæos in ſuis ſynagogis retinere poſſent, ne dilaberentur ad Chriſtianiſmū, quærit ex Iudæis Palęologus in illo Pſalmo. 71. Quis ſit ille qui permanet cum ſole? & qui ante lunam eſt? qui durat à generatione in generationem, quid faciat hic Iudæus? inſolubilis quæſtio eſt, niſi verſet fraudes, quas diximus, & niſi vitiet ſcripturas, quærit rurſum Palæologus, quis ille ſit qui tacito aduentu deſcendit ſicut pluuia in vellus, in cuius diebus oritura eſſet iuſtitia quæ duratura erat, donec auferretur luna, hoc eſt vſque ad conſummationem ſæculi, de iuſtitia Eccleſiæ, ſcilicet, illa prædicens, & quærit quis ille eſt, de quo dicitur, Benedictum nomen eius in æternum? & illud: Ante ſolem permanet nomē eius. Hæc omnia & his ſimilia refutare Iudæus non poterat, ad fallacias confugere habuit neceſſe. Rurſum in Pſalm. 44. interrogat Auguſtinus & Athanaſius qui ſint hi mutandi de quibus inſcribitur titulus Pſalmi niſi ſint mutandi in nouum teſtamentum? Quis ſit hic dilectus de quo Pſalmus inſcribitur? & qui ſit Deus hic vnctus à Deo, & hic de quo dicitur: Quoniam hic eſt Dominus Deus tuus & adorabunt eum, quid plura niſi verſet dolos Iudæus maximè manifeſtis ſcripturæ locis quoquo ſe vertat configitur, tacuit ergo vſque ad noſtra pene tempora. Nam refutati centies à veteribus patribus vt leges in diſputationibus aduerſus Iudæos conticuere diutiſsime, neque audebant hiſcere, Iudæus noſtris temporibus confutis mille dolis in lucem prodit per quoſdam & tāta arte prodit & impetu tāto, innumerabili phalange ſtipatus vt reprimi vix poſsit, vtinā ego Iudæorū artē qua nos aggrediuntur explicare dicēdo poſsim.

Primum omnium ex diſputationibus noſtrorum maiorum aduerſus Iudæos omittuntur omnia quę noſtri maiores pro noſtra cauſa afferunt, omittũtur ſanctorum interpretationes, nec habentur dignæ quæ refutentur, Iudaicæ ſcripturę interpretationes & quę pro Iudaica cauſa à Iudæis afferuntur, illa ſola vt floſculi decerpuntur in ſcholijs noſtrorũ quorundam hominum Chriſtianis propinantur quæ non pauci in oculis ferunt & amplectuntur a[illegible]iſsimè, ſi Iudaicæ cauſæ & diſputationes proponũtur noſtris, cur non vna ſanctorum interpretationes proponuntur? vt fidelis videat tãtum inter ſanctorum interpretationes & interpretationes Iudaicas intereſſe, quãtum inter cœnum fœtulentiſsimũ, & odoratiſsimum vnguentum. Adde aliud quod nunc prodeunt Iudæi confictis fallacijs, & factis mille fraudibus in ſcriptura hebræa, vt reſpondeant argumentis veterum patrum qui eis reſpondere non potuerunt, nec argumẽtorum meminere noſtrorum maiorum, ne eis dicatur nuccine demum cur tamdiu tacuiſti? cur prodis tanto poſt poſtea poſt mille annos confictis fallacijs, prodeũt ergo cum ſcriptura noua, ideo nouas poſtulant tranſlationes, inaudita deſiderant, non meminere veterum, quaſi nõ refutati à veteribus fuerint millies & millies victi, quaſi non redacti ad paucitatem ex numeroſiſsima multitudine noſtri aduerſarij eis operam nauant validiſsimam. Iudaicas illas interpretationes in cœlum laudibus efferunt, lectionem hebræam diſtinctionibus, punctis, mutatione litterarum, ſyllabarum, & alijs fraudibus, quas diximus vitiatam commendant quam maximè, veritatem hebraicam nominant, caſtigatiſsimam eſſe prædicant, ita vt in ea nec punctum, aut littera, aut apex potuerit mutari, noſtræ ſcripturæ, aut ſanctorum Patrum ne meminere quidem. Hinc natum eſt illud quod noſtri Pſalmi & noſtra ſcriptura reliqua vitiatiſsima eſſe dicuntur quod Chriſtum & noſtra perſonant, hebraica & Iudaica perhibentur eſſe caſtigatiſsima quod Iudaica ſonant & Rabinica.

Vulg. *Fundamenta eius in montibus ſanctis. Pſalmo. 86.*

ſanctuarij	in montibus	Fundamentum eius	
קֹדֶשׁ׃	בְּהַרְרֵי	יְסוּדָתוֹ	Lectio Hebręa.

οἱ θεμέλιοι αὐτοῦ ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς ἁγίοις. Lxx.

DE hoc Pſalmo. 86. dictum eſt lib. n cap. 35. & quomodo Iudæi & eorum aſſeclæ illum peruertant manu & falſa interpretatione, vt noſtri intelligãt ad quos Pſalmos caſtigatos iuxta veritatem Hebraicam, aut vitiatos potius iuxta Iudaicam perfidiam vocentur, & quos Pſalmos iubeantur relinquere tanquam vitiatiſsimos vulgatos, ſcilicet, qui ſingulis verſibus ſingula Chriſti myſteria ſonant, ſed Iudæis & noſtris aduerſarijs ea ſunt vitiatiſsima quę Chriſtum & Chriſti myſteria ſonant ea illis fœtent, vt fœtidis quibuſdam animantibus quæ fragrant odore ſuauiſsimo ſunt lætalia & præſentiſsimum afferũt exitium. Hoc ergo loco dicendum eſt tantum, qua arte ſint vſi Iudæi, vt huius Pſalmi ſacra ſubuertant myſteria, Mitto dicere quod huius Pſalmi initium quod fortaſſe myſteriorum plenum erat expunctum mihi videtur, ſed huius rei nullum authorem habeo, & ideo dicere non audeo, illud tantum dico pro illo: Iſti fuerint illic, Hebraicè eſſe, zeiulad ſam, id peruerſa interpretatione peruerti vt ſupra dictum eſt libro primo, cum verti deberet, quilibet natus eſt illic, quilibet ex ſupradictis natus eſt illic, ideſt, renatus eſt in Eccleſia ex aqua & Spiritu ſancto, ze, quilibet, iulad, renatus eſt, ſam, illic, ſi roges vnde ego ſciam, ex tranſlatione Lxx quę in codicibus caſtigatioribꝰ přefert

[illegible] per duo, [illegible] renati ſunt, quod congruit hebrææ le-ctioni, Ze, quilibet, iulad, renatus eſt, ſam, illic. Deinde ex tranſlatione Lxx videtur illa dictio, em, mater. expuncta ex lectione hebræa ex illo quod veteres legunt: Mater Sion, dicet, nam res confeſſa eſt multas dictiones ex lectione hebræa deeſſe, vt oſtendimus lib. 2. cap. 64. atq; adeò toto libro ſecundo: ſi cui placet lectio quã agnoſcit Tertullia. Mater Sion dicet Deus homo natus eſt in ea, quod eſt idem, quod, verbum caro factum eſt, dictiones eodem cap. 64. lib. 2. etiam negligentia Iudaica oſtendimus mutari in alias longè diuerſas, & à Iudæis mutari verba ſcripturę oſtendimus eodem libro 2. cap. 61. Iam illud, Dominus narrabit, ſic conuenienter interpretationi ſanctorum, quam diximus lib. 1. intellige: Dominus narrabit in ſcriptura, in lege noua populorum quam feret populis & nationibus: hanc vno puncto lectionem obſcurant, legũt enim, Bictob, inſcribendo, legere Lxx, Bictab, in ſcriptura, Dominus enim in ſcriptura Euangelica narrat ſupradicta myſteria, dixit Dominus Ieſus: Ego & pater vnum ſumus, & ſimilia, deinde & principum, & Apoſtolorum qui ſunt eccleſiæ principes, in ſcriptura enim Apoſtolica narratur etiam Euangelium, ſequitur poſtea ze, illorum, Iulad, quod verbum Hebræum legendum videtur ex translatione Lxx iuladu, addita vna littera renati ſunt, ſam, illic, Dominus narrabit in ſcriptura populorum, in ſcriptura euangelica & principum, id eſt, in ſcriptura Apoſtolica, nam diximus Chriſtum loqui in Apoſtolis & Euangeliſtis, principum ergo eorum qui renati ſunt in Eccleſia. Nam ſcias oportet ex lectione Lxx hebraicè perturbatum eſſe verborum ordinem, quod factum eſſe alijs locis notat etiam Vatablus in capit. 4. Iob numero. 4. vbi ait ordo verborum inuerſus eſt apud Hebręos, & in Malachiæ caput primum, numero ſeptimo: Ordo turbatus eſt, inquit, apud Hebræos, & huius rei Hieronymus quoque eſt author, & lib. 2. capit. 64. Ego id ita oſtendi vt oculis legentium cerni potuerit, ergo ante illa verba, ze, Iulad ſam, .i. eorum qui renati ſunt illic erat legendum, ve, ſarim. i. & principum, vt conſequenter legeretur Dominus narrabit in ſcripturis populorum & principum, vt dixi, & poſtea eorum qui fuerũt in Eccleſia, vel qui renati fuerunt in ea Eccleſia. Poſtremo dixere Lxx ſicut lætantium omnium habitatio eſt in te, iuxta illud: lœtitia ſempiterna ſuper capita eorum, at nihil tale eſt Hebraice eſt quidem mutata, י, in, ו, che colelim, ſicut tibicinum & ducentium choreas. i. ſicut lætantium Mahone habitatio mutata, ו in י, Bac, in ea, quaſi dicat in Eccleſia triumphantium iubilatio ſempiterna eſt, ita vniuerſa corruptio lectionis Hebrææ in vitio vnius litterulæ vnius puncti, aut duarum litterarum eſt, quæ facile agnoſci poſſet à viris litteratis, vt lectio Hebręa Eccleſiæ ſanctæ poſſit eſſe vtiliſsima, & etiam in locis vitiatis magnas afferre commoditates, vel etiam ex illo quod vides Iudæos tantopere laborantes vt ſua defendant. Si enim alio modo ſe poſſent, & ſua defendere, nunquã tam enixè lectionem hebræam vitiarent contra legis tam ſæuas execrationes.

Vulg. *De loco illo cap. 64. Eſaiæ, Vtinam dirumperes cælos ac deſcenderes.* Lectio Hebręa.

Vtinam dirumperes cœlos & deſcenderes Lxx.
לוא קָרַעְתָּ שָׁמַיִם יָרַדְתָּ

QVoniam prophetarum prędictiones de deſcenſu Domini in vterum ſacrę virginis quas Iudæi & noſtri aduerſarij, aut manu aut praua interpre-

tatione vitiant dicere exorſi ſumus, aliquot alia huius rei addamus exempla, & illud maximè diſceptatum & oppugnatum à Iudæis & à noſtris aduerſarijs: Ecce virgo concipiet in quartum librum diſſeramus, vbi de locis euangelicis diſputandum eſt, de loco illo Eſaiæ: vtinam dirumperes cælos ac venires. Dicamus quod caput illud ex tranſlatione Lxx vitiatum eſt, aut expunctum totum alterius neſcio cuius in eius locum translatione ſuffecta, & reſtitutum à Diuo Hieronymo, & tranſlatum ſic. Vtinam dirumperes cælos ac venires, Hebraicè eſt. Vtinam dirumperes cælos ac deſcenderes: quod verbum summopere notandum eſt, nam qui Chriſti diuinitati inuident Iudæi, & eorum aſſeclæ hoc verbum vehementer oppugnant, ne congruat cum illo. Deſcendit de cælo, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria virgine. Vt dictum eſt in illud, quod in Aduentu Eccleſia cantat, & Iudæorum aſſeclæ interturbant. Deſcendit ſicut ros in vellus, dicendumque eſt in illud: Rorate cæli deſuper, & nubes plant iuſtum, vt quando tam acriter hoc verbum oppugnatur de Chriſti Domini deſcenſu de cælo in vterum ſacræ virginis illud quanta maxima vi poſſumus retineamus. Pagninus verba adijcit ſcripturæ, & varia vtitur diſtinctione, quo ſenſum Iudaicum ſcripturæ ſanctæ faciat contextum: multo magis hoc facit Vatablus, nec ab eius ſententia abeſt Iſidorus Clarus, neque quantum ex gloſſulis eorum tranſlatio margini additis conijcere licet, videnturque omnes referre ad vetus Teſtamentum, & hebræorum putare eſſe verba qui petunt vt Deus cælo deſcendat, ſicut olim deſcendit in montem Sina, & pœnas ſumat de impijs Iudæis, de decem tribubus, ſcilicet, tu verba ipſa expende, neque hebrææ lectioni verba addas, neque diſtinctionem capitis mutes, & tecum cogita quid verba hæc ſignificent. Vtinam dirumperes cælos ac deſcenderes: & certo ſcio te cum Diuo Hieronymo explanaturum de deſcenſu filij Dei in vterũ virginis ſacræ, adde & illud quod ſequitur paulò poſt, quod noſtri aduerſarij varia diſtinctione, & alij additis verbis ad ſenſus Iudaicos referunt, adeò Iudaicæ infidelitatis ſunt ſtudioſi, quod Hieronymus vertit. Cum feceris mirabilia non ſuſtinebimus, deſcendiſti, mirabiliter quidem, nam Dominus in aduentu tot ædidit miracula, vt Iudæi non ſuſtinuerint, dixere enim in litteris Euangelicis. Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit, totus mundus poſt eum abit, venient Romani & tollent gentem noſtram, expedit vt vnus homo moriatur pro populo, lectio hebræa admirabilis eſt etiam quam ſic etiam vertere potes. In faciendo mirabilia non expectabamus, deſcendiſti vel faciens mirabilia non expectabamus deſcendiſti, id eſt quæ non expectabamus, ſermo enim hebræus eſt conciſus maximè. En rurſus verbũ deſcendiſti de cælo, ſcilicet, in virginis ſacræ vterum, vt de virgine intacta de ſpiritu ſancto naſcereris, intacto virginitatis clauſtro egredieris, vt poſtea clauſis foribus ingreſſus ad diſcipulos es, & ex ſepulchro obſignato reſurgens egreſſus, nam Angelus lapidem è monumento poſtea euoluit. Faciens ergo hæc mirabilia, & Angelos nunciantes paſtoribus cælo demittens, aliaque ædens innumerabilia miracula, quæ non expectabamus deſcendiſti. Nunquàm enim creditum eſt ab his qui Chriſtum expectabant Chriſtum tot & tanta tamque ſupra hominis captum miracula eſſe facturum, huc ſpectat Diuus Hieronymus, quo ſolo contenti eſſe debemus, nã, vt ait hic Diuus, quædam legiſſe intellexiſſe eſt. Hanc vulgatam D. Hieronymi quæ tam conuenienter lectioni hebrææ eſt reddita etiam vbi tranſlatio Lxx deerat vitiãt noſtri aduerſarij, & ad alios ſenſus trahunt.

De porta Ezechielis cap.44. Quæ clauſa ſemper eſt, & nunquàm aperitur, quæ eſt ſacra virgo.

Vulg. *Porta hæc clauſa erit, & nō aperietur, & vir non tranſiet per eā, quoniā Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam, eritq; clauſa principi: princeps ipſe ſedebit in ea, vt comedat panē corā Dño. Per viā portæ veſtibuli ingredietur, per viā eius egredietur.*

Lectio Hebrea.

aperietur non erit clauſa hæc Porta
הַשַּׁעַר הַזֶּה סָגוּר יִהְיֶה לֹא יִפָּתֵחַ
& vir non tranſibit per eam quia Deus
וְאִישׁ לֹא יָבֹא בוֹ כִּי יְהֹוָה
Deus Iſrael tráſibit per eam & clauſa erit
אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל בָּא בוֹ וְהָיָה סָגוּר׃
& princeps princeps ipſe ſedebit
אֶת הַנָּשִׂיא נָשִׂיא הוּא יֵשֶׁב
in ipſa ad comedēdū panem ante faciē Dei
בוֹ לֶאֱכָל לֶחֶם לִפְנֵי יְהֹוָה
per viam veſtibuli portæ introibit
מִדֶּרֶךְ אוּלָם הַשַּׁעַר יָבוֹא
& per viam eius exibit.
וּמִדַּרְכּוֹ יֵצֵא׃

Lxx. πύλη αὕτη κεκλεισμένη ἔσται οὐκ ἀνοιχθήσεται καὶ οὐδεὶς διέλθοι δι᾽ αὐτῆς, ὅτι κύριος ὁ θεὸς ἰσραὴλ εἰσελεύσεται δι᾽ αὐτῆς, καὶ ἔσται κεκλεισμένη ὅτι ὁ ἡγούμενος οὗτος καθήσεται ἐν αὐτῇ τοῦ φαγεῖν ἄρτον ἐναντίον τοῦ κυρίου, κατὰ τὴν ὁδὸν αιλαμ τῆς πύλης εἰσελεύσεται, καὶ κατὰ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ ἐξελεύσεται.

Diximus de hoc loco in capit. 7. Eſaiæ in illo: ecce virgo concipiet, citauimuſque ſcriptores ſacros qui illū de ſacra Virgine interpretantur, neque neceſſe eſt quæ illic dicta ſunt hoc loco repetere, qui volet illinc petere poteſt, illud dicam Iudæos hęc ad portam principis referre, de qua Ezechiel capite. 46. vt hæc porta non ſit ſacra Virgo, vt veteres Patres interpretantur, & diuus Hieronymus primus inter eos vbicūque in huius loci mentionem incidit, volunt ergo Iudæos ſequuti hanc partem capit. 44. eſſe eandem cum illa capitis. 46. quæ porta principis, ſi verba expendas reperias illam portam cap. 46. quæ principi ſoli patet typū huius portę capit. 44. eſſe nam prophetæ ſolent quę alibi litteraliter dicūt, alibi dicere typice & hoc loco deſcriptam eſſe S. virginē; Virginem ante partum, in partu, poſt partum, hinc intelliges quod multum ab illa porta diſtat cap. 46. quantum veritas ab ipſo typo, ſiquidē cap. 46. porta illa clauſa eſt ſex diebus die ſabbati aperiebatur & in die calēdarum, Hæc porta cap. 44. erat clauſa, neque ſat habuit Propheta hoc dixiſſe ſed adiecit: Dixit Dominus ad me, porta hæc clauſa erit & non aperietur atque illa altera aperiebatur die ſabbati & Calendis, addit: & vir non tranſiet per eam; quod virgo ſacra intacta viro fuit peccato imperuia, nā Diabolus vir aliquādo dicitur in ſcriptura, per illā cap. 6. intrat princeps qui vir erat, per hanc cap. 4. non tranſit vir, quoniā Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam in vterum ſacræ Virginis. ſ. adiecitque Propheta. Et erit clauſa, illic enim apponunt diſtinctionem Lxx, D. Hieronymus: eritq; clauſa principi, vt toties repetita hæc oratio ſacræ Virginis integritatē ob oculos ponant; vt ſit: Hæc porta principi erit clauſa, principi. i. Deo. poſtea princeps ipſe. i. Deus princeps, nam, hu, id eſt, ipſe cū abſolute dicitur nec vllum refert antecedens, in ſcriptura pro Deo accipitur, ſedebit in ea, in vtero ſacræ virginis, vt comedat panem, alatur cibo quo veſceretur Mater, vt alij infantes cibis quibus veſcuntur Matres aluntur in earum vtero: corā Domino, quia vterus virginis & ſacra ipſa virgo ſacrarium fuit ſanctiſsimæ Trinitatis per viā portæ veſtibuli ingredietur; hebraicè, per viam hulam Lxx per viam helam, id eſt, mutam & ineffabilem ingredietur clauſo virginis vtero, & per viam eius, id eſt, ipſius Dei egredietur, virtute diuina, qua clauſis ianuis ingreſſus eſt ad diſcipulos, & clauſo ſepulchro lapide ingenti reſurgens egreſſus eſt, via Dei dicitur quod ſola virtute diuina fiat hoc vt corpora etiā glorioſa per alia corpora penetrēt R. Dauid. Erit clauſa principi interpretatur. i. principis, vt porta hęc ca. 44.

 ſit

ſit porta illa principis, vt porta hęc clauſa ſit, ſit porta principis. Quidam noſter interpres magis hoc explicat quam R. Dauid, ſic enim legit: eritque clauſa, appoſita illic diſtinctione; & poſtea nouo initio, principis, & ſupplet in margine, erit, deinde, princeps idẽ manebit in ea ad comedendum panẽ, ita ſemper apud quoſdam ex noſtris Rabini magnum pondus habent, neque video quomodo vlla vi fieri poſsit, vt porta cap. 46. Ezechielis eadem eſſe poſsit, vt Rabini volunt cum hac cap. 44. qua deſcribitur ſacra virgo ante partum, in partu, poſt partum, ſacratiſsimum ſacrarium ſanctiſsimęTrinitatis niſi ſit illud quod dico, vt cap. 44. deſcribatur veritas, ca. 46. typus, Iudæos hoc non recipere non miror, qui Chriſtum non recepere, neque Chriſti diuinitatem agnoſcunt, noſtros mirari ſatis non poſſum, qui ſub ſignis Chriſti faciunt ſtipendia & ſemper Rabinos ſequuntur, ſacros authores hoc loco citare ſuperſedeo, quod eos in commentarijs in Eſaiam citauimus, horum ſi qua mentio fieret ferendum aliquo modo erat, Rabinos ſequi nulla ſanctorum patrum facta mentione intolerabile mihi ſemper viſum eſt.

Lectio Hebręa. Vulg. *Et aſcendit ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitiẽtī.*

aſpectu eius | in | puer lactens ſicut | Aſcendit &
פָּנָיו ל יוֹנֵק כַּ וַיַּעַל
ſitienti | de terra | radix | ſicut &
צִיָּה מֵאֶרֶץ שֹׁרֶשׁ כַּ וְ

Lxx. Ἀνηγγείλαμεν ὡς παιδίον ἐναντίον αὐτοῦ, ὡς ῥίζα ἐν γῇ διψώσῃ.

DE hoc loco nihil erat quod dicerẽ, ſed cogit indignatio vt aliquid addã idq; quàm breuiſsimè, quod in cõmentarijs in hunc locum Eſaię plura diximus, & ſanctorum patrum interpretationes citauimus, vbi oſtẽdimus Iudæos translatores omnes, & Lxx interpretes ſic hunc locũ vertiſſe de verbo incarnato, Aſcendit ſicut puer lactens corã ipſo, & ſicut radix de terra ſitienti, vel euangelizauimus eũ ſicut puer lactens in aſpectu eius, & ſicut radix de terra ſitienti, ſolum Symmachũ vertiſſe, & aſcẽdit ſicut virgultũ coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti, quem ſequutus eſt D. Hieron. vt vtranque translationem haberemus, Iudæis translatoribus libuit transferre euangelizauimus brachium Dei, ſcilicet, de eo enim ſermo erat, quod aſcendit vt puer lactens in aſpectu eius, iuxta illud: Puer natus eſt nobis, filius datus eſt nobis, & quod aſcenderit ſicut radix de terra ſitienti, & noſtrorũ quorundam Interpretum nullum iuuat ſic hũc locum transferre vbi verbum caro factum ex intacta virgine deſcribitur, id enim ſignificat de terra ſitienti, de terra de virgine, ſitienti, ſine viri ſemine, quaſi vero dictio Hebræa, Ionech, non frequẽtius ſignificet puerum lactentem & infantem, quam virgultum & ramum: neminem arridet verbo incarnato venienti aſpectu pueri & infantuli lactentis, vt nos è media morte eripiat? aſcribitur margini impij Rabini ſentẽtia, aſcriberetur ſaltem margini ſentẽtia illorum Rabinorum qui brachium Dei transferunt, veniſſe aſpectu infantuli lactẽtis, & ſicut radix de terra ſitienti, de virgine ſacra ſine viri ſemine.

Lectio Hebręa. Vulg. Ex cap. 8. Eſaiæ *Et acceſsi ad Prophetiſſam; & concepit & peperit filium.*

prophetiſſam | ad | acceſſi | Et
הַנְּבִיאָה אֶל אֶקְרַב וָ
filium | peperit & | concepit &
בֵּן. וַתֵּלֶד תַּהַר וַ

Lxx. Καὶ προσῆλθον πρὸς τὴν προφῆτιν, καὶ ἐν γαστρὶ ἔλαβε, καὶ ἔτεκεν υἱόν.

DE hoc loco diximus in commentarijs in Eſaiam, ſed quod quidam, vt dixi in prophetam Oſeam hunc locum interpretatur ſpurciſsime, ſed quod mihi vir religioſus idemque per quam doctus & vir optimus, nec enim eſt

eſt, inquit Ariſtot. hominis animus cui non ſit innata paſsio, mihi eſt interminatus, niſi abſtinerẽ omnia, ad Chriſtũ trahere in his quæ ſcriberem, libros meos non fore venales, hic pauliſper conſiſtere volo, ego caſſa nuce non emo, ſi pauperem me feceris tuam partem, ſi libros meos feceris parum venales, maiora tu contempſiſti, pro Chriſto Domino ego omnia ſuſque deque facio, ſed age miſsis omnibus diſpice, num quidquã ego ex ſcriptura ad Chriſtum referam, percurre quæ ego in Eſaiã ſcribo, & attẽto animo vide num meã ſententiã referã in ſingulis, an ſanctorũ ſententiã, quod ego facio, .i. vt inde probẽ litteralẽ eſſe expoſitionem, quod dũ ſingula interpretor ex veterum patrũ ſententia cohęrent omnia quæ varij ſancti in ſingulos illius capitis verſus afferant mirabiliter inter ſe, reſpondet ſermo Hebræus, & Græcus, & Latinus, ſi tibi id non placet, quod iuxta canones interpretandę ſcripturæ eam explicem iuxta ſanctorum patrum ſententiam tibi medere vir optime, qui alijs mederi ſoles, vel ex hoc loco diſpice, nũ placet tibi magis Iudęorum ſpurciſsima ſententia huius loci, an ſanctorum ſententia quos cito in huius loci commentarijs, vt acceſsi ad prophetiſſam idem ſit cum illo Euangelij: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obũbrabit tibi, Mariam nanque virginẽ Prophetiſſam fuiſſe, vel canticũ illud oſtendit: Magnificat anima mea Dominum; & Dominus hic loquitur, & adhibuiſſe ſe teſtes ait, & acceſsiſſe ſe ad prophetiſſam iuxta illud: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & prophetiſſam concepiſſe & pepeꝛiſſe ſi ſolus ipſe dixiſſem magnopere gloriarer in Domino, neque morarer libros parum venales, neque omnia extera bona mihi pręrepta, ſed huius ſentẽtię autores ſunt ſancti patres, ego hic nihil habeo niſi quod ſententiam ſanctorum in vnum locum congeſsi, & quod oſtendi eam veriſsimã eſſe ex vulgata, ex trãſlatione Lxx interpretum, ex hebræa lectione, ſi quæris quos adhibuerit Dominus teſtes, prophetas multos, neque prophetas ſolũ, ſed alios viros ſanctos, quoties aliquid magnum prophetis reuelabat qualis hic partus ſacræ virginis erat, & Spiritus ſancti ſuperuentio, non ſolum reuelauit Eſaię, ſed ſanctis viris Vrię & Zachariæ ſignificauit Spiritus ſanctus ſe ea hora hoc tantum myſterium Eſaiæ reuelaſſe, niſi enim Dominus adhibuiſſet tot teſtes prophetas & viros ſanctos myſteriorum Chriſti, quis Chriſto crederet? per prophetas factum eſſe, vt Chriſto crederemus, ait Lactantius.

Vulg. *Emitte agnum Domine dominatorem terræ, de petra deſerti ad montem filiæ Sion.*

Lectio Hebręa.

de petra	terræ	dominatorem	agnum	Emittite
מִסֶּלַע	אֶרֶץ	מֹשֵׁל	כַר	שִׁלְחוּ
Sion	filiæ	montem	ad	deſerti
צִיּוֹן׃	בַּת	הַר	אֶל	מִדְבָּרָה

Lxx. Ἀποστελῶ αὐτὸν κυριεύοντα ἐπὶ τῆς γῆς· μὴ πέτρα ἔρημός ἐστι τὸ ὄρος τῆς θυγατρὸς σιών.

HIC locus ex Eſaia cap. 16. in aduẽtu Domini in Eccleſia ſancta decantatiſsimus inceſsitur quoque à Iudæis, de quo multa dixeramus in commentarijs in Eſaiam prophetam, tamen nihil prætereundum putauimus ex prædictionibus propheticis quæ de ſacra virgine aliquid præſignificarunt, quod non ponamus ante omnium oculos, vt appareat omnes de ſacra virgine prophetias à Iudæis acerrimè oppugnari, quos ferè noſtrorum quidam ſequuntur. Erat totum hoc caput in tranſlatione Lxx aut aliena tranſlatione adulteratum aut vitiatiſsimum, vulgata D. Hierony. nobis reſtitutum diuinitus, ita vt myſteriũ incarnationis filij Dei nobis repræſentaret mirabiliter, en rurſus aduerſariorũ opera nobis è manibus extorquentur. Leges ergo in dictione, car, in theſauro Pagnini R. Abraham hunc locum ſic explanare. Emittite agnũ dominatorẽ terræ, *An quę dicatur veritas hebraica.*

id eſt, Ducem & Principem, accipio interpretationē, ſed quæro quis hic agnus eſt, dominator & princeps terrę, nam à Iudæis ſenſus non ſunt petendi, quem alium eſſe dicet quiſquàm quam agnum illum, qui tollit peccata mundi? vt ait Eſaias cap. 53. & Ioannes Baptiſta cùm locum hunc Eſaiæ citat: ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi, emitte, aut, vt hebraicè eſt, emittite agnum, non raro enim de Deo ſcriptura verbo plurali loquitur, vt perſonarum Trinitas ſignificetur, & poſtea ſingulariter, Domine, vt declaretur eſſentię vnitas, ſed illa vox Domine, inquies, Hebraicè non eſt, ſcio hebraicè non eſſe, tamen cap. 64. lib. 2. ante oculos omnium poſui, non ſolum malitia, ſed etiam negligentia Iudaica ex lectione hebręa multas voces & orationes intercidiſſe, neque hac re Iudæi fuere contenti, niſi per noſtros quoſdā qui illis ſedulam operam nauant quam plurima expungerent, & quædam etiam ex vulgata Diui Hieronymi, neque iuuat citare exemplaria peruetuſta, quæ non excedunt milleſimum annum, & Diuus Hieronymus milleſimo ducenteſimo ante floruit anno, & vulgatum eſt multos in alieno opere eſſe ingenioſos, ego Eccleſiæ matri credo quæ legit: emitte, vel emittite Domine, eo ſenſu quo dictū eſt, agnum Dominatorem terræ, qui in Apocalypſi dicitur: Rex regum & Dominus Dominantium, quanto ſatius hoc quā quod R. Ionah ait, agnum Dominatorem terræ, ideſt, camelum ſic appellatum ob velocitatem curſus quo tendit ad loca, en quos admirantur noſtrorum quidam Iudaicos ſenſus, frigidos, fatuos, hominum amentium, tamen tranſlatione nobis fauent. Vtinam noſtri tēporis quidam interpretes illorum translationem eſſent ſequuti, aut ſaltem eam margini adſcripſiſſent, emittite agnum Dominatorem terræ, ideſt, Ducē & Principem terræ, ſed quæ pro nobis faciunt hi ſcriptores ferè fugiunt, ſequūtur tamen R. Ioſeph translationem qui non putat caſu accuſandi fuiſſe interpretandum Dominatorem: ſed dominatoris, ſed mitto Iudaicas ineptias. Moabitę, aiunt Iudæi, mittere iubentur centum milia Agnorum Regi Iſrael pro tributo, quomodo ergo agnum Dominatorem interpretantur ideſt camelum, aut quis vnquam agnum camelum eſt interpretatus? cur petitur, vt mittantur regi Iuda in montem filię Sion, quæ regia erat regis Iuda, ſi regi Iſrael ſoluebatur tributum; iuxta hanc ſententiam Rex Iſrael, Dominator Moabitarum erat, cur ergo Ezechias Rex Iuda Dominator Moabitarum dicitur? adde quod ſcribitur hoc loco. Vaſtatio Moabitarum quo tempore Rex Iſrael & Rex Iuda captiui ducti erant cum ſuis populis, quo igitur mittendum erat tributum? ſed Iudæos refellere non eſt neceſſe, quorum ſententia per ſe apparet eſſe delira. Ergo: emittite agnum Domine, Dominatorē terræ, agnum illum immaculatum intelliges cum Eccleſia catholica? qui cæli & terræ Dominator eſt, de petra deſerti, de vrbe Moabitarum quę hoc nomine dicebatur, ad montem filiæ Sion, ad Regnum Iuda, vel ad montem vnde erat oritura filia Siō, ſacra Virgo, vt enim leges in hiſtoria Ruth. Illinc miſſa eſt Ruth in terram Iuda, de cuius ſanguine naſcitur Dauid ſacræ Virginis progenitor quæ de ſpiritu Sancto filium Dei concepit & peperit, noua trāſlatio ſic hunc locum vertit, vt ad noſtram & ad Iudaicam ſententiam referri poſſet cum dixit: Emittite agnum Dominator terræ, ſed cum additur margini, Dominatoris terræ, quæ eſt interpretatio R. Ioſeph Iudaicā ſententiā expreſsit magis, cur nō adſcripſit margini. Dominatorē terræ, quæ interpretatio erat R. Abrahā, & R. Ionah? an eorum Rabinorū qui contra noſtram vulgatam ſunt ſequenda ſemper interpretatio eſt? vitanda eorum Rabinorum interpretatio quæ cum noſtra concordat? quid quod in ſuo vocabulario Hebræo nec meminiſſe voluit noſtræ interpretationis? nunquam ſcripturam citat iuxta vulgatam, nec meminit illorum

n quæ ſit veritas hebraica?

Veritas hebraica quæ ſit?

illorum Rabinorum interpretationis quæ cum noſtra ſcriptura concordat, Hoc ne eſt quod gloriatur theſaurum Pagnini ſe in cōpendium redegiſſe, redigere ne in compendium id eſt præterire ſilentio quæ faciunt pro nobis referre, quæ nobis aduerſantur, quanto melius vocabularium Complutenſe, quod noſtram vulgatam citat, & tuetur, vt leges in dictione, car.

Vulg. *Rorate cæli deſuper & nubes pluant iuſtum, aperiatur terra & germinet Saluatorem, & iuſtitia orıatur ſimul. Ego dominus creaui eum.*

plüant	nubēs &	deſuper	cœli	Rorate
יִזְּלוּ	וּשְׁחָקִים	מִמַּעַל	שָׁמַיִם	הַרְעִיפוּ
Ieſum	germinent &	terra	aperiat ſe	iuſtitiam
יֶשַׁע	וְיִפְרוּ	אֶרֶץ	תִּפְתַּח	צֶדֶק
eum creaui	Deus ego	ſimul	floreat	iuſtitia &
בְּרָאתִיו׃	אֲנִי יְהוָה	יַחַד	תַצְמִיחַ	וּצְדָקָה

De hec quoque loco dictum eſt in commentarijs 45. capitis Eſaiæ; ſed vt appareat nullum eſſe locum de aduentu filij Dei in vterum ſacrę virginis quem Iudæi non peruertant aliqua Iudaica fraude, de hoc quoque loco quā paucıſsimis verbis hic quoque dicere viſum eſt. Hic locus deprauatus erat in tranſlatione Lxx quemadmodum & ſuperior ille emitte agnum domine &c. vterque reſtitutus nobis à Diuo Hieronymo erat, vterque rurſus vitiatus Iudaicis fallacijs, hoc intereſt, quod prius cum plurimæ tranſlationes ſimul ſint poſitę ab Origene, vt fit cum multi commentatores alicuius ſcriptoris ſimul ponuntur permutentur nomina, & pro Donato verbi cauſa, ſcribitur Seruius ita pro Lxx ſcriberetur quinta aut ſexta tranſlatio, aut alicuius Iudæi, qui toto erraret cælo? Hic locus vitiatus eſt totus diſtinctione & praua interpretatione, reperies à Iudæis factum hoc loco, quod ait Origines Iudæi ſcripturas lacerant, & à verbis verba diſrumpunt, ita reperias in quadam tranſlatione vt nihil minus ſonet hic locus quā Chriſti domini aduentum in vterum ſacræ virginis, ſed Iudaicum ſenſum quem leges apud Iſidorum Clarum in cōmentarijs in hunc locum, Primum illud: Rorate cæli deſuper & nubes pluant iuſtum, detractione vnius litterulæ iod, peruerterūt, vt dicatur, nubes pluant iuſtitiam, ſenſu Iudaico, & non dicatur, nubes pluant iuſtum, vt præfert vulgata, nec Chriſto deſcendiſſe de cælo dicatur, & Deus eſſe ſignificetur. Quis vnquam, aiunt, ex tranſlatione ſcriptorem ipſum tranſlatum caſtigat, quid ni? præſertim cùm ſuſpectus hoc nomine eſt tanquam ſit aliquā fraude viciatus, imo aliter caſtigari nullo modo poteſt, vt ex Diuo Hieronymo oſtendimus fuſe & latè lib. 2. cap. 19. & in præfatione huius tertij libri, alijſque locis multis exemplo codicis Hiſpani, qui multis ante annis tranſlatus latinè eſſet, ſi vbi legeretur, mucho fuego, linidum multum tranſlatum videres, an nó intelligeres temporis iniuria Hiſpanam lectionem eſſe vitiatam, & in ea non legendum eſſe, mucho fuego, ſed, mucho iuego? ſi vbi legeretur, trayan mucho lino, videres tranſlatum, multum meri apportabatur, non intelligeres legendum eſſe, trayan mucho vino & nòn, trayan mucho lino? quis tam expers ingenij eſſet qui aliam exigeret probationem, etiã ſi omnis abfuiſſet dolus, nam litterula illa, iod, ex lectione Hebræa millies ſolet intercidere, millies ſolet redũdare, norũt hoc qui Hebraice ſciunt; & fatebuntur omnes niſi velint pertinaciſsime iudaizare. Ergo hoc loco crepent licet medij Iudæi, Chriſtus deſcendiſſe de cælo dicitur. Nubes pluant iuſtum, inquit ſcriptura, ſequitur, aperiatur terra, & germinet Saluatorem, Hebraicæ aiunt, eſt, germinent, ita eſt, nam vertı poteſt lectio Hebræa aperiat ſe terra & germinent Ieſum, vt operam Spiritus ſancti, & virginem ſacram ſignificet verbum illud plu-

rale, vt Spiritus ſanctus, & virgo ſacra Dei mater germinarint Ieſum, Iudæi germinent ſalutem, vertunt, nũquam enim fatebuntur, Ieſa, Ieſum ſignificare, aut ſaluatorem, aut ſalutare Dei, his enim modis omnibus à LXX viris vertitur, & à D. Hieronymo, & à tranſlatoribus Iudæis antiquiſsimis Symmacho, Aquila, & Theodotione, reliquiſq;, quanto melius aiunt, vertetur, germinent ſalus & iuſtitia, vt verbum plurale congruat cũ duobus illis ſuppoſitis, ſic aiunt Iudæi, quos noſtri quidam ſequuntur, vt admirabile hoc Dei oraculum peruertant. Hos refellit verbum ſequens, oriatur ſimul, ſi vertendum eſſet, germinent ſalus & iuſtitia, oriantur ſimul erat legẽdum, ſubaudiunt verba & perturbant omnia Iudæi, vt cohærere poſsit ſenſus Iudaicus, defenſores ſcilicet, ſynagogæ Iudæi hoc faciunt, Chriſti Domini, vt Athanaſij verbis vtar, & ſacræ virginis perduelles, vt videant noſtrorum quidam quos duces ſequantur: ſed hoc quoque refellit ſequens oratio. Ego Dominus creaui eum, quem eum? tantum enim præceſsit iuxta ſententiam Iudaicam, ſalus & iuſtitia, Cyrum, aiunt, regem, de quo in principio capitis; eadem opera dicere poſſes referre Adamum, de quo in principio Geneſeos. At vide quanto noſtra fluant lenius & ſuauius: Rorate cœli deſuper, ros hic viuificatiuus eſt vnigenitus Dei filius, qui ros lucis dicitur, & ros luminium, vt leges in meis Commentarijs in illa verba capite. 26. Eſaiæ: quia ros lucis ros tuus: poſtea nubes pluant iuſtũ, iuſtus Chriſti nomen eſt ſecundum humanitatem, res eſt per vulgata, deſcendat de cœlo Chriſtus, iuxta illud. Nemo aſcendit in cœlum niſi qui de cœlo deſcendit filius hominis &c. Aperiatur terra & germinent ſaluatorem, Spiritus ſanctus, ſcilicet, & terra, ideſt, Maria, ſe aperiens, ideſt, pariens, de quo alibi dicendũ eſt contra Renanum, germinent ſaluatorem, vel germinent Ieſum, vt hebraicè eſt, iuſtitia oriatur ſimul, iuxta illud, orietur in diebus eius iuſtitia. Ego Dominus creaui eum, Ieſum, ſcilicet, iuxta humanitatem; hæc omnia procliuia ſunt & plana, vt dicere poſſes ſacrę virgini. Da mihi virtutem contra hoſtes tuos. Incredibile dictu eſt quam multi ſunt qui Oraculis de virgine ſacra aduerſentur. Auguſtinus in oratione contra quinque hęreſęs cap. 4. ſub finem capitis hac Prophetia ſupradicta refellit Arianos, & Chryſoſtomus tomo primo in Homelia de eo quod ſcriptum eſt in Pſalmo. 71. Deſcendet ſicut pluuia in vellus, hac Prophetia aduentum Chriſti docet ſignificatum, vt illa quoque deſcẽdet ſicut pluuia in vellus, tam refutatio hæreticorum quæ apud Auguſtinũ eſt, quam Prophetię de Chriſti aduentu, & cantus Eccleſiaſtici de aduentu Domini ruunt Iudaica interpretatione, quia deriſui ſumus noſtris aduerſarijs.

Vulg. *In medio duorum animalium cognoſceris. Abacuch cap. 3.*
In Antiphona lectionis. 6. Circumciſionis.

cognoſceris	annorum	In medio	
תּוֹדִיעַ	שָׁנִים	בְּקֶרֶב	Lectio Hebręa

ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθήσῃ. LXX.

Pingi ſolet puer Ieſus recens natus inter duo animalia in præſepi, fuere qui nos hęc & ſimilia ſic depicta à pictoribus ad interpretationem ſcripturarum traxiſſe criminentur, & inde hunc locum Abacuch fuiſſe interpretatos, & illum Eſaiæ, Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus pręſepe Domini ſui, de quo in Cõmẽtarijs in Eſaiam diximus abunde, neque defuere tempeſtate noſtra qui hanc hæreticorum calumniam aduerſus Eccleſiaſticos cœperint ſuſcitare, quam refellit Diuus Auguſtinus contra Iulianum Pelagianum lib. 5. c. 2. neque dubium eſt pictores hęc mutuatos à doctoribus Eccleſiaſticis qui ita

ſcripturam ſanctam interpretantur nõ doctores Eccleſiaſticos picturas ad interpretationẽ ſcripturæ adhibuiſſe Beatus Proſper Aquitanicus de promiſſionibus & prædictionibus Dei parte.3.capite de Chriſto poſito in præſepi. Eſaias, inquit, dixerat: Agnouit bos poſſeſſorẽ ſuum, & Abacuch. In medio duorum animalium cognoſceris. Lucas completum Euangelizat, Cum impleti ſunt dies Mariæ peperit filium, & poſuit in præſepi, & Auguſtinus contra Paganos & Arianos hunc locum ad præſepe quo Chriſtus poſitus eſt infans referre videtur, ſciendum tamen eſt, quod infra dicendum eſt latius, duplicem eſſe ſenſum iuxta quem doctores ſacri interpretantur ſcripturam, litteralem & ſpiritualẽ, litteralem appellant hiſtoricum, qualis is eſt quem diximus, ſpiritalis autem ſenſus eſt iuxta quem Prophetiæ, & Euangelica ſcripta etiam ſolẽt explanari. Auguſtinus de ciuitate Dei lib.18.capit. 32. In medio duorum animalium cognoſceris, interpretatur, In medio duorũ teſtamentorum, aut in medio Moyſi & Heliæ in transfiguratione, aut in medio duorum latronum, quemadmodũ Proſper Aquitanicus fuerat interpretatus parte.2.cap.8. & Auguſtinus contra Iudæos & cõtra Paganos & Arianos cap. 63. cùm ad præſepe quo Dominus poſitus fuerat retuliſſet ſenſu ſpiritali. In medio duorum animaliũ, in medio duorum teſtamentorum interpretatur, aut in medio duorum latronum, in medio Moyſi & Heliæ, & Gregorius & Tertullianus & alij veteres. Sed quid refert, inquies, nihil horum hebraicè eſt, fruſtra ergo erunt tot veteres? nihil minus, lectio hebrea eſt.

reuiuificauit vel viuificauit annorum in medio
בְּקֶרֶב שָׁנִים חַיֵּיהוּ׃

In medio annorum viuifica illud, vt vertit D.Hieronymus, aut reuiuifica illud, vt vertit Symmachus, vt ad paſsionem Domini & reſurrectionem referas, & ſit ſenſus: Audiui auditionem tuã? de paſſione Domini, ſcilicet, & timui, expaui Domine, opus tuum, quo redemiſti, ſcilicet, humanum genus in medio annorum, in fine veteris teſtamenti & in principio teſtamenti noui, viuifica illud, vel reuiuifica illud, reſuſcita à mortuis illud cadauer tuum, in medio annorum notũ facies, eo tempore prædicare facies Euangelium, cùm iratus fueris, cùm deleueris Iudæos poſt crucem Domini, miſericordiæ recordaberis, placaberis; ſed lectio illa hebræa duplex eſt, vt liquet ex Euſebio lib.6. Demonſtrationis Euangelicæ, demonſtratione.15. ſi hebraicè ſcias, nã quod hebraicè eſt, vt dixi, bequereb ſanim, legere potes mutatis punctis, bequereb ſenaim, in medio duorum, chaiehu Lxx legere, chaioth, animalium, ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθήσῃ, & poſtea, bequereb, mutatis punctis legere, bequarob, cùm appropinquauerint, ſanim, anni, thodiah, notum facies, vt ſic totum vertatur. In medio duorum animaliũ cùm appropinquauerint anni notum facies, tamen ex tranſlatione Lxx planum fit pro, thodiah, mutato puncto qui eſt in ſuperiore parte litteræ in vẽtrem ipſius litteræ legendum, thudiah, cognoſceris, & ex eadem lectione Lxx deeſt alterum verbũ, thudiah, vt ſit totum, bequereb ſenaim chaioth, thudiah, In medio duorum animaliũ cognoſceris, cùm appropinquauerint anni cognoſceris, vt ſit illud Pauli: Cùm venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum factum ex muliere. Sed durum eſt, inquies, dicere verbum hebræum deeſſe in lectione hebræa, & mutare duas litteras aut tres, de punctis quæ mutari ſolent dictum eſt à nobis ex D.Hieronymo lib.2. huius operis.c.16. & 17. & de Symmacho, & Theodotione cap.22. de verbis quæ deſunt & ſuperſunt in lectione hebræa, & de mutatis litteris cap.64. eiuſdem libri dictũ eſt à nobis fusè & latè, ideo enim præmiſi librum ſecundum, vt quicquid dicerem in defenſionem aut lectionis Eccleſiaſticæ, aut ſanctorum Patrum haberem

berem probatum, ergo hunc locum de partu ſacrę virginis iuxta Lxx aut de paſſione Chriſti, iuxta tranſlationem Diui Hieronymi Iudæi & eorum aſſeclę, vt leges apud Vatablum & Iſidorum Clarum ad captiuitatem Babylonicam referunt cum Iudæis, vt intelligas omnia noſtra ab aduerſarijs peruerti, & alio trahi. Peruertitur enim à Iudæis ſcriptura ſacra, aut manu aut peruerſa interpretatione. Id enim petunt hæc exempla, vt ex his intelliges non hæc peruerti tm̃ à Iudęis & eorum aſſeclis, ſed ad horũ exemplum omnia ſcripturę ſenſa ſacra: quantulum enim erat ſi à noſtris aduerſarijs hæc tantũ peruerterentur.

De titulo, cap. 3. Abacuch, de quo ſuperiore capite dictum eſt. Oratio Abacuch pro ignorantijs.

VAriæ ſunt ſententiæ Rabinorum de huius capitis titulo, pro ignorantijs vertunt alij, vt reddidit D. Hieronymus, quod interpretari potes pro cæcitate Iudæorum, qua obcœcati Chriſtum Dominum in crucem ſuſtulere cõuenienter eius tranſlationi, nam vt dictũ eſt, duplex ſæpè hebræa eſt lectio, vt duplex ſignificetur Chriſti myſterium, R. Immanuel, ſigaion reddidit: accipit enim pro nomine proprio cantionis, hanc interpretationem alius Interpres ſequutus eſſe videtur, ſuperiorẽ margini adſcripſit, R. Ionah, & alij, ſigaion, lœtitiam interpretantur iucunditatem & complacentiam, & cantici ſpeciem, ſic leges in dictione, ſaga, in theſauro Pagnini, & in alijs quibuſdam in eadem dictione, ſaga, hanc poſtremam ſignificationem ſequuti videntur Lxx qui vertere canticũ, vel cum cantico, conuenienter eorum interpretationi de Chriſto Domino nato, & in pręſepi poſito, angelicis cantionibus celebrato, & lœtitia, & iucunditate cœleſtis exercitus paſtoribus euangelizato. Hęc Vatablus & Iſidorus Clarus ad Iudaica referunt, quamuis admonuerit D. Hier. interpretationẽ quam ſequuntur eſſe Iudaicam.

Vulg. *Propter hoc dabit Deus vſque ad tempus in quo parturiens pariet.*

pariens	parturiens	tempus	vſque	dabit eos	ideo	Lectio
יָלָדָה׃	יוֹלֵדָה	עֵת	עַד	יִתְּנֵם	לָכֵן	Hebręa.

διὰ τοῦτο δώσει αὐτοὺς ἕως καιροῦ τικτούσης τέξεται. Lxx.

HAEC prophetia Michææ cap. 5. vaſtandam Iudęam poſt crucem Domini ſignificabat, & delendas omnes tribus Iſrael, & præfinitum eſſe tempus huic vaſtationi & Iudaicarum vrbium deſolationi quæ perpetua erat futura vſque ad conſummationẽ ſæculi, partum virginis, ſic Euſebius Cæſarienſis demonſtrationis Euangelicæ lib. 2. demõſtratione. 51. & lib. 7. demonſtratione. 5. tamen neſcio quomodo vix quiſquam eſt qui hunc locum tam manifeſtum de virgine ſacra de ea interpretari velit, ex noſtri temporis ſcriptoribus. Huius loci meminiſſe libuit vt traditionẽ Eccleſiæ de virgine ſacra ei ſubiungerẽ; notũ eſt illud Zachariæ apparuiſſe Angelum, & ei nuntiaſſe pro creaturum ex vxore Ioannẽ Baptiſtam cum vterque con ſenuiſſet, quod angelo non credidit Zacharias mutus eſt factus quoad natus eſt Ioãnes Baptiſta, tunc reſtituta lingua dixit canticum illud: Benedictus Dominus Deus Iſrael &c. cum eſſet ergo ſummus ſacerdos, & in templo locus virginibus eſſet deſignatus ſacram virginem poſt natum Dominum inter virgines collocauit, quo facto perturbati Iudæi, rogant ſummum ſacerdotem cur mulierem quæ pepererat inter virgines collocaſſet, reſpõdit Zacharias Mariam ſacram virginem eſſe & peperiſſe virginem, hoc multo magis tumultuari cœpere Iudæi quod illis in mentem venit huius prophetiæ qua prædictum erat vaſtationis & deſolationis Iudææ præſtitum tempus cum virgo pariens pare-

ret,

ret,& hæc affirmantem Zachariã iam eſſe completa gladio ante altare trucidant,& hoc volunt Dominum ſignificaſſe Matthæi cap.23.verbis illis, vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſuper terram à ſanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ quem occidiſtis inter tẽplum & altare. Huius ſententiæ author eſt Origenes in hæc verba quæ citaui cap. 23.Matthæi,multiſque verbis eorũ qui aliter interpretantur ſententiam confutat ex ipſis verbis Domini qui dixit,quẽ occidiſtis,non,quem occiderunt patres veſtri, neque dixit, quem lapidauerunt patres veſtri,ſed quem occidiſtis, gladio enim interfectus dicitur, non lapidatus vt Zacharias filius Ioiadæ ſacerdotis,& quod neque ſententia conſtat ſibi,ſi Dominus dicat vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus à ſanguine Abel vſque ad ſanguinem Zachariæ filij Ioiadæ, qui fuit ſeptingentis annis ante Domini in carne aduentum,quid? nullum iuſtum putas occiſum à Iudæis per annos ſeptingentos? leges centies apud Hieremiam Reges in captiuitatem ductos,quod veluti leones in ſuos erant, & vrbem Hieroſolyma leænam appellatam quod pareret Reges & Principes leones immanes in ſuos,quid reliquo tempore,& Machabæorum temporibus,quot vides iuſtos ab impijs Iudæis interemptos? qui non ſolum ipſi in Iudæos pios immaniter ſæuiebant, vt leges apud Ioſephum lib.9.cap.13.& libro.10.cap.4. ſed etiam Antiochum inſtigabant vt Iudæorum religionem tolleret,omneſque pios Iudæos deleret,nullas ne hi ſanguinis tot hominum pientiſsimorum effuſi pœnas dabunt? Nam hic tot iuſtorum ſanguis poſt Zachariam filium Ioiadæ effuſus eſt,neque quiſquam dicet impunè habituros qui tot iuſtorum ſanguinem effudiſſent,neque ſententiæ cohæret, vt dicatur luituros Iudæos ſanguinem iuſtorũ effuſum à ſanguine Abel vſque ad ſanguinem Zachariæ filij Ioiadæ, nam dici poſſet, quid de vindicta iuſtorum qui occiſi ſunt per ſeptingentos annos à Zacharia filio Ioiadæ vſque ad tẽpus quo inſtabat Chriſti Domini paſsio? qua paſſione Iudæi impleturi erant menſuram patrum ſuorum,vt omnia ſimul luerẽt, verior ergo ſententia Origenis eſt. Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus ab Abel vſque ad hęc tempora, vſq; ad occiſum Zachariæ patrem Ioannis Baptiſtæ,vt dicat omnia eſſe luenda à primo iuſto vſque ad vltimum iuſtum funera in iuſtos ædita,hoc idem ſignificat Tertullianus aduerſus Gnoſticos: Zacharias,inquiens, inter altare & ædem trucidatur perennes cruoris ſui maculas ſilicibus aſsignans,trucidatur,inquit, vt Origenes, non lapidatur, & ſanguinis maculas velut recens effuſi manſiſſe perennes,in eadem ſententia eſt D.Baſilius & Theophilactus in hunc eundem locum,& Euthymius Zigabonius,& omnes authores ſunt hanc eſſe traditionem quæ ab Apoſtolis vſque ad eorum tempora quaſi per manus tranſmiſſa eſt:Hieronymus tamen contra ſentit, ſi modo illa ſententia Hieronymi eſt, quæ mihi non eſſe videtur,vt enim diximus in huius operis Prolegomenis, Hieronymus ſæpè profeſſus eſt ſe omnium ſententias in ſuis commentarijs eſſe complexum tam probandas quam improbandas, & ægrè fert hic Diuus ſibi imputari omnia quæ in ſuis Commentarijs ſcripta leguntur,cùm tàm ſuas quàm alienas citra diſtinctionem referat ſententias,qua de re in Prolegomenis fusè dictum eſt,& reſponſum obiectionibus quæ fiunt, & quoniam prudenti lectori D. Hieronymus hęc diiudicanda permittit prudens lector videat nũ verba ſint hæc D. Hieronymi, quibus traditiones veterum à temporibus Apoſtolorum per manus acceptas Apocryphorũ ſomnia nominentur: certè traditiones Eccleſiaſticas D.Hiero.in primis veneratur, nec illa mihi de ſententia D.Hiero. dictá videntur de traditionibus Eccleſiæ hoc quia de

de ſcripturis non habet authoritatem, eadem facilitate contemnitur, qua probatur, ſi hæc ratio valet nihil põderis vlla Eccleſiæ traditio habebit, quippe traditio non habet de ſcripturis authoritatem, neque quod quem Euangelium nominat Zachariam filium Barachiæ, ipſe filium Ioiadę facere conatur, cùm receptiſsima regula ſit nullius Doctoris etiam eminentiſsimi authoritatem contra canonicas ſcripturas valere, Zacharias dicitur in litteris Euangelicis filius Barachiæ non Ioiadæ, neque Euangelium D. Matthæi quo vtuntur Nazareni hebraicè cõſcriptum receptũ in Eccleſia Catholica eſt, vt ex eo caſtigari aut explanari D. Matthæi verum Euangelium debeat. D. Chryſoſtomus ſuper caput D. Matth. 23. Homilia. 75. duas treſve opiniones huius loci refert, inter quas vna hæc eſt quam nos putamus eſſe veriſsimam.

Vulg. *Hæreditas Domini filij, merces fructus ventris.* Ex Pſalmo. 126.

Lectio Hebręa.

merces	filij	Deus	Hæreditas
שָׂכָר	בָּנִים	יְהוָה	נַחֲלַת
		ventris	fructus
		הַבָּטֶן׃	פְּרִי

Lxx. ἡ κληρονομία κυρίου υἱοὶ ὁ μισθὸς τοῦ καρποῦ τῆς γαστρός.

HVnc locum Pſalmi. 126. ſic diſpungunt veteres patres. Hęreditas domini filij, appoſita diſtinctione, merces, appoſita ſubdiſtinctione, poſtea fructus ventris, vt fructus ventris ſit Chriſtus, qui proceſsit ex ventre ſacratiſsimæ virginis Mariæ, ſed non ab re futurum arbitror huius Pſalmi ſenſum percurrere, quam paucißimis verbis & ſenſum Iudaicum, quem ſequuntur Vatablus, Iſidorus Clarus, & alij cum Eccleſiaſtico ſenſu comparare. Niſi Dñs ædificauerit domũ in vanũ laborauerũt qui ædificãt eam, niſi Dñs cuſtodierit ciuitatem fruſtra vigilat qui cuſtodit eã. Interpretãtur hęc de ædificatione domus, & ciuitatis terrenæ, quas niſi Dñs ædificet & cuſtodiat fruſtra laborare dicatur ædificator & cuſtos, qui ſenſus Iudaicus falſus eſſe apparet, cùm multas ab impijs ædificatas videamus domus & vrbes cuſtoditas, cum quibus Dominus concurrit cõcurſu generali quod aiunt, quo concurſu concurrit cum pijs & impijs, ſed neq; pius nec impius cum domos ędificanr, aut vrbes cuſtodiunt, fruſtra laborant, videmus enim impiorum domos & vrbes durare multo tempore & cuſtodiri per tempora multa, en quod Hilarius ait & Euſebius Iudæos cùm interpretantur prophetias eas facere mendaces, quandoquidem multo plures impiorum domos, & peccatorum ſtare videmus, quã ſanctorum domos, & multo plures infidelium vrbes cuſtoditas validius videmus, quam vrbes fidelium, ſi prophetias Domini eas putare debemus, quas rerũ euẽtus probat, quod ait Dominus apud Hieremiam cap. 28. profecto falſa erit hæc prophetia, niſi dicas Dominum infidelibus ędificare domos, fruſtra ergo obſtetricibus AEgyptijs ędificaſſe domos dicetur, quãdo citra diſcrimen omnibus ædificat domos, ſenſus Eccleſiaſticus veriſsimus eſt, nos domus Dei ſumus, qui niſi per Chriſtum ædificemur ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum fruſtra laboramus, Hęreſis enim Pelagiana eſt ſi dicamus nos viribus naturę poſſe aliquid facere, vt coaptemur in hoc ędificium, ciuitas quoque anima noſtra eſt quæ habet partes multas, & prædita virtutibus eſt & cuſtodiri à nobis non poteſt niſi à Domino cuſtodiatur: Docet Plato multis locis quomodo anima noſtra ſit ciuitas. Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere, ſi Deus vos non adiuuat, inquiunt, ſurgite poſtquam ſederitis, id eſt etiam ſi vos conteratis labore, & poſtquam paululum conſederitis, rurſum ſurgatis ad laborem nihil promouebitis: qui manducatis panẽ doloris, id eſt, qui infœlices eſtis, cùm dederit dilectis ſuis ſomnũ, id eſt, dormientibus ſuis charis & dilectis dat multa bo

na quæ non dat laborantibus, quos non diligit, interpretantur enim Iudæi de bonis temporalibus, quæ Deus, inquiunt, non dat eis quos non diligit, etiam ſi ſe conterant labore, etiamſi noctes & dies ducant inſomnes, eis verò quos Deus diligit, etiam dormientibus dat multa bona terrena. Refellam ne hunc Iudaicum ſenſum quem tamen plærique noſtrum ſequuntur, ex Ariſtotele qui eos qui dicerent bonam fortunam quam vulgus appellat Deum eſſe, inde confutat, quod bona fortuna impijs fauet & ſceleroſiſsimis Deo inuiſis, quibus Deus non fauet? An ex Platone eos refellam, qui libro. 1. de R. P. hanc Iudaicam ſententiam defendit, & perſequentes omnes libros de R. P. refellit? Eccleſiaſtica ſententia veriſſima eſt: vanum eſt vobis ante lucem, ante gratiam datam à Deo, ſurgere à peccato, niſi enim prius nos mouerit Deus, vt conuertamur, & conuerſis det gratiã non poterimus ſurgere à peccato. Surgite poſtquam ſederitis, in cinere & pœnitentia, qui manducatis panem doloris, qui lugetis peccata, poſtquam egeritis pœnitentiam accipietis gratiam & ſurgetis, cum dederit dilectis ſuis ſomnum, ſomnum appellat mortem, quaſi dicat, dilecti poſt mortem, in reſurrectione intelligent quantum illis profuerit pœnitentiæ luctus. Hæc eadem Plato non ſolum ſacri Patres. 2. & 3. libro de R. P. vbi etiam illa pene expreſſa reperies tanquam aurum in fornace probauit electos Dominus, & illa: lapidati ſunt, ſecti ſunt. & lib. de legibus: maximum vitæ bonum viris bonis mors eſt. Sequitur deinde: Ecce hæreditas Domini filij merces fructus ventris. Quod Iudæi ſic, hæreditas quam ſuis dilectis tribuit Dominus illa eſt, vt augeantur multa prole, vt procreent multos filios, & merces quam reddit Dominus dilectis ſuis fructus ventris, vt procreent liberos, & quam audacter ille alter quod cinctus erat magno ſuorum numero qui ſe veluti iuncta phalange defendunt, hunc eſſe verũ prophetæ ſenſum profitebatur, & pro certo hoc habere deberi, quid quæris? hiſcere non auſus ſum, quod me circunſiſtebant aduerſarij multi, eiuſdẽ factionis, neque licebat hiſcere, hic tamẽ infodiam, primũ ab iſtis viris bonis quæro ecquẽ ex philoſophis legerint qui fœlicitatẽ in procreatione multorũ liberorum etiã bonorum ſitam eſſe dixerint, & in multa prole? mitto philoſophos, quem baiulum reperias, qui fœlicitatem terminet in multis ſuſceptis liberis præſertim ſi mali ſint, & de R. P. male mereantur? Ad hanc normam Ægyptij, quos Ariſtoteles ait procreare filios ſupra cæteras nationes numeroſos, fœliciſſimos omnium nationum dices, & Hiſpanos quos Cicero numero filiorũ reliquas vincere nationes ſcripſit, reliquis nationibus beatiores dices; ſed omnes hos Iudæi vincẽt poſt crucem Dñi, quos Hieron. ait vermiculari. i. numeroſos filios procreare ad inſtar vermiculorũ, qui ex re putrida naſcuntur, hos quoque dices poſt crucem Domini eſſe fœliciſſimos & Deo chariſsimos, poſt immane illud editum in Regem gloriæ facinus appellabis fœliciſsimos, quod, vt verbo D. Hieronymi vtar, vermiculantur. i. edunt tam numeroſam prolem quam numeroſi ſunt vermiculi ex re putrida, ſicut ſagittæ, aiunt in manu potentis ita filij excuſſorum, ideſt, ita filij eorum qui veluti ſagittas arcu, ita filios excuſſere multos & procreauere, & beatus vir qui impleuit deſyderium ſuum vel pharetram ſuam, ex ipſis liberis; qui cinctus eſt magno liberorum numero, non confundentur, in porta ciuitatis, cum conſiſtet aduerſus inimicos; quid plus diceret gentilis, ſi procreati ſint multi filij, illos eſſe veluti ſagittas in manu potentis quas contorqueat in eos quos velit, & beatum eſſe virum qui multos habeat filios, vt ſe ſe opponere poſsit inimicis. Bene Origenes, prophetias, ait, explanatas ſenſu Iudaico non modo non eſſe prophetias, ſed ne ſapientis quidem hominis

minis ſententias, quis enim ex philoſophis & ſapientibus hæc diceret? eadem opera maleficum & violentum hominũ genus in R.P.fœlicitate ſumma pręditum eſſe dixeris, quanto præſtabilior ſanctorũ interpretatio cum dixerit propheta in reſurrectione futuram eſſe perfectam redemptionem, quod iuſti cùm exeunt de vita ſubuehuntur quidem in cœleſtia tabernacula, tamẽ perfecta animę & corporis redemptio in redemptione eſt futura: ecce, inquit, hæreditas domini filij, id eſt, hi qui facti ſunt filij Dei, de quibus D.Ioannes. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, hi filij Dei erunt hæreditas Domini, & erunt merces fructus ventris, id eſt, Chriſti domini, qui natus ex virgine ſacra factus eſt fructus vẽtris, ergo humanitas aſſumpta hanc accepit mercedem, vt gentes vocatæ in filijs, ſint hæreditas eius, dedit eis, inquit, poteſtatem filios Dei fieri, qui credunt in nomine eius. Eodem modo Auguſt. excepto quod fructus ventris interpretatur eccleſiæ, eos qui ex Eccleſiæ vtero renaſcuntur in filios Dei, addit Auguſt. de verbis Apoſtoli. Hæreditas Dei ſic ſunt filij, id eſt, qui facti ſunt filij Dei, vt ipſe Deus ſit quoque hæreditas noſtra, filij ergo Dei ſunt merces & hæreditas Dñi propter incarnationem & redemptionẽ generis humani. Ambroſius quoque in Apologia Dauid: Fructũ ventris interpretatur Chriſtũ dñm Dei filium, quod carnẽ ex ſacra virgine Maria ſuſceperit. Tertullianus quoq; aduerſus Marcionẽ lib.3.c.14. Fructum ventris Chriſtum nominat, quod eius caro ex Mariæ ſacræ vtero floruerit, & cauſam vt fructus ventris dicatur ibi multis verbis reddit, & Hilarius in hunc Pſalmũ eodem modo explanat, vt filij Dei ſint hæreditas Domini, & ſint merces fructus ventris. i. Chriſti, quod merces eius Chriſti, eius hæreditas eſt, & dñs fructus ventris, quem fructũ pariens virgo progenuit, deinde, tanquàm ſagittæ in manu potẽtis, ita filij excuſſorum: vt ſagittæ celeri volatu feruntur ad deſtinata loca, ita filij excuſſorũ, quos veluti ſagittas excuſsit dñs in omnes partes terræ, iuxta illud: Et poſuit me tanquam ſagittã electam, ſuis enim nominibus dominus participat ſuos, ſed filij excuſſorũ .i. filij excuſsi, forma dicendi Græca eſt, vt filij medicorum medici, filij philoſophorum philoſophi, filij Græcorũ Græci. Sic filij excuſſorũ, id eſt, excuſsi à domino ad ſagittarũ inſtar qui totum orbem breuiſsimo tempore peragrarunt, & ſic lectio hebræa poteſt verti. Sic filij excuſsi voce paſsiua à nahar, quod excutere ſonat latinè, nahur, excuſſus, nehurim excuſsi, filij excuſsi. i. apoſtoli, quos ad inſtar ſagittarũ excuſſos, ait Propheta à domino, & ſicut ſagittas fuiſſe in manu potẽtis, ſic fuiſſe filios Apoſtolos excuſſos à Dño velut iacula immiſſos in totũ orbẽ: nec ſcio quid habuerit Hilarius cur reprehẽderetur, nam & Græcum verbũ & hebræum hoc ſignificant, & in voce paſsiua ſunt poſtea: Beatus qui impleuit deſideriũ ſuum ex ipſis, vel beatus qui impleuit pharetram ſuam ex ipſis filijs excuſsis. i. ex Apoſtolis miſsis ad prędicandum, vt ipſe quoque ſagitta Dñi fiat, & pharetrã ſagittis cõpleat, & fiat ipſe verbi prædicator, & multas animas ad Chriſtũ adducat, vt non confundatur cum loquetur inimicis ſuis in porta, in iudicijs aduerſus gentes & Iudæos, quod in illa hora dixit Dominus, dabitur vobis quid loquamini, vel beatus qui impleat deſyderium ſuum ex ipſis, qui ſe cõpleat doctrina Apoſtolica & Euangelica ex ipſis Apoſtolis, quos Dominus velut ſagittas excuſsit per totum orbẽ, & ideò eos propheta appellauit excuſſos emiſſos à dño.

Vulg. *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet.*

Dominica ſecunda Aduentus. Lect.1.

Lectio Hebręa.

Et naſcetur virga de radice. Ieſſe & truncus
וְיָצָא חֹטֶר מִגֵּזַע יִשָׁי וְנֵצֶר
de radice eius aſcendet
מִשָּׁרָשָׁיו יִפְרֶה׃

LXX. καὶ ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης αὐτοῦ ἀναβήσεται.

Naſcetur

NAſcetur virga de radice Ieſſe, id eſt, virgo Maria, ait Tertullianus aduerſus Iudæos in probatione Natiuitatis Chriſti ſub finem, deinde. Et flos de radice eius aſcendet, flos inquam ille qui odoris fragrantia infiniti in cœleſti Hieruſalem beatos omnes complet; Iudæi detracta virgula quadam perexigua in truncum quendam putridum & fœtidum commutant, vt leges apud Hieronymum in ſecundis Commentarijs in cap. 14. Eſaiæ in illud, Omnes reges gentium, cum pro, ה, ſcribunt ר detracta illa virgula inferiori, vt pro נצה, ideſt, flos, ſcribatur נצר; ideſt, vt pro flore ſcribatur truncus putridus, vel truncus; Non aiunt inquient illi נצר ſignificare truncum putridum, vt florem noſtrum qui ſuauiſsimè fragrat Angelis conuertat in truncum putridum. Intelligentibus ſuis loquuntur ſi נצר truncum putridum etiam ſonat qui נצה florem, commutat in נצר commutant florem illum odoratiſsimum, in putridum truncum, adnotat, inquient, D. Hieronymus hebraicè pro flore truncum eſſe, ipſe tamen hoc videns, florem vertit, quidam interpres truncũ tranſtulit, profeſſus ſe quæ aptiſſima ſunt in ſua tranſlatione ſequuturũ, & noſtram Eccleſiaſticam lectionem ad veritatem lectionis hebręæ eſſe caſtigandam; ergo nõ legetur; flos de radice eius aſcendet, ſed truncus, aut truncus putridus de radice eius aſcendet, & hæc erit aptiſsima interpretatio, vt ſi Iudæis impijs libeat Chriſto Regi Regum, & Dño Dominantium, vt in Apocalypſi dicitur, conuitiari, excutiatur nobis è manibus Eccleſiaſtica ſcriptura ab Apoſtolis tradita. Et vnius litteræ detracta virgula perexigua detrahere licebit nobis Chriſtum florem odoratiſsimum & in locũ illius truncum fœtidum nobis obtrudi.

Et replebit eum Spiritus timoris Domini. Eſai. 11.

Lectio Hebręa.	Dei יְהוָה	in timore בְּיִרְאַת	replebit eum ſpiritus וַהֲרִיחוֹ	Et
LXX.	ἐμπλήσει αὐτὸν πνεῦμα φόβου θεοῦ.			

QVam congruent illa quæ ſequuntur, & requieſcet ſuper eum trũcum putridum ſpiritus Domini, an potius, requieſcet ſuper eum florem odoratiſsimum ſpiritus Domini ſpiritus ſapientiæ & intellectus, &c. Et enumerantur ſeptem ſpiritus ſancti dona, nam Eccleſia Catholica à ſuis initijs, & omnes ſancti Patres ſeptem dona Spiritus ſancti faciunt ex hoc ipſo loco de quo ſermo eſt; quidam interpres ſex dona Spiritus ſancti fecit hoc eodem loco, maluit enim ſequi Rabinos qui nobis aduerſantur, quam Rabinos qui nobiſcũ faciunt, ſunt enim Rabini qui ita vertunt hunc locum totum de Spiritus ſancti donis vt reddidere LXX viri, vt tranſtulit D. Hieronymus, & quoniam in Commentarijs in hunc locum Eſaię fuſè de his omnibus dictum eſt, illud dicam tantum, ſi quis in hortulo habeat florem odoratum clamoribus totam domum replet, & iniquiſsimo animo fert à ſuibus eſſe depaſtum, & nos ęquo animo ferimus florem illum odoris infiniti qui cœleſtes mentes odore ſuauiſſimo & fœliciſsimo, eoque infinito toto cœlo complet & ad nos decendit, vt in terris tanti boni faceret participes nobis ereptum, & truncum aut putridum truncum loco eius poſitum, & D. Hieronymum qui in lectionibus ſequentibus multa diuinitus de hoc flore dicit deriſui haberi, qui ſomnia ægroti veteris cum alijs ſanctis patribus narrare dicetur de hoc flore ſacratiſsimo, qui iuxta Iudæos nuſquam eſt, & quod impio Iudæo libuit ex vna littera hebręæ minimam demere virgulam ruet Eccleſiaſtica ſcriptura? Et D. Hieronymus cũ alijs omnibus ſanctis Patribus græcis & latinis erunt deriſui? & tranſlatio quę hoc facit erit ſcripturæ aptiſsima tranſlatio? patientiam noſtrorum demirari ſatis non poſſum, qui non ſolum hoc patiuntur ſed etiam ſeptem Spiritus ſancti dona minui & veteres patres omnes haberi pro dericulo ferũt ęquo animo.

T De

De vacca illa quæ peperit & non peperit.

NE quis miretur videri quoſdam noſtri temporis eſſe Antidicomarianitas id eſt, ſacræ virginis aduerſarios, vt aptiſsime Eccleſia Catholica ſic precetur. Dignare me laudare te virgo ſacrata, da mihi virtutem contra hoſtes tuos; ne quis ergo hoc miretur per noſtros quoſdam multa ex trãſlatione Lxx virorum vitiant, multa expungunt, quale hoc eſt quod ego reperire non potui, cuius meminit Tertullianus in libro de carne Chriſti ca. 15, legimus, inquit, apud Ezechielem de vacca illa quæ peperit & non pepetit, quem locum de ſacra virgine interpretatur quæ peperit incorrupta; Et Epiphanius de hereſibus lib. primo cap. contra Ebionitas ſub finem pariet, inquit, vitula, & dicent, non peperit; Et interpretatur de ſacra virgine, & Clemens Alexandrinus Stromateon lib. 7. cùm iam vergeret ad finem. Scriptura, ait, de virgine ſacra peperit & non peperit, quod non peperit ex viri coniunctione. Eadem verbis eiſdem ait Grigentius in Eclogis de prædictionibus propheticis. Ita Iudæi quibuſcunque poſſunt modis Chriſtũ & ſacram virginẽ oppugnãt, & tamen quidam ab eorum magiſterio diuelli non poſſunt.

Vulg. *Deus à libano veniet, & ſanctus de monte vmbroſo & condenſo.*

Lectio Hebrea.	ſanctus	&	veniet	ab auſtro	Deus
	קָדוֹשׁ	וְ	יָבוֹא	מִתֵּימָן	אֱלוֹהַּ
		frondoſo		Faran	à monte
		פָּרָה	(vel)	פָּארָן	מֵהַר

Lxx. ὁ θεὸς ἀπὸ θαιμὰν ἥξει, καὶ ὁ ἅγιος ἐξ ὄρους κατασκίου φαράν.

VErſus hic legitur Feria ſecũda Dominicæ primæ aduentus lectione tertia & quod videor quaſi per nebulam recordari hunc verſiculum tranſlationis Lxx à quibuſdam reprehendi, paucisſima de eo dicam quod in Commentarijs in Abacuch Prophetam illum Deo bene iuuante ſum fuſe explanaturus, hic huius loci ſenſum tantum dicam, quod neſcire ſe aiebant quid ſibi vellet hæc prophetia. Deus à libano veniet, aut à Theman, ab oriente aut ab Auſtro qui tamẽ ſpectet orientem; à monte vmbroſo & condenſo: diximus ſæpe in Commentarijs in Eſaiam, montes in ſcriptura appellari viros ſanctos à montium ſimilitudine, qui cum in terris habeant radices ad cælum capita alta attollunt; & dicunt cum Paulo, conuerſatio noſtra in cælis eſt. Origenes etiam docet virtutes diuinas animorum, arbores dici proceras & odoratas quales deſcribuntur ab Ezechiele cap. 47, ſenſere igitur Lxx hoc loco prædici olim deſcendiſſe Dominum in montem Sina, ita tempore aduentus in ſacram virginem deſcenſurum, quæ ſi ſancti viri montes dicuntur, quod conuerſatio eorum in cælis eſt, multoq; magis, mons dicetur ſacra virgo quæ celeſtibus virtutibus cunctos toto cælo exuperat Deo gratiſsima, ſi virtutes celeſtes arbores dicuntur quam proceris & quam odoratis arboribus hic mons, quę ſacra virgo eſt, fronduiſſe, floruiſſe, vernaſſe credibile eſt, quam Dei filius matrem ſibi delegit Deus omnipotens: Cæterorum in Commentarijs in hunc locũ quod pluribus verbis eſt explicãda reddenda ratio eſt. Iuxtà vulgatam hunc locum, Auguſtinus interpretatur contra Fauſtum Manichæum lib. 16. cap. 19. Docens Ieſum Naue Chriſti nomen prętuliſſe, Deus ab Auſtro veniet & ſanctus de Pharã, tanquã diceret eius nominis veniet Deus ſanctus cuius nominis erat ille qui venit ab Aphrico de Pharã, id eſt, Ieſus, Auguſtinus redarguẽs Donatiſtas Epiſtola. 166. interpretatur hũc locũ iuxta Lxx Deus ab Auſtro veniet, à Hieruſalẽ quæ ſita ad Auſtrũ erat, ſicut legitur, inquit, in Ieſu naue: Et veniet, inquit, quod inde nomen Chriſti diffuſum ſit de monte vmbroſo veniẽt, de mõte Oliueti, inde aſcẽdit in cælis vt cooperiret cælos virtus eius & impleretur Eccleſia per omnẽ terrã laudis eius. Chryſoſtomus tomo. 2. ex varijs in Matthęũ locis Homelia. 2. ſitũ loci ipſius amęnitatẽq;

Be-

Bethlehē deſignari putat, erat eīm Iudęa amœniſsima poſt Dn̄i crucē redacta in terram ſterilē eſt iuxta Moſis prophetiā.

De prophetijs de Regum Magorum aduentu fraude Iudaica obſcuratis.

QVod Iudæi Mariæ virginitatem negant planū eſt omnes Iudęos ad id incumbere, vt prædictiones omnes propheticas de ſacrata virgine Maria aliqua fraude peruertant: quarum exēpla multa poſuimus, quod idem Iudæi negant Chriſti diuinitatem, prophetias de ea euertunt omnes, quarū multa quoque exempla ſupra ſunt poſita, adijcientur & alia plurima. Aduentū quoque Magorum negant, & ideo prophetias de illorum aduentu validiſsimè oppugnant, ita vt nullam prorſus reliquam faciant. Neceſſe eſt ergo qui Iudæorū interpretationē ſequitur, euertat omnes prophetias de ſacratæ virginis integritate, de Chriſti diuinitate, de Magorum aduentu. Id prçterquām quod exēplis poſitis eos qui velint aduertere in rē præſentem adduxi, quicunq; es etiā mihi offenſiſsimus tu diiudica, Iudæi primum Domini aduentum & redemptionem generis humani, & cūcta eius myſteria negāt, vt primo huius operis libro ex ſententia veterum patrum à me eſt commoſtratum: euertant ergo neceſſe eſt omnes prophetias de primo Domini aduentu, de redemptione generis humani, de ſacris eius myſterijs & ſacramētis, igitur qui eos ferè ſequuntur, ferè omnes prędictiones propheticas de his euertant neceſſe eſt. Sed nunc ad id quod inſtitutum eſt reuertamur. Nulla inquam eſt prophetia de Regibus Magis quam concinat Eccleſia ſancta, quam nō euertant Iudæi. Primum illud. Dabitur ei de auro Arabiæ.

Lectio Hebrea.

Arabiæ	ex auro	ei	dabitur	Et
שְׁבָא	מִזְּהַב	לוֹ	יִתֶּן	וְ

Lxx. καὶ δοθήσεται αὐτῷ ἐκ τοῦ χρυσίου τῆς ἀραβίας.

Et illud: Reges Tharſis & inſulæ munera offerent. Reges Arabum & Saba dona adducent.

Lectio Hebrea.

adducent	dona	inſulæ	&	Tharſis	Reges
יָשִׁיבוּ	מִנְחָה	אִיִּים	וְ	תַּרְשִׁישׁ	מַלְכֵי

adducent	dona	Sabà	Arabiæ	Reges
יַקְרִיבוּ	אֶשְׁכָּר	וּסְבָא	שְׁבָא	מַלְכֵי

Lxx. βασιλεῖς θαρσὶς καὶ νῆσοι δῶρα προσοίσουσι, βασιλεῖς ἀράβων καὶ σαβᾶ δῶρα προσάξουσι.

TErtullian⁹ in libro aduerſus Iudęos in probatione Natiuitatis Chriſti cap. 7. de Magis Regibus interpretatur his verbis. Nā de hoc auri munere etiam Dauid dixit. Et dabitur illi de auro Arabiæ. Et iterū. Reges Arabū & Sabà munera offerent; nam & Magos Reges ferè habuit Oriens, & Damaſcus olim Arabiæ pars erat, &c; Quibus verbis Tertullianus Magos Reges fuiſſe ſignificat, & hos Dauidis verſiculos de Regibus Magis interpretatur. Idem ait lib. tertio aduerſus Marcionem cap. 8. vbi vna dictio deeſt, legitur enim. Nam & Magos habuit ferè oriens, & legendum eſt, Nam Reges Magos habuit ferè oriens, vt legitur loco ſupracitato in libro aduerſus Iudæos: redditur enim cauſa, cur Dauid dixerit de Magis, Reges Arabum & Saba munera offerent, cur eos Propheta Reges appellarit contra quoſdam ex noſtris qui negant eos fuiſſe Reges, qui niſi Reges fuiſſent, nunquam ad Regem diuertiſſent, vt videtur innuere Euangeliſta. Sed dicet aliquis fortaſſe intra ſe tacitus, nos noſtrā ſententiam tuemur, Iudęi tuētur ſuā, quī ſcio an huius loci verior ſit noſtra ſentētia, an Iudaica, id ego ſcire velim. Accipe ergo vnde id ſcias, niſi peruicax eſſe velis, & Iudaica quo iure quavè iniuria tueri, de Pſalmo. 71. qui Iudæi. 72. eſt, diximus libro primo, & hoc libro tertio, & oſtendimus Iudæos vitiaſſe quatuor quinquevè locos qui cogebant Pſalmum illum neceſſario ad Chriſtum referre, qui ſi ad Chriſtum referātur, cogeris neceſſario hæc ad Magos Reges referre, qua de re dictum abū-

de ſupra eſt, indè repetet quĩ volet: adde illud Deuteronomij cap. 18. in fine, Canonẽ hunc pręſcribit Dominus, quo agnoſcatur eius Propheta; Propheta nanque dicitur, etiam prophetiæ interpres, vt docet Ambroſius, & alij veteres Patres, docetque Plato, in Timæo; Si id quod Propheta dicit non euenerit, hoc Dominus non eſt loquutus, non euenit Solomoni; de quo interpretantur Iudæi illum Pſalmum; vt dominaretur à mari vſque ad mare, & à flumine vſq; ad terminos orbis terrarum, neque vt adorarent eum omnes reges, neque vt omnes gentes, neque vt omnes Reges ſeruierint ei, neque cętera, non prædixit ergo illa Dominus iuxta canonem à Domino præſcriptum: Adhibe alterum canonem quem idẽ Dominus præſcribit Hieremiæ. cap. 28. inquiens, Propheta qui vaticinatus eſt pacem cum venerit verbum eius tũc ſcietur Propheta quem miſit Dominus in veritate. Vides tu Chriſtum Dominũ permanere cum ſole, Regem ſempiternum, ſcilicet, & ante Lunam fuiſſe, quia per illum facta ſunt omnia, vides ſolius Chriſti inter Reges & ſimpliciter, quod voces excluſiuæ non excludunt eſſentiam, ſolius inquam Chriſti nomen eſt benedictum in ſęcula, ſolius Chriſti nomen ante ſolem & ante omnem creaturam permanet, in ſolo Chriſto benedictæ ſunt omnes gentes, de ſolò Chriſto vera ſunt omnia quæ in hoc Pſalmo ſunt prædicta, de aduentu magorum, cæteriſque: Hæc igitur Dominus iuxta canonem ab eo præſcriptum apud Hieremiam in veritate eſt loquutus: hujus prophetiæ tamen in quibuſdã tranſlatoribus vix veſtigium reperies, neque in Pſalmis quibuſdã verſu factis, nec enim omnes dãno. Quid ſi, inquies, illa verba hebraice non ſunt, ſunt quidẽ, ſed de nominibus vrbium, & prouinciarum, aut regnorum etiam inter nos contẽtio eſt quo nomine appellentur noſtra tempeſtate? & ne longe exempla petamus hoc oppidum quod incolimus cõtrouerſamur vtrum Pincia ſit illa antiqua, an potius Valliſoletum ſit appellandum, quĩdã interpres maluit ſequi rabinos quam Lxx viros in appellatione horum locorum, & quam receptiſsimam ecclesiaſticam lectionem explanatam de regibus Magis bis aut ter etiam à Iuſtino aduerſus Triphonem Iudęũ, & à D. Hieronymo in commentarijs in hunc locum, & à D. Chryſoſtomo tomo ſecundo homilia prima in Epiphania Domini vbi hũc locum de Magis interpretatur & alios multos, quos ſi conferas cum tranſlatione aut interpretatione quorundam interpretum ridebis multum, & noſtros ludere putabis, atqui vt dixi ſola veterum patrum ſententiã vera eſt neceſſario ſi frenes Iudęos ne vitient ſcripturam, nam ſi legas: Permanebit cum ſole, & ante ſolem permanet nomen eius, & in diebus eius orietur iuſtitia donec auferatur luna. Qui locus neceſſario ad Chriſtum eſt referendus, nec alio referri poteſt: cuius enim iuſtitia niſi referatur ad eam, quam Chriſtus Dominus toto orbe diſſeminauit, permanere poteſt vſque ad conſummatione ſeculi? Quod intelligitur illis verbis, Donec auferatur luna: tunc enim cũ conſummetur ſeculum, auferetur luna. Si hic Pſalmus ad Chriſtum refertur, neceſſario hæc quoque ad Reges Magos referentur. Sed cui fideli non ſat eſſe deberet quod ſanctorum Patrum interpretationem relinquunt, ſequuntur Iudaicam & contra omne fas obtrudunt nobis phariſaicam lectionem, excutiunt manibus eccleſiaſticam poſt bis mille quingẽtos annos? probe vlti quod veteres Patres illis millies in faciem ingerebãt hos verſus Dauid eos quos ſupra retulimus, quibus fateri cogebantur inuiti Chriſtũ Dominũ Deũ eſſe verũ & Dñm verũ, & totum illũ Pſalmũ non de Solomone ſed dè Chriſto eſſe prędictũ, vitiauere locos illos omnes & nunc belliſsimis charecteribus deſcripta volumina hebræa oſtentant poſt tot annorũ interualla & veritatem

tem hebraicam nominant quæ perfidia potius eſt Iudaica, excutiunt ergo nobis de manibus Eccleſiaſticam lectionem: Nam ante crucem Domini Iudęorũ Synagoga Eccleſia erat, Illud quoq; de magis citari ſolet. Omnes de Saba venient aurum & thus deferentes laudem Dño annunciantes. Eſaię cap. 60. De quo multa in Commentarijs in hunc locũ diximus, ideo hoc loco pauca dicemus: negant hæc ad Magos poſſe referri quod ſcriptura dicat. Omnes de Saba venient, nec enim veniſſe, aiunt, omnes de Saba, ſed Reges tres, dixi ex Ariſtotele in Politicis, Politeuma, ideſt, gubernaculum R. P. quod in Ariſtocratia optimates ſunt in regno Rex pro omni R.P. poni, & quod Politeuma fecit, omnes feciſſe dici, ſed D. Chryſoſt. tomo ſecundo, Homelia prima ex cap. Matthæi. 2. in Epiphania Domini legit: venient ex Saba offerẽtes Regi, &c. Et in Eclogis ſelectis ex Propheticis libris de Chriſto Domino legitur. Ex Saba venient, &c. quod ſi recipimus nihil hac Prophetia manifeſtius, vt illud, omnes, coniungatur ſuperioribus, quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi, inundatio camelorum operiet te; Dromedarij Madian & Epha omnes; vt illa vox, omnes, tribuatur ſuperioribus, quod lectio hebręa poſtulat, culam; vox compoſita cum pronomine affixo tertię perſonæ, quę ferè de ſuperioribus non de ſequentibus dici ſolet, culã, omnes hi quos ſupradiximus, poſtea ſequetur Prophetia ſole clarior. De Saba venient aurum & thus deferentes, laudem Domini Euangelizantes, quod ſi legas, omnes de Saba venient nihil vetat Reges intelligere cũ Tertulliano. Omnes Reges tres de Saba venient, nã & noſtra Hiſpania non ita pridem multos habuit Reges, Iudæi imperiti ſunt & Sabæos Aetiopiæ coniungunt ad occidentẽ verſus, ne congruat hoc cũ Euangelicis litteris quę Magos ab Oriente veniſſe teſtantur. Iam illa verba Eſaię. c. 8. Quia antequã ſciat puer vocare patrem ſuũ & matrẽ ſuam auferetur fortitudo Damaſci, & ſpolia Samariæ coram Rege Aſſyriorum referri à veteribus Patribus ad hos Reges magos, & qua ratione ad eos referantur oſtendimus in Commentarijs in illum locum, neque neceſſe eſt eadem hoc loco repetere, illinc qui volet petet.

Vulg. *Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael.* Numer. 24.

ſurget	&	ex Iacob	ſtella	Procedet	Lectio
קָם	וְ	מִיַּעֲקֹב	כּוֹכָב	דָּרַךְ	Hebręa
		de Iſrael		virga	
		מִיִּשְׂרָאֵל		שֵׁבֶט	

ἀνατελεῖ ἄστρον ἐξ Ἰακώβ, καὶ ἀναστήσεται ἄνθρωπος ἐξ Ἰσραήλ. LXX.

Athanaſius de humanitate verbi eiuſque corporali aduentu. Moſes, inquit, de incarnatione ſaluatoris noſtri loquẽs dicit: Orietur ſtella ex Iacob & homo ex Iſrael & comminuet duces Moab, & ibidem. Cuius quæſo natiuitati præcurrit ſtella in cœlo, aut iam natũ mundo demõſtrauit? at natiuitatis Chriſti non hominũ quiſquã ſed ſtella in cœlo vnde Chriſtus deſcenderat reſplẽdẽs, teſtis fuit, Origenes in Numerorũ caput hoc. 24. Homel. 18. hac Prophetia euidẽter præſignificata ait: ſtella quæ in Oriẽte Magis apparuit, & totum hũc locum ibidẽ de Chriſto interpretatur; & Euſebius eodẽ modo demõſtrationis Euãgelicæ lib. 9. demonſtratione prima, quidam tranſlatores & interpretes ad Iudaicũ ſenſum mihi magis propendere vidẽtur, & Eccleſiaſticæ lectionis contextũ nobis, è manibus excutere, in locũ illius Iudaicã tranſlationem Eccleſiæ ſanctæ obtrudere, primũ Iſidorus Clarus totũ hunc locum ex Chaldęo Paraphraſte ita explanat, vt Chriſtum quem expectant Iudæi qui Antichriſtus eſt ante oculos nobis ponere videatur, negat ille quidẽ hunc locũ carnaliter intelligẽdũ vt intelligitur à Iudęis, ſed ſpũaliter de

Chriſto. Age oſtendamus hunc locum
litteraliter de Chriſto intelligendum eſ-
ſe, neque poſſe alio referri iuxta hebręã
lectionem & eccleſiaſticam, Euſebius
hanc propheciã Balaam eius poſteros ſer
vaſſe ait, & quando in cęlo videre ſtellã
hanc peregrinã præter alias ſtellas quas
aſſueuerant videre deſtinaſſe animo petẽ
re Iudæam, vt petijſſe narrant Euangeli-
ſtæ & quæſijſſe, vbi eſſet qui natus eſſet
rex Iudæorũ. Origenes verbis illis: orie-
tur ſtella ex Iacob, diuinitatem Domini
ſignificatã ait, & illis verbis. Exurget ho-
mo ex Iſrael, ait Domini humanitatem
fuiſſe præmonſtratã, hebraice tamẽ nõ
eſt. Orietur ſtella ex Iacob, arguit vero
tranſlatio D.Hiero. & Lxx virorum, ita
fuiſſe olim eo modo quo dictũ eſt à no-
bis lib. huius operis ſecundo cap.2.&.c.
3.& cap.18.& cap.19. & alijs locis mul-
tis. Quid refert, inquies, verum legatur
hebraicè, Zarach, id eſt, orientur, an da-
rach, id eſt, inceſsit aut proceſsit? magni
refert, orietur nanq; ſtella, ſignificat no-
uam quandam ſtellam mundo exoritu-
ram quæ proprius terrã moueretur, ſta-
retque ſupra vbi erat puer, idque euiden
ter appareret, ſignificaretque Chriſtum
exoriri mundo veluti ſolem fulgentiſsi-
mum qui mũdi diſcuteret tenebras, pro
verbis illis: Homo ſurget ex Iſrael, vertit
D.Hiero. Virga ſurget ex Iſrael, illa, ſci-
licet, de qua D. Paulus ad Romanos.15:
erit in die illa radix Ieſſe, & qui conſur-
get imperare gentibus, fuit enim hebrai-
ce duplex lectio, (& percutiet Duces
Moab, vel vaſtabit duces Moab) Dęmo
nes, ait Euſebius, quos colebant Moabi-
tæ, eiuſdem ſententiæ eſt Origenes, &
prædictum erat per prophetas Chriſti tẽ
poribus ceſſaturum idolorum cultum
fuiſſe, caſuram omnẽ idolatriã, & Moa-
bitæ idolatræ pro gentibus idolatris po-
ſiti ſunt, pars pro toto, nec enim poterãt
nationes idolatræ ad cultũ Dei euocari,
niſi prius Dominus aereas poteſtates in
cruce triumphaſſet, ait Origenes (vaſta-
bitque omnes filios Seth) eadem eſt ſen-
tentia vaſtaturum Dominũ omnes ho-
minum R.P. quæ colerent idola, templa
Dœmonum omnia, idolorum cultũ, le-
ges & ceremonias idolatrarum, & ideo
vertere Lxx & prædabitur omnes filios
Seth, id eſt, pręda agetex idolatris, & ad
cultũ Dei traducet, Seth filius fuit Adã
qui datus fuit primis noſtris parentibus
pro Abel, vnde propagatum eſt genus
humanum poſt poſteritatem Caim di-
luuio extinctam. Ergo hic Chriſtus vi-
ctis aduerſarijs Dœmonibus, inquit Ori
genes, in prædam accipit omnes filios,
Seth, qui ſub Dœmonum dominatione
tenebantur, eodem modo hæc Euſebius,
verſio quoq; Lxx reddi poteſt Latinè,
captiuabit omnes filios Seth, iuxta illud,
inquit origenes, Aſcẽdens Dominus in
altum captiuam duxit captiuitatẽ, capti-
uitatẽ, ſcilicet, illã humani generis, quã
Diabolus ad perditionem captiuam ca-
perat, Chriſtus vero captiuam duxit ad
vitam: vtinã, inquit Origenes, me capti-
uum ducat Ieſus, & me ducat in prędam
ſuam (& erit Idumæa poſſeſsio eius hære
ditas, ſeir, cędet inimicis ſuis) Idumæa ab
Edom dicta quo nomine dicebatur Saul
qui idem Seir dicebatur, id eſt, piloſus, &
Edom ruffus à ruffo illo cibo pro quo
vendidit primogeniturã, & Eſau erat ini
micus Iacob; poſteri inquam Eſau poſte
ris Iacob, id eſt, Iudæis, ſed in aduentu
Chriſti poſteri Eſau recipientur ad fidẽ,
& erunt hæreditas Chriſti, ita Origenes
& Euſebius (de Iacob erit qui domine-
tur & perdat ſeruatum ex ciuitate) quis
hic eſt, inquit Euſebi⁹, qui de Iacob exur-
get vt dominetur niſi verbum Dei caro
factum de quo hæc prophetia eſt qui
perdidit omnem ſeruatum ex ciuitate,
arbitror, inquit Euſebius, ſignificari om-
nem ſeruatũ ex Hieruſalẽ, ex qua perijt
omnis ſeruatus. Hoc Euſebius, quod va-
ſtatis Iudææ vrbibus omnibus, reliqua
multitudo quę euaſerat ſe recepit in Hie
ruſalẽ, vbi concluſi omnes exercitu cir-
cundati Romano delecti omnes ſunt
à Chriſto per Romanos, iuxta illud
Eſaiæ:

Eſaiæ: Hęc per me facta ſunt vobis. Hęc, inquit Euſebius, euenere poſt aduentum Domini, idolatræ nanque nationes ad Chriſtum conuerſæ ſunt, & Iudæi prorſus deleti, & reſidui ex illa vaſtitate pulſi patrijs ſedibus miſeri & extorres exulant, quod vero ait (Iſrael fortiter aget) Euſebius per metaphoram dictum eſſe putat vbi vitia pro virtutibus ponuntur & contra, id eſt, aget immaniter; immane illud nefas aduerſum Dominum, vel vt Lxx vertere: Iſrael fecit fortitudinem, id eſt, exercitum contra Dominum, hebraice enim eſt. Fecit exercitum iuxta illud Matthæi: Ecce Iudas & cum eo turba multa cum gladijs & fuſtibus miſsi &c. Et infra, tanquam ad latroné exiſtis cum gladijs & fuſtibus comprehendere me? & iuxta illud: habetis cuſtodiam ite cuſtodite ſepulchrum ſicut ſcitis. R. Dauid pro hoc vertit: Iſrael faciet ſubſtantias, & Thargum eodem modo, alij Iſrael facient virtutem, qui omnes mihi ad Antichriſtum videntur ſpectare quod aiunt, Iudæos, duce Antichriſto, orbis terrarum victores fore, & magnas congregaturos opes, ſic ſupra pro percutiet duces Moab, quod ita vertit Thargum, nolunt noſtri tranſlatores eius ſequi tranſlationem, quæ eadem cum tranſlatione noſtra erat, ſed ſequútur R. Selomoh, & vertunt. Transfiget angulos Moab, & margini adſcribunt, transfiget terminos Moab, vt ad Antichriſtum ſcriptura magis ſpectaret qui Moabitas & omnes nationes erat depopulaturus, & pro vaſtabit omnes filios Seth, vel captiuabit, iuxta Lxx viros, reddunt. Perdet omnes filios Seth, vt referatur ad Antichriſtum, qui potentiſsimus Rex dicitur eſſe futurus, negabunt verbum hebræum quarquar, congruere cum noſtra tranſlatione, primum cũ tranſlatione D. Hieronymi, nemo inficiabitur congruere, quarquar, ſonat enim Latinè, vaſtabit, & prædas aget eo ſenſu quo dictum eſt, cũ interpretatione Lxx congruit optimè, qir. n. paries eſt, vnde, quarquar, diruere parietes, & intra parietes conducere, & coniungere parietem parieti, quæ omnia huic loco congruunt, Chriſtus enim lapis angularis eſt qui coniunxit vtranque parietem, populi Iudæorum & populi gentium in vnam Eccleſiam, & προνομεύσι verbum Græcum quo Lxx viri tranſtulere verbum hebræum, quarquar, paſcere ſignificat; quod intra eoſdem parietes paſtor quos paſcit greges concludat, & Dominus de ſe ait: Ego ſum paſtor bonus, & erit vnus paſtor & vnum ouile, ſignificat etiam προνομεύσι deprędari & captiuos ducere eo ſenſu quo dictum eſt. Iã quæ ſequuntur vel cœci videbunt non poſſe referri ad Chriſtum quem ſpectant Iudæi qui Antichriſtus eſt (cunque vidiſſet Amalech aſſumens parabolam ait,) Amalecitæ non fuerunt à Saule prorſus deleti, & ſe antiquiſsimos nationum gloriabantur, & nationum principium, hos ab ſtirpe delendos ait, & Cinæos, & ſi habitaculum ſuum in petra poſuerint & ſi fuerint electi de ſtirpe Cin ab Aſſyrijs captiuos futuros, in captiuitate decem tribuum, ſcilicet, ſed hæc captiuitas bis milleſimo ante anno fuit, quomodo cohærere poteſt cum temporibus Antichriſti quem futurum putant Iudæi? non cohærent hæc temporibus Chriſti congruunt omnia, nam Moabitæ, Idumæi, Cinæi, & reſidui Amalecitarum, omnis inquam regio Iudæorum terminis confinis temporibus Chriſti in Iudęorum Imperium ceſſerãt, & partes Iudæę erant, & vaſtata Iudæa poſt crucem Domini à Romanis, hæ quoque partes ſimul ſunt deletę, quod autem quidam ex noſtris reliquit lectionem Eccleſiaſticam, & pro, Cin, vertit, Cain, falſam fecit ſcripturam, poſteri nãque Cain diluuio ſunt deleti, & ex filijs Noe propagatum eſt genus humanum, vt temporibus Balaã nulla fuerit poſteritas Cain (Heu quis victurus eſt quando iſta faciet Deus?) quando poſt crucem

cem Domini vaſtauit Iudæam per Romanos & finitimas nationes & bonam Syriæ partem, quam pauci erunt reſidui qui nó ferro ignique abſumantur: leges hoc apud Dionem in vita Adriani (venient in trieribus de Italia ſuperabunt Aſſyrios) in cómentarijs in Eſaiá dictú eſt, ſigna aduentus Chriſti fuiſſe ceſſatione regni AEgypti & finé Regni Damaſci, & aliorú regnorú Syriæ, quæ omnia Regna à Romanis in prouincias ſunt redacta, (vaſtabuntque Hebræos) delendos Hebræos prædicit poſt crucem Domini, alij dictionem hebræam reliquere non tranſlatam vt referri poſſet ad Iudaicum ſenſum, vt Heber non ſignificaret hebræos, (& ad extremum etiam ipſi peribunt) non modo ſuperandos à Romanis ait Iudæos, ſed etiam prorſus delendos reſiduos ducendos captiuos, has veterum interpretationes rerú euétus docuit eſſe veriſsimas, Iudaicas interpretationes euentus arguit falſiſsimas eſſe qui hæc poſtrema ad Romanos referunt quos præſignificari à Propheta aiunt, eſſe perituros. Non citaſſem Cyrillú quod ſat eſſe putaſſem citaſſe quos citaſſem, niſi vellem ante oculos meorum ponere quod ait Cyrillus contra eos qui aliter interpretantur ſcripturam quam patres veteres, ait enim contra Iulianum Imperatorem Hęreticum lib. 7. qui hanc prophetiam ad Dauidem referebat, ſciat inquiens quod ſubuertere nititur ea quæ ab omnibus ſacram ſcripturam non ignorantibus approbantur & vt rectè ſe habentia recipiuntur. Hæc Cyrillus de vno quodam loco qui ab Imperatore heretico peruertebatur, vnde colliges quid dicturus noſtris temporibus ſi illam noſtra tempora tuliſſent, cum videret cunctas ferè prophetias à noſtris quibuſdam peruerti omnia ſanctorum Patrum ſcripta conuelli, Iudaica eodem loco nobis obtrudi, ex his colligite quid fuiſſet ſcripturus ſi noſtra vidiſſet. Sed quid refert inquies hoc libro hæc adnotaſſe paucula? vt intelligas ad hoc exemplum pene dixerim omnia à noſtris aduerſarijs euerſa eſſe, nam quæ diximus, exépli cauſa dicta ſunt omnia.

Vulga. *Via viri in adoleſcentia &c.*

Lectio Hebrea.

Et via viri vel in virgine in adoleſcentia,

וְדֶּרֶךְ גֶּבֶר בְּעַלְמָה׃

LXX.

ὁδοὺς ἀνδρὸς ἐν νεότητι.

DE loco illo Eſaiæ: Ecce virgo concipiet & pariet filium dicendum eſt inter locos Euangelicos libro huius operis quinto, vbi controuerſia nobis eſt cú Iudæis impijs ab initio. R. P. Chriſtianæ de ſignificatione huius vocis. Halmah, vtrum virginé ſignificet vt vertere. 72. illi Iudæi trecentis ante Domini aduentum annis, an adoleſcentulam, vt impij Iudęi poſt crucem Domini vertunt; vt noſtra perturbent, qua de re ſuo loco dicendum eſt, nunc dicere volo quod olim mihi vſu venit, vna cum viro doctiſsimo magiſtro Franciſco Sánctio, qui poſtea Epiſcopus Segorbienſis creatus eſt eruditiſsimum quendam virum viſitarem, inter cętera vir ille eruditiſsimus cum huius loci Eſaiæ mentio incidiſſet. Ecce virgo concipiet, vir quidá, inquit, hebraicæ linguæ ſcientiſsimus duos locos mihi ſignauit, quibus Halmah, planè corruptam fęminam ſignificat, non virginem: Primum illum Prouerbiorum cap. 30. tria ſunt difficilia mihi & quartú penitus ignoro, & quartum illud quod penitus ignorat viam viri eſſe ait in adoleſcentia, & pro adoleſcentia hebraicè eſſe aiebat, behalmah, quod Iudæi interpretarentur ſpurciſsime quidem, ſunt enim Iudæi obſcęniſſimi, via viri in puella, quartum ergo illud erat quod prorſus Solomon ignorabat via viri in puella? cum concubuiſſet cum puella vir, peracta re Solomon viá non videbat, cur non adijciebat Solomon ſe ignoraſſe viam galli in gallina, quæ peracta re non videtur? ſpurcos homines. Ego duplici nomine ſum noſtris quibuſ-

quibuſdam tranſlatoribus offenſus, & quod noſtram vulgatã mutant,& quod ſcripturam vilem,ſpurcam,abiectam faciant, & ſunt quidem medici qui negãt vlla eſſe virginitatis clauſtra contra receptiſsimam Theologorum ſententiã; & contra id quod vulgo eſt receptiſsimum, hoc refellere non eſt huius loci, deinde deprehendere mulierem libidinatam non ita dudum etiam ſi ſelauerit facillimum eſt,id enim docent Philoſophi, an non faciunt tales interpretationes ſcripturam ridiculam &c. vilem atq; adeo ſpurcam,Solomonis ſapientia,quæ ſo non ridicula ſit, & ſpurca? ſubiungitur enim talis eſt via mulieris adulteræ, quæ comedens & tergens os ſuum dicit,non ſum operata malum:id ne ignorabat Solomon, quod ſcit Philoſophus non doctiſsimus? cognoſcere mulierem quæ adulterata eſt ab aliquo non ita dudum. Si me roges qua ratione id fiat vt fęmina quæ ab aliquo eſt męchiſſata non ita dudũ agnoſcatur, non dicã ſanè, ne maritus erret ſigna nó benè agnoſcẽs prę iracundia & vxoré ſiue nocenté ſiue innoxiam trucidet, hoc tantum dicam docere philoſophos qua ratione id deprehendi poſsit, reliquum eſt ergo vt Iudæis reſpondeamus, primum quartum quod penitus ignorat Solomon via viri eſt in adoleſcentia quando ambulabat Chriſtus ſuper aquas, quando obſignato & clauſo magno lapide ſepulchro, reſurgens ſepulchro exijt, quando clauſis foribus ingreſſus ad diſcipulos eſt, quando clauſo vtero virginis natus quod facere poſſunt,vt docet D.Thom. corpora glorioſa;ſed tranſlatio Lxx virorum, & D.Hieronymi monſtrant Lxx & D. Hieronymum non legiſſe, behalmac,in virgine,ſed,behalmuth,in iuuentute, vel in adoleſcentia,mutatione vnius litterę, quod ſi legitur,behalmah,in virgine,eadem eſt ſententia, vir enim Chriſtus in vtero virginis dicebatur, iuxta illud:mulier circundabit virum, quartum ergo illud quod Solomõ ignorabat eſt quod intellectus nullo modo aſſequi poteſt quomodo cum mulier circundaret virum; id eſt, cum Chriſtus Dominus in vtero virginis eſſet clauſo vtero illęſa virginitate inde exierit: Nam quod de ſcorto dicitur & de fęmina adultera quę libidinata tergens os ſuum,vel vt vertere Lxx lota dicit ſe nihil feciſſe:de meretrice & proſtituta qualibet fœmina in proſtibulo,& quæ vagata fuerit circum omnia nobiliſsimarum vrbium lupanaria dici poteſt ſi ſe abluerit & terſerit, in fidelis cum eſſet ſacri baptiſmatis aqua dicturam vere non eſſe ſe operatam malum, id Solomon ignorare ſe dicebat: quomodo cum aqua corpus tangat & cor alluat, illa tamen verba quæ comedens & tergens os ſuum &c. ad peccatum originis referri poſſunt,vt ablutum ſacro baptiſmate cum peccato actuali originis peccatum dicat quo in primis parentibus pomum vetitum comedit. Secundus locus erat ille Exodi cap.2.vbi halmah, à Diuo Hieronymo, & à Lxx viris redditur puella & non virgo, vt iam noſtri Iudæi videantur largiri, halmah, puellam ſignificare & non virgo. Reſponſio per quam facilis eſt eo loci hanc vocem hebræam à Diuo Hieronymo, & à Lxx viris puellam fuiſſe trãſlatam prudentiſsimè, puer enim dicitur recens natus,& quinquenis & ſeptuenis & decem natus annos, puera latina vox non eſt, loco eius dicitur puella quinquennis,ſeptuennis, quæ nondum dicitur virgo, eſt tamen virgo puella bima trima quinquennis, ſeptuennis decem annos nota ſexnata annos, hæc ſpeculatum eſt miſſa quid puero Moſe expoſito fieret ſi grandior natu eſſet miſſa virgo diceretur,ſed veniſſet in ſuſpitionem ne illa puerum edidiſſet & expoſuiſſet, halmah, tamen dicitur etiam puella ſeptuennis quæ virgo abſcondita eſſet, neque vulgo nota, ne per eam agnoſcerentur parentes.

(?)

Hiere.23. Vulga. *Ecce dies veniunt & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum.*

Dominica prima aduentus Feria ſecũda in capitulo ad tertiam.

Lectio Hebrea.

Ecce הִנֵּה dies יָמִים veniunt בָּאִים dicit נְאֻם Deus יְהוָה

& וַ suſcitabo הֲקִמֹתִי Dauid לְדָוִד germen צֶמַח iuſtum צַדִּיק

Lxx. *ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται λέγει κύριος, καὶ ἀναστήσω τῷ Δαυὶδ ἀνατολὴν δικαίαν.*

HVnc locum concinit Eccleſia ſecunda feria Dominicæ primæ aduentus in capitulo tertię, quem Vatablus & Iſidorus Clarius Rabinos etiam ad Chriſtum referre aiunt, ad ſuum, ſcilicet, Chriſtum quem ipſi expectant, & ipſi ad Chriſtum referunt, alius, vt paulo poſt apparebit, cùm de illis verbis dicemus: Hoc eſt nomen quod vocabunt eum, ſua interpretatione hunc locũ vitiat. Hęc verba ſi ea attentè expendas virginitatem ſacræ Virginis præferunt, & Chriſtum Dominum de Spiritu ſancto conceptum, ſemach, enim quod latinè vertitur germen, herba eſt quæ ſine ſemine naſcitur è terra, & ideo Chriſti nomẽ eſt, ſemach, & latinè germẽ quod de terra, ideſt, de ſacra Virgine, de Spiritu ſancto eſt natus, & germinauit toto orbe terrarum, fuit enim granum illud frumenti quod in terram cadẽs & mortuum, multum fructum attulit, & ita hæc verba id innuunt, ait Dominus, Et ſuſcitabo Dauid germen iuſtũ, quæ verba ſignificant Dominum ſuſcitaturum ex ſacra Virgine Chriſtum, iuxta illud: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te. Spiritus namque ſanctus quod in alijs fœminis ſemen viri facit, puriſsimum ſacræ Virginis ſanguinem mouit in tempore, ſimulque cum vegetatiua potentia quæ in ſanguine ſacrę Virginis erat, corpus Chriſti organizauit, animauit rationali anima in temporis inſtanti, quod ſignificare videntur verba illa. Suſcitabo ego Dominus Dauid, ideſt, Dauidi, ſic enim eſt græcè & hebraicè; germen iuſtum, Chriſtum, vt dictum eſt; & hoc iuxta noſtram vulgatam; Nam Lxx viri aliter hunc locum vertunt, tranſtulere enim pro ſuſcitabo Dauid germen iuſtũ: Suſcitabo Dauid orientem iuſtum, quem locum explanat Euſebius demõſtrationum lib. 7. demonſtratione. 10. de Chriſti diuinitate, quę aſſumpta humanitate reſplenduit omnibus hominibus vt ſol fulgentiſsimus, vt D. Hieronymi tranſlatio Chriſti Domini humanitatem declaret Lxx virorum interpretatio Chriſti Domini diuinitatem ob oculos ponat, tamen hebręa lectio; haquimoti. Et græca ἀναστήσω videntur ad reſurrectionem Domini ſpectare, haquimoti, ſurgere vel reſurgere faciã, & ἀναστήσω ſurgere vel reſurgere faciam τῷ Δαυὶδ & hebraicè, le Dauid, Dauidi, orientem iuſtum, vel germen iuſtum, &c. Ex his omnibus quę diximus & ex his quæ dicemus apparet Iudæos in prædictionibus Prophetarũ de Chriſto manifeſtis eradere vnã duaſuè litteras, expungere vnam duaſuè dictiones ex lectione hebręa, quod eos facere ſolitos liber huius operis ſecundus ſatis indicat, & poſt vitiatam lectionem hebræam erumpere in clamores illos notiſsimos: veritas hebraica veritas hebraica, quod apparebit ex loco ſequenti qui Chriſti diuinitatem in omnium conſpectu ponit, & exemptis duabus dictionibus & mutato vno puncto excluditur ex ſcriptura à Iudæis, & ideo ipſi ex Eccleſia, & ex domo Dei excludi meruere. *En quę dicatur veritas hebraica.*

Vulga. *Et hoc eſt nomen quod vocabunt eum Dominus iuſtus noſter.* Hier. 23.

Quem locum concinit Eccleſia in Chriſti Aduentu Dominicæ primæ Feria ſecunda in capitulo ad ſextam.

Lectio Hebrea.

Et וְ hoc זֶה nomen eius שְׁמוֹ quod אֲשֶׁר vocauit יִקְרְאוֹ Deus יְהוָה

iuſtus noſter. צִדְקֵנוּ׃

Lxx. *καὶ τοῦτο τὸ ὄνομα αὐτοῦ ὃ καλέσει αὐτὸν κύριος ἰωσεδέκ.*

Hic

HIc ſat ſcio, dicet aliquis, nihil eſt cur accuſes, aut quendam interpretem ante Vatablũ, aut Iſidorum Clarũ, qui hunc locum cum D. Hieronymo & cũ doctoribus ſacris de diuinitate Chriſti interpretantur, adduntque Chriſtum Dominum hoc loco appellari, Hieoua, nomine tetragrammato illo ineffabili; ſed mihi vt ſum ſuſpitioſus venit in mẽtem illud de eo qui nõ magnopere propitius eſt, quòd vbi blanditur maxime, ibi onerat aliquam zamiam, aliquod dãnum, & illud cauendum ne altera manu ferat lapidem, panem oſtendat altera. Cœpi animum attendere, & intellexi mutatione vnius puncti hebraicè ablatam Chriſto Domino diuinitatem, nam pro, hoc eſt nomen quod vocabunt eũ Deus iuſtus noſter, hebraicè ſcriptum eſt, hoc eſt nomen quod vocabit eum Deus, iuſtus noſter; vt Chriſtus à Deo vocatus ſit iuſtus noſter, hoc factum eſt vnius puncti mutatione ex parte ſuperiori litteræ vbi ſonat, o, i, q, r, o, vocabit eum, in ventrem litteræ vbi ſonat, u, & eſt pluralis numeri, i, q, r, u, vocabũt, vbi iam non poteſt peruerti locus, ſi legas hoc eſt nomen quod vocabũt Deus iuſtus noſter, mutatione ergo vnius pũcti hebraicè Chriſto Domino eius redditur diuinitas, ſi pro, i, q, r, o, vocabit eum, legas, i, q, r, u, puncto ex vertice litteræ in eiuſdem litteræ ventrem deriuato, vocabunt, & eraſa quoque eſt hebræa dictio, hu, eum, ſed ſine ea locus hic Chriſtum Deum ſonat. Dices ſat ſcio, ſic diſpũctũ hebraicè eſt, cur hos homines accuſas? quod hebraicè doctiſsimi ſunt, & hæc videre, & vna cum Iudæis nobis faciunt inſidias, neque aperiunt dolos, vt Iudæi intelligant & videant Chriſtum hoc loco Deum non appellari & nos rideant & multos ad Iudaiſmum vocent, ſuos in Iudaica perfidia conſtabiliant, quando, inquies, tam ſeuerus rerum alienarũ iudex es Lxx viri ſic legunt vt hebræa præfer lectio. Et hoc nomen eius quo vocabit eum Dominus, quid vis amplius? tui te Lxx damnant. Nihil minus Lxx viri paraphraſtæ ſunt ſcripturæ in plæriſque & veluti cõmentarij & ſcholiaſtæ ſcripturæ, vt dicendum eſt initio libri quarti, ex authoritate veterum Patrum, & ita hunc locum vertere vt planè duas perſonas diuinas deſcriberent, tranſtulere enim ſic. Et hoc nomen eius quo vocabit eum Dominus, i. eſt, Deus, ſic enim eſt hebraicè, & poſtea, ioſedech ideſt Deum iuſtificantem, vbi Deus Pater Deum filium vocat Deum iuſtificantem ſua paſsione, vel, ioſedecim. Deum iuſtificatorum vel iuſtorum, quod eius paſsione iuſtitia & gratia iuſtis data eſt. Non ſic interpretatur, inquies, Euſebius: Fateor, nam vox hebræa ignota erat ei, qui hebraicè neſciebat, & canon ſcripturæ eſt præſcriptus à D. Hiero. vt vtraq; tranſlatio adhibeatur, vt altera alteri lucem afferat, &, ia, nomen eſt Dei idem ſonans quod, hiehoua, pelagus oſtendi, quod Ariſtoteles illum nominat, & D. Thomas, & ſancti Patres, Primus Vatablus Dominum, hiam, nominauit quod tantopere placuit cuidam ex noſtris, vt in Pſalmis verſu factis, hiam, Deum ſemper appellet, vt quemadmodum nationes Idolatræ Iouem nominant, ſic nos, hiam, colere videamur, & ſolo nomine differre quod illi Iouem colant, nos veneremur, hiam, atqui nomen Dei ineffabile eſt, ne ei proprium nomen demus, nam nomen proprium eſt quod explicat diffinitio, Deus neque diffinitione, nec nomine proprio comprehendi poteſt, varijs nominibus eum appellamus quibus ſe in ſcriptura iuxta noſtri intellectus captũ voluit nominari ipſe ineffabilis ſemper fuit appellatus, cur noſtris temporibus proprio nomine, hias nominatur, an vt plures Dij eſſe videantur? vt nos vnum ex illis colere videamur hiã? vbi vnus eſt tantum Deus, neque Deus eſſet ſi plures eſſent Dij nomine Dei proprio opus non eſt, nam nomẽ proprium à quo illum ſeparet? Ergo Deus pater Deum iuſtificãtem filium nominat, cur ergo,

ergo, inquies non ita planè vertere Lxx ſed reliquere voces hebræas quæ tanto temporum interuallo ſunt vitiatæ? dictum eſt Lxx viros pluralitatem perſonarum occultaſſe ne Regi Ptolemæo cui fecere tranſlationem plures Deos facere videtentur. Reliqua eſt vna illa dubitatio vtrum hebrææ lectionis puncta & dictinctiones mutare liceat? cui dubitationi reſponſum eſt ex D. Hieronymo huius operis lib. 2. cap. 18. & cap. 20. quibus huic dubitationi ſatis abundè fit, nec de hac re verbum addere neceſſe eſt. Sed in vulgata D. Hierony. duplex lectio ad ſcripta eſt vocabit & vocabunt, ità eſt, nam in vulgata D. Hiero. varietas lectionis quã agnouere aut peruertere Aquila Iudæus, & Symmachus & Theodotio quos ipſe Diuus blaſphemos Iudæos nominat adſcripta eſt, nos vulgatam ſequimur Hiero. non blaphemorum Iudæorum interpretationem.

Hiere. 33. Vulga. *In diebus illis & in tempore illo germinare faciam David germen iuſtitiæ.*

Dominicæ primæ Feria ſecunda Aduentus capitulum ad tertiam.

	illo	in tempore	&	illis	In diebus
Lectio	הַהִיא	בָּעֵת	וּ	הָהֵם	בַּיָּמִים
Hebrea.	iuſtum	germen		Dauidi	germinare faciã
	צְדָקָה	צֶמַח		לְדָוִד	אַצְמִיחַ

Lxx. Ἐν ταῖς ἡμέραις καὶ ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, ἀνατεῖλαι ποιήσω τῷ δαυὶδ βλαςὸν δικαιοσύνης.

HOc loco cap. 33. Hieremiæ repetit Dominus quod dixerat ſupra eiuſdem Hieremię cap. 23. Germinare faciã Dauid germen iuſtum, quo ſignificat ſe humanitatem Chriſti in vnionem hypoſtaticam verbi aſſumpturum & vna cũ alijs duabus perſonis humanitatẽ Chriſti creaturum, vt germinare facit, inquit ſemen viri in fęminę vtero progenitorũ ſuorũ aut progenitorũ ipſius fęminę ſobolẽ, quod arguit ſoboles procreata, quę interim aut ipſũ maritũ refert aut auos aut proauos, interim patrẽ fœminæ ipſi⁹ exhibet, aut fęminã ipſam, aut auos. Hoc loco Deus pollicetur ſe facturum vt potentia vegetatiua virginis vna cum Spiritu S. cum ſacra triade germinet Dauidi germen iuſtitiæ, Dominus enim loquitur: Et germinare faciam, inquit Dominus vna cum ſacra virgine Dauidi, in caſu nanque dandi Græcè & hebraicè Dauid eſt quale ſi ſocero dicat gener, germinarę faciam tibi Sobolem pulchram & generoſam, ita Dominus: Ego germinare faciam Dauidi germen iuſtitiæ vna cum potentia vegetatiua virginis, fecit enim ſacra virgo quicquid aliæ matres faciunt in concipiendo & generãdo, hoc ſolo excepto quod aliæ matres naturaliter ex viri ſemine generant, ſacra virgo ſine viri opera de Spiritu S. concepit, & inde dicitur natus, Theandricos, id eſt, ſecundum naturam humanam & ſecundum diuinam naturam, dictum eſt ergo hoc iuxta illud: Spiritus S. ſuperueniet in te & virtus altiſsimi obumbrabit tibi, quod reſponſum eſt ſacræ virgini interroganti quomodo eſſet paritura quod virum non cognoſceret, ex Spiritu S. inquit Angelus, qui progenitori tuo Dauidi facturus eſt vt germines germen iuſtitiæ Chriſtum, ſcilicet, qui germen dictus eſt quod ſine ſemine viri ex ſacra virgine ortus eſt, vt herba oritur ſine ſemine & germinat ex terra, vt planè hoc loco ſacræ Marię Virginis integritas & virginitas ob omnium oculos ponatur, quod dixit etiam Dominus Ezechielis cap. 34. ſuſcitabo, inquiens, eis germen nominatum, id eſt, germen illud nobilitatum toto orbe Chriſtum, ſcilicet, Dominum, vel vt Lxx dixere, ſuſcitabo eis (ſic enim legendum eſt apud Lxx) plantam pacis, vel, vt hebraicè eſt, ſurgere faciam eis plantã illã nobilitatã Chriſtũ, ſcilicet & Hieremię cap. 30. iuxta Lxx. quia creauit Dominus ſalutem in plantationem nouam in ſalute tua. Hæc igitur plantatio, hæc planta nominata, hoc germen iuſtum, id eſt, hic Chriſtus de terra, hoc eſt de ſacra virgine effloruiſſe dicitur de Spiritu Sancto, & ſubditur iuxta noſtrã vulga-

vulgatā, fœmina circundabit virū, quod in trāſlatione Lxx deeſt, nec id eſt magnopere mirādum, vt enim diximus lib. ſecundo ex D. Chryſoſto. & ca. 64. lib. 3. facie. 223. multa ex ſcriptura ſacra deſunt ob Iudæorum malitiam vel negligentiam, quę ſunt alibi, alibi deſunt.

Hier. 33. Vulg. *Et hoc eſt nomen quod vocabūt eum Dominus iuſtus noſter.*

Capitulum Sextæ Dominicæ primę aduentus, feria ſecunda.

Lectio hebræa. iuſtus noſter Deus eam vocauit quod hoc Et
וְזֶה אֲשֶׁר יִקְרָא לָהּ יְהוָה צִדְקֵנוּ׃

Lxx. καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ὄνομα ὃ καλέσουσιν αὐτὸν, κύριος δίκαιος ἡμῶν.

DE hoc loco dictum ſupra eſt ex cap. 23. Hieremiæ, repetitār tamē cap. 33. eiuſdem Hieremiæ, vbi eodē modo tranſlatus hic locus eſt à D. Hiero. & à Lxx viris, ex quorum tranſlatione deprehenditur à Iudæis hebræā lectionem eſſe vitiatā. Ridet multum Iſaach leuita, rident & alij eiuſdem factionis, quod ex tranſlationibus exēplaria hebręa caſtigare poſtulemus; non audēt dicere aperte, quanquam dicūnt ſatis planè errorē eſſe in noſtra vulgata, & vulgatam noſtram & Eccleſiaſticam omnē ſcripturā eſſe caſtigādam ad exemplum veritatis hebraicæ quam appellant, quæ potius perfidia Iudaica eſt. Ergo ſi impio Iudæo libuit punctū vnum mutare & duas litterulas, flagitium illud admiſſum in ſacras litteras veritas hebraica nominabitur, & noſtra ſcriptura ad exemplū perfidiæ Iudaicæ erit emendanda? Aiunt in ſingulis: Eras tu intra Hieremiam cum propheta Hieremias hæc ſcriberet, vt teſtari poſsis viciatam eſſe lectionem Hieremiæ? Apage hominum ineptias putāt imperitiſsimi homines, Iudæos ſcripturam potuiſſe vitiare & cum vitia inueteraſſent in lectione hebręa deprehendi non poſſe? & ſat eſſe ſi dicant; Eras tu intra prophetam cum hæc ſcriberet? aut coram ne præſens aderas ſcribenti prophetæ vt ſcias veram prophetæ lectionem? Scio ego vulgatā D. Hiero. & Eccleſiaſticā lectionem, & Apoſtolicā & Euangelicam eſſe veriſsimam, & quę ab illis diſcrepat vitiatam eſſe: quod ego oſtendo præſcripto à D. Hieronymo illo canone quo ego ob oculos omnium ponere ſoleo exemplo codicis Hiſpani latini verſi mille ante annos, ſi in codice Hiſpano legeretur, ò dura muerte, & tu tranſlatum legeres, ò ſortem duram, dubitares quin in codice Hiſpano legēdū eſſet, ò dura ſuerte, & non, ò dura muerte. Si in codice Hiſpano legeretur, el otro que ſe ahogo con vna paja, & redditum Latinè legeres, & alter qui acino vuæ paſſæ eſt ſuffocatus, certè non ambigeres legēdū eſſe in codice Hiſpano, que ſe ahogo con vna paſſa, no cō vna paja. Si in codice Hiſpano legeres, tomò vna tinaja para arrojarlo, & tranſlatum Latinè legeres, forcipes accepit vt illum interficeret, eſſet neceſſarium vt intra interpretem tu fuiſſes milleſimo ante anno, aut coram præſens fuiſſes cum illa trāsferret interpres, vt ſcires quā lectionem Hiſpanam agnouiſſet interpres cū illa Latinè verteret? qui minus quæſo, ſi in Hiſpano codice legeretur, llamole el Obiſpo, & tu videres tranſlatum, vocauerunt eum Epiſcopum, intelligeres in Hiſpano codice interpretem nō legiſſe llamole el Obiſpo, ſed, llamaronle Obiſpo. D. Hierony. ergo, & Lxx viri verterunt: Hoc eſt nomen quod vocabūt eū Deus iuſtus noſter, & quæritis num coram adfuerim cum Lxx trecentis ante aduentum Domini annis hęc vertebāt, & viderim tūc lectionem hebræam aut ſi aderā cū D. Hiero. illam trāſtulit? ſi corā præſens adfuiſſem non ſcirē certius, quid dixi certius? imò nō tā certo ſcirē, nec tantā fidē omnibus facerem quā cū verſionē Lxx & trāſlationem D. Hiero. oculis omniū ſubijcio, vt inde agnoſcāt quam lectionem hebræam ſua tempeſtate agnouerūt. Igitur ex tranſlatione D. Hierony. quod hebraice legitur.

& hoc

ve, ze, aſer, iqra, la, hoc eſt, qui vocauit eum, apparet legendum, ve, ze, aſer, iqru, lo, i, & hoc quod vocabunt eum. Et poſtea, hiehoua ſidqenu. Deus iuſt⁹ noſter, vt ille qui natus eſt de ſanguine Dauid dicatur nomine Deus iuſtus noſter. Hoc idem teſtatur tranſlatio Lxx mutatione ergo duarum litterarum & punctorum detrahitur Chriſto Domino diuinitas à Iudæis. Quin & Vatablũ pertæſum fuit tantæ corruptelæ, & dictionem illam, eam, in illo, vocabit eam, eum legendum ait ex tranſlatione Lxx. Allegant exemplaria vetuſta vt Iudaicam impietatem defendant, & ex hoc loco diuinitatem Chriſto Domino adimant, non impunè laturi, vt non inultum abſtulere quicunque in Chriſtum Dominũ aliquod admiſere nefas: Hoc non ſolum noſtri & rerum noſtrarũ hiſtoriæ prodidere, prodidit Plato nunquam quenquam aduerſum Deum auſum quidquam quin priuſquàm è vita exceſsiſſet nó id magno lueril. Auguſt. qui eadem tempeſtate fuit cum D. Hieronymo lib. de ciuitate Dei. 18. cap. 33. hunc locum ita citat de Chriſto Domino. Hoc eſt nomẽ quod vocabunt eum Dominus iuſtus noſter, ne conſulat quiſquam aduerſum Chriſtum Dominum vetuſta exemplaria, vt defendat Iudæos, Chriſtum oppugnet, Aquila Iudæus hunc locum vitiauit, vt Chriſto diuinitatẽ auferret. Et eſt vnus ex illorum numero de quibus Hieronymus, cùm Aquilam & Symmachum & Theodotionẽ blaſphemos Iudęos nominat, & multa de Chriſto myſteria celaſſe ait. Dixi enim alibi, Aquilam & reliquos acceſsiſſe ad faciendas tranſlationes eo animo, vt Chriſto aduerſarẽtur: & Lxx viris obſtreperẽt. Sed vt Balam propheta Dæmonum coactus eſt dicere, quę nó vellet, ita eos permiſit Dñs oracula manifeſta de Chriſto peruertere, quę eis notiſsima erãt, & in ore omni populo: in cęteris fecit texere admirãdas quaſdã trãſlationes, vt vſui Eccleſiæ ſanctæ eſſent. Corrupit igitur Aquila hunc locum ſic:

& hic qui vocauit eum Deus iuſtitia noſtra. ve, ze, aſer, iqro, iehouah, ſidqenu. vt ſignificaret Deum fuiſſe, qui vocauit populum Iuda è captiuitate Babylonica. Et ſunt è noſtris, qui hanc oſtentent tranſlationem, eamque opponant Vulgatæ, & verſioni Lxx. Dicat his aliquis Vatablum & Iſidorũ Clariũ hæc omnia ad Chriſtũ referre, & authores eſſe, Iudæos hæc etiã de Chriſto interpretari, niſi ſimularent viros bonos nunquã noſtros fallerẽt, arte nos tractant, excutiũt de manibus noſtrã vulgatã, & Lxx interpretationẽ, quæ Chriſti diuinitatem planè ſonant, obtrudunt pro eis nobis Iudaicã interpretationẽ quæ ad Babylonicã captiuitatẽ hæc referat, vt germen iuſtum ſupra, populus Iudaicus appelletur, quẽ germinare Dñs fecerit, ſed cur Dauidi fecit germinare populũ Iudaicũ non dicunt cum poſt captiuitatẽ Babylonicã ex poſteritate Dauidis rex nullus fuerit, neque adijciunt quomodo ca. 23. vbi eadẽ hæc verba ſunt ſubiungatur. Et regnabit rex & ſapiens erit, poſt captiuitatem Babylonicã nó regnauit rex vſq; ad tẽpora proxima temporibus Chriſti, vbi duo aut tres tyrãni ſibi regiũ diadema impoſuerunt, neque germen iuſtum populum Iudaicum iure quiſquam appellet, vt reliqua omittam, quo pro, zarach, mutatis duabus litteris, ſamach, ſcripſere, idest, pro oriẽte, ſcripſere germen, vt dicetur infra in locis citatis à D. Luca, nec quę dixi fecere ſolum, ſed quã tum apparet ex trãſlatione D. Hierony. & Lxx expunxere ex lectione hebræa duas voces, ſem, & hu, vbi enim legitur, ve ze, legẽdũ erat, ve, ze, ſem. Et hoc nomen, ſic enim eſt in vulgata D. Hiero. & in tranſlatione Lxx, & poſt verba illa, quod vocabunt, deeſt vocula hebręa, hu, iuxta tranſlationem D. Hierony. & Lxx, ideſt, eum, vt fit: Hoc eſt nomen quod vocabunt eum. Oſtendimus libro ſecundo ex authoritate veterum patrum Iudæos fuiſſe teſtamentarios, id eſt, Dei teſtamenti corruptores

non

non ſolum malitia ſed etiam negligentia, quod multis exemplis oſtendimus lib. 2. cap. 64. Horum ſcelerum indiciũ facere perhonorificum ſemper fuit, furta ſcripturæ ſacræ facere, aut facta defendere id ſemper fuit immane flagitium. Sed vt eo regrediar vnde diuerti etiam excuſsis duabus illis hebræis voculis hebræa lectió Chriſti diuinitatem planè ſonabat, & hoc quod vocabunt Deus iuſtus noſter, id eſt, hoc nomen quod vocabunt hoc germen iuſtum de quo agebam, quod ego germinare faciam Dauidi erit ſupple Deus iuſtus noſter, id enim eſt, vocabunt Deus iuſtus noſter, mutatis duabus litteris prorſus tollitur Chriſto ſua diuinitas, pro, iqru, vocabunt, legunt, iqra, vocabit, pro, lo, eum, legunt, la, eam, quam vocem caſtigat Vatablus ex tranſlatione Lxx legendumque ait, eum, non, eam, aut, ei, genere maſculino, nõ ei, genere fœminino. Quærerem ego ex Vatablo, aut ex eius defenſoribus cur quod caſtigare ſe dicit ex Lxx viris, non caſtiget etiam ex tranſlatione D. Hieronymi. Nam in huius operis Prolegomenis oſtendimus vulgatam noſtram à D. Hieronymo eſſe æditam; rurſum cur eadem ratione qua, lo, pro, la, legendum dicit hebraicè, non fateatur etiam, iqru, vocabunt, pro, iqra, vocabit, legendum eſſe quoque ex eiſdem tranſlationibus? legunt ergo hi boni viri, hoc eſt quod vocabit eam Dominus iuſtitia noſtra. Vt ſit ſenſus Iudaicus, hoc eſt; quod vocabit eam captiuitatem ex Babylone, ſcilicet, Dominus iuſtitia noſtra, id eſt, Dominus iuſtitia noſtra vocabit eam captiuitatem ex Babylone. Nam quod ad Eccleſiam ipſi referũt nos fallunt, alioquin nunquam Chriſto Domino diuinitaté abſtuliſſent: apertius ille tranſlatorquod dure ſonabat eo ſenſu quo diximꝰ: Hoc eſt quod vocabit eam Dominus iuſtitia noſtra, reddidit ipſe, Et iſte qui vocabit eam Dominus iuſtitia noſtra, & in margine, iuſtus noſter, vt eſſet ſenſus Iudaicus. Iſte qui vocabit eam captiuitatem ex Babylone fuit Dominus iuſtus noſter, vel iuſtitia noſtra. Malitioſe interpretaris, inquient, nam ipſi de Eccleſia interpretantur: qui Iudaicas non nouerit artes hoc dicet. Age eſto vt hoc vere & ex animo interpretentur, duplici nomine de illis queror, quod profeſsi ſe aptiſsimam interpretationem ſequuturos, Iudaica ſemper ſequuntur, & vulgatam noſtram nobis è manibus excutiũt, nec eam ſaltem margini adſcribunt, vt adſcribere ſolent margini vel viliſsimi rabini annotatiunculam; alterum illud eſt quod ex hoc loco quantum in illis eſt ſitũ Chriſto diuinitaté auferũt, aut bene ablatá Chriſto ſuã diuinitaté ex hoc loco defendunt validiſsime homines Chriſtiani & qui inter Chiſtianos magnum gerere nomen profitentur, & ſubuertitur ſcriptura eccleſiaſtica qua refellebantur hæretici à maioribus noſtris & Eccleſia ſancta ſuis ſpoliatur armis. Nam lectio hebræa quæ Chriſto diuinitatem aufert tegitur & occultatur, & vt lateat explanatur, vt eccleſiaſtica, nec produntur inſidię, quid ſi illas, inquies, non intellexere, Apagelis homines docti non intelligunt quid interſit inter has duas orationes, hic eſt qui vocabit eam Deus iuſtus noſter, & hoc eſt nomen quod vocabunt eum Deus iuſtus noſter. Quin hoc attende paucíſsimos locos ſcripturæ de diuinitate Chriſti relictos ab his videas, quin aliqua Iudaica fraude attententur, vt nihil minus quam Chriſti diuinitatem videantur ſonare.

Vulg. *Deus fortis.* Eſai.9.

fortis Deus

אֵל גִּבּוֹר. Lectio Hebrea.

ἀὸς ἰσχυρός. Lxx.

DE hoc loco dictũ eſt in illud Eſaię. Paruulus natus eſt nobis filius datus eſt nobis, vbi puero illi qui nobis natus eſt nomen imponitur Deus fortis; vocabitur, inquit, nomen eius admirabilis, cõſiliarius, vel, vt vertere Lxx magni

conſilij

conſilij Angelus, Deus fortis, ſic enim placet magis vt legatur coniunctim, Deus fortis, vt legit Eccleſia Romana Dominica quarta aduẽtus lectione quarta in Reſponſor. & ad laudes, & in Natiuitate Domini ad laudes ſępeque repetit, & ita legit Athanaſius de humanitate verbi eiuſque corporali aduentu, non diuiſim, Deus, fortis: vt duo hæc nomina ſint huius pueri recens nati, vt appelletur Deus, & appelletur alio nomine fortis, quanquam hæc à D. Hieronymo veriſsimè dicta ſunt, placet tamen magis vt coniunctim legatur iuxta conſuetudinẽ Eccleſiæ & iuxta Athanaſium & alios omnes veteres patres ad vnum quod Iudæi impij quanuis omnem pudorem exuant, Deum fortem non poterunt de alio interpretari quam de vero Deo, & ipſe Diuus nos docuit Aquilam, Symmachum & Theodotionem ſubdola interpretatione multa de Chriſto myſteria celaſſe. Ergo quod planiſsimè hoc loco Chriſtus dicebatur Deus fortis peruertunt hunc locum ex vocis hebrææ ſignificatione, aiunt, el, ſignificare fortẽ, & hoc loco puerum Ieſum aiunt nominari fortẽ, Deus fortis dicitur hic puer, Deus omnipotens, quid vos impij iuuat nectere dolos? el, aiunt, fortitudo eſt, vnde, el, fortis dicitur & Deus: Fac ita eſſe, quod Theaſthe, gubernare eſt, & inde dicitur, Theos, Deus, continuo ne Theos gubernatorem ſignificabit? aut quod, vt vult Plato, Thein, currere eſt, & inde Thei. id eſt, Dij, planetæ ſunt quod ſuos peragant curſus, continuo ne Dij dicentur curſores? Nomina tam Græca quam Latina quam Hebræa ſuas habent originationes, tamen habent ſignificationem quandam peculiarem quam ſemper ſignificant, vnde Hebraice nunquam Iudęi oſtendent etiam ſi ſe in mille vertant facies. el. ſignificare aliud quã Deum. aial. inquiũt, eſt fortitudo, & inde. el fortis inde el. largiar tibi, id eſt, Deus, vt à Thein. currere (autore Platone) Thei. planetæ quod ſuos peragant curſus, non tamen appellabis curſores quoſcunque θεούς, leel, aiunt, fortitudo eſt. I. redundante, eadem opera dicere poſſes. mos. idem eſſe quod. os. &. mas. idem quod. as. ni. redũdante. Oſtende vbi. el. per ſe aliud ſignificet quam Deum? de hoc enim quęrebatur neque ſi. leel. ſignificat fortitudinem quod nunquam ſignificat, protinus. el. ſignificabit fortem aut robuſtum. Adde tu quod ſi coniunctim legas. elguibor. id eſt, Deus fortis, non audeat quiſquam Iudæorum alio referre quam ad Deum; cum hæ eſſent cõtrouerſiæ, ille alter hoc loco fidelem tranſlationem fecit, tamen in illo Pſalmi. 21. Deus meus Deus meus; de quo dicendũ eſt. 5. huius operis libro; cùm de locis euangelicis agemus, vbi eſt eli, eli, quod Euangeliſtæ vertere. Deus me⁹, Deus meus, reddidit ipſe in Pſalmis verſu factis, fortis meus, fortis meus ſecutus Aquilã Iudæũ, qui autore Euſebio demõſtrationis euãgelicæ. lib. 10. demõſtratione. 8. vertit. fortis meus, fortis meus, vt nobis aduerſaretur, quod cùm videant Iudæi dicent. En veſtri in loco cõtrouerſo inter nos & vos præmetu quod verum eſt non audent fateri. el. aliquãdo ſignificare fortem, fatentur tamen alibi & nobiſcum faciunt cùm Eli, eli, reddunt, fortis meus fortis meus, & Aquilam Iudæum ſequi malũt quam veſtros Euangeliſtas.

Quod autem אֵל *El ſemper referatur ad Deum & nunquam ad hominẽ nudũ in ſcriptura apparet ex his locis, & ex alijs innumerabilibus.*

QVamobrẽ, ego deprecabor Deũ hebraicè eſt, אֵל & ſtatim, Deũ ponam eloquium meum, hebraice hel, & cap. 8. nunquid Deus ſupplantat iudicium, hebraice אֵל El: tu tamen ſi diluculo conſurrexeris ad Deum hebraice El El. ad Deum, & ibidem, ſic viæ omnium qui obliuiſcuntur Deum, hebraicę El. & ibidẽ, Deus non proijciet ſimplicem, hebraice El. & cap. 9. ſcio quod

quod non iuſtificetur homo comparatus Deo, audacter prouocat Deum. capit. 12. Iob. Hebraicè, hel, c. 13. Iob. nunquid Deus indiget veſtro mendacio? hebraicè. El. c. 15. Iob. núquid grãde eſt, vt cóſoletur te Deus? hebraicè, El, & infra qui tumet cótra Deum ſpiritus tuus, contra Deum hebraicè, El, tetendit enim aduerſus eum manum ſuam, aduerſus Deum hebraicè, El, & cap. 16. concluſit me Deus, hebraicè, El, cap. 18. in fine, qui ignorat Deum, hebraicè, El, cap. 19. quare perſequimini me ſicut Deus? hebraicè, El, & cap. 20. extrahet eas Deus, hebraicè, El, & infra, & hæreditas verborũ eius à Deo, hebraicè, El, & c. 21. nunquid Deum docebit quiſquam? pro Deo, hebraicè, El, & cap. 22. nunquid Deo, hebraicè, El, quid enim nouit Deus, hebraicè, El, cap. 23. Deus moliuit cor meũ, hebraicè, El, cap. 27. viuit Deus, hebraicè, El, nunquid Deus audiet clamorẽ eius, hebraicè, El, & infra, hæc eſt pars hominis apud Deum, hebraicè, El, cap. 31. cùm ſurrexerit ad iudicandum me Deus, hebraicè, El, & negatio contra Deum altiſſimum, hebraicè, El, cap. 32. Deus proiecit eum non homo, hebraicè, El, & cap. 33. Spiritus Dei fecit me, hebraicè, el, ecce & me ſicut & te fecit Deus, hebraicè, El, ſemel locutus eſt Deus, hebraicè, El, & infrà, ecce hęc omnia operatur Deus, hebraicè, El, & cap. 34. Deus ſubuertit iudicium meum, hebraicè, El, & infra, abſit à Deo impietas, hebraicè, El, vt veniat ad Deum, hebraicè, El. Ferè ſic Iob appellat Deum, El. Pſalmo. 5. quia non Deus volens iniquitatem tu, non Deus, hebraice lo hel. Pſalm. 10. oblitus eſt Deus, hebraice, el. & infra, ſurge domine Deus, hebraice iehoua el. Pſalm. 16. cuſtodi me domine, vel cuſtodi me Deus, hebraice. el, & infra, dices domino, dominus meus es tu, hebraice, adonai. Pſalm. 17. Deus meus impolluta via eius, hebraice, el. & infra, Deus qui accinxit me fortitudine, hebraice, el, & infra, Deus qui das vindictas mihi, hebraice, el. & Pſalm. 18. Cæli enarrant gloriam Dei, hebraice el. Pſal. 21. Deus Deus meus, hebraice, heli. Pſal. 29. Vox domini ſuper aquas Deus glorię intonuit, hebraice, el. Pſal. 30. redemiſti me domine Deus veritatis, hebraice iehoua hel emet. Pſal. 35. quaſi montes Dei, hebraice, el. Pſal. 41. ad Deum fortẽ viuum, lehel, quod tranſlatũ eſt fortem, nunquã tamen niſi de Deo. Pſal. 43. ad Deum qui lætificat iuuentutẽ meam, hebraice, lehel. Pſal. 49. Deus deorũ dominus, hebraice, hel heloim Iehoua hel Deus. & Pſal. 52. Deus deſtruet te in finẽ, hebraice, el. & Pſal. 55. exaudiet Deus & humiliabit illos pro Deo, hebraice el, & Pſal. 56. Deum altiſſimũ Deum, qui benefecit mihi, hebraice, el. Pſal. 67. Benedictus dominus die quotidie proſperũ iter faciet nobis Deus, hebraice, el, & infra, Deus noſter, & Deus ſalutis, hebraice, el pro his omnibus, & infra, Deus Iſrael ipſe dabit fortitudinẽ, hebraice, el. Pſalm. 68. qui ſpectant te domine Deus Sabaoth, hebraice adonai, Iehoua dominantes Deus, hebraice, el. & Pſal. 74. omnes feſtiuitates Dei, hebraice, el. & Pſal. 77. & tentauerunt te Deum, hebraice, el, & infra, male loquuti ſunt de Deo, hebraice el, & infra, reuertebantur & diluculo veniebant ad Deum, hebraice, el. & infra, Deus excelſus redemptor eorum eſt, hebraice, el. Pſal. 80. nec adorabis Deũ alienum, hebraice, el. & ſupra, non erit in te Deus recens, hebraice, el. & Pſal 81. Deus ſtetit in ſinagoga deorum, vel vt alij vertũt, Deus ſtetit in cœtu Dei, hebraice pro in cœtu Dei, eſt hel. & Pſal. 82. nec compeſcaris deus, hebraice, el. & Pſalm. 83. exultauerunt in Deum viuum, hebraice el. Pſal. 84. audiam quid loquatur in me dominus Deus, hebraice, habel Iehoua. Pſal. 85. tu autem domine Deus, hebraice ad tha adonai hel. Pſal. 88. quis ſimilis erit filijs Dei? hebraicè, helim, & infra, Deus qui glorificatur in conſilio ſanctorũ, hebraice, el. & infra, Pater meus eſt Deus meus, hebraice, heli. Pſal. 89. à ſęculo vſque in ſęculũ tu es, hebraice, tu

es; hel.i. Deus. Pſal.93. Deus vltionũ dñs, Deus vltionũ vtroq; loco eſt, hel, ideſt, Deus. Pſal.94. quoniam Deus magnus Dominus, hebraice eſt hel, ideſt, Deus, Pſal.98. Deus tu propitius fuiſti eis, hebraice, hel, & Pſalmo. 105. obliti ſunt Deum qui ſaluauit eos qui fecit mirabilia in terra ægypti, hebraice, hel, & ſupra dixerat tẽtauerunt Deum in inaquoſo pro Deo, hebraice eſt, hel. Pſal.106. quia exacerbauerunt eloquia Dei, hebraice, hel, Pſalm.108. qui loquũtur mala aduerſus animam meam.

¶ Loci ſcripturæ, quibus ſanctaTrinitas demonſtratur, vbi alterũ nomen plurale eſt, quod ſignificet perſonas: ſingulare alterum, quod eſſentiam ſignificet Et tu Dñe fac mecũ, hebraice eſt ve ata, Iehoui adonai. Pſalmo.135. confitemini Dño dominorum, hebraice, lehadone, adonim Pſalm. 139. Deus Domine v r‑tus ſalutis meę, hebraice Iehoui adonai Deus dominantes mei. Pſalm.141. quia ad te domine domine oculi mei, hebraice Iehoui adonai, Deus dominan‑

Pſal.23. Vulg. *Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales.* Dominica prima aduentus in reſponſorijs primę lectionis.

&	principes veſtri	portas	Attollite
וְ	רָאשֵׁיכֶם	שְׁעָרִים	שְׂאוּ
	æternales	ianuæ	eleuamini
	עוֹלָם	פִּתְחֵי	הִנָּשְׂאוּ

Ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν καὶ ἐπάρθητε πύλαι αἰώνιοι.

Diuus Hieronymus in Pſalmũ. 23. hos verſus voces eſſe Angelorũ qui cum Chriſto ad infernum deſcenderunt ad ſubiectos Diaboli, quibus oſtẽdunt ſe principem illorũ ligatum ducere, & iubent tollere portas quod abſtracta ſit illorum poteſtas in ſanctos viros, & interpretatur quoque de angelis bonis qui Chriſtum aſcendentem in cælũ cũ humanitate aſſumpta admirãtur, ait tamen hebraice eſſe, leuate portę capita veſtra, & ſic poteſt hebręa lectio reddi vt ait D. Hieronymus, tranſlatio tamẽ Lxx virorum congruit cum lectione hebræa mirabiliter, neque id in dubium quiſquam poteſt euocare, hebræa nãq; lectio eſt, ſeu ſearim, quod verti poteſt. Tollite portas, ſeu, tollite portæ & poſtea raſchem, capita veſtra, quod nomen caſu vocandi vertere Lxx & rectiſſime verterũt, & capita accepere pro principibus, vt græce & latine & hebraice caput pro Principe accipi ſolet, & ſic Lxx vertere pro hac voce capita, Principes, vt ſit ſẽſus: heus capita veſtra i. Principes veſtri. i. hi, qui in hoc cœtu principes veſtri ſunt, tollite portas & eleuamini portæ æternales & introibit Rex gloriæ. Quid poteſt habere vitij interpretari, capita veſtra. i. qui capita apud vos eſtis, tollite portas &, O principes veſtri, ideſt, heus vos qui principatũ hic tenetis, tollite portas; potuit reddi, tollite portæ capita veſtra, potuit, quid ni? tamen ſenſum Eccleſiaſticũ tolli nõ oportet. Tertul. aduerſus Marcionẽ li.4.c.30. de triũpho crucis interpretatur, vt congruat cũ Eccleſię ſanctę ceremonijs, quę nihil erat cur tollerẽtur. Athanaſius de humanitate verbi, de aperto itinere in cęlũ hæc verba interpretatur, nihil illi, inquiens, opus erat reſeratione portarum, erat enim omnium dñs, ſed nos eramus quibus ea reſeratio neceſſaria fuit, quos ipſe ſuo corpore in ſublime attollebat, eodẽ refert idẽ Athanaſ. oratione.2. contra Arianos, probãs his verſibus Chriſti diuinitatẽ, Tollite portas, inquiẽs, & introibit rex gloriæ, illi portæ clauſæ non erant, vtpote Dño & conditori omniũ, ſed propter nos dictũ eſt quibus porta paradiſi clauſa fuit, ſed humano more dictũ eſt, introibit, velut homine introeũte, & rurſum, introibit Rex gloriæ: de diuinitate, eadẽ repetit oratione.4. aduerſum eoſdẽ Arianos, & idem Athanaſius de interpretatione Pſalmorũ ad Marcellinũ, ita explanat, & Irenęus lib.4.c.66. & Ambroſius de fide ad Gratianũ, lib.4. & alijs locis. & Iuſtinus aduerſus Tryphonẽ Iudæum, & Cyprianus in expoſitione

tione ſymboli in illa verba: Aſcendit in cœlos. Gregorius Nazianzenus in oratione ſecunda in Paſcha, de Aſcenſione Dñi in cœlos & triũpho crucis interpretatur, vt eodẽ ſpectet omniũ ſanctorum ſentẽtia hos verſus de reſurrectione Domini, & aſcenſione in cœlos à Propheta fuiſſe prædictos: mitto Dionyſiũ Areopagitã, Chryſoſtomũ, & alios grauiſsimos patres quorũ explanationes irritas feciſſe non oportebat, neq; D. Hieronyquod putat hebraicè eſſe alieno ab his ſenſu interpretatur cõtra Iſidorus Clarus & alios in Pſalmis verſu factis de arca teſtamẽti, & templo Hieroſolymitano hæc explanãt, typice fortaſſe, aiũt; de Chriſto, hoc colore Chriſto aufertur diuinitas Ariani defenduntur, tollitur Chriſti ad inferos deſcẽſus, & ſanctorũ Patrũ liberatio, & Chriſti reſurrectio, & in cœlos aſcẽſio: dicere ſolebãt mihi; ita hebraicè eſſe ait D. Hiero. vt nos vertimus, ita eſt, nõ reijcit tamẽ Eccleſiaſticã lectionẽ, ſed interpretatur eã, & quam hebraice eſſe putat iuxta ſententiã ſanctorũ Patrũ explanè & nõ Iudaice. Noſtri temporis interpretes quidã fere omnia de Chriſto myſteria & præcipuè ea quę ad Chriſti diuinitatẽ ſpectant conuellere videntur.

Vulg. *Nõ auferetur ſceptrum de Iuda neq; dux de fœmore eius donec veniat qui mittendus eſt.* — Gen. 49.

Lectio Hebręa.

ſcriba & de Iuda virga auferetur Non
לא יסור שבט מיהודה ומחקק
filij eius veniat quo ad pedes eius de inter
מבין רגליו עד כי יבא שילה

Lxx.

οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ.

HAec prophetia dicitur ad veſperas feriæ ſecũdę Dñicę primę aduẽtus, & in aduẽtu nõ rarò repetitur. tã euidẽs prophetia vt inter eas numeretur quæ noſtrã fidẽ ſanctã faciũt euidẽtem; nõ quod ea quæ ſunt fidei ſint euidentia nobis vſq; ad viſionẽ beaticã quæ vſq; ad illã euidens eſſe nullo modo põt, ſed quod euidẽs ſit nos qui credimus Chriſto vera ſequi nõ falli qđ euidẽs ſit eſſe credẽdũ, quod Theologi aiunt. Aug. de ciui. Dei. lib. 18. c. 45. tẽpus aduẽtus Chriſti deſignatũ hoc vaticinio ait; Nõ deficiet, inquiens; Princeps è Iuda, &c. Non defuit ergo Iudæorũ Princeps, è Iudæis vſq; ad Herodẽ, quẽ primũ acceperunt alienigenã regẽ; & cõcludit ex hoc vaticinio tẽpus fuiſſe Herode regnãte; vt veniret ille cui repoſitũ erat regnũ Iſrael, Et idẽ Auguſt. manifeſtius hoc idem, in præfatione in Pſal. 75. Et Iuſtinus aduerſum Tryphonẽ Iudæũ eiuſdẽ ſententiæ author eſt. Nicephorus Caliſtus libro. 1. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. c. 6. ſub finem, & cap. 9. in principio hãc prophetiã de ſaluatore noſtro liquidiſsime prolatã eſſe ait quod tũc veniſſe appareat, cũ defecerit ſceptrũ de regno Iuda, datum à Romanis homini alienigenę. Et Orig. ſuper cap. 49. Geneſeos hũc locũ manifeſte relatũ ad Chriſtũ ait quod cõſtet vſque ad natiuitatẽ Chriſti nõ defeciſſe Principẽ ex genere Iuda aut Iudæorũ; vt ego puto legẽdũ, vt ſtatim oſtẽdam, nec dux de fœmoribus eius vſq; ad Herodẽ regẽ qui alienigena fuit, vt multis locis narrat Ioſephus Iudæus. Euſebius Cæſarienſis lib. 3 demõſtrationis Euãgelicę demõſtratione ſecũda idẽ ait, ſed Iuda hoc loco nõ accipi debere pro Iuda Patriarcha, nec pro eius tribu, ſed pro omni natione Iudæorũ quod dixiſſe ait Moſen prophetice quod viderit viſione prophetica, tẽpore Chriſti omnes tribus Iſrael vno nomine appellãdas Iudæorũ neque futurũ vt Iudæi diſtincti per tribus eo tempore ſint futuri, ſed vno nomine omnes Iudęi appellarẽtur, multò fuſius hoc idẽ Euſebius lib. 8. demõſtrationis Euãgelicæ demõſtratione primã vbi pluribus docet Principes nõ fuiſſe ex tribu Iuda vſq; ad Dauidẽ regẽ, nec poſt captiuitatẽ Babylonicã ex tribu Iuda fuiſſe Principes, vt neceſſe habeas intelligere non defuiſſe Principes ex Iuda, ex Iudæa; quod Iuda duo ſignificat, & regnũ Iuda, & vniuer-

ſam Iudæam, hoc enim nomine appellabatur temporibus Chriſti, & ſic apud geographos omnes nominatur. Chryſoſtomus in demoſtratione quod Chriſtus ſit Deus, & tépus, inquit, manifeſtauit, quo Chriſtus véturus erat, princeps ex Iuda neque dux ex lumbis eius, &c. vides hoc vaticinium quã congruat, tũc cóparuit Dominus, cũ deficerent principes Iudaici, & Romanis ſubderétur, qui Herodem alienigená Iudææ Regé pręfecit: Ambroſius quoque de benedictionibus Patriarcharũ cap. 4. eodem modo explanat, & Epiphanius li. 1. cótra Hæreſes hunc locũ etiá interpretatur, contra Herodianos, & oſtendit euidéter hunc locum ad Chriſtũ referri, denique nullus ex veteribus eſt, quin hunc locũ ita interpretetur, & Athanaſius de incarnatione verbi lib. 1. inter apertiſsimæ veritatis prophetias hanc refert, Moſes, inquit, vſque ad Chriſtum perſeueraturum Regnũ Iudæorum prædixit, non deficiet, inquiés, princeps è Iuda, &c. nã quamuis poſt captiuitatem Babylonicã non fuerint Reges, fuit tamé penes ſacerdotes; & addit poſt illa quæ diximus: cur non agnoſcunt Iudæi Chriſtum? imo cur ſponte deſpiciũt? & auertunt oculos ne videant eum quem ſcripturæ Prophetãt? quid facérent quæſo Iudæi tam manifeſta prophetia conſtricti? vident præſignificatũ tempus aduétus Chriſti; & præſignificatum eo tempore venturum, cum deficeret regnum Iudæorum; vident duraſſe penes Reges vſque ad Babylonicã captiuitatem, vſque ad Chriſtum Dominum penes ſacerdotes, in Herode ceſſaſſe Regnum Iuda qui alienigena erat, & à Romanis præpoſitus fuit Rex Iudæę, neque poſt Chriſti Domini aduentum Reges vnquam habuiſſe Iudæos, quo ſe verterét? quid dicerent, quo nã modo aduerſus tã manifeſtã veritaté (vt verbis vtar Athanaſij) pugnarét? ad ſuas ſe fraudes cóuertunt, mutát litteram vnam, aut ex duabus vocibus vnã faciunt, aut alias adhibét fallacias, & poſtea erumpũt in ſolitos clamores: veritas hebraica. veritas hebraica, quę potius eſt perfidia Iudaica, primũ omniũ hebraicè duplex erat lectio, ea quæ nũc eſt, diuiſim tamẽ legenda, ſai là. i. donum ei, quam lectioné ſequuti ſunt Lxx qui verterũt, nó auferetur ſceptrũ de Iuda? neque dux de fœmore eius donec veniat promiſſum ei, illud . ſ. in ſemine tuo benedicentur omnes gétes, & illa ſacra virgo de qua erat prohetia: naſcetur virga de radice Ieſſe, & flos ille odoratiſsimus qui de radice eius erat aſcéſur[9], & ita hebraicè ſcriptũ eſt, Sai lah. i. munus, vel promiſsũ ei ſupple virgę, ná pro ſceptro hebraice eſt, ſebeth. i. virga, vel ſceptrũ, pro quo Lxx reddidere princeps, quod penes ſacerdotes erat virga regia & regia poteſtas, ſceptrũ regále, eſt ergo pro ſceptro hebraicè, ſebeth, virga, cui reſpódet, ſai lah, munus ei virgæ fœminino genere ille. i. qui ex ea virga reſurrexit imperare gentibus, vt interpretatur D. Paulus, vt nó defuturũ principẽ è Iuda dicat donec veniat ſceptro Iuda munus promiſſum. Quid hoc manifeſtius? vt hoc tã planum vaticiniũ è medio tollát Iudæi duas dictiones illas, ſai lah, in vnã mutát, ſilah, pũcta quoq; mutát, vt nó, ſai lah, legaẽ, ſed, ſilah, & ꝙ nec hoc feciſſe ſat eſt litterã mutát quæ nũc hebraice eſt, &, ſiloh, legũt etiá repugnãte lectione hebræa quæ nũc eſt, Rogant vnde ego ſciam legendũ fuiſſe nó, ſiloh, ſed, ſai lah, & mutata pũcta, mutatã litterã, litterã mutatã ipſa hebræa æditio arguit, quę etiá nũc pręfert, lah nó loh, cętera plana tibi erũt ſi legeris 2. huius operis li. c. 18. & c. 19. Neq; Iudæi hoc feciſſe ſat habét, ſed fingũt voces hebręas, & earũ ſignificationes, quæ nũquá fuẽt, ſil, aiunt ſignificare filiũ, quod nunquã oſtẽdent, etiã ſi omnium Iudæorũ corat manus, Rabini aiũt, hoc docét, Rabinos impios, nó moror, oſtendãt locũ ſcripturæ vbi, ſil, filiũ ſignificet, nũ ſi ſe ruperint hoc faciét, hoc loco inquiét, ſignificat filiũ, nihil agit exemplũ quod litẽ lite reſoluit

S. Maria.

ſoluit, quod docet Ariſtoteles Topicô. 8. libro, vides quot ſtrophas adhibet Iudæus, vt vinculis quibus hac prophetia conſtringitur ſeſe extricet, neq; poteſt tamen: noſtri quidã Iudaicã tranſlationẽ nobis obtrudũt, & pro, donec veniat qui mittẽdus eſt, de qua paulo poſt dicã, vel donec veniat promiſſum ei, vertũt, donec veniat ſiloh, vt è manibus excutiat de Chriſto euidẽtiſsimã Prophetiã, irrita faciat omnia veterũ patrũ ſcripta, & Iudaicã tranſlationẽ nobis obtrudãt, vt neceſſe habeamus conſulere Iudæos quid ſit, ſiloh, & ab illis interpretationẽ ſcripturę Iudaicã diſcere, Eccleſiaſticam obliuiſci, cantiones ſacras Eccleſiæ cõtẽnere & ridere, quin & in ſuis lexicis in dictione, ſil, nõ citãt vulgatã, ſed interpretationẽ Iudaicã, neq; veteres patres citant, ſed hos & illos Rabinos, vt nõ Eccleſiæ filijs, ſed filijs ſynagogę lexicon cõſcripſiſſe videãtur. Alia hebræa lectio eſt. Donec veniat ſilohe ה in ח mutato quod illæ duæ litteræ minimo diſcrimine diſtant, illo tantũ quod altera habet virgulã poſteriorẽ cohærentẽ ſuperiori virgulæ, alterius poſterior virgula non cohęret ſuperiori, quin & hoc ita cõfunditur, vt niſi qui doctiſsimus ſit interdũ intergnoſcere non queat. Hãc ergo vocẽ, ſilohe, vertit D. Hiero: qui mittendus eſt, vt ſit, donec veniat qui mittẽdus eſt, & ſic quoq; planiſsima & euidẽtiſsima eſt prophetia, & ideo Iudæis neq; hanc ſequi placet. Iã vertũt, inquiunt, Iudæi; donec veniat Meſsias, aut, donec veniat Chriſtus. Ita eſt; ſed inſidioſe, referũt enĩ ad Regẽ Dauidẽ, quilibet enim Rex dicebatur Chriſtus, & hebraice Meſsias, & hanc lectionẽ nõ auerſarẽtur Iudęi, licet enim ſenſus cohærere non poſsit, ſi ad Dauidẽ referatur prophetia nihil id morarẽtur, dũmodo quo iure quaue iniuria noſtris rebus poſsint obſtrepere & vociferationibus omnia cõplere. Tranſlatio D. Hiero. eſt admirabilis: Nõ deficiet ſceptrũ de Iuda donec veniat qui mittẽdus eſt, ideſt, donec veniat ille quẽ expectabãt omnes veteres patres. Itaq; noſtri quidã interpretationẽ Iudaicã ſcripturę ſacræ contextũ ſacræ ſcripturæ faciunt: pro interpretatione D. Hiero: & Lxx virorũ, & cõtra interpretationẽ Symmachi & Theodotionis qui vt intelliges ex lib. 8. Euſebij demõſtrationis Euangelicæ, demonſtratione prima, ita hãc prophetiã vertere vt Lxx. Aquila tamẽ iam eo tẽpore fraudes verſare cœperat, vt ex eodẽ libro diſces: vnde apparet quod repetitũ millies à me eſt, nunquã Iudęorũ perfidiã per tot annorũ interualla in peruertẽdis prophetijs de Chriſto manifeſtis ceſſaſſe. Alia quoq; hoc loco adhibita à Iudæis fallacia eſt quod ex tranſlatione Lxx & ex vulgata D. Hiero. liquet, Iudęos pro, ſub fœmore, poſuiſſe hebraice, inter pedes, vt probatum eſt ſupra eo loco vbi de illa prophetia diſceptabamus. Pone manũ ſub fœmore. Cũ enim Iudæi viderẽt cõpletũ eſſe tẽpus aduentus Chriſti quod ceſſaſſet regnũ ex Iuda, tamen à principio relicta Iudæis aliqua poteſtas erat in ſuos in vrbibus in quibus cõmorarẽtur quod toto orbe terrarũ in vrbibus nobiliſsimis bonã vrbiũ partẽ tenebãt, & ſuis ipſis pręerant & in ſuos ius habebãt, & ex antiquiſsima cõſuetudine hoc illis poſt Chriſti tempora remanebat in ſuos imperiũ, vt igitur eluderent prophetiã, nec dux de fœmore eius, quę manifeſtiſsima erat, & videbãt Iudæis iã nõ eſſe Reges aut Imperatores de genere Iudæorũ pro, de fœmore eius, ſcripſere, de inter pedes eius, & pro, dux, interpretati ſunt, ſcribã, vt ad illã poteſtatẽ Iudiciariã referre poſſent hãc prophetiã quod crederẽt diu duraturã illis eã poteſtatẽ & ita ſuos in ſuis ſynagogis poſſent retinere. Ergo pro, dux de fœmore eius, ſcripſere, ſcribæ, de inter pedes eius, quam dicendi formam in ſcriptura ſancta non reperies.

Vulg. *Ipſe erit expectatio gentium.* — Gen. 49.

popułorum congregatio ipſe & — Lectio Hebręa.

וְלוֹ יִקְּהַת עַמִּים׃

καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. — Lxx.

HAEc ꝓphetia quę dicitur adveſpe
ras feriæ.2.Dñicę primę aduẽtus,
nunerari ſolet inter euidentiſsimas de
ChriſtoDomino prophetias,cui niſi frau
de Iudaica reſponderi nullo modo pote
rat. Auguſt. de ciuitate Dei lib.18.cap.
45.ſic interpretatur hunc locũ: promiſ-
ſum eſt,inquiẽs, nouo teſtaméto vt ipſe
dñs eſſet expectatio gẽtium, fieri autẽ
nó poſſet vt gentes expectarẽt eum in
iudiciũ venturum niſi prius in eum cre-
derẽt, Orig.in.c.49.Geneſeos hunc lo-
cũ interpretãs ſic ait.In Chriſto quomo
do gentes ſperẽt Euangelij fides & Eccle
ſiarum docet propagatio.Hilar. in Pſal.
68.in illa verba: fiat mẽſa eorũ, cum ex
Iuda, inquit,princeps veniẽs expectatio
gentiũ nunciatur,in Abrahã ſemine om
nes patriæ gẽtiũ benedicendæ dicuntur.
Ambroſ.de benedictionibus Patriarcha
rũ.c.4.non deficiet princeps ex Iuda do
nec veniat cui repoſitũ eſt, vt Eccleſiam
Dei cógreget,inquit,ex conuentu natio
num,ipſe eſt expectatio gentiũ,plus di-
xit quã ſi dixiſſet,ipſum expectant gen-
tes, eo quod omnis ſpes Eccleſiæ in ipſo
recũbat.Chriſ.in demonſtratione quod
Chriſtus ſit Deus,ipſe erit, inquit, expe-
ctatio gentiũ quia aduentu ſuo omnes
gentes attraxit. Aug.contra Fauſtũ Ma
nichæũ lib.12.c.42.Iudæos & hæreticos
hac ꝓphetia ſic premit,ſi defuit princeps
ex Iuda cum primũ Rex alienigena He
rodes in gẽte Iudęorum fuit quo tẽpore
natus eſt Chriſtus,ſi ꝙ ſequitur, ipſe erit
expectatio getiũ,populũ gẽtiũ illi ſubdi
tũ videmus,quid ad hæc reſpõdetis inſa
ni?Iuſtinus aduerſus Tryphonẽ Iudæum
hæc verba: & ipſe erit expectatio gen-
tium,duo ſimul ſignificare ait, nationes
Chriſtum eſſe recepturas quẽ ſui non re
ceperunt, & eius aduentũ ad vltimum
iudiciũ expectaturas. Chryſoſ. rurſus
homilia.2.de eo quod dixit Eſaias, factũ
eſt anno quo mortuus eſt Ozias, hinc
nobis,inquit, aduerſus Iudæos infœlices
multis opus eſt demõſtrationibꝰ ad euin
cendam veritatẽ,aduerſus Iudæos inquã,
infœlices ac miſeros, qui ob temporum
ignorãtiam in grauiſsimũ errorem pro-
lapſi ſunt, nam ſi audiſſent Patriarcham
dicentem:non deficiet princeps ex Iuda,
&c.nó incidiſſent in Antichriſtũ à Chri
ſto dilapſi,hæc Chyſoſtomus.Atqui ad
noſtros quoſdam idẽ dicere poſſet, qui
non ſolum ipſi incidere in Antichriſtũ
volũt, ſed alios in eandem tradere ruinã.
Athanaſius de humanitate verbi hac
prophetia vrget Iudęos, cum verbum
patris quod incarnatũ aſpernati ſunt Iu-
dæi hunc ipſum gentes venerentur, cur
non agnoſcunt? vel potius cur cœcu-
tiunt? & infra quid autem ille qui in ex-
pectatione gentium erat cum veniret fa
cere debuit? vocare, inquies, gentes ad
fidem:etiam vocatæ ſunt,&c. Theodo-
retus de græcorũ affectionibus libr. 10.
hunc locum eodẽ modo interpretatur
his verbis,Iacob Pattiarcha cum Iudam
benediceret de gentium benedictione
non tacuit,ait enim: non deficiet &c.&
poſtea,ipſe erit expectatio gentium.Euſe
bius de demõſtratione euangelica lib.8.
demonſtratione prima Theodotionẽ &
Symmachũ Iudęos blaſphemos, vt ver-
bis D.Hieronymi vtar ſic vertiſſe hunc
locum ſcribit,vt tranſtulit,D.Hierony-
mus, & vt vertere Lxx.ſolum Aquilam
Iudæum hunc locum aliter tranſtuliſſe
docet, quod vt D. Hiero.admonet, Iu-
dęi trãſlatores ſubdola interpretatione
multa Chriſti myſteria celarint:quid fa
ciant ergo hoc loco Iudæi,quo ſe vertãt,
quid reſpõdeant ſanctis patribus, nó ha
bẽt,cõuertuntur ad ſuas fraudes quod ſæ
pe eos facere ſolitos oſtendimus, duce
Aquila Iudæo, de quo diximus,mutant
vnũ verbũ,ꝓ ipſe erit expectatio gẽtiũ le
gũt populorũ, pro, goim, gentiũ,legũt
hamim, populorũ, & ſolitos Rabinos
mutare dictiones in lect. hebræa oſten-
dimus huius operis lib.2.c.66. neq; hac
fraude contenti ſunt, mutant quoque
vocũ ſignificationes,quod Aquila quo
que primus feciſſe oſtendimus יקהת
iqehath,quam vocem.D.Hieronymus,

& Lxx

& Lxx & Symmachus & Theodotio
Iudæi reddiderant,expectationẽ,cũ hũc
locũ vertere,ipſe erit expectatio gentiũ,
reddũt,ipſi erit aggregatio vel obediẽtiã
populorũ,nã pro,huh,ipſe,poſuere, loh;
ei,vt ad Dauidẽ referri poſſet hic totus
locus,ipſi Dauidi erit obediẽtia multo-
rũ populorũ,quod Dauid lõge lateq́ue
protulit fines regni Iudææ. Itaq; noſtro-
rũ quidã,relicto D. Hiero. relictis Lxx
viris,relictis quoq; trãſlatoribus Iudæis
antiquis,Rabinos duces ſequuntur qui
nobis aduerſantur, & citant locũ Pro-
uerbiorũ in quo eadẽ dictio dicitur eſſe,
neq; vſquã in hac ſignificatione reperi-
ri hanc vocẽ intelliges ex lexico Cõplu
tẽſi:& de illis illud queror quod in trãſ-
latione ſequuti videãtur. R.D.&.R.Io-
nah,margini adſcripſerint ſententiã. R.
Sclomoh,neq; hoc loco, neq; in lexicis
hebræis vlla fiat mẽtio ſentẽtiæ D. Hie-
rony. aut Lxx interpretũ, neq; adeo Iu-
dæorum antiquiſsimorũ Symmachi &
Theodotionis. Pauliſper hic conſidea-
mus,ſi in maxime manifeſtis de Chriſto
Prophetarũ prædictionibus quę Iudęos
conſtrictos in vinculis tenẽt, ita vt illis
elabi non liceat,ius habẽt mutandi quæ
volũt,& vitiandi ſingula & erũpere in
ſolitos clamores,veritas hebraica, veri-
tas hebraica,& audiũtur, & plauſibiles
apud plæroſq; ſunt, ſi procerũ Eccleſiæ
permiſſu hoc fecerint,neſcio quæ Eccle
ſiæ ſanctæ ſui iuris tuendi reliqua ſpes
ſit.En hi duo loci euidentẽ noſtrã faciũt
fidẽ eo ſenſu,vt euidenter ſit credenda;
vitiãtur impune vt miſeros, & nimium
miſeros faciãt Iudęos,vt verbis D.Chry
ſoſtomi vtar,vt extinctis horũ duorum
locorũ prædictionũ de Chriſto lumini-
bus ſplẽdidiſsimis,in tenebris ſint,ne ac
cedãt ad Chriſtũ,& quidã è noſtris eaſ-
dẽ tenebras in Eccleſiam ſanctã induce-
re conentur,quæ,R.P. Chriſtianæ impẽ
deant pericula,quis nõ videt? Inſtãt hic
ſemper., vnde ſciam Iudæos hos facere
dolos? toto ſecundo huius operis libro
huius rei D.Hiero.& omniũ veterũ pa-
trũ teſtimonia cito,& Iudæorũ antiquo
rũ,& Rabinorũ recẽtiorũ,quib9 liqueat
à Iudæis hoc fieri non raro. Sed ſat eſt le
giſſe ſecundi libri ca. 18.& 19. vt planũ
fiat vnde ego id ſciã. Neq; hoc loco vlla
probatione opus erat,vbi D.Hiero. qui
tranſtulit vulgatã noſtrã & Lxx viri,&
Symmachus & Theodotio Iudæi no-
ſtrã lectionẽ probãt,dãnant Iudaicã,cur
liceat quibuſdam ex noſtris his relictis
Rabinos ſequi impios? & iuxta canonẽ
à D.Hiero. præſcriptũ quẽ ego exẽplo
codicis Hiſpani, qui latine verſus eſſet
multis ante annis ante oculos omniũ po
nere ſoleo, ex tranſlatione D. Hierony.
& Lxx virorum id quod diximus in le-
ctione hebræa factum apparet.

Anacephaleoſis, id eſt, enumeratio per capita ſingula, eorum quæ hoc tertio libro diximus vſque adhuc. 1

ILle alter qui apud Ciceronẽ publica
inſtrumẽta corruperat & poſtea ea-
dẽ pulcherrimis litterarũ characteribus
deſcribi fecerat ſine vlla littera,vt litte-
rarũ pulchritudo ſpecies & figura ea iu-
dicibus cõmẽdarẽt & probarẽt eſſe quã
caſtigatiſsima ſimile quiddã Iudæi mi-
hi feciſſe videtur qui ſpecioſiſsimis litte
rarum figuris hebræos codices,quos in
quibuſdã locis vitiauere depictos habẽt
ne quid appareat litturarũ, ne quid ſit qđ
legẽtiũ oculos & animos nõ alliciat &
in ſui admirationem rapiat,quod ne fiat
lectorẽ,(ſi quis forte hæc legerit, admi-
rator hebræorũ codicũ) admonere vo-
lui,oſtendiſſe me vſq; adhuc ſub illa ſpe
cie & pulchritudine litterarũ has inſi-
dias Iudęorũ deliteſcere,vt Chriſto vero
Deo & vero homini auferatur diuinitas
& Dei opti.Max.maieſtas,& homo nu-
dus relinquatur hæreticis & Iudæis, vt
prędictiones Prophetarũ de ſacratiſsimę
Mariæ virginitate:(ſunt enim Iudæi An
tidicomarianitæ acerrimi) obſcurẽtur,
& in longe diuerſum ſenſum pertrahã-
tur, prophetiæ quas de aduentu Domi-

ve, ze, aſer, iqra, la, hoc eſt, qui vocauit eum, apparet legendum, ve, ze, aſer, iqru, lo, i, & hoc quod vocabunt eum. Et poſtea, hiehoua ſidqenu. Deus iuſt⁹ noſter, vt ille qui natus eſt de ſanguine Dauid dicatur nomine Deus iuſtus noſter. Hoc idem teſtatur tranſlatio Lxx mutatione ergo duarum litterarum & punctorum detrahitur Chriſto Domino diuinitas à Iudæis. Quin & Vatablũ pertæſum fuit tantæ corruptelæ, & dictionem illam, eam, in illo, vocabit eam, eum legendum ait ex tranſlatione Lxx. Allegant exemplaria vetuſta vt Iudaicam impietatem defendant, & ex hoc loco diuinitatem Chriſto Domino adimant, non impunè laturi, vt non inultum abſtulere quicunque in Chriſtum Dominũ aliquod admiſere nefas: Hoc non ſolum noſtri & rerum noſtrarũ hiſtoriæ prodidere, prodidit Plato nunquam quenquam ad uerſum Deum auſum quidquam quin priuſquam è vita exceſsiſſet nó id magno lucrit. Auguſt. qui eadem tempeſtate fuit cum D. Hieronymo lib. de ciuitate Dei. 18. cap. 33. hunc locum ita citat de Chriſto Domino. Hoc eſt nomẽ quod vocabunt eum Dominus iuſtus noſter, ne conſulat quiſquam aduerſum Chriſtum Dominum vetuſta exemplaria, vt defendat Iudæos, Chriſtum oppugnet, Aquila Iudæus hunc locum vitiauit, vt Chriſto diuinitatẽ auferret. Et eſt vnus ex illorum numero de quibus Hieronymus, cùm Aquilam & Symmachum & Theodotionẽ blaſphemos Iudęos nominat, & multa de Chriſto myſteria celaſſe ait. Dixi enim alibi, Aquilam & reliquos acceſsiſſe ad faciendas tranſlationes eo animo, vt Chriſto aduerſarẽtur: & Lxx viris obſtreperẽt. Sed vt Balam propheta Dæmonum coactus eſt dicere, quę nõ vellet, ita eos permiſit Dñs oracula manifeſta de Chriſto peruertere, quę eis notiſsima erãt, & in ore omni populo: in cęteris fecit texere admirãdas quaſdã trãſlationes, vt vſui Eccleſiæ ſanctæ eſſent. Corrupit igitur Aquila hunc locum ſic:

& hic qui vocauit eum Deus iuſtitia noſtra. ve, ze, aler, iqro, iehouah, ſidqenu. vt ſignificaret Deum fuiſſe, qui vocauit populum Iuda è captiuitate Babylonica. Et ſunt è noſtris, qui hanc oſtentent tranſlationem, eamque opponant Vulgatæ, & verſioni Lxx. Dicat his aliquis Vatablum & Iſidorũ Clariũ hæc omnia ad Chriſtũ referre, & authores eſſe, Iudæos hæc etiã de Chriſto interpretari, niſi ſimularent viros bonos nunquã noſtros fallerẽt, arte nos tractant, excutiũt de manibus noſtrã vulgatã, & Lxx interpretationẽ, quæ Chriſti diuinitatem planè ſonant; obtrudunt pro eis nobis Iudaicã interpretationẽ quæ ad Babylonicã captiuitatẽ hæc referat, vt germen iuſtum ſupra, populus Iudaicus appelletur, quẽ germinare Dñs fecerit, ſed cur Dauidi fecit germinare populũ Iudaicũ non dicunt cum poſt captiuitatẽ Babylonicã ex poſteritate Dauidis rex nullus fuerit, neque adijciunt quomodo ca. 23. vbi eadẽ hæc verba ſunt ſubiungatur. Et regnabit rex & ſapiens erit, poſt captiuitatem Babylonicã nó regnauit rex vſq; ad tẽpora proxima temporibus Chriſti, vbi duo aut tres tyrãni ſibi regiũ diadema impoſuerunt, neque germen iuſtum populum Iudaicum iure quiſquam appellet, vt reliqua omittam, quo pro, zarach, mutatis duabus litteris, ſamach, ſcripſere, ideſt, pro oriẽte, ſcripſere germen, vt dicetur infra in locis citatis à D. Luca, nec quę dixi fecere ſolum, ſed quãtum apparet ex trãſlatione D. Hierony. & Lxx expunxere ex lectione hebræa duas voces, ſem, & hu, vbi enim legitur, ve ze, legẽdũ erat, ve, ze, ſem. Et hoc nomen, ſic enim eſt in vulgata D. Hiero. & in tranſlatione Lxx, & poſt verba illa, quod vocabunt, deeſt vocula hebrea, hu, iuxta tranſlationem D. Hierony. & Lxx, ideſt, eum, vt fit: Hoc eſt nomen quod vocabunt eum. Oſtendimus libro ſecundo ex authoritate veterum patrum Iudæos fuiſſe teſtamentarios, id eſt, Dei teſtamenti corruptores

non

non ſolum malitia ſed etiam negligentia, quod multis exemplis oſtendimus lib. 2. cap. 64. Horum ſcelerum indiciũ facere perhonorificum ſemper fuit, furta ſcripturæ ſacræ facere, aut facta defendere id ſemper fuit immane flagitium. Sed vt eo regrediar vnde diuerti etiam excuſsis duabus illis hebræis voculis hebræa lectio Chriſti diuinitatem planè ſonabat, & hoc quod vocabunt Deus iuſtus noſter, id eſt, hoc nomen quod vocabunt hoc germen iuſtum de quo agebam, quod ego germinare faciam Dauidi erit ſupple Deus iuſtus noſter, id enim eſt, vocabunt Deus iuſtus noſter, mutatis duabus litteris prorſus tollitur Chriſto ſua diuinitas, pro, iqru, vocabunt, legunt, iqra, vocabit, pro, lo, eum, legunt, la, eam, quam vocem caſtigat Vatablus ex tranſlatione Lxx legendumque ait, eum, non, eam, aut, ei, genere maſculino, nõ ei, genere fœminino. Quærerem ego ex Vatablo, aut ex eius defenſoribus cur quod caſtigare ſe dicit ex Lxx viris, non caſtiget etiam ex tranſlatione D. Hieronymi. Nam in huius operis Prolegomenis oſtendimus vulgatam noſtram à D. Hieronymo eſſe æditam; rurſum cur eadem ratione qua, lo, pro, la, legendum dicit hebraicè, non fateatur etiam, iqru, vocabunt, pro, iqra, vocabit, legendum eſſe quoque ex eiſdem tranſlationibus? legunt ergo hi boni viri, hoc eſt quod vocabit eam Dominus iuſtitia noſtra. Vt ſit ſenſus Iudaicus, hoc eſt; quod vocabit eam captiuitatem ex Babylone, ſcilicet, Dominus iuſtitia noſtra, id eſt, Dominus iuſtitia noſtra vocabit eam captiuitatem ex Babylone. Nam quod ad Eccleſiam ipſi referũt nos fallunt, alioquin nunquam Chriſto Domino diuinitaté abſtuliſſent; apertius ille tranſlator quod dure ſonabat eo ſenſu quo diximꝰ: Hoc eſt quod vocabit eam Dominus iuſtitia noſtra, reddidit ipſe, Et iſte qui vocabit eam Dominus iuſtitia noſtra, & in margine, iuſtus noſter, vt eſſet ſenſus Iudaicus. Iſte qui vocabit eam captiuitatem ex Babylone fuit Dominus iuſtus noſter, vel iuſtitia noſtra. Malitioſe interpretaris, inquient, nam ipſi de Eccleſia interpretantur: qui Iudaicas non nouerit artes hoc dicet. Age eſto vt hoc vere & ex animo interpretentur, duplici nomine de illis queror, quod profeſsi ſe aptiſſimam interpretationem ſequuturos, Iudaica ſemper ſequuntur, & vulgatam noſtram nobis è manibus excutiũt, nec eam ſaltem margini adſcribunt, vt adſcribere ſolent margini vel viliſsimi rabini annotatiunculam; alterum illud eſt quod ex hoc loco quantum in illis eſt ſitũ Chriſto diuinitaté auferũt, aut bene ablatã Chriſto ſuã diuinitaté ex hoc loco defendunt validiſsime homines Chriſtiani & qui inter Chiſtianos magnum gerere nomen profitentur, & ſubuertitur ſcriptura eccleſiaſtica qua refellebantur hæretici à maioribus noſtris & Eccleſia ſancta ſuis ſpoliatur armis. Nam lectio hebræa quæ Chriſto diuinitatem aufert tegitur & occultatur, & vt lateat explanatur, vt eccleſiaſtica, nec produntur inſidię, quid ſi illas, inquies, non intellexere, Apagelis homines docti non intelligunt quid interſit inter has duas orationes, hic eſt qui vocabit eam Deus iuſtus noſter, & hoc eſt nomen quod vocabunt eum Deus iuſtus noſter. Quin hoc attende paucißimos locos ſcripturæ de diuinitate Chriſti relictos ab his videas, quin aliqua Iudaica fraude attententur, vt nihil minus quam Chriſti diuinitatem videantur ſonare.

Vulg: *Deus fortis.* Eſai. 9.

fortis	Deus
גִּבּוֹר	אֵל
θεὸς ἰσχυρός.	

Lectio Hebręa. Lxx.

De hoc loco dictũ eſt in illud Eſaię. Paruulus natus eſt nobis filius datus eſt nobis, vbi puero illi qui nobis natus eſt nomen imponitur Deus fortis; vocabitur, inquit, nomen eius admirabilis, cõſiliarius, vel, vt vertere Lxx magni conſilij

quod non iuſtificetur homo comparatus Deo, audacter prouocāt Deum. capit. 12. Iob. Hebraicè, hel, c. 13. Iob. nunquid Deus indiget veſtro mendacio? hebraicè. El. c. 15. Iob. nūquid grāde eſt, vt cōſoletur te Deus? hebraicè, El, & infra qui tumet? cōtra Deum ſpiritus tuus, contra Deum hebraicè, El, tetendit enim aduerſus eum manum ſuam, aduerſus Deum hebraicè, El, & cap. 16. concluſit me Deus, hebraicè, El, cap. 18. in fine, qui ignorat Deum, hebraicè, El, cap. 19. quare perſequimini me ſicut Deus? hebraicè, El, & cap. 20. extralietcas Deus, hebraicè, El, & infra, & hæreditas verborū eius à Deo, hebraicè, El, & c. 21. nunquid Deum docebit quiſquam? pro Deo, hebraicè, El, & cap. 22. nunquid Deo, hebraicè, El, quid enim nouit Deus, habraicè, El, cap. 23. Deus molliuit cor meū, hebraicè, El, cap 27. viuit Deus, hebraicè, El, nunquid Deus audiet clamorē eius, hebraicè, El, & infra, hæc eſt pars hominis apud Deum, hebraicè, El, cap. 31. cùm ſurrexerit ad iudicandum me Deus, hebraicè, El, & negatio contra Deum altiſſimum, hebraicè, El, cap. 32. Deus proiecit eum non homo, hebraicè, El, & cap. 33. Spiritus Dei fecit me, hebraicè, el, ecce & me ſicut & te fecit Deus, hebraicè, El, ſemel locutus eſt Deus, hebraicè, El, & infrà, ecce hęc omnia operatur Deus, hebraicè, El, & cap. 34. Deus ſubuertit iudicium meum, hebraicè, El, & infra, abſit à Deo impietas, hebraicè, El, vt veniat ad Deum, hebraicè, El. Ferè ſic Iob appellat Deum, El. Pſalmo. 5. quia non Deus volens iniquitatem tu, non Deus, hebraice lo hel. Pſalm. 10. oblitus eſt Deus, hebraice, el. & infra, ſurge domine Deus, hebraice iehoua el. Pſalm. 16. cuſtodi me domine, vel cuſtodi me Deus, hebraice. el, & infra, dices domino, dominus meus es tu, hebraice, adonai. Pſalm. 17. Deus meus impolluta via eius, hebraice, el. & infra, Deus qui accinxit me fortitudine, hebraice, el, & infra, Deus qui das vindictas mihi, hebraice, el. & Pſalm. 18. Cæli enarrant gloriam Dei, hebraice el. Pſal. 21. Deus Deus meus, hebraice, heli. Pſal. 29. Vox domini ſuper aquas Deus glorię intonuit, hebraice, el. Pſal. 30. redemiſti me domine Deus veritatis, hebraice iehoua hel emet. Pſal. 35. quaſi montes Dei, hebraice, el. Pſal. 41. ad Deum fortē viuum, lehel, quod tranſlatū eſt fortem, nunquā tamen niſi de Deo. Pſal. 43. ad Deum qui lætificat iuuentutē meam, hebraice, lehel. Pſal. 49. Deus deorū dominus, hebraice, hel heloim Iehoua hel Deus. & Pſal. 52. Deus deſtruet te in finē, hebraice, el. & Pſal. 55. exaudiet Deus & humiliabit illos pro Deo, hebraice el, & Pſal. 56. Deum altiſſimū Deum, qui benefecit mihi, hebraice, el. Pſal. 67. Benedictus dominus die quotidie proſperū iter faciet nobis Deus, hebraice, el, & infra, Deus noſter, & Deus ſalutis, hebraice, el. pro his omnibus, & infra, Deus Iſrael ipſe dabit fortitudinē, hebraice, el. Pſalm. 68. qui ſpectant te domine Deus Sabaoth, hebraice adonai, Iehoua dominantes Deus, hebraice, el. & Pſal. 74. omnes feſtiuitates Dei, hebraice, el. & Pſal. 77. & tentauerunt te Deum, hebraice, el, & infra, male loquuti ſunt de Deo, hebraice el, & infra, reuertebantur & diluculo veniebant ad Deum, hebraice, el. & infra, Deus excelſus redemptor eorum eſt, hebraice, el. Pſal. 80. nec adorabis Deū alienum, hebraice, el. & ſupra, non erit in te Deus recens, hebraice, el. & Pſal 81. Deus ſtetit in ſinagoga deorum, vel vt alij vertūt, Deus ſtetit in cœtu Dei, hebraice prò in cœtu Dei, eſt hel. & Pſal. 82. nec compeſcaris deus, hebraice, el. & Pſalm. 83. exultauerunt in Deum viuum, hebraice el. Pſal. 84. audiam quid loquatur in me dominus Deus, hebraice, habel Iehoua. Pſal. 85. tu autem domine Deus, hebraice ad tha adonai hel. Pſal. 88. quis ſimilis erit filijs Dei? hebraicè, helin, & infra, Deus qui glorificatur in conſilio ſanctorū, hebraice, el. & infra, Pater meus eſt Deus meus, hebraice, heli. Pſal. 89. à ſęculo vſque in ſęculū tu es, hebraice, tu

es; hel.i. Deus. Pſal. 93. Deus vltionũ dñs, Deus vltionũ vtroq; loco eſt, hel, ideſt, Deus. Pſal. 94. quoniam Deus magnus Dominus, hebraice eſt hel, ideſt, Deus, Pſal. 98. Deus tu propitius fuiſti eis, hebraice, hel, & Pſalmo. 105. obliti ſunt Deum qui ſaluauit eos qui fecit mirabilia in terra ægypti, hebraice, hel, & ſupra dixerat tẽtauerunt Deum in inaquoſo pro Deo, hebraice eſt, hel. Pſal. 106. quia exacerbauerunt eloquia Dei, hebraice, hel, Pſalm. 108. qui loquũtur mala aduerſus animam meam.

¶ Loci ſcripturæ, quibus ſancta Trinitas demonſtratur, vbi alterũ nomen plurale eſt, quod ſignificet perſonas: ſingulare alterum, quod eſſentiam ſignificet

Et tu Dñe fac mecũ, hebraice eſt ve ata, Iehoui adonai. Pſalmo. 135. confitemini Dño dominorum, hebraice, Iehadone, adonim Pſalm. 139. Deus Domine virtus ſalutis meę, hebraice Iehoui adonai Deus dominantes mei. Pſalm. 141. quia ad te domine domine oculi mei, hebraice Iehoui adonai, Deus dominan-

Pſal. 23. Vulg. *Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales.*

Dominica prima aduentus in reſponſorijs primę lectionis.

&	principes veſtri	portas	Attollite
וְ	רָאשֵׁיכֶם	שְׁעָרִים	שְׂאוּ
	æternales	ianuæ	eleuamini
	עוֹלָם	פִּתְחֵי	הִנָּשְׂאוּ

Ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν καὶ ἐπάρθητε πύλαι αἰώνιοι.

Diuus Hieronymus in Pſalmũ. 23. hos verſus voces eſſe Angelorũ qui cum Chriſto ad infernum deſcenderunt ad ſubiectos Diaboli, quibus oſtẽdunt ſe principem illorũ ligatum ducere, & iubent tollere portas quod abſtracta ſit illorum poteſtas in ſanctos viros, & interpretatur quoque de angelis bonis qui Chriſtum aſcendentem in cælũ cũ humanitate aſſumpta admirãtur, ait tamen hebraice eſſe, leuate portę capita veſtra, & ſic poteſt hebręa lectio reddi vt ait D. Hieronymus, translatio tamẽ Lxx virorum congruit cum lectione hebræa mirabiliter, neque id in dubium quiſquam poteſt euocare, hebræa nãq; lectio eſt, ſeu ſearim, quod verti poteſt. Tollite portas, ſeu, tollite portæ & poſtea raſechem, capita veſtra, quod nomen caſu vocandi vertere Lxx & rectiſſime verterũt, &; capita accepere pro principibus, vt græce & latine & hebraice caput pro Principe accipi ſolet, & ſic Lxx vertere pro hac voce capita, Principes, vt ſit ſẽſus: heus capita veſtra.i. Principes veſtri.i. hi, qui in hoc cœtu principes veſtri ſunt, tollite portas & eleuamini portæ æternales & introibit Rex gloriæ. Quid poteſt habere vitij interpretari, capita veſtra.i. qui capita apud vos eſtis, tollite portas &, O principes veſtri, ideſt, heus vos qui principatũ hic tenetis, tollite portas; potuit reddi, tollite portæ capita veſtra, potuit, quid ni? tamen ſenſum Eccleſiaſticũ tolli nõ oportet. Tertul. aduerſus Marcionẽ li. 4. c. 30. de triũpho crucis interpretatur, vt congruat cũ Eccleſię ſanctę ceremonijs, quę nihil erat cur tollerẽtur. Athanaſius de humanitate verbi, de aperto itinere in cęlũ hæc verba interpretatur, nihil illi, inquiens, opus erat reſeratione portarum, erat enim omnium dñs, ſed nos eramus quibus ea reſeratio neceſſaria fuit, quos ipſe ſuo corpore in ſublime attollebat, eodẽ refert idẽ Athanaſ. oratione. 2. contra Arianos, probãs his verſibus Chriſti diuinitatẽ, Tollite portas, inquiẽs, & introibit rex gloriæ, illi portæ clauſæ non erant, vtpote Dño & conditori omniũ, ſed propter nos dictũ eſt quibus porta paradiſi clauſa fuit, ſed humano more dictũ eſt, introibit, velut homine introeũte, & rurſum, introibit Rex gloriæ: de diuinitate, eadẽ repetit oratione. 4. aduerſum eoſdẽ Arianos, & idem Athanaſius de interpretatione Pſalmorũ ad Marcellinũ, ita explanat, & Irenęus lib. 4. c. 66. & Ambroſius de fide ad Gratianũ, lib. 4. & alijs locis. & Iuſtinus aduerſus Tryphonẽ Iudæum, & Cyprianus in expoſi-

tione

tione ſymboli in illa verba: Aſcendit in cœlos. Gregorius Nazianzenus in oratione ſecunda in Paſcha, de Aſcenſione Dñi in cœlos & triũpho crucis interpretatur, vt eodẽ ſpectet omniũ ſanctorum ſentẽtia hos verſus de reſurrectione Domini, & aſcenſione in cœlos à Propheta fuiſſe prædictos: mitto Dionyſiũ Areopagitã, Chryſoſtomũ, & alios grauiſsimos patres quorũ explanationes irritas feciſſe non oportebat, neq; D. Hierony. quod putat hebraicè eſſe alieno ab his ſenſu interpretatur cõtra Iſidorus Clarus & alius in Pſalmis verſu factis de arca teſtamẽti, & templo Hieroſolymitano hæc explanãt, typice fortaſſe, aiũt; de Chriſto, hoc colore Chriſto aufertur diuinitas Ariani defenduntur, tollitur Chriſti ad inferos deſcẽſus, & ſanctorũ Patrũ liberatio, & Chriſti reſurrectio, & in cœlos aſcẽſio: dicere ſolebãt mihi; ita hebraicè eſſe ait D. Hiero. vt nos vertimus, ita eſt, nõ reijcit tamẽ Eccleſiaſticã lectionẽ, ſed interpretatur eã, & quam hebraice eſſe putat iuxta ſententiã ſanctorũ Patrũ explanè & nõ Iudaice. Noſtri temporis interpretes quidã fere omnia de Chriſto myſteria & præcipuè ea quę ad Chriſti diuinitatẽ ſpectant conuellere videntur.

Vulg. *Nõ auferetur ſceptrum de Iuda*
Gen. 49. *neq; dux de fœmore eius donec veniat qui mittendus eſt.*

Lectio Hebręa.
ſcriba & de Iuda virga auferetur Non
לא יסור שבט מיהודה ומחקק
filij eius veniat quo ad pedes eius de inter
מבין רגליו עד כי יבא שילה

Lxx. οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ.

HAec prophetia dicitur ad veſperas feriæ ſecũdę Dñicę primę aduẽtus, & in aduẽtu nõ raro repetitur tã euidẽs prophetia vt inter eas numeretur quæ noſtrã fidẽ ſanctã faciũt euidẽtem; nõ quod ea quæ ſunt fidei ſint euidentia nobis vſq; ad viſionẽ beatificã quæ vſq; ad illã euidens eſſe nullo modo põt, ſed quod euidẽs ſit nos qui credimus Chriſto vera ſequi nõ falli quõ euidẽs ſit eſſe credẽdũ, quod Theologi aiunt. Aug. de ciui. Dei. lib. 18. c. 45. tẽpus aduẽtus Chriſti deſignatũ hoc vaticinio ait, Nõ deficiet, inquiens, Princeps è Iuda, &c. Non defuit ergo Iudæorũ Princeps, è Iudæis vſq; ad Herodẽ, quẽ primũ acceperunt alienigenã regẽ, & cõcludit ex hoc vaticinio tẽpus fuiſſe Herode regnãte, vt veniret ille cui repoſitũ erat regnũ Iſrael; Et idẽ Auguſt. manifeſtius hoc idem in præfatione in Pſal. 75. Et Iuſtinus aduerſum Tryphonẽ Iudæũ eiuſdẽ ſententiæ author eſt. Nicephorus Caliſtus libro. 1. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. c. 6. ſub finem, & cap. 9. in principio hãc prophetiã de ſaluatore noſtro liquidiſsime prolatã eſſe ait quod tũc veniſſe appareat, cũ defecerit ſceptrũ de regno Iuda, datum à Romanis homini alienigenę. Et Orig. ſuper cap. 49. Geneſeos hũc locũ manifeſte relatũ ad Chriſtũ ait quod cõſtet vſque ad natiuitatẽ Chriſti nõ defeciſſe Principẽ ex genere Iudæ aut Iudæorũ; vt ego puto legẽdũ, vt ſtatim oſtẽdam; nec dux de fœmoribus eius vſq; ad Herodẽ regẽ qui alienigenã fuit, vt multis locis narrat Ioſephus Iudæus. Euſebius Cæſarienſis lib. 3 demõſtrationis Euãgelicę demõſtratione ſecũda idẽ ait, ſed Iuda hoc loco non accipi debere pro Iuda Patriarcha, nec pro eius tribu, ſed pro omni natione Iudæorũ quod dixiſſe ait Moſen prophetice quod viderit viſione prophetica; tẽpore Chriſti omnes tribus Iſrael vno nomine appellãdas Iudæorũ neque futurũ vt Iudæi diſtincti per tribus eo tempore ſint futuri, ſed vno nomine omnes Iudęi appellarẽtur, multo fuſius hoc idẽ Euſebius lib. 8. demõſtrationis Euãgelicæ demõſtratione primã vbi pluribus docet Principes nõ fuiſſe ex tribu Iuda vſq; ad Dauidẽ regẽ, nec poſt captiuitatẽ Babylonicã ex tribu Iuda fuiſſe Principes, vt neceſſe habeas intelligere non defuiſſe Principes ex Iuda ex Iudæa; quod Iuda duo ſignificat, & regnũ Iuda, & vniuer-

ſam Iudæam, hoc enim nomine appella
batur temporibus Chriſti, & ſic apud
geographos omnes nominatur. Chry-
ſoſtomus in demoſtratione quod Chri-
ſtus ſit Deus, & tépus, inquit, manifeſta-
uit, quo Chriſtus véturus erat, princeps
ex Iuda neque dux ex lumbis eius, & c.
vides hoc vaticinium quã congruat, túc
cóparuit Dominus, cú deficerent prin-
cipes Iudaici, & Romanis ſubderétur,
qui Herodem alienigenã Iudææ Regé
pręfecit: Ambroſius quoque de bene-
dictionibus Patriarcharũ cap. 4. eodem
modo explanat, & Epiphanius li. 1. cótra
Hæreſes hunc locú etiã interpretatur,
contra Herodianos, & oſtendit euidéter
hunc locum ad Chriſtú referri, denique
nullus ex veteribus eſt, quin hunc locũ
ita interpretetur, & Athanaſius de in-
carnatione verbi lib. 1. inter apertiſsimæ
veritatis prophetias hanc refert, Moſes,
inquit, vſque ad Chriſtum perſeueratu-
rum Regnũ Iudæorum prædixit, non
deficiet, inquiés, princeps è Iuda, &c. nã
quamuis poſt captiuitatem Babylonicã
non fuerint Reges, fuit tamé penes ſa-
cerdotes; & addit poſt illa quæ diximus:
cur non agnoſcunt Iudæi Chriſtum?
imo cur ſponte deſpiciunt? & auertunt
oculos ne videant eum quem ſcripturæ
Prophetãt? quid facerent quæſo Iudæi
tam manifeſta prophetia conſtricti?
vident præſignificatũ tempus aduétus
Chriſti; & præſignificatum eo tempo-
re venturum, cum deficeret regnum Iu-
dæorum; vident duraſſe penes Reges vſ-
que ad Babylonicã captiuitatem, vſque
ad Chriſtum Dominum penes ſacerdo-
tes, in Herode ceſſaſſe Regnum Iuda qui
alienigena erat, & à Romanis præpoſi-
tus fuit Rex Iudæę, neque poſt Chriſti
Domini aduentum Reges vnquam ha-
buiſſe Iudæos, quo ſe verterét? quid di-
cerent, quo nã modo aduerſus tã mani-
feſtã veritaté (vt verbis vtar Athanaſij)
pugnarét? ad ſuas ſe fraudes cóuertunt,
mutát litteram vnam, aut ex duabus vo
cibus vnã faciunt, aut alias adhibét fal-
lacias, & poſtea erumpũt in ſolitos cla-
mores: veritas hebraica. veritas hebrai-
ca, quę potius eſt perfidia Iudaica, pri-
mũ omniũ hebraicè duplex erat lectio,
ea quæ nũc eſt, diuiſim tamé legenda, ſai
là. i. donum ei, quam lectioné ſequuti
ſunt Lxx qui vetterũt, nó auferetur ſcep
trú de Iuda? neque dux de fœmore eius
donec veniat promiſſum ei, illud . ſ. in
ſemine tuo benedicentur omnes gétes,
& illa ſacra virgo de qua erat prohetia:
naſcetur virga de radice Ieſſe, & flos ille
odoratiſsimus qui de radice eius erat aſ- S. Maria.
céſurus, & ita hebraicè ſcriptú eſt, Sai lah.
. i. munus, vel promiſsú ei ſupple virgę,
nã pro ſceptro hebraice eſt, ſebeth. i. vir
ga, vel ſceptrũ, pro quo Lxx reddidere
princeps, quod penes ſacerdotes erat vir
ga regia & regia poteſtas, ſceptrú regã-
le, eſt ergo pro ſceptro hebraicè, ſebeth,
virga, cui reſpódet, ſai lah, munus ei vir-
gæ fœminino genere ille. i. qui ex ea vir-
ga reſurrexit imperare gentibus, vt inter
pretatur D. Paulus, vt nó defuturú prin-
cipé è Iuda dicat donec veniat ſceptro Iu
da munus promiſſum. Quid hoc mani-
feſtius? vt hoc tã planum vaticiniũ è me-
dio tollãt Iudæi duas dictiones illas, ſai
lah, in vnã mutát, ſilah, púcta quoq; mu
tát, vt nó, ſai lah, legãt, ſed, ſilah, & ꝙ nec
hoc feciſſe ſat eſt litterã mutát quæ núc
hebraice eſt, &, ſiloh, legũt etiã repugnã
te lectione hebræa quæ núc eſt; Rogant
vnde ego ſciam legendú fuiſſe nó, ſiloh,
ſed, ſai lah, & mutata púcta, mutatã litte
rã, litterã mutatã ipſa hebræa æditio ar-
guit, quę etiã núc pręfert, lah nó loh, cę-
tera plana tibi erũt ſi legeris 2. huius ope
ris li. c. 18. & c. 19. Neq; Iudæi hoc feciſſe
ſat habét, ſed fingũt voces hebręas, &
earũ ſignificationes, quæ núquã fuẽt, ſil,
aiunt ſignificare filiú, quod nunquã oſté
dent, etiã ſi omnium Iudæorú cogat ma
nus, Rabini aiũt, hoc docét, Rabinos im
pios, nó moror, oſtendãt locú ſcripturę
vbi, ſil, filiú ſignificet, nõ ſi ſe rumperint
hoc faciét, hoc loco inquiét, ſignificat fi
liũ, nihil agit exemplú quod litẽ lite re-
ſoluit

ſoluit, quod docet Ariſtoteles Topicô. 8. libro, vides quot ſtrophas adhibet Iudæus, vt vinculis quibus hac prophetia conſtringitur ſeſe extricet, neq; poteſt tamen? noſtri quidã Iudaicã tranſlationẽ nobis obtrudũt, & pro, donec veniat qui mittẽdus eſt, de qua paulo poſt dicã, vel donec veniat promiſſum ei, vertũt, donec veniat ſiloh, vt è manibus excutiat de Chriſto euidẽtiſsimã Prophetiã, irrita faciat omnia veterũ patrũ ſcripta, & Iudaicã tranſlatiõné nobis obtrudãt, vt neceſſe habeamus conſulere Iudæos quid ſit, ſiloh, & ab illis interpretationẽ ſcripturę Iudaicã diſcere, Eccleſiaſticam obliuiſci, cantiones ſacras Eccleſiæ cõtẽnere & ridere, quin & in ſuis lexicis in dictione, ſil, nõ citãt vulgatã, ſed interpretationẽ Iudaicã, neq; veteres patres citant, ſed hos & illos Rabinos, vt nõ Eccleſiæ filijs, ſed filijs ſynagogę lexicon cõſcripſiſſe videãtur. Alia hebræa lectio eſt. Donec veniat ſilohe ה in ח mutato quod illæ duæ litteræ minimo diſcrimine diſtant, illo tantũ quod altera habet virgulã poſteriorẽ cohærentẽ ſuperiori virgulæ, alterius poſterior virgula non cohęret ſuperiori, quin & hoc ita cõfunditur, vt niſi qui doctiſsimus ſit interdũ internoſcere non queat. Hãc ergo vocẽ, ſilohe, vertit D. Hiero. qui mittendus eſt, vt ſit, donec veniat qui mittẽdus eſt, & ſic quoq; planiſsima & euidẽtiſsima eſt prophetia, & ideo Iudæis neq; hanc ſequi placet. Iã vertũt, inquiunt, Iudæi, donec veniat Meſsias, aut, donec veniat Chriſtus. Ita eſt, ſed inſidioſe, referũt enĩ ad Regẽ Dauidẽ, quilibet enim Rex dicebatur Chriſtus, & hebraice Meſsias, & hanc lectionẽ nõ auerſarẽtur Iudęi, licet enim ſenſus cohærere non poſsit, ſi ad Dauidẽ referatur prophetia nihil id morarẽtur, dũmodo quo iure quaue iniuria noſtris rebus poſsint obſtrepere & vociferationibus omnia cõplere. Tranſlatio D. Hiero. eſt admirabilis: Nõ deficiet ſceptrũ de Iuda donec veniat qui mittẽdus eſt, ideſt, donec veniat ille quẽ expectabãt omnes veteres patres. Itaq; noſtri quidã interpretationẽ Iudaicã ſcripturę ſacræ contextũ ſacræ ſcripturæ faciunt pro interpretatione D. Hiero. & Lxx virorũ, & cõtra interpretationẽ Symmachi & Theodotionis qui vt intelliges ex lib. 8. Euſebij demõſtrationis Euangelicæ, demonſtratione prima, ita hãc prophetiã vertere vt Lxx. Aquila tamẽ iam eo tẽpore fraudes verſare cœperat, vt ex eodẽ libro diſces: vnde apparet quod repetitũ millies à me eſt, nunquã Iudęorũ perfidiã per tot annorũ interualla in peruertẽdis prophetijs de Chriſto manifeſtis ceſſaſſe. Alia quoq; hoc loco adhibita à Iudæis fallacia eſt quod ex tranſlatione Lxx & ex vulgata D. Hiero. liquet, Iudęos pro, ſub fœmore, poſuiſſe hebraice, inter pedes, vt probatum eſt ſupra eo loco vbi de illa prophetia diſceptabamus. Pone manũ ſub fœmore. Cũ enim Iudæi viderẽt cõpletũ eſſe tẽpus aduentus Chriſti quod ceſſaſſet regnũ ex Iuda, tamen à principio relicta Iudæis aliqua poteſtas erat in ſuos in vrbibus in quibus cõmorarẽtur quod toto orbe terrarũ in vrbibus nobiliſsimis bonã vrbiũ partẽ tenebãt, & ſuis ipſis pręerant & in ſuos ius habebãt, & ex antiquiſsima cõſuetudine hoc illis poſt Chriſti tempora remanebat in ſuos imperiũ, vt igitur eluderent prophetiã, nec dux de fœmore eius, quę manifeſtiſsima erat, & videbãt Iudæis iã nõ eſſe Reges aut Imperatores de genere Iudæorũ pro, de fœmore eius, ſcripſere, de inter pedes eius, & pro, dux, interpretati ſunt, ſcribã, vt ad illã poteſtatẽ Iudiciariã referre poſſent hãc prophetiã quod crederẽt diu duraturã illis eã poteſtatẽ & ita ſuos in ſuis ſynagogis poſſent retinere. Ergo pro, dux de fœmore eius, ſcripſere, ſcribæ, de inter pedes eius, quam dicendi formam in ſcriptura ſancta non reperies.

Vulg. *Ipſe erit expectatio gentium.* Gen. 49.

populorum congregatio ipſe & — Lectio

עַמִּים יִקְּהַת לוֹ וְ — Hebręa.

καὶ αὐτὸς προσ. δοκία ἐθνῶν. — Lxx.

HAEc ꝓphetia quę dicitur adveſpe ras feriæ. 2. Dñicę primę aduẽtus, numerari ſolet inter euidentiſsimas de Chriſto Domino prophetias, cui niſi frau de Iudaica reſponderi nullo modo pote rat. Auguſt. de ciuitate Dei lib. 18. cap. 45. ſic interpretatur hunc locũ: promiſ ſum eſt, inquiẽs, nouo teſtamẽto vt ipſe dñs eſſet expectatio gẽtium, fieri autẽ nõ poſſet vt gentes expectarẽt eum in iudiciũ venturum niſi prius in eum cre derẽt, Orig. in c. 49. Geneſeos hunc lo cũ interpretãs ſic ait. In Chriſto quomo do gentes ſperẽt Euangelij fides & Eccle ſiarum docet propagatio. Hilar. in Pſal. 68. in illa verba: fiat mẽſa eorũ, cum ex Iuda, inquit, princeps veniẽs expectatio gentiũ nunciatur, in Abrahã ſemine om nes patriæ gẽtiũ benedicendæ dicuntur. Ambroſ. de benedictionibus Patriarcha rũ. c. 4. non deficiet princeps ex Iuda do nec veniat cui repoſitũ eſt, vt Eccleſiam Dei cõgreget, inquit, ex conuentu natio num, ipſe eſt expectatio gentiũ, plus di xit quã ſi dixiſſet, ipſum expectant gen tes, eo quod omnis ſpes Eccleſiæ in ipſo recũbat. Chriſ. in demonſtratione quod Chriſtus ſit Deus, ipſe erit, inquit, expe ctatio gentiũ quia aduentu ſuo omnes gentes attraxit. Aug. contra Fauſtũ Ma nichæũ lib. 12. c. 42. Iudæos & hæreticos hac ꝓphetia ſic premit, ſi defuit princeps ex Iuda cum primũ Rex alienigena He rodes in gẽte Iudęorum fuit quo tẽpore natus eſt Chriſtus, ſi ꝙ ſequitur, ipſe erit expectatio getiũ, populũ gẽtiũ illi ſubdi tũ videmus, quid ad hæc reſpõdetis inſa ni? Iuſtinus aduerſus Tryphonẽ Iudæum hæc verba: & ipſe erit expectatio gen tium, duo ſimul ſignificare ait, nationes Chriſtum eſſe recepturas quẽ ſui non re ceperunt, & eius aduentũ ad vltimum iudiciũ expectaturas. Chryſoſ. rurſus homilia. 2. de eo quod dixit Eſaias, factũ eſt anno quo mortuus eſt Ozias, hinc nobis, inquit, aduerſus Iudæos infœlices multis opus eſt demõſtrationibꝰ ad euin cendam veritatẽ, aduerſus Iudæos inquã, infœlices ac miſeros, qui ob temporum ignorãtiam in grauiſsimũ errorem pro lapſi ſunt, nam ſi audiſſent Patriarcham dicentem: non deficiet princeps ex Iuda, &c. nõ incidiſſent in Antichriſtũ à Chri ſto dilapſi, hæc Chyſoſtomus. Atqui ad noſtros quoſdam idẽ dicere poſſet, qui non ſolum ipſi incidere in Antichriſtũ volũt, ſed alios in eandem tradere ruinã. Athanaſius de humanitate verbi hac prophetia vrget Iudęos, cum verbum patris quod incarnatũ aſpernati ſunt Iu dæi hunc ipſum gentes venerentur, cur non agnoſcunt? vel potius cur cœcu tiunt? & infra quid autem ille qui in ex pectatione gentium erat cum veniret fa cere debuit? vocare, inquies, gentes ad fidem: etiam vocatæ ſunt, &c. Theodo retus de græcorũ affectionibus libr. 10. hunc locum eodẽ modo interpretatur his verbis, Iacob Pattiarcha cum Iudam benediceret de gentium benedictione non tacuit, ait enim: non deficiet &c. & poſtea, ipſe erit expectatio gentium. Euſe bius de demõſtratione euangelica lib. 8. demonſtratione prima Theodotionẽ & Symmachũ Iudęos blaſphemos, vt ver bis D. Hieronymi vtar ſic vertiſſe hunc locum ſcribit, vt tranſtulit, D. Hierony mus, & vt vertere Lxx. ſolum Aquilam Iudæum hunc locum aliter tranſtuliſſe docet, quod vt D. Hiero. admonet, Iu dęi trãſlatores ſubdola interpretatione multa Chriſti myſteria celarint: quid fa ciant ergo hoc loco Iudæi, quo ſevertãt, quid reſpõdeant ſanctis patribus, nõ ha bẽt, cõuertuntur ad ſuas fraudes quod ſæ pe eos facere ſolitos oſtendimus, duce Aquila Iudæo, de quo diximus, mutant vnũ verbũ, ꝓ ipſe erit expectatio gẽtiũ le gũt populorũ, pro, goim, genriũ, legũt hamim, populorũ, & ſolitos Rabinos mutare dictiones in lect. hebræa oſten dimus huius operis lib. 2. c. 66. neq; hac fraude contenti ſunt, mutant quoque vocũ ſignificationes, quod Aquila quo que primus feciſſe oſtendimus יקהת iqehath, quam vocem. D. Hieronymus, & Lxx

& Lxx & Symmachus & Theodotio Iudæi reddiderant, expectationē, cū hūc locū vertere, ipſe erit expectatio gentiū, reddūt, ipſi erit aggregatio vel obediētiā populorū, nā pro, huh, ipſe, poſuere, loh; ei, vt ad Dauidē referri poſſet hic totus locus, ipſi Dauidi erit obediētia multorū populorū, quod Dauid lōge lateque protulit fines regni Iudææ. Itaq; noſtrorū quidā, relicto D. Hiero. relictis Lxx viris, relictis quoq; trāſlatoribus Iudæis antiquis, Rabinos duces ſequuntur qui nobis aduerſantur, & citant locū Prouerbiorū in quo eadē dictio dicitur eſſe, neq; vſquā in hac ſignificatione reperiri hanc vocē intelliges ex lexico Cōplutēſi: & de illis illud queror quod in trāſlatione ſequuti videātur. R.D.&.R.Ionah, margini adſcripſerint ſententiā. R. Selomoh, neq; hoc loco, neq; in lexicis hebræis vlla fiat mētio ſentētiæ D. Hierony. aut Lxx interpretū, neq; adeo Iudæorum antiquiſsimorū Symmachi & Theodotionis. Pauliſper hic conſideamus, ſi in maxime manifeſtis de Chriſto Prophetarū prædictionibus quę Iudęos conſtrictos in vinculis tenēt, ita vt illis elabi non liceat, ius habēt mutandi quæ volūt, & vitiandi ſingula & erūpere in ſolitos clamores, veritas hebraica, veritas hebraica, & audiūtur, & plauſibiles apud plæroſq; ſunt, ſi procerū Eccleſiæ permiſſu hoc fecerint, neſcio quæ Eccleſiæ ſanctæ ſui iuris tuendi reliqua ſpes ſit. En hi duo loci euidentē noſtrā faciūt fidē eo ſenſu vt euidenter ſit credenda; vitiātur impune vt miſeros, & nimium miſeros faciāt Iudęos, vt verbis D.Chryſoſtomi vtar, vt extinctis horū duorum locorū prædictionū de Chriſto luminibus ſplēdidiſsimis, in tenebris ſint, ne accedāt ad Chriſtū, & quidā è noſtris eaſdē tenebras in Eccleſiam ſanctā inducere conentur, quæ R.P. Chriſtianæ impēdeant pericula, quis nō videt? Inſtāt hic ſemper, vnde ſciam Iudæos hos facere doloſ? toto ſecundo huius operis libro huius rei D.Hiero.& omniū veterū patrū teſtimonia cito, & Iudæorū antiquorū, & Rabinorū recētiorū, quib⁹ liqueat à Iudæis hoc fieri non raro. Sed ſat eſt legiſſe ſecundi libri ca. 18.& 19. vt planū fiat vnde ego id ſciā. Neq; hoc loco vlla probatione opus erat, vbi D.Hiero. qui tranſtulit vulgatā noſtrā & Lxx viri, & Symmachus & Theodotio Iudæi noſtrā lectionē probāt, dānant Iudaicā, cur liceat quibuſdam ex noſtris his relictis Rabinos ſequi impios? & iuxta canonē à D.Hiero. præſcriptū quē ego exēplo codicis Hiſpani, qui latine verſus eſſet multis ante annis ante oculos omniū ponere ſoleo, ex tranſlatione D. Hieronyi. & Lxx virorum id quod diximus in lectione hebræa factum apparet.

Anacephaleoſis, id eſt, enumeratio per capita ſingula, eorum quæ hoc tertio libro diximus vſque adhuc.

Ille alter qui apud Ciceronē publica inſtrumēta corruperat & poſtea eadē pulcherrimis litterarū characteribus deſcribi fecerat ſine vlla litura, vt litterarū pulchritudo ſpecies & figura eiaudicibus cōmēdarēt & probarēt eſſe quā caſtigatiſsima ſimile quiddā Iudæi mihi feciſſe videtur qui ſpecioſiſsimis litterarum figuris hebræos codices, quos in quibuſdā locis vitiauere depictos habēt ne quid appareat liturarū, ne quid ſit quod legētiū oculos & animos nō alliciat & in ſui admirationem rapiat, quod ne fiat lectorē, (ſi quis forte hæc legerit, admirator hebræorū codicū) admonere volui, oſtendiſſe me vſq; adhuc ſub illa ſpecie & pulchritudine litterarū has inſidias Iudęorū deliteſcere, vt Chriſto vero Deo & vero homini auferatur diuinitas & Dei opti. Max. maieſtas, & homo nudus relinquatur hæreticis & Iudæis, vt prędictiones Prophetarū de ſacratiſsimę Mariæ virginitate: (ſunt enim Iudæi Antidicomarianitæ acerrimi) obſcurētur, & in longe diuerſum ſenſum pertrahātur, prophetiæ quas de aduentu Domi-

 ni

ni deq; eius natiuitate, de circuncisione, de regibus magis concinit, Eccleſia ſancta praua interpretatione & Iudaicis fraudibus aliò deflectantur, neque perſequimur omnia (id enim infiniti operis eſſet) ſed tantum ea quæ Eccleſia Catholica in ſuis ſacris cantionibus concinit ex veteri teſtamento, nec etiam hæc vniuerſa, quod de quibuſdam in Commentarijs in Eſaiam diximus abundè, de quibuſdam libro quarto & quinto, quibus de locis Apoſtolicis & Euangelicis dicendum eſt, diſputabimus, Deo bene iuuante; ſi ſcripturæ de tantis noſtræ, ſcilicet, fidei myſterijs ruunt vereor ne noſtræ fidei tanta in plæriſque ruant myſteria. Nam veriſsimum dicent omnes, quod apud Patres eſt, ſi Iudaica vera ſunt noſtra vtique falſa erunt, contra verò ſi noſtra ſunt vera Iudaica falſa erunt. Cur ergo tanto ſtudio ea quidam ex noſtris ſequuntur, tamq; apud quoſdam ex noſtris ſunt fauorabilia.

Quæ damna ex hac ſuperiore Anacephaleoſi ſiue dictorum enumeratione Iudæi incurrant & nos videamur incurrere.

CHryſoſtomus Homelia ſecunda de eo quod dixit Eſaias. Factũ eſt anno quo mortuus eſt Ozias rex. Aduerſus Iudæos infœlices ait; Multis opus eſt demõſtrationibus aduerſus Iudæos, inquam, ait Chryſoſtomus infœlices ac miſeros qui ob temporum ignorãtiam in grauiſsimum errorem prolapſi ſunt, ſi his temporibus fuiſſet Chryſoſtomus, multo multoq; miſeriores & infœliciores appellaret Iudæos ob vitiatos codices Hebræos in quibuſdam eorum locis quam ob temporum & rerum ignorantiã inoleuerunt iam & inueterarunt in exẽplaribus hebræis fallaciæ & fraudes à ſuis maioribus in lectione hebræa adhibitæ, tradita ſunt illis à Rabinis quaſi per man⁹ hebraica volumina antiquiſsima pulcherrimis caracteribus depicta quæ arguere videãtur omnia quæ Eccleſia ſancta cõcinit de Chriſti Dñi diuinitate, de integritate ſacræ virginis, de aduẽtu filij Dei de cœlo, quæcũq; cõcinit Eccleſia ſancta de Dñi aduẽtu, de natiuitate, de circuncisione, de adoratione magorũ. Quid faciãt? tantũ abeſt vt illis in mentẽ veniat (niſi Deus illorũ pectora ſingulari quodã lumine cõpleat) trãſire ad Chriſtianiſmũ vt noſtra rideant & triũphos canãt præſertim cũ hoc accedat vt quoſdã ex noſtris quoq; Iudaicæ ſententiæ aſtipulatores oſtẽtẽt qui prophetias fere omnes de Chriſti diuinitate, de aduẽtu, de ſacra Virgine, de natiuitate, de circũcisione, de Magis improbent, cęteriſq;. Quam putemus Iudæos in ſua perfidia his cõfirmari & impietatẽ Iudaicã his ſimilibuſq; in altiſsima eorũ pectora deſcẽdere: Apud Angelũ Politianũ. 14. ca. Miſcellaneorũ ſe iactãt Iudæi de noſtris Pſalmis vitiatis, & mutatione punctorũ Picũ Mirandulanũ ingeniorũ decus ſe noſtros Pſalmos poſſe defendere à calũnia eſſe profeſſum, quantulũ eſt hoc quod ad Pſalmos attinet, omnia de Chriſto teſtimonia, vt dictum eſt, aliqua Iudaica fraude vitiata habẽt, & cum ſcriptura noſtra nõ cõgruat cũ his quæ vitiata ſunt hebraice, falſitatẽ ſcripturæ nobis obijciũt, teſteſq; noſtros quoſdã pleno ore citãt qui omnia caſtigãda ad veritatẽ hebraicã profitẽtur. Quos animos habere putemus Iudæos cùm hæc videnti & quam putemus eos in Iudaica perfidia firmari, & quãto veri⁹ hac re miſeros & infœlices eſſe ob tẽporum ignorãtiã? quod dixit Chryſoſtomus noſtrorũ verò hominũ ingenia quę in linguarũ cognitione multũ deſudarũt quã putam⁹ pectore tacito infirmari, labefactari, ad Iudaiſmũ ad hęreſes ruere & plęroſq; in eãdẽ ruinã pertrahere: Seminariũ verò Hæreſeõ, vt docẽt ſacra Concilia, & Athanaſius, & alij patres Iudaiſm⁹ eſt, cùm enim hęc quę diximus viderint omnia alia eiuſdẽ notæ eſſe putant, nec eos ratio fallit. Hinc enim facile eſt cætera conijectare, quin & mihi hæc oſten-

diſſe

diſſe ſatis ſuperque putaré, quod ex his cæterorum facilis coniectura eſt, vt hęc mala caueremus, quibus niſi ſubiectum ſit, niſi auxilietur Deus profecto impendet aliquod magnũ malum, & vtile nobis erat alieno malo ſapere finitimorũ populorũ, apud quos fortaſſe hinc hæc eſt exorta peſtis: ſed certum eſt ad alia tranſire, & multo plura oſtendere, vt vel dormientes excité vt caueant crudeliſsimum ingruens incendium: vtinam falſus vates ego ſim ne aduenɩét illa tempora quæ prædixit dñs. Putas ne cùm aduenerit filius hominis in terris inueniet fidé? Pauciſsima ſunt hæc quæ nos adnotamus; niſi ea exempli cauſa citaremus; vt intelligat qui volet Iudæos & noſtros aduerſarios eadé animi contétione ad perniciem ſuam, & eccleſiæ moliri fraudes.

Vulg. *Vnde hæc peſtis ſit nata, vt noſtrorũ quidã Eccleſiaſtica oppugnẽt.*

QVoties harum rerum mentio incidit in ſermonibus cũ viris grauiſsimis nequeunt ſatis admirari, vnde hominibus bene natis Chriſtianis ortis parétibus, auis, proauis, atauis, & religioſis hæc iniecta mens ſit, vt Eccleſiaſtica oppugnét, nulla res aiunt, tibi magis aduerſatur quã hæc, præſertim cum rumores diſtulerint hos quos tu ais Eccleſiaſtica oppugnare vitã degere Apoſtolicã, viuere religioſiſsime tã in vita quam in interpretatione ſcripturę D. Hieron. R. P. Chriſtianæ columen ducé habere, & anteſignanum, ſi huic parti, aiunt R. P. Chriſtianæ laboranti mederi poſtulas his facias ſatis neceſſe eſt; nec tantũ feceris operepręcium ſi congeriem multorum locorũ veteris teſtamenti quos Iudaica perfidia vitiauerit ante oculos omniũ poſueris quã ſi hos ſcrupulos quos diximus exanimis omniũ exemeris: ad hoc opus igitur accingamur, oſtédamus hos quos dicimus Eccleſiaſtica oppugnare directa fronte aduerſus D. Hier. & eius vulgatã certamé inire, contorquere iacula, Iudæos duces habere aduerſus D. Hiero. & D. Hiero. vulgatam. Hoc noſtrę cauſæ argumẽtum eſt, vt oſtendam Eccleſiæ ſanctæ à quibuſdam ſubrui fundamenta de vita & moribus & nobilitate quorũdam non diſputo, nec hos meos canos aut vitã, aut mores decet cuiquã maledicere; nec ego tali munere fungar vnquã, pro ſancta matre ec Eccleſia cauſam dicere conſiliũ fuit. Si huic muneri fecero ſatis reliqua iure meo videbor deprecari. Iſaac Leuita poſtulat, vt quę oſtẽdimus vitiata in hebręa lectione ex trãſlatione Lxx oſtendamus ex vulgata D. Hieron. eſſe hebraicè corrupta, aut æditioné hebræam à vulgatã D. Hieron. diſcrepare, quaſi verò nõ citauerimus locos plurimos vſque adhuc ex vulgata D. Hieron. quos vitiata à Iudæis lectio hebræa facit mendaces, ea ſigillatim qui fauet Iſaac Leuita repetere poteſt & expendere, ſed vt Iſaac Leuitæ, & huic factioni faciamus ſatis ſola ex D. Hieron. vulgata exempla ponamus, quæ arguant poſt Diui Hieronymi tempora lectionem hebræam fuiſſe mutatã.

Ex Iob cap. 3. vnde appareat quoſdam relicta ſcriptura Eccleſiaſtica Iudæos laxis habenis ſequi.

Vulg. *Maledicam ei qui maledicunt diei, qui parati ſunt ſuſcitare Leuiatã.*

qui parati ſunt · diei · maledicentes · maledicent ei
יִקְּבֻהוּ אֹרְרֵי יוֹם הָעֲתִידִים
Leuiathan · ſuſcitare
עֹרֵר לִוְיָתָן

ἀλλὰ καταράσαιτο αὐτὴν ὁ καταρώμενος τὴν ἡμέραν ἐκείνην οἱ μέλλοντες ἐγγεῖραι τὸν λεβιαθάν,

HVnc locum D. Hieronymus de martyribus & diſcipulis Domini interpretatur, qui parati erant Sathanã ad pugnam prouocare, quem locũ Lxx vertere, authore Didymo & Olympiodoro, qui prouocatus erat captiuare Leuiatam, vt de Chriſto dicatur qui trium phauit aereas poteſtates, & dedit ſuis poteſtaté calcandi ſupra ſerpentes. Hunc locum R. Dauid, & R. Leuih, & R. Selomoh, transferunt, qui paratus eſt ſuſci-

tare luctū eorum, vel qui parati ſunt ſuſcitare ſocietatē ſuam ad luctū, & noſtri quidā interpretes eos ſequūtur, relicto D. Hieron. vt non ſit ſermo de peccato originis, nec de Chriſto qui illud cū reliquis peccatis actualibus affixit cruci, ſed de hominibus miſera lamentatione lugentibus ſuas calamitates, & cōuocantibus ad illos luctus præficas, & ſocios & amicos, quod neque ratio hebrææ linguæ patitur, dicendū enim erat, leuiatam cum, m, id diſsimulāt alij Rabini. Vatablus id planè ait, & caſtigandam lectionē hebrēā cēſet, vt relicto R. D. & Hier. ſequatur Rabinos, & vt vitiata lectio hebræa vulgatam D. Hiero. & eius interpretationē falſam faciat, vt manu corrumpatur hebræa lectio mutatione vnius litteræ, n, in, m, & falſa interpretatione.

Vul. *Et ipſum rapiet armatus, Iob. 5. c.*

rapiet armatus ipſum &

וְ אֵל מְצָנִים יִקָּחֵהוּ

αὐτοὶ δὲ πρὸς ἐνόπλων ἀρθήσονται

QVod in noſtra vulgata eſt, rapiat armatus: noſtri quidam reddidere de ſpinis capiet eam, Iudaice, vt leges in Onomaſtico Complutenſi in dictione צִנִּים vnde patet D. Hiero. feciſſe vnam dictionem מִצְנִים armatus, & Iudęos feciſſe duas & tranſtuliſſe de ſpinis, neque noſtræ tranſlationis hi tranſlatores meminere vnquam, nec in margine, nec in lexicis.

Vul. *Et auis ad volatū, ibidē paulo inf.*

ad volendum eleuabuntur aquilæ filij &

וּ בְּנֵי רֶשֶׁף יַגְבִּיהוּ עוּף׃

νεοσσοὶ δ' αὐτῶν τὰ ὑψηλὰ πέτονται.

QVod D. Hieron. vertit, auis ad votum, noſtri quidam tranſtulere, filij prunæ eleuabunt volatum. Sequuti Rabinos, vt leges in dictione, reſeph, cum diſſentiant inter ſe Rabini, & alij interpretentur vt interpretes illi, alij vt reddidit D. Hieronymus, non ſequūtur tamen hi tranſlatores eos Rabinos qui faciunt nobiſcum, ſed eos qui nobis aduerſantur.

Vulgata. *An poteſt aliquis guſtare quod guſtatum adfert mortem. Iob cap. 6.*

quod parit mortē electus guſtatus eſt Si

אִם יֶשׁ טַעַם בְּרִיר חַלָּמוּת׃

QVod in noſtra vulgata eſt, an poteſt aliquis guſtare quod guſtatum adfert mortē. R. D. & R. leuih, tranſtulerunt, num eſt ſapor in albumine vitelli? relicto ergo Diuo Hieronymo placet noſtris quibuſdā ſequi Rabinos, cū hebraice neque albumen ſit, neque vitellus. Doctores aiunt hebræi, cholmon, vitellum appellant: quid quæſo, cholmon cum, chalamuth? &, rir, aiunt, ſaliuam ſignificat, & inde per metaphoram albumen oui, ô quam ridicula metaphora. Oſtēdat impius Iudæus, vbi, rir, ſiue proprie ſiue per metaphoram oui albumen ſignificet, & chalamuth, oui vitellum ſignificet, quod nunquā faciet Iudæus: noſtra Eccleſiaſtica ſcriptura cum lectione hebræa congruit mirabiliter, im, ies, taam, be ir, chalamuth, quod Hiero. ſic vertit, im, nunquid, ies, eſt, taam, ſapor, berir, in ſaliua, quod ſapor in ſaliua eſt. Chalamuth, duas partes facit hic diuus, chala, quæ parit, muth, mortem, vt ſit totum, mum eſt ſapor in ſaliua quæ parit mortem, pro quo ſententiam reddidit D. Hieron. quod ſæpiſsimè ſe facere ſolitum profitetur hic, diuus, an poteſt aliquis guſtare quod guſtatū affert mortē, Lxx pro, chalamuth, legere, chamaloth ſomniorum, & pro vna dictione acceperūt, vt ſit, num ſapor eſt in ſaliua ſomniorum. i. cū ſomniamus nos epulari laute, num ſapor eſt ille verus? nam ſaporē & verum ſaporem idem docet eſſe Ariſtoteles libro primo priorum. Quædam hebręa lexica tam in dictione, chalam, quam in dictione, rir, citant hunc locū iuxta tranſlationē Iudaicam, non iuxta vulgatam, ſolent enim fere nunquàm vulgatam citare.

Vulg. *Tempore quo fuerint diſſipati, peribunt. Infra eodem capite.*

Lectio Hebręa.

inuenientur fuerunt diſſipati in tempore

בְּעֵת יְזֹרְבוּ נִצְמָתוּ

VEteres hæc referunt ad malos qui diuitias ſequuntur & vtiles amicitias, quos perituros ait propheta ſimul, atq; diſſipabuntur, moriētur, quod Hiero. vertit, fuerint diſſipati. hebraice eſt zarab, quod Rabini aiunt tantũ hoc loco reperiri, & interpretãtur de torrentibus, qui tẽpore quo fuerint multiplicati excidentur. Quas Iudæi fingunt Etymologias, quas litterarũ mutationes vt noſtræ ſcripturæ aduerſentur: quanquã eodẽ ſpectat vtraq; interpretatio, ſed quoties ſemel reperitur verbum aliquod in ſcriptura, quod fit ſæpiſſimè, nunquam fere Iudęi auiditate contentionis, & repugnandi cum tranſlatione noſtra conſentiunt, noſtri aduerſarij Iudęos ſequũtur, noſtros non ſequuntur.

Vulg. *Super aceruum petrarum radices eius denſabuntur. Iob. cap. 8.*

Lectio Hebręa. Lxx.

dẽſabuntur aceruũ lapidum vel fontem ſuper

עַל גַּל שָׁרָשָׁיו

ἐπὶ συναγωγὴν λίθων κοιμᾶται.

PRO aceruo, hebraice eſt, gal, quæ vox hebræa ſignificat aceruum, vt res eſt confeſſa, Iudæi, vt nobis aduerſentur, fontẽ ſignificare contendũt, & ita ſuper fontẽ reddũt, vt dices ex Cõplutẽſi lexico, Iudęos ſequuntur, noſtri quidam relicta D. Hier. vulgata, & in ſuis lexicis affirmãt, gal, fontẽ ſignificare, cõfirmãt illo loco Cant. 4. Hortus cõcluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, quod hoc ſecundo loco, pro, horto concluſo, hebraice legatur, gal, naul, mutata. ſ. vna littera in alterã, ꝙ hebraice. 2. huius operis li. c. 69. millies fieri cõmonſtratũ eſt, ꝙ ꝑ. gan, ergo gal, ſcriptũ eſt mutatione illius litterę, n, in, l, gal, arguit fontẽ ſignificare, & ſi ſe rumpãt Iudæi nunquã oſtẽdẽt, gal, ſignificare fontẽ, & ex D. Hiero. tranſlatione, & ex Lxx virorũ interpretatione apparet legendũ eſſe, gan, naul hortus concluſus, quod deprehenditur ea ratione & regula quã diximus ex D. Hieron. huius operis lib. 2. cap. 18. & 19. Noſtris quibuſdã placuit ſequi Iudæos, & in lexico ſcribere ſic, gal, fons eſt, & pluraliter, guloth, fontes, Pagninus verò guloth, ſcribit dici pluraliter, fõtes à gulah, ſingulari numero. i. fõs, ſed neq; hoc neq; illud bene dictũ eſt, quãuis citet illud. 15. Ioſuę, & 1. Iudicũ. Da mihi irrigua aquarum, quod Iudæi vertunt: Da mihi fontes aquarum. Et ita irrupere in noſtra Iudæi, vt in tranſlatione Lxx qui 15. Iudicũ non videntur vertiſſe vocem hebræam, ſed integram ad nos tranſtuliſſe guloth. Noſtri ergo in trãslatione Lxx guloth verterint fontes aquarum, cum nihil minus vox hebræa ſignificet. Quæro à Pagnino, & à Iudęis quos noſtri ſequuntur, vbi, guloth, pro fontibus repererint? Hunc locũ proſe facere dicent, & cur nõ pro D. Hiero. qui accepit pro reuolutione aquarum à, galal, reuoluo, guloth, reuolutiones, cum ex locis arduis reuoluuntur aquæ in arua plana, prò reuolutionibus aquarum Hieron. dixiſſe videtur arua irrigua, vel à, galah, reuelo, guloth, reuolutiones, maim aquarum.

Vulg. *Quæ prius nolebat tangere anima mea nunc præ anguſtia cibi mei ſunt. Iob. cap. 6.*

Lectio Hebręa.

ipſi anima mea tangere quæ recuſabat

מֵאֲנָה לִנְגֹּעַ נַפְשִׁי הֵמָּה

panis mei præanguſtia

כִּדְוֵי לַחְמִי

HVnc locum non vertit D. Hiero. ad verbum, ſed ſententiã expreſſit, amatores nouitatis ſequuntur tranſlationem R. iehudah, tam hic quàm in lexicis hebręis, nec citãt vnquàm tranſlationẽ vulgatam, ſed Iudaicam, neq; vulgatã defendit vnquàm, lexicõ Complutenſe vulgatam citat & defendit.

Vul. *Qui cœpit ipſe me cõterat. ibidem.*

Lectio Hebręa.

percutiat me & Deus incipiens &

וְ יֹאֵל אֱלוֹהַּ וְ יִדַכְּאֵנִי

ἀρξάμενος ὁ κύριος τρωσάτω.

PRO, qui cœpit, hebraicè eſt, ioel, quæ vox incipere ſignificat & velle

es, hel.i. Deus. Pſal.93. Deus vltionũ dñs, Deus vltionũ vtroq; loco eſt, hel, ideſt, Deus. Pſal.94. quoniam Deus magnus Dominus, hebraice eſt hel, ideſt, Deus, Pſal.98. Deus tu propitius fuiſti eis, hebraice, hel, & Pſalmo. 105. obliti ſunt Deum qui ſaluauit eos qui fecit mirabilia in terra ægypti, hebraice, hel, & ſupra dixerat tẽtauerunt Deum in inaquo ſo pro Deo, hebraice eſt, hel. Pſal.106. quia exaceruauerunt eloquia Dei, hebraice, hel, Pſalm.108. qui loquũtur mala aduerſus animam meam.

¶ Loci ſcripturæ, quibus ſancta Trinitas demonſtratur, vbi alterũ nomen plurale eſt, quod ſignificet perſonas: ſingulare alterum, quod eſſentiam ſignificet Et tu Dñe fac mecũ, hebraice eſt ve ata, Iehoui adonai. Pſalmo.135. confitemini Dño dominorum, hebraice, Iehadone, adonim Pſalm. 139. Deus Domine virtus ſalutis meę, hebraice Iehoui adonai Deus dominantes mei. Pſalm.141. quia ad te domine domine oculi mei, hebraice Iehoui adonai, Deus dominan-

Pſal.23. Vulg. *Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales.*

Dominica prima aduentus in reſponſorijs primę lectionis.

&	principes veſtri	portas	Attollite
וְ	רָאשֵׁיכֶם	שְׁעָרִים	שְׂאוּ
	æternales	ianuæ	eleuamini
	עוֹלָם	פִּתְחֵי	הִנָּשְׂאוּ

Ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε πύλαι αἰώνιοι.

Diuus Hieronymus in Pſalmũ. 23. hos verſus voces eſſe Angelorũ qui cum Chriſto ad infernum deſcenderunt ad ſubiectos Diaboli, quibus oſtẽdunt ſe principem illorũ ligatum ducere, & iubent tollere portas quod abſtracta ſit illorum poteſtas in ſanctos viros, & interpretatur quoque de angelis bonis qui Chriſtum aſcendentem in cælũ cũ humanitate aſſumpta admirãtur, ait tamen hebraice eſſe, leuate portę capita veſtra, & ſic poteſt hebręa lectio reddi vt ait D. Hieronymus, tranſlatio tamẽ Lxx virorum congruit cum lectione hebræa mirabiliter, neque id in dubium quiſquam poteſt euocare, hebræa nãq; lectio eſt, ſeu ſearim, quod verti poteſt. Tollite portas, ſeu, tollite portæ & poſtea raſechem, capita veſtra, quod nomen caſu vocandi vertere Lxx & rectiſſime verterũt, & capita accepere pro principibus, vt græce & latine & hebraice caput pro Principe accipi ſolet, & ſic Lxx vertere pro hac voce capita, Principes, vt ſit ſẽſus: heus capita veſtra.i. Principes veſtri.i. hi, qui in hoc cœtu principes veſtri ſunt, tollite portas & eleuamini portæ æternales & introibit Rex gloriæ. Quid poteſt habere vitij interpretari, capita veſtra.i. qui capita apud vos eſtis, tollite portas &, O principes veſtri, ideſt, heus vos qui principatũ hic tenetis, tollite portas; potuit reddi, tolli te portæ capita veſtra, potuit, quid niſi tamen ſenſum Eccleſiaſticũ tolli nõ oportet. Tertul. aduerſus Marcionẽ li.4.c.30. de triũpho crucis interpretatur, vt congruat cũ Eccleſię ſanctę ceremonijs, quę nihil erat cur tollerẽtur. Athanaſius de humanitate verbi, de aperto itinere in cęlũ hæc verba interpretatur, nihil illi, inquiens, opus erat reſeratione portarum, erat enim omnium dñs, ſed nos eramus quibus ea reſeratio neceſſaria fuit, quos ipſe ſuo corpore in ſublime attollebat, eodẽ refert idẽ Athanaſ. oratione.2. contra Arianos, probãs his verſibus Chriſti diuinitatẽ, Tollite portas, inquiẽs, & introibit rex gloriæ, illi portæ clauſæ non erant, vtpote Dño & conditori omniũ, ſed propter nos dictũ eſt quibus porta paradiſi clauſa fuit, ſed humano more dictũ eſt, introibit, velut homine introeũte, & rurſum, introibit Rex gloriæ: de diuinitate, eadẽ repetit oratione.4. aduerſum eoſdẽ Arianos, & idem Athanaſius de interpretatione Pſalmorũ ad Marcellinũ, ita explanat, & Ireneus lib.4.c.66. & Ambroſius de fide ad Gratianũ, lib.4. & alijs locis. & Iuſtinus aduerſus Tryphonẽ Iudæum, & Cyprianus in expoſi-

tione

tione ſymboli in illa verba: Aſcendit in cœlos. Gregorius Nazianzenus in oratione ſecunda in Paſcha, de Aſcenſione Dñi in cœlos & triũpho crucis interpretatur, vt eodẽ ſpectet omniũ ſanctorum ſentẽtia hos verſus de reſurrectione Domini, & aſcenſione in cœlos à Propheta fuiſſe prædictos: mitto Dionyſiũ Areopagitã, Chryſoſtomũ, & alios grauiſsimos patres quorũ explanationes irritas feciſſe non oportebat, neq; D. Hierony. quod putat hebraicè eſſe alieno ab his ſenſu interpretatur cõtra Iſidorus Clarus & alius in Pſalmis verſu factis de arca teſtamẽti, & templo Hieroſolymitano hæc explanãt, typice fortaſſe, aiũt; de Chriſto, hoc colore Chriſto aufertur diuinitas Ariani defenduntur, tollitur Chriſti ad inferos deſcẽſus, & ſanctorũ Patrũ liberatio, & Chriſti reſurrectio, & in cœlos aſcẽſio: dicere ſolebãt mihi; ita hebraicè eſſe ait D. Hiero. vt nos vertimus, ita eſt, nõ reijcit tamẽ Eccleſiaſticã lectionẽ, ſed interpretatur eã, & quam hebraice eſſe putat iuxta ſententiã ſanctorũ Patrũ explanè & nõ Iudaice. Noſtri temporis interpretes quidã fere omnia de Chriſto myſteria & præcipuè ea quę ad Chriſti diuinitatẽ ſpectant conuellere videntur.

Gen. 49. Vulg. *Nõ auferetur ſceptrum de Iuda neq; dux de fœmore eius donec veniat qui mittendus eſt.*

Lectio Hebręa.

ſcriba & de Iuda virga auferetur Non

לא יסור שבט מיהודה ומחקק

filij eius veniat quo ad pedes eius de inter

מבין רגליו עד כי יבא שילה

Lxx. [illegible] ἐκλείψει ἄρχων ἐξ ἰούδα καὶ ἡγούμενος ἐκ τοῦ μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ.

HAec prophetia dicitur ad veſperas feriæ ſecũdę Dñicę primę aduẽtus, & in aduẽtu nõ raro repetitur tã euidẽs prophetia vt inter eas numeretur quæ noſtrã fidẽ ſanctã faciũt euidẽtem; nõ quod ea quæ ſunt fidei ſint euidentia nobis vſq; ad viſionẽ beatificã quæ vſq; ad illã euidens eſſe nullo modo põt, ſed quod euidẽs ſit nos qui credimus Chriſto vera ſequi nõ falli qđ euidẽs ſit eſſe credẽdũ, quod Theologi ajunt. Aug. de ciui. Dei. lib. 18. c. 45. tẽpus aduẽtus Chriſti deſignatũ hoc vaticinio ait; Nõ deficiet, inquiens, Princeps è Iuda, &c. Non defuit ergo Iudæorũ Princeps, è Iudæis vſq; ad Herodẽ, quẽ primũ acceperunt alienigenã regẽ; & cõcludit ex hoc vaticinio tẽpus fuiſſe Herode regnãte, vt veniret ille cui repoſitũ erat regnũ Iſrael. Et idẽ Auguſt. manifeſtius hoc idem, in præfatione in Pſal. 75. Et Iuſtinus aduerſum Tryphonẽ Iudæũ eiuſdẽ ſententiæ author eſt. Nicephorus Caliſtus libro. 1. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. c. 6. ſub finem, & cap. 9. in principio hãc prophetiã de ſaluatore noſtro liquidiſsime prolatã eſſe ait quod tũc veniſſe appareat, cũ defecerit ſceptrũ de regno Iuda; datum à Romanis homini alienigenę. Et Orig. ſuper cap. 49. Geneſeos hũc locũ manifeſte relatũ ad Chriſtũ ait quod cõſtet vſque ad natiuitatẽ Chriſti nõ defeciſſe Principẽ ex genere Iuda aut Iudæorũ; vt ego puto legẽdũ, vt ſtatim oſtẽdam, nec dux de fœmoribus eius vſq; ad Herodẽ regẽ qui alienigena fuit, vt multis locis narrat Ioſephus Iudæus. Euſebius Cæſarienſis lib. 3 demõſtrationis Euãgelicę demõſtratione ſecũda idẽ ait, ſed Iuda hoc loco non accipi debere pro Iuda Patriarcha, nec pro eius tribu, ſed pro omni natione Iudæorũ quod dixiſſe ait Moſen prophetice quod viderit viſione prophetica; tẽpore Chriſti omnes tribus Iſrael vno nomine appellãdas Iudæorũ, neque futurũ vt Iudæi diſtincti per tribus eo tempore ſint futuri, ſed vno nomine omnes Iudęi appellarẽtur, multo fuſius hoc idẽ Euſebius lib. 8. demõſtrationis Euãgelicæ demõſtratione primã vbi pluribus docet Principes nõ fuiſſe ex tribu Iuda vſq; ad Dauidẽ regẽ, nec poſt captiuitatẽ Babylonicã ex tribu Iuda fuiſſe Principes, vt neceſſe habeas intelligere non defuiſſe Principes ex Iuda ex Iudæa; quod Iuda duo ſignificat, & regnũ Iuda, & vniuerſam

ſoluit, quod docet Ariſtoteles Topicõ. 8. libro, vides quot ſtrophas adhibet Iudæus, vt vinculis quibus hac prophetia conſtringitur ſe ſe extricet, neq; poteſt tamen: noſtri quidã Iudaicã tranſlationẽ nobis obtrudũt, & pro, donec veniat qui mittẽdus eſt, de qua paulo poſt dicã, vel donec veniat promiſſum ei, vertũt, donec veniat ſiloh, vt è manibus excutiat de Chriſto euidẽtiſsimã Prophetiã, irrita faciat omnia veterũ patrũ ſcripta, & Iudaicã tranſlationẽ nobis obtrudãt, vt neceſſe habeamus conſulere Iudæos quid ſit, ſiloh, & ab illis interpretationẽ ſcripturę Iudaicã diſcere, Eccleſiaſticam obliuiſci, cantiones ſacras Eccleſiæ cõtẽnere & ridere, quin & in ſuis lexicis in dictione, ſil, nõ citãt vulgatã, ſed interpretationẽ Iudaicã, neq; veteres patres citant, ſed hos & illos Rabinos, vt nõ Eccleſiæ filijs, ſed filijs ſynagogę lexicon cõſcripſiſſe videãtur. Alia hebræa lectio eſt. Donec veniat ſilohe ה in ח mutato quod illæ duæ litteræ minimo diſcrimine diſtant, illo tantũ quod altera habet virgulã poſteriorẽ cohærentẽ ſuperiori virgulæ, alterius poſterior virgula non cohęrẽt ſuperiori, quin & hoc ita cõfunditur, vt niſi qui doctiſsimus ſit interdũ intergnóſcere non queat. Hãc ergo vocẽ, ſilohe, vertit D. Hiero. qui mittendus eſt, vt ſit, donec veniat qui mittẽdus eſt; & ſic quoq; planiſsima & euidẽtiſsima eſt prophetia, & ideo Iudæis neq; hanc ſequi placet. Iã vertũt, inquiunt, Iudæi; donec veniat Meſsias, aut, donec veniat Chriſtus. Ita eſt, ſed inſidioſe, referũt enĩ ad Regẽ Dauidẽ, quilibet enim Rex dicebatur Chriſtus, & hebraice Meſsias, & hanc lectionẽ nõ auerſarẽtur Iudęi, licet enim ſenſus cohærere non poſsit, ſi ad Dauidẽ referatur prophetia nihil id morarẽtur, dũmodo quo iure quaue iniuria noſtris rebus poſsint obſtrepere & vociferationibus omnia cõplere. Tranſlatio D. Hiero. eſt admirabilis: Nõ deficiet ſceptrũ de Iuda donec veniat qui mittẽdus eſt, ideſt, donec veniat ille quẽ expectabãt omnes veteres patres. Itaq; noſtri quidã interpretationẽ Iudaicã ſcripturę ſacræ contextũ ſacræ ſcripturæ faciunt pro interpretatione D. Hiero: & Lxx virorũ, & cõtra interpretationẽ Symmachi & Theodotionis qui vt intelliges ex lib. 8. Euſebij demõſtrationis Euangelicæ, demonſtratione prima, ita hãc prophetiã vertere vt Lxx. Aquila tamẽ iam eo tẽpore fraudes verſare cœperat, vt ex eodẽ libro diſces: vnde apparet quod repetitũ millies à me eſt, nunquã Iudęorũ perfidiã per tot annorũ interualla in peruertẽdis prophetijs de Chriſto manifeſtis ceſſaſſe. Alia quoq; hoc loco adhibita à Iudæis fallacia eſt quod ex tranſlatione Lxx & ex vulgata D. Hiero. liquet; Iudęos pro, ſub fœmore, poſuiſſe hebraice, inter pedes, vt probatum eſt ſupra eo loco vbi de illa prophetia diſceptabamus. Pone manũ ſub fœmore. Cũ enim Iudæi viderẽt cõpletũ eſſe tẽpus aduentus Chriſti quod ceſſaſſet regnũ ex Iuda, tamen à principio relicta Iudæis aliquã poteſtas erat in ſuos in vrbibus in quibus cõmorarẽtur quod toto orbe terrarũ in vrbibus nobiliſsimis bonã vrbiũ partẽ tenebãt, & ſuis ipſis pręerant & in ſuos ius habebãt, & ex antiquiſsima cõſuetudine hoc illis poſt Chriſti tempora remanebat in ſuos imperiũ, vt igitur eluderent prophetiã, nec dux de fœmore eius, quę maniſeſtiſsima erat, & videbãt Iudæis iã nõ eſſe Reges aut Imperatores de genere Iudęorũ pro, de fœmore eius, ſcripſere, de inter pedes eius, & pro, dux, interpretati ſunt, ſcribã, vt ad illã poteſtatẽ Iudiciariã referre poſſent hãc prophetiã quod crederẽt diu duraturã illis eã poteſtatẽ & ita ſuos in ſuis ſynagogis poſſent retinere. Ergo pro, dux de fœmore eius, ſcripſere, ſcribæ, de inter pedes eius, quam dicendi formam in ſcriptura ſancta non reperies.

Vulg. *Ipſe erit expectatio gentium.* Gen. 49.
populorum congregatio ipſe & Lectio
עַמִּים יִקְּהַת לוֹ וְ Hebręa.
καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. Lxx.

HAEc ꝓphetia quę dicitur adveſpe ras feriæ.2.Dñicę primę aduẽtus, nnerari ſolet inter euidentiſsimas de ChriſtoDomino prophetias,cui niſi frau de Iudaica reſponderi nullo modo pote rat. Auguſt. de ciuitate Dei lib.18.cap. 45.ſic interpretatur hunc locũ: promiſ-ſum eſt,inquiẽs, nouo teſtamẽto vt ipſe dñs eſſet expectatio gẽtium, fieri autẽ nõ poſſet vt gentes expectarẽt eum in iudiciũ venturum niſi prius in eum crederẽt, Orig.in.c.49.Geneſeos hunc locũ interpretãs ſic ait.In Chriſto quomo do gentes ſperẽt Euangelij fides & Eccle ſiarum docet propagatio.Hilar. in Pſal. 68.in illa verba: fiat mẽſa eorũ, cum ex Iuda, inquit,princeps veniẽs expectatio gentiũ nunciatur,in Abrahã ſemine om nes patriæ gẽtiũ benedicendæ dicuntur. Ambroſ.de benedictionibus Patriarcha rũ.c.4.non deficiet princeps ex Iuda do nec veniat cui repoſitũ eſt, vt Eccleſiam Dei cõgreget,inquit,ex conuentu natio num,ipſe eſt expectatio gentiũ,plus dixit quã ſi dixiſſet,ipſum expectant gentes, eo quod omnis ſpes Eccleſiæ in ipſo recũbat. Chriſ.in demonſtratione quod Chriſtus ſit Deus,ipſe erit, inquit, expectatio gentiũ quia aduentu ſuo omnes gentes attraxit. Aug.contra Fauſtũ Ma nichæũ lib.12.c.42.Iudæos & hæreticos hac ꝓphetia ſic premit,ſi defuit princeps ex Iuda cum primũ Rex alienigena He rodes in gẽte Iudęorum fuit quo tẽpore natus eſt Chriſtus,ſi ꝙ ſequitur, ipſe erit expectatio gẽtiũ,populũ gẽtiũ illi ſubdi tũ videmus,quid ad hæc reſpõdetis inſa ni?Iuſtinus aduerſus Tryphonẽ Iudæum hæc verba: & ipſe erit expectatio gentium,duo ſimul ſignificare ait, nationes Chriſtum eſſe recepturas quẽ ſui non receperunt, & eius aduentũ ad vltimum iudiciũ expectaturas. Chryſoſ. rurſus homilia.2.de eo quod dixit Eſaias, factũ eſt anno quo mortuus eſt Ozias, hinc nobis,inquit, aduerſus Iudæos infœlices multis opus eſt demõſtrationib⁹ad euin cendam veritatẽ,aduerſus Iudæos inquã, infœlices ac miſeros, qui ob temporum ignorãtiam in grauiſsimũ errorem prolapſi ſunt, nam ſi audiſſent Patriarcham dicentem: non deficiet princeps ex Iuda, &c.nõ incidiſſent in Antichriſtũ à Chri ſto dilapſi,hæc Chryſoſtomus.Atqui ad noſtros quoſdam idẽ dicere poſſet, qui non ſolum ipſi incidere in Antichriſtũ volũt, ſed alios in eandem tradere ruinã. Athanaſius de humanitate verbi hac prophetia vrget Iudęos, cum verbum patris quod incarnatũ aſpernati ſunt Iudæi hunc ipſum gentes venerentur, cur non agnoſcunt? vel potius cur cœcutiunt? & infra quid autem ille qui in expectatione gentium erat cum veniret fa cere debuit? vocare, inquies, gentes ad fidem: etiam vocatæ ſunt,&c. Theodoretus de græcorũ affectionibus libr. 10. hunc locum eodẽ modo interpretatur his verbis,Iacob Patriarcha cum Iudam benediceret de gentium benedictione non tacuit,ait enim: non deficiet &c.& poſtea,ipſe erit expectatio gentium.Euſe bius de demõſtratione euangelica lib.8. demonſtratione prima Theodotionẽ & Symmachũ Iudęos blaſphemos, vt verbis D.Hieronymi vtar ſic vertiſſe hunc locum ſcribit,vt tranſtulit,D.Hieronymus, & vt vertere Lxx.ſolum Aquilam Iudæum hunc locum aliter tranſtuliſſe docet, quod vt D. Hiero.admonet, Iudęi trãslatores ſubdola interpretatione multa Chriſti myſteria celarint: quid fa ciant ergo hoc loco Iudæi,quo ſevertãt, quid reſpõdeant ſanctis patribus, nõ ha bẽt,cõuertuntur ad ſuas fraudes quod ſæ pe eos facere ſolitos oſtendimus, duce Aquila Iudæo, de quo diximus,mutant vnũ verbũ,p ipſe erit expectatio gẽtiũ le gũt populorũ, pro, goim, gentiũ,legũt hamim, populorũ, & ſolitos Rabinos mutare dictiones in lect. hebræa oſtendimus huius operis lib.2.c.66. neq; hac fraude contenti ſunt, mutant quoque vocũ ſignificationes,quod Aquila quo que primus feciſſe oſtendimus יִקְּהַת iqehath,quam vocem.D.Hieronymus,

& Lxx

& Lxx & Symmachus & Theodotio Iudæi reddiderant, expectationẽ, cũ hũc locũ vertere, ipſe erit expectatio gentiũ, reddũt, ipſi erit aggregatio vel obediẽtiã populorũ, nã pro, huh, ipſe, poſuere, loh; ei, vt ad Dauidẽ referri poſſet hic totus locus, ipſi Dauidi erit obediẽtia multorũ populorũ, quod Dauid lõge lateque protulit fines regni Iudçæ. Itaq; noſtrorũ quidã, relicto D. Hiero. relictis Lxx viris, relictis quoq; trãſlatoribus Iudæis antiquis, Rabinos duces ſequuntur qui nobis aduerſantur, & citant locũ Prouerbiorũ in quo eadẽ dictio dicitur eſſe, neq; vſquã in hac ſignificatione reperiri hanc vocẽ intelliges ex lexico Cõplutẽſi: & de illis illud queror quod in trãſlatione ſequuti videãtur. R. D. & R. Ionah, margini adſcripſerint ſententiã. R. Selomoh, neq; hoc loco, neq; in lexicis hebræis vlla fiat mẽtio ſentẽtiæ D. Hierony. aut Lxx interpretũ, neq; adeo Iudæorum antiquiſsimorũ Symmachi & Theodotionis. Pauliſper hic conſideamus, ſi in maxime manifeſtis de Chriſto Prophetarũ prædictionibus quç Iudços conſtrictos in vinculis tenẽt, ita vt illis elabi non liceat, ius habẽt mutandi quæ volũt, & vitiandi ſingula & erũpere in ſolitos clamores, veritas hebraica, veritas hebraica, & audiũtur, & plauſibiles apud plæroſq; ſunt, ſi procerũ Eccleſiæ permiſſu hoc fecerint, neſcio quæ Eccleſiæ ſanctæ ſui iuris tuendi reliqua ſpes ſit. En hi duo loci euidentẽ noſtrã faciũt fidẽ eo ſenſu, vt euidenter ſit credenda; vitiãtur impune vt miſeros, & nimium miſeros faciãt Iudços, vt verbis D. Chryſoſtomi vtar, vt extinctis horũ duorum locorũ prædictionũ de Chriſto luminibus ſplẽdidiſsimis, in tenebris ſint, ne accedãt ad Chriſtũ, & quidã è noſtris eaſdẽ tenebras in Eccleſiam ſanctã inducere conentur, quæ. R. P. Chriſtianæ impẽdeant pericula, quis nõ videt? Inſtãt hic ſemper., vnde ſciam Iudæos hos facere dolos? toto ſecundo huius operis libro huius rei D. Hiero. & omniũ veterũ patrũ teſtimonia cito, & Iudæorũ antiquorũ, & Rabinorũ recẽtiorũ, quibꝰ liqueat à Iudæis hoc fieri non raro. Sed ſat eſt legiſſe ſecundi libri ca. 18. & 19. vt planũ fiat vnde ego id ſciã. Neq; hoc loco vlla probatione opus erat, vbi D. Hiero. qui tranſtulit vulgatã noſtrã & Lxx viri, & Symmachus & Theodotio Iudæi noſtrã lectionẽ probãt, dãnant Iudaicã, cur liceat quibuſdam ex noſtris his relictis Rabinos ſequi impios? & iuxta canonẽ à D. Hiero. præſcriptũ quẽ ego exẽplo codicis Hiſpani, qui latine verſus eſſet multis ante annis ante oculos omniũ ponere ſoleo, ex tranſlatione D. Hierony: & Lxx virorum id quod diximus in lectione hebræa factum apparet.

Anacephaleoſis, ideſt, enumeratio per capita ſingula, eorum quæ hoc tertio libro diximus vſque adhuc.

1 Ille alter qui apud Ciceronẽ publica inſtrumẽta corruperat & poſtea eadẽ pulcherrimis litterarũ characteribus deſcribi fecerat ſine vlla littera, vt litterarũ pulchritudo ſpecies & figura ea iudicibus cõmẽdarẽt & probarẽt eſſe quã caſtigatiſsima ſimile quiddã Iudæi mihi feciſſe videtur qui ſpecioſiſsimis litterarum figuris hebræos codices, quos in quibuſdã locis vitiauere depictos habẽt nequid appareat litturarũ, nequid ſit qđ legẽtiũ oculos & animos nõ alliciat & in ſui admirationem rapiat, quod ne fiat lectorẽ, (ſi quis forte hæc legerit, admirator hebræorũ codicũ) admonere volui, oſtendiſſe me vſq; adhuc ſub illa ſpecie & pulchritudine litterarũ has inſidias Iudçorũ deliteſcere, vt Chriſto vero Deo & vero homini auferatur diuinitas & Dei opti. Max. maieſtas, & homo nudus relinquatur hæreticis & Iudæis, vt prçdictiones Prophetarũ de ſacratiſsimç Mariæ virginitate: (ſunt enim Iudæi Antidicomarianitæ acerrimi) obſcurẽtur, & in longe diuerſum ſenſum pertrahãtur, prophetiæ quas de aduentu Domini

ni deq; eius natiuitate,de circuncifione;
de regibus magis concinit, Eccleſia ſan-
cta praua interpretatione & Iudaicis
fraudibus aliò deflectantur,neque per-
ſequimur omnia(id enim infiniti operis
eſſet)ſed tantum ea quæ Eccleſia Catho
lica in ſuis ſacris cantionibus concinit
ex veteri teſtamento,nec etiam hæc vni
uerſa,quod de quibuſdam in Commen
tarijs in Eſaiam diximus abundè,de qui-
buſdam libro quarto & quinto, quibus
de locis Apoſtolicis & Euangelicis dicē
dum eſt,diſputabimus,Deo bene iuuan-
te;ſi ſcripturæ de tantis noſtræ , ſcilicet,
fidei myſterijs ruunt vereor ne noſtræ
fidei tanta in plæriſque ruant myſteria.
Nam veriſsimum dicent omnes, quod
apud Patres eſt ſi Iudaica vera ſunt no-
ſtra vtique falſa erunt,contra verò ſi no
ſtra ſunt vera Iudaica falſa erunt. Cur
ergo tanto ſtudio ea quidam ex noſtris
ſequuntur tamq; apud quoſdam ex no-
ſtris ſunt fauorabilia.

*Quæ damna ex hac ſuperiore Anace-
phaleoſi ſiue dictorum enumeratione
Iudæi incurrant & nos videamur in-
currere.*

CHryſoſtomus Homelia ſecunda
de eo quod dixit Eſaias. Factū eſt
anno quo mortuus eſt Ozias rex. Ad-
uerſus Iudæos infœlices,ait;Multis opus
eſt demōſtrationibus aduerſus Iudęos,
inquam,ait Chryſoſtomus infœlices ac
miſeros qui ob temporum ignorātiam
in grauiſsimum errorem prolapſi ſunt,
ſi his temporibus fuiſſet Chryſoſtomus,
multo multoq; miſeriores & infœlicio-
res appellaret Iudæos ob viciatos codi-
ces Hebręos in quibuſdam eorum locis
quam ob temporum & rerum ignoran
tiā inoleuerunt iam & inueterarunt in
exēplaribus hebræis fallaciæ & fraudes
à ſuis maioribus in lectione hebræa ad-
hibitæ,tradita ſunt illis à Rabinis quaſi
per manus hebraica volumina antiquiſsi
ma pulcherrimis caracteribus depicta
quæ arguere videātur omnia quæ Eccle
ſia ſancta cōcinit de Chriſti Dñi diuini-
tate,de integritate ſacræ virginis, de ad-
uētu filij Dei de cœlo, quæcūq; cōcinit
Eccleſia ſancta de Dñi aduētu,de natiui-
tate,de circuncifione, de adoratione ma
gorū.Quid faciāt?tantū abeſt vt illis in
mentē veniat (niſi Deus illorū pectora
ſingulari quodā lumine cōpleat) trāſire
ad Chriſtianiſmū vt noſtra rideant &
triūphos canāt præſertim cū hoc acce-
dat vt quoſdā ex noſtris quoq; Iudaicæ
ſententiæ aſtipulatores oſtētēt qui pro-
phetias fere omnes de Chriſti diuinita-
te,de aduētu,de ſacra Virgine,de natiui-
tate,de circūſione,de Magis improbent,
cęteriſq;. Quam putemus Iudæos in ſua
perfidia his cōfirmari & impietatē Iudai
cā his ſimilibuſq; in altiſsima eorū pe-
ctora deſcēdere: Apud Angelū Politia-
nū.14.ca. Miſcellanęorū ſe iactāt Iudæi
de noſtris Pſalmis vitiatis,& mutatione
punctorū Picū Mirandulanū ingeniorū
decus ſe noſtros Pſalmos poſſe defen-
dere à calūnia eſſe profeſſum, quantulū
eſt hoc quod ad Pſalmos attinet, omnia
de Chriſto teſtimonia,vt dictum eſt,ali-
qua Iudaica fraude vitiata habēt,& cum
ſcriptura noſtra nō cōgruat cū his quæ
vitiata ſunt hebraice, falſitatē ſcripturæ
nobis obijciūt,teſteſq; noſtros quoſdā
pleno ore citāt qui omnia caſtigāda ad
veritatē hebraicā profitētur. Quos ani-
mos habere putemus Iudæos cùm hæc
vident? & quam putemus eos in Iudaica
perfidia firmari,& quāto verius hac re mi
ſeros & infœlices eſſe ob tēporum ig-
norātiā?quod dixit Chryſoſtomus no-
ſtrorū verò hominū ingenia quę in lin-
guarū cognitione multū deſudarūt quā
putamus pectore tacito infirmari,labefa-
ctari,ad Iudaiſmū ad hęreſes ruere & plę
roſq; in eādē ruinā pertrahere: Semina-
riū verò Hæreſeō,vt docēt ſacra Conci-
lia,& Athanaſius,& alij patres Iudaiſmus
eſt,cùm enim hęc quę diximus viderint
omnia alia eiuſdē notæ eſſe putant, nec
eos ratio fallit. Hinc enim facile eſt cæ-
tera coniectare,quin & mihi hæc oſten

diſſe

diſſe ſatis ſuperque putarē, quod ex his cæterorum facilis coniectura eſt, vt hęc mala caueremus, quibus niſi ſubiectum ſit, niſi auxilietur Deus profecto impendet aliquod magnū malum, & vtile nobis erat alieno malo ſapere finitimorū populorū, apud quos fortaſſe hinc hæc eſt exorta peſtis: ſed certum eſt ad alia tranſire, & multo plura oſtendere, vt vel dormientes excitē vt caueant crudeliſſimum ingruens incendium: vtinam falſus vates ego ſim ne aduentēt illa tempora quæ prædixit dñs. Putas ne cùm aduenerit filius hominis in terris inueniet fidē? Pauciſsima ſunt hæc quæ nos adnotamus, niſi ea exempli cauſa citaremus; vt intelligat qui volet Iudæos & noſtros aduerſarios eadē animi contētione ad perniciem ſuam, & eccleſiæ moliri fraudes.

Vulg. *Vnde hæc peſtis ſit nata, vt noſtrorū quidā Eccleſiaſtica oppugnēt.*

QVoties harum rerum mentio incidit in ſermonibus cū viris grauiſsimis nequeunt ſatis admirari, vndē hominibus bene natis Chriſtianis ortis parētibus, auis, proauis, atauis, & religioſis hæc iniecta mens ſit, vt Eccleſiaſtica oppugnēt, nulla res aiunt, tibi magis aduerſatur quā hæc, præſertum cum rumores diſtulerint hos quos tu ais Eccleſiaſtica oppugnare vitā degere Apoſtolicā, viuere religioſiſsime tā in vita quam in interpretatione ſcripturę D. Hieron. R. P. Chriſtianæ columen ducē habere, & anteſignanum, ſi huic parti, aiunt R. P. Chriſtianæ laboranti mederi poſtulas his facias ſatis neceſſe eſt, nec tantū feceris operepręcium ſi congeriem multorum locorū veteris teſtamenti quos Iudaica perfidia vitiauerit ante oculos omniū poſueris quā ſi hos ſcrupulos quos diximus exanimis omniū exemeris: ad hoc opus igitur accingamur, oſtēdamus hos quos dicimus Eccleſiaſtica oppugnare directa fronte aduerſus D. Hier. & eius vulgatā certamē inire, contorquere iacula, Iudæos duces habere aduerſus D. Hiero. & D. Hiero. vulgatam. Hoc noſtrę cauſæ argumētum eſt, vt oſtendam Eccleſiæ ſanctæ à quibuſdam ſubrui fundamenta de vita & moribus & nobilitate quorūdam non diſputo, nec hos meos canos aut vitā, aut mores decet cuiquā maledicere, nec ego tali munere fungar vnquā, pro ſancta matre ec Eccleſia cauſam dicere conſiliū fuit. Si huic muneri fecero ſatis reliqua iure meo videbor deprecari. Iſaac Leuita poſtulat, vt quę oſtēdimus vitiata in hebręa lectione ex trāſlatione Lxx oſtendamus ex vulgata D. Hieron. eſſe hebraicè corrupta, aut æditionē hebræam à vulgata D. Hieron. diſcrepare, quaſi verò nō citauerimus locos plurimos vſque adhuc ex vulgata D. Hieron. quos vitiata à Iudæis lectio hebræa facit mendaces, ea ſigillatim qui fauet Iſaac Leuita repetere poteſt & expendere, ſed vt Iſaac Leuitæ, & huic factioni faciamus ſatis ſola ex D. Hieron. vulgata exempla ponamus, quæ arguant poſt Diui Hieronymi tempora lectionem hebræam fuiſſe mutatā.

Ex Iob cap. 3. vnde appareat quoſdam relicta ſcriptura Eccleſiaſtica Iudæos laxis habenis ſequi.

Vulg. *Maledicam ei qui maledicunt diei, qui parati ſunt ſuſcitare Leuiatā.*

qui parati ſunt — diei — maledicentes — maledicent ei
הָעֲתִידִים יוֹם אֹרְרֵי יִקְּבֻהוּ

Leuiathan — ſuſcitare
לִוְיָתָן עֹרֵר

ἀλλὰ καταράσαιτο αὐτὴν ὁ καταρώμενος τὴν ἡμέραν ἐκείνην οἱ μέλλοντες ἀνεγείρειν τὸν λευιαθάν,

HVnc locum D. Hieronymus de martyribus & diſcipulis Domini interpretatur, qui parati erant Sathanā ad pugnam prouocare, quem locū Lxx vertere, authore Didymo & Olympiodoro, qui prouocatus erat captiuare Leuiatam, vt de Chriſto dicatur qui trium phauit aereas poteſtates, & dedit ſuis poteſtatē calcandi ſupra ſerpentes. Hunc locum R. Dauid, & R. Leuih, & R. Selomoh, transferunt, qui paratus eſt ſuſci-

tare luctū eorum,vel qui parati ſunt ſuſcitare ſocietatē ſuam ad luctū,& noſtri quidā interpretes eos ſequūtur, relicto D.Hieron. vt non ſit ſermo de peccato originis,nec de Chriſto qui illud cū reliquis peccatis actualibus affixit cruci, ſed de hominibus miſera lamentatione lugentibus ſuas calamitates, & cōuocantibus ad illos luctus præficas, & ſocios & amicos, quod neque ratio hebrææ linguæ patitur,dicendū enim erat, leuiatam cum, m, id diſſimulāt alij Rabini. Vatablus id planè ait, & caſtigandam lectionē hebręā cēſet,vt relicto R. D. & Hier. ſequatur Rabinos,& vt vitiata lectio hebræa vulgatam D.Hiero. & eius interpretationē falſam faciat, vt manu corrumpatur hebræa lectio mutatione vnius litteræ, n, in,m, & falſa interpretatione.

Vul. *Et ipſum rapiet armatus, Iob.5.c.*

rapiet	armatus	ipſum	&
יִקָּחֵהוּ	מִצִּנִּים	אֶל	וְ

αὐτοὶ δὲ πρὸς ἐνόπλων ἀρθήσονται.

QVod in noſtra vulgata eſt,rapiat armatus:noſtri quidam reddidere de ſpinis capiet eam. Iudaice, vt leges in Onomaſtico Complutenſi in dictione צִנִּים vnde patet D. Hiero. feciſſe vnam dictionem מִצִּנִּים armatus,& Iudęos feciſſe duas & tranſtuliſſe de ſpinis,neque noſtræ tranſlationis hi tranſlatores meminere vnquam,nec in margine,nec in lexicis.

Vul. *Et auis ad volatū, ibidē paulo inf.*

ad volendum	eleuabuntur	aquilæ	filij	&
עוּף׃	יַגְבִּיהוּ	רֶשֶׁף	בְּנֵי	וּ

νεοσσοὶ δὲ γυπῶν τὰ ὑψηλὰ πέτανται.

QVod D.Hieron. vertit, auis ad volatum, noſtri quidam tranſtulere, filij prunæ eleuabunt volatum. Sequuti Rabinos, vt leges in dictione, reſeph,cum diſſentiant inter ſe Rabini,& alij interpretentur vt interpretes illi, alij vt reddidit D.Hieronymus,non ſequūtur tamen hi tranſlatores eos Rabinos qui faciunt nobiſcum, ſed eos qui nobis aduerſantur.

Vulgata. *An poteſt aliquis guſtare quod guſtatum adfert mortem. Iob cap.6.*

quod parit mortē	electus	guſtatus	eſt	Si
חַלָּמוּת׃	בְּרִיר	טַעַם	יֵשׁ	אִם

QVod in noſtra vulgata eſt,an poteſt aliquis guſtare quod guſtatum adfert mortē. R.D.& R. leuih,tranſtulerunt,num eſt ſapor in albumine vitelli?relicto ergo Diuo Hieronymo placet noſtris quibuſdā ſequi Rabinos,cū hebraice neque albumen ſit, neque vitellus. Doctores aiunt hebræi,cholmon,vitellum appellant:quid quæſo,cholmon cum,chalamuth?&,rir,aiunt,ſaliuam ſignificat, & inde per metaphoram albumen oui, ô quam ridicula metaphora. Oſtēdat impius Iudæus,vbi,rir, ſiue proprie ſiue per metaphoram oui albumen ſignificet,& chalamuth,oui vitellum ſignificet,quod nunquā faciet Iudæus:noſtra Eccleſiaſtica ſcriptura cum lectione hebræa congruit mirabiliter, im, ies, taam,be ir,chalamuth, quod Hiero. ſic vertit,im,nunquid,ies, eſt, taam, ſapor, berir,in ſaliua, quod ſapor in ſaliua eſt. Chalamuth, duas partes facit hic diuus, chala,quæ parit,muth,mortem, vt ſit totum, mum eſt ſapor in ſaliua quæ parit mortem, pro quo ſententiam reddidit D.Hieron. quod ſæpiſsimè ſe facere ſolitum profitetur hic,diuus,an poteſt aliquis guſtare quod guſtatū affert mortē, Lxx pro,chalamuth,legere, chamaloth ſomniorum, & pro vna dictione acceperūt,vt ſit, num ſapor eſt in ſaliua ſomniorum.i.cū ſomniamus nos epulari laute,num ſapor eſt ille verus? nam ſaporē & verum ſaporem idem docet eſſe Ariſtoteles libro primo priorum. Quædam hebręa lexica tam in dictione, chalam, quam in dictione, rir, citant hunc locū iuxta tranſlationē Iudaicam, non iuxta vulgatam, ſolent enim fere nunquàm vulgatam citare.

Vulg.

Vulg. *Tempore quo fuerint diſsipati, peribunt. Infra eodem capite.*

Lectio Hebręa.

inuenientur fuerint diſsipati in tempore
בְּעֵת יְזֹרְבוּ נִצְמָתוּ

VEteres hæc referunt ad malos qui diuitias ſequuntur & vtiles amicitias, quos perituros ait propheta ſimul; atq; diſsipabuntur, morietur, quod Hiero. vertit, fuerint diſsipati. hebraice eſt zarab, quod Rabini aiunt tantũ hoc loco reperiri, & interpretãtur de torrentibus, qui tẽpore quo fuerint multiplicati excidentur. Quas Iudæi fingunt Etymologias, quas litterarũ mutationes vt noſtræ ſcripturæ aduerſentur: quanquã eodẽ ſpectat vtraq; interpretatio, ſed quoties ſemel reperitur verbum aliquod in ſcriptura, quod fit ſæpiſsimè, nunquam fere Iudęi auiditate contentionis, & repugnandi cum tranſlatione noſtra conſentiunt, noſtri aduerſarij Iudęos ſequũtur, noſtros non ſequuntur.

Vulg. *Super aceruum petrarum radices eius denſabuntur. Iob. cap. 8.*

Lectio Hebręa.

dẽſabuntur aceruũ lapidum vel fontem ſuper
שָׁרָשָׁיו גַּל עַל

Lxx. ἐπὶ συναγωγὴν λίθων κοιμᾶται.

PR O aceruo, hebraice eſt, gal, quæ vox hebræa ſignificat aceruum, vt res eſt confeſſa, Iudæi, vt nobis aduerſentur, fontẽ ſignificare contendũt, & ita ſuper fontẽ reddũt, vt dices ex Cõplutẽſi lexico, Iudęos ſequuntur, noſtri quidam relicta D. Hier. vulgata, & in ſuis lexicis affirmãt, gal, fontẽ ſignificare, cõfirmãt illo loco Cant. 4. Hortus cõcluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, quod hoc ſecundo loco, pro, horto concluſo, hebraice legatur, gal, naul, mutata. ſ. vna litera in alterã, ꝙ hebraice. 2. huius operis li. c. 69. millies fieri cõmonſtratũ eſt, ꝙ p. gan, ergo, gal, ſcriptũ eſt mutatione illius litterę, n, in, l, gal, arguit fontẽ ſignificare, & ſi ſe rumpãt Iudæi nunquã oſtẽdẽt, gal, ſignificare fontẽ, & ex D. Hiero. tranſlatione, & ex Lxx virorũ interpretatione apparet legendũ eſſe, gan, naul hortus concluſus, quod deprehenditur ea ratione & regula quã diximus ex D. Hieron. huius operis lib. 2. cap. 18. & 19. Noſtris quibuſdã placuit ſequi Iudæos, & in lexico ſcribere ſic, gal, fons eſt, & pluraliter, guloth, fontes, Pagninus verò guloth, ſcribit dici pluraliter, fõtes à gulah, ſingulari numero. i. fõs, ſed neq; hoc neq; illud bene dictũ eſt, quãuis citet illud. 15. Ioſuę, & 1. Iudicũ. Da mihi irrigua aquarum, quod Iudæi vertunt: Da mihi fontes aquarum. Et ita irrupere in noſtra Iudæi, vt in tranſlatione Lxx qui 15. Iudicũ non videntur vertiſſe vocem hebræam, ſed integram ad nos tranſtuliſſe guloth. Noſtri ergo in trãslatione Lxx guloth vetterint fontes aquarum, cum nihil minus vox hebræa ſignificet. Quæro à Pagnino, & à Iudęis quos noſtri ſequuntur, vbi, guloth, pro fontibus reperint? Hunc locũ pro ſe facere dicent, & cur nõ pro D. Hiero. qui accepit pro reuolutione aquarum à, galal, reuoluo, guloth, reuolutiones, cum ex locis arduis reuoluuntur aquæ in arua plana, prò reuolutionibus aquarum Hieron. dixiſſe videtur arua irrigua, vel à, galah, reuelo, guloth, reuolutiones, maim aquarum.

Vulg. *Quæ prius nolebat tangere anima mea nunc præ anguſtia cibi mei ſunt. Iob. cap. 6.*

Lectio Hebręa.

ipſi anima mea tangere quæ recuſabat
מֵאֲנָה לִנְגֹּעַ נַפְשִׁי הֵמָּה

panis mei præ anguſtia
כִּדְוֵי לַחְמִי

HVnc locum non vertit D. Hiero. ad verbum, ſed ſententiã expreſſit, amatores nouitatis ſequuntur tranſlationem R. iehudah, tam hic quàm in lexicis hebręis, nec citãt vnquàm tranſlationẽ vulgatam, ſed Iudaicam, neq; vulgatã defendit vnquàm, lexicõ Complutenſe vulgatam citat & defendit.

Vul. *Qui cœpit ipſe me cõterat. ibidem.*

Lectio Hebręa.

peteutiat me & Deus incipiens &
וְיֹאֵל אֱלוֹהַּ וִידַכְּאֵנִי

ἀρξάμενος ὁ κύριος τιτρωσκέτω.

PR O, qui cœpit, hebraicè eſt, ioel, quæ vox incipere ſiguificat & velle

le Rabini vtroque modo interpretatur hunc locum, qui cœpit ipſe me conterat, & ſic interpretatur thargũ R. Abraham, qui velit ipſe me conterat. Noſtri quidam R. Abrahamũ ſunt ſequuti, & velit Deus & conterat me.

Vulg. *Vt affligens me dolore non parcat. Eodem cap. 6. Iob.*

Lectio Hebrea. parcat. non in dolore affligens & — וַאֲסַלְּדָה בְחִילָה לֹא יַחְמוֹל

NOſtri quidã ſequuntur R. Abraham, vel leges in dictione, ſalad, cum camach, & vertit, pro, affligẽs me dolore non parcat, conſolidẽſcã in in ægritudine non parcet, & in margine, calefaciem me dolore. Et in lexicis citat hunc locum non iuxta vulgatam, ſed iuxta Iudaicam tranſlationem.

Vulg. *Qui tollit ab amico ſuo miſericordiã timorem Domini derelinquit. Ex eodem capit. Iob.*

Lectio Hebrea. timorem & miſericordiã à ſocio ſuo relinquẽt — לַמָּס מֵרֵעֵהוּ חָסֶד וְיִרְאַת
relinquet altiſsimi — שַׁדַּי יַעֲזוֹב׃

LXX. ἀπείπατό με ἔλεος, ἐπισκοπὴ δὲ κυρίου ὑπερεῖδέ με.

EX noſtra vulgata ſatis liquet deeſſe in lectione hebræa litterã vnã, נ pro לַמָּס diſſoluto apparet legendũ eſſe לַמּאֵס reprobanti, repellenti, vel reprobans, repellens, ea ratione quã dictũ eſt, cap. 18. & 19. lib. 2. ſed nunc de eã re non agitur: noſtri quidam in ipſo contextu & in margine ſequuntur Rabinorũ interpretationes, vt leges in theſauro in dictione מסס & in ipſis lexicis diligenter recenſet expoſitiones omnes Rabinorũ, vulgatæ D. Hieronymi mentione nulla facta in Complutenſi lexico citatur noſtra tranſlatio, & ſubijcitur Iudaica.

Vulg. *Qui timent pruinam irruet ſuper eos nix, ex eodem cap. Iob.*

Lectio Hebrea. ſuper ipſos pruina à qui timent — הַקֹּדְרִים מִנִּי קָרַח עָלֵימוֹ
nix inſiliet — יִתְעַלֶּם שָׁלֶג׃

PRo hoc quod D. Hier. vertit: qui timent pruinã irruet ſuper eos nix, noſtri quidã ſequuti, R. Dauid, & R. Ioſeph, vt leges in dictione, quadar, trãſtulere nigreſcentes præ gelu ſuper eis occultabitur nix: & eodẽ ſpectãt in lexico hebræo, vt ſit ſermo de torrẽtibus quos nigreſcere ait præ gelu, quæ quã violẽta expoſitio ſit quis non videt? & quod ſequitur etiã violentũ, vt ſuper torrentes occultetur nix, neq; vulgatę vnquã meminere, nec vllius ſcripturæ Eccleſiaſticę Iudaicã interpretationẽ tã in ipſo contextu, quã in margine cõculcãt, vulgata D. Hier. mutata vna littera cũ hebræa lectione mirabiliter congruit, lect. hebrea eſt, haqodrim, qui triſtes ſunt & mœſti, mini, qarach, à pruina, halemoh, ſuper eos, hithalẽ, expanſa eſt. Nam D. Hiero. non legit, hithalem, cum ם, ſed hithales cum ס quæ litteræ ſunt ſimilimę.

Vulg. *Tempore quo fuerint diſsipati peribunt, ex eodem cap. Iob.*

inuenientur fuerunt diſsipati in tempore — בְּעֵת יְזֹרְבוּ נִצְמָתוּ Lectio Hebrea.

QVidã etiã noſtri ſequi videntur interpretationẽ R. leui, vt colliges ex theſauro Pagnini in dictione, zarab, & in lexicis mutãt litteras & faciũt metatheſis & omnẽ lapidẽ verſant, vt Iudaicas interpretationes cõfirmẽt, lexicon Cõplutenſe ſequitur noſtram vulgatam, cuius ne meminiſſe quidem volunt alij.

Vulg. *Expectate pauliſper cõfuſi ſunt, quia ſperaui, ex eodem cap. Iob.*

ſperaui quia erubuerunt ipſos expectate — קוּ לָמוֹ׃ בֹּשׁוּ כִּי בָטַח Lectio Hebrea.

SI D. Hier. nunc ad nos rediret & hebræã lect. legeret, intelligeret ꝙ matura quidẽ ætate intellexit, vt ſupra diximus, ſed intelligeret planius aut duplicẽ in hebræa æditione lectionẽ fuiſſe, aut lectionẽ hebræam fuiſſe mutatã: nã quod vertit D. Hieron. quia ſperaui, nunc hebraicè eſt, quia ſperauit. Deſunt igitur hebraice duæ litterulę תי vt ſit prima perſona. noſtri quidam iuxta ſupradictas Rabinorum interpretationes, hæc quoq; reddunt & in margine explicãt

Vulg.

Vulg. *Nunc veniſtis, ibidem.*

non veniſtis nunc quia
כִּי עַתָּה הֱיִיתֶם לֹא

ALij pro, quia nũc veniſtis, vertũt, quia nunc fuiſtis mihi. Et legitur hebraice, quia nunc fuiſtis non, & ipſi, & Rabini ſignificant negationem לא, id eſt, non, delendam eſſe, & legendum. לִי, mihi. Caſtigãt ergo lectioné hebræam, & mutant literas & confitentur noſtrã lectioné hebrę̃a eſſe caſtigatioré D. Hię. lectioné hebrę̃ã ſic vertit, qui, quoniã, ata tité, veniſtis ab ata, venio, ata, nunc: di ces deeſſe litterã & mutari pũcta, ita eſt, ſed id faciẽdũ eſſe vulg. D. Hie. arguit eo modo, quo diximus 2. l. c. 18. & 19. & 64.

Ibidem. Vulg. *Conſyderate ſemitas Theman, itinera ſabbata, & expectate pauliſper, & defenduntur Lxx viri.*

ſemitas Thaman vias conſiderate
הַבִּיטוּ אָרְחוֹת תֵּימָא הֲלִיכוֹת
in ipſis ſperaté ſaba
שְׁבָא קַוּוּ לָמוֹ

ἴδετε ὁδοὺς θαιμανῶν, ἀτραποὺς σαβῶν οἱ διορῶντες.

EX his quæ ſuprà diximus, & ex his quæ nunc dicemus liquębit, quomodo Lxx viri ab hebræa lectione diſcordare videantur Iudæorum negligentia, aliquando etiam malitia, hebræa lectio ſubinde mutatur, id deprehenditur ex vulgata D. Hieronymi, quæ ob mutationes hebrææ lectionis diſſentire ab hebræa lectione videtur. Hoc ergo modo inueſtigabat Diuus Hieron. ex tranſlatione Aquilę ea quæ ob odium Chriſti in lectione hebręa impia ſynagoga mutaſſet, vt dictum à nobis eſt, capit. 2. libri. ne miremur iam Lxx viros diſſentire ab hebræa lectione videri, & mutatione litterarum, ſyllabarum, punctorum defendi. Pro hac tranſlatione Diui Hieron. alij reddunt reſpexerunt ſemitas thema, itinera ſeba expectauerunt ſibi. Primũ verbũ illud hebrę̃um, hibitu, quod D. Hier. vertit, conſiderate. Amatores rerum nouarum vertunt, reſpexerunt, nam mutatis punctis & præteritum eſſe poteſt, & imperantis modus, vt reſpicite, verti potuerit, & reſpexerunt. Quod nunc hebraice legitur cũ aleph, in fine vertunt, ſeba, & ſabæorum, vulgata D. Hiero. arguit lectũ eſſe olim, ſabatoth, ſabata, & non, ſeba, ſabæorũ, niſi forte putas D. Hieron. intellexiſſe, ſeba, ſignificare ſabæos, & non, ſabata. Quod D. Hieron. vertit: expectate pauliſper, vertunt, expectauerunt ſibi, & vox hebręa, quivu, præteriti temporis eſſe poteſt, & modi imperantis, vt vtroq; modo reddi potuerit. Expectauerũt, & expectate, at vocẽ hebræam ſequentẽ, lamo, ſibi, vulgata D. Hieron. arguit lectã fuiſſe olim non, lamo, ſed, lemeath cum haim, & teth, pauliſper. Et hoc ea ratione deprehenditur qua dictũ eſt ſecundi libri cap. 18. & 19. qua ratione deprehendebat D. Hiero. ex tranſlatione Aquilæ, quæ ob odium Chriſti in lectione hebræa impia ſynagoga mutaſſet.

Vulg. *Confiſi ſunt quia ſperaui, ex eodem capite.*

ſperaui quia erubuerunt
בֹּשׁוּ כִּי בָטַח

αἰσχυνθήσονται οἱ ἐπὶ πόλεσι καὶ χρήμασι πεποιθότες.

NOſtri quidã vertunt affecti ſunt, quoniam ſperauit, & ſic eſt hebraice, ſed vulgata Diui Hieronymi arguit non legendũ eſſe hebraice, batach, ſperauit, ſed batachti, ſperaui in prima perſona.

Vulg. *Venerunt quoque vſque ad me, & pudore cooperti ſunt, ex eodẽ cap.*

erubuerunt & vſque ad me venerunt
בָּאוּ עָדַיִךְ וְ יִתְפָּרוּ

ET noſtri vertunt, venerunt vſque ad illud, & ſunt affecti pudore, conueniẽter lectioni hebrę̃æ, ſed vulgata D. Hie. arguit, nõ legendũ eſſe hebraice, hadea, vſq; ad illud, ſed hadi vſque ad me.

Vulg. *Nunc veniſtis, ibidem.*

non fuiſtis nunc quia
כִּי עַתָּה הֱיִיתֶם לֹא

ET hoc quoq; vertũt, quia nũc fuiſtis, conueniẽter hebraicæ lectioni, ſed vulgata D. Hier. arguit nó legendũ

eſſe hebraice, heitem .i. fuiſtis, ſed hetitem, veniſtis ab, atah, verbo, ideſt, venio, arguit quoque vulgata D. Hieronymi redundare in lectione hebræa, loh ideſt, non, negationem, quod fatentur etiam Rabini.

Vulg. *Cum è vobis nullus ſit qui poſsit arguere me, ibidem.*

ex vobis arguens arguat quis Et
ו מַה יוֹכִיחַ הוֹכֵחַ מִכֶּם

HEbraice eſt, vmah, & quis, niſi fortaſſe legendum ſit; vmih, & quis, ioquiach, reprehendet, hoqueach, reprehendendo, michem, ex vobis vt ſit totũ, & quis reprehendet reprehẽdendo ex vobis, pro quo D. Hieronymus vertit cum è vobis nullus ſit qui poſſit arguere me. hæc omnia varia interpretatione ſunt mutata eodem tamen ſenſu.

Vul. *Cur ex vno .c. 6. Iob tot locos cõgeſſerimus & cur addiderimus poſtremò ex pauculis huius capituli verſiculis vulgata D. Hieronymi argui tot partes in hebræa lectione eſſe mutatas.*

OStendimus intra paucos verſus huius capit. 6. argui ex vulgata D. Hieronymi lectione tot partes in hebræa lectione eſſe mutatas, & inde factũ vt noſtra vulgata ab hebrea lectione diſcrepare videatur vt intelligat qui volet veriſsimè dictum à D. Chryſoſtomo malitia & negligentia Iudaica multa in hebrea lectione eſſe mutata, ne miremur cur noſtra ab hebræa lectione videatur diſſentire, ſimul etiam ne miremur cur mutatione litterarum, ſyllabarum, punctorum LXX virorum tranſlatio defendatur, libuit etiam ex vno capite 6. Iob hos tot locos in vnũ congerere vt appareat quã iure ſub D. Hieronymi nomine veluti ſub ſeptemplici aiacis clypeo ſe tueãtur qui ei tam acriter aduerſantur qui eius interpretationi ſemper Rabinicam anteferũt, neque id ſolum, ſed nec ciiãt quidem eius tranſlationem, & vt cerni oculis poſsit cur hi viri docti & bene nati, Chriſtianis orti parentibus, Eccleſiaſticæ lectioni & apoſtolicæ etiã & euãgelicæ aduerſentur, & teſtimonia ſcripturæ ab Apoſtolis & Euangeliſtis alieno ſenſu citata doceãt & ſcribant: Iudaicam interpretationem ſcripturæ ſequãtur alij, vt vel ex hoc capite liquet ſatis, alij id factum probant, & rectè factum autumãt, ſi hoc ita eſt, rectè aiunt Apoſtolos & Euangeliſtas, & ſanctos patres omnes, & fideles vniuerſos eſſe deliros, quippe impij Iudei, vt diximus ex Athanaſio, habẽt interpretationẽ ſcripturæ iuxta ſuæ infidelitatis ſcopũ iuxta quẽ, vt aliquo modo ſcriptura cohærere videatur mille verſãt dolos in lectione hebræa; ſi Iudaica probas, eccleſiaſtica improbes neceſſe eſt, atque adeo Apoſtolica & euãgelica, & chriſtianã religionem, & Chriſtũ ipſum Regem Regum & Dominũ Dominãtium, quem Ioãnes in Apocalypſi appellat, & mihi ſat erat hæc dixiſſe; & eò regredi vnde diuerterã, ſed nequis dicat intra hoc caput Iob ſextum hæc Iudaica deliria eſſe cõcluſa, in cæteris non itẽ, pauca adhuc congeram alia, vt eiuſdẽ notæ cætera eſſe coniectes.

Vulg. *Si dormiero dicam quãdo conſurgum, & rurſum expectabo veſperam & replebor doloribus vſque ad tenebras. ex cap. 7.*

obſurgam quãd dicam & dormiero Si
אָקוּם מָתַי אָמַרְתִּי וְ שָׁכַבְתִּי אִם
replebor & veſperam menſus ſuum &
שָׂבַעְתִּי וְ עָרֶב מִדַּד וְ
tenebras vſque ad doloribus
נְשֶׁף עֲדֵי נְדֻדִים

ἐὰν κοιμηθῶ, λέγω πότε ἡμέρα: ὡς δ' ἂν ἀναστῶ, πάλιν, πότε ἑσπέρα: πλήρης δὲ γίνομαι ὀδυνῶν, ἀφ' ἑσπέρας ἕως πρωΐ.

HOc primum adnotandum eſt ex vulgata D. Hiron. deprehẽdi verbum hebræum, midad, quod tertia perſona eſt, tẽporibus D. Hieron. in prima perſona fuiſſe; & pro, midad, mẽſus eſt, midadti, menſus ſum, fuiſſe, mẽſus ſum

veſpe-

veſperam,pro quo Diuus Hieronymus reddidit. Expectabo veſperam, reddit enim ſenſum, alij ſequuntur R. Ieudah, & R.leuih, & ſupplet, menſum eſt:ſupple cor meũ,aut menſus eſt: ſupple homo,iuxta R.Moſeh. & quod Diuus Hieronymus vertit,replebor doloribus: alij iuxta eoſdem Rabinos tranſtulere,ſaturatus fui euagationibus, quod Iudæi interpretantur.i.curis animum meum diſtrahentibus,quod, nadad,verbum hebræum mouere ſe ſignificet; & æger in lecto animum nunc verſet huc,nunc illuc verſet cogitationibus,quaſi verò dolores non faciant ægros nunc ſe huc verſare,nunc verſare ſe illuc in lecto, vt vertit D. Hieron. quæ interpretatio magis congruit Iob,qui ardebat doloribus.

Vulg. *Pertranſierunt quaſi naues poma portantes.Cap.9.Iob.*

poma portantes · naues quaſi Pertranſierunt

אֵבֶה. עִם אֳנִיּוֹת חָלְפוּ

NOſtri quidam interpretes,tranſierunt cum nauibus,ebeh,& margini adſcribũt ebeh, nomẽ eſſe fluminis rapidiſsimi,intelliges ex theſauro in dictione habah,cum Aleph, in principio, &,he,in fine,ſequutos eſſe R. Selomoh, cum R. menachem tranſtulerit ſicut D. Hieronymus hunc locum, ſed ſemper eos Rabinos ſequi placet,qui nobis aduerſantur, nunquam eos ſequuntur qui nobiſcum faciunt.

Præfatio in adnotata,in cap.11.Iob.

QVanquam in hac parte huius operis conſilium fuit oſtendere hos interpretes , relicta vulgata D. Hieron. ferè ſequi Rabinos ne ſe tueri poſſent authoritate D.Hiero. quo relicto,Iudæos ſequuntur, & vt intelligant noſtri homines, quibus huiuſmodi ſcripta ſunt plauſibilia, & me, quod his aduerſor,peſsime oderũt,ſe Iudaiſmum in Eccleſiã ſanctã inferre,qui ſi verus eſſet,miſerabiliores eſſemus,vt ait D.Hieron. cunctis hominibus, quãuis ergo hoc ſit huius partis inſtitutum, quod venit mihi in mentẽ locorũ quorundã de reſurrectione, quæ cap.11. Iob ſunt,quos referemus infra cum de locis de reſurrectione vitiatis à Iudæis agendum eſt,dum eos quæro incidi in hos quoque pauculos quibus placet noſtris Iudæos ſequi potius quam noſtros, viſum eos non præterire ſilentio quamuis paucos vt ex paucis cætera omnia conjectes, nec enim omnia breui volumine quiſquam queat complecti.

Vulg.*Tibi ſoli tacebunt homines, ex cap.11.Iob.*

tacebunt mortalis Tibi ſoli

יַחֲרִישׁוּ מְתִים בַּדֶּיךָ

DIuus Hieronymus hæc vertit hebrææ lectioni cõuenienter quod badad,&,bad, ſolum ſignificet, badeca, tibi ſoli, Vatablus & alij Iudæos ſequuntur, vt intelliges ex lexico Complutenſi in dictione, bad, quę vox etiam ſignificat mendacia & nugas.

Vulg.*excelſior cœlo es, & quid facies? ex eodem capite.Iob.*

facies quid cœlo Excelſior

תִּפְעָל מַה שָׁמַיִם גָּבְהֵי

VVlgata Diui Hieronymi arguit, mutatas duas litteras, nam pro גָּבְהֵי שָׁמַיִם excelſum cælum,legiſſe videtur גַּבְ מִשָּׁמַיִם excelſior cælo.

Vulg.Vos *eſtis onus. Hieremiæ cap.23.*

DOminus per prophetas auocare à malo conabatur populum ſuum per prophetias cõminatorias quas appellabant prophetæ onera, ideſt prophetias oneroſas quæ mala & pęnas interminabantur malis ni abſtinerent malo Iudęi, tantum aberant vt Domino obedirent vt irriderẽt prophetas & cachinno eos exciperent dicentes, ecquod apportas onus & ſinguli prophetæ obuij his verbis eos ſubſannabant quaſi illis exprobrarent eos nuntios eſſe malorum,quaſi dicerẽt,ecquis malus nuntius eſt,

eſt quem apportes. Prophetæ ferre non poterant conuitia hæc quæ à ſingulis ex omni multitudine ſibi fiebant, detulere ad Dominum querelas, Dominus illis per Prophetam reſpondet vos ò Iudæi mihi eſtis oneri, do operam ego Dominus vt vos à malo deterream, & tantum abeſt, vt à malo velitis abſtinere vt me & meos Prophetas rideatis & hoc mihi oneri eſt, & moleſtiæ, reliquum eſt vt deleam vos de medio & vaſtãdos vos tradam Romanis. Hoc Iudęi vitiãt deſtracta vna littera, m, erat enim hebraice אתם הַמַּשָּׂא, id eſt, vos eſtis onus, deſtracta vna littera, m, peruertũt Iudæi ſcripturam vt quiuis è media turba in hoc loco factum videre poteſt, & poſtea clamant, veritas hebraica veritas hebraica, quæ eſt perfidia Iudaica, perfidia Iudaica, & hoc ita eſſe arguit vulgata D. Hieronymi & tranſlatio Lxx.

Ex cap 51. Hieremiæ.

LXx vertere, ecce ego ſuſcitabo ſuper Babylonem, & ſuper inhabitantes Chaldęos, ventum vrentem, leges in dictione קמי, in theſauro Pagnini R. D. fateri Rabinos vitiatum illum locũ eſſe à Iudæis, & ita legendum, vt legere Lxx vel vt D. Hieronymus fatentur, ergo vitiatam ſcripturam à Iudæis, & caſtigandam ita vt noſtra ſcriptura præfert.

Et adorabunt de ipſo ſemper Pſal. 71.

HVnc locum vertunt quidam orabũt pro ipſo ſemper, vt referatur ad Solomonem cũ de Chriſto hic Pſalmus dicatur, neq; magis oratum ſit pro Solomone quam pro alijs regibus neq; diutius qui conuenit ita interpretari? at inquies ita eſt hebraicè bahado pro ipſo ita eſt ſed etiam ſignificat per ipſum vt oramus in Eccleſia per Dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum &c. hoc ſemper fecit eccleſia ſancta per mille quingẽtos annos vel vt vertere Lxx adorabũt de ipſo ſemper de litteris Euangelicis & Apoſtolicis omnis Eccleſiæ oratio & omne ſacrificiũ, ex nouo teſtamento petitur, cur non hoc potius quod fieri videmus per mille quingentos annos quam Iudaica petam.

Erit firmamentum in terra in ſummis montium.

QVidam hoc loco legendũ aiunt erit in vola manus triticum in terra &c. quod tẽpore Meſiæ aiunt tritico quod capere poteſt vola manus ſurrecturas meſſes tãtas aiunt quantus Mons Libanus eſt &c. neque hoc futurum eſt ante Chriſti tempora quem Iudæi ſuum Chriſtum appellant: quid iuuat Iudæos falſas ſibi ſpes permittere, & quodã ex noſtris eos ſequi quãto melius interpretarẽtur, ſi vellent erit in ſummis montium firmamentum in terra, vola panis ſancta Euchariſtia quæ ad inſtar volæ manus eſt erit firmamentum in terra etiam in ſummis montibus vbi ſunt oppida, & rura ſuper Libanum, extolletur fructus eius in Eccleſia, nam Libanus dealbatum ſignificat quæ eſt illa quæ aſcendit dealbata dicitur etiam Libanus à libanoto, id eſt, à ture quod Eccleſia in ſacrificijs offert tura & alia ſuffimenta, ſequitur Benedictum nomẽ eius in æternum, omnia tam congruunt Iudaica certè non congruunt & Euchariſtia ſacra facit florere Eccleſiam ſanctã viris ſanctiſsimis qui arboribus odoratiſsimis aſsimilantur.

Vulg. *Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt.* Gene. 6.

Lectio Hebrça.

homine	in	ſpiritus meus	permanebit	Non
אָדָם	בָּ	רוּחִי	יָדוֹן	לֹא

caro	eſt	propterea	quòd	in æternum
בָשָׂר	הוּא	שַׁגַּם	בְּ	לְעֹלָם

Lxx. οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις εἰς τὸν αἰῶνα, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας

Noui

NOui interpretes & tranſlatores: Non contẽdit ſpiritus meus perpetuo cum homine, vel non diſceptabit ſpiritus meus cum homine, ita eſt hebraicè, aiũt, nam, dun, verbum hebręũ, quod pro permanebit hoc loco eſt, iudicare ſignificat, & diſceptare, vnde, loiadon, non iudicabit, non diſceptabit. Quo loco Deum immortalem, quam ſe iactabat Doctor quidam inter ſuos tanquam de noſtra vulgata triumphãs quod hebraice nihil tale eſſet, non permanebit, ſed, loiadon, non iudicabit, nõ diſceptabit, non enim ſibi videntur quidquam ſapere, niſi de Eccleſia ſancta & de ſanctis Patribus triumphare videãtur, diſcant priuſquam profeſſores ſacrarum litterarum fiant, & tamen apud quoſdam ſunt pluſquam ſat erat plauſibiles & fauorabiles. Eſt certe, inquies, hebraice, loiadon, non iudicabit, non diſceptabit, eſt ſane, quid ni? ſed vulgata D. Hieronymi arguit mutatam litteram vnam, pro, ialon, morabitur, permanebit, à verbo, lun, hebræo, mutata hebraice littera vna eſt, & ſcriptũ eſt, iadõ, iudicabit, ſtatim currunt ad illud vnde tu ſcis mutatã vnã litterã hebraicè, lege cap. 64. lib. 2. & intelliges vnde id ſciam, & ex tranſlatione D. Hieronymi id apparet vt oſtendimus veram lectionem ex tranſlatione agnoſci, exemplo codicis Hiſpani, hunc locum interpretatur Auguſtinus de Trinitate lib. 3. Non expertus fuiſſet. inquiens, mortem homo ſi permanſiſſet rectus, ideò dictum eſt ei: terra es in terram ibis, quale eſt: Non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis, &c. Athanaſius de Spiritu S. lib. 2. Cum in Geneſi ſcriptum eſſet: ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas, paulò poſt addidit: Non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis, quia carnes ſunt, itaque quod ferebatur ſuper aquas, id eſt, ſuper populos, quod aquę in ſcriptura populi ſunt, aquę multæ populi multi, tamen quod carnei facti ſunt, addidit Dominus, non permanebit, &c. Hæc reſponſa ſunt ei qui noſtris obiectat falſam huius loci interpretationem.

Vulg. *Obſecro vt fiat in me duplex ſpiritus tuus. 4. Regum. cap. 2.*

in me	tui ſpiritus	duplex	pars	obſecro	fiat	Lectio
אֵלָי׃	בְּרוּחֲךָ	שְׁנַיִם	פִּי	נָא	וִיהִי	Hebręa.

γενηθήτω δὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἐν σοὶ διπλοῦν ἐπ' ἐμέ. LXX.

HVnc locum quarti Regum cap. 2. de Eliſæo qui petit ab Helia vt fieret in ſe duplex ſpiritus Heliæ Iudæi arguunt immodeſtiæ quod ſuperare gratia ſuum magiſtrum voluerit & ita negant hunc locum vertendum eſſe ita vt tranſtulit D. Hieronymus, vnde Vatablus ſic vertit. Sit quæſo duplex portio tui ſpiritus ſuper me quod hebraicè eſt. Pi ſenaim, ideſt, menſura duorum, quod interpretatur Vatablus menſura duarũ partium, & in Commentarijs ſic explanat. Hoc eſt, da vt duę partes tui ſpiritus diuiſi in tres partes ſint mecum, noluit petere, inquit, tantam ſibi fieri gratiam quantum magiſtro, & addidit, noli me efficere tantum quãtus es, ſed da ſolum mihi duas partes tui ſpiritus. Hæc omnia Vatablus, & alius qui margini adſcripſit menſura duarum partium de ſpiritu tuo ſuper me, ſequuti. R. D. ita interpretantur, vt leges in dictione, peh, quam iure relinquant veteres Patres & vnum rabinum ſequantur: nunc audi, primum quod Etymologias ſcripturæ ſancti Patres ad explanationem ſacrarum litterarum plurimum haberi momenti putant vno cõſenſu omnes quas Iudęi execrantur, & auerſantur quod eos male vrunt res eſt confeſſa, dicamus quid Helias Latinè ſonet, & quid Eliſſæus, Helias reddi poteſt, Deus de Deo, el, Deus, ia, Deus, vt ſit Deus de Deo. Prophetæ nanque vel nominibus ipſis Chriſti erant typi, qui eſt Deus de Deo, Eliſſæus Latinè ſonat Deus Ieſus, hic Deus de Deo homo factus, petit ergo Eliſſæus

hic Deus homo factus ab Helia, id eſt, à Deo de Deo duplicem ſpiritum in natura humana, Nam natura diuina ſpirat Spiritum S. vt ſanet aquas multas, id eſt, gentes multas paſſus in humana natura pro genere humano. Hæ poſſunt eſſe horum hominum originationes, accipe nunc quæ veteres patres dicant de hoc loco quarti Regum. Hieronymus aduerſus Iouinianum lib. ſecundo. Helię ſpiritus duplex datur Heliſſæo, vnde & duplex gratia, fecit ſigna maiora, &c. Ambroſius de ſancto Propheta Eliſſęo, ſermone. 87. de hoc duplici ſpiritu Helię dato Eliſſæo multa dicit, & quod eo aquas ſteriles ſanarit, & alia, & tantum abeſt vt immodeſtiæ arguat petitionem duplicis ſpiritus vt eam vehementer cõmendet, vt ibi leges quod laudis eſt plus optare gratię, & ita Ariſtoteles quoque lib. opinor ſecundo magnorũ moralium, in cæteris, ait, ſummiſsius te gerere debes, & cædere omnibus in rebus ad virtutem ſpectantibus omnibus antecellere contende. D. Chryſoſtomus de prouidentia Dei lib tertio. diſcipulum Eliſſęum non ſolum ſpiritum magiſtri duplicem accepiſſe ait, ſed & preſſuras longe maiores; Iuſtinus interrogatione. 84. de hoc duplici ſpiritu Heliæ in Eliſſæo etiam diſputat, Auguſtinus quoque lib. ſecundo de mirabilibus ſcripturæ cap. 22. de hoc loco diſputans, inquit, non elationis affectu ſuper magiſtrum ſuum duplicem ſpiritum petijt, ſed videns peccata populi innumera præuidit non ſimplici Heliæ ſpiritu, ſed duplici compeſci poſſe, Nã ſi inſolentia elatus petijſſet neque à Domino neque ab Helia impetraſſet, & vt intelligas etymologias, & originationes quas dixi nõ abhorrere à propoſito, idem Auguſtinus contra Fulgentiũ Donatiſtam lib. vno ſub finem de ſanatis aquis agens ab Eliſſæo. Gratias, inquit, ago Deo qui in hunc mundum proprium filium deſtinauit qui aquarum ſterilitatem, hoc eſt, gentium infęcunditatem diſcuſſa morte ſanaret, accepit vas fictile, hoc eſt corpus fragilitatis humanę, ſal miſit, id eſt, ſapientia diuina repleuit, in aquam proiecit, hoc eſt, in Iordanem deſcendit, aquas ſuo deſcenſu ſanauit, id eſt, gentes ſuo aduentu redemit; Hoc in nobis impletum quis non videt, cæcus? qui non credit, inſanus eſt.

DE PROPHETICIS PRÆdictionibus de paſsione Domini

PRÆFATIO.

SAT mihi eſſe videtur myſteria Domini à Iudæis & noſtris aduerſarijs vitiata delibaſſe, nam ſi perſequi omnia cõnarer finẽ hic liber non erat inuenturus. Ex hoc loco iam ad ſacramenta paſsionis Dominicæ gradum facere conſilium fuit, ad deſcenſum ad inferos, ad liberationem ſanctorum Patrum, ad ſacratam Domini reſurrectionem, & ad aſcenſionem in cælos, & ad horum omnium corruptas prophetias, & quod Chriſtus Dominus primitiæ dormientium fuit, eiuſque reſurrectio ſacrata noſtræ quoque reſurrectionis cauſa eſt, adiungentur quædam de noſtra omnium reſurrectione vitiatæ prophetiæ, vt qui volet intelligat, & teneat manibus, & oculis cernat nouas quaſdam, non omnes inquam ſed quaſdam, quæ vulgatã & Apoſtolica & Euangelica citata in nouo teſtamento labefactant interpretationes ſcripturæ noſtræ ſacræ fidei eſſe refutationes accerrimas, & Iudaiſmi introductiones qui ſub facie hebraicæ veritatis intro ducitur, vt veriſsimè dicatur quam veritatem hebraicam nominãt perfidiam potius eſſe Iudaicam & Phariſaicam impietatẽ, et ne quis meam hanc ſententiam eſſe putet, quanquam huic rei libro huius operis ſecundo feceramus ſatis, vbi oſtendimus veterum omnium hanc eſſe ſententiam et quod Iudæi noſtros ſacros ſcriptores faciunt ſuſpectos (homines belliſsimos qui conſenſui ſanctorũ detrahunt fidem) aduocauimus Iudæorum quoque ad id teſtimonia quæ ab aduerſarijs nõ poſsint infirmari. Tamen quod apud quoſdam paradoxon videri poteſt, et ſupra fidem eſse cum citauero prophetias quas omnes à Iudæis dixero vitiatas. Age duos aut tres veteres citemus, et in rem præſentem teſtes aduocemus ex his quos ſecundo citauimus libro, qui hanc ſententtam quam dixi ſuam eſse teſtentur, non meam: qui plures teſtes ſibi volet excitari, ex ſecundo libro petat vbi abundè teſtium eſt. Iuſtinus Philoſophus martyr aduerſus Tryphonem Iudæum ait, Ne audeatis Iudæi falſa ſcriptione, aut falſa interpretatione perdere prophetias, vos enim ſolos lædetis, Deo non nocebitis, videtur ne iuxta hæc

verba Juſtini hebræa lectio falſa ſcriptione vitiata, aut interpretatione falſa quaſe Iudæi perditum eunt veritas hebraica eſſe an potius Judaica perfidia? qua non Deo nocent, ſed ſibi ſolis. Athanaſius in libro quem ſcripſit aduerſus Judæos, inquit, ſed tamen tam manifeſtis ſcripturis et de Chriſto prophetijs excœcauit Satanas Judæorum oculos, & ſurdas fecit animarum aures, vt talia teſtimonia falſa ſcriptione vitiarent, quaſo haccine teſtimonia, quæ ait Athanaſius: inductu Satanæ à Judæis falſa ſcriptione vitiata veritas ne hebraica dicetur, an Judaica potius perfidia, et impietas phariſaica. Palæologus in diſputatione etiam aduerſus Judæos de Trinitate ſimilia ſuperioribus ſcribit, inquit, vos ò Judæi cum tantam Prophetarum habeatis multitudinem, non modo eos non perſcrutamini, ſed eorum ſcripta vitiatis. Ex his ergo intelliges veriſſimam eſſe eccleſiaſticam ſcripturam, et Apoſtolicam et Euangelicam veriſsimas eſſe interpretationes quaſdam quæ ad veritatem hebraicam factæ eſſe dicuntur ad perfidiam Judaicam eſſe factas, et noſtræ ſanctæ fidei eſse refutationes acerrimas ex fraudibus Iudaicis conflatas.

De

De Ioſeph Chriſti typo diuẽdito in Ægypto triginta argenteis, & de tranſlatione Lxx ſubinde à Iudæis per noſtros quoſdam vitiata.

DE paſsione Chriſti dicturus Iudã proditorẽ in medium producere par eſſe videtur. Ioſeph typum Chriſti fuiſſe in plærisq; res nota eſt, fuiſſe autẽ diuentum ab vno ex fratribus Madianitis triginta argenteis, quibus etiã Dominus à Iuda proditore eſt diuẽditus Iudæis iuxta Lxx viros, teſtis eſt Auguſtinus ſermone. 81. feriæ ſextæ poſt ſecũdã Dominicam in Quadregeſima ſermone ſecundo, verba Auguſtini hæc ſunt: Ioſeph per conſilium Iudæ fratris triginta argenteis diſtrahitur, & Chriſtus per cõſilium Iudæ Iſcariotis eodẽ numero venundatur, & poſt hæc Auguſtinus varietatem aliarum tranſlationũ interpretatur, vnde apparet duplicem in lectione hebræa lectionẽ fuiſſe, Alteram quã expreſsit D. Hiero. ſua tranſlatione, & quã expreſſere Lxx alterã, quæ illa eſt, & vtrãque eo loci explanat Auguſtinus, Iudæi per noſtros quoſdam expungendam curauere vocem illam triginta, ne concordaret argenteorum numerus diuenditi Ioſeph cum numero argenteorum quo Dominus eſt venditus à Iuda Iſcariote, vt liquet ex Auguſtino, & ex Origine in caput primum exodi Homelia prima, in illa verba: Mortuus eſt Ioſeph, ante quã moreretur ille, inquit, Ioſeph qui diſtractus eſt triginta argenteis ab vno ex fratribus Iuda, &c. Venerabilis Beda expoſitionis in Geneſin cap. 36. comparans Ioſeph & Chriſtum Dominum: Ille, inquit per Iudæ conſiliũ triginta argenteis diſtrahitur, & hic per conſilium Iudæ Iſcarioth triginta argenteis diuenditur, & ita hic locus ſcribi iuſſus à ſummo Pontifice in nouis Breuiarijs quæ nunc Eccleſiæ ſanctę ſunt excuſſa in Dominica Tertia Quadrageſimæ lectione tertia. Noſtra tẽpeſtate atq; adeo iam olim tranſlatio Lxx mutata eſt ad exẽplũ vulgatæ Diui Hieronymi: Quid non placet, inquies, vulgata tibi ſimo perplacet, ſed diſplicet ſummopere odiũ quo Iudæi proſequuntur tranſlationẽ Lxx, liceat authoribus propriam præferre lectionem. Ex vtraq; enim tranſlatione multa percipimus cõmoda, ſi vtraque cum altera conferatur, vt docent D. Hiero. & Auguſtinus, vt ſępè à nobis dictum eſt, Iudæi nullũ non lapidẽ mouent, vt noſtra perturbent.

Et acceperunt triginta argenteos.

καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια.

Ex Zacharia. Et, *Non licet eos mittere in Corbonan.*

οὐκ ἔξεστι βαλεῖν αὐτὰ εἰς τὸν κορβανᾶν.

DE hoc Zachariæ loco, & quomodo à Iudæis vitietur, & de Corbona dicitur in locis Euangelicis, & refellũtur fraudes Iudaicæ.

Vulg. *Inimici mei dixerunt malã mihi quãdo marietur & peribit nomẽ eius.* Pſal. 40.

Lectio Hebręa.

quando mihi malum dixerunt inimici mei

אוֹיְבַי יֹאמְרוּ רַע לִי מָתַי

eius nomen peribit & morietur

יָמוּת וְאָבַד שְׁמוֹ

Lxx.

οἱ ἐχθροί μου εἶπον κακά μοι, πότε ἀποθανεῖται καὶ ἀπολεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ.

AVguſtinus lib. 17. de ciuitate Dei docet illa verba Pſal. 40. inimici mei dixerũt mala mihi quãdo morietur, & peribit nomẽ eius, de paſsione Dñi eſſe dicta, & verba omnia ſequentia de Dño & Iuda proditore, noſtri quidã tranſlatores & ſcholiaſtæ Iudaicè malunt de morbo Dauidis & inimicorũ eius votis quibus illi imprecabantur mortẽ, ſequuti R. D. vt leges in dictione, צוק, qui poteſt quiſquã magis noſtra refellere & refutare quã ſi relicta ſanctorum interpretatione ſequatur Iudæos, qui Chriſtiani nomi innisfenſiſsimi hoſtes ſunt, & hanc appellant veritatem hebraicam.

Ibidem. Vulg. *Verbum iniquum conſtituerunt aduerſum me.*

Lectio		ſibi	Infundebant	impietatis	Verbum
Hebrea.		בוֹ	יָצוּק	בְּלִיַּעַל	דְּבַר
Lxx.	Λόγους παράνομους κατέθεντο κατ' ἐμοῦ.				

DEnique illud. Verbum iniquum conſtituerunt aduerſum me, cum dixerunt: Hic eſt hæres, venite occidamus eum, ſequũti R.D. vitiant hebraice, Nam pro יָצוּק. vel, יַצִּיקוּ, conſtituerunt, legunt, יָצוּק effuſum eſt, & pro לִי mihi vel aduerſum me, legere, בוֹ, & interpretantur grauis infirmitas acceſsit ė Dauidi, ſcilicet, iuxta ſententiã R.D.

Ibidem. Vulg. *Nunquid qui dormit non adijciet vt reſurgat.*

Lectio	reſurgere	adijciet	non	dormiuit	qui	Et
Hebrea.	לָקוּם׃	יוֹסִיף	לֹא	שָׁכַב	אֲשֶׁר	וַ
Lxx.	μὴ ὁ κοιμώμενος οὐχὶ προσθήσει τοῦ ἀναστῆναι.					

QVod apud nos legitur interrogã ter: Nunquid qui dormit non adijciet vt reſurgat? quaſi dicat, iuxta ſanctorum ſententiam: quid proderit vobis ô Iudæi Chriſtum cruce affeciſſe? reſurget, & de vobis meritas pœnas ſumet. Iuſta rabinorum interpretationem legunt affirmantèr: non adijciet vltra vt ſurgat è lecto tam graui infirmitate eſt affectus, ita R.D. ita hi noui ſcholiaſtæ. Nam hanc appellant veritatem hebraicam quæ Rabinica eſt & Iudaica perfidia.

Ibidem: Vulg. *Et ſuſcita me & reddam eis.*

Lectio	eis	retribuam	&	ſuſcita me	Et
Hebrea.	לָהֶם׃	אֲשַׁלְּמָה	וַ	הֲקִימֵנִי	וַ
Lxv.	καὶ ἀνάστησόν με, καὶ ἀνταποδώσω αὐτοῖς.				

IAm Antiphona illa quę Sabbato ſancto dicitur in ſecundo Nocturno ſuſcita me & reddam eis, quã petit Dominus à Patre reſurrectionem vt vindicet Iudæos, Nam Dominus poſt reſurrectionem vaſtauit Iudæam, interpretantur de Dauide Iudaicè, quod petat à Domino leuari morbo illo, vt ſe vindicet de aduerſarijs qui ſibi optabant mortem, quod nemo vir bonus fecit vnquam, vt vendicet ſe de his quos ſibi ægrotanti putarit mortem optaſſe; nec ratio vlla Philoſophiæ patitur id virum bonum facere.

Vulg: *Inſurrexerunt in me teſtes iniqui & mentita eſt iniquitas ſibi.* Pſa. 26.
Feria ſexta in Paraſceue ad matutinum & in ſecundo nocturno.

Lectio	& falſi	teſtes	contra me	inſurrexerunt	Quoniã
Hebrea.	וְ שָׁקֶר	עֵדֵי	בִי	קָמוּ	כִּי
		ſibi	iniquitas	mentita eſt	
		לוֹלָא	חָמָס׃	יָפֵחַ	
Lxx.	ὅτι ἐπανέστησάν μοι μάρτυρες ἄδικοι, καὶ ἐψεύσατο ἡ ἀδικία ἑαυτοῦ.				

DIuus Hieronymus & Auguſtinus de falſis teſtibus citatis contra Dominum interpretantur, & cæteri Eccleſiaſtici ſcriptores de eiſdem cõcinit hos verſus Eccleſia ſancta locis ſupradictis & Sabbato ſancto in ſecundo nocturno. noſtri aduerſarij vt intelliges ex Vatablo & ex Iſidoro Claro de Dauide explanant, quod autem nimis planum teſtimoniũ eſſet de falſis teſtibus aduerſum Chriſtum, pro, ſibi, Hebraice erat, lo, cũ vau. i. ſibi, mentita eſt iniquitas ſibi, pro, lo, cum, vau, vt vitiarent hunc locũ Iudęi poſuerunt, lo, cum, aleph. i. non, non cohærebat cũ antecedentibus, mentita eſt iniquitas non, nec cum ſequentibus, non credo videre bona Domini, deſperantis enim eſſent verba, reliquere vtranque lectionem vt noſtra ſaltem perturbarẽt, & mutatis punctis fecere, lule. i. niſi, & adiecere ſecundæ orationi, ita Iudęi omnia perturbant, vt noſtra ſubuertãt, & tñ habent acerrimos defenſores, qui Iudaica mendacia tuentur, noſtra quidẽ mendacia appellare nõ audẽt, ſcripta tñ id ſignificãt, cũ Iudaicã interpretationem ſequuntur, & veritatẽ hebraicã appellãt, & noſtra cenſent caſtiganda ad veritatẽ hebraicam quę potius nominanda eſt phariſaica perfidia.

Credo

Ibidem. Vulg. *Credo videre bona Domini in terra viuentium.*

Lectio Hebrea.

Niſi	credo	videre	bona	Dei
לוּלֵא	הֶאֱמַנְתִּי	לִרְאוֹת	בְּטוּב	יְהוָה

in terra	viuentium
בְּאֶרֶץ	חַיִּים׃

Lxx. πιστεύω τοῦ ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ κυρίου ἐν γῇ ζώντων.

Hieronymus in hunc locum, vox vox Eccleſiæ hęc inquit eſt, in terra viuentium, quia pignus noſtrum illic ſurſum habemus, quod eſt Chriſtus eodem modo D. Auguſt. in hunc Pſalmũ, & in dominica in ſexageſima, ſermone primo. eodem ſpectat Ambroſius de bono mortis ſub finem, bona Domini inquiés, ibi ſunt vbi vita perpetua eſt, & infra, placebo dixit de tempore futuro non placeo, quando ibi viuorum regio hic vtique mortuorum, & in principiũ Pſalm. 36. vbi duplicem terram eſſe ait, terrenam & illam cœleſtem, quæ fructum ferat cœleſtibus de qua dicitur credo videre bona Domini, corrupto à Iudæis ſuperiore loco de quo diximus eadem opera & hunc vitiauere, nám pro ſibi hebraice erat lo, cum vaũ, mutauere vau in aleph, vt legeretur locum aleph ideſt, non & cũ non cohæreret, mentita eſt iniquitas non, vtranque lectionem reliquere vt diceretur mentita eſt iniquitas ſibi non, & poſtea mutatis punctis fecere lule, niſi, & ita legunt. Niſi crediddiſſem me viſurum bona Domini & faciunt Apoſiopeſim, id eſt, deſperaſſem, & de tabernaculo Domini in Hieruſalem interpretantur. Has Iudaicas fraudes, Iudæi ſequuntur, & hanc veritatem hebraicam nominant quæ plane eſt phariſaica perfidia, noſtram eccleſiaſticam lectionem quæ legitima eſt & veriſsima quod Iudaicam perfidiam arguit vitiatiſsimam eſſe profitentur.

Vulg *Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus, Captus eſt in peccatis noſtris: cui diximus in vmbra tua viuemus in gentibus. Hieremiæ lamen. Cap. 4.*

Lectio Hebrea.

Spiritus	vultus noſtri	Chriſtus	Deus	capta eſt
רוּחַ	אַפֵּינוּ	מְשִׁיחַ	יְהוָה	נִלְכַּד

in	corruptionibus noſtris	cui	diximus
בְּ	שְׁחִיתוֹתָם	אֲשֶׁר	אָמַרְנוּ

in vmbra tua	viuemus	in gentibus
בְּצִלּוֹ	נִחְיֶה	בַגּוֹיִם׃

Lxx. πνεῦμα προσώπου ἡμῶν χριστὸς κύριος συνελήφθη ἐν ταῖς διαφθοραῖς ἡμῶν. οὗ εἴπαμεν ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ ζησόμεθα ἐν τοῖς ἔθνεσι.

Hieronymus vt à nobis dictum eſt in Prolegomenis, profeſſus eſt ſe in ſuis Commentarijs vtranque ſententiam eſſe complexum eccleſiaſticam & Iudaicam, vt philoſophi ſolent contrarias referre ſententias & ſuas, & refutare contrarias ſi ſit opus, ſin minus alijs refellendas relinquere. Ait ergo hic diuus hunc locum ab alijs de regibus Iudæorum explanari qui Chriſti dicebantur, ſub quorum protectione gens Iudæorũ videbatur degere, quaſi propter peccata populi reges perirent, quæ Iudæorum ſententia refutatu facilis eſt, cum omnis ſcriptura teſtetur, propter regũ peccata perire populum frequentiſsimè, & rarum ſit vt propter peccata populi reges de medio tollantur, niſi forte reges quam optimi ſint. Hæc ergo Iudaica ſententia videtur eſſe. R. Abraham & R. Selomoh, vt leges in theſauro Pagnini in dictione Sachath, Vatablus hanc rabinorum ſententiam eſſe ait & eam ſequitur in Commentarijs in hunc locum & mutat vulgatam. Nanc pro Chriſtus Domĩnus legit, Chriſtus Domini & non Chriſtus Dñs, vt in ſua vulgata tranſtulit D. Hiero. & vt Lxx viri trãſtulerãt vbi Chriſtus plane & aperte dicebatur Deus, hebraice nanq; pro Dño dicitur Hiehoua, nomé illud tetragrãmatõ vt dicitur Chriſtus Deus vt ſit totum ſpiritus vultus

 noſtri

noſtri Chriſtus Deus. Vatablum & rabinos ſequitur quidam interpres qui vertit Chriſtus Domini, & non Chriſtus Dominus ne diceretur ergo Chriſtus Deus transferũt Chriſtus Dei, cum Lxx & D. Hieronymus plane verterint, Chriſtus Dominus & non Chriſtus Dñi, ſemper enim in ſcriptura pro illo nomine tetragrãmato Hiehoua poni ſolet à trãſlatoribus Dominus, quod Dominus in ſcriptura ſi abſolute dicatur ſemper dicitur de Deo. Ita Chriſti diuinitas quibuſcunque poteſt modis à quibuſdam oppugnatur ſemper. Aliorum ſententiam refert D. Hieronymus quam ſequitur ipſe qui de Chriſto Domino hunc locum interpretantur, ſub cuius tutela in cunctis gentibus verſatur Eccleſia, ipſe autem ſpiritus oris noſtri eſt in quo viuimus, mouemur & ſumus qui traditus eſt propter delicta noſtra & reſurrexit propter iuſtificationẽ noſtram, eodem modo Origenes in cantica, hunc locum intelligit. Athanaſius de vnitate trinitatis libro vno docet hoc dictum eſſe de perſona filij Dei quẽ lectio hebræa adiuuat, quin hũc de quo propheta loquitur Hiehoua nominat idest, Deũ & idem Athanaſius de verbo Euangelij quicunque dixerit. Sic propheta inquit contemplans verbum Dei carnem factum dixit ſpiritus faciei noſtræ Chriſtus Dominus ne quis ex eo quod oculis patebat putaret Dominum nihil aliud eſſe quam hominem. Sed audiens ſpiritum cognoſceret Deũ eſſe in corpore. Itaq; Athanaſius arguit ex eo quod Chriſtus ſpũs noſter dicitur Deũ ſignificari. Si ſciſſet hebraice multo magis arguiſſet ex eo quod hebraice dicitur Hiehoua, ideſt, Deus & nominatur nomine illo ſanctiſsimo tetragrammato Hiehoua. Euthymius in Panoplia ex veterum Patrum ſententia Chriſtum Deum probare contendit quod ſpiritus dicatur quod vt Iudęi diſturbent legũt ſpiritum narium noſtrarũ: Sed cap. 64. libri ſecundi monſtrauimus in lectione hebræa dictiones ſubinde mutari & qua cauſa id fiat. Idem ergo ſenſus eſt ſiue legas ſpiritus vultus noſtri, ſeu ſpiritus oris noſtri aut ſpiritus narium noſtrarũ in Chriſto enim, vt diximus ex D. Hieronymo viuimus mouemur & ſumus. Auguſtinus de ciuitate Dei libro. 18. ca. 33. hunc locum ita interpretatur, idque mirabiliter, & de incarnatione verbi libro. 2. lege Euſebium demonſtrationis Euangelicę libro. 4. demonſtratione. & Ambroſiũ in Pſal. 118. ſermone. 15. Hos & alios ſcriptores ſacros ſequi, quanto eſſet ſatius quam rabinos impios, quos cum quidam ex noſtris ſequi maliné quam noſtros quid tam mirum eſt ſi Chriſto Domino auferant diuinitatem. Iudæi enim Chriſtum in ſcriptura non vident, nec Chriſtum Deum agnoſcunt. Illud etiam ſanctorum interpretationem adiuuat, ſub vmbra tua viuemus in gentibus, ideſt, in Eccleſia quæ maximã partem conſtata ex gentibus eſt. Alio qui populus Iudaicus ſub ſuis regibus in Iudæa viuebat, non in gentibus.

Vulg. *Domine eduxiſti ab inferno animam meam: ſaluaſti me à deſcendentibus in lacum.* Pſal. 29.

animã meã inferno ab eduxiſti Domine
יְהוָה הֶעֱלִיתָ מִן שְׁאוֹל נַפְשִׁי Lectio Hebręa.
in lacum à deſcendentibus viuificaſti me
חִיִּיתַנִי מִיּוֹרְדֵי בוֹר׃

κύριε ἀνήγαγες ἐξ ᾅδου τὴν ψυχήν μου, ἔσωσάς με ἀπὸ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον. Lxx.

ORigenes de reſurrectione Domini & deſcenſu ad inferos hęc interpretatur, & de animis ſanctorum Patrum inde liberatis, eodẽ modo D. Hieronymus in Commentarijs in hũc locũ; & Cyprianus in expoſitione in ſymbolũ in illa verba, Reſurrexit à mortuis. Reſurrectionẽ Domini hæc prophetia prędictam ait, quam Iudæi hebræam lectionem verſarint manibus; vt congruere poſſet Dauid ægroto & grauiſsimo morbo

morbo liberato intelliges. ex theſauro in dictione, iarad, & ſic lectione hebræa varijs modis mutata, laborat multum Vatablus vt eam ægroto Dauidi accommodet, & Iſidorus Clarus, & non legũt à deſcendentibus, ſed ne deſcenderem. Ita, inquiunt, vertit D. Hieronymus, nego mihi videre illam tranſlationem eſſe D. Hieronymi, an ille ne deſcenderem vertiſſet, ne poſſet ad Chriſtum referri, cùm etiam Rabini eſſent qui tranſtulerint à deſcendentibus, vt noſtra præfert lectio, cum præſertim D. Hieronymus hæc de reſurrectione Domini ſemper interpretetur.

Ibidem. Vulg. *Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.*

Lectio Hebrea.

Ad veſperam	commorabitur	fletus	&
בערב	ילין	בכי	ו
in mane	laus		
לבקר	רנה:		

Lxx. Τὸ ἑσπέρας αὐλισθήσεται κλαυθμός, καὶ εἰς τὸ πρωὶ ἀγαλλίασις.

AMbroſius diſputans de Pſalm. 21. ſermone. 3. de paſsione & reſurrectione Domini hæc interpretatur, & D. Hieronymus in Commentarijs in hunc locum, & alij interpretes ſacri omnes. Iſidorus Clarus & Vatablus Iudæos ſequuntur & ſanctorum neminem, & praua interpretatione hæc alio referunt.

Ibidem. Vulg. *Quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem.*

Lectio Hebrea.

Quæ	vtilitas	in ſanguine meo	cum deſcendo
מה	בצע	בדמי	ברדתי
in	corruptionem		
אל	שחת		

Lxx. τίς ὠφέλεια ἐν τῷ αἵματί μου, ἐν τῷ καταβαίνειν με εἰς διαφθοράν.

DIuus Hieronymus in Commentarijs in hunc Pſalmum. Quæ vtilitas in ſanguine meo, inquit, ſi non reſurrexero, Nam quia effuſus eſt ſanguis meus reſurgam, vt ſit vtilitas, vt acquirã omnes gentes reſurrectione mea. Origenes in cap. 6. Epiſtolę ad Romanos in illud. Si autem mortui ſumus, hũc locum citat de reſurrectione Domini, quæ vtilitas in ſanguine meo dum deſcendo in corruptionem, & in Ezechielem Homelia prima & ſaluatoris noſtri has voces eſſe ait. Et Cyprianus in explanatione ſymboli ita hunc locum interpretatur, & Auguſtinus ad honoratum Epiſtola 120. Diuus Thomas in. 3. parte. quęſt. 53. ex hoc loco facit articulum primum, vtrum fuerit neceſſarium Chriſtum reſurgere, & citans hunc Pſalmum inquit: quę vtilitas in ſanguine meo, id eſt, in effuſione ſanguinis mei, dùm deſcendo in corruptionem? quaſi dicat nulla. Iudæi miſere laborant hunc locum peruertere, qui transferunt hunc locum, vt ad Chriſtum referri non poſsit, aut ſi ad Chriſtum referatur impientiſsimã, meá quidem ſententia, præferat hæreſin, ſequũtur enim Rabinos, veterum Patrum neminem, hunc verò locum ita eſt interpretatus, vt Chriſti myſterijs planè aduerſaretur niſi ad Dauidem referas, & ad Dauidem relatus Pſalmus nihil habet peculiare quod Dauidis ſit, & non cuiuſlibet vel mediocriter pij. Nã pro: quæ vtilitas in ſanguine meo dum deſcẽdo in corruptionem, transferunt, quæ vtilitas in ſanguine meo dum deſcendo in foueam, quod ſi ad Chriſtum referas ea omnium maxima hęreſis erit, nam Dominus in Euangelio dixit: Generatio praua & adultera ſignum quærit & ſignum non dabitur ei niſi ſignum Ionæ Prophetæ, &c. Et hoc peculiare ſignum diuinitatis Chriſti fuit quod mortuus reſurrexit è ſepulchro, deſcendit ergo in ſepulchrum, & ſanguis effuſus pretium orbis redempti fuit, & omnium maximam habuit vtilitatem dum mortuus reſurrexit, & omnium fidelium meruit reſurrectionem, non ergo quod in fo-

ueam decidit, hoc eſt in ſepulchrum, nulla fuit vtilitas eius ſanguinis effuſi, fuit tanta, vt ſancta Eccleſia canat. Mite corpus perforatur ſanguis vnda profluit terra pontus aſtra mundus quo lauãtur flumine, & tamen in ſepulchrum decidit; & hæc tanta vtilitas ſanguinis effuſi fuit. Dicet hic aliquis, quid ſi hebraicè non eſt dum deſcẽdo in corruptionem? Hebraicè ita eſt, nam, ſachat, corrumpere eſt, vnde ſachat, nomen corruptio, ſed Iudæi vt noſtra oppugnent mille fingũt dolos, vt dicendum eſt libro quarto huius operis, cùm de illo loco Euãgelij diſputauerimus. Nec dabis ſanctum tuũ videre corruptionem.

De Cruce Domini.

Dicite in nationibus quia Dominus regnabit à ligno.

QVæſitum eſt inter noſtros vtrum hic Dauidis verſiculus ſic eſſet legendus an eo modo quo Græca & latina & hebraica circunferunt exemplaria, & ille alter Deum immortalẽ quot ſe loca peragraſſe ſcribit, & maria traieciſſe, vt peteret Angliam quod illic hebręum Pſalteriũ eſſe diceretur vbi hic verſiculus eſſet integer, Dicite in nationibus regnabit à ligno Deus, quod cùm falſum deprehendiſſet quos facit ludos? quos de matre ſua Eccleſia ſancta triumphos agere videtur; bellum filium qui tantum ſubijt laboris vt de matre ſua ſancta triumphet, quod ducta illo verſiculo. Dicite in nationibus Dominus regnauit à ligno, concinit illud toto orbe, impleta ſunt quę concinit Dauid fidelis carmine dicens: In nationibus regnabit à ligno Deus, viro Chriſtiano qui nõ ſit moroſ⁹ maximè ſatis eſſe deberet, quod in ore ſemper eſt ſanctis patribus, in Eccleſia nihil falſitatis eſſe, tamen quod ad peragranda itinera & maria trajcienda prouocamur quod turpe eſſet non tantum adire laboris pro matre noſtra ſancta defendenda, quantum adijt ille pro oppugnanda, & inualidum ſenecta corpus id vetat facere ex hac noſtra tenui bibliotheca illius itinera & maria traiecta confutemus, & pro noſtra ſancta Eccleſia cauſam dicamus. Hæc vel vna Prophetia inexpugnabilis erat noſtræ veritatis, omnium maxima neſciò an dicam illi æqualis ecce virgo concipiet, & quibuſdam videri poterit maior, cui reſpondere Iudæi non poterant, niſi expũcta vna vocula עץ à ligno quid enim dicerent aduerſum Prophetiam tam manifeſtam de cruce Domini. Dominus regnabit à ligno, vel hæc ſola prophetia noſtram cauſam arguit veriſsimam cũ ipſo rerum euentu quo poſt crucem Domini congregatam videmus Eccleſiam & potiſsimum ex gentibus. Quo ſe verterent Iudæi niſi ad ſuos dolos, vt expuncta vna ſyllaba erumperent in ſolitos clamores: veritas hebraica, veritas hebraica, quæ Iudaica potius eſſet fallacia & Phariſaica, ſub hoc enim prętextu noſtra acerrimè oppugnãt, Quid, inquiẽt, repugnant latina, græca, hebraica exemplaria, contra omnia reluctantia niteris tamen fruſtra quod aiunt ἀπὸ ξύλου. Iuſtinus in Dialogo aduerſus Triphonem adhibens canonem illum quem præſcripſit poſtea etiam D. Hieronymus, ex lectione Lxx arguit Iudæos illam vocem עץ ex hebręa lectione reſecuiſſe, ex trãſlatione enim Lxx arguit Lxx illos viros hebraicè legiſſe מֵעֵץ à ligno, atqui Iuſtinus à paſsione Domini centum plus mi nus annos diſtabat, quomodo ergo in tranſlatione Lxx non legitur: Dominus regnabit à ligno, ſed Dominus regnabit tantum? centies ſum conqueſtus Iudæis in noſtram ſcripturam per noſtros quoſdam licuiſſe multum quidquid Iudęos male vreret non ſat habebant ex lectione hebræa expungere niſi per noſtros quoque ex tranſlatione Lxx reſecarent, Ita veritas illa hebraica quam iactant noſtræ veritatis eſt acerrima confutatio.

futatio. Nam tempore Iuſtini planè ſic legebatur in translatione Lxx. Dicite in nationibus, quia Dominus regnabit à ligno, inde enim arguit Iuſtinus hebraice ſic fuiſſe ſcriptum, & fraude Iudaica illam vocem. מֵעֵץ fuiſſe reſectam. Nec Iuſtinus tantum rei huius eſt author, ſed Tertullianus etiam æquè antiquus ſcriptor, ſcribit enim in libro aduerſus Iudæos capite quod Patriarchæ oſtendunt figuram crucis, illud Prophetæ: Dominus regnabit à ligno. Expecto quid intelligas lignariũ ne aliquem? an Chriſtum qui à ligno crucis ſuperata morte regnauit, &c. quę adiecit, & idem Tertullianus eodem libro aduerſus Iudæos cap. de claritate gentium in Chriſto Ieſu, cum de paſsione Domini diſputaſſet ſubiecit, vnde Dauid regnaturum Dominum à ligno dicebat. Eadem repetit Tertullianus aduerſus Marcionem lib. 3. cap. 12. Quæro quid facerent Iudęi qui ita à veteribus tam euidentibus premebantur propheetijs? cederent veritati, facerent prudenter, ſed ſi in impietate ſua perſtare vellent neceſſe habuere ad has confugere fraudes vt ſuos in Synagogis poſſent retinere ne ad nos dilaberentur, Cyprianus quoq; de montibus Sina & Sion aduerſus Iudæos cap. 5. ſic citat hunc verſiculum, Dominus regnauit à ligno crucis, & de gentium tranſitu ad Eccleſiam ſanctam. Auguſtinus quoq; de altercatione Eccleſiæ & Synagogę, de paſsione Domini citat hunc verſiculũ Dominus regnauit à ligno, & idem Auguſtinus, 80. quæſtionum libro primo, quęſtione. 69. Regni Chriſti incarnati initium fuiſſe à cruce ait, & hoc verſiculo probat, regnabit à ligno Dominus, & idem Auguſtinus in Pſal. 95. in illud cantate Domino canticum nouum, legit verſiculũ, ſic Dominus regnauit à ligno & interrogat. Quis eſt hic qui ligno pugnat? Chriſtus inquit, qui cruce ſua vicit reges, & ſubiungit, eis ipſam crucem in fronte fixit. Et in illud eiuſdem Pſalmi: commoueatur à facie eius vniuerſa terra, ſic legit etiam hunc verſum Dauidis & de cruce Domini interpretatur. Ambroſius quoque in cap. 15. Epiſtolæ ad corinthios de paſsione Domini agens ſic hunc verſiculum citat, Dominus regnauit à ligno, videntur ne hæ probationes vllo hebræo aut Græco codice infirmiores tot Patrum qui vno ore hũc verſiculum Lxx ita legunt, hebraicè, inquiunt, non ſic eſt, quid refert? Sed liquet Iudæos mille fraudes in hebræa lectione facere, vt diximus & probauimus toto libro ſecundo, Et breuius in præfatione horum locorum de paſsione Domini, Ex quibus ſingulis colliges has interpretationes quaſdam ad veritatem hebraicam Eccleſiæ ſanctæ ſub prætextu hebraicę veritatis eſſe oppugnationes acerrimas, quod non de omnibus intelligi ſed de his quæ vulgatam & noſtra labefactant.

Vulg. *De Pſalmis pro torcularibus.* Pſal. 84.

pro torcularibus — Lectio Hebręa.
על הגתית

ὑπὲρ τῶν ληνῶν. — Lxx.

Diuus Hieronymus in cap. 10. Eſaię in fine Commentariorum illius capitis tres Pſalmos de torcularibus ait ſignificare paſsionem Domini ipſo dicēte in Eſaia. Torcular calcaui ſolus, idē ait hic Diuus in illa verba. Expectaui vt faceret vuas, & in cap. 45. Ezechielis in principium & centies hoc repetit Hieronymus & veteres patres hęc torcularia dę paſsione Chriſti, quæ ea altaria ſunt in quibus Chriſti corpus & ſanguis conficitur dicta torcularia quod vt in torculari calcatur vua, ſic in altaribus botrus ille qui ligno pendens ex terra promiſſionis eſt aſportatus exprimitur & fluit Chriſti ſanguis illic in Typo hic in veritate, hęc omnia Pſalmorum torcularia tam celebrata à D. Hieronymo, & à ſanctis Patribus extenuatione vnius litteræ ſubruunt Iudæi, vau enim extenuatū fit

ſit Iod, ſic ו, vau, extenuatur ו & ſit י Iod & hac fraude in Pſalmis non comparent Pſalmi de torcularibus, gat, enim, gitot, torcular eſt & torcularia gat, gitit, cithara quæ facta eſt in, get, vrbe Paleſtina vbi pretioſæ ſiunt citharę, vt aiunt hebræi.

Vulg. *De tituli inſcriptione Pſal. 15. quæ eſt tituli inſcriptio ipſi Dauidi.*

Lectio Hebręa. מִכְתָּם לְדָוִד

Lxx. στηλογραφία τῶ δαυίδ.

AVguſtinus de conſenſu Euangeliſtarum libro. 1. cap. 3. Titulo, inquit, crucis ſuperſcriptio. Ieſus Nazarenus rex Iudæorum, cum Iudæi dolerent & mutari titulum peterent arcano inſtinctu Pilatus reſpondit, quod ſcripſi ſcripſi, ſi quæras vbi iſtuc fuerit prædictum, multis Pſalmis Lxx viri addidere titulum στηλογραφίας tituli inſcriptionem quod Auguſtinus ad inſcriptionem tituli crucis refert Ieſus Nazarenus rex Iudęorum. Alij, inquies veteres patres fortaſſe non ſic interpretabuntur; quid refert, ne extorqueas manibus Eccleſiæ vulgatam referat ſanctorũ quilibet quo velit, nihil tale eſt hebraicè, vbi pro hoc titulo eſt, mictam quod alij pro genere quodam cantionis interpretantur; quaſi dicas hunc Pſalmum canendũ ad modos cantionis cuius initium eſt: mictam, alij interpretantur: Mictam aurum pretioſum, quaſi dicas Pſalmum illum aurũ pretioſum eſſe Dauid, multa Iudęi mentiantur neceſſe eſt, qui vocem interpretantur quæ hebraicè nuſquam eſt; fingunt enim hanc vocem vt noſtra corrumpant, chetem, eſt quidem hebraice mictam non eſt, in his titulis horũ Pſalmorum: eſt aiunt, in his fraus Iudaica eſt, muta in his poſtremam litteram & reperies tranſlationem Lxx, ſi enim pro Mictam feceris, mictab, efficies inſcriptionem crucis, ſcilicet, vt vertere Lxx, vna igitur littera mutata in titulis multorum Pſalmorum inſcriptionem illam crucis. Ieſus Nazarenus rex Iudæorum, vitiat. Nam, catab, ſcribere eſt, mictab, inſcriptio, Alij, inquies, hos titulos Pſalmorum interpretantur aliter, quid id refert, interpretentur vt velint? ego vulgatam noſtram volo retineri de interpretatione ſanctorum, eligam eam quæ placeat magis, aut omnes.

Vulg. *Titulus Pſalmorum multorũ Ne corrumpas.*

Lectio Hebręa. אַל (ne) תַּשְׁחֵת (corrumpas) לְדָוִד (Dauidi) מִכְתָּם (inſcriptio)

Lxx. μὴ διαφθείρῃς τῶ δαυὶδ εἰς στηλογραφίαν.

IDem Auguſtinus locis citatis de titulis Pſalmorum de inſcriptione, ſcillicet, quam Lxx dixere στηλογραφίαν, ideſt, columnæ inſcriptionem eſt interpretatus, de inſcriptione crucis, ſcilicet, illa. Ieſus Nazarenus rex Iudęorum, quam dixi hebraice dici, mictab, inſcriptionem, & quod coniunctus in quibuſdam eſt cum illo, mictab, inſcriptio, ille titulus ne corrumpas, interpretatur Auguſtinus de illo Pilati reſponſo quod ſcripſi ſcripſi; ne corrumpas titulũ illũ, finito, vt ſcriptus eſt in Pſal. 56. 57. 58. & alijs, ſed Iudæi clamant in ipſo titulo inſcripta eſt hiſtoria de qua hic Pſalmus eſt ne poſsit quiſquam alio huius Pſalmi argumentum pertrahere, Audi quid reſpõdeat Irenæus lib. 4. ca. 45. Dauid, inquit, quando à Saul perſecutionem patiebatur fugiebat, & quod ſe Chriſti typum intelligebat Chriſti aduentum canebat. Igitur quod Dauid typus erat Chriſti & quod eius hiſtoriæ eiuſdem Chriſti typi erant, nõ canebat ſuas hiſtorias ſed Chriſti prophetias. Origenes in fine libri ſecundi ad Romanos, hunc eundem canonem præſcribit & rationibus probat alijs, & quod in plæriſque Pſalmis nihil agatur de hiſtoria, & ideo in prætitulatione fieri ait per figuram hiſtoriæ mentionem,

tionem, vt ſub hac appellatione agatur res vera. Idem docet Auguſtinus in Pſalmum. 107. in illa verba principij inimicos noſtros. Sed Hieronymus, inquiunt, & titulum Mictam agnoſcit & pauperem & humilem interpretatur, Nondũ agnouerat Iudaicas fraudes quas intellexit ſenex, vt dictum eſt, Certe Iudæi præter hos Pſalmorũ titulos de quibus quæſtio eſt, nunquam oſtendent hanc vocẽ, mictam, quam ſunt commenti, vt aduerſarentur Eccleſiaſticæ ſcripturæ.

Vulg. *Occidetur Chriſtus & non erit eius populus qui eum negaturus eſt. Danielis. 9.*

Lectio Hebręa.

el	noneris	&	Meſsia	occidetur
לוֹ	אֵין	וְ	מָשִׁיחַ	יִכָּרֵת

Lxx. καὶ ἐξολοθρευθήσεται χρίσμα καὶ κρίμα οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ.

Athanaſius & alij veteres omnes impudẽtes Iudæos appellãt quod aduerſus apertam veritatem repugnare non erubeſcant, multo acerbius eos tractat Euſebius demonſtrationis Euangelicæ lib. 8. cap. 1. Inter alios ſcripturæ locos maximè euidentes & manifeſtos recenſeri ſolet à noſtris ſanctis patribus Caput Danielis. 9. vbi multa ſunt quæ plane & aperte oſtendunt, Chriſtum veniſſe, & pro genere humano fuiſſe paſſum, nos apertiſsima quæque conſectamur hoc libello: Nam quæ oſtendere maioris operę eſt Commentarijs, quos in Prophetas ſumus æedituri, modo vita ſuppetat, Deo bene iuuante, reſeruamus. Inter locos faciles hic eſt. Occidetur Chriſtus, & non erit eius populus qui eum negaturus eſt, qui locus varie verſatus eſt à Iudæis tranſlatoribus & oppugnatus, vt leges apud Euſebium Cæſarienſem loco citato, quocunque modo verſes hic locus eſt inexpugnabilis: Hieronymus ſic hebræa verbá vertit, icaret, excidetur, vel occidetur, maſiach, Chriſtus, ve, &, ein, non erit, lo, ipſi, vt ſit ſenſus. Occidetur Chriſtus & non erit ipſi occidenti, ſcilicet, Chriſtus iuxta illud, ſui eum non receperunt. Erit populi gentium, ex quibus ferè conflata eſt Eccleſia, vnde dictus eſt Chriſtus, vt ſupra oſtendimus, expectatio gentium, & nõ erit ipſe populo occidenti. D. Hieronymus qui in plæriſque ſententiam vertit, nõ verba, vt ipſe nos admonet, pro hoc vertit. Non erit eius populus qui eum negaturus eſt; alij vt Lxx non legunt, maſiach, ſed, maſchach; mutatione vnius litterę & tranſpoſitione, & addunt vnum verbum, crima, id eſt, iudicium, vt ſit totum. Deſtruetur vnctio, & iudicium non eſt in eo, & hæc tranſlatio multo magis damnat Iudęos, apud quos per mille quingentos annos neq; vngitur rex, neque vngitur ſacerdos, neque Propheta, neque eſt poteſtas iudicandi, alijs nationibus ſeruiunt miſeri per tot anniorum interualla: Non ii interpretes vertunt. Occidetur vnctus & nõ erit ei, hoc quoque modo hæc prophetia inſolubile argumentum eſt veniſſe Chriſtum, nam milleſimo quingenteſimo ab hinc anno quando vaſtata Iudæa eſt & abſumpta incendio occiſus eſt vnctus omnis ſacerdos, & poſt illa vnctus non fuit ei populo, neque rex neque ſummus ſacerdos, neque Propheta, hi enim vngebãtur. Verſet Iudæus hæc verba quo velit modo, inſolubile argumentum ſunt Iudaicæ impietatis. Auguſtinus in Epiſtola ad Heſychium Epiſtola. 80. ſic hunc locum interpretatur docens completam eſſe hanc prophetiam, maxime quod ibi ſcriptum ſit, & vngetur ſanctus ſanctorum, vel quod hebræi codices expreſsius habent occidetur Chriſtus & non erit eius, id eſt, non erit eius ciuitatis quoniam alienatus eſt à Iudæis Dominus, qui eum propterea

ſalua-

ſaluatorem ſuum non eſſe crediderunt, quia occidere potuerunt, & infra probat completam eſſe hanc Prophetiam, quia iam eſt vnctus ſanctus ſanctorum, iam occiſus eſt Chriſtus, nec eſt eius ciuitatis, quæ illum cruci affixit, iam de templo illo ſublatum eſt ſacrificium, ſublata eſt vnctio &c. Et idem Auguſtinus contra Fauſtum Manichæum libro. 12. capite. 44. Chriſtum aduenisse ex hac probat prophetia, ex his quæ in ipſa Iudæorum gente iam facta ſunt, quod ſacrarium euerſum eſt, quod ceſſauit hoſtia & ſacerdos & vnctio priſtina iuxta Danielis Prophetiam, quia hæc omnia futura prædixit cum vngeretur apud eos ſanctus ſanctorum, cùm igitur illa omnia iam facta videamus: nec ipſi poſsint inficiari cùm exigitur ab eis quis fuerit ille ſanctus ſanctorum? quid reſpondeant non habent. Athanaſius de humanitate verbi ab euentu hanc Prophetiam explanatam docet: in alijs fortaſſe Iudæos aliquo modo tergiuerſari poſſe ait: aduerſus hanc quænam verba poſsint opponere, aut quos oculos attollere auſint, vbi Chriſtus ille vnctus & occiſus exprimitur, & is qui vngitur non homo ſimpliciter ſed ſanctus ſanctorum eſſe prædicatur, vſque ad aduentum eius Hieruſalem ſtaturam poſtmodum deſituram viſionem & Prophetiam in Iſrael quæ omnia euenisse oculis cernunt, nec iuuat illos quod referre conantur ad tempora Antiochi, illa enim mala triennio durarunt. Tertullianus in libro aduerſus Iudæos capit. de claritate gentium &c. hoc loco Iudæos premit vehementer, ſed dices hæc non refellunt Iudaizantes, vt dicere poſsis nouas interpretationes quaſdam noſtræ religionis videri refutationes, id ex ſequẽtibus apparebit.

(?)

Vulga. *Et vngetur ſanctus ſanctorum. Ibidem.*

ſanctorum	ſanctus	vngetur	&	
קָדָשִׁים׃	קֹדֶשׁ	לִמְשֹׁחַ	וְ	Lectio Hebręa.

καὶ τοῦ χρῖσαι ἅγιον ἁγίων. Lxx.

HOc loco Auguſtinus, Athanaſius, Euſebius, & alij veteres Iudæos vehementer vrgere ſolebant, nec Iudæi vt oſtendimus reſpondere vllo modo poterant, ventum ad fraudes eſt, tollunt ex hebręa lectione verba hæc & vngetur ſanctus ſanctorum, ne illis amplius negotium faceſſeremus, qui potuere dices? ſola vnius puncti mutatione, ſeba in cholem, faciunt non vngetur ſanctus ſanctorum, ſed ſanctitas ſanctitatum ad Chriſtum referri hanc lectionem dices, fateor tamen. Iudæi veteribus reſpondere non poterant quis eſſet hic ſanctus ſanctorum: & interpretabuntur quo velint modo ſanctitatem ſanctitatum non enim temere lectionem noſtram ſolent mutare, referent enim ad ſanctitatem cultus diuini quæ intermiſſa ſub Antiocho per triennium & poſtea illa ſanctitas cultus reſtituta eſt per Machabæos, quo tempore aiunt ſanctitatem ſanctitatũ vnctam fuiſſe, ad hoc exemplum quid non poterit refutari?

Vulg. *Et ciuitatem & ſanctuarium diſsipabit populus cum Duce venturo, & finis eius vaſtitas. Ibidem.*

וְהָעִיר וְהַקֹּדֶשׁ יַשְׁחִית עַם נָגִיד הַבָּא וְקִצּוֹ בַשֶּׁטֶף Lectio Hebręa.

τὴν δὲ πόλιν καὶ τὸ ἅγιον διαφθερεῖ σὺν τῷ ἡγουμένῳ τῷ ἐρχομένῳ καὶ ἐκκοπήσονται ὡς ἐν κατακλυσμῷ. Lxx.

HIc locus etiam argumentum eſt inſolubile crucis Domini poſtquam

quam populus Romanus cum Duce Veſpaſiano, & filio eius Tito Veſpaſiano, & poſtea ſub Adriano ciuitatem Hieroſolyma, & templum Hieroſolymitanum cum vniuerſa Iudæa ſubuertit, & finis illius belli vaſtitas, quæ durat in hunc vſque diem, vt dictum eſt ex Auguſtino, Athanaſio, Tertulliano, & vt res ipſa indicat, abſumptæ nanque ferro & incendio ſunt omnes vrbes Iudææ, omnes vici, omnia oppida, nec inſtauratæ ſunt vnquam, nec inſtaurabuntur, ſunt quidem à Barbaris qui Iudæam tenent ędificatæ aliæ vrbes alijs locis, ædificata alia oppida, alij vici, ſed quę prius erant oppida neque reædificata ſunt, neque reędificabuntur vnquam. His quæ diximus ſola diſtinctione aduerſari videretur velle quidã interpres & alij, & primum pro ſanctuario, ideſt, templo legunt ſanctitatem, vt poſsint hæc ad Antiochum Regem referre, ſic enim reddidere, Sanctitatem corrumpet populus ducis venturi, vt intelligatur exercitus Regis Antiochi ſubuertiſſe omnem Domini cultum ex templo Domini, quod factum eſt ſub Antiocho per annos tres opinor: & ſi roges quomodo id factum vnius puncti mutatione fit, & poſtea ſequentia ita vertuntur, vt neceſſario ad Antiochum referri debeant, ſequitur enim, & finis eius in inundatione, id eſt, velut diluuium quo inundabitur & deſolabitur vniuerſa Iudæa, & vſque ad finem belli deciſæ deſolationes, id eſt determinatæ ſunt deſolationes duraturæ vſque ad finem belli. Nam poſtea reficiuntur à Machabæis omnia & inſtaurantur, & tempore aduentus Domini vrbes Iudææ. Scio ego hanc interpretationem Ioſephi Iudæi fuiſſe, & aliorum Iudęorum, ſed ego nunc vulgatam D. Hieronymi defendo, & eccleſiaſticam, non Iudaicam, vulgata D. Hieronymi congruit cum hebręa lectione mirabiliter ſic, ve, &, hair, ciuitatem, ve, &, hagodes ſanctuarium, ſic enim reddunt D. Hieronymus & Lxx, & ſic hæc interpretantur Aquila Iudęus, vt intelliges ex Euſebio demonſtrationis Euangelicę. 8. libro demonſtratione. 2. Ergo poſt & ciuitatem & ſanctuarium ſequitur, iaſchit, perdet, diſsipabit, ham, populus, naguid, ducis, habah, venturi, ve, &, quiſo, finis eius, va in ſeteph, diluuio, ve, &, had, in ſempiternũ, vt ſit totum, & ciuitatem & ſanctuariũ corrumpet populus ducis venturi & finis eius in inundatione, & in ęternum vt ſignificetur exercitum populi Romani inundaturum vniuerſam Iudæam veluti diluuium quoddam: & inundationem illam quę futura erat veluti diluuium vniuerſæ Iudææ perſeueraturam in ęternum; pro hoc toto D. Hieronymus qui, vt ipſe nos admonet ſententiam vertit aliquando non verba, reddidit tantum, & ciuitatem & ſanctuarium diſsipabit populus cum duce venturo, & finis eius vaſtitas, eodem modo Lxx, & ciuitatem & ſanctuarium diſsipabit ſupple populus, cum duce venturo, & ſuccidentur ſicut in diluuio, in varia ſignificatione duarum vocum diſsidemus à Iudæis, quod, qodes, illi ſanctitatem vertunt, nos ſanctuarium, & vocem hebræam, had, illi vſque, noſtri æternum, quod hebræa vox vtrunque ſignificat, contendunt ergo noſtri ad Iudaicos ſenſus ſcripturam trahere, & vulgatam D. Hieronymi nobis extorquere è manibus Iudaicam tranſlationem Eccleſiæ ſanctæ obtrudere, & maximè manifeſtam prophetiam noſtrę veritatis obſcurare, dices Iudęi ſuã ſententiam ſequuntur, noſtri noſtrorũ patrũ ſequuntur ſentẽtiã, minime, Iudæi ſequuntur Iudaicam interpretationem ad ſcopum ſuæ infidelitatis factam, nos ſequimur. 72. Iudæorum interpretationem tribus ſæculis ante aduentum Domini textam, ſi Diuus Hieronymus quod ſit columen Chriſtianę Reipublicæ, quibuſdam venit in ſuſpitionem.

(?)

Et

Ibidem. Vulg. *Et poſt finem belli ſtatuta deſſo latio.*

Lectio Hebrea. וְעַד קֵץ מִלְחָמָה נֶחֱרֶצֶת שֹׁמֵמוֹת׃

Lxx. καὶ ἕως τέλους πολέμου συντετμημένου τάξει ἀφανισμοῖς.

EIuſdem ſententiæ ſunt hæc cum ſuperioribus, repetit enim ſuperio rem ſententiam, vt centies repetita Iudaicas fallacias coerceat, neque coercen tur tamen,lectio hebræa ſic diſtincta,vt à D.Hieronymo diſtincta eſt hoc idem ſonat,hoc modo,qes, finis, milchamah, belli,necherefet, definitus, ſomemot,de ſolationibus,vt ſit totus,finis belli, definitus deſolationibus, id eſt, terminabitur deſolationibus vniuerſæ Iudææ, pro quo Diuus Hieronymus ſententiam exprimens. Poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Hæc vt ſuperiore ad notatione oſtendimus, noui interpretes diſtingunt aliter vt à Chriſti temporibus auertant, & ad Antiochi tempora conuertant, hanc enim bonam operam Eccleſiæ ſanctæ nauant. Sed Lxx viri, inquies, eodem modo diſtingunt quo noui quidam interpretes, imo aliter interpretantur, & ſi non tam planè quam Diuus Hieronymus, tranſtulere enim vſque ad finem belli conciſi breui tempore duraturi, ordinabit deſolationibus. Ordine quodam ducet ad deſolationem Iudæę, vt nunc hęc nunc illa vaſtentur, vt ſit ſenſus. Diluuium illud de quo dixerat, ſicut in diluuio, ordinabit deſolationibus, omnia, ſcilicet,hoc eſt ordine quodam omnia deſolabit,vt nihil relinquat à tergo ex omni Iudæa quin deſoletur, vſque ad finem belli conciſi, id eſt, vſque ad finem belli quod breui tempore durabit, vt omnia in vaſtitatem redigat, vt nihil relinquat quin deſolatum ſit & in vaſtitatem redactum ſic Euſebius demonſtrationis Euangelicæ. 8. cap. demonſtratione. a. Quanquam Euſebius ordine quodam ait delenda ſingula ex Synagoga chariſmata nunc hæc nunc illa vſque ad Iudæę vaſtitatem, ita vt finis belli breui tempore duraturi terminetur vaſtitate ſempiterna de eo quod ſequitur: Et erit in templo abominatio deſolationis, quod citatur ab Euangeliſtis inter locos Euangelicos quinto libro dicendum eſt, nam hic quoque locus vitiatur à nouis his tranſlatoribus, vt appareat quam inſidioſe eorum quidam vulgatam Diui Hieronymi commendent, & laudibus in cęlum ferant cum eam lacerent & ei Iudaicas interpretationes anteponant, & vt planum fiat quam merito Diuo Hieronymo patrono glorientur, cui ſunt hoſtes infeſtiſsimi.

Vulg. *Et vſque ad conſummationem & finem perſeuerabit deſolatio.* Ibidem.

וְעַד כָּלָה וְנֶחֱרָצָה תִּתַּךְ עַל שֹׁמֵם׃ Lectio Hebrea.

καὶ ἕως συντελείας καιροῦ συντέλεια δοθήσεται ἐπὶ τὴν ἐρήμωσιν Lxx.

HIc locus maximè euidens eſt noſtræ veritatis teſtimonium quod Iudæis obturet ora neceſſe eſt, quæ res enim tam manifeſta eſt, aut eſſe poteſt quam huius prophetiæ euentus, milleſimo quingenteſimo nanque ab hinc anno deſolata eſt vniuerſa Iudæa ab exercitu Romano, duratque hæc deſolatio vniuerſæ Iudææ vſque ad noſtra tempora duraturaque eſt vſque ad con ſumationem ſęculi, nunquam enim vrbes Iudæę incenſę & ſubuerſæ à Romanis,inſtauratæ ſunt,neque alio vnquam tempore inſtaurabuntur vſque ad Antichriſti tempora alię vrbes, & alia oppida à Barbaris à quibus tenetur Iudęa,ędificata ſunt vrbes Iudæę, nec inſtauratę ſunt nec inſtaurabũtur vnquã.Lxx viri eodem modo vertere, tranſtulere enim ſic,Et vſque ad conſumationem temporis,ideſt, vſque ad conſumationem ſę-

culi

culi cõſummatio dabitur Iudæę ſcilicet in deſolationem, ideſt, vt deſolata ſit, verbum græcum tamen καιρὸς quod illo loco ponitur vſque ad conſummationẽ temporis, tempus certum ſignificat, vt Lxx viri innuiſſe videatur ante Chriſti tempora, & vſque ad illa duraturam Iudæę deſolationem, verba hebræa cum tranſlatione D. Hieronymi congruunt hoc modo ו &, עַד־כָּלָה, vſque ad cõſummationẽ, ו, &, נֶחֱרָצָה, conciſio vel cõſummatio, id enim ſignificat עַד & eodem modo Lxx ad כָּלָה, vſque ad conſummationẽ, quod Lxx interpretantur vſque ad conſummationẽ temporis, vt נֶחֱרָצָה & conciſio conſummatio, תִּתַּךְ extendetur dabitur, עַל שֹׁמֵם: in deſolationem vel vſque ad deſolationem, vt dicatur hic iuxta Lxx duplex cõſummatio temporis, & vaſtitatis, titach; effundetur, extendetur, aſſomem, vſque ad deſolationem, vt ſit totum, & vſque ad conſummationẽ, & conciſio extendetur vſque ad deſolationem Iudæę, vt ſit vſque ad conſummationẽ temporis, & conſummatio extẽdetur vſq; ad deſolationem Iudæę, ſcilicet, Origenes lib. 6. contra Celſum Manichæum ſic hunc locum legit vſque ad conſummationẽ & finem perſeuerabit deſolatio, vt verbum illud hebræum, titach, extendetur, ſignificet perſeuerabit, & Euſebius demonſtrationis Euangelicæ lib. 8. demonſtratione. 2. ſic etiam hunc locum legit & interpretatur de vaſtitate inuecta à Romanis vniuerſæ Iudææ poſt Crucem Domini, etiã alia multa in hoc caput Danielis dicit & admiratur Iudæorum impudentiam qui aduerſus tam manifeſta vaticinia oculos audeant attollere, vnde intelliges ſic veteres tranſlatores Iudæos hæc omnia vertiſſe, quęre hoc in Vatablo & quodã Interprete ne veſtigiũ quidem huius prophetiæ inuenies, atqui hac prophetia, vt dixi, euentus ipſe oſtẽdit nihil euidentius aut manifeſtius noſtrę veritatis teſtimonium dici aut fingi poſſe iuxta tranſlationem Diui Hieronymi, & Lxx virorum, Nam Iudæi facile omnia peruertunt more ſuo. Quid enim manifeſtius fingi poteſt quã deſolatio vniuerſæ Iudææ hoc loco prędicta quæ durat per mille quingẽtos annos ſimul cũ Iudæorũ exilio inter alias nationes, qui neq; ſub aliorum imperio potuere per mille quingẽtos annos tem plũ ſaltẽ Hieroſolymitanũ & vrbẽ Hieroſolyma reędificare, vbi cæremonias legis veteris obſeruarent quando alibi non poterant iuxta legem Moſis? atqui Iulianus impius Apoſtata qui toto orbe terrarum vnus imperator erat potentiſsimus quod nomini Chriſtiano infeſtiſsimus eſſet hoſtis, Iudæis operã dare cæpit quãta maxima vi potuit, & Iudęos vndique aduocauit, vt Templum Hieroſolymitanum reædificaretur & vrbs Hieroſolyma hortatus vt opes omnes afferrẽt, & ipſe totius Imperij opes eſſet pollicitus vt id fieret, Templum, ædificari cæptum eſt, & vt refert Socrates ſcholaſticus hiſtoriæ eccleſiaſticæ lib. 3. cap. 20. ſimul ac fundamenta templi iacerentur cũ venerat Iudęorum magna multitudo, & factæ erant, Iudæorum ſtationes circum circa, vt inſtarent operi, primo concuſſa terra tremore eſt, & oppreſsi ſunt miſeri Iudæi ruina domuncularum & fundamenta templi veteris quæ prius erant terrę motu excuſſa ſunt in altum, & tunc completum eſſe illud euangelicum, prorſus aiunt, quod Dominus dixerat: non relinquetur lapis ſuper lapidem: nam etiam qui reſidui erant in fundamentis terræ motu ita excuſsi ſunt, deinde cum caſu factum putarẽnt confluxit rurſum magna multitudo ad opus, & igni de cœlo miſſo ſunt abſumpti cum inſtrumentis omnibus, quæ ad opus cõgeſſerant, poſtea cũ reſidui de ea re conſultarẽt de cælo Iudæorũ veſtes omnes Chriſti cruce ſunt inſignitæ, ita vt neque abluerẽ neq; detergere ex veſtibus poſſent, poſtremo cũ inſtarent operi & effodiſſent locum vt iacerent iam fundamenta, ignem emi

cuiſſe è fundamentis teſtantur qui ædificantes Iudęos abſumpſit, ſic demum ab ædificatione templi Hieroſolymitani Iudæi tot malis & tot miraculis deterriti abſtitere. Theodoretus quoque lib. 3. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, hoc idem refert cap. 20. Et Hermeas Sozomenus libro. 5. ſuæ hiſtoriæ cap. 20. Ammianus Marcellinus lib. 23. ſcriptor idolatra in principio, poſtremi miraculi meminit, & Ambroſius Epiſtola. 29. ad Theodoſium Imperatorem ſic ait: Non audiſti Imperator quia cùm iuſsiſſet Iulianus reparari templum Hieroſolymis quod diuino, qui faciebant repagulum, igne flagrarunt? Diuus Chryſoſtomus paucis ante ſua tempora annis hoc factum prædicat, ita vt oblitterari memoria huius facti non potuerit; meminit huius facti tomo quinto oratione ſecunda aduerſus Iudæos in principio, & latius ſub finem, & oratione tertia non longe à principio, & in demonſtratione quod Chriſtus ſit Deus, & centies hoc miraculum refert. Gregorius Nazianzenus hoc etiam refert in oratione ſecunda in Iulianum in principio, & hæc miracula mirabiliter deſcribit. Si hanc prædictionem Prophetæ Danielis cum illo miraculo conferas quid inuenire queas mirabilius? Qui ſciam dicet aliquis vtrum Iudęi verius hoc interpretentur, an Diuus Hieronymus & Lxx viri? Adhibe canonem illum Domini ſi Eccleſiæ fidem non habes neque Eccleſiaſticæ ſcripturæ perfidus, quod euentus comprobat id Dominus dixit, ait Hieremias capite 28. euentus comprobat Eccleſiaſticam tranſlationem, eam igitur dixit Dominus, rurſum quod euentus non comprobat, id non dixit Dominus Deuteronomij capi. 18: euentus non comprobat Iudaicam interpretationem, eam igitur non dixit Dominus.

Vulg. *Et dederunt in eſcam meam fel & in ſiti mea potauerunt me aceto. Pſal. 68.*

Lectio Hebręa.

in ſiti mea	&	fel	in eſcam	dederunt	&
לְצָמָאִי	וְ	רֹאשׁ	בְּבָרוּתִי	יִתְּנוּ	וַ

aceto	potauerunt me
חֹמֶץ׃	יַשְׁקוּנִי

Lxx. καὶ ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμά μου χολήν, καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος.

ORigenes libro ſecundo contra Celſum hoc verſu Pſalmi Iudęos vrget vehementer, rogat quis ſit qui in cibum fel ſumpſerit, ſi Chriſtum quem expectant hæc paſſurum credunt cum cætera Prophetarum dicta Chriſto conueniant cur hæc negant conuenire? Diuus Hieronymus in Commentarijs in hunc locum. Hoc iam completum eſt, inquit, in Euangelijs cùm ſitienti Domino in cruce acetum cum felle mixtum bibere porrexerunt. Auguſtinus in Euangelium Ioannis in illa verba cap. 8. Hæc verba loquutus eſt in Gazophilatio, inter cætera quæ de Chriſto prophetata ſunt, & illud eſt: Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto, quomodo facta ſint, in Euangelio nouimus, Idem Auguſtinus de prima parte huius Pſalmi, quod Chriſtus, inquit, hic loquitur dubitare non permittitur, hic ſunt expreſſa verba quę in eius paſsione completa ſunt. Dederũt in eſcã meã fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto, quãdo iſta ad litterã impleta ſunt, & prorſus quomodo prædicta ſic reddita, nõ licet hic aliud intelligere, & cũ Apoſtoli verſus hu9 Pſalmi de Chriſto interpretẽtur, quis deuiet à ſẽtẽtijs eorũ? aut quis agn9 nõ ſequatur arietes? Lactãtius quoq; lib. 4. c. 18. eodẽ modo hunc locum Pſalmi interpretatur; at Vatablus nihil hos patres reueritus, fel enim interpretatur, ideſt, conuitia facta Dauidi vt acetum eodem modo interpreteris. Iudęis enim ſcriptura ſacra nihil minus eſt quam ſacra.

AEſti-

Vul. *Aeſtimatus ſum cum deſcendẽtibus in lacum, factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber. Pſalm. 87.*

•Lectio Hebrea.

fui in lacũ deſcendentes ſicut eſtimatus ſũ
נֶחְשַׁבְתִּי עִם יוֹרְדֵי בוֹר הָיִיתִי

liber mortuos inter adiutor nõ eſt ſicut homo
כְּגֶבֶר אֵין אֱיָל׃ בַּמֵּתִים חָפְשִׁי

Lxx.

προσελογίσθην μετὰ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον. Ἐγενήθην ὡσεὶ ἄνθρωπος ἀβοήθητος, ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος.

Diuus Hieronymus in commentarijs in hunc locum. Aeſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum, in mortem me redigere arbitrati ſunt, nec reſurgere crediderunt, factus ſum ſicut homo ſine adiutorio, non fuit adiutor ad liberandum me, inter mortuos liber, nemo me in inferno vinxit, ſed ego vinctorum catenam propria virtute laxaui. Cypr. in expoſitione ſymboli in illa verba. Tertia die reſurrexit à mortuis: nõ dixit, inquit, homo, ſed ſicut homo, ſicut homo emerat, quia deſcenderat in infernũ, ſed inter mortuos erat liber, quia à morte teneri nõ poterat, & ideò in vno natura humanæ fragilitatis, in alio diuinę poteſtas maieſtatis oſtẽditur. Aug. in cap. 8. Ioannis in illa verba: Omnis qui facit peccatum ſeruus eſt peccati: inter mortuos liber, de ſolo Chriſto dici potuiſſe ait qui non nouerat & peccatũ, in meditationibus capit. 13. ſolus Chriſtus inter mortuos liber eſſe dicitur poteſtatem habẽs ponẽdi animã ſuam pro nobis, & iterum ſumẽdi eam pro nobis, & contra Iulianũ Pelagianũ lib. 6. c. 5. Illi inquit, ſunt à mortis vinculo liberi pro quibus mortuus eſt inter mortuos liber. Ambroſius Epiſt. 82. ad Eccleſiã Vercellenſem in fine. Ieſus, inquit, non egebat adiutore ad redemptionẽ omniũ qui omnes ſine adiutore ſeruauit, vnde dicit, factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber. Hunc locum diuinitus interpretatur idẽ Ambroſ. de fide, lib. 5. cap. 3. Sic noſtri veteres patres locũ hunc explanant, de quo tam multa diximus quod in hoc loco ſita eſt veritas ſententiæ totius huius pſalmi, cuius multos verſus recitat in maiore hebdomada Eccleſia ſancta. Iudæi hunc pſalmum vt leges apud Vatablũ, continere aiunt cogitationes Dauidis, quas in morbo, aut perſecutione grauiſsima cõceperat, continet ergo hic pſalmus quod dicitur ægroti veteris ſomnia, quæ Dauid aut dormiens, aut vigilans ſomniabat iuxta Iudæos. En quæ nos doceat ſcriptura ſacra explanata Iudaicè, verè ergo Irenęus ſcriptura Iudæis fabulæ ſimilis eſt, ſi hæc nõ eſt ſubuertere noſtra & refutare, quid eſt? Sed hebraice non eſt: ſicut homo ſine adiutorio: ſed ſicut homo, cui non eſt fortitudo, nec hebraice eſt, inter mortuos liber, ſed inter mortuos. Nam liber, initiũ ſententiæ ſequentis eſt hebraicè, quanquam ſunt Iudæi qui ita legant, inter mortuos liber: & pſalmi qui ſub nomine D. Hieron. circumferuntur tranſlati diſtinctionẽ & lectionem Hebræã ſequuti videtur, quid fiet ergo? interpretatio Iudaica ægroti veteris continet inſomnia, Eccleſiaſtica vero ab hebræa lectione & diſtinctione toto cælo, diſcrepat. Mihi perſuadere nunquã potero tranſlationẽ pſalmorũ quę ſub nomine Diui Hieronymi circumfertur Diui Hieronymi eſſe, ſi verò aliter Eccleſiæ proceres ſenſerint ſubmittã caput Eccleſiæ ſanctę obediens, ſequar tamen pſalmos, quos à ſuis initijs eccleſia mater ſancta ſemper eſt ſequuta, quomodo ergo, inquies, diluis dubitationẽ propoſitã? non magnopere difficilis eſt reſponſio, quanquã aliquantulũ præfert laboris, ſi legetis. c. 21. 2. lib. huius operis, ſed ſi adieceris. capitu. 18. 19. & 20. tu tibi ipſi facile reſpondebis, intellexeris enim neq; ſequenda pũcta Iudaica, nec Iudaicas diſtinctiones, quando ab Eccleſiaſticis diſcrepant, & hæc omnia ex Diuo Hieronymo, quod autẽ hebraice

non eſt, ſicut homo ſine adiutorio, ſed ſicut homo ſine fortitudine aut cui fortitudo non eſt, lege cap. 69. eiuſdem libri ſecundi & intelliges Iudæorum negligẽtia nomina & verba in ſe mutuo mutari frequentiſsime, malitia autem Iudaica, mutari nomina & verba intelliges ex cap. 66. eiuſdem libri ſecundi. & ex cap. 59. Neque mirandũ tibi videbitur quod pro, homo ſine adiutorio, legatur fraude Iudaica, ſicut homo ſine fortitudine, quod ſicut homo ſine adiutorio nõ poterat accommodari inſomnijs Dauidis ægrotantis.

Vulga *Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber.*

Añã in tertio nocturno ſabbati ſancti. *Et, Æſtimatus ſum cum deſcẽdentibus in lacum, factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber.*

Reſpõſorium octauę lectionis eiuſdem Sabbati de quibus dictum eſt. Et verſus.

Poſuerunt me in loco inferiori in tenebroſis, & in vmbra mortis.

Lectio Hebręa.

in tenebroſis inferiori in lacu poſuerũt me
שַׁתַּנִי בְּבוֹר תַּחְתִּיּוֹת בְּמַחֲשַׁכִּים
& in profundo
בִּמְצֹלוֹת:

vel vt legere Lxx pro בְּמְצֹלוֹת tranſmutata vna litera בְּצַלְמָוֶת mortis vmbra vt tranſpoſitione vnius literæ reſtituatur ſibi translatio Lxx & interpretatio ſanctorum patrum, quæ in hunc locum eſt.

Lxx. *ἔθεντό με ἐν λάκκῳ κατωτάτῳ, ἐν σκοτεινοῖς καὶ ἐν σκιᾷ θανάτου.*

EOdem Sabbato ſancto hęc omnia concinit Eccleſia Chriſti, & in his omnibus errare eam aliquis dicet? & huius ſententiæ Diuus quoque Hieronymus author erit? qui nos docuit Iudaicos dolos, ipſe eos non intellexit? mihi certe nunquam fiet veriſimile cùm præſertim ipſe Diuus ita vt cæteri ſancti Patres hunc Pſalmũ interpretetur & ſemper Eccleſiam Catholicam aduerſus Iudęos & hęreticos ſedulò defenderit: nũc in ſabbato hebdomadæ maioris errare eam dixerit in ſuis reſponſorijs & verſibus ferè omnibus? credat Iudæus apella, mihi hæc ſententia nunquam probabitur, illa ſuperiora, inquies, de Dauide ſomniante interpretantur Iudæi, hęc inferiora nõ item; imò maxime, ſunt enim quædam, vt ait Fabius, vigilantium ſomnia, quales ſunt hominum otioſorũ cogitationes inanes, ſi vero ſtes ſuperiori interpretatione ſanctorum de hoc Pſalmo hæc inferiora tã plana ſunt de Chriſto teſtimonia, & alia quæ leguntur eadem Hebdomada maiori vt interprete non egeant, quæ omnia ruunt ſi Iudaicas interpretationes ſequaris. En cur vulgati Pſalmi vitiatiſsimi eſſe dicantur: & quidam alij tranſlati ad veritatem hebraicam, aut potius ad Iudaicam perfidiam dicantur caſtigatiſsimi: quod vulgati Pſalmi noſtræ, ſcilicet, fidei ſunt Chriſti Domini manifeſtæ prophetiæ, & noſtræ cauſæ firmamenta firmiſsima Iudaicæ interpretationes noſtræ fidei ſunt refutationes, dixi equidem & dico me hęc non dicere in vniuerſum de omnibus trãſlationibus ſed de quibuſdam Iudaicis quæ vulgatã & Apoſtolica atq; Euangelica eneruant.

De Pſalmo vigeſimoprimo.

PSalmi. 21. principiũ citat de ſe Dominus in cruce pendens & verſus alios citant Euangeliſtæ, de quibus inter locos Euãgelicos, & Apoſtolicos 5. & 6. libro qui deſtinati ſunt locis citatis ab Apoſtolis, & Euangeliſtis ex veteri teſtamento dicendũ eſt, de reliquis verſibus hac parte dicam. Hũc Pſalmũ de Chriſto Dño dictũ eſſe docet Hieronymus in cap. 27. Matthæi in illa verba; Et circa horã nonã, vſus illo canone interpretãdæ ſcripturæ pręſcripto etiã ab alijs Diuis quo monemur ſi loc' aliqs ſcripturæ expla-

explanatur à Domino, aut ab Euangeliſtis & Apoſtolis antecedētia & ſequentia ſi cohæreant eodem eſſe referenda, & cùm principium huius Pſalmi: Dominus in cruce pendens citauerit de ſe & ſequentia planè ad paſsionem Domini referantur, & quædam etiam ab Euangeliſtis de eadem Domini paſsione citentur conſequens eſſe, vt totus Pſalmus de Chriſti Domini paſsione ſit dictus, & impios Diuus Hieronymus appellat eos qui alio hunc pſalmum referunt, ſed vt verba Hieronymi intelligas ſcias oportet hoc verbum abuti apud Diuum Hieronymum & apud Ciceronem non ſolum in malam partem accipi, ſed etiam in bonam, quale illud eſt in partitionib⁹ oratorijs illa lumina ſententiarum, quibus tanquam abutimur, luminibus ſententiarum non abutitur orator, vt in malam partem accipias, ſed ſplendidiſsimè vtitur: ſic Hieronymus frequentiſsimè hoc verbum abuti adhibet in ſuis ſcriptis. Verba ergo Hieronymi ſunt. Dominus principio huius pſalmi de ſe abuſus eſt: Deus Deus meus inquiens, vt quid dereliquiſti me, & ſubijcit ſtatim. Ergo impij ſunt qui pſalmum iſtum ex perſona Dauid ſiue Heſter & Mardochæi dictum putant, cùm etiam Euangeliſtæ teſtimonia ex eo ſumpta de ſaluatore intelligant, cum hoc & alij patres veteres de hoc pſalmo teſtentur. Audet tamen Vatablus contra omnes veteres patres ſequutus Rabinos hunc pſalmum ad Dauidem referre, vt intelliges ex illis verbis quę ſcribit: Dauid in magna aliqua calamitate poſitus ędidit hunc pſalmum, & poſtea ſtatim. Pertinet igitur hic pſalmus, tam ad Chriſtum quam ad Dauidem typum eius. Et infra in illa verba: Deuoluit ad Dominũ ſubaudi res ſuas, inquit, & ſubijcit. Hic locus à Matthæo accommodatur Chriſto, cuius typus erat Dauid. Hac arte fallit Vatablus, fallunt & alij: Typice, inquiunt, ad Chriſtum refertur, dictum eſt libro primo fuſe de hac arte fallendi, qua vtuntur quidam noſtri homines cum aiunt verba ſcripturæ habere plures ſenſus, & ex vbertate Spiritus ſancti verba ſcripturæ poſſe hæc & illa ſignificare, quæ Apoſtoli dicunt, & quæ Iudæi quaſi Spiritus ſanctus ſit in impijs Iudæis, & illi dictum eſt hanc reſponſionem fuiſſe olim hæreticorum ex Diuo Auguſtino poſſe aliter intelligi prophetias, quæ aduerſum ſe citarentur, ſi hoc largiaris Iudæis & hæreticis, vt ita reſpondeant, nihil aduerſus illos concluſeris etiam ex locis ſcripturæ citatis à Domino, & ab Euangeliſtis & Apoſtolis, præſertim ſi conceſſeritis Vatablo & alijs quibuſdam noſtris hominibus quæ generaliter dicta ſunt à propheta Chriſtum Dominum ſibi ſpecialiter accommodare, & non prophetias eſſe quæ citentur ab Apoſtolis illarum quædam, ſed prouerbia. Ergo non citat Dominus propriè dictas de ſe prophetias, neque eius Apoſtoli, neque Euangeliſtæ, ſuum quiſque habeat fortaſſe iudicium, ego hac peſte nihil puto eſſe peſtilentius, neque illud minus peſtilens eſt, quod noſtris quibuſdam hominibus in labris natat, in his quæ litteraliter de Chriſto dicuntur cum aiunt typice ad Chriſtum, negant enim litteraliter dici de Chriſto, quæ Euangeliſtæ & Apoſtoli & veteres omnes litteraliter de Chriſto interpretantur, quæ quanta ſit peſtis dictum eſt ex Hieronymo lib. 1 & illud etiam quo nihil prius eſſe puto quod ſenſum Iudaicum, quem Rabini docent litteralem ſenſum appellant qui maximum robur habet in ſcriptura, interpretationes ſanctorum typicam & allegoricam, quæ interpretatio fere ad argumentandum, & refellendum Iudęos & hęreticos parum habet virium, vt omittam quod Iudæi rident ronchis & cachinnis proſequuntur, vt qui R.P. Chriſtianam ſaluam velit his quam primum conſulat neceſſe ſit.

Vulg. *Longe à ſalute mea verba delictorum meorum.*

	rugitus mei	verba	à ſalute mea	longè
Lectio Hebrça.	שַׁאֲגָתִי׃	דִּבְרֵי	מִישׁוּעָתִי	רָחוֹק

Lxx. *μακρὰν ἀπὸ τῆς σωτηρίας μου οἱ λόγοι τῶν παραπτωμάτων μου.*

QVantas turbas olim hic verſiculus dedit Deum immortalem quod perſuaſum erat apud omnes; Iudæos religioſiſsimè ſuam ſeruaſſe ſcripturam ita vt neque punctum aut apex mutari potuiſſet donec Chryſoſtomus & Diuus Hieronymus qui hebræç lectioni erant deditiſsimi adeo vt Chryſoſtomus in quibuſdam, raris illis quidem, tamen in quibuſdam Iudaicas interpretationes fuerit ſequutus nihilo ſecius Iudæorum fraudes & negligentiam in ſcriptura ſeruanda præ ter cæteros omnes patres veteres. Poſtremo intellexerit D. Chryſoſtomus & monuerit vt oſtendi in cap.38. ſecundi libri ne ſcrutaremur hebræam lectionem quod malitia Iudaica & negligentia viciata eſſet quanto melius quam Euſebius Cçſarienſis lib.10. demonſtrationis Euangelicæ demonſtratione. 8. qui verba delictorum meorum librarij errore ſcriptum putat, quod neque Aquila Iudæus, nec Symmachus, nec Theodotio nec tranſlator alius Iudæus ſic verterit, canonem egregium, quo regulam noſtræ ſcripturæ facit Iudæos trãſlatores, melius D. Hieronymus qui blaſphemos Iudæos hos appellat & admonet multa myſteria Chriſti ſubdola interpretatione cælaſſe, quæ nam eſt ſubdola interpretatio niſi vbi Iudæus addat litteram, aut punctum mutet, ideo ſecundum librum præſcribendum curaui huic tertio de fraudibus Iudaicis factis in ſcriptura, ne quis miraretur additas litteras aut detractas, aut mutata puncta: noſtri ferè Aquilam Iudçum ſequuntur, veram autem & legitimam tranſlationem Lxx virorum eſſe intelliges ſi detraxeris litteram vnam, quæ hebraice ſæpiſsimè ſolet redũdare quod hebraica exemplaria excuſſa oſtendunt quæ mille locis redundantium litterarum ſigna præferunt, quod etiam huius operis liber ſecundus omnium veterum authoritate id ita eſſe oſtendit, ſi ergo non, ſaagati, legatur hebraice, ſed detracta vna vocali, a, ſagati, & poſtea mutato puncto, ſagatai, pluraliter non ſingulariter legatur ſignificabit delictorum meorum vt veriſsima & fideliſsima ſit Eccleſiaſtica lectio longe à ſalute mea verba delictorum meorum. Nam verbum hebræum, ſaga, errare eſt & ignorare, vnde, ſaga, nomen error eſt & ignorantia & peccatum, quia omne peccatum error eſt & ignorantia iuxta illud. Omnis peccator eſt ignorans & errans, & pluraliter, ſagatai, delictorum meorum, vt ille ſignificetur de quo Eſaias. 53. languores noſtros ipſe tulit, dolores noſtros ipſe portauit, & vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra, & poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrum, Nec mirandum eſt ſi, ſaga, nomen raro reperiatur, notant enim Rabini multa eſſe quæ in ſcriptura reperiantur tantum ſemel, niſi velis pro, ſaagati, hebraice lectum fuiſſe olim, ſegagatai, addita vna littera & mutato puncto, ignorantiarum mearum, errorum meorum, ideſt, delictorum meorum, quod, vt dixi, omne peccatum eſt ignorantia & error, & noſtras ignorantias errores noſtros, delicta noſtra Christus Dominus ſuper ſe ſuſceperat luenda. Has autem varietates lectionis hebrçæ innumerabiles eſſe ſecundus liber oſtendit, oſtendunt etiam excuſſa exemplaria hebraica quæ harum varietatum innumerabilia ſigna præferunt.

(?)

Foderunt

Vulg. *Foderunt manus meas & pedes meos, & cætera. Pſal. 21.*

Lectio Hebręa.

numeraui	pedes meos	&	manus meas	foderũt
אֲסַפֵּר	רַגְלָי	וְ	יָדַי	כָּארוּ
			oſſa mea	omnia
			עַצְמוֹתָי	כָּל

LXX. ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου, ἐξηρίθμησαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου.

Athanaſius de humanitate verbi eiuſque corporali aduentu hunc locum citat de cruce Domini. Sublimis, inquiens, mors & in ligno inflicta, non alia quam crucis exiſtimari debet, & in nullo genere mortis perfodiunt manus & pedes præterquam in cruce, Auguſtinus de vnitate Eccleſiæ libro vno cap. 8. Quis tam cæcus, inquit, qui non Euangelium ipſum recognoſcat cum cantatur illud: Foderũt manus meas & pedes meos dinumerauerunt omnia oſſa mea ipſi verò conſiderauerunt & inſpexerũt me &c. Et idem Auguſtinus Epiſtol. 49. ad compresbyterũ Deo gratias ad quæſtionem. 6. tam manifeſtum hũc locum Euangelij eſſe ait, quam ſunt ipſa Euangelia, & Epiſtola. 120. ad Honoratum tã quam Euangelium recitari hęc verba ait, vbi foſſæ clauis manus & pedes eius, & cùm extenderetur in ligno quodammodo numerata ſunt oſſa eius, leges etiã Auguſtinum de ciuitate Dei lib. 17. cap. 17. centies hæc Auguſtinus, centies & alij patres, qui quærunt & inſtant vehementer cui hæc verba congruant niſi Chriſto Domino, & acriter vrgent Iudæos his verbis, quid facerent Iudæi niſi veritati cædere velint, & niſi velint ſuos Iudęos à ſe deſciſcere, & tranſire ad Chriſtianiſmum? ad ſuas fraudes confugiunt, & hunc locum totum vitiant, & pro, foderunt manus meas, legunt ceu leo manus meas & pedes meos, hebraicè erat, caru, foderunt, quod ad foſſas clauorum in manibus & pedibus planè ſpectat, mutata vna littera, & addita altera legunt, ca ari, ſicut leo, additur enim, a, & vau, mutatur in, iod, & ſic pro foderunt manus meas & pedes meos, fecerunt, ſicut leo manus meas & pedes meos, Dices in margine apponunt. Foderunt manus meas & pedes meos, & fatentur in Commentarijs hebraice variam eſſe lectionem. Quid refert? ex loco manifeſtiore litteris Euangelicis penè dixerim reddunt lectionem cõtrouerſam & ambiguam, Lactantius de vera religione libro. 4. cap. 18. hunc locum ſic citat: Effoderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea. Atqui Lactantius Chriſti temporibus proximus fuit, Ait enim Lactantius de iuſtitia lib. 5. ca. 2. ſe profeſſum in Bithynia artẽ oratoriã eo tẽpore quo tẽplũ Dei euerteretur Hieroſolymis opinor ſub Adriano, ſed quid neceſſe eſt ſolũ Lactantium excitare teſtẽ veritatis noſtræ lectionis an non ſic hunc Pſalmũ legit Tertullianus, Iuſtinus, Irenæus tẽporibus Chriſti proximi, vt de veritate noſtræ lectionis dubitare nemo poſſet, vrget hoc teſtimonio Iudęos Lactantius, Athanaſius, Tertullianus, Euſebius quid facerent Iudæi millies adducti εἰς ἀπορίαν, id eſt, eo vt loqui non poſſent, ſi cõuerterentur facerent prudenter, ſed ſuã impietatẽ tueri volunt, & ſuos in ſynagogis ſuis retinere, ne ad nos commearent ſe in hoc Pſalmo qui Euangelicis litteris pene dixerim loquitur manifeſtius, ad ſuas fraudes cõuertũtur, & manu omnia vitiãt, & noſtris tẽporibus cũ vitia lectionis hebrææ in codicibus hebræis magno tẽporũ interuallo inueterarũt audẽt illã verã lectionẽ hebræam profiteri idq; noſtris perſuadere, qui veriſsima hebręa volumina teſtãtur quæ ſunt vitiatiſsima fraude Iudaica, & noſtra contra profitentur paſsim eſſe vitiatiſsima, à quibus quęrerẽ libẽter num ſciant. 72. Iudæos tribus ſæculis ante Dñi aduentũ hos Pſalmos trãſtuliſſe, & aſſeruatos in ſynagogis Iudęorũ ꝑ octingẽtos annos & eo amplius, nũ ſciãt citatos à veterib⁹ patrib⁹ ꝓximis tẽporib⁹ Chriſti eo modo quo nũc legũtur ſine vllo diſcrimine, datos ab Apoſtolis Eccleſię Dñi, certe mihi videntur aut eſſe imperitiſsimi, aut rebus noſtris

parum habere fidei, alioqui de fraudibus Iudaicis noſtris & Iudæis crederét, de veritate noſtræ ſcripturæ Apoſtolis & Euangeliſtis & Eccleſiæ vniuerſę quę fuit à temporibus Chriſti vſque ad noſtra tempora haberent fidem. Vides ergo quam acriter noſtri aduerſarij nunc vitianda ſcriptura, nunc Iudaica interpretatione noſtra refutent, vt Iudaicæ quædam interpretationes non omnes inquam ſed quædam quę noſtram vulgatam & noſtra labefactant noſtrarum rerum ſint refutationes. Ergo priora, vt dixi ſic vitiauere. Deinde pro: Dinumerauerunt omnia oſſa mea. Hebraice eſt, aſaper, numerabo, quæ vox hebræa ex lectione eccleſiaſtica vitiata apparet additione vnius litterę, aleph, & tranſpoſitione litteræ ו, vau, cum enim legeretur, ſaperu, dinumerauerũt, fecerunt, aſaper, numerabo, Nam de his fraudibus Iudaicis dictum centies ſupra eſt, Athanaſius qui in diſputatione aduerſus Iudæos ait: Miſeros Iudæos nolle ex prædictionibus Prophetarum cœleſtes decerpere fructus, ſed potius prophetias vitiare, & non ſolum ſibi ſed alijs quoque regni cœleſtis claudere ianuas, ianua nanque & oſtium ad Chriſtum & ad Regna cœlorum ſcriptura ſancta eſt, vt te docet D. Chryſoſtomus. Age ſi neque Athanaſio libet tibi credere, neque alijs ſanctis patribus, quos toto libro ſecundo citauimus, neque Iudæis antiquis, neque Rabinis temporibus noſtris proximis qui nobis noſtræ veritatis impertiunt teſtimonia, ſi vir prudens es facile intelliges quod diximus ſi aduerteris omnes locos quibus veteres patres Iudæos premere ſolebant & vrgere vehementer hebraice eſſe vitiatos aut peruerſa interpretatione alio deflexos, qui hoc videt fieri in omnibus non videt plane fraudes ſubeſſe & dolos, ſi vnus locus eſſet cõtrouerſus aut viginti fortaſſe nõ magnopere eſſet res ſuſpecta, vides omnes aliqua fraude attentatos & dubitas quin id ita ſit.

Vulg. *Populo qui naſcetur, quem fecit Dominus.*

fecit	quem	naſcituro	populo
עָשָׂה׃	כִּי	נוֹלָד	לְעָם

Lectio Hebręa.

λαῷ τῷ τεχθησομένῳ, ὅτι ἐποίησεν ὁ κύριος.

LXX.

DIuus Hieronymus hũc locum dę populo per ſacrum Baptiſma renato interpretatur, & Euſebius demonſtrationis Euangelicæ, demonſtratione quinta hunc locum de eodem populo interpretatur, & omnes veteres ad vnũ ſic explicant hunc locum, Iudæi reſecãt vnam dictionem poſtremam vt tãtum legatur, quem fecit, neque interpretantur quem fecit, ſed quam fecit, vt ſit ſenſus: Venient qui annuntiabũt iuſtitiam tuam, quod erga me iuſtus fueris, vt ad Dauidem referatur hic Pſalmus, ſic vatablus ita omnes de Chriſto Prophetias peruertunt Iudæi & noſtri aduerſarij quod hebraice caſus non ſunt & potes vertere quomodo volueris, ſiue vertere voles vt Vatablus, ſiue vt alij quia fecit, vt referatur ad Dauidem etiam. Oportebat maiorem fidem habere Lxx viris qui trecentis annis ante litem natam inter nos & Iudæos hęc tranſtulerunt de populo naſcituro per lauacrum Baptiſmi & Eccleſiæ credere quæ iſta legit per 1500 annos. Nec illud fraude carere puto, Deus meus clamabo per diem & nõ exaudies & nocte & non ad inſipientiam mihi, hebraice nanque eſt, ve lo dumiiali, & non ſilentium mihi, mutantur enim hebræa verba, vt leges lib. 2. cap. 69. frequentiſsime, & Chriſtus Dominus cùm dixerit: Deus meus clamabo per diem & non exaudies & nocte, cum interrogari poſſet: ſi ſcis te nõ eſſe audiendum cur clamas? reſpondet: & non ad inſipientiam mihi ita clamare, ſcilicet, clamo enim ad patrem qui vult me paſsionem ſubire & ipſe volo, nec exauditurus eſt me ne patiar & ego pati volo, tamen clamo ad Patrem vt petam

tam,vt ea quę patior generi humano ve
hementer proficiant.

Vulg. *Titulus Pſalmi.21.in finem pro*
ſusceptione matutina,Pſalmus Da-
uid.

Lectio Hebrça. עַל אַיֶּלֶת הַשַּׁחַר (pro cerua matutina)

Lxx. ὑπὲρ τῆς ἀντιλήψεως τῆς ἑωθινῆς.

IVſtinus in dialogo aduerſus Trypho
nem Iudæum docet Iudæos ambigui
tate vocum peruertere ſcripturas, Da-
uid in ſcriptura frequentiſsimè Chriſtũ
ſignificat, & quod de genere & familia
Dauid ſit natus, & quod Dauid latinè
ſpecioſum ſonet & formoſum, & de do
mino dictum eſt illud.Specioſus forma
præ filijs hominum, & ita hic Pſalmus
de Chriſto dicitur, & de eius ſacratiſsi-
ma paſione, vt interpretatur Euſebius
demonſtrationis euangelicæ lib.10. de-
monſtratione.8. Titulum habet à fine
paſsionis, inquit, hoc eſt à ſacratiſsima
reſurrectione.D.Hieronymus in epiſto-
la ad Cyprianum vbi Pſalmum.89.ex-
planat hunc titulum proprie ad myſte-
rium Domini,& ad eius reſurrectionem
pertineret ait, & ad Hedibiam quęſtio-
ne.9.huius Pſalmi titulum eodem refert,
& in Commentarijs in Pſalmos,& Au-
guſtinus & alij omnes de ſacra paſsione
& reſurrectione ſacra hunc pſalmum in
terpretantur, quanquam Hieronymus
in ca.6.Oſeæ in illa verba. Quaſi dilucu
lum, hunc titulum pro aſſnmptione ma
tutina in hebræo ſcriptum eſſe ait pro
ceruo matutino eo quod interfecta
morte vt ceruus cupiat montana con-
ſcendere,& Sol iuſtitiæ nobis oriri & ho
minum tenebras diſcutere & illuſtrare:
credo ego Diuum Hieronymũ vtrunq;
ſenſum,& vtranque translationem no-
bis voluiſſe proponere quod vtroque
modo lectio Hebræa verti potuerit
quod iam dicemus. Vatablus, vt dixi
hunc Pſalmum ad Dauidem refert,& le-
ctionem hebræam ad ceruam matuti-
nam,& interpretatur ad ceruam matuti
nam,id eſt,vt canatur ad modos quibus
canitur cantilena illa cuius initium erat
ad ceruam matutinam, & ita hoc genus
hominum ſit paratum vt deleat omnes
prophetias: Quid eſt quæſo prophetias
extinguere ſi hoc non eſt? Iſidorus Cla-
rus in eadem ſententia eſt in qua Vata-
blus,vt hunc Pſalmum ad Dauidem re-
ferat,& Iudaicas interpretationes recen
ſet omnes & contendit ad Eccleſiaſticas
ſententias referre,vt res maxime inter ſe
repugnantes ingenij acumine cõiungat,
tamen præcepto Diui Hieronymi, qui
de pace cæleſti loquitur Iudaica ne admi
ſerit, & interpretationem ſanctorum
Pſalmi huius tituli veriſsimam eſſe dua-
bus rationibus facile colliges, prima
quod totus hic Pſalmus, etiam hi qui à
Iudaicis interpretationibus non abhor-
rent de paſsione Domini interpretan-
dum cenſent,ne ſolos dicant ſacros ſcri-
ptores ſic explanare. Altera ratio inſolu
bile argumentum eſt pro cerua quam di
cunt hebraice eſt,aielet,quæ duo ſignifi-
cat, ceruam & fortitudinẽ,vt ipſi etiam
fatentur Iudæi & Rabini. Videamus er-
go quo iutellectu hæc vox hebræa ſit
accipienda in huius Pſalmi titulo, Titu-
lus Pſalmi argumentum pſalmi eſt, vt
docent omnes ſancti, quo intellectu &
qua ſignificatione hæc vox accipitur
in ipſo pſalmo,eadem in ipſo titulo acci
piatur neceſſe eſt:pro illo ergo verſicu-
lo:Tu autem domine ne elongaueris au
xilium tuum à me, hebraice pro auxilio
eſt hæc vox hebræa,eialuti,cum prono-
mine affixo, ſed translatio Lxx eialute-
ca,agnoſcere videtur,auxiliũ tuum, for-
titudinem tuam. Nunc vide tu fortitu-
do matutina quid ſit, vbi tractatum eſt
de paſsione domini,neque refert vtrum
dicatur fortitudo mea,an fortitudo tua,
eadem eſt fortitudo patris & filij, & ſic
filius propria virtute reſurrexit,& pater
ſuſcitauit filium à mortuis, quod eadẽ

diuinitas eſt patris & filij, quęritur tamē cur pro fortitudine matutina Lxx verterint pro ſuſceptione matutina, quod Lxx ſæpe ſunt ſcholiaſtę: aſſumptio græce dicitur, antilepſis, gręce enim Lxx ſcripturam vertere, antilambano, ſignificat manu apprehendere iacentem & erigere, quaſi æternus pater iacentem in ſepulchro filium manu apprehenderit & erexerit, & à mortuis ſuſcitarit: nam pater à mortuis ſuſcitaſſe filium dicitur, & filius ptopria virtute, vt dictū eſt dicitur reſurrexiſſe à mortuis.

Vul. *Acceſsit homo ad cor altum & exaltabitur Deus, lectione. 4. 5. & 6. ſabbati ſancti, ex Pſalmo. 63.*

Lectio Hebręa. וְקִרֶב אִישׁ וְלֵב עָמֹק׃ וַיֹּרֵם אֱלֹהִים חֵץ פִּתְאוֹם

Lxx. προσελεύσεται ἄνθρωπος καὶ καρδία βαθεῖα, καὶ ὑψωθήσεται ὁ θεός.

SVpra monſtratum eſt Verſus & Antiphonas Sabbati Sancti praua interpretatione alio à Iudæis referri, non ad Chriſtum, nec ad paſsionis Domini myſteria & ſacramenta, ne reliquum eſſet quicquam in officio ſabbati ſancti quin ab hoc hominum genere peruerteretur, vt Eccleſia ſancta fieret ridicula. Hæc verba quę concinit Eccleſia iuxta vulgatam. 4. & 5. & 6. lectione ſabbati ſancti, aduerſarij illa faciunt ex oculis euaneſcere mutata diſtinctione, & duarum triumve litterarum detractione, quod intelliges ſi pro, chepes, legas, chepeſim, ſcrutantes, & pro & leb, legeris, el, leb, ad cor, deinde pro, exaltabitur Deus, hebraice, eſt, va, iorem elohim, & iaculabitur Deus in eos, faciunt enim Iudęi hoc initium ſequētis orationis quod in vlgata noſtra finis erat præcedētis orationis, quæres quonā modo iſtuc? mutata diſtinctione & vno pūcto, ſi pro, iorē, iaculabitur in eos, legas, irom, exaltabitur, elohim, Deus, ſtatim aiunt ſic eſt hebraice, ipſi inuiti fatentur lectionem hebręam hoc loco eſſe laceram, nam holoth, quod in hebræa lectione erat ſine, vau, & ſignificabat, holocauſta, quæ ſignificatio hic locum non habebat, caſtigat ipſe & emēdat, holoth, cum, vau, iniquitates, & rabini emendant recte, quod hebraice eſt, ſcrutati ſumus, & in tertia debet eſſe ſcrutati ſunt, & poſtea clamāt hebræam lectionem eſſe caſtigatiſſimam & veritatem hebraicam nomināt etiam cum ſit vitiatiſsima & noſtra ad vitia hebraicæ lectionis emendanda aut vitianda potius eſſe vociferantur, en hoc loco Iudaicis fraudibus Eccleſię cantio eluditur, & fit Eccleſia ſancta ridicula quę luctuoſa multum pro threnis de paſsione Domini concinit Dauid querelas, & Auguſtinus cuius ille lectiones ſunt ſit ſenex delirus qui eā dicit de verſu Dauidis quorum nec pes nec caput compareat, poſſunt ne magis Iudaicæ quædam interpretationes quædam inquam non omnes noſtræ religionis ſacratę refutationes inductæ à noſtris in Eccleſiam pro re ſanctiſsima an non peior hæc res eſt equo troiano qui armato pedite plenus erat, quo olim Ilium dicitur corruiſſe, hic equus Iudaicus non armato milite completus erat, ſed Iudaicis fraudibus, quæ vniuerſas de Chriſto prophetias ſubuerterent erat refertiſsimus, qui ſub facie veritatis hebraicæ faceret, vt ab Spiritu ſancto inſpiratos Dauidi Pſalmos cum phariſaicis Pſalmis commutaremus, & rueret omnino Eccleſia ſancta (quod Deus non ſinet) in medium Iudaiſmum. Nec vitiatur ſolum vitioſa ſcriptione hic Pſalmus, ſed falſa quoque interpretatione explanatur enim à Iudæis de his qui Dauidem apud Regem Saulem calumniabantur non de Chriſto Domino, ſtatim docent typice de Chriſto, hæc enim communis eorum aduerſum omnia crimina ad manum eſt reſponſio.

Loci de reſurrectione Domini, & de noſtrorum corporum reſurrectione.

Vulg. *Et refloruit caro mea, & ex voluntate mea confitebor illi. Pſ. 27.*

Lectio Hebrea.

in cantico meo & cor meum gauiſum eſt &
מִשִּׁירִי וּ לִבִּי יַעֲלֹז וְ
confitebor illi
אֲהוֹדֶנּוּ

Lxx. καὶ ἀνέθαλεν ἡ σάρξ μου, καὶ ἐκ θελήματός μου ἐξομολογήσομαι αὐτῷ.

CEnties dixi quoties Iudæos aliquid male vrit, ſolere ad illud currere, vt illud ex hebræa lectione reſecẽt & erumpant continuo in illos ſolitos clamores veritas hebraica, veritas hebraica, cùm potius ſit perfidia Iudaica, reſecces tu perfidia manu quod ex hebraica lectione ſit viſum, & poſtea clames veritas hebraica, veritas hebraica, nec refert vtrum malitia Iudaica id facias, an Iudaica negligentia, vtroq; enim modo in lectione hebræa id fieri ſolitũ oſtendimus libro ſecundo fuſe ſatis. Huius notæ eſt illud Pſalmi. 27. Refloruit caro mea, quod Auguſtinus hunc Pſalmum interpretatus ait: Refloruit caro mea, id eſt, reſurrexit caro mea, & Hieronymus etiam hunc pſalmum interpretãs: Refloruit caro mea, id eſt, caro Chriſti reſurrexit. Inquit Cyrillus in Ioannẽ lib. 4. capit. 35. in illud: vos aſcendite ad diem, de feſto reſurrectionis iuſtorũ interpretatur, & cantilenam hanc iuſtorũ eſſe putat, illud, inquit, ſumma cum iucunditate canent: Benedictus Dominus qui exaudiuit vocẽ deprecationis meæ, in ipſo ſperauit caro mea, & adiutus ſum, & refloruit caro mea, reflorebit enim rurſus atque reuiuet, nec id abſque Chriſto, ipſe enim noſtræ reſurrectionis initium. Ambroſius ſermone 54. Refloruit, inquit, caro mea, non floruit, non refloreſcit, niſi quod ante floruerat, floruit caro Domini, cùm primum ex Sacra Maria virgine proceſsit, iuxta illud: Et flos de radice eius aſcendit. Refloruit cum re diuina de ſepulchro reſurrectionis gloria germinauit. Quid aduerſus hæc Iudæus: reſecat hęc ex hebræa lectione, & nobis obturat ora. Nobis ſatis eſſe deberet à temporibus Chriſti Domini vſque ad noſtra tempora omnia exemplaria Græca & Latina hanc lectionem præferre. Iudæi aduerſus nos quæ exemplaria vetuſta poterunt citare? Atqui noſtrę ſcripturæ intra eorum ſynagogas per octingentos annos fuere & eo amplius, tantum aduerſarij de ſeruata ſcriptura à Iudæis religioſiſsime, & de Iudęorum ſanctimonia multa deblaterant, quæ omnia libro ſecundo abunde confutauimus.

Vulg. *Titulus Pſalmi. 65. in finem canticum Pſalmi Reſurrectionis.*

Lectio Hebrea.

pſalmi canticum
שִׁיר מִזְמוֹר׃

Lxx. Εἰς τὸ τέλος ᾠδὴ ψαλμοῦ ἀναστάσεως.

HVius pſalmi reſurrectionis Domini meminere omnes, meminit & Ambroſius in præfatione in Pſalm. 36. cùm refert de myſterijs Domini fuiſſe prophetias de eius aduentu & paſsione quod paſſurus eſſet pro nobis, & ſanguine ſuo mundaturus eſſet noſtra peccata, quod tituli pro torcularibus declararũt & reſurrecturũ Pſal. reſurrectionis expreſsit, & Auguſtinus eodem modo, & Diuus Hieronymus in hunc pſalmum, Quare hæc in hebręa lectione nuſquã apparebunt. Nam de pſalmis de torcularibus dictum ſupra eſt, quos omnes mutatione vnius litteræ, ן in ו euanuiſſe ex omnium oculis fecere, vt ſupra mõſtratum eſt, hunc pſalmi titulum reſurrectionis Domini ex hebręa lectione expunxere, tam facile Iudęis eſt ea teſtimo-

nia

cuiſſe è fundamentis teſtantur qui ædificantes Iudęos abſumpſit, ſic demum ab ædificatione templi Hieroſolymitani Iudæi tot malis & tot miraculis deterriti abſtitere. Theodoretus quoque lib. 3. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, hoc idem refert cap. 20. Et Hermeas Sozomenus libro. 5. ſuæ hiſtoriæ cap. 20. Ammianus Marcellinus lib. 23. ſcriptor Idolatra in principio, poſtremi miraculi meminit, & Ambroſius Epiſtola. 29. ad Theodoſium Imperatorem ſic ait: Non audiſti Imperator quia cùm iuſsiſſet Iulianus reparari templum Hieroſolymis quod diuino, qui faciebant repagulum, igne flagrarunt? Diuus Chryſoſtomus paucis ante ſua tempora annis hoc factum prædicat, ita vt oblitterari memoria huius facti non potuerit, meminit huius facti tomo quinto oratione ſecunda aduerſus Iudæos in principio, & latius ſub finem, & oratione tertia non longe à principio, & in demonſtratione quod Chriſtus ſit Deus, & centies hoc miraculum refert. Gregorius Nazianzenus hoc etiam refert in oratione ſecunda in Iulianum in principio, & hæc miracula mirabiliter deſcribit. Si hanc prædictionem Prophetæ Danielis cum illo miraculo conferas quid inuenire queas mirabilius? Quiſciam dicet aliquis vtrum Iudęi verius hoc interpretentur, an Diuus Hieronymus & Lxx viri? Adhibe canonem illum Domini ſi Eccleſiæ fidem non habes neque Eccleſiaſticæ ſcripturæ perfidus, quod euentus comprobat id Dominus dixit, ait Hieremias capite 28. euentus comprobat Eccleſiaſticam tranſlationem, eam igitur dixit Dominus, rurſum quod euentus non comprobat, id non dixit Dominus Deuteronomij capi. 18. euentus non comprobat Iudaicam interpretationem, eam igitur non dixit Dominus.

Vulg. *Et dederunt in eſcam meam fel & in ſiti mea potauerunt me aceto. Pſal. 68.*

in ſiti mea & fel in eſcam dederunt &
וְ יִתְּנוּ בְּבָרוּתִי רֹאשׁ וְ לִצְמָאִי — Lectio Hebręa.
potauerunt me aceto
יַשְׁקוּנִי חֹמֶץ׃

καὶ ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμά μου χολήν, καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος. — Lxx.

ORigenes libro ſecundo contra Celſum hoc verſu Pſalmi Iudęos vrget vehementer, rogat quis ſit qui in cibum fel ſumpſerit, ſi Chriſtum quem expectant hæc paſſurum credunt cum cætera Prophetarum dicta Chriſto conueniant cur hæc negant conuenire? Diuus Hieronymus in Commentarijs in hunc locum. Hoc iam completum eſt, inquit, in Euangelijs cùm ſitiente Domino in cruce acetum cum felle mixtum bibere porrexerunt. Auguſtinus in Euangelium Ioannis in illa verba cap. 8. Hæc verba loquutus eſt in Gazophilacio, inter cætera quæ de Chriſto prophetata ſunt, & illud eſt: Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto, quomodo facta ſint, in Euangelio nouimus, Idem Auguſtinus de prima parte huius Pſalmi, quod Chriſtus, inquit, hic loquitur dubitare non permittitur, hic ſunt expreſſa verba quę in eius paſsione completa ſunt. Dederũt in eſcã meã fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto, quãdo iſta ad litterã impleta ſunt, & prorſus quomodo prædicta ſic reddita, nõ licet hic aliud intelligere, & cũ Apoſtoli verſus hu° Pſalmi de Chriſto interpretẽtur, quis deuiet à ſentẽtijs eorũ? aut quis agn° nõ ſequatur arietes? Lactãtius quoq; lib. 4. c. 18. eodẽ modo hunc locum Pſalmi interpretatur; at Vatablus nihil hos patres reueritus, fel enim interpretatur, ideſt, conuitia facta Dauidi vt acetum eodem modo interpreteris. Iudęis enim ſcriptura ſacra nihil minus eſt quam ſacra.

Vul. *AEſtimatus ſum cum deſcendẽtibus in lacum, factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber. Pſalm. 87.*

•Lectio Hebręa.

fui in lacũ deſcendentes ſicut eſtimatus ſũ
נֶחְשַׁבְתִּי עִם ׃ יוֹרְדֵי בוֹר הָיִיתִי

liber mortuos inter adiutor nõ eſt ſicut homo
כְּגֶבֶר אֵין אֱיָל׃ בַּמֵּתִים חָפְשִׁי

Lxx.

προσελογίσθην μετὰ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον. Ἐγενήθην ὡσεὶ ἄνθρωπος ἀβοήθητος, ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος.

DIuus Hieronymus in commentarijs in hunc locum. Aeſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum, in mortem me redigere arbitrati ſunt, nec reſurgere crediderunt, factus ſum ſicut homo ſine adiutorio, non fuit adiutor ad liberandum me, inter mortuos liber, nemo me in inferno vinxit, ſed ego vinctorum catenam propria virtute laxaui. Cypr. in expoſitione ſymboli in illa verba. Tertia die reſurrexit à mortuis: nõ dixit, inquit, homo, ſed ſicut homo, ſicut homo enerat, quia deſcenderat in infernũ, ſed inter mortuos erat liber, quia à morte teneri nõ poterat, & ideò in vno natura humanæ fragilitatis, in alio diuinę poteſtas maieſtatis oſtẽditur. Aug. in cap. 8. Ioannis in illa verba: Omnis qui facit peccatum ſeruus eſt peccati: inter mortuos liber, de ſolo Chriſto dici potuiſſe ait qui non nouerat & peccatũ, in meditationibus capit. 13. ſolus Chriſtus inter mortuos liber eſſe dicitur poteſtatem habẽs ponẽdi animã ſuam pro nobis, & iterum ſumẽdi eam pro nobis, & contra Iulianũ Pelagianũ lib. 6. c. 5. Illi inquit, ſunt à mortis vinculo liberi pro quibus mortuus eſt inter mortuos liber. Ambroſius Epiſt. 82. ad Eccleſiã Vercellenſem in fine. Ieſus, inquit, non egebat adiutore ad redemptionẽ omniũ qui omnes ſine adiutore ſeruauit, vnde dicit, factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber. Hunc locum diuinitus interpretatur idẽ Ambroſ. de fide, lib. 5. cap. 3. Sic noſtri veteres patres locũ hunc explanant, de quo tam multa diximus quod in hoc loco ſita eſt veritas ſententiæ totius huius pſalmi, cuius multos verſus recitat in maiore hebdomada Eccleſia ſancta. Iudæi hunc pſalmum vt leges apud Vatablũ, continere aiunt cogitationes Dauidis, quas in morbo, aut perſecutione grauiſsima cõceperat, continet ergo hic pſalmus quod dicitur ægroti veteris ſomnia, quæ Dauid aut dormiens, aut vigilans ſomniabat iuxta Iudæos. En quæ nos doceat ſcriptura ſacra explanata Iudaicè, verè ergo Irenęus ſcriptura Iudæis fabulæ ſimilis eſt, ſi hæc nõ eſt ſubuertere noſtra & refutare, quid eſt? Sed hebraice non eſt: ſicut homo ſine adiutorio: ſed ſicut homo, cui non eſt fortitudo, nec hebraice eſt, inter mortuos liber, ſed inter mortuos: Nam liber, initiũ ſententiæ ſequentis eſt hebraicè, quanquam ſunt Iudæi qui ita legant, inter mortuos liber: & pſalmi qui ſub nomine D. Hieron. circumferuntur tranſlati diſtinctionẽ & lectionem Hebræã ſequuti videtur, quid fiet ergo? interpretatio Iudaica ægroti veteris continet inſomnia, Eccleſiaſtica vero ab hebræa lectione & diſtinctione toto cælo, diſcrepat. Mihi perſuadere nunquã potero tranſlationẽ pſalmorũ quę ſub nomine Diui Hieronymi circumfertur Diui Hieronymi eſſe, ſi verò aliter Eccleſiæ proceres ſenſerint ſubmittã caput Eccleſiæ ſanctę obediens, ſequar tamen pſalmos, quos à ſuis initijs eccleſia mater ſancta ſemper eſt ſequuta, quomodo ergo, inquies, diluis dubitationẽ propoſitã? non magnopere difficilis eſt reſponſio, quanquã aliquantulũ præfert laboris, ſi legeris c. 21. 2. lib. huius operis, ſed ſi adieceris capitu. 18. 19. & 20. tu tibi ipſi facile reſpondebis, intellexeris enim neq; ſequenda pũcta Iudaica, nec Iudaicas diſtinctiones, quando ab Eccleſiaſticis diſcrepant, & hæc omnia ex Diuo Hieronymo, quod autẽ hebraice

explanatur à Domino, aut ab Euangeliſtis & Apoſtolis antecedētia & ſequentia ſi cohæreant eodem eſſe referenda, & cùm principium huius Pſalmi: Dominus in cruce pendens citauerit de ſe & ſequentia planè ad paſsionem Domini referantur, & quædam etiam ab Euangeliſtis de eadem Domini paſsione citentur conſequens eſſe, vt totus Pſalmus de Chriſti Domini paſsione ſit dictus, & impios Diuus Hieronymus appellat eos qui alio hunc pſalmum referunt, ſed vt verba Hieronymi intelligas ſcias oportet hoc verbum abuti apud Diuum Hieronymum & apud Ciceronem non ſolum in malam partem accipi, ſed etiam in bonam, quale illud eſt in partitionib⁹ oratorijs illa lumina ſententiarum, quibus tanquam abutimur, luminibus ſententiarum non abutitur orator, vt in malam partem accipias, ſed ſplendidiſsimè vtitur: ſic Hieronymus frequentiſsimè hoc verbum abuti adhibet in ſuis ſcriptis. Verba ergo Hieronymi ſunt: Dominus principio huius pſalmi de ſe abuſus eſt: Deus Deus meus inquiens, vt quid dereliquiſti me, & ſubijcit ſtatim: Ergo impij ſunt qui pſalmum iſtum ex perſona Dauid ſiue Heſter & Mardochæi dictum putant, cum etiam Euangeliſtæ teſtimonia ex eo ſumpta de ſaluatore intelligant, cum hoc & alij patres veteres de hoc pſalmo teſtentur. Audet tamen Vatablus contra omnes veteres patres ſequutus Rabinos hunc pſalmum ad Dauidem referre, vt intelliges ex illis verbis quę ſcribit: Dauid in magna aliqua calamitate poſitus ędidit hunc pſalmum, & poſtea ſtatim. Pertinet igitur hic pſalmus, tam ad Chriſtum quam ad Dauidem typum eius. Et infra in illa verba: Deuoluit ad Dominū ſubaudi res ſuas, inquit, & ſubijcit. Hic locus à Matthæo accommodatur Chriſto, cuius typus erat Dauid. Hac arte fallit Vatablus, fallunt & alij: Typice, inquiunt, ad Chriſtum refertur, dictum eſt libro primo fuſe de hac arte fallendi, qua vtuntur quidam noſtri homines cum aiunt verba ſcripturæ habere plures ſenſus, & ex vbertate Spiritus ſancti verba ſcripturæ poſſe hæc & illa ſignificare, quæ Apoſtoli dicunt, & quæ Iudæi quaſi Spiritus ſanctus ſit in impijs Iudæis, & illi dictum eſt hanc reſponſionem fuiſſe olim hæreticorum ex Diuo Auguſtino poſſe aliter intelligi prophetias, quæ aduerſum ſe citarentur, ſi hoc largiaris Iudæis & hæreticis, vt ita reſpondeant, nihil aduerſus illos concluſeris etiam ex locis ſcripturæ citatis à Domino, & ab Euangeliſtis & Apoſtolis, præſertim ſi conceſſeritis Vatablo & alijs quibuſdam noſtris hominibus quæ generaliter dicta ſunt à propheta Chriſtum Dominum ſibi ſpecialiter accommodare, & non prophetias eſſe quæ citentur ab Apoſtolis illarum quaſdam, ſed prouerbia. Ergo non citat Dominus proprie dictas de ſe prophetias, neque eius Apoſtoli, neque Euangeliſtæ, ſuum quiſque habeat fortaſſe iudicium, ego hac peſte nihil puto eſſe peſtilentius: neque illud minus peſtilens eſt, quod noſtris quibuſdam hominibus in labris natat, in his quæ litteraliter de Chriſto dicuntur cum aiunt typice ad Chriſtum, negant enim litteraliter dici de Chriſto, quæ Euangeliſtæ & Apoſtoli & veteres omnes litteraliter de Chriſto interpretantur, quæ quanta ſit peſtis dictum eſt ex Hieronymo lib. 1. & illud etiam quo nihil prius eſſe puto quod ſenſum Iudaicum, quem Rabini docent litteralem ſenſum appellant qui maximum robur habet in ſcriptura, interpretationes ſanctorum typicam & allegoricam, quæ interpretatio fere ad argumentandum, & refellendum Iudęos & hęreticos parum habet virium, vt omittam quod Iudæi rident ronchis & cachinnis proſequuntur, vt qui R.P. Chriſtianam ſaluam velit his quam primum conſulat neceſſe ſit.

Vulg. *Longe à ſalute mea verba delictorum meorum.*

	longé	à ſalute mea	verba	rugitus mei
Lectio Hebræa.	רָחוֹק	מִישׁוּעָתִי	דִּבְרֵי	שַׁאֲגָתִי׃

Lxx. μακρὰν ἀπὸ τῆς σωτηρίας μου οἱ λόγοι τῶν παραπτωμάτων μου.

QVantas turbas olim hic verſiculus dedit Deum immortalem quod perſuaſum erat apud omnes, Iudæos religioſiſsimè ſuam ſeruaſſe ſcripturam ita vt neque punctum aut apex mutari potuiſſet donec Chryſoſtomus & Diuus Hieronymus qui hebrææ lectioni erant deditiſsimi adeo vt Chryſoſtomus in quibuſdam, raris illis quidem, tamen in quibuſdam Iudaicas interpretationes fuerit ſequutus nihilo ſecius Iudæorum fraudes & negligentiam in ſcriptura ſeruanda præter cæteros omnes patres veteres. Poſtremo intellexerit D. Chryſoſtomus & monuerit vt oſtendi in cap. 38. ſecundi libri ne ſcrutaremur hebræam lectionem quod malitia Iudaica & negligentia vitiata eſſet quanto melius quam Euſebius Cæſarienſis lib. 10. demonſtrationis Euangelicæ demonſtratione. 8. qui verba delictorum meorum librarij errore ſcriptum putat, quod neque Aquila Iudæus, nec Symmachus, nec Theodotio nec tranſlator alius Iudæus ſic verterit, canonem egregium, quo regulam noſtræ ſcripturæ facit Iudæos trāſlatores, melius D. Hieronymus qui blaſphemos Iudæos hos appellat & admonet multa myſteria Chriſti ſubdola interpretatione cælaſſe, quæ nam eſt ſubdola interpretatio niſi vbi Iudæus addat litteram, aut punctum mutet, ideo ſecundum librum præſcribendum curaui huic tertio de fraudibus Iudaicis factis in ſcriptura, ne quis miraretur additas litteras aut detractas, aut mutata puncta: noſtri ferè Aquilam Iudæum ſequuntur, veram autem & legitimam tranſlationem Lxx virorum eſſe intelliges ſi detraxeris litteram vnam, quæ hebraice ſæpiſsimè ſolet redūdare quod hebraica exemplaria excuſſa oſtendunt quæ mille locis redundantium litterarum ſigna præferunt, quod etiam huius operis liber ſecundus omnium veterum authoritate id ita eſſe oſtendit, ſi ergo non, ſaagati, legatur hebraice, ſed detracta vna vocali, a, ſagati, & poſtea mutato puncto, ſagatai, pluraliter non ſingulariter legatur ſignificabit delictorum meorum vt veriſsima & fideliſsima ſit Eccleſiaſtica lectio longe à ſalute mea verba delictorum meorum. Nam verbum hebræum, ſaga, errare eſt & ignorare, vnde, ſaga, nomen error eſt & ignorantia & peccatum, quia omne peccatum error eſt & ignorantia iuxta illud. Omnis peccator eſt ignorans & errans, & pluraliter, ſagatai, delictorum meorum, vt ille ſignificetur de quo Eſaias. 53. languores noſtros ipſe tulit, dolores noſtros ipſe portauit, & vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra, & poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrum, Nec mirandum eſt ſi, ſaga, nomen raro reperiatur, notant enim Rabini multa eſſe quæ in ſcriptura reperiantur tantum ſemel, niſi velis pro, ſaagati, hebraice lectum fuiſſe olim, ſegagatai, addita vna littera & mutato puncto, ignorantiarum mearum, errorum meorum, ideſt, delictorum meorum, quod, vt dixi, omne peccatum eſt ignorantia & error, & noſtras ignorantias errores noſtros, delicta noſtra Chriſtus Dominus ſuper ſe ſuſceperat luenda. Has autem varietates lectionis hebrææ innumerabiles eſſe ſecundus liber oſtendit, oſtendunt etiam excuſſa exemplaria hebraica quæ harum varietatum innumerabilia ſigna præferunt.

(?)

Foderunt

Vulg. *Foderunt manus meas & pedes meos, & cætera. Pſal.21.*

Lectio Hebrea.
numeraui · pedes meos · & · manus meas · foderũt
כָּאֲרִי יָדַי וְ רַגְלָי: אֲסַפֵּר
omnia · oſſa mea
כָּל עַצְמוֹתָי:

LXX. ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου, ἐξηρίθμησαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου.

ATHanaſius de humanitate verbi eiuſque corporali aduentu hunc locum citat de cruce Domini. Sublimis, inquiens, mors & in ligno inflicta, non alia quam crucis exiſtimari debet, & in nullo genere mortis perfodiunt manus & pedes præterquam in cruce, Auguſtinus de vnitate Eccleſiæ libro vno cap. 8. Quis tam cæcus, inquit, qui non Euangelium ipſum recognoſcat cum cantatur illud: Foderũt manus meas & pedes meos dinumerauerunt omnia oſſa mea ipſi verò conſiderauerunt & inſpexerũt me &c. Et idem Auguſtinus Epiſtol. 49. ad compresbyterũ Deo gratias ad quæſtionem. 6. tam manifeſtum hũc locum Euangelij eſſe ait, quam ſunt ipſa Euangelia, & Epiſtola. 120. ad Honoratum tã quam Euangelium recitari hęc verba ait, vbi foſæ clauis manus & pedes eius, & cùm extenderetur in ligno quodammodo numerata ſunt oſſa eius, leges etiã Auguſtinum de ciuitate Dei lib. 17. cap. 17. centies hæc Auguſtinus, centies & alij patres, qui quærunt & inſtant vehementer cui hæc verba congruant niſi Chriſto Domino, & acriter vrgent Iudæos his verbis, quid facerent Iudæi niſi veritati cædere velint, & niſi velint ſuos Iudęos à ſe deſciſcere, & tranſire ad Chriſtianiſmum? ad ſuas fraudes confugiunt, & hunc locum totum vitiant, & pro, foderunt manus meas, legunt ceu leo manus meas & pedes meos, hebraicè erat, caru, foderunt, quod ad foſas clauorum in manibus & pedibus planè ſpectat, mutata vna littera, & addita altera legunt, ca ari, ſicut leo, additur enim, a, & vau, mutatur in, iod, & ſic pro foderunt manus meas & pedes meos, fecerunt, ſicut leo manus meas & pedes meos, Dices in margine apponunt. Foderunt manus meas & pedes meos, & fatentur in Commentarijs hebraice variam eſſe lectionem. Quid refert? ex loco manifeſtiore litteris Euangelicis penè dixerim reddunt lectionem cõtrouerſam & ambiguam, Lactantius de vera religione libro. 4. cap. 18. hunc locum ſic citat: Effoderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea. Atqui Lactantius Chriſti temporibus proximus fuit, Ait enim Lactantius de iuſtitia lib. 5. ca. 2. ſe profeſſum in Bithynia artẽ oratoriã eo tẽpore quo tẽplũ Dei euerteretur Hieroſolymis opinor ſub Adriano, ſed quid neceſſe eſt ſolũ Lactantium excitare teſtẽ veritatis noſtræ lectionis an non ſic hunc Pſalmũ legit Tertullianus, Iuſtinus, Irenæus tẽporibus Chriſti proximi, vt de veritate noſtræ lectionis dubitare nemo poſſet, vrget hoc teſtimonio Iudęos Lactantius, Athanaſius, Tertullianus, Euſebius quid facerent Iudæi millies adducti εἰς ἀπορίαν, id eſt, eo vt loqui non poſſent, ſi cõuerterentur facerent prudenter, ſed ſuã impietatẽ tueri volunt, & ſuos in ſynagogis ſuis retinere, ne ad nos commearent ſe in hoc Pſalmo qui Euangelicis litteris pene dixerim loquitur manifeſtius, ad ſuas fraudes cõuertũtur, & manu omnia vitiãt, & noſtris tẽporibus cũ vitiã lectionis hebrææ in codicibus hebræis magno tẽporũ interuallo inueterarũt audẽt illã verã lectionẽ hebræam profiteri idq́; noſtris perſuadere, qui veriſsima hebręa volumina teſtãtur quæ ſunt vitiatiſsima fraude Iudaica, & noſtra contra profitentur paſsim eſſe vitiatiſsima, à quibus quęrerẽ libẽter num ſciant. 72. Iudæos tribus ſæculis ante Dñi aduentũ hos Pſalmos trãſtuliſſe, & aſſeruatos in ſynagogis Iudęorũ ꝓ octingẽtos annos & eo amplius, nũ ſciãt citatos à veterib9 patrib9 ꝓximis tẽporib9 Chriſti eo modo quo nũc legũtur ſine vllo diſcrimine, datos ab Apoſtolis Eccleſię Dñi, certe mihi videntur aut eſſe imperitiſsimi, aut rebus noſtris

parum habere fidei, alioqui de fraudibus Iudaicis noſtris & Iudęis crederet, de veritate noſtræ ſcripturæ Apoſtolis & Euangeliſtis & Eccleſiæ vniuerſę quę fuit à temporibus Chriſti vſque ad noſtra tempora haberent fidem. Vides ergo quam acriter noſtri aduerſarij nunc vitianda ſcriptura, nunc Iudaica interpretatione noſtra refutent, vt Iudaicæ quædam interpretationes non omnes inquam ſed quædam quę noſtram vulgatam & noſtra labefactant noſtrarum rerum ſint refutationes. Ergo priora, vt dixi ſic vitiauere. Deinde pro: Dinumerauerunt omnia oſſa mea. Hebraice eſt, aſaper, numerabo, quæ vox hebræa ex lectione eccleſiaſtica vitiata apparet additione vnius litterę, aleph, & tranſpoſitione litteræ ו, vau, cum enim legeretur, ſaperu, dinumerauerũt, fecerunt, aſaper, numerabo, Nam de his fraudibus Iudaicis dictum centies ſupra eſt, Athanaſius qui in diſputatione aduerſus Iudæos ait: Miſeros Iudæos nolle ex prædictionibus Prophetarum cœleſtes decerpere fructus, ſed potius prophetias vitiare, & non ſolum ſibi ſed alijs quoque regni cœleſtis claudere ianuas, ianua nanque & oſtium ad Chriſtum & ad Regna cœlorum ſcriptura ſancta eſt, vt te docet D. Chryſoſtomus. Age ſi neque Athanaſio libet tibi credere, neque alijs ſanctis patribus, quos toto libro ſecundo citauimus, neque Iudæis antiquis, neque Rabinis temporibus noſtris proximis qui nobis noſtræ veritatis impertiunt teſtimonia, ſi vir prudens es facile intelliges quod diximus ſi aduerteris omnes locos quibus veteres patres Iudæos premere ſolebant & vrgere vehementer hebraice eſſe vitiatos aut peruerſa interpretatione alio deflexos, qui hoc videt fieri in omnibus non videt plane fraudes ſubeſſe & dolos, ſi vnus locus eſſet cõtrouerſus aut viginti fortaſſe nõ magnopere eſſet res ſuſpecta, vides omnes aliqua fraude attentatos & dubitas quin id ita ſit.

Vulg. *Populo qui naſcetur, quem fecit Dominus.*

fecit	quem	naſciture	populo	
עָשָׂה׃	כִּי	נוֹלָד	לְעָם	Lectio Hebręa.

λαῷ τῷ τεχθησομένῳ, ὃν ἐποίησεν ὁ κύριος. Lxx.

Diuus Hieronymus hũc locum dę populo per ſacrum Baptiſma renato interpretatur, & Euſebius demonſtrationis Euangelicæ, demonſtratione quinta hunc locum de eodem populo interpretatur, & omnes veteres ad vnũ ſic explicant hunc locum, Iudæi reſecãt vnam dictionem poſtremam vt tãtum legatur, quem fecit, neque interpretantur quem fecit, ſed quam fecit, vt ſit ſenſus: Venient qui annuntiabũt iuſtitiam tuam, quod erga me iuſtus fueris, vt ad Dauidem referatur hic Pſalmus, ſic vatablus ita omnes de Chriſto Prophetias peruertunt Iudæi & noſtri aduerſarij quod hebraice caſus non ſunt & potes vertere quomodo volueris, ſiue vertere voles vt Vatablus, ſiue vt alij, quia fecit, vt referatur ad Dauidem etiam. Oportebat maiorem fidem habere Lxx viris qui trecentis annis ante litem natam inter nos & Iudæos hęc tranſtulerunt de populo naſcituro per lauacrum Baptiſmi & Eccleſiæ credere quæ iſta legit per 1500 annos. Nec illud fraude carere puto, Deus meus clamabo per diem & nõ exaudies & nocte & non ad inſipientiam mihi, hebraice nanque eſt, ve lo dumiiali, & non ſilentium mihi, mutantur enim hebræa verba, vt leges lib. 2. cap. 69. frequentiſſime, & Chriſtus Dominus cùm dixerit: Deus meus clamabo per diem & non exaudies & nocte, cum interrogari poſſet: ſi ſcis te nõ eſſe audiendum cur clamas? reſpondet: & non ad inſipientiam mihi ita clamare, ſcilicet, clamo enim ad patrem qui vult me paſsionem ſubire & ipſe volo, nec exauditurus eſt me ne patiar & ego pati volo, tamen clamo ad Patrem vt pe-

tam

tam, vt ea quę patior generi humano vehementer proficiant.

Vulg. *Titulus Pſalmi. 21. in finem pro ſuſceptione matutina, Pſalmus Dauid.*

Lectio Hebręa. עַל אַיֶּלֶת הַשַּׁחַר (pro — cerua — matutina)

Lxx: ὑπὲρ τῆς ἀντιλήψεως τῆς ἑωθινῆς.

IVſtinus in dialogo aduerſus Tryphonem Iudæum docet Iudæos ambiguitate vocum peruertere ſcripturas, Dauid in ſcriptura frequentiſsimè Chriſtũ ſignificat, & quod de genere & familia Dauid ſit natus, & quod Dauid latinè ſpecioſum ſonet & formoſum, & de domino dictum eſt illud. Specioſus forma præ filijs hominum, & ita hic Pſalmus de Chriſto dicitur, & de eius ſacratiſsima paſione, vt interpretatur Euſebius demonſtrationis euangelicæ lib. 10. demonſtratione. 8. Titulum habet à fine paſsionis, inquit, hoc eſt à ſacratiſsima reſurrectione. D. Hieronymus In epiſtola ad Cyprianum vbi Pſalmum. 89. explanat hunc titulum propriè ad myſterium Domini, & ad eius reſurrectionem pertineret ait, & ad Hedibiam quęſtione. 9. huius Pſalmi titulum eodem refert, & in Commentarijs in Pſalmos, & Auguſtinus & alij omnes de ſacra paſsione & reſurrectione ſacra hunc pſalmum interpretantur, quanquam Hieronymus in ca. 6. Oſeæ in illa verba. Quaſi diluculum, hunc titulum pro aſſnmptione matutina in hebræo ſcriptum eſſe ait pro ceruo matutino eo quod interfecta morte vt ceruus cupiat montana conſcendere, & Sol iuſtitiæ nobis oriri & hominum tenebras diſcutere & illuſtrare: credo ego Diuum Hieronymũ vtrunq; ſenſum, & vtranque translationem nobis voluiſſe proponere quod vtroque modo lectio Hebræa verti potuerit quod iam dicemus. Vatablus, vt dixi hunc Pſalmum ad Dauidem refert, & lectionem hebræam ad ceruam matutinam, & interpretatur ad ceruam matutinam, id eſt, vt canatur ad modos quibus canitur cantilena illa cuius initium erat ad ceruam matutinam, & ita hoc genus hominum ſit paratum vt deleat omnes prophetias: Quid eſt quæſo prophetias extinguere ſi hoc non eſt? Iſidorus Clarus in eadem ſententia eſt in qua Vatablus, vt hunc Pſalmum ad Dauidem referat, & Iudaicas interpretationes recenſet omnes & contendit ad Eccleſiaſticas ſententias referre, vt res maxime inter ſe repugnantes ingenij acumine cõiungat, tamen præcepto Diui Hieronymi, qui de pace cæleſti loquitur Iudaica ne admiſerit, & interpretationem ſanctorum Pſalmi huius tituli veriſsimam eſſe duabus rationibus facile colliges, prima quod totus hic Pſalmus, etiam hi qui à Iudaicis interpretationibus non abhorrent de paſsione Domini interpretandum cenſent, ne ſolos dicant ſacros ſcriptores ſic explanare. Altera ratio inſolubile argumentum eſt pro cerua quam dicunt hebraicè eſt, aielet, quæ duo ſignificat, ceruam & fortitudinẽ, vt ipſi etiam fatentur Iudæi & Rabini. Videamus ergo quo intellectu hæc vox hebræa ſit accipienda in huius Pſalmi titulo, Titulus Pſalmi argumentum pſalmi eſt, vt docent omnes ſancti, quo intellectu & qua ſignificatione hæc vox accipitur in ipſo pſalmo, eadem in ipſo titulo accipiatur neceſſe eſt: pro illo ergo verſiculo: Tu autem domine ne elongaueris auxilium tuum à me, hebraice pro auxilio eſt hæc vox hebræa, eialuti, cum pronomine affixo, ſed translatio Lxx eialuteca, agnoſcere videtur, auxiliũ tuum, fortitudinem tuam. Nunc vide tu fortitudo matutina quid ſit, vbi tractatum eſt de paſsione domini, neque refert vtrum dicatur fortitudo mea, an fortitudo tua, eadem eſt fortitudo patris & filij, & ſic filius propria virtute reſurrexit, & pater ſuſcitauit filium à mortuis, quod eadẽ

diuinitas eſt patris & filij, quęritur tamē cur pro fortitudine matutina Lxx verterint pro ſuſceptione matutina, quod Lxx ſæpe ſunt ſcholiaſtę: aſſumptio græce dicitur, antilepſis, gręce enim Lxx ſcripturam vertere, antilambano, ſignificat manu apprehendere iacentem & erigere, quaſi æternus pater iacentem in ſepulchro filium manu apprehenderit & erexerit, & à mortuis ſuſcitarit: nam pater à mortuis ſuſcitaſſe filium dicitur, & filius propria virtute, vt dictū eſt dicitur reſurrexiſſe à mortuis.

Vul. *Acceſsit homo ad cor altum & exaltabitur Deus, lectione. 4. 5. & 6. ſabbati ſancti, ex Pſalmo. 63.*

Lectio Hebręa. וְקֶרֶב אִישׁ וְלֵב עָמֹק׃ וַיֹּרֵם אֱלֹהִים חֵץ פִּתְאוֹם

Lxx. προσελεύσεται ἄνθρωπος καὶ καρδία βαθεῖα, καὶ ὑψωθήσεται ὁ θεός.

SVpra monſtratum eſt Verſus & Antiphonas Sabbati Sancti praua interpretatione alio à Iudæis referri, non ad Chriſtum, nec ad paſsionis Domini myſteria & ſacramenta, ne reliquum eſſet quicquam in officio ſabbati ſancti quin ab hoc hominum genere peruerteretur, vt Eccleſia ſancta fieret ridicula. Hæc verba quę concinit Eccleſia iuxta vulgatam. 4. & 5. &. 6. lectione ſabbati ſancti, aduerſarij illa faciunt ex oculis euaneſcere mutata diſtinctione, & duarum triumve litterarum detractione, quod intelliges ſi pro, chepes, legas, chepeſim, ſcrutantes, & pro & leb, legeris, el, leb, ad cor, deinde pro, exaltabitur Deus, hebraice, eſt, va, iorem elohim, & iaculabitur Deus in eos, faciunt enim Iudęi hoc initium ſequētis orationis quod in vlgata noſtra finis erat præcedētis orationis, quæres quonā modo iſtuc? mutata diſtinctione & vno pūcto, ſi pro, iorē, iaculabitur in eos, legas, irom, exaltabitur, elohim, Deus, ſtatim aiunt ſic eſt hebraice, ipſi inuiti fatentur lectionem hebręam hoc loco eſſe laceram, nam holoth, quod in hebræa lectione erat ſine, vau, & ſignificabat, holocauſta, quæ ſignificatio hic locum non habebat, caſtigat ipſe & emēdat, holoth, cum, vau, iniquitates, & rabini emendant recte, quod hebraice eſt, ſcrutati ſumus, & in tertia debet eſſe ſcrutati ſunt, & poſtea clamāt hebræam lectionem eſſe caſtigatiſsimam & veritatem hebraicam nominant etiam cum ſit vitiatiſsima & noſtra ad vitia hebraicæ lectionis emendanda aut vitianda potius eſſe vociferantur, en hoc loco Iudaicis fraudibus Eccleſię cantio eluditur, & fit Eccleſia ſancta ridicula quę luctuoſa multum pro threnis de paſsione Domini concinit Dauid querelas, & Auguſtinus cuius ille lectiones ſunt fit ſenex delirus qui ea dicit de verſu Dauidis quorum nec pes nec caput compareat, poſſunt ne magis Iudaicæ quædam interpretationes quædam inquam non omnes noſtræ religionis ſacratę refutationes inductæ à noſtris in Eccleſiam pro re ſanctiſsima an non peior hæc res eſt equo troiano qui armaro pedite plenus erat, quo olim Ilium dicitur corruiſſe, hic equus Iudaicus non armato milite complerus erar, ſed Iudaicis fraudibus, quæ vniuerſas de Chriſto prophetias ſubuerterent erat refertiſsimus, qui ſub facie veritatis hebraicæ faceret, vt ab Spiritu ſancto inſpiratos Dauidi Pſalmos cum phariſaicis Pſalmis commutaremus, & rueret omnino Eccleſia ſancta (quod Deus non ſinet) in medium Iudaiſmum. Nec vitiatur ſolum vitioſa ſcriptione hic Pſalmus, ſed falſa quoque interpretatione explanatur enim à Iudæis de his qui Dauidem apud Regem Saulem calumniabantur non de Chriſto Domino, ſtatim docent typice de Chriſto, hæc enim communis eorum aduerſum omnia crimina ad manum eſt reſponſio.

Loci

Loci de reſurrectione Domini, & de noſtrorum corporum reſurrectione.

Vulg. *Et refloruit caro mea, & ex voluntate mea confitebor illi. Pſ.27.*

Lectio Hebrea.

in cantico meo & cor meum gauiſum eſt &
מִשִּׁירִי וּ לִבִּי יַעֲלֹז וַ

confitebor illi
אֲהוֹדֶנּוּ

Lxx. καὶ ἀνέθαλεν ἡ σάρξ μου, καὶ ἐκ θελήματός μου ἐξομολογήσομαι αὐτῷ.

CEnties dixi quoties Iudæos aliquid male vrit, ſolere ad illud currere, vt illud ex hebræa lectione reſecẽt & erumpant continuo in illos ſolitos clamores veritas hebraica, veritas hebraica, cùm potius ſit perfidia Iudaica, reſecces tu perfidia manu quod ex hebraica lectione ſit viſum, & poſtea clames veritas hebraica, veritas hebraica, nec refert vtrum malitia Iudaica id facias, an Iudaica negligentia, vtroq; enim modo in lectione hebræa id fieri ſolitũ oſtendimus libro ſecundo fuſe ſatis. Huius notæ eſt illud Pſalmi. 27. Refloruit caro mea, quod Auguſtinus hunc Pſalmum interpretatus ait: Refloruit caro mea, id eſt, reſurrexit caro mea, & Hieronymus etiam hunc pſalmum interpretãs: Refloruit caro mea, id eſt, caro Chriſti reſurrexit. Inquit Cyrillus in Ioannẽ lib. 4. capit. 35. in illud: vos aſcendite ad diem, de feſto reſurrectionis iuſtorũ interpretatur, & cantilenam hanc iuſtorũ eſſe putat, illud, inquit, ſumma cum iucunditate canent: Benedictus Dominus qui exaudiuit vocẽ deprecationis meæ, in ipſo ſperauit caro mea, & adiutus ſum, & refloruit caro mea, reflorebit enim rurſus atque reuiuet, nec id abſque Chriſto, ipſe enim noſtræ reſurrectionis initium. Ambroſius ſermone 54. Refloruit, inquit, caro mea, non floruit, non refloreſcit, niſi quod ante floruerat, floruit caro Domini, cùm primum ex Sacra Maria virgine proceſsit, iuxta illud: Et flos de radice eius aſcendit. Refloruit cum re diuina de ſepulchro reſurrectionis gloria germinauit. Quid aduerſus hæc Iudæus: reſecat hęc ex hebræa lectione, & nobis obturat ora. Nobis ſatis eſſe deberet à temporibus Chriſti Domini vſque ad noſtra tempora omnia exemplaria Græca & Latina hanc lectionem præferre. Iudæi aduerſus nos quæ exemplaria vetuſta poterunt citare? Atqui noſtrę ſcripturæ intra eorum ſynagogas per octingentos annos fuere & eo amplius, tantum aduerſarij de ſeruata ſcriptura à Iudæis religioſiſsime, & de Iudęorum ſanctimonia multa deblaterant, quæ omnia libro ſecundo abunde confutauimus.

Vulg. *Titulus Pſalmi. 65. in finem canticum Pſalmi Reſurrectionis.*

Lectio Hebrea.

pſalmi canticum
מִזְמוֹר׃ שִׁיר

Lxx. Εἰς τὸ τέλος ᾠδὴ ψαλμοῦ ἀναστάσεως.

HVius pſalmi reſurrectionis Domini meminere omnes, meminit & Ambroſius in præfatione in Pſalm. 36. cùm refert de myſterijs Domini fuiſſe prophetias de eius aduentu & paſsione quod paſſurus eſſet pro nobis, & ſanguine ſuo mundaturus eſſet noſtra peccata, quod tituli pro torcularibus declararũt & reſurrectiorũ Pſal. reſurrectionis expreſsit, & Auguſtinus eodem modo, & Diuus Hieronymus in hunc pſalmum, Quare hæc in hebręa lectione nuſquã apparebunt. Nam de pſalmis de torcularibus dictum ſupra eſt, quos omnes mutatione vnius litteræ, ו in ' euanuiſſe ex omnium oculis fecere, vt ſupra mõſtratum eſt, hunc pſalmi titulum reſurrectionis Domini ex hebręa lectione expunxere, tam facile Iudęis eſt ea teſtimo-

nia

nia quibus à noſtris maioribus premi ſolebant, repellere: repulerant Pſalmos de paſsione Domini vna litterula diminuta aut extenuata, titulum reſurrectionis Dominicę eraſere quod habere ſe apud quoſdam fidem ſenſere & veritatē hebraicam, quę perfidia potius Iudaica eſt prætexunt.

Vul·*Titulus Pſalmi.47.Pſalmus cantici filijs, chore, ſecunda ſabbati.*

Lectio Hebręa.

chore filijs pſalmi canticum

שִׁיר מִזְמוֹר לִבְנֵי קֹרַח

Lxx.

ψαλμὸς ᾠδῆς τοῖς υἱοῖς κορὲ δευτέρᾳ σαββάτου.

AMbroſius in initium Pſalmi. 47. primam ſabbati hanc diē reſurrectionis Chriſti interpretatur, citatque Ioannem Euangeliſtam qui ait: prima ſabbati venit mane Maria Magdalena cū adhuc tenebræ eſſent, & Matthęum veſpere ſabbati quę luceſcit in primam ſabbati, ſed quid refert? expūxere Iudæi duas illa voces ſecūda ſabbati ex lectione hebræa, & poſtea noſtra eludunt, cum inficiantur nihil tale eſſe hebraice, & noſtri quidā Iudaica defendunt ſi nihil ex hebręa lectione intercidit, aut Iudaica malitia aut negligentia Iudaica nihil profit nobis, antiquitas noſtræ lectionis ab ipſo Chriſto Domino, & ſuis Apoſtolis, & Euangeliſtis vſque ad noſtra tempora nihil iuuet nos factā tranſlationem Lxx à 72 Iudęis tribus ſeculis ante Domini aduentum, & in ſynagogis Iudæorum per octingentos & eo amplius annos ne in ſuſpicionem vllam venire poſſemus, tanquam ex ſcriptura nos aliquid mutaſſemus, ſin libro ſecundo monſtratum ita eſt, vt oculis cerni poſſet multas dictiones, voces & orationes ex lectione hebræa, & malitia & negligentia Iudaica excidiſſe, quæ tanta iſta noſtrorum patientia eſt vt ferant noſtra eludi & extenuari, & in contemptum adduci quod hebraicę eſſe negentur, cū ab initijs Eccleſiæ ſanctæ ſic legātur in omnibus exemplaribus græcis & latinis ſic citentur & explanentur à ſanctis patribus.

Vul.*De Titulo Pſalmi.23. huic Dauid prima ſabbati.*

Pſalmus Dauid

Lectio Hebręa.

לְדָוִד מִזְמוֹר

Lxx.

ψαλμὸς τῷ δαυὶδ τῆς μιᾶς τῶν σαββάτων.

AVguſtinus quęſtionum ex vtroque teſtamento mixtim. III. quæſtione de titulo Pſalmi.23. adnotat titulum huius Pſalmi eſſe huic Dauid prima ſabbati, & de ſacra reſurrectione interpretatur, iuxta illud Matth, prima autem ſabbati venit Maria & altera Maria ad ſepulchrum, ſupra monſtratum eſt verba illa; tollite portas principes veſtras, &c. quæ ad ſacram Domini reſurrectionem pertinebant, & ad aſcenſionem ſacram peruerti à quibuſdam ex noſtris & trahi ad ſenſus Iudaicos ne præſignificaſſe Domini reſurrectionem & aſcenſionem viderentur, & ne viderentur Chriſti diuinitatem ob oculos omnium poni, de quibus dictum abunde ſupra eſt, nam ſat habuere Iudæi illa feciſſe niſi titulum huius Pſalmi qui reſurrectionem Domini ponit ante oculos reſecēt hebraicè aiunt non eſt ſecunda ſabbati quæ dies Dominica eſt quando reſurrexit Dominus, apparet Chriſtum Dominum, in Eccleſia ſua ſancta eſſe & cōplere promiſſa quibus pollicitus nobis eſt portas inferi non præualituras aduerſus Eccleſiam alioqui vbi tanta licentia Iudęi in hebręas ſcripturas & noſtras ſunt graſſati vt peruerterent omnes de Chriſto prophetias neſcio quæ vis humana nos potuerit tueri. Hæc enim verba non ſolum ex hæbræa lectione ſed ex Eccleſiaſtica quoque per noſtros quoſdam expunxere, quanquam in quibuſdam gręcis exemplaribus reperiuntur, hæc igitur eſt veritas hebraica id eſt, defenſio Iudaicæ perfidiæ, & noſtrarum

rerum

rerũ per omnes fraudes refutatio. Quæres quę tandem hæc nouorum tranſlatorum culpa ſit:ſi id fecerint Iudæi, omnium maxima quod hebræam lectionẽ his fraudibus refertiſsimam,caſtigatiſsimam eſſe profitentur,itavt ne punctum quidem aut apex in ea potuerit mutari, noſtra paſsim eſſe vitiatiſsima.

Vulg. *Ego autẽ dormini & ſomnium capi. Pſalm. 3.*

Lectio	ſoporatus ſum	&	dormiui	ego
Hebręa.	אִישָׁנָה	וָ	שָׁכַבְתִּי	אֲנִי
Lxx.	ἐγὼ δὲ ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα ἐξηγέρθην.			

AVguſtinus de ciuitate Dei, lib. 17. cap. 18. illud Pſal. 3. Ego dormiui & ſomnium cœpi, & exurrexi, quia Dominus ſuſcepit me, interpretatur de reſurrectione Domini, & Iudæos interpretes refellit, quidam tamen noſtri tempo ris homines malunt tranſlationem Iudaicam, & Iudaicũ ſenſum, relicto D. Auguſtino, ſequi, quam eccleſiaſticam trãſlationem & ſenſum eccleſiaſticum, cum quorundam applauſu, quos religioſiſsimorum hominum nomen commẽdat, pro ;ego dormiui vertunt, ego cubui, quod verbum hebræum, ſacab, dormire ſignificat & cubare, Lxx dormiui interpretati ſunt, Iudęi cubui, vt ad Dauidem referre poſſent, vt ſit ſenſus, ego quamuis inimicorum obſidione cinctus cubui & dormiui, & exurrexi, quaſi vt magnum, inquit Auguſtinus, demonſtret propheta quod in ſummo periculo cubuerit, dormierit, & exurrexerit, quaſi hoc non faciant plæriq; quod præcellentibus Ducibus in magna laude poni non ſoleat. Adde quod hoc falſum eſt, faciunt enim Iudæi ſua interpretatione prophetias falſas, quod veteres patres adnotant. Nunquã enim Dauid à filio Abſolon obſidione eſt cinctus, & nocte illa qua Dauid in Hieruſalẽ obſidione cingẽdus erat, aufugit non cubuit quoad ſe recepit in loca tutiora, quis hoc non facit? quaſi hoc non ſit cõmune Ducibus victis & non victis? latronibus? & parricidijs? quod tandem hoc ſignum eſt quod Deus illum tueretur, ſed Iudæos ſequuntur, de quibus eodem capite Auguſt. Ideo Iudæi miſerabili vanitate & cœcitate verba quæ poſuimus non Chriſti mortem & reſurrectionem, ſed Dauidis ſomnum & euigilationem ſignificare contendunt, & poſt hæc Auguſtini verba noſtri aduerſarij, tamen Iudęos ſequi malunt, quibus ſat eſſe deberet Eccleſiam ſanctam hęc de morte Domini toto terrarum orbe ceciniſſe, & de triduo ſepulchri, & de reſurrectione Domini ab ipſis ſuis initijs vſque ad noſtra tempora per annos mille quingentos, Doctores omnes ſacros Græcos & Latinos ita fuiſſe interpretatos. Titulus, aiunt, hæc declarat de Dauide cum fugeret Abſalonem eſſe dicta, Irenæus libro quarto ca. 45. nos docet, Dauidem nouiſſe ſe typum eſſe Chriſti, & res ſuas eiuſdem Chriſti fuiſſe typos, & in ſua perſecutione non ſe nec ſua ceciniſſe, ſed Chriſtum, & res Chriſti Spiritus ſancti conſilio, ſic etiam Hilarius in Pſalm. 62. cùm eſſet in deſerto Idumææ, in principium pſalmi, & Auguſtinus in Pſalm. 107. in illa verba: Inimicos noſtros. Nec neceſſe eſt de ſenſu huius pſalmi citare veteres, cum nullus ex ſanctis patribus ſit qui aliter hunc pſalmum interpretetur, ſoli aduerſarij omnes veteres Patres caſtigant, & Eccleſiam ſanctam, & noſtra refutant.

Vulg. *Quapropter expecta me dicit Dominus in die reſurrectionis meæ in futurũ: quia iudiciũ meũ vt congregem gentes, & colligam regna. Et effundam ſuper eos indignationẽ meam, omnem iram furoris mei. In igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra. Soph. cap. 3.*

Lectio Hebręa.

Deus dixit me expectate propter quod
לָכֵן חַכּוּ לִי נְאֻם יְהֹוָה
qm̄ in teſtimonium cum reſurgā ego in diem
לְיוֹם קוּמִי לְעַד כִּי
ad congregādū gentē ad cōgregandū cōſiliū meū
מִשְׁפָּטִי לֶאֱסֹף גּוֹיִם לְקָבְצִי
furorē meū ſuper ipſos ad effundēdū regia
מַמְלָכוֹת לִשְׁפֹּךְ עֲלֵיהֶם זַעְמִי
in igne qm̄ furoris mei indignationem omnē
כָּל חֲרוֹן אַפִּי כִּי בְּאֵשׁ
terra omnis deuorabitur furoris mei
קִנְאָתִי תֵּאָכֵל כָּל הָאָרֶץ

Lxx.

διὰ τοῦτο ὑπόμεινόν με λέγει κύριος ἐν ἡμέρᾳ ἀναστάσεώς μου εἰς μαρτύριον. διότι τὸ κρίμα μου εἰς συναγωγὰς ἐθνῶν τοῦ εἰσδέξασθαι βασιλεῖς, τοῦ ἐκχέαι ἐπ' αὐτοὺς τὴν ὀργήν μου, πᾶσαν ὀργὴν θυμοῦ μου, διότι ἐν πυρὶ ζήλου μου καταναλωθήσεται πᾶσα ἡ γῆ.

NOn erat conſilium plura dicere de locis viciatis Iudaica fraude, de paſsione & reſurrectione Domini quod omnes perſequi infiniti operis eſſet & ſatis ex his quos propoſui conijcere licebat quo animo Iudęi in nos eſſent, & res noſtras nec alio ſpectare quam vt noſtra refellerent, tamē quod exempla propoſita fuerant fere ex translatione Lxx & neceſſe erat oſtendere vulgatam D. Hieronymi à nobis trāſlatoribus laxis habenis refutari, prolixiorē aliquantulū hunc librū facere decreui. Hieronymus docet hunc locum de reſurrectione Domini dictum eſſe, & Grigentius in eclogis prædictionū propheticarum, & Origenes contra Celſum li. 8. ſub finem, & Euſebius demonſtrationis Euāgelicæ li. 2. demonſtrātione. 17. & locus ipſe per ſe ſatis perſpicuus eſt, docet tamen Hieronymus Iudæos illa ad ſuum Chriſtum referre, qui Antichriſtus eſt quem putāt nouiſsimis temporibus venturum & cōgregaturum omnia imperia, omnes nationes, & redacturum omnia in dictionē ſuam, quo tempore, omnes loquuturos putant vna lingua, hebræa ſcilicet quas Iudaicas fabulas appellat Hieronymus, nec dignas deputat quas refellat plane dici putat hoc loco Hiero. & Euſeb. & alij patres, & Auguſtinus lib. 18. cap. 33. hoc loco cōgregandas omnes nationes in vnam Eccleſiam & vno ore & vna lingua Deum confeſſuras & veneraturas: quidam hæc omnia refellunt, & vulgatam D. Hieronymi mutant, quod enim in noſtra vulgata eſt: in die reſurrectionis meę, iuxta interpretationem Lxx Theodotionis, Aquilæ, & Symmachi, noui tranſlatores reddūt: in die ſurgere me ad prædam vel ad ſpolia, vt ſententiæ Iudaicæ congruat & ſit: in die quo ſurrexero ad ſpoliandas nationes & augendos opibus Iudæos: talem enim Chriſtum expectant Iudæi qui alias nationes ſpoliet & ſe opibus augeat, עַד verbum hebræū & hoc & illud ſignificat, & alia quædam ſed D. Hieronimus. & Iudæi tranſlatores vertere in futurum. i. quæ futura eſt, Lxx reddidere. in die reſurrectionis meę in teſtimoniū, quod reſurrectio Chriſti futura erat teſtimonium eius diuinitatis iuxta illud Domini Lucæ. 11. generatio nequam ſignum quærit & ſignum nō dabitur ei niſi ſignum Ionæ prophetæ, ſed hæc eccleſiaſtica tranſlatio Chriſtū Deum eſſe plane indicat, Deus enim hic loquitur & pręędicit tempus ſuæ reſurrectionis, iuxta illud euangelicum, cum exultatus fuero, omnia traham ad me: quid enim intereſt vtrum dicat Dominus, Deus enim hîc loquitur: In die reſurrectionis meæ congregabo omnes nationes, an cum exaltatus fuero omnia trahā ad me, vtrumque vehementer dolet Iudæis, & quod Chriſtus dicatur Deus & quod dicatur reſurrecturus, planum eſt enim quod ſi reſurrecturus dicitur, dicitur etiam paſſurus, vtrumque ergo tollunt cum tollunt reſurrectionem, & vertunt: cum ſurgere me ad prædam, ſed hæc interpretatio aiunt ad Chriſtum referri poteſt, quid ni? extorquetur tamen nobis è manibus vulgata quę myſterijs ſcaturit, obtruditur loco eius nobis Iudaica quæ eccleſiaſticos quoque ſenſus ſonat, multo magis tamen Iudaicos, ergo Euſebius verbis ſuperioribus diem reſurrectionis Domini ait ſignificari lib. 2. demōſtrationis

tionis euangelicæ cap.17. & congregationé omniũ gentiũ in Eccleſiã,& quod omnes nationes Deũ ſint cogniture & recepturæ vnũ modũ religionis,& videtur mihi præterea vaſtitaté Iudææ poſt crucem Domini eſſe præſignificatã verbis illis,& effundã ſuper eos indignationem meã,ſuper incredulos Iudæos.ſ. in igne zeli mei deuorabitur omnis terra Iuda,vaſtabitur omnis Iudæa. Ergo quidã tranſlatores refellunt Hiero. & Euſebium & Auguſt. de ciuitate Dei, lib. 18.c.33.& Origené locis citatis,qui hæc & ſequẽtia ad Chriſti reſurrectionem referunt, & Eccleſiaſticam ſcripturam loco mouere conantur.

Vul. *Vltra flumina Æthiopiæ inde ſupplices mei,filij diſperſorum meorum deferent munus mihi.*

Lectio Hebrça.

filij ſupplices mei ethiopię flumina vltra
מֵעֵבֶר לְנַהֲרֵי כוּשׁ עֲתָרַי בַּת
munus mihi deferent diſperſorũ
פוּצַי יוֹבִלוּן מִנְחָתִי׃

Lxx. ἐκ περάτων ποταμῶν αἰθιοπίας ὑποδέξομαι τοὺς διεσπαρμένους μου, οἴσουσι θυσιάσματα ἐμοὶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ.

HVnc locum, & antecedentia, & ſequentia Euſebius de demonſtratione Euangelica,lib.2. demonſtratione 52.interpretatur cum D. Hieron. cum Origene.8.lib.contra Celſum, de temporibus Euangelicis, vt Dominus dicat redditurum populis labium electum,vt loquantur ſancta & pia,vt inuocent omnes vno ore nomen Domini. Hoc enim erat labium electum, vt cum angelicis choris reſonent, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth, & ſeruiãt Domino humero vno, omni vi, omni conatu, vltra flumina Æthiopiæ, inde ſupplices mei, filij diſperſorum meorũ quod Hieron.& Euſebius de cõuerſione Æthiopiæ interpretãtur, vt dixi, quidã translatores Iudaice transferũt pro,ſupplices mei,dixere, atharai, & pro,filij diſperſorũ,reliquere,puſai, vt nomina propria eſſentinationũ contra omnes trãſlatores,cùm nec in ſacris litteris, nec apud Geographos illarũ nationũ ſit mentio, plus ponderis habuit apud illos vnus R.D.qui hæc ſic interpretatur quã Hieron. aut Lxx. aut veteres, nos igitur noſtros ſequamur, nec dicamus, Atharai, nomẽ eſſe propriũ cum Rabi D. ſed ſupplices & pios,qui ſemper inſtant orationi qui Deo placent,vt ſignificet propheta vltra flumina Æthiopiæ futuros pios qui Chriſto credant & placeant Deo,nã עָתַר precari eſt:orare Deũ placere Deo, & puſai, diſperſi mei ſignificat, nã פוץ diſpergere eſt, & filij diſperſorum filij Euangelici ſunt, iuxta illud Ioan.cap.11. vt filios Dei qui erant diſperſi congregaret in vnum: & ita has voces explanant Rabini alij,& ita interpretãtur. Sed prius quàm ad alios vulgatæ locos tranſeam viro olim mihi amiciſsimo reſpondere certum eſt,qui mihi bellũ indixit,credo quod veteres patres ſequor in interpretanda de Chriſto ſcriptura,aut ꝙ has partes aduerſus Iudęos ſuſcepi qua laude ne ſcioquæ maior mihi cõtingere potuerit.

Vul. *Hic filius meus ſapiens non reſiſtet contribulatione filiorum ſuorum de manu inferorum eruã eum, &c. Oſeæ.13.*

Lectio Hebrça.

ipſe filius non ſapiens quia nunc non ſtabit
הוּא בֵן לֹא חָכָם כִּי עֵת לֹא יַעֲמֹד
in contritione filiorum de manu mortis
בְּמִשְׁבַּר בָּנִים׃ מִיַּד שְׁאוֹל
liberabo eos
אֶפְדֵּם

Lxx. οὗτος ὁ υἱός σου ὁ φρόνιμος, διότι νῦν οὐ μὴ ὑποστῇ ἐν συντριβῇ τέκνων· ἐκ χειρὸς ἅδου ῥύσομαι αὐτούς.

NVnc de loco Oſee. 13. dicendum eſt, Hieron. ait ille alter Lactãtio crimini dat, inquit, quod locũ illũ Oſee, c.13. Hic filius meus ſapiens non reſiſtet in contribulatione filiorũ ſuorũ de manu inferorũ eruam eũ, de reſurrectione Dñi interpretatur lib.4. de ſapientia & religione.c.19. Nunquã factũ quiſquam reperiet vt hoc Lactantio Hieronymus det

detcrimini, quod hunc locũ Oſee Lactantius de reſurrectione Dñi ſit interpretatus, nec ſi hoc in Lactantio D. Hieron. reprehendiſſet cõtinuo Lactantius eſſet dãnandus, quin potius gloriandus & prædicandus eſſet quod prophetæ locum mirabiliter de paſsione Dñi, & reſurrectione enodaſſet, & congruẽter explanationi D. Pauli, quẽ citat, iuxta canonem ſcripturæ interpretãdę, quem præſcribũt omnes veteres patres, quo docẽt quoties Apoſtolus aut Euangeliſta locũ aliquẽ ſcripturæ interpretatur, ſi cõmodè fieri poſſet antecedẽtia & conſequentia eodẽ eſſe referẽda, Paulus de reſurrectione Domini interpretatur verba illa quæ ſequuntur: vbi eſt iudiciũ tuũ mors & vbi eſt aculeus tuus, huic D. Pauli ſententiæ congruẽter dices cum Lactãtio, Hic eſt filius meus ſapiens, Hic eſt filius meus dilectus, quippe qui eſt ipſa diuina ſapientia, non reſiſtet in contribulatione filiorũ cum tribulabitur cũ filijs, cũ Apoſtolis in paſsione, ſed ſinet ſe præhẽdi & cruci affigi, eruã eum de manu inferorum, ab inferis vt cohereat mirabiliter, vbi eſt mors victoria tua? vbi eſt mors ſtimulus tuus? Age nullam iacturam factam eſſe putato veteris amicitiæ inter nos hæc argumentis putemus, dic quæſo te, nam hac parte valere te certo ſcio, Lactantium non intelliges vnũ ex antiquiſsimis ſcriptoribus Eccleſiaſticis eſſe, quæ exemplaria æquè vetuſta tu reperias luſtres tu licet omnes orbis terrarum bibliothecas, is hanc citat lectionẽ & interpretatur, quiduis amplius? Non concordat, inquies, cum hebræa æditione, imò maximè. Nam multi ſcripturæ loci ſunt controuerſi ſcribendi ne ſint cum negatione an ſine negatione, qua de re dictũ eſt libro. 2. Itaque vulgata nõ repugnat. Hic filius non ſapiens, vt ſint verba prophetæ de Chriſto, de quo Iudæi Ioannis. 10. Dæmonium habet & inſanit dicebant, quid hũc auditis, nunc enim non ſtabit, id eſt, morietur, & pro nunc, hebraicè eſt, עֵת tempore, vel in illa hora, de qua ipſe Dominus: Hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarũ, eo igitur tempore, & illa hora, non ſtabit morietur, in contritione filiorũ, cùm conteretur, iuxta illud Eſaiæ. 53. Dominus voluit cõterere eum, & cum paterẽtur à Iudæis qui filij Dei dicebantur, de manu mortis liberabo eos Chriſtũ & ſanctos patres, & fideles omnes quos in nouiſsimo die ſum ſuſcitaturus de morte redimã eos eiuſdẽ ſententiæ eſt. Hæc verba citat idem Lactantius eod. lib. 4. cap. 39. & de duabus perſonis diuinis interpretatur, de patre filium à mortuis ſuſcitante, & ſuſcitato filio, Euſebius tamen demõſtrationis Euangelicę lib. 4. demonſtratione. 12. verba filij Dei hæc eſſe putat triumphãte de morte, & de inferis, quod profligata morte animas fideliũ ab inferis eſſet liberaturus. Eiuſdẽ ſententiæ eſt Origenis in ca. 5. Epiſtolæ ad Romanos. Grigentius in eclogis propheticis hunc locum interpretatur de reſurrectione electorum quod Chriſtus Dominus ſua reſurrectione in nouiſsimo die bonos in vitam æternam ſit ſuſcitaturus, eiuſdẽ ſententiæ eſt. D. Hieronymus, quem in plæriſque ſciens prætereo, quod celeberrimus hic ſcriptor ad manus eſt omnibus. Noſtri aduerſarij hæc omnia alio referunt, & ita cum Apoſtoli & Euangeliſtę locos ex his partibus citant, alieno ſenſu eos citari vociferantur, & certè ſi Iudaicè tu ſcripturam interpreteris non dubium eſt quin huiuſmodi loci alieno ſenſu tibi citari videantur, ſi verò Chriſtianè explanes, & Apoſtoli & Euangeliſtæ proprio & legitimo ſenſu ſcripturam citare tibi videbuntur, toto nanque cælo ſenſus Catholici & Iudaici diſtant, vt ex Chryſoſtomo dictum ſupra eſt.

Vulg. *Scio enim quod Redemptor meus vixit, & in nouiſsimo die de terra ſurrecturus ſum. Iob. cap. 19.*

Lectio Hebrẹa.

& viuit redemptor meus noui ego
וְאֲנִי יָדַעְתִּי גֹּאֲלִי חָי וְ
ſurrecturus ſum terra de in poſtremo die
אַחֲרוֹן עַל עָפָר יָקוּם׃

Diuus

DIuus Hierony. ad Pammachium aduerſus errores Ioannis Hieroſolymitani de hoc loco Iob. Nullus, inquit, tam apertè poſt Chriſtum quã iſte ante Chriſtũ de reſurrectione loquitur ſperat reſurrectionẽ, imò nouit & vidit quod viuit Chriſtus redẽptor eius; & in nouiſsimo die de terra reſurrecturus ſit &c. Hæc Hieronymus. De LXX viris & quã lectionẽ agnoſcant Olympiodorus Seuerus, & Didymus nihil hoc loco dico quod mihi in animo eſt in hac huius libri parte relictis LXX viris de ſolo D. Hierony. agere, & in omnium conſpectu ponere quam quidam interpres, & quidam tranſlatores aduerſus D. Hiero. pugnent, tantum abeſt vt ſub ſignis D. Hiero. faciant ſtipendia, & D. Hierony. ſequantur ducem & anteſignanũ: pro, ſcio quod redẽptor meus viuit & in nouiſsimo die de terra ſurrecturus ſum, reddunt Ego noui redemptorẽ meũ viuum & nouiſsimo ſuper puluerẽ ſtatutũ. Pagninus. Ego noui redẽptorẽ meũ viuum, & nouiſsimũ qui ſuper terram ſarget. Vatablus. Noui ego quod vindex meus viuit & nouiſsimus ſuper terram conſiſtat, id eſt, quod ſit futurus omniũ nouiſsimus, hoc eſt, quod in ęternũ ſit victurus. Vides trãſlationẽ D. Hiero. reiectã horũ ſententia, locũ reſurrectionis maxime manifeſtũ in ſcriptura obſcuratũ aut de medio ſublatũ. Nihil tale eſt, inquies hebraicè, muta vnã litteram iod, in, aleph. & efficies trãſlationem D. Hiero. Nã lectio hebręa eſt, am, ego, iadati, noui, goali, redẽptor meus, Chai, viuit, aut viuus, ve, &, acharó, nouiſsimo, hal, ſuper, aphar, puluerẽ, pro, iaqum, mutato, iod, in, aleph, lege, aqum, ſurgã, aut reſurrectur⁹ ſum, vt totũ ſit. Scio quod redẽptor meus viuit & nouiſsimo ſuper puluerẽ reſurgã, mutari litteras in lectione hebręa toto libro huius operis ſecundo mõſtratũ eſt, præcipuè tñ. c. 69. quod ſi placet retinere lectionẽ hebręã & hãc quoq; D. Hiero. ꝑbat loco citato, vt ſit. Ego noui redẽptorẽ meũ viuũ, & in nouiſsimo die ſuper puluerẽ reſurget, in nouiſsimis tẽporibus, quod in prophetis dicitur, in nouiſsimis tẽporibus, veteris teſtamẽti, aut in D. Hiero. ſperat Iob reſurrectionẽ, imò nouit & vidit quod viuit Chriſtus redẽptor eius, & in nouiſsimo die de terra reſurrecturus ſit, nec dũ mortuus erat Dñs & athleta Eccleſiæ redẽptorẽ ſuũ videbat ab inferis reſurgentẽ. Ergo iuxta ſententiã D. Hierony. duplex hoc loco hebræa lectio eſt, aqum, reſurgã, & iaqum, reſurget Chriſtus, ſ. in nouiſsimis tẽporib⁹ veteris legis, poſt crucẽ tertia die, & lectio hebręa ſic reddi poteſt. Scio quod redẽptor meus viuit & in nouiſsimo die de terra reſurrecturus ſum, vel ſcio quod redẽptor meus viuit & in nouiſsimo ſuper terram reſurget, ſ. poſt crucẽ. ſ. vt illud in nouiſsimo ſit idẽ cũ illo quod ipſe Dñs in cruce dixit, Cõſummatũ eſt, ita locũ hũc de reſurrectione noſtra & de reſurrectione Chriſti Dñi tollũt prorſus quãtũ ex Vatablo licet conijcere ſi eius legas Cõmẽtária in hũc locũ vel ſi pro iaqũ reſurget mutata iod in, quod frequentiſsime fit in lectione hebræa legas iaqũ faciet reſurgere ſuſcitabit me iuxta illud, ego eum ſuſcitabo in nouiſsimo die.

Vul. *Et rurſus circumdabor pelle mea; ex eodem Cap. 19. Iob.*

hac	vel cõcidat	circũdabor	pelle mea	rurſus &	Lectio
זאת	נקפו		עורי	ואחר	Hebrea.

DIxi ex D. Hiero. loco citatõ prophetiã reſurrectionis magis manifeſtã hac in veteri teſtamẽto nullã eſſe, neq; noui teſtamẽti locũ eſſe vllũ qui reſurrectionẽ carnis planius indicet pro his ergo verbis quæ cõtinẽt articulũ fidei, rurſus circũdabor pelle mea, pręfert quędã æditio poſt pellẽ meã cõtriuerũt hanc, quod ſic interpretantur. R. Moyſes, & R. Abraham, vt leges in theſauro in dictione, naqaaph, longe ſecus Vocabulariũ Cõplutẽſe prius ponit eccleſiaſticam lectionem & interpretationem,

& poſtea Iudaicam: noſtri quidam in ſuis lexicis eccleſiaſticę lectionis ne meminere quidem; tãtum abeſt vt eam primam ponant: nihil tale eſt, inquies; hebraice quod naquaph, excindere & excutere tantũ ſignificet cur non circũdare? cuius exẽpla citat Onomaſticũ Cõplutenſe; & notũ eſſe oportebat vocum hebræarũ ſignificationibus nos à rabinis acerrimè oppugnari, vt toto hoc opere apparebit, fingunt enim Iudęi voces hebręas quæ nuſquã ſunt, & vbi nõ vulgatiſſimę ſignificationis vox hebręa eſt, in locis qui inter nos & Iudæos veniunt in controuerſiã, eam ſignificationẽ inficiantur prorſus quæ pro nobis facit, ſed ſatis nobis eſſe oportebat quod D. Hieronymus de hac re plus ſatis fuit anxius, vt ita dicã, nihil vertebat ex hebræa lectione quin cõſoleret omnes Iudęos tranſlatores Aquilã, Symmachum, Theodotionẽ, quintã & ſextã æditionẽ, vt apparet ex eius Cõmentarijs: ſed ſupra monſtratũ eſt rabinos qui non itã pridẽ fuere non ſolũ inficiari ſignificationes hebręarũ vocũ quas exprimit lectio eccleſiaſtica, ſed etiã illas quas exprimunt interpretationes antiquiſſimę Iudæorũ tranſlatorũ; quod eo tẽpore Iudęi non erant tot fraudes cõmenti quot noſtris tẽporibus cõmenti ſunt. Sed fac ita eſſe, vt, naquaph, excindere ſignificet & ſecare tantũ D. Hierony. doctiſſimus erat omnis Philoſophię, & quod hebraicè eſt עוֹרִי, pellẽ meam, זאת, hanc, נִקְּפוּ, exciderunt, in loco vbi de reſurrectione agitur accepit pro, organizauerunt, ſupple Pater, filius & Spiritus ſanctus, ſępè enim de Deo ſcripturã pluraliter loquitur, vt perſonarũ pluralitas ſignificetur, & corpus noſtrũ organũ eſſe, & in reſurrectione eſſe organizandũ res eſt confeſſa, reſurget enim hoc idẽ corpus cũ ſuis partibus omnibus cũ oculis, auribus, ore, venis, neruis, arterijs, oſſibus, cæteriſq; quæ nihil aliud ſunt quã exciſſiones: ſic enim Plato in Timæo hęc quæ diximus nominat cũ diſputat de arterijs ſtomacho & pulmone, & paulò antẽ de venis his verbis τέμνοντες οἷον ἐν κήποις ὀχετούς, id eſt, ſcindentes in fabrica corporis humani veluti riuulos in hortis quibus aqua fluente hortus fit irriguus, ita ſcilicet, totũ corpus noſtrum ſanguine, & alijs nobilibus humoribus irriguũ fiat. Ergo Plato organizationẽ huius corporis exciſſionẽ nominauit; & eodẽ loco Plato μετὰ δὲ ταῦτα σχίσαντες περὶ τὴν κεφαλὴν φλέβας id eſt poſt hæc ſcindẽtes circa caput venas, loquitur enim de fabricatoribus huius corporis Deo & concauſis, id eſt, intelligentijs quę præſunt motioni cęlorũ, & toto illo loco nunquã aliter organizationẽ huius corporis nominat niſi ſectionẽ & ſciſſionẽ, neq; aliter vnquã Ariſtoteles appellat, & cũ hoc loco de reſurrectione agi videret D. Hiero. & ſic LXX viros de reſurrectione tranſtuliſſe, etiã ſi, niquepu, ſciderunt tantũ ſignificaſſet, intellixiſſet accipi debere pro, organizauerunt; quibus acceſſit quod, niquepu, ſignificat etiã circundederunt; & ita vertiſſe Aquilã, Symmachum, & Theodotionẽ, Nã pellẽ pro corpore accepit, & pellis ipſa multis foraminibus quos poros nominamus & perforata quod quãuis oppugnet Ariſtoteles res ipſa indicat ita eſſe cũ ſudas tota facie & manibus vides prominentes guttulas atq; adeo toto corpore. Sed Ariſtoteles organizationẽ corporis quã vulgus appellat, Anatomen, id eſt ſectionẽ nominat, & de ſectione venarũ, arteriarũ, neruorũ & omium partium corporis pluſquã cęteri Philoſophi omnes ipſe vnus diſputat.

Vulg. *Et in carne mea videbo Deum.* Ibidem.

Deum	videbo	carne mea	in	&
אֱלוֹהַּ׃	אֶחֱזֶה	בְּשָׂרִי	מִ	וּ

Lectio Hebrea.

BEne Origenes, nullũ eſſe locũ, ait, tã manifeſtum quem Iudaica perfidia non peruertat. Hunc locũ ſic explanat Vatablus iuxta Iudæos, in carne mea videbo Deũ, id eſt, ex afflictione quã ſentio in carne mea ſentio eſſe Deum qui me affligit.

affigit. Dices quæ cauſa ſit cur Iudæi reſurrectionem tantopere oppugnẽt, oppugnare nanque Iudæos reſurrectionẽ carnis diſces ex Origene libro. 1. contra Celſum, nempe quod Iudæi cum viderent tot ędita miracula à noſtris & completas prophetias, terrebantur à noſtris metu pœnarum quas in inferno daturi erant, & metu reſurrectionis poſtquam & corpore & animo erant torquendi: trahebantur ergo à Rabinis ad hæreſin Saducæorum ne tranſirent ad Chriſtianiſmum.

Quem viſurus ſum ipſe & non alius pro me.

ET hic quoque locus vitiatur quæ refutata eſt illorũ hæreſis qui alio corpore reſurrecturos nos eſſe cœleſti videlicet aiebãt quę hac prophetia euertitur quæ reſurrecturos nos ait & non alium quendam pro nobis, alij enim eſſemus ſi alio corpore reſurgeremus.

Vulgat. *Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.*

Ibidem. Lectio Hebręa.

in ſinu meo · deſideria mea · perfecta ſunt

כָּלוּ כִלְיֹתַי בְּחֵקִי

Lxx. πάντα δέ μοι συντετέλεσται ἐν κόλπῳ.

SIc Hieron. & quanquam in hac parte propoſitum mihi eſt neque Lxx virorũ neq; alicuius ex veteribus patribus, niſi D. Hiero. vulgatæ & ipſius D. Hiero. facere mentionẽ vt appareat eos qui ſe tuentur D. Hierony. authoritate D. Hierony. oppugnare acerrime & Iudæos ſequi tantiſper dũ hoc facio locos ſcripturæ explanare nolo, ſed veluti præſtringere quod neceſſe erat, veterũ patrũ ſententias citare, & de tranſlatione Lxx virorũ quã illi interpretantur diſputare & obſcurare hoc inſtitutũ meum quod in hac parte ſuſcepi, aliquãdo ſi vita ſuppetet, Deo bene iuuante, de ſententia ſanctorũ patrũ librum Iob litteraliter interpretabor, interim quoſdã locos Iob præſtringã, quædã tamẽ neceſſitas ipſa coget ex trãſlatione Lxx leuiter attingere, pro, repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo vertere Lxx omnia autẽ mihi cõſummata ſunt in ſinu, ſic Lxx clauſere prophetiã reſurrectionis vt poſtquã dixerat Iob Chriſtũ Dñm redemiſſe nos, & poſt crucẽ reuixiſſe, à mortuis reſurrexiſſe, & nos reſurrecturos & circũdandos hoc corpore & viſuros in carne noſtra Deũ, & cætera, claudat hãc ſententiã, inquiens. Omnia hæc in ſinu meo iã cõſummata ſunt, ideſt, tam certa habeo quam ſi iam cõſummata eſſent quod in ſinu meo ſpiritu prophetico ea omnia video iam cõſummata, pro, chiliotai, verbo hebręo legere Lxx chol, duabus litteris minus, ideſt, omnia: Nã additiones & detractiones litterarũ in lectione hebręa fieri frequẽter intelliget abondè qui huius operis libri ſecũdi legerit cap. 69. fortaſſe eãdẽ lectionẽ ſequutus eſt D. Hierony. Et ſentẽtiam expreſsit, nõ reddidit verba, quod ipſe ſe facere frequẽtiſsime profitetur, at vocẽ hebræã, chiliotai, deſideria mea eſt interpretat⁹, & ſpes meas quod, chala, verbũ hebræũ cõſummare eſt & perficere, vnde, chalu, in hoc loco Lxx reddidere cõſummata ſunt, & chala, etiã cõcupiſcere & deſiderare eſt, vnde, chiliotai, deſideria mea, vo ſit, cõſummata ſunt deſideria mea, & poſtea, in ſinu meo: pro quo reddidit D. Hie. repoſita eſt ſpes mea in ſinu meo. Quidã interpres & alij verterũt pro hoc; defecerũt renes mei in ſinu meo, Dices hebręi vno cõſenſu oẽs interpretãtur, chiliotai, renes meos, nec eſt qui interpretetur deſideria aut ſpes meas, nec eſt cur nõ ſequamur veritatẽ hebraicã: Iudaica interpretatio nõ eſt veritas hebraica, & plus fidei apud vos habere oportebat D. Hiero. quã rabinos, ſed ineptã & fatuã eſſe Rabinorũ interpretationẽ, veriſsimã autẽ D. Hieronymi tranſlationem hinc accipe; quod, chala, deſiderare eſt, vnde, chiliotai; deriuatum verbũ vnde naſcitur retinet ſignificationem, ideſt, deſideria mea; quod in dictionib⁹ hebræis fere fit. Deinde quod nomo tam imperitus rerũ

eſt qui neſciat renes in extrema parte lũborum eſſe, non in ſinu, hoc eſt, in pectore? An oblitus erat Spiritus ſanctus qui hęc loquitur in qua parte noſtri corporis renes collocauerat? Hæc omnia vir ſapientiſsimus Hieronymus expendit, Iudæi omnium rerum imperiti, & omnium diſciplinarum rudes hæc non aduertunt, deinde Medici quatuor mẽbra principalia numerant in quibus vita ſita eſt & robur, his neque à Philoſophis neque à medicis annumerantur renes, à Platonicis quidem his lumbi annumerãtur, renes non item. Mitto dicere quod verbum cala hebręum cõſummare eſt & perficere & inde LXX vertere omnia hæc mihi cõſummata ſunt in ſinu meo, ideſt, hęc mihi in ſinu meo iam ſunt ita certa ac ſi eſſent perfecta & conſummata viderem iam. Nam duas tresve litteras quibus mutatis verbum hebræum hoc ſignificat videre facile eſt.

Vulg. *Quaſi meridianus fulgor cõſurget tibi ad veſperã. Ex cap. 11. Iob.*

Lectio Hebręa.

vel ſicut meridies	&	plusquam meridies
	ו	מִצָּהֳרַיִם
ſurget	vel tempus	ad veſperam
יָקוּם		חָלֶד

NOſtri quidam interpretes eodẽ modo ſed diuerſa diſtinctione ſequutus R. D. vt leges indiſtione, chalad, & vt intelliges etiam ex gloſſulis margini adſcriptis, ſed in hoc vitij nihil erat, niſi hęc diſtinctio R. D. falſam faceret noſtram vulgatã in ſequentibus, ſenſus huius loci planus eſt ad veſperam, ideſt, in fine ſæculi iuſti fulgebunt ſicut ſcintillæ in arundineto quod cãtat Eccleſia. Diſtinctio D. Hiero. hęc eſt, mi ſaharim, & plusquã meridies, iaqum, ſurget, ſplendor, ſcilicet. Hoc enim loco D. Hieron. appoſuit diſtinctionem, & pro his reddidit, quaſi meridianus fulgor ſurget tibi ad veſperã, aut ſuppleuit D. Hiero. ex ſuperioribus per, zeugma, à ſuperiori, aut fortaſſe deeſt ex lectione hebręa, vt deſunt alia multa, quod oſtẽdimus ca. 64. libri ſecundi.

Vulg. *Cum te conſumptum putaueris orieris vt lucifer. Ex eodẽ capite Iob.*

תָּעֻפָה כַּבֹּקֶר תִּהְיֶה׃ Lectio Hebręa.

IVxta diſtinctionem D. Hierony. hęc verba ſunt hebraicè, nam cum præceſſerit, v, 1, &, mi zaharim, plusquã meridies, iaqum, reſurget, ſupple iuſtus, ſequitur, chaled, in ſenecta, quod vertit D. Hierony. cùm te conſumptum putaueris, taupha, illuſtraberis, ſic etiam vertunt Rabini, ca boquer, ſicut aurora, tihieh, eris, vt ſit totum, in ſenecta illuſtraberis ſicut aurora eris, pro quo reddidit D. Hieronymus ſenſum qui ſic vertit. Cùm te conſumptum putaueris orieris vt lucifer. Hęc apud noſtros quoſdam tranſlatores nuſquam ſunt, quod ſequũtur R. D. & ſic obſcuratur locus admirabilis de reſurrectione beatorum & ſplẽdore.

Vulg. *Habebis fiduciam propoſita tibi ſpe, & defoſſus ſecurus dormies. Ex eodem.*

וּבָטַחְתָּ כִּי יֵשׁ תִּקְוָה וְחָפַרְתָּ Lectio
לָבֶטַח תִּשְׁכָּב׃ Hebręa.

HVnc locum manifeſtiſsimum de reſurrectione R. D. mutato puncto peruertit, & eum ſequuti noſtri quidam. Nam ſi pro, chaparta, defodies, legas, chuparta, defoſſus, efficies vulgatam D. Hiero. ſic, v, batachta, & cõfides, qui, quoniam, ies, eſt, tichua, ſpes, ve, &, chaparta, defodies, ſed D. Hiero. non legit, chaparta, ſed, chuparta, ideſt, defoſſus, ſepultus, ſecurus dormies.

Vulg. *Oculi impiorum deficiẽt, & effugium peribit ab eis, & ſpes illorum abominatio animæ. Ex eodem.*

וְעֵינֵי רְשָׁעִים תִּכְלֶינָה וּמָנוֹס אָבַד מִנְהֶם Lectio
וְתִקְוָתָם מַפַּח נָפֶשׁ׃ Hebręa.

Hunc

HVnc locum eodem modo interpretatur. R. Moſeh, &. R. Abrahã, &. R. D. vt leges in dictione, napach; ſed pro ſpes illorum abominatio animę reddidere, expectatio eorum dolor animæ, & eſt locus manifeſtis de pęnis dãnatorũ: Noſtri quidam ſequuti rabinos tranſtulere ſpes eorũ exhalatio animæ vt videantur à nobis diſcordare.

Vulg. *Operi manuum tuarum porriges dexteram Iob Cap. 14.*

desiderabis	manuum tuarum	operi
תִּכְסֹף׃	יָדֶיךָ	לְמַעֲשֵׂה

τὰ δὲ ἔργα τῶν χειρῶν σου μὴ ἀποποιοῦ.

LEges in dictione. כסף Rabinos congruenter ſententiæ ſanctorũ hunc locũ de reſurrectione interpretari, exceptis quibuſdã qui ſic hunc locũ tranſtulere ſequuti. R. leuih, ad opus manuũ tuarũ concupiſces, & margini addidere perdere deſyderabis, quod impium eſt de Deo dicere, qui non vult mortẽ peccatoris, ſed vt cõuertatur & viuat. Quid multa? obſeruaſſe me arbitror diligẽter neſcio an mihi ſomnus obrepſerit quoſdã ex noſtris ſequi fere Iudæorum veſtigia & eorum potiſsimum qui à nonobis diſsident.

Ipſa conterat caput tuum & tu inſidiaberis calcaneo eius.

IN hunc locum capitis. 3. Geneſeos video velut agmine facto inſiluiſſe omnes noſtros aduerſarios adeo vt vulgata D. Hierony. vitiata à quibuſdam in hac parte circunferatur, mirabar quidẽ omnes, qui hinc diſcreparent in ſuis tranſlationibus, nã Lxx viri plus octingentos annos in Iudæorum poteſtate fuere, nec mirãdum eſt ſi poſt tot annos tam longo poſtlimino rediere ad ſuos vulneribus conciſi redierunt, nec mirabor hebręam lectionem quam quibuſdam locis vitiatam monſtrauimus hoc loco vitiatam eſſe, qui maximæ impietatis arguit Iudæos, nec enim tã Iudæos vrget ꝓphetia de Chriſto vitiatã; quod eãm ad ſuũ Chriſtũ referre poſſunt, & referunt Iudæi, qui Antichriſtus eſt quẽ expectant in cõſummatione ſæculi venturum; vt certe eſt venturus, ſed ſi hæc prophetia ad ſacram virginem referas quo eſt referenda, Iudæi non habẽt quo ſe vertant, ſi fateantur per virginis partũ humanum genus eſſe redẽptum, quod hoc loco dicitur ipſa cõteret caput tuũ, ipſa mulier ſuo ſacratiſsimo partu quo caput Sathanæ contriuit, & quo factũ eſt vt princeps huius mundi eiectus eſt foras, id enim ſonat Belzebul, ſi ſcribas, vt Lxx viri ſcribunt, ideſt, princeps huius habitaculi huius mundi baal dominator Zabul habitaculum per partũ huius ſacræ virginis caput Dæmonum contritũ eſt, dic quæſo te ſi ſi hic locus corruptus eſſet ab aduerſarijs noſtris, quid reliquum erat, quo ſe verterent impij Iudæi, quid dicerent aduerſus prophetiam tantã, & tam perſpicuam, certe dicerent hebraice nõ eſt, nec quiſquã eſt, qui hoc legat ſic hoc crimen eſt Iudaicæ nationis, quod in hac parte inquam nulla reliqua fuga ipſis erat quo confugerent, quo fideliũ manus vitarent. Certè, inquies, D. Hiero. ſolus ita vertit, & magno ſuo errore ita vertit fœminino genere, quod ab alijs verſum neutro genere eſt; certe ſi D. Hierony. genera nominum non norat indignus erat huic tanta fides ab Eccleſia habita eſſet, vel puer ſeptuenis nouit quid interſit inter hæc articulũ generis maſculni, & fœminini, & hoc neutrius generis articulũ credibile hoc non eſt D. Hieronymum doctum & doctiſsimum Græci Latinique ſermonis, & hebraici non nouiſſe nominum genera, apage ſi tu extraxiſſes triduũ in hebræa lingua diſcẽda nouiſſes vtique quid intereſſet inter hu neutrũ & maſculinũ, & fęmininũ articulũ vt prętereã quod iod & vau mutuo inter ſe trãſeũt. Et his omiſsis hu cum ſurec cũ vau ſub-

ſcripto pũcto quiric fœmininum eſt & ſignificat hæc ſiue iſta, vt reperies Deut. c.1. בָּעֵת הַהִוא in tépore iſto, vel in tépeſtate iſta; vbi עֵת fœmininum eſt, & הִוא cũ ſurec cũ vau & puncto quiric fœmininũ. Quod ter reperies in eodé 1. c. Et c.3. Deu. reperies idé quinquies: & c.5. ſemel & alijs locis plurimis: vt D. Hier. recte verterit & doctiſsimè & legerit hu cum ſurec & vau & quiric; ipſa conteret caput tuũ, vt referri nullo modo poſsit niſi ad ſacrã Virginem Mariam.

Vulg. *Mittamus lignum in panẽ eius.*

נַשְׁחִיתָה עֵץ בְּלַחְמוֹ.

TErtul. aduerſus Marcionem lib. 4. cap. 60. mittamus lignũ in panem eius. i. crucem in corpus eius, vbi corpus ſuum vocauit panem, Grigentius in eclogis propheticis, δεῦτε ἐμβάλωμεν τὸ ξύλον εἰς τὸν ἄρτον αὐτοῦ. i. venite inijciamus lignũ in pané eius τὸ ξύλον εἰς τὸν ἄρτον αὐτοῦ, & tam planum hũc locum putat, vt interprete non putet egere, & 2. tomo cóciliorum in Hipalenſi concilio 13. actione, venite mittamus lignum in panem eius. i. crucem in corpore eius. Atha. de incarnatione verbi. lib. 1. de paſsione dñi interpretatur illud: venite, & mittamus lignum in pané eius, & per Hierem. ait Chryſoſt. in ſermone de trinitate prædixiſſe dominũ ipſam ipſius paſsionis ſpeciem inquiens, mittamus lignum in panem eius &c. Ambroſius in præfatione in Pſalm. 35. tollamus iuſtum, quia inutilis eſt nobis, inijciamus lignum in pané eius, panem dixit pro carne eius, R. Dauid; in theſauro linguæ ſanctæ in dictione Lechem legit: corrumpamus lignum in pane eius, & R. Ioſeph, denique Iudęi ſic legunt. lignum interpretantur, ideſt venenum Læthiferum, nam vitiauere lectionem hebræam pro naslicha mittamus legere naſchita, corrumpamus vitiatis duabus litteris, nam naslicha legere Lxx. & D. Hieronymus & vniuerſa catholica eccleſia mittamus lignum crucis in panem eius, in corpus eius iuxta illud: caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus; ſcies tamen oportet lechem panem ſignificare, & carné, vt transferri hic locus potuerit, mittamus lignum in corpus eius, vt plane diceretur crucifigamus eum, nam quod obijcit D. Hieronymus quod hoc malum dicitur immittendum ſuper viros Anathot, ſuper patriam Hieremiæ, facile diſſoluitur, nam Anathot humiliationes ſignificat, vt viri Anathot, viri humiliati in martyrio ſignificétur, & qui crucem domini tollũt de quibus dominus, tollat crucem ſuam, & ſequatur me, vt & patria Hieremiæ ſignificetur & congregatio ex eorũ numero ſunt, qui ſublaturi erant crucem Dñi, & Dominũ ſequuturi, ſi obijcias non fuiſſe cur hũc locum Iudæi vitiarent; imo maxime, cruce Chriſtum dominum affecerãt Iudæi, quem reſurrexiſſe certò ſciebãt, cuſtodes. n. corruperant, ne id proderent, niſi hunc locum corrumperẽt ſolus hic locus illos proderet, aliquando toto terrarum orbe vociferans: mittamus lignũ in corpus, ſiue in carnem eius, quid hoc aliud plane ſonaret, quam crucifigamus eum? quis enim non videret: mittamus lignum crucis in carnem domini, illud eſſe quod factũ eſt cruce eũ afficiamus?

Non deerit princeps ex Iuda & dux de fœmore eius, donec veniat; quæ repoſita ſunt ei; & ipſe expectatio gentium &c.

AVg. lib. 12. contra Fauſtum Manichæum c. 42. hunc locum ita citat & ita explanat, & ſequentia, & antecedentia omnia noſtri aduerſarij ſingula hęc comminuunt & conterunt, & ſatis erat vnum illud nó deficiet princeps ex Iuda, quo ſignificatur non defuturum principem ex Iuda, ex populo Iudæorum, ſic enim explanatur hic locus à ſanctis patribus, nam eo tempore venit dominus, quo omnes tribus duodecim vno nomine dicebantur Iudæa', ex qua non defuturũ principé cecinit prophetia

phetia quoad veniret Chriſt' Dominus cum primum defecit princeps Iudęus, & alienigena, Herodes rex eſt creatus à Romanis, venit Chriſtus Dominus, qua de re dictum abũde eſt, & quonam modo hęc vitiarent noſtri aduerſarij, erat enim inſolubile argumentum noſtrę veritatis, niſi pateficeret aliqua rimula, qua Deicidę Iudæi elabi poſſent, ſatis aiunt datum eſt nobis à Iudæis, qui ita tranſtulere, non deficiet princeps ex Iuda quoad veniat Chriſtus, quid potuit planius? recte prouerbio græco dicitur: inimicorum dona, non dona interpretantur Iudæi quoad veniat Chriſtus; quoad veniat Dauid; quod Chriſtus pro quouis rege accipi poſſet; ſine tu lectionem vulgatam, & magno munere nos beabis quoad veniat, qui mittendus eſt, vt vertit Diuus Hieronymus & cum lectione hebræa congruit, Chriſtus, qui venturi nomine appellabatur hoc ad ſolum Chriſtum pertinere poteſt non ad quemlibet regem, vel vt vertere Lxx donec veniat, quod promiſſum eſt ei; donec veniat quod promiſſum erat populo Iudæorum Chriſtum, ſcilicet, venturum hoc mille prophetarum prædictionibus erat promiſſum populo Iudæorum, non potes tu hoc torquere, & flectere, quo voles ad vnum Chriſtum referas neceſſe eſt (nec dux de fœmore eius) hoc quære hebraice, & nuſquam reperies, en Iudaicæ fraudes, venit enim Chriſtus quando defecit dux de fœmore Iudæorum, de genere Iudæorũ, quando herodes cæpit regnare ſtatim Chriſtus venit, allato enim nuntio de Chriſto nato conturbatus eſt rex Herodes, & omnis Hieroſolyma cum illo, ſi hæc conditio noſtra eſſet, vt quidquid Iudaica manus mutaret pro hebraica veritate Iudæi venditarent perijſſet tota res Chriſtianorũ. Deinde ſequitur hęc erit expectatio gentium, quæ prophetia de Chriſto inſolubilis eſt recipiendũ Chriſtum Dominum à gentibus, vt receptus eſt, & non recipiendum à ſuis pręter reliquias, quæ ſaluæ factæ ſunt, & ideo nationes expectãt Chriſtũ ad iudiciũ vẽturum, qui lumen & reuelatio gentium dicitur, vt alibi diximus, itaque hoc loco Iudæi ex quatuor orationibus prophetiæ tres totas mutant; relinquunt enim ſolam illam; non auferetur ſceptrum de Iuda, mutant has ſequentes; nã pro dux de fœmore eius, legunt, lagiſlator, de ſub pedibus eius, & pro donec veniat, qui mittendus eſt; donec veniat ſchilo, & pro, ipſe erit expectatio gentiũ ad ipſum erit congregatio populorum, ſi hæc cõditio noſtra eſt vt Iudæi noſtrã mutẽt ſcripturã, & poſtea vociferẽtur: veritas hebraica veritas hebraica, quæ perfidia Iudaica potius eſt quæ reliqua nobis eſt ſpes tuẽdi noſtra, ſi forte quidam ex noſtris illis operam dare velint? Hęc eadẽ Aug. de ciuitate Dei lib. 5. cap. 45. in fine. ita hunc locum legit Epiphanius contra hæreſes lib. primo, & refellit eos, qui contra ſentiunt Theodoretus de curatione græcarum affectionum lib. decimo. de oraculis ſic hunc locum legit, & interpretatur. Procopius de tribu Iuda interpretatur hunc locum, & legit vt dictum eſt, imperium autem refert ad tribum Iuda, totam, quaſi dicat non ceſſaturam imperare tribus Iuda iuxta promiſſionem Abrahæ iuxta illud te laudabunt fratres tui, & expectationem gentium Chriſtum appellant, quem non venturum prius ait quàm deficiat princeps Iuda & dux; nam cum primum Chriſtus veniſſet, ceſſaturam tribum Iuda imperare inter tribus, & abiturum imperium ad Romanos, & expectationem gentiũ futurum Dominum, & ita Euangeliſtæ aduentum Chriſti, & eius doctrinam ad Romana tẽpora referunt. Cyrillus in Geneſim de Iuda loquens hunc locum interpretatur eodem modo, quo dictum eſt, & eandem lectionem agnoſcit, nec quemquam ex veteribus patribus à prædicta ſententia diſſidere agnoſcas, Iudęi ſoli à nobis diſsidẽt & hoc eis facile factũ eſt, ſi mutare eis

Ergo veritas hebraica perfidia hec Iudaica eſt, & Iudaica impietas atq; ſacrilegium.

ſcripturam hebrȩam eſt facile, & poſtea vociferari veritas hebraica, veritas hebraica, Palæologus refert hunc locum eo, quod retulere veteres patres, & eadẽ verba refert, nec quidquam mutat in diſputatione aduerſum Iudæos de verbo Dei vnigenito, vbi queruntur Iudæi cur plane non locuti ſint prophetæ, & multis verbis rationem reddit Palæologus, eodem modo Grigentius & alij, vt optio tibi detur vtrum velis ſequi veteres eccleſiaſticos, an relictis illis præoptare malis Iudæorum interpretationem ſequi.

Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.

DE hoc loco dictum ſupra eſt, & de artibus, quibus Iudæi vtuntur, vt noſtra vitient, & quam omnem lapidẽ moueant, vt noſtra corrumpant hoc loco dicendum eſt hanc prophetiam D. Paulum interpretari in Epiſtola ad hebræos cap. quinto, &. 6. &. 7. nihilominus non deſunt qui vitient noſtra, quæ Paulus tam late eſt interpretatus & cõminiſcuntur mille dolos, vt ea vitient, & ea tamen quæ vitiata ſunt à Iudæis quibuſdam ſacaro & melle dulciora eſſe videntur.

De vacca illa quæ peperit & non peperit apud Ezechielem.

DE ſacra virgine, quæ virgo peperit, & non peperit, peperit enim virgo Emmanuelem & nõ peperit, quæ poſt partum manſit virgo, concepit virgo, & prȩgnans erat & virgo & poſt partum virgo permanſit apud Ezechielem prȩdictum hoc erat, vacca quæ peperit & non peperit, huius prophetiæ meminit Tertullia. lib. de carne Chriſti ca. 15. Grigentius in eclogis prȩdictionũ propheticarum, vitula peperit, & non peperit, ſignificat inquit hoc ſacratæ virginis integritatem, Clem. Alex. ſtromatum lib. 7. peperit & nõ peperit inquit, quod peperit ex ſe ipſa non peperit ex coniunctione viri; Epiphanius contra hæreſes lib. primo. & cap. contra Ebionitas has duas prophetias refert, ecce virgo concipiet & pariet filium, & vitula concipiet & dicent non peperit, & propter hoc dicent non peperiſſe, quod non peperit ex ſemine viri, peperit igitur vitula vere, & quod virgo vocatur vitula, & quod eius reliquiæ purgatio fuit omniũ quȩ peperere ex coniũctione viri, audi lȩgem; quȩ id declarat, accipe mihi vitulã rufam, aut rutilam, vt oſtendat nobis electum vas Mariȩ per igneum colorem diuinitatis ſeruatoris quem cõtinuit in vtero virgo, Deus enim, ignis eſt; & ignis conſumens. & ait. lex vitulam rutilam in cuius collum iugum non aſcendit, id eſt, quæ non nouit iugum nuptiarum viri, quod ego inquit Epiphanius ſignificari etiam puto illo Eſaiæ ex perſona Domini ſumito tibi ſectionem chartȩ nouȩ magnȩ, ſectionem appellans Mariam quȩ nata eſt ex ſemine viri reiecta tamen & ſegregata à commixtione hominis, & à cõnubio viri, & ab hominum conſuetudine, omnes enim homines de fœmina fœtum tollent, ſacra vero virgo ab hac conſuetudine ſegregata eſt, natus enim eſt Dominus ex fœmina virgine, dixerat & Grigentius ſacram virginem peperiſſe, & Dominum butyrum & mel comediſſe quod virgo lac non haberet à primo vt appareret eam virginem eſſe, & poſtea eius vbera de cȩlo impleta eſſe lacte & poſtea exuberaſſe lacte. Plura leges apud Ephiphanium, tamen quȩrito tu hanc prophetiam apud Ezechielem iuuencula peperit, & non peperit, & opinor non reperies nimirum quod à paſsione Domini ad id incumbunt Iudȩi impij, vt prophetias vitient, aut ex ſacra ſcriptura expugant & in hac totos ſe cura conſumunt, vt euertant noſtra, & niſi Dominus ſeruaret promiſſa vt portȩ inferi non prȩualerent

lerent aduerſum Eccleſiã ſanctam corruiſſet Eccleſia tot Iudaicis inſidijs, puto autem hanc prophetiam Ezechielis expunctam à Iudæis ex Ezechiele ita vt non compareat, habeo teſtes antiquiſsimos huius prophetiæ Tertullia. qui tẽporibus Chriſti proximus fuit, Origenium, Clementem, Alexan. Epiphanium; & neſcio an mihi exciderint alij vetuſtiſsimi ſcriptores, qui huius meminere prophetiæ phraſi ipſa & forma dicendi ſuum refert authorem Ezechielem videlicet qui multis nominibus Chriſtũ refert, loquitur enim à principio vſque ad finem per parabolas vt Chriſtus Dominus, & hæc parabola eſt: vitula peperit, & non peperit, & nos inquit Lactantius per prophetias credidimus, & Eccleſia fundata eſt ſuper prophetas, & Apoſtolos, & hæc fundamenta Eccleſiæ ſuis machinis quatiunt Chriſti perduelles & nulla in re par eſt vt illis cedamus.

Vulgata D. Hieronymi.

Quia creauit Dominus nouum ſuper terram fœmina circundabit virum.

Lxx.

Quia creauit Dominus ſalutem in plantationem nouam in ſalute tua circuibunt homines.

Hæc prophetia lacera eſt, qua nihil mihi videtur potuiſſe dici de partu ſacræ virginis euidentius de Chriſto redemptore generis humani de miſſione Apoſtolorum, vt prædicarẽt Euangelium omni creaturæ, & ita hoc capite prædicitur nouum teſtamentum dandũ hominibus eſſe autore D. Paulo & interprete in Epiſtola ad Hebræos. Diſcerptus eſt in hac parte hic locus, quãtum conijci poteſt Iudæorum fraude qui reſarciri poteſt ex vulgata D. Hierony. & trãſlatione Lxx virorum ſi legatur (quia creauit Dominus nouum ſuper terrã fœmina circundabit virum) creauit Dominus ſalutem in plantationem nouam in ſalute tua circuibunt homines, vt ſit ſenſus quia creauit Dominus nouum ſuper terram rem nouam nunquam auditam (fœmina circundabit virum) ſacra virgo continebit in vtero Chriſtũ qui vt conceptus eſt tanta erat ſapiẽtia, quãta nunc eſt tam naturá quam gratia, quã omnes homines & Angelos exſuperabat (creauit Dominus ſalutem) Ieſum ſecundum humanitatem, quia Ieſus ſalus eſt latinè quia videre oculi mei ſalutare tuum, quod paraſti in conſpectu omniũ populorum (in plantationem nouã Eccleſiæ) in ſalute tua circuibũt homines) in ſalute tua ad ſaluandos homines, homines Apoſtoli circuibunt prędicantes Euangelium omni creaturæ, quid apertius, quid euidentius hac prophetia niſi diſcerpta eſſet à Iudæis penes quos erat vetus teſtamentum hebraicum & trãſlatio Lxx virorum, tu ſolus inquies autor es ſcripturam diſcerptam, & dilaceratã à Iudæis eſſe minime, Origenes hoc primus omnium, ne quis putat comminiſci me hæc de meo. Cõiuge tu quæ ex hebræo tranſtulit D. Hieronymus, & reliquias trãſlationis Lxx & omnia ſimul penſita & expende & reperies de ſacra virgine & de noſtro Emmanuele nihil potuiſſe dici euidentius & admirabilius.

Vulgata D. Hieronymi.

Ad prædam fili mi aſcendiſti requieſcens accubuiſti vt leo & quaſi leæna qui ſuſcitabit eum.

Lxx.

Ex germine fili mi aſcendiſti recumbẽs dormiſti vt leo, & quaſi catulus leonis qui ſuſcitabit eum.

Duplex hoc loco lectio Hebræa vtraque admirabilis qualis in ſacris

cris litteris eſſe ſolet, altera Lxx virorũ qua ſacratiſsimæ virginis partus ſignificatur ſine viri ſemine (ex germine fili mi aſcendiſti) Origen. in cap. 49. Geneſeos iſte catulus inquit Origenes aſcendit ex germine, ex virgine enim natus eſt non ex ſemine ſed ex virgine abſque concubitu viri, abſque ſemine naturali naſcitur Chriſtus velut virgultum ſiue ramus in quo manifeſtiſsime veritas carnis aſſumptæ ex virgine declaratur in ſacro ſancto germine, ideſt, in Chriſto cõtagio humani & carnalis ſeminis excuſatur, ſed non deſunt qui quod ex ſententia veterum patrum ſcripturam interpretor innuant mihi non placere niſi allegorias, id ego non inficior, eſt enim duplex ratio interpretandi, altera quę peculiaris eſſet propria Iudæis, qui ſequuntur nuda verborum, vt verbis Ambroſij vtar ſic enim inquit periere Iudæi, dũ ſequuntur nuda verborum vt ſi ſimpliciter interpretarer illud quod ſupra dixi ex germine fili mi aſcendiſti, nec de virgine quidquam dicerem nec de Chriſto nempe Iudæi in ſcriptura Chriſtum non vident, quod de Chriſto interpretor placere mihi allegorias aiunt & vere aiunt nõ ego de meo interpretor ſcripturas ex D. Auguſtino interpretor & alijs partibus ſi id mihi vitio datur non moror, Chriſtum in ſcriptura ſequor idque non de meo, ſed duce D. Paulo & duce ipſo Domino, qui ſic docuit ſcripturas explanare, quibus hæc ratio interpretandi ſcripturas non placet, habeant ſuos duces quos ſequuntur in interpretanda ſcriptura ſimpliciter ita vt non ſe attollant humo latum digitum, nos D. Paulus & Chriſtus Dominus docent ex ſcriptura eruere ſenſus ſacros ſcrutari Chriſtum vt in hoc loco, eſt enim hebraicè miſaphiach cum ſamach in principio ſaphiach aiũt hebræi, ideſt, quod per ſe egreditur è terra atque oritur ſine ſatione abſque ſemente, quod per ſe naſcitur, quod ſignificat idẽ, quod illud apud Eſaiam ſicut radix de terra ſitienti hæc ergo nos Dominus ſcrutari iubet, & expendere omnia miſaphiach ergo ex germine ſine vllo ſemine eſt, id ego ſcrutabor, & ſimilia his, qui volet aliam inſiſtat viam, & vtinam illos incepti pigeat, ſe negant ſcire plura, duplex negatio eſt, altera puræ negationis vtinam hæc mihi eſſet; ſi quid per imprudentiam dico, altera prauæ diſpoſitionis cum puto me ſcire aliquid, & id neſcio, vt ſi chartis ludas, & magno pretio ludas, & putas te optime ſcire ludum, & neſcis miſer rem omnem cum puluiſculo perdas & ſatius erat priuſquàm ludere aggredereris diſcere quod neſcias. Altera lectio hebræa eſt teref, ad prædã legebatur enim olim & teref ad prædã quam deprædaturus eras ex inferis vt collocares eam in regnis cœleſtibus (requieſcens accubuiſti vt leo) conuenienter inquit Origenes aptatur Chriſto hęc ſimilitudo qui tribus diebus & tribus noctibus in corde terræ ſepultus ſomnum mortis impleuit, mors Chriſti oppreſsio & triumphus Dæmonum fuit omnem nanque prædam quam leo ille contrarius inuaſerat proſtrato homine & eiecto hic leo interripuit qui rediens ab inferis & aſcendens in altum captiuã duxit captiuitatem, hoc ſomno ſuo leo vicit omnia, & debellauit, & deſtruxit eum qui habebat mortis imperium & velut catulus leonis die tertia ſuſcitatur, ſic Origenes vtranque lectionem videtur agnoſcere, & interpretari illam de ſacratæ virginis partu, hanc de prædã qua deprædatus eſt inferos Dominus de hoc loco Auguſt. de ciuitate Dei lib. 16. cap. 41. & idem Auguſt. contra Fauſtum Manichæum lib. 12. cap. 42. & ſic interpretatur (aſcendiſti fili mi in crucem ad prædam ad deprędandos inferos recumbẽs cum inclinato capite reddidiſti ſpiritũ non dormiſti vt leo quia ipſa morte nõ eſt victus &c. Sed poſt tempora D. Hieronymi mutata lectio hebrea eſt nam tempeſtate D. Hieronymi legebatur & teref ad prædam, noſtris temporibus legitur

gitur mitteref à præda vt videatur Diuus Hieronymus lapſus in ſua vulgata, vtraque tamen lectio hebræa ad prædam & à præda congruit huic loco mirifice quod lacerata ſcriptura ſit à Iudæis ad diſturbandos ſenſus ſacros eius te docet Origenes in Ezechielem cap. 16.

Quod Iudæi ea ſint natura vt impudẽtiſſime, negent etiam quæ oculis cernas præter teſtimonia Moſis quæ ſupra citauimus vbi Eloa ſingulari numero pro Deo creatore & opifice omnium vſurparentur.

IOb etiam cap. 3. ait non requirat eum Deus deſuper vbi pro Deus hebraice eſt Eloa & capite. 4. quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem & ſeminant dolores flante Deo perijſſe pro Deo hebraice eſt Eloa & eodem cap. 4. nũquid homo Dei comparatione iuſtificabitur vbi pro hac voce Dei hebraice eſt Eloa & cap. 5. ecce beatus homo qui corripitur à Deo pro Deo hebraice eſt Eloa & cap. 6. & terrores Dei militant cõtra me pro hac voce Dei eſt Eloa & infra quid expecto tribuat mihi Deus pro hac voce Deus eſt Eloa & cap. 9. eiuſdem Iob, Deus cuius iræ nemo reſiſtere poteſt pro illa voce Deus hebraice eſt Eloa & c. 11. eiuſdem Iob, atque vtinam Deus loqueretur tecum pro illa voce Deus hebraice eſt Eloa & infra quia multum in hora exigaris ab eo quam meretur iniquitas tua hebraice eſt Eloa, id eſt, exigaris à Deo Eloa & cap. 12. inuocauit Deũ pro illa voce Deum hebraice eſt Eloa & paulo infra rurſum Eloa vt intelligas quam vere ſcribũt Eloa numero ſingulari nõ reperiri & capite. 15. nunquid conſilium Dei audiſti pro conſilium Dei hebraice eſt conſilium Eloa & cap. 19. Deus non æquo iudicio afflixit me vbi pro Deus afflixit me Deus hebraice eſt Eloa & infra manus Dei tetigit me vbi pro Deo Eloa eſt & infra in carne mea videbo Deum vbi pro videbo Deum videbo Eloa eſt & ca. 22. an cogitas quod Deus excelſior cœlo ſit pro Deus hebraice eſt Eloa & infra eleuabis ad Deum faciem tuam vbi pro Deo Eloa eſt hebraice & cap. 24. eiuſdem Iob & Deus inultum abire non patitur vbi hebraice eſt Eloa & cap. 27. & ſpiritus Dei in naribus meis vbi pro hac voce Dei Eloa eſt & infra in illo inuocare Deum omni tempore hebraice eſt inuocare Eloa & capite. 31. quam partem habet in me Deus deſuper pro Deo hebraice eſt Eloa & ſciat Deus ſimplicitatem meam paulo infra pro Deo hebraice eſt Eloa & capite. 33. reſpondebo tibi quia maior eſt Deus homine Deus hebraice eſt Eloa & infra deprecabitur Deum & placabilis erit pro Deo hebraice eſt Eloa & cap. 35. & non dixit vbi eſt Deus qui fecit me hebraice eſt Eloa & capite. 36. adhuc enim habeo quod pro Deo loquar pro Deo hebraice eſt, ſe Eloa.

De Etymologia huius nominis Iſrael.

ERaſmus in annotationibus in cap. 9. Epiſtolæ ad Romanos in illa verba (non enim omnes) reprehẽdit ſacros ſcriptores omnes his verbis, Iſrael vir videns Deum hactenus perperam intellectum. Fœlicia noſtra ſecula quę omnis vetuſtas expectabat vt lumen Eccleſiæ tuliſſet Eraſmum, vt Eccleſiæ ſanctæ diſcuteret tenebras ſcilicet, Quę res vt fiat palam paucis oſtendamus, nam ſi breuitati nõ ſtuderemus vix hoc opus finem erat inuenturum. Iſrael vir videns Deũ eſt, is vir ra videns el Deum, ſic omnium patrum conſenſus hoc nomen interpretatus eſt, vſque ad Eraſmi tempora qui perperam hoc dictum ſcribit, mitto reliquos patres veteres, qui vno omnium conſenſu hanc ſententiam quam dixi ſuis prodidere chartis. D. Hieronymum huius ſententię authorem excitabo qui in cap. 8. Oſeæ Iſrael inquit cernens Deũ ſignificat in cap. 3. Ioel in illa verba, populi

puſi populi. Iſrael inquit videns Deum eſt & in illa verba capitis quarti Amos miſi in vos mortem Iſrael inquit videntis Deum ſortitus eſt nomen & in cap. quintum Micheæ ante illa verba & tu Bethelehem nos inquit ſumus Iſrael qui mente cernimus Deum, & in cap. ſecundum Naum in principium, Iſrael inquit vir videns Deum eſt, & in Sophoniam in illa verba audiui opprobrium Moab Iſrael inquit populus euidens Deum eſt, & in Malachiã in illa verba ſuper terminos Iſrael. Iſrael inquit vir, vel ſenſus cernens Deum eſt & in Eſaiæ cap. 44. in illa verba & nunc audi Iacob vir autem videns Deum Iſrael eſt non in elementis ſed in ſono vocis, & in Hieremię cap. 31. in principium Iſrael inquit cernens Deum eſt, & quod mirere magis Diuus Hieronymus erat huius ſententiæ quã probat Eraſmus aſſertor vt Iſrael eſſet qui in Deo præualet ſiue in Deum ſiquidem ſara cum puncto in ſiniſtro cornu præualere eſt, & principari, quod in paſsione Domini præualuit Iſrael in Dominum eius permiſſu & principatus eſt Domino cum captus eſt, & deductus ad principes Iudæorum & ab illis damnatus in crucem, Iſrael eſt etiam præualens in Domino & principatus in Domino, populus inquam fidelis qui præualuit in Domino & principatus eſt in conuerſione omnium gentium fortaſſe dicet aliquis hoc ergo ſignificare voluit Eraſmus, quod Diuus Hieronymus hebrææ linguæ doctiſsimus ex locis quibus Iacob nominatus eſt Iſrael in ſcriptura ſacra, docet id ſignificare Iſrael, quod vir præualens in Deum & principans in Deũ vel in Deo. Rectiſsime iſtud quidem, ſed oportebat meminiſſe barbari illius axiomatis ad pauca reſpiciẽtis facilime paralogizantur, vere quidem dictum eſt à Propheta Oſee & explanatum à Diuo Hieronymo non tamen illud ſolum ſignificat vox Iſrael ſed rectiſsimum Domini authore eodem Diuo Hieronymo in locis citatis, ſignificat quidem Iſrael præualens in Deum vel in Deo, ita tamen vt ſignificet rectiſsimum Dei & idem quod vir videns Deum ne dicat Eraſmus perperam eſſe intellectum hoc nomen ab omni antiquitate, vnde hoc tibi in mentem venit Eraſme omnem antiquitatẽ emendare paras? in eo quod tu prorſus neſcis hebrææ linguæ prorſus rudis? hanc operam tibi dabat Theſeus tuus, Iudæus inquam ille quo te ſolebas iactare qui tibi dabat operam in his quæ ſcribebas ex hebræa lingua in omnem errorem te traheret ille Iudæus impius. Et ne credas ſola noſtrorum hominum authoritate nos niti. Philon Iudæus de confuſione linguarum Iſrael videntem Deum interpretatur, & idem Philon de diuinis ſortibus Iſraelem dictum docet quod Deum videret & de certaminibus & præmijs Iſraelem chaldaice ſignificare putat videntem Deum & de virtutibus & legatione ad Caium, Iſrael inquit videns Deũ eſt ſed repugnat inquies huic ſignificationi orthographia ſi enim ſignificaret Iſrael vir videns Deum, is vir, ra videns el Deum illa prima pars is vir cum aleph à principio ſcribi deberet non ſcribitur cum aleph non ergo hoc ſignificat Iſrael deeſt vna littera aleph, vt id ſignificare poſſet iam olim ego collexeram plurima exempla nominum quę in compoſitione amittebant litteras. Contentus vno canone homiuum doctiſsimorum hebraice qui authores fuere lexici complutenſis qui in dictione de raon ſcribunt, licet dictio de ſcribatur cum littera iod ad hoc quod ſignificet abundantiam, tamen in compoſitione poteſt omitti illa littera ſicut in alijs dictionibus compoſitis in quibus deficiunt, vel ſuperfluunt aliquæ litteræ, & cum ego olim hæc docebam, vel hoc nomine Iſa contentus erã abunde probatum exiſtimabam perdi litteram in compoſitione, is vir eſt cum aleph in principio vnde dicta Iſa mulier perdit aleph, dices fortaſſe recte ſane

omnia

omnia quæ dictæ ſunt tamen ab ipſa ſcriptura vellem edoceri facile hoc qui dem eſt Geneſeos cap. 32. ſcriptum eſt vocauitque Iacob nomẽ loci illius phanuel dicens vidi Dominum facie ad faciem ergo Iacob vidit Deum, à pana ſeu phana, videre, facie ad faciem, el Deus, vi dit Deum facie ad faciem.

Tertij Libri concluſio.

DEſtinaram animo hunc tertium Librum facere longiorem, cum ad hunc locum peruertum eſt, id viſum mihi eſt ſuperuacaneum: vbi enim mõſtratum eſt quoſdam ex noſtris immiſſis habenis relicta vulgata ſcriptura & tranſlatione Lxx Rabinos ſequi nec ſanctorum Patrũ interpretationis ſcripturæ meminiſſe quid plura addere neceſſe eſt? Quis enim, eſt qui neſciat illud Hieronymi in cap. 1. Epiſtolæ ad Galátas in illud, Audiſtis vſque hodie qui Iudaico ſenſu ſcripturam intelligunt perſequuntur Eccleſiam Chriſti, & in cap. 5. Epiſtolæ ad Gal. in illud manifeſta autem ſunt, quicunque igitur aliter ſcripturam intelligit quàm ſenſus ſpiritus ſancti flagitat quo conſcripta eſt, licet de Eccleſia non receſſerit, tamen hæreticus appellari poteſt, atqui Iudæi Spiritum S. non habent. Cui non veniet in mentem illud Origenis, in illa verba Matthæi, diuiſerunt ſibi veſtiméta mea qui Iudaicas amant interpretationes ſacerdotes & pontifices Iudæorum imi tantur qui cruci affixere Chriſti Dominum, ſic enim ipſi verbum veritatis poſitum in ſcriptura crucifigunt falſis expoſitionibus ſuis, & cui non obuerſabitur oculis illud Pauli quo Magiſtratus. R. P. obſecrat authore Ambroſiõ in caput primũ Epiſtolæ ad Timotheũ in princ. ne patiantur Iudæos docere ali ter, quam ab Apoſtolis traditum eſt. Sequentes enim libri oſtendent Apoſtolos & Euangeliſtas à quibuſdam cõtemni qui Iudaicas interpretationes ſequuntur non Apoſtolicas nec Euangelicas quod ſi ſummorum magiſtratuũ permiſſu fiat quæ nobis eſt ſpes reliqua niſi obuerſaretur oculis illud promiſſum Domini, portæ inferi aduerſum Eccleſiam non præualebunt, vaſtabit tamen eam fortaſſe aper de Sylua, ſi Dominus ſinat.

Finis Tertij Libri.

APOLOGETICI PRO LECTIONE APOSTOLICA ET Euangelica, & pro D. Hiero. Vulgata, proque tranſlatione Lxx virorum, contra earum obtrectatores, & contra recens quaſdam textas ſcripturæ interpretationes in his locis in quibus vulgatam & teſtimonia Apoſtolica & Euangelica eneruant & labefactant

Liber Quartus.

Autore Leone Caſtro ingenuarum Artium, & Sacræ Theologiæ Magiſtro, Collegij Theologorum in inſigni Academia Salmanticenſi Decano, Canonico ſcripturæ interprete in Eccleſia Sancta Valliſoletana.

Præfatio in Quartum huius operis Librum.

ARbitror me Epiſtolis & præfationibus lectorem delaſſaſſe ſi quis fortè huius operis lector eſſe velit, & ideo in hac præfactione breuitati ſeruiendum eſt, tantum dicam, his poſtremis tribus libris ſummam huius rei de qua agimus, contineri, quod primus liber generaliter pugnat, aduerſus ea quæ quidam ſcriptores in noſtram ſcripturam dicunt generaliter. Secundus liber arma miniſtrat tribus ſequentibus libris: tertius iam liber ſecundi adiutus armis quoſdam ſcriptores refutat qui ſubuertunt eccleſiaſticam ſcripturam quæ veteres patres Græci & Latini ad probanda ſacræ fidei noſtræ dogmata vtuntur, et ad refellendos Iudæos & hæreticos, dum veritatem ſcripturæ in hebræa lectione contineri contendunt, & ad illius exẽplum noſtra caſtigãda. Quartus et Quintus liber & .6. petũt ſublimiora, defendunt locos Apoſtolicos et Euangelicos citatos ex veteri teſtamento à calumnijs obtrectatorum. Hoc Quarto libro quinto et ſexto loci Apoſtolici, et Euangelici continentur, locos communes probationum eorum quæ toto hoc opere dicenda ſunt, libro ſecundo ſuo ordine digeſſimus, vt cum probare vellemus quæ dicenda eſſent,

ſent probationem ſigillatim eo referre poſſemus, nec neceſſe haberemus immorari ſingulis, quæ oporteret probari, cum libro ſecundo ſingula ſuo ordine probauiſſemus locis quibuſdam communibus. Singulis igitur ſuperioribus libris mõſtratum eſt nouas quaſdam ſcripturæ interpretationes noſtræ religionis eſſe refutationes acerrimas non dico omnes ſed quaſdam et in his locus tamen quibus vulgatam aut locos Apoſtolicos et Euangelicos eneruant, his duobus poſtremis non monſtratur ſed demonſtratur cum oſtenditur Apoſtolos & Euangeliſtas in quibus Spiritus ſanctus eſt locutus quique Eccleſiæ magiſtri ſunt, ex lectione hebræa à Iudæis vitiata refutari.

Prima obiectatio quæ Apoſtolis & Euangeliſtis & Concilijs ſanctiſſimis, & ſacris Doctoribus fieri videtur.

ILla primum Phalarica fulminis actá modo quorundam noſtrorum manibus contorta, in Eccleſiam ſanctam venit quod Lxx tranſlatio poſtquam vulgata D. Hieronymi recepta ab Eccleſia eſt, repudiata eſſe videatur, tanquam parum fideliter verſa, ea inquam Lxx tráſlatio qua Apoſtoli & Euágeliſtę ſunt vſi, & ſacri Doctores Grçci & Latini, & ſacra Concilia in confirmandis Eccleſiæ dogmatis, & ad refellendos Iudæos & Hæreticos, vt ſi tranſlatio Lxx labefactetur omnia hæc quæ diximus eodem impulſu concuti ſint viſa quippe ſi ſcriptura parum firma niti videantur, quæ poſtea repudiata ab Eccleſia ſit, vt quæ falſa multa habeat, vt hæc quæ diximus ſimul repudiata eſſe videantur.

Cur tranſlatio D. Hieronymi ſit in Eccleſia recepta, & quod Lxx interpretatio non ſit ab Eccleſia neglecta.

ET priuſquam manus conſertum cum his qui ſunt ex parte diuerſa veniamus non ab re erit in memoriam redigere, quod alibi dictum eſt fuſius, tranſlationem Lxx truncam eſſe & laceram, multis locis, Iudæorum malitia & temporis iniuria defectam, & ideo vſque ad tempora D. Hieronymi Eccleſiam adhibuiſſe Iudæos tranſlatóres, vt quæ locis aliquibus in tráſlatione Lxx eſſent defecta reſarcirét, & vt ex aliarũ tranſlationum collatione ad ſcripturæ intellectum iuuaretur. Nec enim Iudæi tráſlatores tot erát inſtructi dolis quot ſunt inſtructi noſtri téporis Iudęi quos per mille quingentos annos ſunt commenti, poſtquam D. Hieronymus ſuam fecit vulgatam petijt vt loco tranſlationum Iudaicarum eius tranſlatio reciperetur quod ipſe Chriſtianus eſſet, Iudæi Chriſto aduerſarétur, recepta eſt igitur tranſlatio Hieronymi loco Iudaicarum tranſlationũ, quas Eccleſia pellere ęquũ eſt viſum, recepta eſt Hieronymi tranſlatio vt vna cũ Lxx interpretatione in Eccleſia ſancta eſſet, ſic enim inquit Hieronymus, Noua cudimus vt non deſtruamus vetera. Et quod D. Hiero. interpretatio integra eſt, nec vllis defecta locis, ideo Eccleſiæ Romanę magis in vſu eſt, vt liqueat Lxx virorũ interpretationẽ nõ eſſe ab Eccleſia repudiatá, eadé enim opera repudiarentur veterũ Patrũ ſcripta quæ in interpretánda tranſlatione Lxx verſantur, & in refellédis Iudæis & hæreticis, & confirmádis fidei dogmatis Lxx virorũ teſtimonijs, & ſancta cõcilia eadé opera reijcerentur, quæ ſunt

ante

ante tépora D. Hiero. facta & Apoſtolicę litteræ & Euangelicæ, quę adhibent quoque ſcripturæ teſtimonia ex tranſlatione Lxx ſi dānata eſſet. Lxx virorum tranſlatio ab Eccleſiā, Apoſtolicæ litterę & Euangelicæ, & cūcta ſanctorū Patrū ſcripta ab Eccleſia dānata viderētur; reuiuiſcerent hæreſes cū ſuę, reuiuiſceret & Iudaiſmus, noſtra omnia ruerēt, quod teſtimonijs ſcripturæ iuxta tranſlationē Lxx illa eſſent refutata, noſtra confirmata. Nā aiunt hi viri boni inflatu Spiritus ſancti Apoſtolos & Euangeliſtas, & in Cócilijs ſacris ſanctos Patres ex trāſlatione Lxx delegiſſe quæ vera eſſent. Sed non continuo reliqua quæ non eſſent citata in litteris Apoſtolicis & Euangelicis & in ſacris Concilijs, eſſe trāſlata fideliter à Lxx viris. Sōniū dicerēt Iudæi & infideles, vt vera dicas quæ tui Apoſtoli & Euangeliſtæ, & tua cócilia citarint ex tranſlatione Lxx & fateare in reliquis poſſe falſa reperiri, an non hoc loco dicerēt illud vulgatū: Qui amāt, mera ſibi ſomnia fingunt. Mallem deſertas eſſe res noſtras quā ſic à noſtris eſſe defenſas, vt omittā quod iam largiris Doctorū Eccleſiæ ſcripta quibus Iudæos & hæreticos refellunt, poſſe eſſe falſa vt Iudæi & hæretici à noſtris maioribus falſis ſcripturæ teſtimonijs refutati eſſe videātur; & tua operá poſt mille annos Iudæi & hęretici victū attollant caput. Certè Eccleſia ſancta hoc nomine tibi parum eſt debitura. Sed quando in hac cauſa res tanta agitur eam diſceptemus. Nil enim ait Ambroſius, in re ſimili tam periculoſum ſacerdoti quā reticere quæ ſentiat.

Quæ Apocrypha appellentur in Eccleſia, & quod teſtimonia petita ex trāſlatione Lxx à quibuſdam hominibus noſtris Apocrypha fiunt.

NOſtri aduerſarij, quos authores habere videntur huiuſmodi viri docti, de quibus vſq; adhuc tā multa diximus, tāto odio noſtra inſectari videntur, vt magna animi cótentione perſuadere conetur noſtris hominibus, omnia teſtimonia Prophetarū citata ab Apoſtolis & Euangeliſtis iuxta trāſlationem Lxx eſſe veluti Apocrypha; nó planè & apertè quidē, incurrerēt enim præſentiſſimū exitiū, Tectè tamē & inſidioſè, ita vt viros quoſdā per doctos & religioſos qui eos ſequuntur fallāt. Prius tamē quā id oſtēdo, aperiā neceſſe eſt quos libros Eccleſia ſancta vocet Apocryphos. Hieronymus in præfatione in libros Regū ſcripturā omnē diuidit in libros Canonicos, Agiographos, & Apocryphos, (Agiographos miſſos faciamus, quod de his alibi latius fortaſſe erit dicēdum) canonicos libros appellat ſcriptos à Prophetis, Apoſtolis, & Euangeliſtis quos canónicos dictos docet, quod canó Eccleſiaſticus eos recipit, & Eccleſię regula illis hūc iubeat deferre honorē, vt eis nec in pauxillulo quidem aduerſari cuiquā liceat. quod inflatu Spiritus ſancti omnium cóceſſu ſint ſcripti, qui veritas prima eſt, quę fallere aut falli nullo modo poteſt, vnde noſtra veritate prima niti dicitur, vt re ipſa nituntur. Apocrypha, inquit, ea ſunt, quę libris canonicis nō annumerantur, quæ nó ſunt in Eccleſijs recepta Apocrypha dicta ἀπὸ τῶν ἀποκρύφων, ideſt, à celando & abſcondendo quod ſint abſcóditorū & incertorū authorū, ſcilicet, quibus fides haberi nó poteſt. Auguſti. quoq; cótra Fauſtū Manichęū lib. 11. ca. 2. Apocryphos libros appellat, quorū nullo vinculo detinetur lector, vt pagani librorū noſtrorū authoritati nó cedūt, nec Iudæi nouo teſtamēto, vt etiā ex his liqueat trāſlationē Lxx ab his fieri Apocryphā, quādo ei fidē nō putāt habēdā, vt ſcripta omniū veterum Patrū quę trāſlationē Lxx interpretātur trāſlationē Apocryphā iuxta horū ſententiā interpretētur & Apoſtoli & Euāgeliſtę & cócilia citēt Apocrypha, cū citāt trāſlationē Lxx cui nó putāt per ſe habēdā fidem, ſed pergamus porro. Apocryphos libros cauēdos monet Hierony. in

Epiſtola ad Lætam de inſtitutione filiæ, Caueat, inquiens, omnia Apocrypha, Origenes & eum ſequutus Hieronym. in cap.5.Epiſtolæ ad Epheſios, putarunt Apoſtolos & Euangeliſtas quædam citaſſe ex Apocryphis, ideſt de ſcripturis obſcuri nominis non receptis, incertæ authoritatis non quod Apocrypha cõprobarũt, ſed eo modo quo citat D.Paulus Aratum, Epimenedem, & Menãdrũ, non quod Arati, Epimenidis & Menandri ſcripta probarit, ſed quod verè eos aliquid dixiſſe teſtatus ſit, expende tu quæ dicunt quidam non citari translationem Lxx quod omnia quæ tranſtulerint vera ſint, ſed quod illa quæ citant Apoſtoli & Euangeliſtæ & Concilia vera tranſtulerint, & fideliter, non ſola, inquies, fideliter tranſtulerunt Lxx quæ citant Apoſtoli, ſed alia quoque non omnia, nec Aratus, Menander, & Epimenides ſola illa vere dixere, ſed alia nõ omnia tamen. Vides quomodo Apocryphã translationem Lxx facere videris, quã vt poſtea apparebit ſequitur vniuerſa catholica Eccleſia, poſtulare ergo videris, vt vniuerſa catholica Eccleſia relicta te ſequamur? Ergo vt ad propoſitum redeamus Hierony. in finem capitis citati in illud: Propter, &c. vetat citari Apocrypha aut fateri à noſtris eſſe citata: inquiens, ſicubi teſtimonia quaſi de Prophetis & veteri teſtamento ab Apoſtolis vſurpata ſunt, & in noſtris codicibus non habentur, nequaquam ſtatim ad Apocryphorum ineptias & deliramẽta recurramus. Augu. quoque de ciuitate Dei. lib.15.c.23. in Apocryphis, inquit, & ſi inueniatur aliqua veritas, tamen propter multa falſa, nulla eſt canonica authoritas, & ſupra dixerat, omittendas fabulas earum ſcripturarũ quę Apocryphæ nuncupantur, nõ tu eadem & peiora de translatione Lxx? eſſe quidem in trãslatione Lxx ea vera, quæ citarunt Apoſtoli & Euangeliſtæ, non tamen inde ſequi reliqua omnia in translatione Lxx eſſe vera. Audi præterea quid colligi poſſit ex his quæ dicis. Monſtratum eſt lib.1. fraudem illam Sophiſticam quam Ariſtoteles lib.2. Priorum & Topicorum. 8. petitionẽ in principio nominat multis modis fieri ſolere, primo modo ſi rẽ quæ venit in controuerſiam petamus nobis dari ab eo qui contradiſputat, vt ſi Iudæus petat dari ſibi translationem Lxx nullius eſſe authoritatis, Apocrypham eſſe reſponderemus, quid tu nos ſtipites putas, vt quod in controuerſiã vocatur largiamur tibi liberè. Hoc genus, primum petitionis in principio nõ niſi aduerſum ſtultum & fatuum ſolet adhiberi. Secundo modo fieri ſolet petitio in principio ſi is qui contra diſputat, nominis mutatione fallere conetur, vt ſi quidam petat dari ſibi translationem Lxx. non eſſe ſcripturam in Eccleſia ſancta receptã ſi id ei largiremur facile concluderet Apocrypham eſſe translationem Lxx, quod ſic definita eſt ſcriptura Apocripha quæ non ſit in Eccleſia ſancta recepta, & tu idem tibi poſtulas dari, cum petis vt detur tibi poſt D. Hieronymum translationem Lxx eſſe neglectã ab Eccleſia. Tertium eſt genus petitionis in principio quod etiam prudentes viros fallere ſępe ſolet, cum petit aduerſarius aliquid ſibi dari, vnde ſequatur neceſſario translationem Lxx eſſe Apocrypham, & Apoſtolos & Euangeliſtas qui teſtimonia ſcripturæ iuxta Lxx. citarint ex Apocryphis citaſſe teſtimonia, quomodo quid peius aut exitialius dici poſſit non reperio. Accipe ergo quomodo quidem ex noſtris hoc tertium genus petitionis à principio multis modis adhibeant, & varijs modis verſent.

Quod teſtimonia petita ex translatione Lxx ab Apoſtolis & Euangeliſtis paria fiunt à quibuſdam his quæ ex Apocryphis petita dicuntur.

EX his quæ dicta ſunt capite ſuperiore de Apocryphis apparebit

 iam

iam teſtimonia citata iuxta tranſlationem Lxx à quibuſdam fieri Apocrypha, aut non maiore in vim habentia, quam ſi ex Apocryphis ſumpta dicerentur. Aiunt enim fateri ſeſe, veteres patres nonnullos authores eſſe tranſlationem Lxx afflatu Spiritus ſancti eſſe textam, ſed huic veterum patrum ſententiæ Eccleſię conſentientis authoritatem eſſe anteferendam, quæ aditioni Lxx anteponit æditionem Diui Hieronymi, quæ in multis diſcordat à tranſlatione Lxx & ei eſt contraria. Subiungit poſtea declaraſſe rerum euentũ, Eccleſiam vſam fuiſſe tranſlatione Lxx non tanquam veritate originali, ſed tanquam interpretatione per ſapientes homines facta, in qua nihilominus poſſet eſſe aliquid non bene interpretatum, & quod iſto modo, & nón alio Eccleſia illam probauerit. Docuit, inquiunt, hoc ipſe rerum euentus. Nam poſtea eadem Eccleſia neglecta eadem hac interpretatione admiſit verſionem Diui Hieronymi. Hæc illi, iuxta quos reſipuiſſe tandem Eccleſia videtur, & neglexiſſe Lxx virorum interpretationem. Indicauit ergo eam Apocrypham. Apocrypha ſiquidem ſcriptura eſt quę non eſt recepta in Eccleſia, ſi neglecta eſt poſt Diuum Hieronymum, digna erat ergo, quæ negligeretur, alioqui non eſſet ab Eccleſia neglecta, & Eccleſia ſuum errorem damnaſſe videri poſſet; vt Apoſtoli & Euangeliſtæ cum ex ea citarint teſtimonia, ea citaſſe videantur ex ſcriptura quæ digna eſſet, vt negligeretur, & ex ſcriptura Apocrypha, & ita ruunt litteræ Apoſtolicæ & Euangelicę, prælertim cum infra oſtenſuri ſimus omnia ferè Apoſtolos & Euangeliſtas citaſſe iuxta tranſlationem ſeptuaginta. Adde quod horum hominum ſententia noſtra non ſunt fundata ſuper fundamenta Prophetarum, vt ait Paulus, ſed ſuper Apocrypha quædam fundamenta in Eccleſia non recepta, aut ſuper fundamenta in Eccleſia neglecta. Poſt tempora, aiunt, Diui Hieronymi, ſi poſt tempora Diui Hieronymi tranſlatio ſeptuaginta digna viſa eſt quæ negligeretur, digna igitur erat ante hæc tempora quæ haberetur neglecta; quod poſt tempora Diui Hieronymi per Eccleſiam eſt declaratũ, Apocrypha igitur, nec digna quæ ab ipſo Domino, & eius Apoſtolis & Euangeliſtis citaretur quippe digna quæ ab ipſa Eccleſia longo poſt tempore negligeretur, vt iuxta hos verum hoc loco murmur, contra Dominum eſſe poſſet, qui dedit ex rupe aquas, qui in deſerto populo ſuo menſam parauit, qui genus humanum homo factus vicaria morte redemit, & in cruce aereas trium phauit poteſtates, populo gentium, qué in Eccleſiam vocauit (nam lui eum non receperunt) & reliquijs quæ ex populo Iudaico ſaluæ factæ ſunt ſcripturam ſacram, vt ait Origenes, dare non potuerit per quadringentos annos? adeo vt Apoſtoli & Euangeliſtę, & Doctores ſacri, quos ſpiritus ſanctus Eccleſiæ dedit per tot annorum curricula ſcriptura ſacra caruerit; Atqui ſi Philoſophos roges vnum ex Dei nominibus eſt αὐτάρκης, ſibi ipſi ſufficiens nulla re indigens, vt qui aliqua re defectus ſit Deus eſſe non poſsit, & Deo optimo maximo poſt tot beneficia in hominum genus collata hoc vnum per hos defuerit quod ſcripturam ſuæ Eccleſiæ dare non potuit. Nam Eccleſia vetus Hebræis voluminibus non vtebatur, potuit ergo Deus ille immenſus & infinitus homo fieri, potuit is qui rerum omnium effector eſt Dei filius, homo fieri, poteſtates tenebrarum triumphare, ſcripturam dare non potuerit? Defecit, ergo Deus non erat. Quanto melius ipſe, qui tribus ſæculis ante ipſius aduentum ſcripturam per 72. Iudæos transferendam curauit, idque inflatu Spiritus Sancti, vt quidquid paraphaſi quadam interpretarentur aut veluti commentariolo explanaret ſacra

eſſe ſcriptura, nec leuis illa obiectatio eſt quod quęſtiones de fide, in primarijs Concilijs ante tempora D. Hieronymi per illam ſunt definitæ, nec illa reſponſio facit ſatis, quod Spiritus Sanctus, indicauit teſtimonia citata ab Apoſtolis & Euangeliſtis & à principibus Eccleſię eſſe vera, nec enim Deus paſſus eſſet (aiunt) vt Apoſtoli aut Euangeliſtę, aut Eccleſia errarent: miraculo igitur res noſtræ defendūtur, & vbi ratio deeſt ad miracula confugimus, vbi miraculis nihil eſt opus, ſed hæc reſponſio facit vt tranſlatio Lxx magis Apocrypha horū hominum iudicio eſſe dicatur, nam qui volebant Apoſtolos & Euangeliſtas teſtimonia quædam paucula ex Apocryphis citaſſe, ita ea defendebant Spiritum Sanctum qui Apoſtolis præſidebat, non paſſum eſſe eos errare, ſic enim Origenes in fine prologi in cantica canticorum de Apocryphis citatis ab Apoſtolis iuxta quorundam ſententiam, potuit fieri, inquit, vt Apoſtololi vel Euangeliſtæ Sancto Spiritu repleti, ſciuerint quid aſſumendum eſſet ex illis ſcripturis, quidue reijciendum, confer ſi placet hæc verba Origenis cum tua reſpōſione, & intelliges te facere videri omnia teſtimonia in Apoſtolicis litteris & Euangelicis & in Concilijs Apocrypha, nihilominus Origenes negat Apocryphis vtendum eodem loco, & Hieronymus in cap. 5. Epiſtolæ ad Galatas, in illud: propter &c.

Quod hæc ſententia quam refutaui quorundam hominum noſtri temporis nō ſolum vniuerſa theogiæ ſacræ ſubruit fundamenta, ſed etiam R. P. Chriſtianam funditus ſubuertit.

Theologia ſacra ſapientia & ſciētia dicitur, vt re ipſa eſt, & non ſolum noſtra theologia, quæ reuelata eſt diuinitus & doctrina ſupernaturalis, ſed illa humana theologia quā docuere Ariſtoteles & Plato principijs nititur neceſſarijs & non contingentibus: nam ſi principia haberet cōtingentia nec ſapientiæ, nec ſciētię nomine digna eſſet, principia theologię ſunt ſcripturæ canonicæ, propheticæ & Apoſtolicę, ſiquidē euāgelica doctrina & apoſtolica ſuper Prophetas eſt fūdata, vt docet Paulus, ſi prophetica teſtimonia quibus nititur doctrina euangelica nō ſunt vera neceſſario, ſed cōtingentia, doctrina euangelica falſa eſſe poterit, & indigna ſapientiæ nomine & ſciētiæ, citat doctrina Apoſtolica & euāgelica teſtimonia ſcripturæ ex trāſlatione Lxx quę vera poſſunt eſſe & falſa, citat ergo teſtimonia contingentia, & quę falſa eſſe poſſint, nam quod ait Spiritum Sanctum non fuiſſe permiſſurū vt errarent Apoſtoli & euangeliſtæ, ritu Canterino aſtans ſomniat, dicet infidelis, tu dicis vera eſſe quæ citāt Apoſtoli & euāgeliſtæ, cętera eſſe poſſe falſa, ego contra dico inquiet Iudæus & Paganus falſa eſſe quæ Euangeliſtæ veſtri dicant veriora multo eſſe reliqua, quęro hæc ne ſit natura neceſſariorum aut contingentium, ſat eſt inquiens vt nos iſta probatione contenti ſimus ſcrutari nos iubet Dominus ſcripturas, & non ſimpliciter legere, ait Chryſoſt. & refutare aduerſarios & docere, & noſtrarum rerum rationē reddere, & ſi tranſlatio Lxx qua vtūtur ferè Apoſtoli & Euāgeliſtæ, & ſacri ſcriptores veteres facta à viris prudentibus tantum eſt qui falli potuernnt, humana igitur fide noſtra nituntur & non veritate prima, potuit ne quicquam in fauorem Iudęorum citari magis, magno Iudæi emerent, vt Eccleſia hoc fateretur citari à noſtris Apoſtolis & Euangeliſtis quæ poſſent eſſe falſa, rem factam habere ſe putarent Iudæi, ſed quęro ab his bonis viris, qui aiunt Eccleſiam neglexiſſe poſt tempora Diui Hieronymi translationem Lxx à qua Eccleſia eam dicant eſſe neglectam? ab ea ne cuius

caput eſt Chriſt', Atqui Chriſtus qui in Apoſtolis & Euãgeliſtis eſt loquutus eã citat ſempẽr, ſubijt ne illũ pœnitentia facti? Deũ ſubire pœnitentia non poteſt. Dices Apoſtolos Eccleſiæ partẽ? Atqui ipſos fere citaſſe Lxx planũ faciemus, & eã Eccleſiæ tradidiſſe, nec hi dãnare potuere ſuũ conſiliũ, qui pleni Spiritu ſancto omnia gerebant, nec Doctores ſancti græci & Latini veteres cœli decora & lumina ſplẽdidiſsima non exigua Eccleſię pars, quos Spiritus ſancti numẽ regebat, mutare cõſiliũ potuere qui ſemper citant trãſlationem Lxx & eã interpretantur, Non dicimus, inquient, hanc Eccleſiam in cœlis triumphantẽ, ſed illã in terris militantem, neglexiſſe tranſlationem Lxx. Damnauit ergo Eccleſia militans triũphantis Eccleſiæ priſca inſtituta, cui tu hæc perſuadebis? pręſertim cùm Eccleſia militãs omnia ſtatuat iuxta decreta triũphantis Eccleſiæ, iuxta decreta Dñi, iuxta litteras Apoſtolicas, & Euãgelicas, iuxta veterũ Patrũ doctrinã, quæ omnia Eccleſia militans ſequi ſolet non dãnare, vt dicendo prætercam vnã illã laudẽ celebrari à Cyrillo in Epiſtolis in Cõciliũ Epheſinũ Eccleſię, ſcilicet, ſi præterita tẽpora reſpicias nũquam eam mutaſſe quicquã reperies ex veteribus inſtitutis, quę à maioribus accœpit, quæ noua ſunt, hęreſes ferè ſunt, niſi ſint ſancita à ſummo Pontifice, aut ab his penes quos illa ſanciendi ſit poteſtas.

Obiectatio aduerſariorum, quod Lxx & D. Hieronymus in ſuis tranſlationibus litterarum ſimilitudine decipi potuerunt, & quod credibile eſt in quibuſdam fuiſſe deceptos.

NVllũ nõ lapidẽ mouent Eccleſiaſticæ ſcripturæ obtrectatores, vt eã loco moueant. Diuum Hierony. aiũt, ſæpè affirmaſſe Lxx viros litteratũ ſimilitudine deceptos erraſſe quod quædam hebrææ littetę inter ſe ſunt quã ſimillimæ quæ etiã à doctis difficulter internoſci poſſunt, & D. Hieron. ipſum eodẽ crimine potuiſſe implicari, vt in eadem litterarũ ſimilitudine in quibuſdã labi potuiſſet, vbi D. Hiero. eiuſdẽ criminis reũ faciunt cuius ipſe Lxx viros fecerat reos, idque nullo argumẽto ratione nulla, ſed ſimilitudine quadam, vt Lxx litterarũ ſimilitudine erraſſe dicũtur, Sic D. Hiero. quoque potuit errare, ſed quæſo vnde valet hoc conſectariũ? illi errarũt, potuit quoq; errare D. Hierony. deinde potuit, ergo errauit. Egregios Dialecticos, ſed prius pro D. Hiero. reſpondeamus quæ ſimplicior reſpõſio eſt, poſtea pro Lxx viris quę longior & prolixior erit reſponſio, quod plures multo habet aduerſarios, qui acrius & acerbius in ſuam perniciem incumbunt.

Reſponſio pro D. Hieronymo.

AEquum erat vt qui D. Hiero. reũ faceret aliquo laltẽ crimine, quod digito cõmõſtraret faceret reũ, aliquos ſignaret locos verſos à D. Hierony. de Chriſto Dño, qui melius verti poſſent, nam hoc tuto dicere liceret, & ſignare Chriſti myſteria quę ſignificãtius exprimi potuiſſent, quã ſunt à D. Hieronymo expreſſa, alioquiin his interpretationibus quæ vulgatã ſabefactãt aliqua noua de Chriſto Dño myſteria reſerarẽtur, ſemper enim in ſcriptura ſancta, ait Auguſtinus erunt racemationes, quod ſenſibus Spiritus ſancti exuberat ſemper, vnde eruas modo cœleſtes theſauros. Sed age quãtã vim habeat obtrectatorũ D. Hiero. argumentũ expendamus. Potuere decipi Lxx litterarũ ſimilitudine & errare, potuit igitur D. Hierony. eadẽ litterarum ſimilitudine decipi & errare. Vnde inquam hoc valet conſectarium? Lxx viri primi omnium vertete grecè ſcripturam hebræam, cum tantum ſcripta erat conſonantibus veluti quibuſdam notis, quas cifras nominamus, ſine vocalibus vllis, ſiue punctis, quæ apud hebræos valent pro vocalibus, cũ

lectio

lectio hebræa nullos haberet apices, quæ vocum hebræarum mutant ſignificationes, & primi omnium Lxx ſcripturam vertere cum nulli duces erant qui eis præirent, primi omniū hanc aperuere viam, vt ſi laberentur illis eſſet parata venia, D. Hieronymo erranti nulla erat venia parata habebat multos duces qui ei transferenti hebræam lectionem præirent, & veluti facem prælucerent, primum ipſos Lxx viros, poſtea Aquilam, & Symmachum, & Theodotionē, & cæteros tranſlatores Iudæos, & Iudæorum doctiſsimum quemque, nam vt ipſe D. ſcribit Iudæorum doctiſsimos conſulebat, quod vt ſæpe à me dictum eſt Iudæi eo tempore non erāt tot commenti fraudes quot ſunt commenti Iudæi noſtræ tempeſtatis per annos mille quingentos, & eo amplius, ex ſingulis ergo D. Hieronymus decerpebat lectiſsima quæque, fugiebat venenata & Iudaica, pro ſingulari eius ſapientia & prudentia, pro ingenio acerrimo, & admirabili quadam ſanctimonia, qūi potuit ergo hic Diuus ſimilitudine litterarum decipi? vbi tot habebat duces qui ei hebræam æditionem interpretāti præibant, vbi Spiritus ſanctus potiſsimum ei rector aderat in re tanta, & Eccleſiæ ſanctæ tam neceſſaria, errare ne potuit quæſo hic Diuus litterarum ſimilitudine in tanta luce hominū qui ei præibant, & in tanto munere Spiritus ſancti, qui ei fulgetiſsimam facem prælucebat? tam bonam operam nauanti Eccleſiæ ſuæ ſanctæ. Sed ſunt qui ad id affectent viam, vt aperiant ſibi feneſtram qua dicere poſsint, non omnes partes vulgaræ ſacri Concilij decretis eſſe defenſas? ſed hac vobis non ſucceſsit, nec alia vnquam via ſuccedet vobis, nā promiſſum nobis eſt portas inferi aduerſus Eccleſiam nunquam præualituras: eiſdem rationibus Pagnino ſit reſponſum, qui in ſuo grāmaticæ proœmio vulgatam noſtram riuos appellat cænoſos, aut lutulentos, & D. Hieronymum ait deceptum à ſuo præceptore Iudæo viro indocto & imperito, quibus alij taciti in aurem addunt, D. Hier. hebrææ linguæ non magnopere fuiſſe peritū, quāquā hæc & alia huius notæ expūcta ſunt ex arte grammatica pagnini ab eius nominis ſtudioſis.

Lxx Virorum defenſio.

IN principio huius defenſionis Lxx virorum, autoritatis D. Hieronymi graui pondere premimur, non leuiore AEthnæ montis ſcopulis quod Euripides opinor ait, aiunt enim D. Hieronymum affirmaſſe idque non ſemel Lxx viros ſimilitudine litterarum deceptos erraſſe, vt pugna non cum Lxx virorum obtrectatoribus, ſed cū D. Hier. ſuſcepta eſſe videatur, niſi onus hoc leuauerimus, obruemur pondere tanto, mōſtratū eſt in huius operis prolegomenis, D. Hier. ægerrime ferre ſolitū ſi quæcūq; in eius ſcriptis legantur ei à nobis imputentur, quod more commentatoris, inquit ille, omnium ſentētias in ſuis ſcriptis citra diſtinctionem ſit complexus, tā probandas quam improbandas, vt prudens lector tanquam bonus trapezita probanda probet, improbet improbanda, quæ non de ſua, ſed de aliorum ſententia eſſent cōſcripta, hoc vno iacto fundamento, ita leuatum mihi onus eſſe videtur, vt animum recepiſſe videar, vt poſsim iam loqui quæ in mentem veniat, nam hanc ſententiam de Lxx viris quæ in ſcriptis D. Hieronymi eſt, ex eorum eſſe numero quæ Hieronymus de aliorū ſentētia retulit hinc conijcies quod huius operis lib. 2. cap. 18. & 19. Lxx virorum cauſam ex D. Hieronymo ita defendimus, vt vel ſeueriſsimis atque adeo iniquiſsimis Iudicibus ita illam probauerimus vt refutationi nullus fuerit relictus locus, pari nanq; iure Lxx trāslatio eſt defenſa cū Iudæis trāſlatoribus, cū Aquila, cū Symmacho, cū Theodotione, & cū reliquis eiuſdē notæ hominibus tanquā pares inter ſe vtrique eſſent, tanquā non plus tribuendū

eſſet his quam alijs, quod mihi iniuriæ pleniſsimum ſemper eſt viſum, quod, vt ait Ariſtoteles in Politicis lib. 2. Nulla maior inæqualitas quam inter prorſus diſpares æquabilitas. Quæ enim maior inæquabilitas ea quæ eſt inter Iudęos & blaſphemos tranſlatores (vt verbis Diui Hieronymi vtar) & Lxx viros, qui, vt ait Iuſtinianus, tribus ſæculis ante Domini ortum circumfulgente eos Spiritus ſancti lumine Chriſti omnia myſteria tanquam pręſentia videre, & ad ea ſuā trāſlationem direxere, & tamen vtroſq; eadem pertica atque menſura eadem dimenſi ſumus tam diſpares, tàm nulla in re pares. Siquidem Lxx interpretes numero. 72. ſimul, Iudæi tranſlatores ſinguli quiſque per ſe. Vbi incredibile eſt, vt ſinguli per ſe tantum efficere potuerint, quantum. 72. ſimul ijdemque ſuæ tempeſtatis longè doctiſsimi & ſanctiſsimi, vt ait Ioſephus, illud adijce quod. 72. illi Iudæi vacui odio & gratia tribus ſæculis ante Domini aduentum vertere græcè ſacras litteras, Iudæi tranſlatores poſt crucem Domini tranſtulere græcè cum animi illorum odio in Chriſtum Dominum & Chriſtianos ardebant, cui rei illud quoque accedit, quod ſcribit Ariſtoteles in prologo Rethoricæ ad Theodectem, quod explanatio legis ante natam litem longè & multum eſt anteponenda ei quæ poſt ortam litem eſt facta, quod odio & inuidia & ſuorum amore tranſlatores peruertiſſe quæ pro parte diuerſa facerent ſit neceſſe. Simul etiam quod confeſſa res ſit ſcripturam ſanctā ſine Spiritu ſancto explanari nullo modo poſſe, vnde ſcripturæ interpretes in nouo teſtamento Prophetæ appellantur, quod leges apud Ambroſiū in ca. 3. & 4. Epiſtolæ ad Epheſios centies repetitum. Et apud Origenem Homelia. 2. in Ezechielem, vbi eodem Spiritu ſancto opus eſſe ait ad interpretationem ſcripturę quo Spiritu ſancto prophetia ipſa prædicta à prophetis eſt. Nemo igitur eſt qui hos pares fecerit, etiam ſi nihil eſſet aliud quam quod Iudæi Spiritu Satanæ pleniſsimi erant, Lxx verò Spiritu ſancto erant pleni, vt ait D. Hierony. Diſpice igitur tu, & diiudica, num par ius & æqualis authoritas horum eſſe debuerit, tamen vſi ſumus conceſsione figura apud oratores vſitatiſsima qua etiam quod iniquiſsimum eſt cauſæ bonæ fiducia patimur. Et ita Lxx viros pari iure cum Iudæis tranſlatoribus defendimus, vt appareret Lxx ab obtrectatoribus, nullo æquo iure, nullo iure bono fieri reos.

Quæ dixerit D. Hieronymus in tranſlatione Lxx aut retractare eſt viſus, aut de aliorum ſententia ea dixiſſe non de ſua, quædam verò gloſſulas eſſe quæ è margine in ipſum D. Hierony. contextum irrepſere.

CVr ergo inquies D. Hierony. toties Lxx viros dicit erraſſe? dixi D. Hieronymum quæ dixerat in eos, videri potuiſſe retractare, vt Auguſtin⁹ libros retractationum ſcripſit, quod ex multis locis inſcriptis D. Hieronymi liquet, vel ex illo quod ipſe Diuus in præfatione in Paralipomena ſcribit Lxx viros plenos Spiritu ſancto ſcripturā trāſtuliſſe, nec ſemel id dixiſſe contentus bis idem repetit, & addit quæ in ea vitioſè leguntur non adſcribenda Lxx virorum culpæ, ſed librariorum negligentiæ & imperitiæ. Si millies Hieronymus dixiſſet erraſſe Lxx viros, ſatis ſuperque quæ dixerat retractabat omnia hoc tanto de Lxx viris elogio. Rurſus idem Hieronymus in illud cap. 31. Eſaiæ: Et erit lux lunæ. Vnde mihi datur ſuſpitio Lxx viros nō erraſſe à principio, ſed paulatim ſcriptorum vitio fuiſſe deprauatos, & in illud cap. 5. Ezechielis: Tertia tui pars, &c. cū reprehēdiſſet Lxx ſubiecit; Nec hoc dicimus ab illis factū, quibus vetuſtas autoritatē dedit. ſed per multa ſęcula ſcriptorum

torum ac lectorũ vitio deprauatum., Et in illud Ezechielis cap.33. Et factum eſt verbum Domini, cum quędam prætermiſſa à Lxx viris dixiſſet addidit, ſiue interpretata ſunt ab eis ſcriptorum paulatim ſublata ſunt vitio, idque in multis factum eſſe putat, denique idem Hieronymus in præfatione priore in libros Paralipomenõ negat ſe facturum fuiſſe ſuã tranſlationẽ, ſi tranſlatio Lxx pura & incorrupta maneret. Et in pręfatione in Danielem negat tranſlationẽ Danielis quę ſub nomine Lxx virorum circũfertur Lxx virorũ eſſe. Sed ridet inquies Lxx virorũ.72. illas cellas contrà ſentẽtiã omnium veterũ Patrum, & contra omnes veteres hiſtorias, liceat oportet Hieronymo ridere, nos oportet veteres hiſtorias ſequi, de quibus tam multa in diſputatione de tranſlationibus diximus, & veterum patrum, qui proximi temporibus Chriſti fuere ſententiam, vbi etiam illam ſententiam refutauimus quã ſæpe refert Ioſephi & Ariſtęæ Lxx viros tranſtuliſſe tantum quinq; Moſis libros. Illud quoq; habeo perſuaſiſsimũ non pauca quę inſcriptus D. Hiero. aduerſus Lxx ſcripta videntur, non fuiſſe ſcripta à D. Hierony. ſed ab inepto lectore contextui D. Hiero. fuiſſe intertexta. Accipe mea quidem ſententia huius rei inſolubile argumentum. Negat hic Diuus in Apologia aduerſus Ruffinum, ſe vnquam Lxx viros reprehendiſſe, idque centies, nũquam id facturus vir grauiſſimus, ſi eos vituperaſſet aliquando, ni ſe retractare vellet, vt ſupradictum eſt, & etiam dum apud nos ageret D. Hieronymus multa ab inepto lectore eius ſcriptis addebantur, pręſertim quæ ipſe Diuus in ſuorum librorum margine adnotarat. Multa enim dũ ſtudemus in margine adnotamus ſiue vt noſtris ea ſcriptis addamus, ſiue vt reprehendamus, ſiue ab alijs excogitata, ſiue à nobis inuenta, quæ poſtea nec hoc, nec illo modo libet ſcribere. De hac re conqueritur D. Hier. in libris ad Suniam & Fretellã, verba D. Hieronymi ſunt. Miror quomodo è latere annotationem noſtram neſcio quis temerarius ſcribendam in corpore putauerit, & infra: Vnde ſi quid pro ſtudio ex latere additum eſt, non debet poni in corpore. Conqueritur ergo D. Hieronymus cum adhuc ipſe apud nos ageret annotationes in latere poſitas, id eſt, in margine transferri à temerario librario in corpus, hoc eſt in ipſum contextum. Quid factum tu putas, poſtquam hic Diuus è corpore exceſſerit, Certè planum eſt multas adnotationes non ſolum ipſius Diui ſed etiam aliorũ è margine in ipſius contextum operum D. Hieronymi eſſe tranſlatas. Collige ergo ſic, negat hic Diuus in Apologia ſecunda aduerſus Ruffinum, ſe aduerſus Lxx interpretes quicquam eſſe loquutũ, non negaturus vir grauiſsimus ſi id feciſſet, niſi hoc modo ſe retractare vellet, quæritur de temerarijs librarijs qui adnotationes adſcriptas librorum marginibus contextui ſuorum ſcriptorum interſerunt. Addita ſunt igitur illa ab inepto & temerario librario ſcriptis D. Hieronymi quæ aduerſus Lxx ſcripta legũtur, aut omnia, aut plæraque. Accipe & aliud argumentum quod fortaſſe non minus ponderis tibi videbitur habere, D. Hieronymus ex tranſlatione cuiuſq; agnoſcere docet quam quiſque hebræã lectionem ſit ſequutus, & ita defendit non raro Lxx viros Aquilam, Symmachum, & Theodotionem quod ego ob oculos omnium ponere ſoleo exemplo codicis hiſpani, qui centeſimo aut milleſimo ante anno eſſet latine verſus, vt in Latina & Hiſpana lingua intelligat quilibet quomodo id faciat Diuus Hieronymus & quomodo nos id facere doceat. Si in codice Hiſpano qui verſus eſſet latinè milleſimo ante anno legeretur, hueſſo, & interpretum alius vertiſſet fuſum, alius reddidiſſet, os, alius, ſepulchrum, tranſtuliſſet, quis dubitaret, qui, fuſum, latinè vertiſſet, legiſſe, huſo, qui

reddidiſſet, os, in codice hiſpáño legiſſe, hueſſo, qui verò tranſtuliſſet, ſepulchrũ; legiſſe, hueſſa. Rurſus, ſi in codice Hiſpado legeretur. Tu eres liebre, & interpretum alq; reddidiſſent, tu liber homo es, alij, tu lepus es, & meticuloſus, quis dubitaret alios interpretes legiſſe, tu eres libre, alios, tú eres vna liebre. Ex tranſlatione latina, ſcilicet, ſi an codice Hiſpano legeretur. Huuo aquel año mucho higo, & videres tranſlatum, frumenti magna copia eo anno fuit, dubium ne tibi eſſet interpretem in hiſpano codice legiſſe non, huuo aquel año mucho higo, ſed, huuo aquel año mucho trigo. Si legeres in hiſpano codice, procuro de allegar aquel año mucha paja y mucho lino. Et redditum videres latine, aſportandam eo anno curauit magnam vim tritici & meri, dubitare non poſſes legẽdum in Hiſpano codice. Procuro de allegar aquel año mucho pan y mucho vino, & cętera ad hoc exemplum, quorũ exemplorum magna copia hoc libro poſita eſt, hoc modo & hoc canone vſus D. Hieronymus ex tranſlatione cuiuſque interpretis agnoſcit, quam lectionem hebræam quiſque agnouerit, & ſic defendit Lxx viros & Aquilam, & Symmachum, & Theodotionem, & alios tranſlatores Iudęos, vt oſtendi lib. 2. ca. 18. & 19. Quorſum hæc dices: Accipe iã & ſic collige veriſsima eſſe quæ diximus, exiſtimas D. Hieronymum grauẽ virum fuiſſe an leuem? conſtantem? an varium? Qui huc & illuc, vento raperetur? Apage inquies. De hoc ambigere nefas grande eſſet, bene eſt, Erat ne quæſo viri conſtantis ſic vt diximus defendere Lxx viros, & Aquilam, & Symmachum, & Theodotionem æquo iure, vt oſtendimus lib. 2. ca. 3. & poſtea erraſſe Lxx viros affirmaſſe, modo illos defendere, rurſum illos vituperare in eadem cauſa. Adde his Aquilam, Symmachum & Theodotionem blaſphemos Iudæos appellat D. Hieronymus, qui ſubdola interpretatione multa de Chriſto myſteria celarunt, & Lxx viros eundem Diuum prodidiſſe plenos Spiritu ſancto ſcripturam vertiſſe, & poſtea quos Iudæos blaſphemos nominaſſet tractare perhonorifice ſemper, defendere nunquam: contrà verò Lxx viros quos defendiſſet, quos plenos Spiritu ſancto vertiſſe ſcripturam cum alijs ſanctis patribus fere omnibus eſſet profeſſus, vituperare ita vt erraſſe diceret & ſimilitudine litterarum eſſe deceptos, modo eos laudare, modo in cauſa eadem vituperare, Iudæos blaſphemos laudare ſemper. Mihi hoc nunquam fiet veriſimile tantæ inconſtantiæ hunc tantum eſſe Diuum, & leuitatis tantæ, adijce his quod ſi cõſtare ſibi hunc Diuum volumus fateri vt fateamur neceſſe eſt, ſi pij in Chriſtianæ R.P. columen eſſe volumus, Aquilam, Symmachum, & Theodotionem lapſos ſimilitudine litterarũ erat dicturus, aut potius ex ſimilitudine litterarũ occaſionem nactos, vt viciata vna littera, aut mutato puncto, aut aliqua alia fraude myſteria de Chriſto celarẽt. Nã dic quęſo te, ſi vt D. Hieronymus ait, Aquila, Symmachus, & Theodotio ſubdola interpretatione multa de Chriſto myſteria celarunt, qui id facere potuere, niſi litterarum ſimilitudine abuterẽtur, diſtinctione & punctorum mutatione. Hęc optime notat D. Hieronymus, iſq; ea nos docuit & grauiſsimus & cõſtantiſsimus fuit, & qui in Iudæos blaſphemos videri noluit contumelioſus, admonuiſſe tantum inſidiarum contentus, vt admoniti fraudibus Iudaicis intẽti eſſemus, in Lxx viros parum erat modeſtus? vt volet quiſque exiſtimet, Ego ſemper hunc Diuum ſanctiſsimum, doctiſsimũ, grauiſsimum indicabo, & ab omni incõſtantia & leuitate alieniſsimum.

De Andrea Maſio & eius in Lxx viris conuitijs, & in eorum defenſores, & ad ea reſponſio.

SCripſeram ego in diſputatione de tranſlationib', omnes veteres Patres qui

qui de Lxx viris aliquid prodidere litteris, in ea fuiſſe ſententia, vt dicerent 72 viros illos afflatu, Spiritus S. illam feciſſe tranſlationem, nam ſi qui non ita plane & aperte id ſcripſere, id tamen ita eſſe præ ſe tulere, nec piaculum grande eſt ſi diſſentiat vir doctiſsimus Maſius, ſunt enim plæraque de quibus libere opinari licet quę videantur nec diſcordiarum id cauſa eſſe debet: ſunt tamen quædam puſilla quidem ſi à principio ſpectes, quę paulatim creſcunt & in dies magis ac magis vires ſumũt, quę niſi reſeces à principio, caput inter nubila cõdunt denique, nec poſtea poſſunt extirpari, & ob id de puſillis his diſceptare non abs re mihi futurum eſt viſum, Origenes nanque homil. 4. in cantica, datur inquit, præceptum Doctoribus Eccleſiæ, vt dũ adhuc puſillæ ſunt vulpes, dum non plures decepere ſed initium habet praua doctrina, arguere hos, & frenare feſtinent, & verbo veritatis contradicentes reuincere, alioqui ſermo eorũ ſicut cancer ſerpet & fiet inſanabilis, ſic Paulꝰ poſteriore epiſtola ad Timotheũ capit. 2. Quorum ſermo, inquit, ſerpit ſicut cancer. Quæ verba interpretans D. Hiero. Quorum ſermo inquit, niſi cito ſubuentum ſit intrat aures irremediabiliter ſicut cancer. Chryſoſtomus in caput primum ad Galatas, hoc ipſum eſt, inquit, omnium malorum cauſa, quod ob puſilla non indignamur, ob id enim maiora ſcelera ſubierunt, quod minoribus debita correctio non adhibetur, & infra: ſi cũ hęc exoriebantur mox ab initio adhibita eſſet conueniens increpatio, nequaquam nata fuiſſet hæc peſtis, nequaquam tanta tempeſtas Eccleſias occupaſſet. Quantulum hoc eſt quod Maſius relictis ſanctis patribus quos nunquam fere citat, niſi cum eos eſt vituperaturus, citat rabinos, nec eos citat ſolũ, ſed eis citandis ſe iactat, quippe marginibus operum ſuorum eorum nomina adſcribit, quo loco vſque adhuc ſanctorum nomina qui citarentur adſcribi ſolebant. Quantulum eſt hoc, inquies, pauxillulum quidem; ſed vbi periculum imminet ingens; quid enim reliquum eſt quo abi, progrediamini vlterius quæſo? certe vt relicta doctrina ſacra doceant Rabinicam doctrinam, quanquam ſi vera dicere licet, hoc iã à pleriſque fieri videmus, ſi tu rabinos ſanctis ſcriptoribus putas anteferendos, vnus reſtat actoq; vt impudens & impius prodeat qui ſcripturæ expoſitionem rabinicam euangelicæ interpretationi putet anteferendam; citant veteres patres qui mentionem aliquam de Lxx viris faciunt. Quo omnes fere tranſlationẽ Lxx inſtatu ſpiritus ſancti factã eſſe teſtentur, audetis dicere, pręignorantia ſermonis hebræi tranſlationem Lxx eos commendaſſe, cum veteres patres eam ab apoſtolis vt traditum memoriæ eſt, acceperint, & acceptam quaſi per manus ad nos vſque tranſmiſerint, quæro an conferenda eſſet tranſlatio Lxx quam à Chriſto & ab apoſtolis accepimus cũ hebræa lectione, & quærẽdum quod ait Auguſtin. an Chriſtus Dominus & eius Apoſtoli nobis eſſent mẽtiti, & falſam ſcripturã nobis tradidiſſent & vtrom vetuſtas prodidiſſet falſo ſpiritus ſancti inſtatu hanc translationem eſſe textam? poſt hæc quæſo quid reſtat niſi vt dicatis quoq; cũ impio Porphyrio, cum Iuliano Imperatore apoſtata; præignorantia ſcripturæ; & hebræi ſermonis nos Chriſti fidem recepiſſe? nam vt ſis ſciens ſcriptura ſacra oſtium ad Chriſtum eſt, vt docet Chryſoſtomus in caput Ioãnis. 9. homilia. 58. ſi ea eſt erroribus plena, vt dicitis vitiatiſsima, & eam ſolam nobis patefecere Apoſtoli & Euangeliſtæ, vere impius Iulianus, & Porphyrius impius noſtris maioribus obijciebant falſũ ſcripturæ teſtimonijs vocaſſe ad fidem homines rudes, ſtultos & imperitos; nemo enim poſt Chriſtũ Dominum in tranſlatione Lxx linguæ aculeos tantum diſtrinxit, ſi hæc ſcriptura, inquam, Lxx oſtium ad Chriſtũ fuit,

vt ait Chryſoſtomus, & plena erroribus ſemper fuit, quid reliquum eſt, niſi vt erratum ſit in principio, & paruus in principio error poſtremo in omnium maximum errorem abierit neceſſe eſt. Si ſcriptura ergo oſtium ad Chriſtum eſt, quoniam nos ad Chriſtum ducit; & eius nobis cognitionem aperit, quæro ego num Rabinica ſcriptura ad Chriſtum aperiat viam, an potius mille Iudaicis fallacijs eam obſepiat, & à Chriſto nos auertat? Certè Rabini quibus citandis gloriatur Maſius, primũ Chriſti aduentum & redemptionem humani generis omnia myſteria, inficiantur, tantum abeſt, vt ad eam aperiant viam. Hanc, inquis, translationem Lxx quæ tibi tam ſacroſancta eſt, vt eam propemodum veritati hebraicæ anteferas, corrigere volo: Aufer mihi propemodum planè & apertè profiteor translationem Lxx anteferendam hebraicæ lectioni omnibus locis, quibus illam citant Apoſtoli & Euangeliſtæ, ſi ab hebræa lectione diſcordet, & omnibus locis, quibus eam citant concilia primaria ſacra, & ſacri Doctores Græci & Latini, vno ore & conſenſu vno, vt probatum vſque adhuc eſt, & deinceps probabitur, an quod impius Iudæus mutato vno duobusvè punctis, vitiata vna, duabuſvè litteris mutauerint verius erit ijs quæ ore Apoſtolorum & Euangeliſtarum citat Spiritus ſanctus? ſi noſtra fides nititur veritate prima non niti debet Iudaica manu, quam ſpiritus ſatanę verſat: ſed Spiritu ſancto, qui in Eccleſia eſt in Doctorum ſanctorum conſenſu, qui Apoſtolorum & Euangeliſtarum ore eſt loquutus. Maſius verò quaſi iudex honorarius pronunciat ſcripturam hebræam optimo iure ſibi principatum vendicare: apud Iudæos fateor, apud nos vero principatum ſibi vendicabunt litteræ Apoſtolicæ & Euangelicę, quas Spiritus ſanctus dictauit Apoſtolis & Euangeliſtis, & quas cælo detulit vnigenitus filius Dei. Ita quæ in nouo teſtamento ex veteri citantur teſtimonia multo ſint veriora neceſſe eſt, cùm ab hebræa lectione videntur diſcrepare, his quæ ſunt hebraice, quod hebraica volumina impia Iudæi manus deſcribit, & vt voluere patres veteres peruertit aliquando, vt de Chriſto prophetias obſcuret. Nouum teſtamentum Spiritus ſanctus dictauit. Hanc ſcripturam Lxx quam tu tanti facis alioqui vitiatiſsimam tibi caſtigatiſſimam dare volo. Ait Maſius, quod in ea translatione corrupta ſint verba, corruptę orationes, & incredibile dictu ait eſſe quam multa in ea ſint vitia, quam fœda, quam mendoſa. Hæc fuit olim hęreſis Manichæorum, qui ſcripturam Eccleſiaſticam vitiatiſsimam eſſe dicebãt, quam confutat Auguſtinus cum alijs locis plurimis tum libro primo de moribus Eccleſiæ catholicæ, cap. 29. quos vno loco citato ex Matthæo Euangeliſta ſic vrget Auguſtinus, audebis ne dicere falſum ſcriptum eſſe in litteris Apoſtolicis & Euangelicis? quid hoc ſacrilego magis impium reperiri poteſt? quid iſta voce impudentius? quid audacius? quid ſceleratius? Ego non vnum locum opponam Maſio, ſed vniuerſos locos citatos ab Apoſtolis & Euangeliſtis ex veteri teſtamento hoc libro quarto & 5. & 6. & quæram: Negabis hos omnes locos ſcriptos in veteri teſtamento, vt citantur ore Euangeliſtarum ab Spiritu ſancto vere eſſe citatos, & vere ita fuiſſe hebraice ſcriptos? ſi negauerit, dicam verba illa acerrima Auguſt. & eis multo acerbiora & acriora multo, quid hac voce impudẽtius? quid audacius? quid ſceleratius? quã vt dicat quiſquã nõ ſic ſcriptum hebraice fuiſſe, quod veritas ipſa ex hebræa lectioue citat. Si littera vna mutata, aut diſtinctio, aut punctum vnum Iudaica fraude lectionem Hebræam ab Euangelica faciet diſcrepare, vt multis locis & capite proximo monſtratum à nobis eſt exemplis multis, lectio hebręa veritas dicetur hebraica,

quam

quam impia Iudæi manus contaminauit? lectio Apoſtolica & Euangelica à veritate hebraica dicetur diſcrepare queſo? Ergo hanc Lxx translationem, quam tu adeo veneraris vitijs innumeris inquinatam è Syra lingua Maſius ſi pateris caſtigatiſsimam vult dare, ſi tibi imperare potes vt patienter eam excipias, ſi vitiatæ noſtræ ſcripturæ dicuntur, cõſequetur ait Auguſtinus, omnium litterarum peruerſio, quaſi dicat omnis hiſtoria vitiata dicetur, & omnis Ariſtotelis Dialectica atque omnis philoſophia, quæ litterarum erunt monumenta quæ non vitiata dicentur iniquiſsima lex ſtatuitur, qua nullis ſcriptis veterũ fides haberi poſsit. Nec ipſis hebræis voluminibus, cur enim in illa nõ idẽ dicere liceat? conſequetur, inquit Auguſtinus, omnium litterarum peruerſio, omnium librorum qui mandati ſunt memoriç abolitio, ſi quod tanta populorum religione roboratum eſt, tanta hominum & temporum conſenſione firmatum in hanc dubitationem adducitur, adde tu his Auguſtini rationibus, quod omnium maximum habet pondus, & inſolubile argumentum eſt, ſi quod intra viſcera omnium ſanctorum qui in cęleſti Hieruſalem ſplendidiſsimo qnodam lumine lucent caſtiſsime aſſeruantur, intra literas Apoſtolicas & Euangelicas, intra libros veterum omnium patrum qui ſcripſere Græce aut Latine, & proximi fuere temporibus Chriſti, etiam Origene & Hieronymo antiquiores, in dubitationem vocatur, quid credas, aut cui credas? Hi enim tot patres ſcripturã ſacrã iuxta trãslationẽ Lxx vno ore & vno cõſenſu vnã & eãdem citant aduerſus Iudæos & hæreticos, & ad probanda fidei dogmata ſacra, & eam interpretantur, quis in re tam perſpicua queat dubitare. His, inquit Auguſtinus, ſcripturis talibus poſtulas me non credere, & poſtulas vt his credamus, quas ipſe protuleris ex lingua Syra? vt deſeramus ſcripturas in Eccleſiæ luce poſitas, & credamus Maſio, qui è Syriæ tenebris proferat quæ velit ipſe, quorum ipſe teſtis ſolus ſit quod olim poſtulabat Manichæus, quod Barbaria largita eſt Mohameto ſuo, obijcit Maſius Origenis Hexapla, quibus teſtatus eſt Origenes translationem Lxx eſſe vitiatiſsimam iam ſua tempeſtate teſtantur veteres patres omnes eſſe defectam pluribus locis, & pluribus partibus, quibus plane Chriſtum loquebatur Iudæorum, penes quos aſſeruabatur malitia, vt dictum eſt, & temporis iniuria, hæc reſarcire neceſſe erat ex Iudæorum translationibus qui ea ætate non erãt in lectione hebręa tot fraudes commenti, ideo vt vulneribus translationis Lxx mederetur Origenes ſua fecit Hexapla, vbi multas Iudaicas vna cum translatione Lxx, & hebræa lectione ponebat translationes, quibus iam nihil eſt opus, poſt receptam in Eccleſia Romana Diui Hieronymi vulgatam, & poſt pulſas ex Eccleſia Romana translationes Iudaicas, quicquid enim deeſt in interpretatione Lxx reſarcitur optimè ex Diui Hieronymi vulgata, quanquam ſi tu Maſi reſtitueres Origenis Hexapla alios vſus nobis præberet, eoſque magnificos, vt ex illis Iudaicis translationibus digito demonſtrare poſſemus fallacias Iudaicas factas poſt trãſlationes illas, non erutas è Syria quæ Hæreſeon olim fuit ſeminarium: dicere mihi ſolent aliquando amici mei, nec tu Eccleſiam ſanctam magnopere iuueris, ſi translationem Lxx defenderis magnopere. Vulgata nanque Diui Hieronymi, qua Eccleſia vtitur, ſatis eſt, quid ei interpretatione Lxx eſt opus? Ad id hoc genus hominum ab ipſis Chriſtianæ R.P. initijs incumbit toto pectore, vt translationem Lxx Eccleſia extrudant, quod Chriſti myſteria quoquo te vertas perſonat, quod plæriſque locis ſcholium eſt & commentarium ſcripturæ potius, quam translatio, ſed vt apparebit his poſtremis libris ſcholium tale

tale & commentarium quod citet Apoſtoli & Euangeliſtæ, & declarent hoc ipſo Spiritus ſanctus inflatu illã eſſe textam, alioqui commentarium ſcripturæ ſcriptura ſacra non eſt, vt eam Spiritus ſanctus ore Apoſtolorum & Euangeliſtarum citaret, quo reſpondemus Maſio, qui obijcit translationẽ Lxx multis rationibus à lectione hebręa diſcrepare, non verbis ſolis & ſyllabis, ſed orationibus multis & longis, ita eſſe fatemur quod illo Origenis Hexaplo, vbi multorum translationes vna erant, pro altera ſæpe ſumebatur altera, vt in libris vbi multa ſunt commentaria, & nomina commentatorum multorum, ſæpe nomina commentatorũ cõmutãtur, & nomen vnius ponitur pro nomine alterius, & ita non pauca in translatione Lxx ſunt aliorum translationibus adulteratã, quod dictum à nobis eſt in illud: emitte agnum, & in illud: vtinam dirumperes cælos, ſed ſæpius id fit quod vituperat Maſius, quod in plæriſque locis Lxx translatio metaphraſis ſcripturæ & ſcholiõ(m) potius eſt, quam translatio; quibus locis qui Iudaicas ſequentur interpretationes alieniſsimam putabãt Lxx virorum interpretationem, qui vero eam expenderint ex explanatione veterum patrum, & cum hebræa lectione contulerint diligenter reperiet, quod ait A gustinus, non eſſe diuerſam translationem Lxx ab hebręa lectione, ſed eam explanare diuinitus, & admiranda reſerare Chriſti myſteria. Nam verba diuerſa quę ſe in translatione Lxx reperiſſe dicit litteras & ſyllabas ſecundus liber ea omnia defendit abunde. Sed eò vnde digreſsi ſumus redeamus, nec illud prætereundum eſt ſcripturam Lxx eam eſſe ſcripturam, quam omnium veterum patrum conſenſu Apoſtoli ſuæ Eccleſiæ tradiderũt, & qua omnia noſtra ab Apoſtolis & Euangeliſtis, & à ſanctis patribus Græcis & Latinis defenſa ſunt & conſtabilita, qua refutati Iudæi ſunt & hæretici, vt nihil illis expediat magis quam eam extrudi, nouas fieri translationes, quibus eorum cauſa melior fieri videatur. Hanc ergo ſcripturam quã tantopere commendas tibi ſe caſtigatiſsimam profitetur daturũ, modo tibi moderere vt eam patienter excipias, ſed monet Origenes: ſi quis alias proferat ſcripturas quam eas quas Eccleſia habet, vt tibi dicas illa verba Domini quæ de Antichriſto dicit; ſi quis dicat: Ecce hic, ecce illic, ecce in penetralibus ne prodeas nec dignum deputes quem oculis aſpicias, tantum abeſt, vt iubeat Origenes, vt nobis moderemur, vt patienter audiamus, vetat vel oculis eas inſpectare, ego cum Auguſtino Lxx virorũ eam ſcripturam volo, quam in Eccleſia Domini video diuulgatam, & Eccleſiarum conteſtatione firmatam, nolo è tenebris Syriæ quæ hæreſeon olim fuit ſeminarium, & nunc Mohametica totã eſt, prolatam ſcripturam, ſed addit Maſius non ſtulta ſuperſtitione ex diuturno prauæ ſcripturæ vſu imbutos ſenſum rectioris capere nullo modo poſſe. Ego tria hæc quocunque illa accipias ſenſu, non intelligo, ſtultam ſuperſtitionem, prauã ſcripturam, rectioris, de ſcriptura quæ in Eccleſia eſt, & de amore quo noſtram ſcripturam complectimur, & de ſenſu Eccleſiaſtico. Quod vitiatiſsima eſt aiunt, & vlceribus fœda, ne hoc quidem placet: hoc Iudæi nobis ab ipſis Eccleſiæ initijs obijciunt, quod aliud non habent, vt docent Iuſtinus & alij patres quo ſe defendant, cum manifeſtis de Chriſto Dõmino tenentur teſtimonijs. Satis habeo ego quòd eam agnoſco veriſsimã vnam & eandem in litteris Apoſtolicis & Euãgelicis inſcriptis ſanctorum patrum, qui Græcè & Latine ſcripſere proximi temporibus Chriſti, & in cæteris omnibus, qui eam interpretantur, aut ea dogmata fidei conſtabiliunt Iudæos & hæreticos confutant. Hanc ego cum videam in Eccleſiæ catholicæ luce tanta, è Syria aſcitã terra Mohametica Hæreſeon ſeminario rectis oculis aſpiciã vnquã? nunquam faciam.

ciam. Addit Maſius hanc ſcripturã Lxx adeo ſacroſanctam habetis, vt hebraicæ veritati propemodum anteferatis, aufer mihi propemodum, ego lectioné Lxx hebraicç æditioni in plæriſque longe & multũ cenſeo anteferendã, cur in hac ſim ſentẽtia liber huius operis ſecundus oſtendit qui eam eſſe docet omnium veterũ patrum atque adeo in quibuſdam antiquiſsimorum Iudæorum & Rabinorum lectione hebræa caſtigatiorẽ, ſed mitto omnia illa, teſtem profero Spiritum Sanctũ qui ore apoſtolorum & euãgeliſtarum dictauit legem nouã: is citat ex veteri teſtaméto locos plurimos iuxta tranſlationé Lxx quos hic & ſequentes libri præferũt, qui diſcrepant à lectione hebræa quod hebraicè mutata appareat diſtinctio, appareát mutata pũcta aut litteræ duæ, treluè, aut verba mutata, in his ego Spiritui S. credo qui arguit aut duplicé in quibuſdã fuiſſe lectioné, aut mutatas in alijs litteras & ſyllabas, aut alias Iudaicas fraudes, idemque dicẽdum arbitror de locis citatis ex trãſlatione Lxx in concilijs primarijs, in ſcriptoribus ſacris vnis & eiſdẽ qui vna littera, aut duabus à lectione hebrça videtur diſcrepare, ſimilibuſque quibus ab impijs Iudæis manifeſtæ de Chriſto propheriç ſolent obſcurari, vt ſuperioribus libris eſt commonſtratũ, ſed perſonam detrahamus, & loquamur aperte, Maſi, Tueris Iudçorum ſententiam de tranſlatione Lxx penitúſque eam Iudæis conuitijs laceras, citas ſentẽtiam thalmud; in præfatione in græcam tranſlationé Ioſuæ, de ſingulis Lxx viris in ſingulis cellis vertentibus ſcripturam ſacram, vbi aiebat Thalmud, Deum cuiuſque illorũ ita mẽtem direxiſſe, vt cum ſcriberét ſinguli eandẽ & vnam legem deſcriberét, vnoque cõcentu in tredecim locis ab hebræa lectione diſceſsiſſe, addit Maſius teſtatiſsimã rem eſſe id ab ipſis factum eſſe & ab hebrça lectione in multo pluribus diſceſsiſſe, & ſubijcit Maſius, ſi præter Moſis legem reliquos ſpectes libros vſque adeo Lxx virorũ interpretatio peruerſa eſt plurimis in locis, vt veriſimile videri nequeat viros illos fuiſſe tam ineptos, ego Maſi te & omnes Iudços ita refellere facile poſſum, quod propheiarũ libros ab Apoſtolis & euãgeliſtis citatos oſtẽdo iuxta tranſlatione Lxx, nec enim eo tempore ab alijs erat tranſlata ſcriptura, quam à Lxx ſenioribus, igitur dubium eſſe nõ poteſt quin tota ſcriptura ſacra à Lxx viris ſit tranſlata, viros doctiſsimos fuiſſe Lxx viros & religioſiſsimos docent Ioſephus Iudæus, & Iudæus Philon, vt Iudços Iudæorum teſtimonijs reuincam, & vt tu mutes ſententiã, nec viros quos Spiritus Sanctus ferè citat voces ineptiſsimos ne aſtipulari videaris Iudaicç impietati, cum Lxx virorum trãſlatio per octingẽtos & amplius annos in Iudæorũ ſynagogis pari in honore ſit habita cum lectione hebræa, quod alibi pluribus dictum eſt. Appellat ergo Maſius Lxx viros ineptos & imperitos & omnino abſurdos cui reſpondere nõ eſt neceſſe. Oſtẽdi nanque ab huius operis initio hanc controuerſiam fuiſſe inter noſtros & Iudæos, quod Iudæi Lxx viros omnibus quibus poſſent proſequerentur conuitijs, quod aliter cum manifeſtis de Chriſto teſtimonijs tenerentur reſpondere non poſſent, quos refutaui libris ſuperioribus, nec eadem repetere eſt neceſſe, illa enim argumenta vniuerſe & generatim omnes petebant, videtur Maſius velle refutare eos qui Iudæos aiunt vitiaſſe ſcripturam hebræam mutatione diſtinctionis, aut punctorũ, aut vnius duarumvè litterarum varietate nec ea audet attingere, ſed loquitur generaliter, ad ſingula deſcendere non audet, quid enim audeat? canonem præſcriptum à D. Hieronymo de agnoſcenda lectione hebræa ex cuiuſque tranſlatione quem exemplo codicis Hiſpani qui, latinè tranſlatus eſſet ob oculos omnium ſæpè poſui, ita vt de eo non poſſet quiſquam dubitare, refellere certè nullo modo quiſquam poterit, quan-

quam

quam id aggreſſus dicit ea quorum nec pes, nec caput compareat, quod dici ſolet. Quid enim refert afferre quæ ſimilitudine vocum in ſe mutuo tranſeunt, vt, Iamata, in, Imatia, & quod Auguſtin. ait, omom, in, onon, ſexcenta ſunt hæc. Quid commercij illa habent cum Diui Hieronymi canone, conſenſum ſanctorum de vitiatis ſcripturis à Iudæis, qui poterat refutare Maſius, niſi citaret Iudaicos clamores, addit abſurdam eſſe diſcrepantiam translationis Lxx virorum à lectione hebræa in rebus quæ in ſcriptura tractantur. Credo equidem Lxx nanque viri tribus ſæculis ante Domini aduentum ſcripturam referunt ad Chriſti aduentum, & ad myſteria redemptionis, Iudæi alio referunt, & ad id incumbunt, vt obſcurent omnia Chriſti myſteria, vt diximus ex Diuo Hieronymo. Quid niſi ſit inter vtroſque incredibilis diſcrepantia? Addit ſuam ſententiã Maſius, ſi quis inquiens, me ſententiam roget de translatione Lxx mihi ineptiſsima videtur, & tantis viris indignißima, & addit non verbis ſolum ab hebræa lectione diſſentire, ſed ſenſu quoque eſſe longe diuerſo per multas orationes, quibus verbis ſupra reſpõſum eſt Maſio, Iudæorum Maſius ſententiam refert, nihil noui apportat, notiſsima nobis erat ſententia Iudaica, breuius dixiſſet Maſius. Si quis à nobis quęrat, quid ſentiam, idem ſentio quod Iudæi, ego lectorem ſi quis huius operis lector fuerit, ignorare nolui, hanc Iudaicam eſſe ſententiam contra noſtros veteres patres omnes, quorũ ſententias libro ſecundo retulimus, ne quis fortaſſe nõ admonitus erret, & Maſio credat, & quãquã nihil neceſſe erat, ſubijciem Maſij ſentẽtię veterũ Patrũ ſentẽtias, vt quãtũ inter eas diſcrimẽ ſit lector expẽdat.

Veterum Patrum ſententia de translatione xx virorum.

NE cuiquam ſit tanta in animo confidentia, vt ab Eccleſiaſtica ſcriptura ad hebræa volumina prouocandum putet, neue conſenſui ſanctorum de ea reſiſtat, quod neget veteres patres eam cum hebręa lectione contuliſſe, & ideo tantopere illam collaudaſſe veterum ſententias de translatione Lxx referamus, quanquam ſatis erat oſtendiſſe translationem hanc à Domino & eius Apoſtolis citatam, & Eccleſiæ ſanctæ datam, age teſtimonia, etiam quædam ſacrorum ſcriptorum addamus ſi forte horum hominum furorem coercere poſſumus, qui etiam adijciunt Diuum Hieronymum in texenda ſua vulgata ſimilitudine litterarum falli potuiſſe, vt noſtrę vulgatæ extenuetur authoritas: addunt etiam, etſi Lxx virorum translatio in quibuſdam vera fuerit, quę citarit Spiritus ſanctus, aut quæ Eccleſia ſancta citarit in concilijs, non continuo in omnibus futuram veram, quæ ratio apud pios valebit ſanè parum apud Iudęos & hæreticos magnos excitabit cachinnos, & res noſtræ erunt deriſui paucorum culpa, præſertim cum addatur confeſsio illa perniciosa fieri poſſe vulgata. D. Hiero. ve noré translatiõné, quę ſunt ſingula peſsime dicta, vt monſtratũ eſt, & pręter hæc incõmoda fieret illud Athanaſij in epiſtola de Synodis Ariminij & Seleuciæ, vt ſcandalũ fidelibus, effuſum cachinnũ Paganis & Iudæis præberemus, qui dicerẽt Chriſtiani tandẽ aliquando veluti expergiſcẽtes è ſomno nouas milleſimo quingẽteſimo poſt anno ſcripturas quærũt, quibus in ſuis concilijs illud ſemper in ore erat, ne tranſmoueas terminos ęternos, quos poſuerũt patres tui, en patres ſuos deſerere parant Chriſtiani, & nouas quærũt ſcripturas, nec intelligunt extorqueri ſibi è manibus eam ſcripturam quam Dei legem appellarunt eorũ maiores per mille quingentos annos, & pro ea lege diuina legis illius diuinæ mutationem in ſathanicam legem quod ait Hieronymus nobis manibus dari. Oſtẽdimus namq; li. 1. cap. & ſecundo

& ſecũdo poſtremo cap. quo refutauimus Iſaac Leuitæ obiectationes, nouas translationes quaſdam, nec enim de omnibus loquor, ſed de his tm̃, quæ in quibuſdam locis vulgatam ipſam & teſtimonia Apoſtolica & Euãgelica eneruãt non eſſe ſcripturæ translationes, ſed legis Dei mutationes, & abrogationes. Accipe ergo quod veteres dicant de noſtra ſcriptura Epiphanius lib. 3. contra Aerium veritatis noſtræ ſcripturæ, teſtes eſſe, omnes qui ante nos fuerunt, & accepere hanc traditam translationem ab eccleſia, qui & ipſi à ſuis maioribus acceperant vſque ad ipſos Apoſtolos, qui Eccleſiæ eam dederant, ſed quid refert, inquies, vitiata eſt, & id fuere authores viri graues apage, inquã viris grauiſſimis fides in re tali habenda non eſt, eadem opera omnia ſcripta, tam ſacra quã profana dices fuiſſe vitiata, nec vlli ſcripturæ ſiue ſacrę ſiue profanę vlla erit fides. Eccleſia ſancta ergo ſemper à ſuis maioribus accipiens rectam fidem, & correctam ſcripturam retinet, vt Athanaſius aduerſus Arianos, & alijs locis teſtatur centies. Auguſtinus quoque contra duas Epiſtolas Pelagianorum ad Bonifacium lib. 4. cap. 12. ex Cypriano ait, fides vera vereque Chriſtiana atque Catholica, ſicut per ſcripturas ſanctas antiquitus tradita eſt, ſic à patribus noſtris vſque ad hoc tempus retenta atque ſeruata, deinceps propitio Deo retinenda atque ſeruanda. En Auguſtinus fidem atque ſcripturas à maioribus vſq; ad noſtra tempora, ait, deſcendiſſe, & ſic credimus Homeri poeſin, & Heſiodi, Euripidis, AEſchyli, Maronis ad nos deſcendiſſe, qui minus dicas veram translationem Lxx ad nos tranſmiſſam, niſi id eſt quod dixi veram Dei legem nobis extorquere manibus contendunt vulgatam ſcilicet, D. Hier. & Lxx trãslationẽ Auguſtinus contra Iulianum Pelagianum in fine libri ſecundi citans veteres patres, ait, quod inuenerunt in eccleſia tenuerunt, quod didicerunt docuerunt, quod à patribus acceperunt, hoc filijs tradiderunt, nondũ vobiſcum apud iſtos iudices aliquid agebamus, & apud eos acta cauſa noſtra eſt, nec nos, nec vos noti fueramus eis, & illorum pro nobis cõtra vos latas ſententias recitamus, nondum vobiſcũ certabamus, & eis pronũciantibus vicimus, hęc Auguſtinus. Sed maximũ pondus quorundam habet authoritas, habet quidẽ, & vera ſunt, quæ dicunt, vitiata enim eſt locis non paucis. Sed ſi ipſam translationem Lxx vnã & eandem, ita vt ne verbo quidẽ diſcrepet in litteris Apoſtolicis & Euangelicis vides in ſcriptis veterum patrũ, qui refutauere hæreticos & Iudæos græcè & latine hac translatione, & qui eã ſunt interpretati, cur tu alij cuique credas potius quam tuis oculis, neſcio inquies gręce aut hebraice. Credito ergo eccleſiæ, in qua nulla eſt falſitas, vt ait Irenęus, & cuius authoritas ſingulis ſcriptoribus quantumuis eminentiſsimis eſt anteponenda, Chryſoſtom. 1. Homelia de eo quod ſcriptum eſt. Dirige me in veritate tua, in veritate eccleſiæ, inquit, falſitas nulla inuenitur, ſed ne calumniatur inſidioſe aliquid excepiſſe ſe putet, dico trãſlationem Lxx vnam & eandẽ ſcriptis veterũ reperiri tam græcè quam latini ſcriptores veteres ſuis verbis transferunt, eadem tamen ſententia, nec neceſſe eſt, vt ſemper omnia tibi verba numerent, ita alterum pro altero vſurpare ſolẽt quod idẽ ſignificet quod vulgo facimus cũ citamus authores. Idem Auguſt. epiſtola 18. ad Hieron. Hoc ad quæſtionẽ, inquit quã ſuſcepi maxime pertinet vt veritas diuinarum ſcripturarum ad noſtrã fidẽ ędificandã memoriæ commendata non à quibuslibet, ſed ab Apoſtolis ipſis, ac per hoc in canonicũ authoritatis culmẽ recepta ex omni parte verax ac indubitanda perſiſtat: & in fine eiuſdẽ epiſtolæ hanc eandẽ Lxx virorũ interpretationẽ ab Apoſtolis approbatam ait Origenes Homelia. 1. in Canticum Canticorum: Nos, inquit, Lxx interpretũ ſcripta per

omnia

omnia cuſtodimus, en Auguſt. & Orig. omnia aiunt, quæ in translatione Lxx ſunt ex omni parte vera atq; cuſtodienda teſtantur. Vnde ergo orta eſt hæc noſtris temporibus alieniſsima à veteribus patribus de translatione Lxx virorũ ſententia? Chryſoſtomus in cap. 4. ſecundæ Epiſtolæ ad Timotheum, in illud: Penulam quã reliqui. Quid opus, inquit, illis libris erat, cum eſſet migraturus ad Dominũ? & reſpõdet, tunc eis maxime egebat, vt fidelibus commendaret habẽdos atque ſeruãdos ab his doctrinæ illius vice, quibus verbis declarat D. Paulũ migraturũ ad dñm curaſſe aſportandos ſibi libros ſacros, vt eos relinqueret eis qui ſecum Romæ erãt vice doctrinæ ipſius, nec alios reliquiſſe certũ eſt, quam tranſlatos à Lxx viris quos ipſe ferè citat in ſuis ſcriptis. Idem Chryſoſt. in ca. 5. Epiſtolæ ad hebręos in Morali poſtremo illius capitis multa cõmemorat de cura & miſericordia Dei, quam nobis in ſcriptura præſtitit. Dedit, inquiens, nobis legem per Moſen, poſtea prophetas miſit, incenſi fuit libri ſacri bello Babylonico, inſpirauit omnes illas ſcripturas ſacras Eſdræ, vt ex reliquijs illis eas componeret, poſtea diſpenſauit, vt Lxx viri eas interpretarentur. I nunc & dicito translatas ſcripturas per viros ſapientes qui in quibuſdam potuerunt errare? Nã Maſium prætereo qui eos ineptos, abſurdos, & imperitos nominat, & tamen ſed reprimã me, dat dñs ſcripturas ſacras per prophetas, incenduntur igni Babylonico Domini permiſſu, inſpirat eas Eſdrę ſacerdoti vt eas ex reliquijs reſtituat, diſpenſat vt Lxx viri eas interpretentur & permittit vt errent? non aſpirat illis vt diuinitus interpretentur? credibile non eſt, pergit Chryſoſtomus: venit Chriſtus & ſuſcepit eas, Apoſtoli eas diſſeminauere per omnes, ſigna & miracula fecit Chriſtus, quid poſt tam negotioſam diligentiam? ſcripſerũt etiã Apoſtoli, hæc Chryſoſtomus, hæc quæ tam negotioſa diligentia, vt ait Chryſoſtomus, ſcripta ſacra dedit Deus, & per Apoſtolos ſuos per totum orbem diſſeminauit relinquere ea tandem iubemur? & ſi Deo placet ad Hebręos libros prouocabimur, multa huius generis apud Origenem in epiſtola ad Aphricanum, & apud alios veteres leges quibus citandis ſuperſedeo quod legẽtu libros ſacros facile occurrent, illud dicam hanc eſſe ſententiam, omnium veterum quicunque græcè aut latinè ſcripſere. Chryſoſtomus tomo. 3. homelia de Spiritu Sancto, adorãdo indicans quid intereſſet inter Chriſtum verum, & pſeudoChriſtum venerunt ait falſi Chriſti, non docuerunt ex lege & prophetis, ſed ex ſe ipſis loquuti ſunt? & ex propria ſententia? Saluator noſter venit, non diſceſsit à lege, non diſceſsit à Prohetis, ſed dicebat bene dixit Eſaias & ſimilia, nec loquebatur ex ſe ipſo, ſed ex prophetis, &c. hæc & ſimilia Chryſoſtomus, qui vero ex noſtris aiunt Chriſtum Dominum prophetias alieno ſenſu citaſſe accommodaſſe ad ſe prophetias, quæ generaliter dictæ erant à Prophetis, aliter illas prophetias interpretandas, quam à Domino interpretentur, Chriſtum faciunt pſeudoChriſtum & peiorem, quantopeior eſt qui citat ſcripturam Dei alieno ſenſu quæ ingens blaſphemia eſt, vt ait Hieronymus, quam qui fallit, ſed non citat teſtimonia falſa ſcripturę vt fallat, quo crimine etiam implicari videntur, qui Lxx viros fatuos, abſurdos, & ineptos appellant, & alieno ſenſu multa fuiſſe interpretatos affirmant, quos citat Dominus citant & eius Apoſtoli & Euangeliſtæ, nam vide tu quid colligi poſsit hinc ſi ineptiſsimi ſunt Lxx viri & abſurdiſsimi, qui alieno ſenſu in pleriſque ſcripturam reddiderint, & Dominus & eius Apoſtoli ſcripturam citant iuxta hanc tranſlationem ineptiſsimã & abſurdiſsimam, & alieno ſenſu trãſlatam dico, dico inquam, ſentẽtiam illam veterum eſſe veriſsimam qui dicebant lupis eſſe ſęuiores Iudęos aduerſum nos,

nos. Claudam diſputationem illo elogio Origenis in cap. Matthęi. 23. tractatu 29. in fine, de nouis quibuſdam ſcripturis; Quoties, inquit, canonicas proferunt ſcripturas in quibus omnis Chriſtianus conſentit & credit, & alij non vulgatas proferunt ſcripturas, id enim ſupradixerat, videntur dicere; Ecce in domibus verbum eſt veritatis, ſed nos illis credere non debemus, nec exire à prima & Eccleſiaſtica traditione, nec aliter credere, niſi quemadmodum per ſucceſsionem Eccleſię Dei tradiderunt nobis, & vtitur Origenes illa ſimilitudine Domini Matthæi capite. 24. de Antichriſto. Tunc ſi quis vobis dixerit, Ecce ecce hic Chriſtus, aut illic nolite credere. Et infra, Si dixerint vobis: Ecce in deſerto nolite exire: Ecce in penetralibus, nolite credere. Hac ſimilitudine vſus eſt Origenes de Iudaicis tranſlationibus illius temporis, quæ ſibi & alijs veteribus ad interpretationem ſcripturæ vſui erant, quid dicturum fuiſſe putes, de tranſlationibus quibuſdam noſtri temporis, nec enim de omnibus loquor. Qui ſapiet ergo Eccleſiaſtica ſcriptura contentus eſto, tales putet eos qui nouas ſcripturas poſtulant, quales erant olim qui nouas poſtulabant tabulas.

Quibus rationibus euinci videatur Lxx viros fuiſſe Prophetas.

Plato in Timæo digniores nomine Prophetæ eſſe putat eos qui Prophetias interpretãtur quam eos qui prophetant, quod quidam diuino inſtinctu prædixere quæ non intelligebant & verius Propheta eſt qui ea intellexit quam qui prædixit; Origenes Homelia. 2. in Ezechielem prophetias ſcribit afflatu Spiritus ſancti fuiſſe præſignificatas, & eiuſdem Spiritus ſancti afflatu explanandas eſſe. Ambroſius in cap. 3. & 4. Epiſtolæ ad Epheſios interpretes ſcripturæ Prophetas appellari ait centies. Iam obiter hoc dicendum eſt Iudæos ſcripturam interpretari non poſſe: quibus ſpiritus ſathanæ aſpirat, non Spiritus ſancti numen, largiantur aduerſarij nobis hæc neceſſe eſt, ſed negant Prophetas mentiri, & Lxx viros millies erraſſe, millies deceptos fuiſſe aiunt, quod à Prophetis abeſt longiſsimè, id ergo diſceptemus ad normam quam nobis præſcripſit Dominus Deuteronomij cap. 18. ait Dominus, quod ſi tacita cogitatione reſponderis, quomodo poſſum intelligere verbum quod Dominus non eſt loquutus? hoc habebis ſignum quod in nomine Domini Propheta ille prædixeſit & non euenerit, hoc Dominus non eſt loquutus, ad hanc igitur regulã Iudaicas interpretationes prius examinemus. Euſebius lib. 8. demonſtrationis Euangelicæ, demonſtratione ſecunda ſub finem, Iudæos ſua interpretatione mendaces ait facere ſcripturas, qui cum Daniel dixerit intra Lxx hebdomadas venturum Chriſtum, negant adhuc veniſſe per tot annorum millia Danielis prophetiam faciunt mendacem. Non eſt igitur loquutus Dominus quæ Iudæi interpretantur. Hilarius in Pſal. 123. in illud: Non commouebitur in æternum qui habitat in Hieruſalem. Iuxta interpretationes Iudaicas, inquit, inanis eſt Pſalmus & Propheta mẽdax, Iudaica ergo interpretatio iuxta normam præſcriptam à Domino non eſt à Deo, ſed ab ipſis & mendax. Idem Hilarius in Pſal. 131. in illud. Ecce audiuimus eã in Ephrata, iuxta Iudaicã interpretationẽ, ait mẽtitũ Prophetã eſſe, & irritũ ſacramentũ, Quis igitur audeat dicere iuxta prędictũ canonẽ illa quæ Iudæus interpretatur à Domino eſſe præſignificata. Palæologus in diſputatione cõtra Iudæos, diſputans de Lxx hebdomadibus mendacem prophetiam futuram ait, iuxta Iudaicam interpretationem, & diſputans de illo. Non deficiet ſceptrum de Iuda. Si Chriſtus non venit, inquit, vt vos dicitis, mendax taneus Propheta

reddidiſſet, os, in codice hiſpano legiſſe, hueſſo, qui verò tranſtuliſſet, ſepulchrũ, legiſſe, hueſſa. Rurſus, ſi in codice Hiſpa do legeretur. Tu eres liebre, & interpretum alij reddidiſſent, tu liber homo es, alij, tu lepus es, & meticuloſus, quis dubitaret alios interpretes legiſſe, tu eres libre, alios, tú eres vna liebre. Ex tranſlatione latina, ſcilicet, ſi an codice Hiſpano legeretur. Huuo aquel año mucho higo, & videres tranſlatum, frumenti magna copia eo anno fuit, dubium ne tibi eſſet interpretem in hiſpano codice legiſſe non, huuo aquel año mucho higo, ſed, huuo aquel año mucho trigo. Si legeres in hiſpano codice, procuro de allegar aquel año mucha paja y mucho lino. Et redditum videres latine, aſportandam eo anno curauit magnam vim tritici & meri, dubitare non poſſes legẽdum in Hiſpano codice. Procuro de allegar aquel año mucho pan y mucho vino, & cętera ad hoc exemplum, quorũ exemplorum magna copia hoc libro poſita eſt, hoc modo & hoc canone vſus D. Hieronymus ex tranſlatione cuiuſque interpretis agnoſcit, quam lectionem hebræam quiſque agnouerit, & ſic defendit Lxx viros & Aquilam, & Symmachum, & Theodotionem, & alios tranſlatores Iudęos, vt oſtendi lib. 2. ca. 18. & 19. Quorſum hæc dices: Accipe iã & ſic collige veriſsima eſſe quæ diximus, exiſtimas D. Hieronymum grauẽ virum fuiſſe an leuem? conſtantem? an varium? Qui huc & illuc, vento raperetur? Apage inquies. De hoc ambigere nefas grande eſſet, bene eſt, Erat ne quæſo viri conſtantis ſic vt diximus defendere Lxx viros, & Aquilam, & Symmachum, & Theodotionem æquo iure, vt oſtendimus lib. 2. ca. 3. & poſtea erraſſe Lxx viros affirmaſſe, modo illos defendere, rurſum illos vituperare in eadem cauſa. Adde his Aquilam, Symmachum & Theodotionem blaſphemos Iudæos appellat D Hieronymus, qui ſubdola interpretatione multa de Chriſto myſteria celarunt, & Lxx viros eundem Diuum prodidiſſe plenos Spiritu ſancto ſcripturam vertiſſe, & poſtea quos Iudæos blaſphemos nominaſſet tractare perhonorifice ſemper, defendere nunquam: contrà verò Lxx viros quos defendiſſet, quos plenos Spiritu ſancto vertiſſe ſcripturam cum alijs ſanctis patribus fere omnibus eſſet profeſſus, vituperare ita vt erraſſe diceret & ſimilitudine litterarum eſſe deceptos, modo eos laudare, modo in cauſa eadem vituperare, Iudæos blaſphemos laudare ſemper. Mihi hoc nunquam fiet veriſimile tantæ inconſtantiæ hunc tantum eſſe Diuum, & leuitatis tantæ, adijce his quod ſi cõſtare ſibi hunc Diuum volumus fateri vt fateamur neceſſe eſt, ſi pij in Chriſtianæ R. P. columen eſſe volumus, Aquilam, Symmachum, & Theodotionem lapſos ſimilitudine litterarũ erat dicturus, aut potius ex ſimilitudine litterarũ occaſionem nactos, vt vitiata vna littera, aut mutato puncto, aut aliqua alia fraude myſteria de Chriſto celarẽt. Nã dic quęſo te, ſi vt D. Hieronymus ait, Aquila, Symmachus, & Theodotio ſubdola interpretatione multa de Chriſto myſteria celarunt, qui id facere potuere, niſi litterarum ſimilitudine abuterẽtur, diſtinctione & punctorum mutatione. Hęc optime notat D. Hieronymus, iſq; ea nos docuit & grauiſsimus & cõſtantiſsimus fuit, & qui in Iudæos blaſphemos videri noluit contumelioſus, admonuiſſe tantum inſidiarum contentus, vt admoniti fraudibus Iudaicis intẽti eſſemus; in Lxx viros parum erat modeſtus? vt volet quiſque exiſtimet, Ego ſemper hunc Diuum ſanctiſsimum, doctiſsimũ, grauiſsimum indicabo, & ab omni incõſtantia & leuitate alieniſsimum.

De Andrea Maſio & eius in Lxx viris conuitijs, & in eorum defenſores, & ad ea reſponſio.

SCripſeram ego in diſputatione de trãſlationib', omnes veteres Patres qui

qui de Lxx viris aliquid prodidere litteris, in ea fuiſſe ſententia, vt dicerent 72 viros illos afflatu Spiritus S. illam feciſſe tranſlationem, nam ſi qui non ita plane & aperte id ſcripſere, id tamen ita eſſe præ ſe tulere, nec piaculum grande eſt ſi diſſentiat vir doctiſsimus Maſius, ſunt enim plæraque de quibus libere opinari licet quę videantur nec diſcordiarum id cauſa eſſe debet: ſunt tamen quædam puſilla quidem ſi à principio ſpectes, quę paulatim creſcunt & in dies magis ac magis vires ſumũt, quę niſi reſeces à principio, caput inter nubila cõdunt denique, nec poſtea poſſunt extirpari, & ob id de puſillis his diſceptare non abs re mihi futurum eſt viſum, Origenes nanque homil. 4. in cantica, datur inquit, præceptum Doctoribus Eccleſiæ, vt dũ adhuc puſillæ ſunt vulpes, dum non plures decepere ſed initium habet praua doctrina, arguere hos, & frenare feſtinent, & verbo veritatis contradicentes reuincere, alioqui ſermo eorũ ſicut cancer ſerpet & fiet inſanabilis, ſic Paul⁹ poſteriore epiſtola ad Timotheũ capit. 2. Quorum ſermo, inquit, ſerpit ſicut cancer: Quæ verba interpretans D. Hiero. Quorum ſermo inquit, niſi cito ſubuentum ſit intrat aures irremediabiliter ſicut cancer. Chryſoſtomus in caput primum ad Galatas, hoc ipſum eſt, inquit, omnium malorum cauſa, quod ob puſilla non indignamur, ob id enim maiora ſcelera ſubierunt, quod minoribus debita correctio non adhibetur, & infra: ſi cũ hęc exoriebantur mox ab initio adhibita eſſet conueniens increpatio, nequaquam nata fuiſſet hæc peſtis, nequaquam tanta tempeſtas Eccleſias occupaſſet. Quantulum hoc eſt quod Maſius relictis ſanctis patribus quos nunquam fere citat, niſi cum eos eſt vituperaturus, citat rabinos, nec eos citat ſolũ, ſed eis citandis ſe iactat, quippe marginibus operum ſuorum eorum nomina adſcribit, quo loco vſque adhuc ſanctorum nomina qui citarentur adſcribi ſolebant. Quantulum eſt hoc, inquies, pauxillulum quidem; ſed vbi periculum imminet ingens, quid enim reliquum eſt quo alij progrediantur vlterius quæſo? certe vt relicta doctrina ſacra doceant Rabinicam doctrinam, quanquam ſi vera dicere licet, hoc iã à pleriſque fieri videmus, ſi tu rabinos ſanctis ſcriptoribus putas anteferendos, vnus reſtat actus vt inpudens & impius prodeat qui ſcripturæ expoſitionem rabinicam euangelicæ interpretationi putet anteferendam; citati veteres patres qui mentionem aliquam de Lxx viris faciunt. Quũ omnes fere tranſlationẽ Lxx inſtatu ſpiritus ſancti factã eſſe teſtentur, audetis dicere, pręignorantia ſermonis hebræi tranſlationem Lxx eos commendaſſe, cum veteres patres eam ab apoſtolis vt traditum memoriæ eſt, acceperint, & acceptam quaſi per manus ad nos vſque tranſmiſerint, quæro an conferenda eſſet translatio Lxx quam à Chriſto & ab apoſtolis accepimus cũ hebræa lectione, & quærẽdum quod ait Auguſtin. an Chriſtus Dominus & eius Apoſtoli nobis eſſent mẽtiti, & falſam ſcripturã nobis tradidiſſent & vtrum vetuſtas prodidiſſet falſo ſpiritus ſancti inſtatu hanc translationem eſſe textam? poſt hæc quæſo quid reſtat niſi vt dicatis quoq; cũ impio Porphyrio, cum Iuliano Imperatore apoſtata; præ ignorantia ſcripturæ, & hebræi ſermonis nos Chriſti fidem recepiſſe? nam vt ſis ſciens ſcriptura ſacra oſtium ad Chriſtum eſt, vt docet Chryſoſtomus in caput Ioãnis. 9. homilia. 58. ſi ea eſt erroribus plena, vt dicitis vitiatiſsima, & eam ſolam nobis patefecere Apoſtoli & Euangeliſtæ, vere impius Iulianus, & Porphyrius impius noſtris maioribus obijciebant falſis ſcripturæ teſtimonijs vocaſſe ad fidem homines rudes, ſtultos & imperitos, nemo enim poſt Chriſtũ Dominum in translatione Lxx linguæ aculeos tantũm diſtinxit, ſi hæc ſcriptura, inquam, Lxx oſtium ad Chriſtũ fuit,

quam impia Iudæi manus contamina-
uit? lectio Apoſtolica & Euangelica à ve
ritate hebraica dicetur diſcrepare quę
ſo? Ergo hanc Lxx translarionem, quam
tu adeo veneraris vitijs innumeris in-
quinatam è Syra lingua Maſius ſi pate-
ris caſtigatiſsimam vult dare, ſi tibi im-
perare potes vt patienter eam excipias,
ſi vitiatæ noſtræ ſcripturæ dicuntur, cõ-
ſequetur ait Auguſtinus, omnium litte-
rarum peruerſio, quaſi dicat omnis hi-
ſtoria vitiata dicetur, & omnis Ariſto-
telis Dialectica atque omnis philoſo-
phia, quæ litterarum erunt monumen-
ta quæ non vitiata dicentur iniquiſsima
lex ſtatuitur, qua nullis ſcriptis veterũ
fides haberi poſsit. Nec ipſis hebræis vo
luminibus, cur enim in illa nõ idẽ dice
re liceat? conſequetur, inquit Auguſti-
nus, omnium litterarum peruerſio, om-
nium librorum qui mandati ſunt me-
morię abolitio, ſi quod tanta populo-
rum religione roboratum eſt, tanta ho
minum & temporum conſenſione fir-
matum in hanc dubitationem adduci-
tur, adde tu his Auguſtini rationibus,
quod omnium maximum habet pon-
dus, & inſolubile argumentum eſt, ſi
quod intra viſcera omnium ſanctorum
qui in cęleſti Hieruſalem ſplendidiſsi-
mo quodam lumine lucent caſtiſsime
aſſeruantur, intra literas Apoſtolicas &
Euangelicas, intra libros veterum om-
nium patrum qui ſcripſere Græce aut
Latine, & proximi fuere temporibus
Chriſti, etiam Origene & Hieronymo
antiquiores, in dubitationem vocatur,
quid credas, aut cui credas? Hi enim tot
patres ſcripturã ſacrã iuxta trãslationẽ
Lxx vno ore & vno cõſenſu vnã & eã-
dem citant aduerſus Iudæos & hæreti-
cos, & ad probanda fidei dogmata ſa-
cra, & eam interpretantur, quis in re
tam perſpicua quæat dubitare. His, in-
quit Auguſtinus, ſcripturis talibus po-
ſtulas me non credere, & poſtulas vt
his credamus, quas ipſe protuleris ex lin
gua Syra? vt deſeramus ſcripturas in Ec
cleſiæ luce poſitas, & credamus Maſio,
qui è Syriæ tenebris proferat quæ velit
ipſe, quorum ipſe teſtis ſolus ſit quod
olim poſtulabat Manichæus, quod Bar-
baria largita eſt Mohameto ſuo, obijcit
Maſius Origenis Hexapla, quibus teſta-
tus eſt Origenes translationem Lxx eſ-
ſe vitiatiſsimam iam ſua tempeſtate te-
ſtantur veteres patres omnes eſſe defe-
ctam pluribus locis, & pluribus parti-
bus, quibus plane Chriſtum loqueba-
tur Iudæorum, penes quos aſſeruaba-
tur malitia, vt dictum eſt, & temporis
iniuria, hæc reſarcire neceſſe erat ex Iu-
dæorum translationibus qui ea ætate
non erãt in lectione hebręa tot fraudes
commenti, ideo vt vulneribus transla-
tionis Lxx mederetur Origenes ſua fe-
cit Hexapla, vbi multas Iudaicas vna
cum translatione Lxx, & hebræa le-
ctione ponebat translationes, quibus
iam nihil eſt opus, poſt receptam in Ec-
cleſia Romana Diui Hieronymi vulga-
tam, & poſt pulſas ex Eccleſia Romana
translationes Iudaicas, quicquid enim
deeſt in interpretatione Lxx reſarcitur
optimè ex Diui Hieronymi vulgata,
quanquam ſi tu Maſi reſtitueres Orige-
nis Hexapla alios vſus nobis præberet,
eoſque magnificos, vt ex illis Iudaicis
translationibus digito demonſtrare poſ
ſemus fallacias Iudaicas factas poſt trãſ-
lationes illas, non erutas è Syria quæ Hæ
reſeon olim fuit ſeminarium: dicere mi
hi ſolent aliquando amici mei, nec tu
Eccleſiam ſanctam magnopere iuueris,
ſi translationem Lxx defenderis mag-
nopere. Vulgata nanque Diui Hiero-
nymi, qua Eccleſia vtitur, ſatis eſt, quid
ei interpretatione Lxx eſt opus? Ad id
hoc genus hominum ab ipſis Chriſtia-
næ R.P. initijs incumbit toto pectore,
vt translationem Lxx Eccleſia extru-
dant, quod Chriſti myſteria quoquo
te vertas perſonat, quod plærìſque lo-
cis ſcholium eſt & commentarium ſcri
pturæ potius, quam translatio, ſed vt ap-
parebit his poſtremis libris ſcholium
tale

tale & commentarium quod citet Apoſtoli & Euangeliſtæ, & declarent hoc ipſo Spiritus ſanctus inflatu illã eſſe textam, alioqui commentarium ſcripturæ ſcriptura ſacra non eſt, vt eam Spiritus ſanctus ore Apoſtolorum & Euangeliſtarum citaret, quo reſpondemus Maſio, qui obijcit translationẽ Lxx multis rationibus à lectione hebræa diſcrepare, non verbis ſolis & ſyllabis, ſed orationibus multis & longis, ita eſſe fatemur quod illo Origenis Hexaplo, vbi multorum translationes vna erant, pro altera ſæpe ſumebatur altera, vt in libris vbi multa ſunt commentaria, & nomina commentatorum multorum, ſæpe nomina commentatorũ cõmutãtur, & nomen vnius ponitur pro nomine alterius, & ita non pauca in translatione Lxx ſunt aliorum translationibus adulterata, quod dictum à nobis eſt in illud: emitte agnum, & in illud: vtinam dirumperes cælos; ſed ſæpius id fit quod vituperat Maſius, quod in plæriſque locis Lxx translatio metaphraſis ſcripturæ & ſcholiõm potius eſt, quam translatio, quibus locis qui Iudaicas ſequentur interpretationes alieniſſimam putabãt Lxx virorum interpretationem, qui vero eam expenderint ex explanatione veterum patrum, & cum hebræa lectione contulerint diligenter reperiet, quod ait Auguſtinus, non eſſe diuerſam translationem Lxx ab hebræa lectione, ſed eam explanare diuinitus, & admiranda reſerare Chriſti myſteria. Nam verba diuerſa quę ſe in translatione Lxx reperiſſe dicit litteras & ſyllabas ſecundus liber ea omnia defendit abunde. Sed eò vnde digreſſi ſumus redeamus, nec illud prætereundum eſt ſcripturam Lxx eam eſſe ſcripturam, quam omnium veterum patrum conſenſu Apoſtoli ſuæ Eccleſiæ tradiderũt, & qua omnia hoſtra ab Apoſtolis & Euangeliſtis, & à ſanctis patribus Græcis & Latinis defenſa ſunt & conſtabilita, qua refutati Iudæi ſunt & hæretici, vt nihil illis expediat magis quam eam extrudi, nouas fieri translationes, quibus eorum cauſa melior fieri videatur. Hanc ergo ſcripturam quã tantopere commendas tibi ſe caſtigatiſſimam profitetur daturũ, modo tibi moderere vt eam patienter excipias, ſed monet Origenes: ſi quis alias proferat ſcripturas quam eas quas Eccleſia habet, vt tibi dicas illa verba Domini quæ de Antichriſto dicit; ſi quis dicat: Ecce hic, ecce illic, ecce in penetralibus ne prodeas nec dignum deputes quem oculis aſpicias, tantum abeſt, vt iubeat Origenes, vt nobis moderemur, vt patienter audiamus, vetat vel oculis eas inſpectare, ego cum Auguſtino Lxx virorũ eam ſcripturam volo, quam in Eccleſia Domini video diuulgatam, & Eccleſiarum conteſtatione firmatam, nolo è tenebris Syriæ quæ hæreſeon olim fuit ſeminarium, & nunc Mohametica totã eſt, prolatam ſcripturam, ſed addit Maſius non ſtulta ſuperſtitione ex diuturno prauæ ſcripturæ vſu imbutos ſenſum rectioris capere nullo modo poſſe. Ego tria hæc quocunque illa accipias ſenſu, non intelligo, ſtultam ſuperſtitionem, prauã ſcripturam, rectioris, de ſcriptura quæ in Eccleſia eſt, & de amore quo noſtram ſcripturam complectimur, & de ſenſu Eccleſiaſtico. Quod vitiatiſſima eſt aiunt, & vlcenbus fœda, ne hoc quidem placet: hoc Iudæi nobis ab ipſis Eccleſiæ initijs obijciunt, quod aliud non habent, vt docent Iuſtinus & alij patres quo ſe defendant, cum manifeſtis de Chriſto Domino tenentur teſtimonijs. Satis habeo ego quod eam agnoſco veriſſimã vnam & eandem in litteris Apoſtolicis & Euãgelicis inſcriptis ſanctorum patrum, qui Græcè & Latine ſcripſere proximi temporibus Chriſti, & in cæteris omnibus, qui eam interpretantur, aut ea dogmata fidei conſtabiliunt Iudæos & hæreticos confutant. Hanc ego cum videam in Eccleſiæ catholicæ luce tanta, è Syria aſcitã terra Mohametica Hæreſeon ſeminario rectis oculis aſpiciã vnquã? nunquam faciam.

ciam. Addit Maſius hanc ſcripturã Lxx
adeo ſacroſanctam habetis, vt hebraicæ
veritati propemodum anteferatis, aufer
mihi propemodum, ego lectionẽ Lxx
hebraicę æditioni in plæriſque longe &
multũ cenſeo anteferendã, cur in hac
ſim ſentẽtia liber huius operis ſecundus
oſtendit qui eam eſſe docet omnium ve
terũ patrum atque adeo in quibuſdam
antiquiſsimorum Iudæorum & Rabino
rum lectione hebræa caſtigatiorẽ, ſed
mitto omnia illa, teſtem profero Spiri-
tum Sanctũ qui ore apoſtolorum & euã
geliſtarum dictauit legem nouã: is citat
ex veteri teſtamẽto locos plurimos iuxta
tranſlationẽ Lxx quos hic & ſequentes
libri præferũt, qui diſcrepant à lectione
hebræa quod hebraicè mutata appareat
diſtinctio; appareãt mutata pũcta aut lit
teræ duæ, treſuè, aut verba mutata, in his
ego Spiritui S. credo qui arguit aut du-
plicẽ in quibuſdã fuiſſe lectionẽ, aut mu
tatas in alijs litteras & ſyllabas, aut alias
Iudaicas fraudes, idemque dicẽdum ar-
bitror de locis citatis ex trãſlatione Lxx
in concilijs primarijs, in ſcriptoribus ſa-
cris vnis & eiſdẽ qui vna littera, aut dua
bus à lectione hebręa videtur diſcrepa-
re, ſimilibuſquẽ quibus ab impijs Iudæis
manifeſtæ de Chriſto prophetię ſolent
obſcurari, vt ſuperioribus libris eſt com
monſtratũ, ſed perſonam detrahamus,
& loquamur aperte, Maſi, Tueris Iudęo
rum ſententiam de tranſlatione Lxx pe
iuſque eam Iudæis conuitijs laceras, ci-
tas ſentẽtiam thalmud, in præfatione in
græcam tranſlationẽ Ioſuæ, de ſingulis
Lxx viris in ſingulis cellis vertentibus
ſcripturam ſacram, vbi aiebat Thal-
mud, Deum cuiuſque illorũ ita mẽtem
direxiſſe, vt cum ſcriberẽt ſinguli eandẽ
& vnam legem deſcriberẽt, vnoque cõ
centu in tredecim locis ab hebræa lectio
ne diſceſsiſſe, addit Maſius teſtatiſsimã
rem eſſe id ab ipſis factum eſſe & ab he-
bręa lectione in multo pluribus diſceſſiſ
ſe, & ſubijcit Maſius, ſi præter Moſis le-
gem reliquos ſpectes libros vſque adeo

Lxx virorũ interpretatio peruerſa eſt
plurimis in locis, vt veriſimile videri
nequeat viros illos fuiſſe tam ineptos,
ego Maſi te & omnes Iudęos ita refellere
facile poſſum, quod prophetarũ libros
ab Apoſtolis & euãgeliſtis citatos oſtẽ-
do iuxta tranſlatione Lxx, nec enim eo
tempore ab alijs erat tranſlata ſcriptura,
quam à Lxx ſenioribus, igitur dubium
eſſe nõ poteſt quin tota ſcriptura ſacra à
Lxx viris ſit tranſlata, viros doctiſsi-
mos fuiſſe Lxx viros & religioſiſsimos
docent Ioſephus Iudæus, & Iudæus Phi-
lon, vt Iudęos Iudæorum teſtimonijs re
uincam, & vt tu mutes ſententiã, nec vi-
ros quos Spiritus Sanctus ferè citat vo-
ces ineptiſsimos ne aſtipulari videaris Iu
daicę impietati, cum Lxx virorum trãſ-
latio per octingẽtos & amplius annos in
Iudæorũ ſynagogis pari in honore ſit
habita cum lectione hebræa, quod ali-
bi pluribus dictum eſt. Appellat ergo
Maſius Lxx viros ineptos & imperitos
& omnino abſurdos cui reſpondere nõ
eſt neceſſe. Oſtẽdi nanque ab huius ope
ris initio hanc controuerſiam fuiſſe in-
ter noſtros & Iudæos, quod Iudæi Lxx
viros omnibus quibus poſſent proſe-
querentur conuitijs; quod aliter cum
manifeſtis de Chriſto teſtimonijs tene-
rentur reſpondere non poſſent, quos re-
futaui libris ſuperioribus, nec eadem re
petere eſt neceſſe, illa enim argumenta
vniuerſe & generatim omnes petebant,
videtur Maſius velle refutare eos qui Iu
dæos aiunt vitiaſſe ſcripturam hebream
mutatione diſtinctionis, aut punctorũ,
aut vnius duarumvè litterarum varie-
tate nec ea audet attingere, ſed loquitur
generaliter, ad ſingula deſcendere non
audet, quid enim audeat? canonem præ-
ſcriptum à D. Hieronymo de agnoſcen
da lectione hebræa ex cuiuſque tranſla-
tione quem exemplo codicis Hiſpani
qui, latinè tranſlatus eſſet ob oculos
omnium ſæpè poſui, ita vt de eo non poſ
ſet quiſquam dubitare, refellere certè
nullo modo quiſquam poterit, quan-
quam

quam id aggreſſus dicit ea quorum nec pes, nec caput compareat, quod dici ſolet. Quid enim refert afferre quæ ſimilitudine vocum in ſe mutuo tranſeunt, vt, Iamata, in, Imatia, & quod Auguſtin. ait, omom, in, onon, ſexcenta ſunt hæc. Quid commercij illa habent cum Diui Hieronymi canone, conſenſum ſanctorum de vitiatis ſcripturis à Iudæis, qui poterat refutare Maſius, niſi citaret Iudaicos clamores, addit abſurdam eſſe diſcrepantiam translationis Lxx virorum à lectione hebræa in rebus quæ in ſcriptura tractantur. Credo equidem Lxx nanque viri tribus ſæculis ante Domini aduentum ſcripturam referunt ad Chriſti aduentum, & ad myſteria redemptionis, Iudæi alio referunt, & ad id incumbunt, vt obſcurent omnia Chriſti myſteria, vt diximus ex Diuo Hieronymo. Quid ni ſit inter vtroſque incredibilis diſcrepantia? Addit ſuam ſententiã Maſius, ſi quis inquiens, me ſententiam roget de translatione Lxx mihi ineptiſsima videtur, & tantis viris indignìſsima, & addit non verbis ſolum ab hebræa lectione diſſentire, ſed ſenſu quoque eſſe longe diuerſo per multas orationes, quibus verbis ſupra reſpõſum eſt Maſio, Iudæorum Maſius ſententiam refert, nihil noui apportat, notiſsima nobis erat ſententia Iudaica, breuius dixiſſet Maſius. Si quis à nobis quęrat, quid ſentiam, idem ſentio quod Iudæi, ego lectorem ſi quis huius operis lector fuerit, ignorare nolui, hanc Iudaicam eſſe ſententiam contra noſtros veteres patres omnes, quorũ ſententias libro ſecũdo retulimus, ne quis fortaſſe nõ admonitus erret, & Maſio credat, & quãquã nihil neceſſe erat, ſubijciem' Maſij ſentẽtię, veterũ Patrũ ſentẽtias, vt quãtũ inter eas diſcrimẽ ſit lector expẽdat.

Veterum Patrum ſententia de translatione xx virorum.

NE cuiquam ſit tanta in animo confidentia, vt ab Eccleſiaſtica ſcriptura ad hebræa volumina prouocandum putet, neue conſenſui ſanctorum de ea reſiſtat, quod neget veteres patres eam cum hebręa lectione contuliſſe, & ideo tantopere illam collaudaſſe veterum ſententias de translatione Lxx referamus, quanquam ſatis erat oſtendiſſe translationem hanc à Domino & eius Apoſtolis citatam, & Eccleſiæ ſanctæ datam, age teſtimonia, etiam quædam ſacrorum ſcriptorum addamus ſi forte horum hominum furorem coercere poſſumus, qui etiam adijciunt Diuum Hieronymum in texenda ſua vulgata ſimilitudine litterarum falli potuiſſe, vt noſtrę vulgatæ extenuetur authoritas: addunt etiam, etſi Lxx virorum translatio in quibuſdam vera fuerit, quę citarit Spiritus ſanctus, aut quæ Eccleſia ſancta citarit in concilijs, non continuo in omnibus futuram veram, quæ ratio apud pios valebit ſanè parum apud Iudęos & hæreticos magnos excitabit cachinnos, & res noſtræ erunt deriſui paucorum culpa, præſertim cum addatur confeſsio illa pernicioſa fieri poſſe vulgata. D. Hiero. veterẽ translationẽ, quę ſunt ſingula peſsime dicta, vt monſtratũ eſt, & pręter hæc incõmoda fieret illud Athanaſij in epiſtola de Synodis Ariminij & Seleuciæ, vt ſcandalũ fidelibus, effuſum cachinnũ Paganis & Iudæis præberemus, qui dicerẽt Chriſtiani tandẽ aliquando velutiexpergiſcẽtes è ſomno nouas milleſimo quingẽteſimo poſt anno ſcripturas quærũt, quibus in ſuis concilijs illud ſemper in ore erat, ne tranſmoueas terminos ęternos, quos poſuerũt patres tui, en patres ſuos deſerere parant Chriſtiani, & nouas quærũt ſcripturas, nec intelligunt extorqueri ſibi è manibus eam ſcripturam quam Dei legem appellarunt eorũ maiores per mille quingentos annos, & pro ea lege diuina legis illius diuinæ mutationem in ſathanicam legem quod ait Hieronymus nobis manibus dari. Oſtẽdimus namq; li. 1. cap.

& ſecundo

& ſecũdo poſtremo cap. quo refutauimus Iſaac Leuitæ obiectationes, nouas translationes quaſdam, nec enim de omnibus loquor, ſed de his tm̃, quæ in quibuſdam locis vulgatam ipſam & teſtimonia Apoſtolica & Euãgelica eneruãt non eſſe ſcripturæ translationes, ſed legis Dei mutationes, & abrogationes. Accipe ergo quod veteres dicant de noſtra ſcriptura Epiphanius lib. 3. contra Aerium veritatis noſtræ ſcripturæ, teſtes eſſe, omnes qui ante nos fuerunt, & accepere hanc traditam translationem ab eccleſia, qui & ipſi à ſuis maioribus acceperant vſque ad ipſos Apoſtolos, qui Eccleſiæ eam dederant, ſed quid refert, inquies, vitiata eſt, & id fuere authores viri graues apage, inquã viris grauiſſimis fides in re tali habenda non eſt, eadem opera omnia ſcripta, tam ſacra quã profana dices fuiſſe vitiata, nec vlli ſcripturæ ſiue ſacrę ſiue profanę vlla erit fides. Eccleſia ſancta ergo ſemper à ſuis maioribus accipiens rectam fidem, & correctam ſcripturam retinet, vt Athanaſius aduerſus Arianos, & alijs locis teſtatur centies. Auguſtinus quoque contra duas Epiſtolas Pelagianorum ad Bonifacium lib. 4. cap. 12. ex Cypriano ait, fides vera vereque Chriſtiana atque Catholica, ſicut per ſcripturas ſanctas antiquitus tradita eſt, ſic à patribus noſtris vſque ad hoc tempus retenta atque ſeruata, deinceps propitio Deo retinenda atque ſeruanda. En Auguſtinus fidem atque ſcripturas à maioribus vſq; ad noſtra tempora, ait, deſcendiſſe, & ſic credimus Homeri poeſin, & Heſiodi, Euripidis, Aeſchyli, Maronis ad nos deſcendiſſe, qui minus dicas veram translationem Lxx ad nos tranſmiſſam, niſi id eſt quod dixi veram Dei legem nobis extorquere manibus contendunt vulgatam ſcilicet, D. Hier. & Lxx trãslationẽ Auguſtinus contra Iulianum Pelagianum in fine libri ſecundi citans veteres patres, ait, quod inuenerunt in eccleſia tenuerunt, quod didicerunt docuerunt; quod à patribus acceperunt, hoc filijs tradiderunt, nondũ vobiſcum apud iſtos iudices aliquid agebamus, & apud eos acta cauſa noſtra eſt, nec nos, nec vos noti fueramus eis, & illorum pro nobis cõtra vos latas ſententias recitamus, nondum vobiſcũ certabamus, & eis pronũciantibus vicimus, hęc Auguſtinus. Sed maximũ pondus quorundam habet authoritas, habet quidẽ, & vera ſunt, quæ dicunt, vitiata enim eſt locis non paucis. Sed ſi ipſam translationem Lxx vnã & eandem, ita vt ne verbo quidẽ diſcrepet in litteris Apoſtolicis & Euangelicis vides in ſcriptis veterum patrũ, qui refutauere hæreticos & Iudæos grecè & latine hac translatione, & qui tã ſunt interpretati, cur tu alij cuique credas potius quam tuis oculis, neſcio inquies grę ce aut hebraice. Credito ergo eccleſiæ, in qua nulla eſt falſitas, vt ait Irenęus, & cuius authoritas ſingulis ſcriptoribus quantumuis eminentiſsimis eſt anteponenda, Chryſoſtom. 1. Homelia de eo quod ſcriptum eſt. Dirige me in veritate tua, in veritate eccleſiæ, inquit, falſitas nulla inuenitur, ſed ne calumniatur inſidioſe aliquid excepiſſe ſe putet, dico trãſlationem Lxx vnam & eandẽ ſcriptis veterũ reperiri tam grẽcè quam latini ſcriptores veteres ſuis verbis transferunt, eadem tamen ſententia, nec neceſſe eſt, vt ſemper omnia tibi verba numerent, ita alterum pro altero vſurpare ſolẽt quod idẽ ſignificet quod vulgo facimus cũ citamus authores. Idem Auguſt. epiſtolã 18. ad Hieron. Hóc ad quæſtionẽ, inquit quã ſuſcepi maxime pertinet vt veritas diuinarum ſcripturarum ad noſtrã fidẽ ędificandã memoriæ commendata non à quibuslibet, ſed ab Apoſtolis ipſis, ac per hoc in canonicũ authoritatis culmẽ recepta ex omni parte verax ac indubitanda perſiſtat: & in fine eiuſdẽ epiſtolæ hanc eandẽ Lxx virorũ interpretationẽ ab Apoſtolis approbatam ait Origenes Homelia. 1. in Canticum Canticorum: Nos, inquit, Lxx interpretũ ſcripta per omnia

omnia cuſtodimus, en Auguſt. & Orig.
omnia aiunt, quæ in translatione Lxx
ſunt ex omni parte vera atq; cuſtodien-
da teſtantur. Vnde ergo orta eſt hæc no
ſtris temporibus alieniſsima à veteribus
patribus de translatione Lxx virorũ ſen
tentia? Chryſoſtomus in cap. 4. ſecundæ
Epiſtolæ ad Timotheum, in illud: Penu-
lam quá reliqui. Quid opus, inquit, illis
libris erat, cum eſſet migraturus ad Do-
minũ? & reſpódet, tunc eis maxime ege-
bat, vt fidelibus commendaret habédos
atque ſeruãdos ab his doctrinæ illius vi-
ce, quibus verbis declarat D. Paulũ mi-
graturũ ad dñm curaſſe aſportandos ſi-
bi libros ſacros, vt eos reliqueret eis qui
ſecum Romæ erãt vice doctrinæ ipſius,
nec alios reliquiſſe certũ eſt, quam tranſ
latos à Lxx viris quos ipſe ferè citat in
ſuis ſcriptis. Idem Chryſoſt. in ca. 5. Epi-
ſtolæ ad hebręos in Morali poſtremo il
lius capitis multa cómemorat de cura &
miſericordia Dei, quam nobis in ſcriptu
ra præſtitit. Dedit, inquiens, nobis le-
gem per Moſen, poſtea prophetas mi-
ſit, incenſi ſunt libri ſacri bello Babylo-
nico, inſpirauit omnes illas ſcripturas ſa
cras Eſdræ, vt ex reliquijs illis eas com-
poneret, poſtea diſpenſauit, vt Lxx viri
eas interpretarentur. I nunc & dicito
translatas ſcripturas per viros ſapientes
qui in quibuſdam potuerunt errare? Ná
Maſium prætereo qui eos ineptos, ab-
ſurdos, & imperitos nominat, & tamen
ſed reprimã me, dat dñs ſcripturas ſacras
per prophetas, incenduntur igni Babylo
nico Domini permiſſu, inſpirat eas Eſ-
dręſacerdoti vt eas ex reliquijs reſtituat,
diſpenſat vt Lxx viri eas interpretentur
& permittit vt errent? non aſpirat illis vt
diuinitus interpretentur? credibile non
eſt, pergit Chryſoſtomus: venit Chriſtus
& ſuſcepit eas, Apoſtoli eas diſſemina-
uere per omnes, ſigna & miracula fecit
Chriſtus, quid poſt tam negotioſam di-
ligentiam? ſcripſerũt etiã Apoſtoli, hæc
Chryſoſtomus, hæc quæ iam negotioſa
diligentia, vt ait Chryſoſtomus, ſcripta
ſacra dedit Deus, & per Apoſtolos ſuos
per totum orbem diſſeminauit relin-
quere ea tandem iubemur? & ſi Deo pla
cet ad Hebręos libros prouocabimur,
multa huius generis apud Origenem in
epiſtola ad Aphricanum, & apud alios
veteres leges quibus citandis ſuperſe-
deo quod legẽtu libros ſacros facile occur
rent, illud dicam hanc eſſe ſententiam,
omnium veterum quicunque græcè
aut latinè ſcripſere. Chryſoſtomus to-
mo. 3. homelia de Spiritu Sancto, adorã
do indicans quid intereſſet inter Chri-
ſtum verum, & pſeudoChriſtum ve-
nerunt ait falſi Chriſti, non docue-
runt ex lege & prophetis, ſed ex ſe ip-
ſis loquuti ſunt? & ex propria ſententia?
Saluator noſter venit, non diſceſsit à le-
ge, non diſceſsit à Prohetis, ſed dicebat
bene dixit Eſaias & ſimilia, nec loque-
batur ex ſe ipſo, ſed ex prophetis, &c.
hæc & ſimilia Chryſoſtomus, qui vero
ex noſtris aiunt Chriſtum Dominum
prophetias alieno ſenſu citaſſe accom-
modaſſe ad ſe prophetias, quæ generali-
ter dictæ erant à Prophetis, aliter illas
prophetias interpretandas, quam à Do
mino interpretentur, Chriſtum faciunt
pſeudoChriſtum & peiorem, quan-
to peior eſt qui citat ſcripturam Dei alie
no ſenſu quæ ingens blaſphemia eſt, vt
ait Hieronymus, quam qui fallit, ſed
non citat teſtimonia falſa ſcripturę vt
fallat, quo crimine etiam implicari vi-
dentur, qui Lxx viros fatuos, abſurdos,
& ineptos appellant, & alieno ſenſu mul
ta fuiſſe interpretatos affirmant, quos ci
tat Dominus citant & eius Apoſtoli &
Euangeliſtæ, nam vide tu quid colligi
poſsit hinc ſi ineptiſsimi ſunt Lxx vi-
ri & abſurdiſsimi, qui alieno ſenſu in ple
riſque ſcripturam reddiderint, & Domi
nus & eius Apoſtoli ſcripturam citant
iuxta hanc tranſlationem ineptiſsimá
& abſurdiſsimam, & alieno ſenſu trãſ-
latam dico, dico inquam, ſentẽtiam il-
lam veterum eſſe veriſsimam qui dice-
bant lupis eſſe ſęuiores Iudęos aduerſum

nos,

nos. Claudam diſputationem illo elogio Origenis in cap. Matthęi. 23. tractatu 29. in fine, de nouis quibuſdam ſcripturis; Quoties, inquit, canonicas proferunt ſcripturas in quibus omnis Chriſtianus conſentit & credit, & alij non vulgatas proferunt ſcripturas, id enim ſupradixerat, videntur dicere; Ecce in domibus verbum eſt veritatis, ſed nos illis credere non debemus; nec exire à prima & Eccleſiaſtica traditione, nec aliter credere, niſi quemadmodum per ſucceſsionem Eccleſię Dei tradiderunt nobis, & vtitur Origenes illa ſimilitudine Domini Matthæi capite. 24. de Antichriſto. Tunc ſi quis vobis dixerit, Ecce ecce hic Chriſtus, aut illic nolite credere. Et infra, Si dixerint vobis: Ecce in deſerto nolite exire: Ecce in penetralibus, nolite credere. Hac ſimilitudine vſus eſt Origenes de Iudaicis tranſlationibus illius temporis, quæ ſibi & alijs veteribus ad interpretationem ſcripturæ vſui erant, quid dicturum fuiſſe putes, de tranſlationibus quibuſdam noſtri temporis, nec enim de omnibus loquor. Qui ſapiet ergo Eccleſiaſtica ſcriptura contentus eſto, tales putet eos qui nouas ſcripturas poſtulant, quales erant olim qui nouas poſtulabant tabulas.

Quibus rationibus euinci videatur Lxx viros fuiſſe Prophetas.

PLato in Timæo digniores nomine Prophetæ eſſe putat eos qui Prophetias interpretãtur quam eos qui prophetant, quod quidam diuino inſtinctu prædixere quæ non intelligebant & verius Propheta eſt qui ea intellexit quàm qui prædixit; Origenes Homelia. 2. in Ezechielem prophetias ſcribit afflatu Spiritus ſancti fuiſſe præſignificatas, & eiuſdem Spiritus ſancti afflatu explanandas eſſe. Ambroſius in cap. 3. & 4. Epiſtolæ ad Epheſios interpretes ſcripturæ Prophetas appellari ait centies. Iam obiter hoc dicendum eſt Iudæos ſcripturam interpretari non poſſe quibus ſpiritus ſathanæ aſpirat; non Spiritus ſancti numen, largiantur aduerſarij nobis hæc neceſſe eſt; ſed negant Prophetas mentiri, & Lxx viros millies erraſſe, millies deceptos fuiſſe aiunt, quod à Prophetis abeſt longiſsimè, id ergo diſceptemus ad normam quam nobis præſcripſit Dominus Deuteronomij cap. 18. ait Dominus, quod ſi tacita cogitatione reſponderis, quomodo poſſum intelligere verbum quod Dominus non eſt loquutus? hoc habebit ſignum quod in nomine Domini Propheta ille prædixeſit & non euenerit, hoc Dominus non eſt loquutus, ad hanc igitur regulã Iudaicas interpretationes prius examinemus. Euſebius lib. 8. demonſtrationis Euangelicæ, demonſtratione ſecunda ſub finem, Iudæos ſua interpretatione mendaces ait facere ſcripturas, qui cum Daniel dixerit intra Lxx hebdomadas venturum Chriſtum, negant adhuc veniſſe per tot annorum millia Danielis prophetiam faciunt mendacem. Non eſt igitur loquutus Dominus quæ Iudæi interpretantur. Hilarius in Pſal. 123. in illud: Non commouebitur in æternum qui habitat in Hieruſalem. Iuxta interpretationes Iudaicas, inquit, inanis eſt Pſalmus & Propheta mẽdax; Iudaica ergo interpretatio iuxta normam præſcriptam à Domino non eſt à Deo, ſed ab ipſis & mendax. Idem Hilarius in Pſal. 131. in illud. Ecce audiuimus eã in Ephrata, iuxta Iudaicã interpretationẽ, ait mẽtitũ Prophetã eſſe, & irritũ ſacramentũ, Quis igitur audeat dicere iuxta prędictũ canonẽ illa quæ Iudæus interpretatur à Domino eſſe præſignificata. Palæologus in diſputatione cõtra Iudæos, diſputans de Lxx hebdomadibus mendacem prophetiam futuram ait, iuxta Iudaicam interpretationem, & diſputans de illo. Non deficiet ſceptrum de Iuda. Si Chriſtus non venit, inquit, vt vos dicitis, mendax tantus Propheta

veſter Moyſes, & detrahit fidem ſibi in his quæ ſcripſit de rerum creatione, mendax & pater noſter Iſrael. Idem Dominus Hieremiæ cap. 28. Propheta qui vaticinatus eſt pacem cum venerit verbum eius tunc ſcietur Propheta quẽ miſit Dominus in veritate, ad hanc normam præfixam à Domino examinemus Lxx viros an verè Prophetæ ſint dicendi. ſiquidem Prophetarum interpretes præcipuè in Ænigmatis propheticis Prophetæ dicuntur, authore Platone, & ſcripturæ interpretes, authoribus Origene & Ambroſio, Prophetæ nominãtur. Ex ipſo ergo rerum euentu expendamus propheciãs iuxta trãſlationem Lxx. Nã ſi ipſas omnes rerum euentus comprobat iuxta Lxx ſeniorum interpretationem, neceſſario conſequitur Lxx viros verè fuiſſe Prophetas. Cum venerit verbum eius, inquit Dominus, tunc ſcietur Propheta quem miſit Dominus in veritate: Impoſsibile namque eſt Dominũ falli, aut fallere, vt docet Plato lib. 1. de R. P. & non ſolum fides Catholica, ergo quod Dominus dicit neceſſariò verum eſt. Theodoretus de curandis affectionibus græcorum libro 10. cum retuliſſet multas prophetiãs de Idolorũ euerſione ſubiecit. Videtis manifeſta rerum indicia cum euenta prædictionis propheticæ paſsim impleta conſpiciantur, & in fine eiuſdem libri 10. Priuſquã prophetia, inquit, ex euentu rerum finem conſequeretur non parum laboris erat perſuadere euentura eſſe quæ prædicerentur, nunc autem cùm impleta iam videamus quæque olim verba fuerant, eſſe nunc facta nullus iam nobis labor reliquitur ad faciendam auribus fidem, aures enim oculorum teſtimonio nũc vtuntur. Euentus igitur iuxta Theodoretum manifeſtus conſequutus eſt prophetias tranſlatas à Lxx viris, vt iuxta verbum Domini diuinitus ſint trãſlatæ. Hoc eodem canone vtitur Hieronymus in cap. 3. Malachiæ in principio. Miror, inquiens, quomodo Iudæos rerum exitus non doceat veritatem, quod enim templum ſuum inueniet Dominator quod vſque ad fundamentum deſtructum eſt, aut ſi ab alio extruendum eſt, quid eorum Chriſtus eſt facturus, cum ab alio reſtituta ſint omnia, ab ipſo rerum euentu D. Hieronymus refellit Iudaicam interpretationẽ, & Eccleſiaſticam probat Diuus Chryſoſtomus in demõſtratione quod Chriſtus ſit Deus, cùm plurimas citaſſet prophetias iuxta tranſlationem Lxx omnes ab euentu probat, & earum, & interpretationis veritatem ab effectu confirmat. Vidiſti, inquiẽs, diligentiam Prophetarum quomodo ventura omnia prædixerunt, quomodo ergo adhuc in incredulitate periſtas? verba ante hæc tẽpora prædicta ſunt, opera verbis ſuccedere vides conſona, & omnino prætermiſſum nihil, at quod non ſint figmenta teſtantur hi qui libros & primum acceperunt & conſeruant inimici noſtri, & à crucifixoribus Chriſti progeniti. Athanaſius de humanitate verbi eiuſq; corporali aduentu agens de Lxx hebdomadis Danielis ex euentu verborum intelliges prophetiam, inquit, vbi Chriſtus ille vnctus exprimitur, & is qui iũgitur non homo ſimpliciter, ſed ſanctus ſanctorum prædicatur, & vſque ad aduẽtum Chriſti Hieruſalem ſtaturam poſtmodũ deſituram viſionem & prophetiam. Videtis, inquit, dirutam Hieruſalem, videtis inter Iudæos nullos eſſe prophetas, &c. Ab euentu igitur probat Athanaſius & prophetiæ & tranſlationis veritatem. Chryſoſtomus in caput. 14. Epiſtolæ ad Romanos in Morali ſermonis. 26. Prophetæ prædixerunt, ait, & res in effectum abijt, &c. Rerum igitur euentu comprobari, ait Chryſoſtomus, prophetias iuxta Lxx virorum tranſlationem. Et idem Chryſoſtomus in caput decimũquintũ. ad Corinthios, in illud: At non erat primum, ipſum rerum euẽtum, inquit, certiſsimum diuinæ diſpenſationis teſtem arbi-

arbitratur Paulus , iuxta quod cùm certiſsimus rerum euentus tranſlationẽ Lxx conſequatur,certiſsimum argumẽtum erit diſpenſatione diuina eſſe factũ, iuxta præſcriptum à Domino canonẽ, Origenes contra Celſum lib.6.cum retuliſſet prophetias de Chriſti paſsione certiore Chriſti exitu comprobatas hoc ait,& lib.7.aduerſus Celſum Prophetias eſſe ad hominum profectũ ſcribit, præſertim ex earum certo exitu confirmatas.Et Auguſtinus de conſenſu Euangeliſtarum lib.1.cap.16.& 17.& 20. ab euẽtu probat veras fuiſſe prophetias, iuxta tranſlationem Lxx & in oratione aduerſus Iudæos cap.7.ita premit Iudæos, Negabitis,inquiens,ea quę tanta authoritate prædicta ſunt & tanta manifeſtatione completa? vbi à prædictionibus Prophetarum premit Iudęos,& ab ipſo rerum euentu manifeſto,& lib 13. contra Fauſtum Manichæum capite.6. 7.& deinceps vſque ad finem libri tam Prophetarum prædictionibus quam euidenti rerum euentu refellit hęreticos,quod euentus certiſsimus conſequutus oſtendatur prophetijs omnib⁹ quas trãſlatas iuxta Lxx viros citat.Et idem Auguſtinus lib.16.contra Fauſtum Manichæũ cap.20.ab euentu & manifeſtis Prophetarum prædictionibus refellit aduerſarios & gentes,ait,conuolaſſe ad Chriſtũ propter manifeſtas prophetias quas legerent in libris quos ſeruarẽt Iudæi qui Chriſtum crucifixerunt,ſi enim à nobis tantum proferrentur prophetię de Chriſto confictę à nobis putarentur. Et lib. 22.contra eundem Fauſtum Manichæũ cap. 96. multa apertiſsimo prophetico ſpiritu prænunciata ait iam quoq; ipſis rebus impletis authoritatem diuinam habentia. Sed huiuſmodi teſtimonijs plena ſunt omnia quibus noſtri gloriantur & triumphant aduerſum Iudæos & hæreticos manifeſtiſsimis prophetijs & euidenti rerum ipſarum euentu , ſimul etiam addunt prophetias iuxta Iudaicas interpretationes tantum abeſſe vt prophetiæ ſint,vt mendacia potius videantur & ſtultitia & deliria & ſomnia: Adhibe ergo regulas Domini , ſi non eſt à Domino Prophetia quam rerum manifeſtus non ſequitur euentus prophetiæ iuxta Iudaicas interpretationes non erunt à Domino , nec erunt prophetiæ, & ſi iuxta præſcriptum canonem à Domino prophetię quas euidens ſequitur euentus à Domino ſunt prophetiæ iuxta tranſlationẽ Lxx quas certiſsimus comprobat rerum euentus prophetiæ Domini erunt neceſſario , ſiquidem Dominus fallere nullo modo poteſt. Dices fortaſſe, cur ergo Iudęi tantopere tranſlationem Lxx auerſantur:? quod tam planè & tam apertè Chriſti myſteria prædicat, vt frequentiſsimè veteres patres interprete egere negent , aiantque nihil aliud eſſe legiſſe eas quam intellexiſſe, has ne quiſquam miretur Iudæos peius ſanguine viperino odiſſe? adde tu quod per prophetias deciditur lis quæ inter nos & Iudęos eſt,vt docet Origenes aduerſus Celſum in principio lib.3.& in principio libro.4.Et non vis prophetias oderint euidentes & manifeſtas quæ illos iugulant , & alias quærant, quibus illorum defendatur impietas? aperent ſi veritati cederent,ſed in impietate ſua perſtare volunt. Hinc ergo tranſlatio Lxx Iudæis ſupra quam dici poſsit odioſa eſt quod Chriſtum ſonat ſemper,& eo nomine Iudęorum aures radit , hinc diſcrepare à veritate hebraica ab illis dicitur,& parum fideliter verſa,ſcis quam Iudęè, vt neceſſe habeas dicere Lxx viros,aut veriſsimè & fideliſsimè ſcripturam tranſtuliſſe,aut veriſsimos.72. illos Iudæos fuiſſe Prophetas , qui trecentis ante Domini aduentum annis prædixere omnia quæ vobis euenere, & omnia Chriſti myſteria,& quia iuxta verbum Domini veriſsimus rerum euentus eorum conſequutus eſt prophetias veriſsimæ eorum fuere prophetiæ , & à Domino fuere,& dolet dolebitque vo-

 bis

bis in omne tempus tàm veras illorum
fuiſſe Prophetias, & nullum illorum
verbum cecidiſſe quin completum ſit.

Præfatio in locos ex veteri teſtamento ab Apoſtolis & Euangeliſtis citatos.

MOnſtratum eſt vſque adhuc fu-
ſius quidem in diſputatione de
tranſlationibus, & hoc opere breuius
locos ex veteri teſtamento citatos ab
Apoſtolis & Euangeliſtis iuxta tranſla-
tionem Lxx eſſe citatos, Exceptis paucis
qui eſſent vitiati, & paucis quoque exce
ptis quos Apoſtoli & Euangeliſtę ſuis
verbis expreſſere ex lectione hebræa, vt
docet D. Hieronymus, qui omnes vix
denarium numerum exceſſerint, cætera
omnia iuxta tranſlationẽ Lxx ab Apo-
ſtolis & Euangeliſtis eſſe citatá. Adieci-
mus illud quoque tranſlationem Lxx
afflatu Spiritus ſancti eſſe textam iux-
ta omnium ferè veterum Patrum ſentẽ-
tiam, contra eius obtrectatores, & con-
tra Iudęos omnes. Illud quoque addidi-
mus in plęriſque ex ſententia ſanctorũ
Patrum atque etiam Iudæorum anti-
quiſsimorum & Rabinorum recentiũ
noſtram vulgatam, & hanc de qua lo-
quimur tranſlationem Lxx ſeniorum
hebræa lectione eſſe longè veriorem.
Adiuncta quoque illa appendicula eſt
Pſalmos vulgatos quibus Eccleſia Ro-
mana vtitur, quoſque citant & interpre
tantur ſacri ſcriptores omnes græci &
latini eſſe caſtigatiſsimos, & hebręa le-
ctione emendatiores propter fallacias
in lectione hebręa vitianda à Iudęis ad-
hibitas, quibus in rebus omnis vſque
adhuc aduerſus Iudæos diſputatio verſa
ta eſt, his poſtremis tribus libris, qua-
tuor ſupradictæ quæſtiones, cum homi
nibus Chriſtianis & fidelibus tranſigẽ-
tur breuius & expeditus. Ita vt quatuor
illa quæ diximus in diſceptationẽ quæ-
ſtionemque vocari ſolita, non poſsint
poſt hac in controuerſiam vocari ita
deciſa his poſtremis libris eſſe videbun-
tur. Nam locos omnes ex veteri teſta-
mento ab Apoſtolis citatos & incõtro
uerſiá vocatos ab earũ obtrectatoribus
contra omne ius & æquũ hoc libro. 4.
expendemus, libro verò 5. & 6. locos ex
pendemus ab Apoſtolis & Euangeliſtis
citatos, & cõferemus cum tranſlatione
Lxx gręca gręcis comparabimus. Vtri-
que enim ſcripſere græce Lxx viri, &
Apoſtoli atque Euangeliſtæ, vt græca
græcis collata quilibet poſsit videre &
agnoſcere in vtriſque eadem verba, eaſ-
dem voces, ſententias eaſdem, nec poſ-
ſit dubitare Apoſtolos & Euangeliſtas
iuxta Lxx viros ſcripturam citaſſe. Præ-
ſertim ſi adhibeat canones Origenis
tres, primum illum Apoſtolos & Euan-
geliſtas cum ſcripturam citant, citare
neceſſaria, omittere media, & alterum
illum Apoſtolos & Euangeliſtas vt Ec-
cleſiæ magiſtros ſæpè vnum verbũ po-
nere pro altero quod idem ſignificet,
Tertius quoque adhibendus Canon ex
cap. 10. Eſaiæ, & ex Epiſtola Pauli ad Ro
manos. Nouum teſtamẽtum eſſe abbre
uiationem veteris teſtamenti, & con-
ſummationẽ, qua de re multa diximus
in Commentarijs in illum locum Eſaię:
Aduertendum igitur Apoſtolos & Euã
geliſtas redigere in compendium multa
ex veteri teſtamento quæ fuſè in veteri
teſtamento ſcripta viderentur, vnde lex
noua breuiatio ab Eſaia, & à D. Paulo eſt
dicta, hæc quæ diximus, ſi aduertas, in-
telliges locos citatos ex veteri teſtamen
to ab Apoſtolis & Euangeliſtis iuxta
tranſlationem Lxx eſſe citatos, ſi gręca
græcis collata inſpicias diligenter. Hac
parte peracta, reliquæ tres quæſtiones
quas diximus, deciſas & tranſactas pu-
tes neceſſe eſt, ſi Chriſtianus ſis & fide-
lis, nam hi tres libri poſtremi pugnant
aduerſus Iudęos & infideles, primũ illa
deciſa quęſtio eſt & definita qua quære-
batur vtrũ trãſlatio Lxx Spiritus ſancti
afflatu ſit facta, namq; ſi ab Spiritu ſan-
cto citata ſemper appareat qui ore Apo
ſtolorũ & Euãgeliſtarum eſt loquutus,
relicta hebręa lectione quum ab ea di-
ſcordat,

ſcordat, haud dubium quin à veritate prima probetur tanquam eiuſdem veritatis primę inflatu facta, præſertim ſi addas Lxx viros in plæriſque pro tranſlatione edidiſſe metaphraſin & commētariola in quibus Maſius dicebat nō verbis ſolum diſcrepare à lectione hebręa, ſed ſententijs quoque per multas orationes quod à Iudaica interpretatione toto cœlo diſcrepat, nec deſunt apud nos qui eadem cum Maſio ſentire videātur, ſi ergo oſtenderimus Spiritum ſanctū qui veritas prima eſt, has metaphraſes ſcripturæ, & hæc ſcholia & commētariola Lxx virorum citare, inficiari nō poſſis tranſlationem Lxx afflatu Spiritus ſancti factam eſſe, alioqui commētariola & metaphraſes ſcripturæ ſacræ ſcriptura ſacra non eſt niſi fateare Spiritus ſancti inflatu facta eſſe, quis enim metaphraſin, aut paraphraſin Ariſtotelis pro Ariſtotele citet? aut commentaria Ariſtotelis, Alexandri, aut Simplicij citet pro Ariſtotele? Certè nemo. Citat Spiritus ſanctus ore Apoſtolorū & Euāgeliſtarum Commentariola ſcripturæ Lxx vt apparebit, pro ſcriptura ſacra, & eorundem paraphraſis, eadem opera, ergo Spiritus ſanctus docet illa commentariola & paraphraſis illas afflatu ſuo eſſe factas & ſcripturam ſacram eſſe, quę ſententia D. Auguſtini eſt, excepto quod Auguſtinus perſuaſus erat à neſcio quo diuerſas eſſe ſententias huius tranſlationis à lectione hebręa, & vtraſque ſententias ab Spiritu ſancto eſſe dixit, qui illud per pphetas, aliud per Lxx viros dicere voluit, quod confutat Hieronymus, & merito confutat, ſed ſi Auguſtinus hebraice ſciuiſſet commentariola Lxx quæ ædidere in quibuſdā pro tranſlatione, in lectionem hebræam ab Spiritu ſancto ædita diceret, & in altero ſcripturam dediſſe, in altero expoſitionē ſcripturæ, quanquam hic Diuus etiā hebræi ſermonis rudis facile hoc intellexit qui tranſlationem Lxx & lectionem hebræam paris & æqualis authoritatis eſſe ſcribit cùm ęqualiter citentur ab Apoſtolis & Euangeliſtis, & adiecit in his locis in quibus diſcordare videntur, ſi diligenter attendamus, reperiētur, inquit, eſſe concordes, quibus verbis idē quod nos dicimus docet ille Diuus. Fateare igitur neceſſe eſt homo Chriſtiane ſi Spiritus ſanctus ex ęquo citat Lxx viros, tàm in his locis in quibus fecere tranſlationem, quàm in his in quibus pro trāſlatione fecere metaphraſin ſcripturæ & commentaria quędam breuia, vt oſtendemus vtraq; feciſſe Lxx Spiritus ſancti inflatu, & vtraque ſacrā eſſe ſcripturam, vt docuit Auguſtinus, alioqui Spiritus ſanctus nūquam ſcripturæ commentaria pro ſcriptura ſacra eſſet citaturus. Adijce poſtremo quod idem Spiritus ſanctus huius tranſlationis Lxx commentator eſt & ſcholiaſtes & breuiator, quę omniū maxima cōmēdatio eſt, vt Spiritus ipſe ſanctus breuiet hanc tranſlationē, ita vt verba ſeruet ipſorum Lxx & nō ſolū citet pro ſcriptura ſacra cōmentariola facta pro tranſlatione ab ipſis Lxx ſed ipſe quoq; Spiritus ſanctus huius trāſlationis ſit cōmētator, vt iam oſtendemus, Spiritus ſanctus ſui ipſius erit cōmentator aliorū non erit quippe Deus immēſus & infinitus, infinitus intellectus, & ſapiētia infinita, cū hæc omnia his poſtremis libris oſtēderimus profecto homini Chriſtiano nulla dubitatio relinquitur, ſi modo verè Chriſtianus ſit quin afflatu Spiritus S. hæc trāſlatio ſit texta, & quin hæc omnia ita ſint. Tertia pars quæ cōtinet omnē cōtrouerſiā quæ toto hoc opere diſceptatur, etiā ſuperioribus quæſtionibus definitis Chriſtiano hōi prorſus eſt tranſacta, veriorā eſſe quæ citātur ex veteri teſtamēto ab Apoſtolis & Euāgeliſtis iuxta trāſlationē Lxx quā quę in lectione hebręa ſunt ſcripta, ſi inter ſe diſcordent, & eos qui profitētur libros à ſe trāſlatos iuxta hebraicam veritatē verius in plæriſq; dicturos iuxta Iudaicam perfidiam eſſe trāſlatos. Id vt oſtēdam, illud D. Hiero.

Redigam in memoriam, incidiſſe hunc Diuum in duos locos, quos iuxta Lxx citatos ab Apoſtolis fateri fuit neceſſe, & non iuxta lectionem hebręam, & cõfeſſum hunc Diuum fuiſſe antepoſuiſſe Apoſtolum tranſlationem Lxx lectioni hebręæ, quod tranſlationem Lxx citare maluerit quam hebræam lectioné, vbi inter ſe diſcordare viderentur, Nam dubium quod proponit in principio huius præfationis diſſoluimus ex Origene. Age ergo, ſi D. Hieronymus ex duobus locis citatis iuxta Lxx colligit Apoſtolum veriorem iudicaſſe lectioné Lxx in illis duobus locis lectione hebræa, validius ego poſtquam oſtendero omnia ſcripturæ teſtimonia citata ab Apoſtolis & Euangeliſtis, citata eſſe iuxta Lxx & non iuxta hebræam lectionem in his locis in quibus hęc tranſlatio & hebręa æditio diſcrepant, validius inquam ego dicere potero in illis locis omnibus ab Spiritu ſancto tranſlationem hanc ędítione hebræa iudicatam eſſe veriorem & caſtigatiorem, & veritatem non eſſe in hebręa lectione, ſed in Lxx virorum interpretatione quippe eam citat Spiritus ſanctus qui veritas prima eſt, hæc igitur vera dicenda eſt, non citat. Spiritus ſanctus lectionem hebræam, nõ iudicat ergo Spiritus ſanctus veritatem in illis locis eſſe in æditione hebræa. Diſcrepãt inter ſe æditio hebręa à trãſlatione Lxx vtra verior ſit ducitur Spiritus ſanctus iudex & arbiter, Spiritus ſanctus qui eſt veritas prima, qui vtranque dictauit, relicta hebræa ęditione citat tranſlationé Lxx iudicat ergo illam eſſe veriorem, nã citare Spiritum ſanctum tranſlationem Lxx relicta hebræa lectione quadringẽties poſtremi huius libri oſtẽdét, ſed veritas prima non poteſt fallere nec falli, quod concedas neceſſe eſt homo Chriſtianus: fateor inquies hæc ita eſſe, ſcire tamen velim quo pacto id fieri potuit, vt tranſlatio Lxx verior ſit, & ędítio hebræa corruptior, pluribus id monſtratũ eſt ſupra, præcipuè tamen ſecundo huius operis libro, Iudæos vt occultarent Chriſti Domini myſteria hebræam lectionem varijs vitiaſſe fallacijs, aut diſtinctione varia, aut punctorum mutatione, aut vnius duarumvè litterarum leui flexu, alijſque fraudibus & dolis, docuiſſeque D. Hieronymum id deprehẽdere ex tranſlationibus, præſcripto quodam canone, quem D. Hieronymi canonem vt ob oculos omnium ponerem vti ſoleo, idque crebro vſurpo exemplo hiſpani codicis, qui verſus cétũ aut mille ante annis eſſet latinè, ſi tu in codice hiſpano legeres, lleuaua vna roſca en la mano, & in codice latino tranſlatum vi- deres, roſam manu geſtabat, non dubitares quin in hiſpano codice vna littera c. eſſet addita, nec eſſe legendum, roſca, ſed, roſa, ſi tranſlatio latina argueret vitium hiſpanę dictionis, multo magis ea tranſlatio quam Spiritus ſanctus citat vnam litteram aut ſyllabam aut dictionem additam, aut detractam in hebræa lectione arguet. Si in hiſpano codice legeretur, carro, & tu redditum videres latinè, conuentu, non dubitares quin in hiſpano codice vna eſſet mutata littera, nec legendum fuiſſe, carro, ſed, corro, qui minus quæſo ex lectione quam citat Spiritus ſanctus idem agnoſcas in lectione hebræa eſſe factum, & vitium eſſe in lectione hebræa. Si legeretur in hiſpano codice, Hallaron la mona en vna cumbre, & redditum latine videres, inuéta eſt mina in quodã culmine; quis ambigeret in codice hiſpano legendum eſſe, Hallaron la mina en vna cumbre, nõ minus vitium lectionis hebręę imò multo magis ex ea lectione quam Spiritus ſanctus citat deprehendes in lectione hebræa. Si in hiſpano codice legeretur, Hizo traer mucha paja y mucho lino, & tranſlatum videres latinè, alportãdum curauit multum frumentum & meri multum. Stipes eſſes ſi non intelligeres in hiſpano codice legendum eſſe, hizo traer mucho pã y mucho vino. Dic quæſo lectio citata ab Spiritu ſancto

Exempl. in codi. is hiſpani.

Exemplum codicis hiſpani.

cto non eadem vitia in lectione hebræa melius multo indicat? non id cernitur oculis? non id tenetur manibus? ſi in codice hiſpano legeretur, tenia vn libro malo, & tu videres tranſlatum, habebat labrũ vlceroſum, dubitares verũ in hiſpano codice legẽdum eſſet, tenia vn labio malo. Quę in his rebus dubitatio eſſe poſſet? prorſus nulla, & de interpretatione quã citat Spiritus ſanct⁹ dubitet quiſquam nũ arguat vitia lectionis hebręæ, & Iudaicas fraudes in ea factas? Si in codice hiſpano legeretur, tenia muy gran baſura en ſus caſas, & trãſlatum videres, habebat opulẽtum abacũ in ſuis capſis, dubitares dicere codicem hiſpanũ eſſe vitiatũm, nec legendum eſſe, gran baſura, ſed, gran baxilla. Nec legendum eſſe, en ſus caſas, ſed, en ſus caxas, quis tã ſtupidus eſt qui hęc nõ ita eſſe iudicet? quãto melius iudicet hæc eadẽ vitia lectionis hebręæ ex tranſlatione quam Spiritus ſanctus citat. Sed vna inquis reliqua dubitatio eaque difficilis quod lectio hebræa caſtigatiſsima eſſe dicitur, & veritas hebraica appellatur, eaque res confeſſa putatur nõ ſolum vulgo ſed etiam apud plæroſq; Patres, & præcipuè apud D. Hiero. Iam ſecundo libro monſtratũ eſt ex authoritate omnium veterum, & præcipuè ex authoritate D. Hieronymi, qui de hac re ſententiam mutaſſe videtur, id falſum eſſe & lectionem hebræã multis in locis eſſe vitiatam, ita tamen eſſe vitiatam, vt ſupra pluribus dictum eſt, vt viris doctis adiutis potiſsimũ vulgata D. Hiero. ex tranſlatione Lxx non videatur eſſe vitiata, quis enim mediocriter doctus mutatam diſtinctionẽ, vel legens, aut legentem audiens nõ obiter caſtiget ſine vllo negotio? quis non eodem modo caſtiget mutata puncta, litteram vnam aut duas mutatas Iudaicis fallacijs? Oſtendimus igitur ſecundo libro multa in hebręa lectione eſſe vitia, quæ nulla re planius & expeditius deprehenduntur ea tranſlatione quam Spiritus ſanctus citat. * Vltimus reſtat locus de Pſalmis vulgatis quos concinit Eccleſia ſancta, quos vitiatiſsimos etiam fateri dicuntur plęrique ex Catholicorum numero fœdiſsimo quodã lapſu, ſunt enim Pſalmi vulgati caſtigatiſsimi & emendatiſsimi quod hinc colliges quod eos citat Spiritus ſanctus qui ore Apoſtolorũ & Euangeliſtarum eſt loquutus, nec citat eos iuxta hebræam lectionẽ; de qua tàm magnifice quidam è noſtris loqui ſolent, ſed Spiritus ſanctus qui veritas prima eſt veriora citat, minus vera non citat. Igitur trãſlatio Lxx in his Pſalmis quibus in precibus vtimur multo veriores ſunt lectione hebręa, in his, inquies, quę citant Apoſtoli & Euãgeliſtæ, quorum ore Spiritus ſanctus eſt loquutus, in cæteris non item, imo maximè, ſiquidem Spiritus ſanctus Eccleſiæ ſuę doctores dedit, vt ait Paulus. Dedit quoſdam doctores. Vnus aut alter errare poteſt, cõſenſus doctorũ omniũ nõ poteſt errare, vnde Athanaſius aduerſus Arianos conſenſum doctorũ non putat tantum doctorũ cõſenſum, ſed pene dixerim Spiritus ſancti iudicium, præſertim cum doceant patres veteres Chriſtum Dñm aperuiſſe ſuis ſcripturarũ ſenſum ſacrũ, & iuſsiſſe ſuos, vt nobis ſcripturarũ ſenſum aperirẽt quod ipſi fecere, & in Eccleſia ſancta nobis cũ Theſaurũ reliquere. Age ergo ſi ſingulos Pſalmorũ verſus iuxta trãſlationẽ Lxx apud doctores ſacros omnes gręcos & latinos citatos & explanatos vides vno cõſenſu, vt ne littera aut ſyllaba inter ſe diſcrepent, hunc doctorũ omniũ Eccleſiæ conſenſum, & vniuerſæ Eccleſiæ Catholicæ, & Conciliorũ omniũ primariorũ, nõ ſuſpicis nõ admiraris, ego nõ ſolũ ſanctorũ patrum cõſenſum voco cũ Athanaſio, ſed Spiritus ſancti, iudiciũ, & illud hebraicę lectioni lõgè & multũ antepono, & multo multoq; veriorẽ puto tranſlationem Lxx in Pſalmis hebræa lectione propter fraudes à Iudęis in peruertenda lectione hebręa adhibitas, ad obſcuranda Chriſti myſteria, quod libro. 2. eſt cõmõſtratũ.

* mitto dicere quod veritas hebraica cũ à D. Hier. dicitur vere veritas hæbraica eſt niſi ſit gloſſula intertexta ab aliquo perfido diuinis ſcriptis D. Hierony. veritas hębraica quæ à nouis quibuſdã dicitur perfidia Iudaica eſt vt ſupra eſt cõmõſtratũ.

Quomodo præſtem quod ſum profeſſus demõſtraturum me locos ferè omnes ex veteri teſtamẽto citatos ab Apoſtolis & Eugeliſtis. aliqus Iudaica fraude eſſe attentatos.

IAm iam de locis citatis ab Apoſtolis & Euãgeliſtis ex veteri teſtaméto diſceptaturus neceſſe habeo in memoriá redigere id quod à nobis ſępè eſt vſurpatú, ſcripturã iuxta veterũ patrú conſenſum dupliciter vitiari ſolitã, manu, & interpretatione, quod græci ſacri ſcriptores dicere ſolét παραγραφῇ καὶ παρεξηγήσει vt ſit manu, idem quod παραγραφῇ peruerſa ſcriptione cú varia diſtinctione, varijs punctis quę apud hebræos pro vocalibus valent, mutatione litterarũ, alijſque fallacijs corrumpitur ſcriptura, quod factũ à Iudæis in his locis ſcripturæ quos citant Apoſtoli & Euangeliſtæ centies oſtendemus vt noſtra refutét. Alterum genus vitiandi ſcripturã appellãt noſtri prauã interprerationem, gręci παρεξήγησιν cú manifeſtiſsimas prophetias de aduétu Chriſti peruerſa interpretatione alio deflectũt, & aliud pro alio interpretãtur vt à Chriſto homines auertãt, & duplici hac arte vſi noſtra refellant. His duabus fraudibus Pſalmos Iudæi vitiant, & manifeſtiſsimas de Chriſto prophetias, vt in illo de quo diximus: Tecũ principiũ, pũctorũ mutatione, & alijs fallacijs, Et illud :. Ex vtero ante luciferum genui te, vnius duarumvè litterarũ leui flexu, & punctis varijs, & illud: Tu es ſacerdos in æternũ ſecũdũ ordiné Melchiſedech, diuiſione poſtremę dictionis in duas, vt ad Dauidé poſſet referri, omnes ferè Pſalmos peruerſa interpretatione à Chriſto auertunt, Exempli cauſa, Cito cum Auguſtino aduerſus litteras Petiliani ca. 14. lib. 2. vnm illud: ex ore Domini, Oportebar, inquit Dominus, impleri omnia quę ſcripta ſunt in lege & Prophetis & Pſalmis de me, quæ ſint hæc ipſe Dominus (inquit Auguſtinus) indicet, Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, & dixit eis. Quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtũ pati, & reſurgere à mortuis, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſsionem peccatorũ, Ecce, inquit Auguſtinus, quid ſcriptum ſit in lege, & Prophetis, & Pſalmis de Domino, Ecce quid de ſe, & de Eccleſia ipſe Dominus aperuit, vos autem, inquit Auguſtinus, manifeſtis teſtimonijs reſiſtitis, & ea quæ non poteſtis delere, deprauare conamini, ſic eo loci Auguſtinus hæreticos Manichæos vrget & premit. Nã vt ſis ſciens hæretici, vt docet Athanaſius, ſemper Iudaizant. Hoc quod Auguſtinus Manichæis hæreticis obijcit, obijci æque poteſt noſtris aduerſarijs, qui Pſalmos & alias prophetias quas de ſe Dominus interpretatur alio referũt & Chriſto aduerſantur, Typice aiunt de Chriſto dicuntur. De hãc re alibi dicendum eſt latius, Nam hoc prætexunt nomine culpam. Hoc nũc dictum eſt, vt qui volet aduertat his duabus fraudibus de quibus dictum eſt vitiari ſcripturam manu & interpretatione, quibus omné Iudæi ſubuertunt ferè prophetiam, vt iam apparebit & noſtram religionem prorſus conantur ſubuertere & ſingula noſtra refutant. Hoc nũc liqueat oportet noſtros Pſalmos dici nó cócordare cũ veritate hebraica quod nó cócordant cũ fallacijs Iudaicis quibus faciunt vt ſcriptura hebræa à Chriſto poſsit auerti, & ad Dauidẽ cóuerti, quod nó in Pſalmis ſolũ faciũt ſed in vniuerſa ſcriptura, quod Iudæi vt dixi faciũt παραγραφῇ καὶ παρεξηγήσει hoc latini dicũt manu & interpretatione, & in ſophiſticis elenchis Ariſtoteles appellat παρὰ λέξιν καὶ παρὰ σχῆμα λέξεως vel in dictione & in re. Nec enim Plato in Euthydemo nec Ariſtoteles in ſophiſticis elẽchis tã ſunt ſophiſtæ quã Iudæi impij vt fallacijs & dolis noſtra refutét. Hæc qui ſecũ expendat intelliget non omnes prophetias de Chriſto Domino in hebræa lectione eſſe vitiatas ſed plæraſque & haſita vitiatas vt doctis viris qui hebraice ſciãt vitiatę nõ ſint, vt centies diximus.

HYPE-

HYPERASPISTES, ID EST, CLYPEI PROTECTIO, QVO author ſuum opus protegit contra aduerſarios ſuos qui ſibi mortuo bellum indicunt, & quod aiunt, cum laruis bellum ſe geſturos eſſe minentur. &c.

MALA & nequam beſtia eſt ars ſophiſtica (ait Plato in ſophiſta) quæ ſemper in tenebris deliteſcit lucem quanta maxima vi poteſt fugit, et ea nihil peius odit, ſi eius veſtigia deprehendas continuo ſe in tenebras denſiſſimas abdit, proſpectum eripiens oculis glomeratque ſub antro caliginem denſiſsimam et miſtas igne tenebras vt Proteus ille homericus, non Proteus ſit, ſi cum illa conferas, in varias ſe induit formas, & figuras, teneri vix poteſt, ſpumat aper, fremit leo, ſybilat anguis, ſola ipſius arte & calliditate vt docet Ariſtoteles deprehendi poteſt, et vinciri, ne in ſtudijs et artibus honeſtiſsimis tibi fucũ faciat, dũ meditaris ſtudia ſapientiæ, ipſe per te ſolus, ne ve irrepat tacita, ne ve ab alijs inuecta, altiſsimæ ſapientiæ imponat, & te labi cogat. Hæc omnia eo dixerim, quod per multos annos dum hoc ago, vt hoc opus Apologeticum in lucem edam, meos quam tectiſsime innexuit pedes, illud identidẽ obiectãs mihi quod catholicis interpretationibus & tholicorum hominum receptiſque ab hominibus catholicis aduerſarer iniurius, neque iuuabat dicere me tranſlationes nouas Concilio Tridentino permiſſas ſcriptis meis non laceſſere, ſed quaſdam alias quæ dum has tranſlationes et rabinos impios ſequi præoptant, quam vulgatam Diui Hieronymi aut Lxx viros aut prophetias quas ad quadrigentas plus minus ve citant & interpretãtur Chriſtus Dominus & eius Apoſtoli & Euãgeliſtæ & articulos fidei euertunt impudentiſsime, has quaſdam tranſlationes me petere affirmabam, illas permiſſas à concilio negabam me petere. Inſtabant aduerſarij quod catholicis tranſlationibus me opponerem impudens, per quinque plus minus annos, et eo amplius quantum coniicio, neque hinc poteram diuelli et poſtremo actu, mihi hoc idem opponebant et multis verbis verſabant & ad id incumbebant, vt lis ab integro repeteretur, ne finem

ullo unquam tempore conſequi poſſet, neq; ætas mea iam affecta & pene cõfecta huic negotio ſuppeditare poſſet, aut ſufficere. Decreui quos nolebam, in ius vocare, prouocare etiam his cartis catholicas trãſlationes, quas appellant, permiſſas quidem Concilio Tridentino, vt à viris doctis legi poſſint, & inde decerpere, ſi quid illos iuuaret: non tamen citari poſſint, vt ſacræ et catholicæ in diſputationibus, aut ſacris concionibus. Permiſſæ ergo ſunt, non vt ſacræ, neq; catholicæ, quando vetantur citari vt ſacræ, in concionibus, in diſputationibus, ſi non ſunt ſacræ nõ ſunt ergo catholicæ. Licet igitur illas in ius vocare apud iudices omnes apud ſeueriſſimos inquiſitores licet eas ſcriptis laceſſere ſi euertãt vulgatam D. Hieronymi aut infirment aut labefactent ſed ad Chriſtum aiunt referri poſſunt, largior tibi, ſed ita vt Iudæos et hæreticos non conſtringant in vinculis, neque ita vinculis premãt, vt inde elabi non poſsint. Quippe Iudaicæ ſunt quas ergo inſector et ita à Iudæis textæ vt Iudæos premere non poſsint. Peto ergo nobis relinqui vulgatam D. Hieronymi in qua quædam de Chriſto prophetiæ tam manifeſtæ ſunt vt refelli nullo modo queant et prophetias peto nobis relinqui explanatas ab ipſo Domino et ab eius Apoſtolis et Euangeliſtis citatas & explanatas de Chriſti myſterijs de articulis fidei non patior euerti fidei articulos neq; Chriſti prophetias, Chriſtus Dñs dixit Petro eius vicario; tu es Petrus et ſuper hanc petrã edificabo Eccleſiam meã non patior hanc petrã ſuper quã ædificata eſt Eccleſia machinis bellicis concuti neq; ferre poſſum D. Paulũ vas electionis electum, vt Chriſti nomen portaret in omnes gentes in quo Chriſtus loquebatur, iuxta illud, an experimentũ quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus: fere in omnibus quæ ex libris propheticis citat oppugnari et redargui tecte quidẽ et inſidioſe tamen redargui, ita duo Eccleſiæ columina Petrus et Paulus qui Euangelicã doctrinã ſuis humeris fulciunt, per omnia quæ citant fere refelluntur, et refutãtur. Quo hæc euaſura ſint niſi obuiam his occurrant Reipublicæ magiſtatus videbunt omnes qui oculis non ſunt orbati tam prophetias de ſacra Virgine de Chriſti Domini diuinitate expunctas fere omnes quis legat vt lachrymas non maget oculis ita vt excæcentur ſi modo ſint pij.

EPI-

EPISTOLA CASTRI LEONIS AD VIROS QVOSDAM doctos illos quidem, ſed qui pluſquam par eſt, in res nouas propendere videantur.

Monuiſtis me, viri perquam docti, per vnum ex meis futurum fortaſſe, vt quam diu ego ſuperſtes eſſem meó Apologetico, quo fidem noſtram defendo à chriſticidis Iudæis et ad quadringentos locos, plus minusve quos in nouo teſtamento ipſe Dominus, et eius Apoſtoli, et Euangeliſtæ citant, & interpretantur, et dum defendo vulgatam D. Hieronymi Lxx virorum interpretationem, fugiant ſeueriſſimorum inquiſitorum manus, ſed cum primum è viuis exceſſero, non fugiturum illorũ manus Apologeticum meũ, quod mihi parum credibile ſemper eſt viſum non ſat fuit illi alteri Archiepiſcopum Toletanum eſſe qui in Eccleſia catholica à ſummo Pontifice Chriſti Domini Vicario, ſecundus eſſe videbatur, vt non incurreret ipſe cum ſuis ſcriptis in ſeueriſſimas inquiſitorum manus, & clericus tenuiſſimus omni præſidio deſtitutus; ſi modo eius ſcripta non vacant culpa, ſibi, & ſuis ſcriptis præſidio eſſe poterit contra ſacroſanctum inquiſitorum munus, quod mihi nec verum nec veriſſimile videri potuit. Sed quando me bene monetis neme aut vitam meã inani labore conterã, profuſus rei familiaris meæ vniuerſæ, certũ eſt hanc rem vobiſcum ſi modo iniquo animo non tuleritis paucis diſceptare. Vt aut ipſi ſententiam mutetis et deſiſtatis in alieno foro litigare, aut vt ego meam ſententiam mutem, quanquam mille mortes oppetere certum eſt; potius quam id facere.

Primum omnium liber ſecundus mei Apologotici (hinc enim initium noſtræ diſceptationis ſumam) Doctores ſacros, Græcos, et Latinos, et Iudæos antiquiſſimos, et Judæorum rabinos recenſet, & qui mihi veritatis impertiunt teſtimonium, cum dico impios Judæos in lectione hebræa, vt Chriſti Domini nomen obſcurarent, vitiaſſe multa, aut varietate diſtinctionis aut mutatione punctorum, aut literarum et ſyllabarum, mutationæ interdum, &c. Et mutatione vocum hebræarum. Quis quæſo locus hic eſſe poterit, ſeueriſſimis inquiſitoribus

bus aduerſus doctores ſacros omnes quos dãnent neceſſe eſt, priuſquã Leonem damnent, qui hoc ex illorum auctoritate affirmat et aſſeuerat & habet pro ſe Iudæos antiquiſſimos & rabinos, qui id teſtantur Iudæos ex ſcriptura hebræa multa vitiaſſe non omnia. Non omnia inquam, ſed quædam quæ ab Euangelicis Apoſtolicisq́; dicta diſcordant. reliqua non item.

Tertius porro liber mei Apologetici: vulgatam D. Hieronymi tuetur iuxta Concilium Tridentinum quod facit, & primus liber, qui ab ipſo exorſu, vſque ad finem in ea cura verſatur vt oſtendat nouas quaſdam tranſlationes euertere vulgatam, in locis qui citantur à noſtris maioribus aduerſus Iudæos & hæreticos: legis diuinæ mutationes eſſe potius quam tranſlationes, non omnes inquam ſed quaſdam quæ prophetias Euãgelicas et Apoſtolicas ex veteri teſtamẽto interuertãt, & locos vulgatæ quibus Iudæos aut hæreticos refutant veteres, aut noſtra dogmata fidei catholicæ confirmant patres veteres quis hic locus eſſe poterit ſanctiſſimo inquiſitorum muneri, an quod conqueror, hæreticorũ & Iudæorum quibuſdam tranſlationibus nouis conſtabiliri ſentenias? catholicas ſterni? et Eccleſiam ſanctam? Audiui inquiſitorum munus contra hæreticam prauitatem eſſe & contra Iudaicam perfidiam mutabunt ne ſententiam et pugnabunt pro impia Synagoga aduerſum Eccleſiam ſanctam? apage ne dixeris, Idem Concilium Tridentinum, & reliqua omnia concilia ab ipſis initijs Chriſtianæ Reipu. decernit explanari oportere ſcripturam, iuxta ſanctorum ſententias et non iuxta rabinos, id quoque ſanctiſſimi et ſeueriſſimi inquiſitores mutabunt? non ſinet ille Deus, qui Eccleſiæ præeſt, patietur ne Regius inquiſitorum ſenatus omnes locos ſcripturæ quibus vetuſtas illa nunquam ſatis laudata euertere ſolebat, Iudæorum, & hæreticorum fraudes, ita labefactari & infirmari, vt nihil prorſus ſtabile ſit, & firmum in Eccleſia ſancta aduerſus hæreticos et Iudæos?

Tertio quoque libro noſtri Apologetici mõſtratur plurimas eſſe prophetias iuxta Lxx viros, & iuxta vulgatam D. Hieronymi quæ inſolubiles ſunt de Chriſto Domini prophetiæ vt docent patres veteres, et iuxta quaſdam tranſlationes poſſunt quidem ad Chriſtum referri, non cogunt tamen quemquam fateri eſſe prophetias de Chriſto, quod Iudaicæ ſunt interpretationes quæ non trahunt ad Chriſtũ,

ſed à Chriſto auertunt. Patietur ne quiſquam firmiſsimas de Chriſto prophetias quas nemo refellere poſsit è Judæorum numero ita labefactari, vt Judæus et hæreticus, cum eas pro Chriſto videat citatas te rideat multum. Ronchos, et cachinnos aduerſum te excitet, patietur ne quiſquam veritatem hebraicam nominari, non veritatem hebraicam quã appellat D. Hier. ſed Judaicã interpretationẽ et fraudes Judaicas perfidiam Iudaicam corruptelas ſcripturæ ſanctæ, et rabinicas interpretationes? quibus euertuntur veterũ Patrũ ſcripta quod monſtratum eſt lib. tertio. exempli gratia per locos ſupra centum, et viginti, vt opinor, cui perſuadere tanta indignitas poſset, niſi blemmyjs et luteis hominibus? vt nos Judæi nominant authore D. Hieronymo, et tamen ſunt ex noſtris qui eos quacunque vi poſsint defendant.

Quartus et quintus liber et ſextus noſtri Apologetici qui ſunt poſtremi præferunt demonſtrationem pluſquam mathematicam illorum quæ diximus veritatis. Quod vt intelligas quatuor axiomata ante oculos ponas neceſſe eſt. Primum axioma certiſsima eſſe principia mathematica vt docet Plato ſed non tã certa, vt Theologiæ principia, Theologiæ inquam naturalis de qua Plato, et Ariſtoteles et cæteri philoſophi multa diſputant.

Secundum axioma Theologiæ reuelatæ homini Chriſtiano certiora eſſe multa principia mathematicis principijs, id quod eſt Deum eſſe ipſam veritatem primam, quæ mentiri non poteſt, nec fallere.

Tertium axioma illud eſt, Deum per ſuos Apoſtolos et Euangeliſtas tanquam per viua inſtrumenta in nouo teſtamento eſſe locutum de quo nemo dubitare poteſt, ni hæreticus eſſe velit.

His iactis fundamentis, quarto & quinto libro mei Apologetici, citantur quadringenti loci plus minus ve in nouo teſtamentó quos Chriſtus Dominus Deus verus et homo verus de ſe citat et interpretatur et eius Apoſtoli et Euãgeliſtæ eodẽ referunt. Iuxta LXX viros.

Prima ergo propoſitio demonſtrationis: eſt apud fideles de fide & primum principium quod in dubium vocari apud fideles non poſsit, quicquid Apoſtoli et Euangeliſtæ citant in flatu & inſpiratione ſpiritus ſancti citant qui eſt veritas prima infallibilis quæ apud fideles eſt de fide et in dubium vocari non poteſt.

Sic ergo demonſtratio colligi poteſt, Quicquid Spiritus ſanctus docet et

tet et loquitur veritas eſt infallibilis, & neceſſario verum, omnes prophetiæ quas Apoſtoli aut Euangeliſtæ citant, eas Spiritus ſanctus, per Apoſtolos et Euangeliſtas tanquam per viua inſtrumenta citat, igitur omnes prophetiæ citatæ ab Apaſtolis & Euangeliſtis, neceſſario ſunt veræ & veritas infallibilis. quid in hac demonſtratione quæ toto quarto et .5. et 6. libro millies fit, infirmare quiſquam poteſt, niſi hæreticus eſſe velit et impius, atqui hac demonſtratione qua millies fit, quartus et 5. & 6. liber ita defenſus eſt, vt inquiſitores ſeueriſsimos non reformidet. Sed habeat pro ſe illos vindices et vltores aduerſus Iudæos & hæreticos. Vnũ inquies reſtat, quod hebræa lectio ab ſpiritu ſancto eſt, archetypa eſt prototypa, facilis eſt reſponſio non inficiandum eſt lectionem hebræam eſſe archetypam et prototypam ſcripturam à Deo datam, veritatem infallibilem et neceſſario veram. quæ ergo cauſa eſt, dices, cur tu lectionem Euangelicam & Apoſtolicam quoties ab hebræa æditione diſcrepat, veriorem eſſe contendas, Hebræa æditione, nam tantum de his locis eſt contentio in quibus hebræa æditio diſſentit à lectione vulgata et eccleſiaſtica, et à locis à Domino et ab eius Apoſtolis et Euangeliſtis in nouo teſtamento diſsidet. Reſponſum eſt ex D. Hiero. et ex D. Chryſoſt. & alijs patribus multa in lectione hebræa aut Iudaica malitia aut negligentia Iudaica vitioſe legi, quod vitiaſſe Iudæos ſcripturam vt Chriſto aduerſarētur, dictum eſt, ex auctoritate ſanctorum, atque adeo Iudæorum teſtimonio et conceſſu, ne vllus locus ſit cenſuræ, ſeueriſsimorum inquiſitorum, vt vos viri doctiſsimi mihi interminamini, hebræa, ergo inquies lectio vitiata eſt quoties ab Apoſtolica et Euangelica lectionē diſcordat et à vulgata recepta ab Eccleſia. Ita dico, et ita ſentiunt ij qui mihi aduerſantur, ſed fingunt cauſas vt mihi obſtrepant.

QVID

QVID DE HAC CONTROVERSIA SENSERIT D. HIERONYMUS. Quamquam monſtratum eſt per ſuperiora capita D. Hieronymum eadem ſenſiſſe cum veteribus Patribus.

Diuus Hiero. in illud capitis 13. Oſeę: de manu mortis liberabo eos, ſcribit itaque quod Paulus in reſurrectionem Domini eſt interpretatus, nos aliter interpretari nec poſſumus, nec audemus. Igitur prophetia, quam explanauit Apoſtolus de Chriſto aliter explanari non poteſt, tantum abeſt, vt Iudaica interpretatio vera ſit, quã Iudæus nos docere conatur. Nos aliter interpretari, inquit Hierony. nec poſſumus, nec audemus, & dices tu, ſi Deo placet Iudæos aliter interpretari prophetias, & vere interpretari, cum ſis Eccleſiæ filius, & minaris mihi ſeuerisſimas inquiſitorum manus Eccleſiæ ſanctæ filio, nec eas tu times?

Hiero. in illud capitis noui Amos: in die illa ſuſcitabo tabernaculum Dauid, vbi inquit Apoſtolorum præcedit authoritas maxime Petri, & Iacobi, quos columnas Eccleſiæ, vas electionis vocat, ibi omnes variæ explanationis tollenda ſuſpicio eſt, & quod à tantis viris exponitur, hoc ſequendum eſt, excludit ergo Hiero. etiam catholicorum explanationes non ſolum Iudaicas interpretationes, in his quæ Apoſtoli interpretãtur.

Idem Hiero. in caput. 10. Eſaiæ ſuper aliquot locos Eſaiæ explanatos à D. Paulo: ſi fuerit numerus Iſrael tanquam arena maris, reliquiæ ſaluæ fient, & verbũ conſummãs, & breuians in æquitate, & quia verbum breuiatum fecit Dominus ſuper terram, & niſi Dominus Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen, ſicut Sodoma facti eſſemus. De his omnibus locis citatis à D. Paulo ait Hierony. in illa verba, Eſaiæ cap. 10. & erit in die illa, vbi ergo tanti viri præcedit authoritas ceſſet alia omnis interpretatio. Ergo Hierony. nos monet vt locos ſupradictos, quos Paulus eſt interpretatus aliter non audeamus interpretari.

D. Hiero. in illud pſalmi ſecundi, quare fremuerunt gentes, audacis inquit hominis eſt, hunc Pſalmũ interpretari velle poſt Petrum, imo de eo ſentire aliud, quam in actibus Apoſtolorum dixerit D. Petrus.

D. Hiero. in illud Pſalmi. 94. hodie ſi vocẽ eius, Apoſtolus inquit ad hebręos euidentisſimè hæc verba pãdit, nec aliã interponere præſumimus expoſitionẽ, en verba Hieronymi nos monẽt non præſumendũ eſſe aliã ad hibere expoſitionem prophetiæ, quã eã quã adhibuit D. Paulus, & præſumunt noſtri temporis quidam homines adhibere aliam interpretationem pene dixerim toti huic Pſalmo, quem Paulus ad hebræos per tria capita eſt interpretatus.

Quod ſint, qui locos citatos ab Apoſtolis, & Euangeliſtis dicant citatos allegoricè, Quid D. Hieronymus de hac re ſentiat dictum ſupra eſt.

HOc loco viros doctos & pios eſſe ſcio, & nõ de numero eorũ, quos in huuc vſq; locũ reprehenſione dignos iudicaui. Qui tamen putant non magnũ eſſe delictũ, ſi prophetias citatas ab Apoſtolis & Euangeliſtis negemus citatas eſſe litteraliter, ſed allegoricè, & putant hi viri docti de vna fortaſſe, aut altera non de plurimis, vt quidã putant, qui omnes prophetias citatas de Chriſto ex pſalmis alio quodã ſenſu litterali interpretãtur; quod mihi nefariũ crimẽ ſemper eſt viſum,

viſum, conſiliū fuit D. Hiero. ſentētiā de hāc re referre, nā hāc fuiſſe antiquiſsimā hæreſim, vt omnia diceret interpretāda allegorice in ſcriptura dixim⁹ ex Tertul.

D. Hiero. in illud capitis. 27. D. Matthęi: & circa horā nonā clamauit Ieſus voce magna, heli, heli, lama, ſabactani, ſcribit hoc principio. 21. Pſal. heli, heli lama Sabactani hoc eſt Deus meus Deus meus, vt quid dereliquiſti me? abuſus eſt Dñs de ſe, ergo impij ſunt, qui pſalmum iſtū ex perſona Dauid, ſiue Eſter, & Mardochęi dictū putant, cum etiā Euangeliſtæ teſtimonia ex eo ſumpta ſuper ſaluatore intelligant, vt illud diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtē meā miſerunt ſortem, & illud foderunt manus meas, & pedes meos, igitur D. Hierony. impios appellat eos, qui quod Dñs de ſe citauit litteraliter, interpretantur allegoricè, citauit de ſe hebraicè principiū illud pſalmi Heli heli lama Sabactani, Deus Deus meus, quare reliquiſti me? & adiecit D. Hiero. alia de Chriſto citata, & hæreticos appellat eos, qui allegoricè pſalmū interpretantur, quando Dñs principiū de ſe citauerit litteraliter, vt inferat, ergo reliquus pſalmus de Domino litteraliter eſt explanandus.

Idem Hiero. in illud capitis. 3. Zachariæ, framęa ſuſcitare ſcribit, miror autē quoſdā hāc prophetiā, quā Euangeliſta Matthę⁹ retulit ad Dñm ſaluatorē, poſtquam in paſsione eius fugere diſcipuli, & tūc eā dicit eſſe cōpletā allegoricis interpretationib⁹ velle tenuare, & cū plus cupiāt videri noſſe, quā cæteri, veritatis regulā nō tenere. en D. Hiero. eos negat tenere regulā veritatis, qui prophetiā litteraliter de Dñō ſcriptā extenuant & labefactant interprerando allegoricè.

Idem Hiero. in illud capitis noni Zachariæ Exulta ſatis filia Syon iubila &c. Quam prophetiā Euangeliſtæ ſcribunt eſſe cōpletam quando Dñs ingreſſus eſt Hieruſalē ſedens ſuper aſinā, & pullum aſinæ, D. ergo Hiero. ſuper hæc verba ait hanc prophetiā & illā diſperdā quadrigā ex Ephrain, & equū de Hieruſalē, & illā ipſe erit expectatio gentiū, & rurſum ſuper ipſum gētes ſperabūt, & poteſtas ei⁹ à mari vſq; ad mare nō eſſe extenuādas per allegoriā, ſed credēda illa omnia vere eſſe cōpleta, ergo quod quidam nſi tēporis plurimas prophetias allegoricè interpretātur, & non litteraliter extenuare dicūtur prophetias, cū eas non litteraliter interpretantur, ſed allegorice.

Dictum eſt eo capite, quo de authoritate Euāgelica diſputatum eſt, & in ſuperioribus ſuſe ſatis, ſi mentem adhibeas cur vetemur aliter interpretari, quæ Apoſtoli, & Euangeliſtæ interpretati ſunt, addamus nunc, quæ D. Hiero. addidit, quo magis placeat tibi cōciliorum, & veterum Patrum ſententia, quam locis citatis retulimus.

Diuus Hiero. in cōmētarijs in Eſaię caput ſecūdū in illa verba: Quieſcite ab homine ait Iudæos quoties intelligunt prophetiā aliquā eſſe de Chriſto verbum ambiguū ſi quod eſt in deteriorem partē interpretari, vt videantur nō laudare Chriſtū, ſed vilipendere, & infra peruertere ait ſcripturā Iudæos & ſemi Iudæos, nec mirū id eſſe quod nolint de Chriſto glorioſum quid dicere, in quem non credunt. Et ſuper caput tertiū Eſaiæ in principiū capitis in illud: forté & virū bellatorem negat apud Iudæos quēquā eſſe bellatorem in lege Domini, qui habeat ſcientiam iudicandi, ſed omnia vana habere & caduca, & plena ſtultitiæ, & in illud eiuſdem capitis tertij: & effœminati dominabūtur eis, ait Iudæos peruerſē ſcripturas interpretari, & illudere ſtultitię diſcipulorum, I nunc, & Iudæorum diſcipulus ſi placet, eſto vt tibi & tuæ ſtultitiæ illudat Iudæus.

Idē Hiero. in illud capitis octaui Eſaię percutiet Dñs ab alueo fluminis in vniuerſa Iudæa quæ quondā repromiſsionis terra fuit, nullus inquit reperitur ſermo doctrinæ, nihil ſcientiæ ſcripturarū, quod docet Apoſtolus, ne atiēdamus in quięs Iudaicis fabulis, & mādatis hominum, qui auertūt à veritate, & rurſum

ſunt

ſunt;inquit multi, & non ſubditi,ac vaniloqui, & ſeductores, quos oportet redarguere præcipuè eos,qui ſunt ex circuncisione. Hinc conijce ſodes quam vere profiteantur quidam Iudaicas interpretationes ab Spiritu S.eſſe,& catholicas eſſe dicendas.Idē Hier.in c.50.f.183. Eſaię in principium hoc inquit illi dixerunt,qui omni ratione conantur de Chriſto euertere prophetias,& ad peruerſam intelligentiam praua interpretatione torquere, I,nūc & Iudæorum eſto Diſcipulus,vt de Chriſto euertas prophetias,& ad peruerſam intelligentiam praua interpretatione eas torqueas,nā huc nos vocant quidam noſtri temporis homines,& in caput.54.folio.198. Diuus Hieronymus in principium capitis cum refutaſſet Iudæos,& Iudaizantes ſubiecit,nec mirandum de Iudæis,quorum oculi aureſque ſunt clauſæ,ſi apertam non videant veritatem.de Chriſtianis,quid loquar neſcio.Idem Hieronymus in illud capitis.33. Eſaiæ, Domine miſerere noſtri, ſcribit hęc illi iuxta hiſtoriā dixerint, omni ratione nitentes Chriſti, & Apoſtolorum eius ſubuertere Sacramenta.folio.136. nam monent ſancti patres ſolere Iudæos vitiare prophetias quaſdā non omnes inquam, ſed quaſdam mutatione punctorum, litterarum ſyllabarum, & alijs fraudibus, vt auertant à Chriſto, & quaſdam ad hiſtorias neſcio quas torquere.

Idem Hiero.in c.59.fo.221.Iudæos,inquit,pro Chriſto ſibi Antichriſtū proponere,& infra citat Apoſtolum,qui præcipit non attendendum Iudaicis fabulis quæ auertunt à veritate. Et in illud eiuſdem capitis propter hoc elongatum eſt iudiciū à nobis.fo.223. expectauerūt,inquit Iudæi lucem,quæ eis per prophetas fuerat repromiſſa,& erroris tenebris occupati ſunt, fugiebant ſplendorem, & ambulauerunt in tenebris,ita ſcripturas ſanctas quaſi cæci palpātes parietes,verba tantum in eis, & folia nō ſenſum fructūq; quærentes. Et infra quaſi colūbæ [illegible] Iudæos.ſ.ſequētes abſq; ſenſu & intelligentia ſcripturarū. Sed loci, quibus hoc teſtatur D. Hiero. ſunt innumerabiles quibus apparet me, tueri ſententiā Eccleſiaſticam, quoſdam alios,quos ego inſector, Eccleſiaſticam ſententiā labefactare,quod idē Hiero.affirmat præſertim in illud c.1.ad Gal.miror &c.Quod ſiquis Iudęorū interpretationibus acquieſcit, poſt tergū mittit ea,quę ex natura ſua in faciē conſtituta ſunt.Et infra in illud: notū &c. Grande periculū in Eccleſia eſt loqui interpretationes Iudaicas.ſ.de eis enim agebat illic Hier.de Iudæis & hęreticis,ait ergo grāde periculū eſt in Eccleſia loqui ne forte interpretatione peruerſa de Euangelio Chriſti hominis fiat euāgeliū aut (quod peius eſt)Diaboli.Et idem Hier.in idem cap.1.in illud:Audiſtis,inquit,vſque hodie autem qui Iudaico ſenſu ſcripturas intelligunt,perſequuntur Eccleſiā Chriſti,& depopulantur illā non ſtudio legis ſed traditionibus hominum deprauati. Ex hoc loco & ſuperiore apparet veriſsimè nos ſcripſiſſe quaſdā ſcripturæ interpretationes nō tā eſſe interpretationes, quā mutationes legis diuinæ in legē hominis,aut potius Diaboli. Et ſuper illud ca.4.eiuſdē epiſtolæ,quæ &c.monet idē diuus,vt qui Chriſtū in diuinis libris videt nihil in eis Iudaicæ traditionis admittat.Et in illud c.5.modicum fermentum nunc inquit docet panē Eccleſiæ, ſpiritualē nō debere Iudaica interpretatione violari.Et ſuper illud cap.5.ad Gal. manifeſta autem ſunt,ſcribit quicūq; igitur aliter ſcripturam intelligit,quam ſenſus Spiritus S.flagitat,quo conſcripta eſt,licèt de Eccleſia non receſſerit,tamen hæreticus appellari poteſt.Iuſtinus philoſophus martyr aduerſus Tryphonē Iudęū eiuſdē ſentētiæ eſt cū D.Hier.& erat proximus tēporibus Chriſti omnium ſanctorum ſcriptorū antiquiſsimus, ſcribit enim contra Tryphonem Iudæū,veſtri Rabini,vt clamāt dn̄s,ſine intellectu sūt,nā prophetias de Chriſto manifeſtas detorquēt in aliū intellectum.Et Paulo infra eſſe prophetias,inquit de Chriſto, tā

manifeſtas, vt interprete non egeant, & quibus nemo aduerſari poſsit, animos tamen Iudæorum pondere grauiſsimorum peccatorum obcæcatos eas intelligere nullo modo poſſe & poſtea idem Iuſtinus ſcribit hæreticam Iudæorum inſcitiam tantam eſſe, vt prophetias, quæ plane Chriſtum prædicant vitiatas eſſe contendant, & Irenæus lib. 3. c. 3. docet Apoſtolos & Diſcipulos Domini tam cauiſſe Iudæorum conuerſationem vt ne verbo quidem cum eis communicarent, & lib. 4. cap. 25. ſcribit Iudæos ſua interpretatione facere ſcripturam contrariam legi Dei, quædam addebant, alia detrahebant, & pleraque interpretaban tur, vt libitum erat, quæ ſcripta erant de aduētu filij Dei. & idem Irenæus de ſcriptura explanata Iudaicæ ait fabulę ſimilē eſſe, Quod idem ſcribit Hieronymus & Origenes, ſcripturam vero explanatam eccleſiaſtice ſimilē eſſe ait theſauro abſcondito in agro, quod qui inuenit homo, vadit, & vendit vniuerſa quæ habet, vt emat illum. Tertullianus in librū quem ſcripſit aduerſum Iudæos de figura crucis ſcribit Iudæos reijcere & repudiare omnes veras interpretationes ſcripturæ, & idem Tertullianus de præſcriptionibus cap. 5. 14. 15. multā ſcribit aduerſus Iudaicas interpretationes, & aduerſus gnoſticos ſcribit Iudæorum ſynagogam fontem eſſe & Originem omnium perſecutionū, quæ chriſtianis fiūt & Paulo infra ſolam ſcholam Chriſti affirmat intelligere prophetias & idem Tertullianus de cibis Iudaicis docet rō eſſe cōfeſſam Iudæos perfidos eſſe, & ab intellectu legis diuinæ alieniſsimos. & Paulo infra monet vir antiquiſsimus noſtrā tēpora, ſi perſeuerauerit inquiens hanc Iudaicam doctrinam omni vi eſſe vellēdam & eradicandam. Clemens Alexandrinus lib. 6. ſtromaton ſcribit Iudæos ſua interpretatione Iudaica reprobare Chriſtum Dominum, quantum in ipſis eſt, & nos priuare vera doctrina de cœlo data, & libro. 6. ſtromaton, idem Clemēs docet Iudæos prophetias de Chriſto multis fraudibus & dolis obſcurare, vt aliquem colorē habere videantur quod Chriſtum non crediderint, nec credant Epiphanius lib. 2. ſub finē ſcribit Iudęos & hęreticos Dei, & Spiritus Sancti inimicos interpretari ſcripturas, & peruertere, vt Dei & Spiritus Sancti inimicos. & libro. 3. in verſione ſermonis Miletij, ſcribit Iudæos peruertere verum ſcripturę intellectum, atque adeo dictionum Hebræarum, & ſcripturam intelligere longe ſecus quam oportebat, Origenes in illa verba Matthæi: diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, ſcribit Iudaicas interpretationes imitari ſacerdotes & pontifices Iudæorum, qui cruci ſuffixere Chriſtum, ſic enim ipſi verbum ſcripturæ de Chriſto cruce ſuffigunt falſis interperetationibus, ſed finem non inueniret oratio, ſi de teſtimonijs Origenis recenſere vellem aduerſus Iudæos. Procop. in Gen. de prophetia Iſrael, de Rubē ſcribit Iudæos ſemp eſſe in inſidijs aduerſus Eccleſiā, & creare illi omnia, quę poſsūt mala, & docere, peruerſas ſcripturæ interpretationes, & interpretans idē Procopius illud de agno paſchali, qui vna in domo comedēdus erat, & nō in duabus domibus dicit ſi de carne agni paſchalis ageretur parui referebat, comedendus ne eſſet vna in domo, an in duab⁹ agitur de ſacramētis, de ſcriptura ſacra, & eius interpretatione, quę vna in domo fieri debet hoc eſt in Eccleſia Sancta non in duabus fieri debet hoc eſt in Eccleſia & ſynagoga, vt quidam noſtri volunt, Cyrillus multa ſcribit aduerſus Iudaicas interpretationes, lib. tamen 5. in Glaphyris ſcribit Iudæos magna perfidia reſiſtere prophetijs de Chriſto, & Chriſto ipſi, & libro primo in Leuiticum ſcribit ſynagogam coopertam eſſe lepra hoc eſt vitijs & peccatis, & ſic contemnere prophetias & prophetas, & deflectere eas ad hiſtorias, ad quas libitum eſt, Euſebius Cæſarienſis multa dicit aduerſus Iudaicas interpretationes, tātum referam, quæ ſcribit li. 2. demōſtrationis Euangelicæ, vbi Iudæos appellat impudētiſsimos, quod

mani-

manifeſtas de Chriſto prophetias peruertant; & quocunque modo poſsint Chriſto aduerſentur, & prophetias ſua interpretatione faciant mendaces, vt Chriſtum obſcurent, Gregorius Nazianzenus de Spiritu Sancto aduerſus Iudæos, & Iudaizantes ſcribit multa, & execratur Iudæorum cæcitatem, & inſcitiam. Quod idem facit in Apologetico, eoſque acerrimè increpat, qui Iudæorũ interpretationes ſcrutãtur, ſi quid verius præferãt, quã Eccleſia Sancta. Quis tu es, inquiẽs, qui iudex eſſe vis Eccleſiaſticæ veritatis, & ſynagogæ impiæ, eccleſię Sãctæ humilis eſto, & obediẽs, nec de eius veritate iudicẽ te cõſtituas, Athanaſius de incarnatione verbi. Nos inquit, ſolo proſtrati adoramus, Chriſtum quem Iudæi accuſant, nationes illudũt, ergo qui amant declarationes ſcripturæ Iudaicas, amant Iudaicas interpretationes, quibus Chriſtus accuſatur, nã quibus alijs à Iudæis Chriſtus accuſatur, ſputatur, illuditur, cruce affigitur quam Iudaicis interpretationibus idẽ Athana. in lib. de incarnat. verbi ſcribit habere Iudæos in interpretationẽ ſcripturæ cõſentaneam perfidiæ, qua in Chriſtum ſunt vſi. Et Paulo infra non pudet, inquit impudentiſsimos Iudæos ſe opponere prophetijs de Chriſto manifeſtiſsimis. Hilarius in prologo ſuper Pſalmos Iudæi, inquit non recepere Chriſtum, & intercluſere aditum cæteris, ne poſſent intelligere Chriſti prophetias, quod Dominus eis obijcit accuſans Doctores legis, quod abſtulere clauem ſcientię, ne poſsint ipſi intrare ad Chriſtum, & cæteris ne ad Chriſtum intrarent, aditum intercluferint, & idem Hilarius interpretans quonam modo Iudæi ſcientiæ ſcripturæ clauem abſtulerint, nempe inquit, quod Chriſtum de medio ſuſtulerint, de quo prophetæ, omnes ſunt locuti, quo de medio ablato claudũtur omnes de Chriſto prophętiæ, laudet ergo qui volet interpretationes Iudaicas ſi quidem catholicus intelligit Iudaicas interpretationes ſcripturæ aditum ad inferos eſſe. Et idem Hilarius in Pſalmum primum negat Iudæos habere Spiritum Sanctũ, vt intelligere poſſent ſcripturas & inferorũ eſſe pabulũ, & in illa verba: fiat mẽſa eorum ſcribit ſcripturam eſſe mẽſam, vnde ſumimus ſpirituale alimentum, quód Iudęis ſcandalum eſt, Eccleſię reuelatio filij Dei. Ambroſius in caput. 2. epiſt. ad Romanos ſcribit Iudæos, dum peruertunt ſcripturæ interpretationem auferre furto nobis Chriſtũ in lege promiſſum. & idem Ambroſius in caput nonum Lucæ de miſsione diſcipulorum ad prędicandum ſcribit perfidos Iudęos ſemper in tenebris eſſe, & ad id incũbere vt Chriſtum obſcurent, qui eſt vera lux, & ſemper eoſdem dare operam vt hominum oculis obijciant nebulas ne Chriſtum videant. De Auguſtino plurima dicere poſſem, ſed ſatis eſt dixiſſe illud de vtilitate credendi ad Honoratum cap. 6. nihil eſt temerarium magis ei, qui volet doctrinam Ariſtotelicam addiſcere, quam inimicos Ariſtotelis aſciſcere pręceptores, quãto maior inquies temeritas & inſcitia erit velle addiſcere doctrinam Chriſti, quæ eſt in prophetis & doctores ſibi aſciſcere, ac magiſtros inimicos Chriſti Iudæos & hæreticos. Chryſoſt. in oratione prima contra Iudęos interrogat Iudaizantes, qui Iudaicas ſequuntur interpretationes, putatis ne paruum eſſe diſcrimen inter noſtros & Iudæos, aut nos & Iudæos de re parua litigare, Iudęi in crucem ſuſtulere Chriſtum, nos proni Chriſtum adoramus, & vos ad ſcholam eorum curritis, qui Chriſtum affecere cruce, & poſtea Chriſtum adoratis, & in oratione nona contra Iudæos interrogat Iudaizantes cur nos nominemur Chriſtiani, an nõ quod Chriſto obedimus, & Eccleſię, an potius quod rapido curſu feramur ad inimicos Chriſtũ? vt nos doceant Chriſto aduerſari? innominatus qui cũ Chryſoſtomo circunfertur in c. 19. Matthæi, homilia. 33. in illud, & reſpondit hęc omnia

nia ſeruaui &c. ſcribit Iudæos ſemper interfeciſſe prophetas, & furatos ſemper ſcripturæ veritatem; Quid ergo quęrimus diſcere à Iudęis furari veritatem ſcripturę contra Chriſtum, & ad hoc Iudęos nobis adiungimus præceptores, & magiſtros? Idem innominatus in illud: ecce aſcẽdimus Hieroſolymam, homilia 35. ſcribit Iudęos ſuis falſis interpretationibus filium Dei vendere, flagris cedere, in crucem tollere, illudere, nam quid aliud eſt Chriſtum in ſcriptura ſplendidius aſtris micantem obſcurare quam Chriſtum in ſcriptura occidere? quid aliud ſputare Chriſtum, & illudere, quam ſputare, & irridere eos, qui in ſcriptura Chriſtũ interpretantur, &c. Hæc etiam reſpõſa ſint eis qui de nobis quęruntur, quod negemus Iudæos intelligere ſcripturam & vociferantur, ſaltẽ nos illis eſſe daturos intelligere hiſtoriã veteris teſtamenti intelligere litteralem ſenſum, intelligere multa alia nihil horum negamus, ſed profitemur cum ſanctis patribus peruertere Iudæos & vitiare ſcripturam ſacram, & in alienum ſenſum deflectere id quod nos docuiſſe noſtros maiores monſtrabimus.

Aduerte cur D. Hier. & alij patres veteres omnes nos vetẽt curare Iudaicas interpretationes.

Præ-

Præfatio ad Lectorem.

CVM olim tanta translationum varietas in oculos meos incurreret, quid dicerem neſciebã, hærebam tacitus, in mentem veniebat illud veterum pàtrum elogium, ſi noſtra recte ſe habent vtique male ſe habent Iudaica: contra vero ſi Iudaica recte ſe habent, vtique noſtra male ſe habeant neceſſe eſt, ſuccurrebat animo illud Procopij cum de fornicatione ſynagogæ agit, et de incorrupta fide Eccleſiæ, interpretans illud canticorum cantici fratruelis mihi, et ego ipſi idest Chriſtus mihi, et ego ipſi, et nunc inquit Procopius, inſidiatur Iudaicus populus toro patris ipſius ſponſæ, blaſphemijs ipſam corrumpere parat, contendit diuerſa docere, quam docuit ſaluator, & ſuccurrebat quod in Exodum ſcribit contra eos qui hæreticis non magnopere ſucceſſent, et loquens de præceptoribus Eccleſiæ, vbi multos ait eſſe in Eccleſia fures, parietũ perfoſores, qui omnia turbant, dolos verſant & fraudes, nec Procopius, ſolum ſed Chryſoſtomus etiam tom. 2. 979. ex Matth. c. 23. ho. 44. peruerſa interpretatione inquiens ante conſpectũ populi claudebant ianuas legis et prophetarum, qui aduentum Chriſti manifeſtiſsime prædixerant, vt homines ſepararent ab eius fide: nam quid aliud ſuſpicari poſſem cum viderem iam alios Pſalmos in manibus hominum eſſe, prophetas alios, alia veteris teſtamenti volumina ſacra, totum nouum teſtamentum velut fluctibus iactari. Succurrebat illud in tomis conciliorũ veterum patrum ore detritum, Iudæorum peſtẽ in nouam ſemper inſaniam recrudeſcere, in Concilio Toletano 12. in compellatione regis Erengij ad conciliũ, et quod quidam noſtri iactare ſolebant Apoſtolos et Euangeliſtas addere, quæ vellent ſcripturæ, et quæ vellent detrahere, ſæpæ alio ſenſu prophetas interpretari, atque interim longe diuerſo quam ipſi voluiſſent prophetæ, nam ſi ipſa verba tantum diuerſa eſſent, et ſcripturæ ſenſus idem, non putabam eſſe cur hoc quemquam ex Eccleſia moueret, applauderent potius omnes quod pluribus modis vnum et eundem ſenſum multæ translationes explicarent, quod multæ translationes eoſdem ſacros ſenſus Eccleſiæ ſanctæ

alumnis ante oculos ponerent, dicere nemo poſſet pro dignitate rei quãtum hoc faceret ad ſcripturæ ſacræ intellectum has omnes varias trãſlationes ego laudo et encomijs in cœlum fero; quas ergo inquies tu vituperas eas tantum, quæ in quibuſdam locis noſtram vulgatam enervant firmiſsima noſtræ eccleſiæ fundamenta, quæ ſunt in noſtra vulgata conuellunt et labefactant adeo vix relinquant locum in ea quo Judæos et hæreticos poſſet confutare, id ergo perpetes noctes tacitus mecũ pertractans in ſomnes agebam, et illud multo magis, quod ad quadringentos locos veteris teſtamenti in nouo teſtamento citatos et explanatos ab ipſo Domino, et eius Apoſtolis et Euãgeliſtis duplici arte, euerti videbam manu et interpretationẽ; manu cum mutata diſtinctione mutatis punctis, mutatis litteris, ſyllabis, atq̃ue etiam dictionibus peruerti videbam ſcripturam: interpretatione vero cum integra et inuiolata ſcriptura hebræa ſenſus, qui erat de Chriſto alio ab impijs Judæis deflectebatur, ſed cum hæc dicerem maledicentiæ, apud quoſdam crimen incurri deleta hæc ſunt omnia ne maledicus in quemquam eſſe viderer, ſed noſtrum hoc opus fluxum, et inſtabile relictũ eſt, non loquar ego amplius, loquantur patres veteres Eccleſia ſancta iudicet de re ſua quod verum ſit. Ego eius alumnus quod meum munus eſt quippe qui homo ſim annoſus, et in ſtudijs verſatiſsimus, veterũ patrum de hac re ſententias in oculis conſpectuq́; omnium ponam, vt appareat quid Eeccleſia ſancta ſcriptores ſatri de hac re ſanxerint hisq́; factis verbũ non amplius addam ne quiſquam ex his qui mihi male volunt mihi maledicentiæ crimen inurat. longe ab hoc crimine abſui ſemper, niſi quis maledicentiæ crimen eſſe putet latrare pro Domino ſuo. Canes inquit Hieronymus latrant pro dominis ſuis, et me vetas latrare pro Chriſto.

Vetus Eccleſia deſcribitur iam inde vſque à Chriſto Domino legiſlatore & ab eius Apoſtolis & Diſcipulis, quos ipſe dominus ſuæ Eccleſiæ præpoſuit magiſtros. Caput I.

ERgo ne crebra repetitione lectoré delaſſemus miſſos faciam quingentos locos, & eo amplius qui hoc opere recenſentur ex vulgata & ex nouo teſtamento quos oſtendimus, exempli cauſa mutatos à rerum nouatoribus, & aliter explanatos, quam Chriſtus Dominus & eius Apoſtoli & Euangeliſtæ fuerant interpretati; quos inquam exempli cauſa adnotaueramus: nam ſi omnia perſequi vellemus finem hic liber non erat inuenturus, & ſi Chriſto Domino & eius Apoſtolis, & Euangeliſtis, & Eccleſiæ ſanctæ fidem abrogamus, nihil eſt quod de hac re plura dicamus, nihil extra eſt, inquit ille, nihil intra in nuce duri, præſertim cũ nobis ſermo ſit ad fideles, ſic Aug. cõtra Iulian. li. 2. ſub finem, maiores noſtri, inquit, quod inuenerũt in Eccleſia tenuerunt quod didicerunt, docuerũt, quod acceperunt à patribus hoc filijs tradiderunt. Si igitur hæc noſtris temporibus retexenda ſunt & nouanda, quid reliquum eſt niſi vt triumphent Iudæi, & dicant quod eſt apud Athanaſium, en tantó poſt tempore Chriſtiani reſipiſcunt & veras ſcripturas accipiunt, & interpretationes prophetarum veras. Epiphanius de hæreſibus lib. 3. contra Aerium, qui ante fuere inquiẽs teſtes fuere traditionum eccleſiæ & ipſi ſic accepere à ſuis maioribus & maiores ſic accepere ab his qui prius fuere & eccleſia à ſuis maioribus vſque ad hanc ætatem, & ſic habet veram fidem: & rurſum Auguſtinus contra Iulianum, Pelagianum libro ſexto cap. 11. valeat conſpiratio ſanctorum & eruditorum Eccleſię catholicæ patrum pius fideliſq́; conſenſus, qui nouitati reſiſtunt pro antiquiſſima & catholica veritate. Ego quoq; conſpiratum vnanimemq́; conſenſum de fide prophetarum de Apoſtolica Euangelicaque fide ante oculos omnium ponã vt omnes intelligant veram prophetarũ lectionem & interpretationem veram, vt ſi quid noſtris temporibus nouatum deprehenderint, aut verbis, aut ſentẽtijs caueant, vetuſta teneant & antiqua.

De Prophetis. Cap. II.

SAncti prophetæ inſtrumenta erant animata per quæ Deus eſt loquutus, quæ quantum ego iudico ſunt, retinenda fidelibus tam verbis quam ſententijs, ita vt nihil patiamur in his demutari. Ambroſ. de pœnitentia lib. 2. in fine capitis ſeptimi, ait Apoſtolos & Prophetas os Chriſti eſſe, per quos loquebatur Chriſtus futura, igitur in his nec ſenſa ſunt nec verba mutanda. & lib. 6. epiſtolarum epiſto. 36. Deus inquit Ambroſ. loquebatur in prophetis, non loquebantur prophetę niſi inſtrumentaliter, diuinæ vocis organum eſt propheta, per quod Deus loquitur, ergo Deus loquitur in prophetis, non loquuntur prophetę, niſi tanquam Dei organa, an eccleſia patietur verba regis regum, aut ſenſa mutari, aliam legem dari nobis relicta ea lege quæ à Chriſto nobis eſt data, idem Ambro. lib. 10. epiſtola. 84. Spiritus ſanctus, inquit, implet organũ ſuũ & tanquam fila chordarum tangit Spiritus Dei corda ſanctorum. Hilarius in principium Pſalmi, perſona prophetæ inquit ea eſt, cuius ore Spiritus Sancti loquitur in re tali, tu videris, an verba ſint mutanda aut ſenſa mutanda ſint, nõ negat inquies quiſquam verba pſalmorum aut prophetarum eſſe retinenda & ſenſa ſacra; contra hos non eſt mihi pugna, quin eos laudo, & toto pectore amplector. contra quoſdam mihi pugna eſt, qui in quibuſdam ſacra volumina vitiant, & ſenſa ſacra. in quibuſdam inquam, non in omnibus. Origenes periarchon docet in prophetis Chriſtũ fuiſſe, qui loquitur idẽ Periarchon li. 2. ca. 4.

Deum locutum eſſe ait per os prophetarum & Periarchon lib. 4. cap. 2. ſcripturæ verba docet inſpiratione Spiritus ſancti fuiſſe conſcripta, & volũtate Dei patris per Ieſum Chriſtum Apoſtolis fuiſſe tradita ne quiſquã miretur quod veteres patres dixerint Chriſtũ in prophetis fuiſſe locutũ. Res.n. hęc confeſſa eſt apud omnes ſcriptores ſacros iuxta illud Eſaiæ qui loquebar, ecce adſum, id eſt, qui loquebar in prophetis olim, ecce adſum, homo factus, vnde illud, quare loquelam meam nõ agnoſcitis, vt enim meo imperio in veteri teſtamento omnia fiebãt: iuxta illud dixit, & facta ſunt. Sic in nouo teſtamento non intelligitis non fieri rogatu meo aut oratione & precatione quæ volo, ſed imperio ſurge & tolle grabatum tuum & ambula. Domine ſi vis potes me mundare, & respondit Dominus, volo, mundare: & ſimilia Hieronymi tomo tertio, folio ſeptimo dixerat Dominum loqui in prophetis. Et addit Malachias inquiens, imo per Malachiam Dominus, Damaſcenus lib. quarto, fol. iij. citans prophetam Malachiam per prophetam inquit, dicit Dominus, &c. Clemens Alex. Pædagogi libro ſecundo, cap. 10. Hieremias inquit (hoc eſt) per ipſum Spiritus ſanctus, quę tanta audacia cuiuſquam eſt, vt Dominum non permittat loqui, ſed eius ſenſa & verba peruertat, nemo hoc facit inquies, ego de eo quæror qui hoc facit ſi quis id facit de cæteris non queror ſi verba congruunt in ſacra ſcriptura & ſenſa ſacra cum Eccleſiaſtica ſcriptura, aut cũ ſententia ſacrę ſcripturæ Eccleſiaſticæ non vitupero quemquam quin laudo & toto pectore amplector, ſi quis ſenſa ſacra peruertit de eo queror & in his locis in quibus peruertit ſenſa ſacra tantum; in cæteris non item. Auguſtinus libro quinto octoginta quæſtionũ q. 52. Deus inquit ſic diuinos libros per Spiritum ſanctum moderatus eſt, Auguſt. de ciuitate Dei lib. 18. cap. 31. Naum propheta inquit imo per illum Deus, & in Pſalmo. 56. in illud, Filij hominum, ait Auguſtinus, propheta loquitur; ſed ex perſona Domini, quia in propheta Dominus, & quando propheta loquitur, ex perſona ſua ipſe Dominus loquitur per eum, qui ei dictat veritatem. Idem Auguſtinus in Pſalm. 62. in principiũ Pſalmi, Pſalmi, inquit Spiritu Dei dictante dicti & ſcripti ſunt. Quęro ego ex te qua pœna dignum putares eum qui in his quæ dictarat Rex verba aut ſenſa mutaſſet. Origenes in c. 23. trac. 2. Matth. cõtra nouas interpretationes ſcripturæ canonicæ, cui omnis Chriſtianus aſſentit ita nos habere oportet, vt monemur de Antichriſto, vt ſi quis diceret, hic eſt Antichriſtus aut illic, nos illi credere non deberemus, nec exire à prima & Eccleſiaſtica traditione, nec aliter credere, niſi quemadmodum per ſucceſsionem Eccleſiæ prelati nobis tradiderunt, & docemur prophetas os Domini eſſe, & interpretationem ſcripturæ à Deo nos habere, & libro contra Celſum .1. Origenes Spiritum ſanctum nobis in ſcripturam inſpiraſſe, ne quiſquam exiſtimet ſcripturam illam recipiendam eſſe quã impius Iudæus nobis dictat Chryſoſtomus in caput primum Geneſeos homilia. 12. conſidera, inquit, prophetæ admirabilem ſapientiam, imo Spiritus ſanct. doctrinam, & in caput ſecundum homilia. 13. de Moſe loquens Spiritum ſanctũ ait per Moſen loqui, & maximum periculum eſſe non credere his quę in diuina ſcriptura continentur, ſed alia quædam ex propria ſententia inferri. Specta tu an ſint recipiendi qui ex propria ſententia alia nobis offerunt ab his quæ Spiritus ſanctus nos docet, quod noſtris temporibus non raro fieri videmus, vt nouo quodam modo quidam nonnulla interpretentur & venenum illud quod quidam ſibi miſcuerunt in ſuum interitum nobis propinent, & in Geneſeos caput ſecundum, homil. 14. Moſen ait non ſua lingua dixiſſe quæ dixit ſed Spiritus ſancti afflatu, & idẽ in Geneſeos

caput

cap. 2. homilia 15. Deus inquit nos docuit per prophetarum linguas, & infra beatus propheta, imo ſpiritus ſanctus per illius linguam, & in cap. Geneſeos 4. homilia 26. ſpiritus ſancti gratia per prophetę linguam nos docuit, & homilia 21. attende obſecro prophetæ admirabilem ſapientiam, imo ſpiritus ſancti admirabilem doctrinam, ab illo enim afflatus, nobis hæc omnia loquitur, & linguā quidem propheta accommodat, gratia autem ſpiritus ſancti per illam nos docet & de verbis Eſaię vidi Dominū, homil. 2. prophetarum, inquit ora Dei ſunt os & Deo quod ſcriptum eſt in Eſaiæ. c. 9. quia non prophetæ loquebantur, ſed Deus per ipſos, Irenæus. lib. 4. c. 37. prophetaſſe prophetas ſcribit ſecūdū quod ſpiritus ſanctus ſuggerebat ipſis, & lib. 4. cap. 3. ſcribit Moſes & reliquorū prophetarum ſermones Chriſti eſſe ſermones, diximus enim, ſupra Chriſtum in veteri teſtamento in prophetis fuiſſe locutum. Iuſtinus in Apologia 2. pro chriſtianis ad Antonium pium, inquit quando verba prophetarum, tanquam ab ipſis profecta audis ab ipſo Dei verbo mouente prophetā audita eſſe putato. Athanaſius de ſpiritu ſancto. lib. 2. quandoquidem prophetę in ſpiritu Dei loquuntur. Chryſoſtomus 2. ex Lucæ. cap. 16. in concione de Lazaro, quæ ſcripturæ loquuntur, inquit, locutus eſt Dominus, ideo etiam ſi mortuus reuiuiſcat: etiam ſi angelus loquatur maxime credēdum eſt ſcripturis. Chryſoſtomus 3. homilia 49. ex cap. 7. ſcripturas, ait ab ſpiritu ſancto eſſe prolatas, & ex cap. 9. Ioannis, homilia 58. ſcripturas ait eſſe oſtiū ad Chriſtum, quia nos ad Chriſtum ducunt, nec permittunt lupum, ad nos irrumpere, & in acta Apoſtolorum oportebat impleri ſcripturam, quā prædixit ſpiritus ſanctus, non ait, inquit, prædixit Dauid, ſed ſpiritus ſanctus per eum. Epiphanius cōtra Frigaſtas, ſiue Montaniſtas de Daniele hæc prophetabat, inquit in ſpiritu ſancto, &c. ſecundum gratiam ſpiritus ſancti qui prophetam replebat Sapientia. & lib. 3. contra hæreſes in compendio fidei catholicæ, interpretans illud Ezechielis, cepit me ſpiritus Dei, & miſit me in cāpum & ſubiecit, hoc dixit de ſpiritu ſancto, & idem Epiphanius in Ancyroto, quod edocti ſimus à Deo patre & ab vnigenito filio eius, & ab ſpiritu ſancto cū tales perſonas diuinas has pro magiſtris habeam⁹ currimus ad Iudęos effrænes. Epiphanius rurſus. lib. 2. contra Ebionitas propheta, inquit, aut potius Dominus per prophetam. Origenes tomo 1. in Numerorum. cap. 31. docet ſpiritum ſanctum eſſe qui loquitur in ſcriptura, & Deo ſic omnia legenda, tanquam ea quæ ſpiritus ſanctus narret; & homilia 2. in Canticum, quod ſi creditis hæc per ſpiritum ſanctum ſcripta. Origenes in Ezechielem, homilia 2. qui ſcripturam, inquit legit, & aliter quam ſcripta eſt accipit, ſcripturam mēdaciter videt, qui vero audit ſcripturam, vt ſe veritatis intellectus habet, & ſic eam interpretatur videt veritatem. Lactantius lib. 2. Deus, inquit iuſtos & electos viros ſpiritu ſancto implebat prophetas in media plebe conſtituens &c. Clemens Alex. in oratione exhortatoria, Hieremias, inquit, aut potius in Hieremia ſpiritus ſanctus. Dies & chartę me deficiēt, ſi pergā omnium veterum Patrū de hac re teſtimonia in vnum locum congerere, & qui hoc in Eccleſia ſancta inficiaretur, in ardentiſsimos flammarum globos incurreret, vt mittam dicere, quod Dominus ait, tertio quoque verbo in prophetis, ego Dominus, dicit Domin⁹, & qui hoc mendaciter dicebat, vt ſacræ litteræ teſtantur, vindictam Domini ſentiebat; cur ergo Iudæi his detrahunt fidē? congruenter faciunt, vt omnia, nec Chriſto credunt, nec Deo credunt: ſed video tales eſſe quales ſunt apud Hieremiā, vbi receſsiſſe ſe à Domino aiunt, nec eſſe ad Dominum reuerſuros, ſed quæro ego, an vilis agaſo chirographum, quod ſua manu ſubſcripſiſſet, & obſignaſſet pate-

retur vitiari? dupliciter manu & interpretatione manu cum mutatis punctis, mutata diſtinctione, litteris, ſyllabis, interdum dictionibus mutatis, ſcriptura hebræa vitiatur; interpretatione, cũ ſcripturæ, quæ Chriſtum ſonabant, in aliũ ſenſum deflexæ, nihilominus quam Chriſtum loquuntur. quorum locorũ multitudo eſt innumerabilis. Manet tamen integra in his locis hebræa lectio, ſenſus tamen lectionis hebrææ peruertitur, quæro ego an treſsis homuntio, hoc pateretur? & volumus hoc Deum pati? nam Dei Chirographum ſcriptura ſancta eſt vt pluribus alibi dictum eſt, vbi à quibuſdam verba vitiari, videmus & ſacra ſenſa peruerti ne Deo liceat ad nos quæ velit loqui, quo crimine hoc tã tum nefas putas anquirendum apud tribunal Dei omnipotentis?

De Apoſtolis & Euangeliſtis. Cap. III.

IAm in hac parte nec modus eſt vllus quantum mihi perſuadeo, nec ratio vlla iudicandi de Apoſtolis & Euangeliſtis & interpretandi aliter, quę Apoſtoli Domini & Euangeliſtæ nobis explanata tradidere, nec iuuat quicquam accepiſſe à Domino Apoſtolos & Euangeliſtas ſcripturas explanatas. Satius ergo fuerat non accepiſſe à Domino ſenſum ſcripturæ ſanctæ minus irreuerenter erga Deum nos haberemus ſi conaremur ſcrutari ſacra volumina, ſi Deus nobis ſcripturarum ſenſum non aperuiſſet, quanquam ferendum non eſſet ſi quis ſuo modo pro arbitrio ſcripturã poſsit interpretari, quis quęſo hæreticos coercere aut reprimere, vllo modo poſſet, id cauit Deus qui vt ſcripturam nobis dedit, ita nobis ſcripturæ explanationem eſt largitus. Origenes in Ezechielem Hom. 2. prophetias afflatu Spiritus ſancti pronuntiatas ait, & eiuſdem Spiritus ſancti afflatu eſſe explicandas, vt Iudæus impius eas intelligere non poſsit cui Spiritus ſancti numen non aſpiret. Accedit ad hæc quod quarundam prædictionum propheticarum lux tam eſt manifeſta, vt nolentibus nobis in oculos incurrat vbi Iudæus dolos adhibet, & fraudes de quibus Origenes eadẽ Homilia. 2. in Ezechielem. Audi inquit falſos magiſtros, quomodo doctrinam ſuam affirmant Domini eſſe doctrinã, & ſenſum ſuum ſenſum eſſe dicant prophetarum, & dicunt hæc dicit Dominus & Dominus non miſit eos. Hæc ergo Origenes de quibuſdam qui ſcripturam ſuo modo enarrant de quibuſdam: non enim dicit de omnibus, ſed de quibuſdã idque quando ſcripturam contra doctrinam Apoſtolicam & Euangelicam ſuo modo interpretantur. Nam qui iuxta vulgatam & Apoſtolicam & Euangelicam doctrinam interpretantur ſcripturam laudibus in cœlum ſunt ferendi. Nam eos qui contra Apoſtolicam & Euangelicam doctrinam ſcripturã enarrant arguit Dominus inquiens, viſionẽ falſam vidiſtis & dixiſtis dicit Dominus & ego non ſum locutus & ſermones veſtri mendaces ſunt. Clemens Alexand. ſtromatum libro ſexto, prophetia inquit à Domino data eſt & à Domino rurſus Apoſtolis explanata. Atha. in reſcripto ad Liberium Epiſcopũ Romanũ in eadem ſententia eſt cũ vetus & nouũ teſtamentum, à Chriſto data eſſe docet, qui Ieſus eſt vocatus, quatenus homo eſt. Hierony. in capite. 5. ad Galatas in illud manifeſta autem ſunt &c. Quicunque igitur aliter ſcripturam intelligit, quam ſenſus Spiritus ſancti flagitat quo conſcripta eſt, licet de eccleſia non receſſerit tñ hęreticus appellari poteſt, cur inquies? nempe, quod vetus & nouum teſtamentum à Deo ſunt data & qui contradicit veteri teſtamento manifeſtam hæreſim incurrit, multo magis qui nouo aduerſatur teſtamento. Tertullianus in libro de præſcriptionibus aduerſus hęreticos ſcribit veritatem ſcripturarum

rarum illic eſſe vbi Chriſtus & eius Apoſtoli & diſcipuli qui illā diſſeminauere, quod diſcipuli à Domino docti omnia ſcierunt. Vnde Hiero: 3. tomo non longè à principio non oportere ait ſcripturam trahi ad proprios hominum ſenſus vbi Hieronymus eos vituperat qui ſcripturas de ſuo interpretantur iuxta ſuos ſenſus, & in cap. 10. Matthæi in illud. Nō ne duo & 3. monet, vt non attemperes ſcripturā tuo ſenſui, ſed vt tu tuum ſenſum adiungas ſcripturis. Ambroſius in epiſtolam ad Epheſios in cap. 2. docet Apoſtolos hoc prędicaſſe quod prophetiæ prædixere futurum. Ergo non pie facit qui propheticas prædictiones referunt alio, quam ad id quod prophetæ prædixere, aut contra cum præſertim vtrumque confirmet rerum manifeſtus euentus qui eſt ſcripturarum optimus interpres, quo Spiritus ſanctus cōpletas narrat ſcripturas centies. & idem Amb. in caput 4. epiſtolę ad Epheſios Apoſtolos ait veros fuiſſe prophetas, & veros ſcripturę explanatores. Hieronymus ad Euſtochium in Epitaphio Paulæ matris negat ſcripturam eſſe à nobis interpretandam, quos peſſimos pręceptores nominat, ſed ab Eccleſiæ illuſtribus viris & docent omnes patres Iudaicas interpretationes facere ſcripturas mendaces, & nihil minus quam prophetias. Sic Hilarius in canticum graduum in Pſal. 124. & in Pſal. 125. & in Pſal. 131. & alijs locis plurimis, idem docet Euſebius demonſtrationis Euangelicæ libris nō ſemel, vt inde liqueat interpretationes Iudaicas falſas eſſe mendaces, Eccleſiaſticas verò interpretationes veriſsimos habere euentus, & maxime manifeſtos, quod docet Auguſt. contra Fauſtum Manichæum. ergo ante oculos habere oportet canonem Eccleſiaſticum, cuius meminit Auguſt. tomo 7. fol. 241. vbi ait, nec enim ſine cauſa, tam ſalubri vigilantia, Canon Eccleſiaſticus conſtitutus eſt ad quem certi Prophetarum & Apoſtolorum libri pertineant quos omnino iudicare non audeamus, & ſecundū quos de cæteris literis, vel fidelium, vel infidelium libere iudicemus, ergo Apoſtolica, aut Euangelica ſcripta non ſunt iudicanda noſtro ſenſu, ſed vt doctoris & magiſtri Eccleſiæ, qui Deus eſt, & ſcripturā dedit, & eam ipſam, ipſe eſt interpretatus, nec opus eſt, vt quiſquā ſe admiſceat & cenſor eſſe velit, aut de ſcriptura à Domino data, aut de eiuſdem ſcripturę interpretatione, quam idem ipſe Dominus præſtitit iudicet, ait enim Dñs nolite vocari magiſtri, eſt vnus ſit magiſter veſter Chriſtus. Ergo nos diſcipuli Dñi hūc ſolū audiemus magiſtrū, & quos ipſe fecit magiſtros Eccleſiæ Apoſtolos & Euāgeliſtas & Sacros Doctores, quos Spiritus Sāctus dedit. Hoc docuit Chriſtus de quo Eſaias, Dedi te doctorem gentium nos ergo hunc talem doctorem nacti qui tales magiſtros Eccleſiæ ſuæ præfecit, ad aliam ſcholam migrabimus ſtulti? Per hos magiſtros nos docet Deus. Stultus, ſtultus inquam, qui talibus magiſtris nō eſt contentus. Auguſtinus de opere monachorum cap. decimo ſexto, nos docet, Chriſtum ipſum nos docere in ſuis Apoſtolis inquiens, ſicut ergo non ceſſauit Apoſtolus, imo Spiritus Dei poſsidens & implēs cor eius exhortari fideles &c. Et de opere monāchorum cap. 29. Apoſtolus, inquit dixit, non vtique ſuo, ſed eius, qui in eo loquebatur arbitrio & de Spiritu & littera, idem Auguſt. lib. 1. cap. 35. nos docet Chriſtum & Spiritum Sanctum in Apoſtolis eſſe locutos ergo ſi Chriſtus & Spiritus Sanctus in Apoſtolis locuti ſunt, quis tā temerarius & tam audax, qui audeat ſe opponere Chriſto Domino, & Spiritui Sancto, & aliter ſcripturam interpretari, quam ipſe Chriſtus & Spiritus Sanctus ſint interpretati: quæ tanta amentia eſſe potuit vt obijcere auderet Apoſtolis, quod aliter interpretetur ſcripturam quam ipſe prophetæ intellexere, & interim contrario ſenſu, quam dixerint ipſi prophetæ en Deus locutus eſt per prophetas & idem

Deus

Deus interpretatur per Apoſtolos; quid potuit amplius tribui tibi, vt alio commees. Damaſcenus c.3. lib.1. ait Apoſtolos & diſcipulos domini, doctos fuiſſe ab Spiritu Sancto, hanc talem doctrinam Spiritus Sancti repudiabit quiſquã? & ad neſcio cuius ſcholam commigrabit? audi Ambroſium de vocatione gentium, capit. 4. pręcipit, inquit Apoſtolus, imo per Apoſtolum Dominus, qui loquebatur in Apoſtolo. Tertullianus aduerſus Martionem. lib. 4. capi. 2. Apoſtoli, inquit, imo Chriſtus, qui magiſtros fecit Apoſtolos Aug. 7. folio. 1255. Deus docet nos, inquit per Apoſtolos in Apoſtolis enim Chriſtus loquitur, vt in Paulo. Aug. 4. fo. 948. ſicut dixit Apoſtolus, imo Deus per ipſum, Chryſoſtomus in epiſtolam ad hebręos, homilia. 10. verba Pauli, inquit nõ hominis verba ſunt, ſed ſpiritus ſancti qui loquebatur in eo, & in euangelium de paſsione. Si Paulus, inquit, loquitur non eſt alius qui in eo loquitur, niſi Chriſtus, & in acta Apoſtolorum, idem Chryſo. Paulus diſſerebat tunc, quid dicis tunc? imo nec tunc, nec nunc Paulus diſſerit ſed Chriſtus, & ad Hebręos, homilia 1. idem Chry. ſcribit, ore Pauli ſpiritum ſanctum fuiſſe locutum, & tomo. 1. conciliorum, in defenſione Cyrilli. D. Paulus, inquit, ipſum habens Chriſtum in ſe loquentẽ, & in epiſtola Fœlicis Papæ, eodem tomo conciliorum, ad Petrum Epiſcopum Antiochiæ, vbi eum Pontifex Roman. obiurgat, quod Dei prophetias, ſcripta Apoſtolica & Euangelica peruertat, & doceat crucifigere filium Dei, & contraria ſentire ſcripturis diuinis. Ergo qui docet aliter, quam Eccleſia interpretatur explanare prophetias, aut ſcripta Apoſtolica & Euangelica, docet Chriſtũ crucifigere, & contraria ſentire ſcripturis diuinis, & Tyronica ſynodo. tom. 2. conciliorum. cap. 2. qui contra decreta, inquit, quæ à ſede Apoſtolica proceſſerũt, vel quod peius eſt: contra ſententiam, quam vas electionis Paulus, ſpiritu ſancto miniſtrante promulgauit vlla ratione cõnſcribere præſumpſerit, anathema ſit, & ſynodo Nicenæ. 2. actione 6. Epiphanius ſanctos Apoſtolos, tubas nominat ſpiritus ſancti, & eadem actione 6. Nicenæ ſynodi ſecundæ Epiphanius accuſat eos, qui nec Euangelice, nec Apoſtolice, nec ſententijs veterum patrum, ſed proprio ore loquentes, contra Eccleſiam catholicam ſeſe conſtituunt, hæc ſententia Epiphanij quorundã ſcripta, qui non ſolum proprio ore loquuntur, non Apoſtolice, nec Euãgelice, nec iuxta ſententias veterum patrũ, ſed proprio inquam ore loquuntur, & in aciem contra Eccleſiam catholicam ſeſe conſtituunt longe ſecus dicentes, quã ſcripſerunt Apoſtoli & Euãgeliſtæ: hoc proprie eſt, in aciem ſeſe conſtituere, contra Eccleſiam ſanctã te damnat Eccleſia, ſi tuo arbitrio interpreteris ſcripturam, & non Apoſtolice, nec Euangelice quid futurũ putas, ſi ſummus Pontifex ſciſſet te contra Apoſtolos & Euangeliſtas ſcripturam interpretatum eſſe, & Apoſtolis & Euangeliſtis contradixiſſe, & in eadẽ ſynodo Epiphanius huiuſmodi homines ait ſimiles gentibus factos qui gloriã Dei mutauerunt, relicto vero creatore, dum Apoſtolicas ſententias, ſecundũ proprias cupiditates ſubuertunt & ſynodi Nicenæ, actione 7. his ſic ſe habentibus, inquit, regiam viam incedentes, & ſanctorum noſtrorum Patrũ, doctrinæ & catholicę eccleſiæ documentis inſiſtamus, in quas ſanctus ſpiritus inhabitat &c. Baſilius in prooemio de iudicio Dei, hoc ipſum intellexit, Apoſtolum Chriſtũ habuiſſe in ſe loquentem & cõtra Eunomium, idem Baſilius quid dicã, inquit de D. Pau. qui vas electionis fuit qui Chriſtum in ſe loquentem habebat, qui vſque ad tertium cœlum raptus eſt, qui ineffabilia audiuit verba. Aug. de incarnatione. lib. 2. docet Chriſtum in Petro, & in cæteris Apoſtolis, locutũ ſicut in Paulo. Age ergo quicunque interpretaris ſcripturas, contra quam interpretantur

Contra eos qui de ſuo ſcripturã interpretãtur.

tantur Apoſtoli, vide an equum ſit, vt relicto Chriſto, & ſpiritu ſancto te audiat Eccleſia. Clemens Alex. ſtromatum lib. 5. multa dicit de gratia ſpiritus ſancti, quæ data eſt D. Paulo & cæteris Apoſtolis quam impartiri deſiderant nationibus. Cyrillus. lib. 7. de Trinitate per vnum prophetam ait Dominus, in alijs linguis loquar populo huic. Dominus ait loquar non vt quidem noſtri addūt ſcripturæ verbum propheta, quod nec in vulgata, nec græce, nec hebraicè eſt, vt ſit in alijs linguis ait propheta. Loquar populo huic, & cætera quoq; verba turbant, vt velint nō licere Dño loqui ad nos quæ velit, ſed quæ ſynagoga velit de quibus in commentarijs in hunc locum fuſe ſatis diximus, & in actis Apoſtolorum: in varijs linguis cæperūt Apoſtoli ſancti, & diſcipuli Domini loqui prout ſpiritus dabat eloqui illis, & Aug. contra Fauſtum Manichæum. li. 5. to. 8. authoritatem veteris teſtaméti & Apoſtolicam authoritatem exæquat, vt de neutra liceat dubitare, I nunc tu, & te inſere, vt te audiat Eccleſia, potius quam Chriſtum qui in veteri & nouo teſtamē tō loquitur Clemens Alex. li. 5. ſtromatum plurimis verbis nos docet Chriſtū Dominum vnicum præceptorem noſtrum eſſe Dei conſiliarium, Deum omnipotentem, effectorem rerum omniū; qui dixit ne diceremus alium magiſtrū in terra, quam ipſum ne quis audeat dicere ſe quoque audiendum vna cū Chriſto, & cum Spiritu ſancto, & de Anima. lib. 1. Aug. non enim niſi Deus per Apoſtolum nos docet, & de opere monachorum. cap. 16. ſicut ergo non ceſſauit Apoſtolus, imo ſpiritus Dei, poſſidens & implens cor eius, & de opere monachorū. lib. 1. cap. 28, Apoſtolus dixit, non vtiq; ſuo, ſed eius qui in eo loquebatur arbitrio, & idem de ſpiritu & littera. lib. 1. docet Chriſtum & ſpiritum ſanctum eſſe locutos in Apoſtolis ne quis ſibi perſuadeat alium quemquam in interpretatione ſcripturę cum Chriſto, & ſpiritu ſancto audiendum eſſe, niſi enucleet ea quæ dixerit Chriſtus & ſpiritus ſanct⁹, quod docet Chryſo. in cap. Matth. 20. homil. 65. Chriſtus inquiens nobis ad viuendū magiſter eſt, nec expectemus aliū. Chry. in cap. Matthæi. 24. homilia 78. quando Paulum dico Chriſtum dico, & in cap. 14. epiſtolæ ad Romanos in ipſo ſermone, non enim ſolus ita credis, ſed tecum vniuerſus orbis non hominem, ſed Deū ipſum adeptus doctorem, ne aſciſcas inquam, alium doctorem præter Deū, niſi enucleet, quę dixerit Deus qui in Apoſtolis loquitur & in Euangeliſtis. Chry. in cap. 5. poſterioris epiſtolæ ad Corinthios. Petrus & Paulus, inquit præcipui doctores orbis nominantur: hoc Chryſ. nempe quod in his familiarius ſpiritus ſanctus loquitur, cur ergo quiſquam audiat eum qui contra D. Petrum & Paulum quidquam ſentire videtur? Athanaſius, de humanitate verbi legem & prophetas ait publicam eſſe ſcholam & ſacroſanctam, ſed quę verbis & ſententijs cum Eccleſia ſancta congruat. Baſilius in reſponſione ad primam quæſtionem ſpiritum dari nobis oportet qui dirigat viam noſtram in tenebris, namque agat neceſſe eſt, hoc eſt ſine Chriſto Domino noſtro qui ſol iuſtitiæ eſt, qui ſuis pręceptis velut radijs illuminat corda noſtra. Ambroſius in c. 8. epiſtolæ ad Hebræos ſpiritus ſanctus, inquit adueniens docebat per Apoſtolos. Hoc eſt enim, inquit quod ait propheta non docebit vnuſquiſq; proximum ſuum, nec vnuſquiſque fratrem ſuum dicens, cognoſce Dominum, omnes enim ſcient me à maiore, vſque ad minorem, ſicut in euāgelio de Domino legitur tūc aperuit illis ſenſum ſcripturarum, vt intelligerent ſcripturas hæc doctrina ſanctorum patrum eſt: iam inde vſque à temporibus Chriſti vſque ad noſtra tempora Deum eſſe doctorem veteris ſynagogæ, & eundem Deum eccleſiæ ſanctæ doctorem eſſe, vt non liceat inde quidquam demutare, nec ex his quæ prophetæ dixerunt

iuxta

iuxta noſtram ſcripturã: nec ex his quæ dixere Apoſtoli, iuxta ſcripturam Apoſtolicam & Euangelicam: ſic Auguſtin. contra Iulianum lib. 2. & contra eundẽ lib. 6. cap. 11. & ſic Epiphanius de hæreſibus. lib. 3. contra Aerium.

Aduerſus eos qui nobis obijciunt Apoſtolos & Euangeliſtas fuiſſe Idiotas & ex Idiotis Eccleſiam ſanctã fuiſſe conflatam. Cap. IIII.

CVm iam olim viderem ſcripturã ſacram pene dixerim totam mutari contra quam fecerat antiquitas & nouas interpretationes ſcripturæ ſacræ in locum noſtræ ſcripturæ nobis obtrudi, vt nec Pſalmos agnoſceres quacunque ex parte eos legere aggredereris, nec prophetas, nec alios libros ſacros egerrime ferebam, nõ tam ob id quod dixi quam quod audiebam dici Eccleſiam ſanctam coaluiſſe ex Idiotis, Idiotas quoque Apoſtolos fuiſſe & Euangeliſtas, & piſcatores tenuiſsimos, & per contemptum hæc omnia, vt appareret imperitiæ, & inſcitiæ referta eſſe vniuerſa. Animus iracũdia incaleſcebat nõ ſecus ac ſubiecto igni aqua efferueſcit: quod enim ait ille alter, vt ſolet canis dari cuſtos homini apud Homerum & noſtrum Maronem qui greſſus comitetur heriles, vt ſit auxilio ſi quis heris aduerſetur. Sic ait Plato leunculus datur comes menti noſtræ penes quam hominis imperium eſt, rationem hanc vulgo nominamus, qui eam antecedat, & ſequatur, irruat in hoſtes, idque faciat ſæpe ante ipſius rationes imperium ſi ſuſpicetur hoſtes aliquid moliri aduerſum ſuum Dominum. hunc leunculũ rationis comitem iram, ſiue iraſcibilem vulgus nominat partem quandam animæ, ſiue affectum dicere mauoles, aut potentiam quandam, quæ vt dixi efferueſcat ira & rationis imperium ſæpe antecedat & à philoſophis rationis particeps aliquantulum eſſe dicitur, ſed idẽ Plato, ait hanc animi partem à ſenibus reprimi oportere, & frænari pro eo quantum effici poterit præſertim in re diuina, vt in ſua Republica Plato ſcriptum reliquit, vt ſedati & blandi imperitos qui imperitia peccent potius quam mentis errore ad meliorem mentem reuocent. age id agamus & admoneamus in ipſo ſermonis ingreſſu noſtros homines Iudæos horum ſermonum authores fuiſſe eoſque quanta maxima vi poſsimus refellamus. Noſtros in viam placide reuocemus & primum omnium largiamur aduerſarijs noſtris ex Idiotis hominibus maximã partem Eccleſiam coaluiſſe: Apoſtolos & Euangeliſtas & diſcipulos Domini fuiſſe Idiotas & piſcatores & homines tenuiſsimos. Cur enim manifeſta negemus? ſed diuino conſilio id factum eſſe contendimus ne quis prædicationem euangelij humanæ ſapientiæ tribueret aut potentię ſi ſapientes & philoſophos ad id munus prædicationis euangelicæ delegiſſet dominus aut reges potentiſsimos ad promulgandam euangelicam legem, allegaſſet certe aduerſarij, eloquentię & ſapiẽtiæ philoſophorum id tribuerent & regum potentum potentiæ & imperio. allegauit Idiotas imperitos tenuiſsimos piſcatores & artifices viliſsimos, quos Spiritus ſanctus de cælo cæleſti ſapientia imbuit qui intra paucisſimos annos 12. numero totum ſubegere orbem & ad Chriſtum dominum conuertere, cæleſti ſapientia præditi, edidere admiranda miracula, vt ſignis, & portentis doctrinam Apoſtolicam, & Euangelicam confirmarent, id vt facerent, nihil opus erat ſapientia humana nihil humana potentia vbi totum, quod erat de cœlo trahebatur vbi primum humanæ mentes Apoſtolorum & diſcipulorum Domini templa Chriſti, & Spiritus ſancti ſunt facta, vt quæcunque dicerent, & quæcunque face

facerent: Chriſtus & Spiritus ſanctus dicerent & facerent: quid dico opus erat aut humana ſapientia, aut potentia humana vbi Chriſtus, & ſpiritus ſanctus omnia dicerent & facerent, & ne quis meam hanc ſententiam eſſe putet, & non Eccleſiæ vniuerſæ referamus: quid ſacri ſcriptores Græci & Latini de hac re ſentiant, vt qui fideles ſint intra hãc ſententiam ſubſiſtant. Auguſtinus ergo de verbis Apoſtoli ſermone vigeſimo ſeptimo, cauſam reddit cur Idiotæ homines, & piſcatores delecti in Apoſtolos ſint ne errarent homines, ſi eloquentes & oratores ad id munus allegati eſſent, aut ſi reges & principes ad munus Euangelicæ prædicationes adhibiti eſſent tribuerent id hominibus humanæ eloquentiæ & ſapientiæ, aut potentię humanæ adhibiti ſunt tenues & piſcatores, vt pateret quidquid haberent Apoſtoli ſapientiæ, & eloquentiæ id totum traxiſſe de cælo. Origenes contra Celſum, libro primo cum obiectum ei eſſet, quod diſcipulos delegiſſet Dominus viles quoſdam ac ſordidos, & homines publicanos reſpondit: id factum eſſe, vt patefaceret Dominus hominum generi qualem vim haberet Dominus medendi animis ipſis ſi ſordidos quoſdam homines, & vitijs coopertos eo magnitudinis prouexiſſet, vt magiſtros orbis eos effeciſſet exempla vitę purioris optimorum morum ſanctitatis, & cœleſtis ſapientiæ exempla lectiſsima. Chryſ. tomo primo, de verbis Eſaię vidi Dominum, homilia quarta, quid Petrus, inquit baſis Eccleſiæ ille vehemens amator Chriſti ille ſermone indoctus, & rethorum victor, ille imperitus, qui tamen philoſophis omnibus & ſapientibus vniuerſis obturauit ora, ille qui Græcorum ſapientiam non aliter quã aranearum telas diſſoluit, qui terrarum orbem peragrauit, qui ſagenam miſit in mare, & piſcatus eſt orbem terrarum, ergo Chry. piſcatorem, & tenuem hominem delectũ à Domino ait, vt in eo luſceſceret toto orbe terrarum cœleſtis ſapientia & potentia, quam traxiſſet de cœlo, quod inde liquebat: quod alioqui tenuis ipſe erat & rudis piſcator & Idiota tenuiſsimus. Baſilius in homilia, de fide vt igni proprium eſt lucere & calere ſic Spiritus Sancti proprium eſt ſanctificare & viuificare implet Angelos Spiritus Domini ſanctificat Archangelos virtutes ac poteſtates ſanctificat, omnia implet & beatificat omnem creaturam, nec minuitur, vt Sol cum luce clariſsima toto cœlo reſplenduerit cum omnia ſua gratia compleuerit cum omnium mentes ſua luce luſtraſſet: & infinitus eſt ſacerdotes perficit, Reges roborat, iuſtos dirigit, donat chariſmata curationum, viuificat mortuos, Publicanum reddit credentem & Euangeliſtã facit, reddit Piſcatorem Theologum facit vas electionis & prædicatorem gentium, Eccleſiæ perſecutorem: mendici efficiuntur diuites, Idiotæ ſermone ſapientibus fiunt ſapientiores, vt diſcant qui Apoſtolos Idiotas nominant & obijciunt Eccleſiam ex Idiotis coaluiſſe, vera ſe dicere quocunque modo appelles Idiotas, nam hęc vox tres intellectus habet eum qui in republica nullum magiſtratum gerit, & eum qui nulla prædictus doctrina eſt, aut ſcientia, aut prudentia, vt magiſtratum gerere poſſet in republica aut eum qui contemptibilis & nullius pretij eſt in ſua republica, aio inquam, ex huiuſmodi Idiotis Eccleſiam coaluiſſe quorum pectora imbuerit Spiritus Sanctus repleuerit cæleſti ſapientia, orbi terrarum præfecerit magiſtros, ita vt qui antea erant Idiotæ quocunque modo accipere velis Idiotam effecerit ſpiritus Domini admirabili quodam ſplendore micãtes orbi terrarum magiſtros iuxta illud, nimis honorati ſunt amici

tui

tui Deus: vt qui ſine honore erant cæleſtibus fulgeant ornamentis qui abiecti erant, & humiles principes orbis terrarum efficiantur de quibus illud Eccleſia canit. Nimis confortatus eſt principatus eorum, qui vere ſine honore erant ſint effecti mundi lumina eccleſiarum principes belli triumphales duces cęleſtis aulæ milites: ad quorum comparationem ſordent omnes terrenę dignitates & principatus. Vnde Theodoretus libro quinto, de natura hominis, ex quibus inquit factum eſt, vt cuncti mortales abdicatis Philoſophorum nugis piſcatorum fruantur. Publicanorumq́; diſciplinis ſutorisq́; volumina amplexentur & colant.

De cæleſti ſapientia qua Eccleſia perfuſa eſt, poſtquam ad Chriſtum eſt conuerſa, & ſacro baptiſmate tincta accepit Spiritum Sanctum. Caput V.

Eccleſia ergo ad Chriſtum vocata ex Idiotis hominibus ex flagitioſis, & vitijs coopertos repleta Spiritu Sancto Chriſti lumine perfuſa admirabili quodam lumine fulget, cæleſti nitet ſplendore, micat diuina ſapientia talis eſt qualem colligis ex Eſaia, capite tertio, vbi propheta omnia charisſmata Spiritus ſancti ſcribit attritura ex templo Hieroſolymitano; & in eccleſiam ſanctam migratura quid dixi omnia charisſmata templi Hieroſolymitani migratura in eccleſiã: imo multo maiora charisſmata quam fuerint in templo Hieroſolymitano in eccleſiam commigrarũt, in tẽplo nãque Hieroſolymitano figura eorũ erãt in eccleſia ſancta ipſa veritas, vt in ea ſit omnis religio, omnis doctrina cæleſtis, omnis ſanctimonia, omnis probitas, omnia denique quę eſſe liquet in ea eccleſia, in qua Chriſtus habitat quam Spiritus ſanctus ſemper illuſtrat, quam quotidie ſacroſancta imbuunt ſacramenta, quæ ex ſanctiſsimo Chriſti corpore dimanarunt: ablata à Iudæis ſunt omnia ſacra volumina, nam quamuis Codices hebręi, apud illos ſunt intellectus ſacrorum voluminum, & ipſa volumina ſunt apud nos, nec enim ſcripta ſacra ſine Spiritu ſancto intelligi poſſunt qui in ſynagoga impia non eſt in eccleſia ſancta eſt: vbi euangelium ait Theodoretus de affectionibus Græcorum prophetiæ antiquæ confirmant, Prophetias euentus ipſe euangelicæ lucis illuſtrat, namque prædixere prophetæ euangelia ante oculos ponunt, ſiquidem prædixere prophetæ virginis partum & hiſtoriam totam, euangelia rem ipſam ordine, vt geſta eſt narrant, prędixere prophetę crucis myſterium, Chriſti tormenta, euangelia hęc & facta miracula narrant, prophetæ cecinerunt mundi ſalutem, nos oculis videmus. Prophetiæ euentũ, prophetæ prædixere. Iudæorum perfidiam & perditionem, nos permanentem adhuc Iudæorum perditionem, perfidiam, diſperſionem, oculis cernimus, & alia plura. Theodoretus de Græcorum affectionibus, libro ſexto de Dei prouidentia, & Auguſtinus cum alijs locis plurimis, tum lib. 12. & 13. aduerſus Fauſtum Manichęũ euentum ipſum rerum prædictarum, apud prophetas, prophetiæ optimum interpretem eſſe: centies commemorat & Auguſtino millies in ore eſt. Vide hic prædictũ, ecce illic completum, vt euangelium prophetijs lucem afferat, & prophetię confirment euangelia. Nam vt ait Theodoretus de affectionibus Græcorum, libro decimo, de oraculis in fine, priuſquam prophetia ex euentu rerum finem conſequeretur non parum laboris erat perſuadere hominibus qui tunc viuebant euentura eſſe, quæ prædicerentur nunc autem, cũ com-

completa iam videamus quæ tot ante annos prophetæ prædixerant quæque olim verba fuerant eſſe nunc facta, nullus iam nobis labor relinquitur ad faciẽdam auribus fidem; aures enim oculorũ teſtimonio nunc vtuntur & omnia obſcura erant & velut ęnigmata: verum vt ait Origenes in Canticum Canticorum lib. 2. vbi ſaluator & Dominus noſter Ieſus Chriſtus aduenit nota fecit omnia verbo virtutis ſuæ in paſſione eius ea quæ in abſconditis tenebãtur, in lucem ſunt prolata & Auguſt. Epiſtolarũ lib. Epiſtola. 120. ad Honoratum cõſilium inquit Dñi quod latebat in ſcripturis tunc apertum eſt cũ ea quæ de illo prophetata fuerant paſſus impleuit, ſolutæ ſunt ergo ſcripturæ eius: in his quæ perfecta ſunt eius aduentu, Natiuitate, Paſſione, Reſurrectione, Glorificatione, quis enim ea iam non intelligit in prophetis, idem Auguſti. quęſtionum ex Matth. lib. 1. q. 16. Eccleſia inquit ſcripturas veteres parabolis explicatas intellexit, ab iſtis nobis accipiens regulas vbi Chriſtus veniens per parabolas adhuc loquebatur donec eius paſſio vellum diſcidit vt nihil ſit occultũ quod nõ reueletur, quæ cum Iudęi ad litteram acciperent noluerunt eſſe docti in regno cœlorũ nec tranſire ad Chriſtũ vt auferretur velamen quod ſupra cor eorũ poſitum eſt. Hieronymus ad Paulinũ de inſtitutione Monachi niſi enim aperta fuerint, vniuerſa ea referat qui habet clauẽ Dauid qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit, & nullo alio reſerante pandentur, cruce ergo Chriſti reſerante pandetur omnis ſcriptura quę latebat & abſcondita erat quo aduenirct Dominus qui ſuo aduentu & paſſione omnia panderet. Origenes in ca. 15. Matthæi hæc omnia inquit occulta erant vt ſermones libri obſignati quę quidem poſt Seruatoris aduentũ manifeſtata ſunt, & in cap. Matth. 5. facta ſunt inquit omnia verba ſcripturarum poſt aduentum Domini quaſi ſermones libri obſignati, id eſt, propter obſcuritatẽ clauſi &c. Tertullianus aduerſus gentes ipſi Iudæi legũt inquit ita ſcriptũ mulctatos ſapiẽtia & intelligentia & oculorũ & auriũ fruge. Hiero. 5. tomo in cap. 29. in illud obſtupeſcit &c. in Apocalypſi inquit ſolus inuentus eſt leo de tribu Iuda Dñs Ieſus Chriſtus qui ſolueret ſignacula libri nõ vnius ſed omniũ ſcripturarũ quę vnus liber dicitur quod ab vno Spiritu ſancto dictãte aperiuntur vt docet Hiero. ſolus enim Chriſtꝰ aperit ſcripturã magiſtris Iudæorum vſque in præſentem diẽ nequeuntibus legere aut apetire ſignacula nec miſteria pandere ſcripturarum.

Contra Iudæos qui noſtram ſcripturam falſitatis arguunt. Cap. VI.

Hieronymus in præfatione in Eſaiã ad Paulũ & Euſtochiũ deſudaſſe ſe ait in peregrinæ linguæ eruditione ne Iudæi de falſitate ſcripturarũ Eccleſijs diutius inſultarent & eodẽ tomo. 3. ad Sophroniũ ait Iudęos illudere nobis ſolere per ſermones ſingulos & aſſerere non ita haberi in hebræo & de optimo genere interpretandi ad Pammachiũ in fine. Solent inquit Iudæi irridere quod legimus in Eſaia. Beatus qui habet ſemẽ in Siõ & domeſticos in Hieruſalem de quo loco ſimilibusq; diximus in cõmẽtarijs in hũc locũ Aug. in Epiſtolarũ libro ad presbyterũ Deo gratias epiſtola. 49. quęſt. 6. ſoluens ad hos Iudæorũ riſus reſpõdẽs quantũ poſſunt rideant dũ iuxta prophetarũ prædictiones per ſingulos dies rariores pauciores q; ſe videãt. & de diuinatione dæmonũ idẽ Aug. cũ dixiſſet à Iudæis tanquã imperitiſſimos Chriſtianos irrideri ait nos non debere moueri, cũ videamus ſcripturas impleri in Iudæis & Iudæos ipſos ſecũdum ſcripturas in dies magis ac magis pauciores fieri. & ſubijcit, ergo quantũ poſſũnt rideãt, illud ſcio quod iſti irriſores noſtri pauciores ſunt hoc anno quam fuerint anno priore iuxta propheticas prędictiones.

Reſponſio ad Iudæos qui de falſitate ſcripturarum Eccleſiam ſanctam inſimulant. Cap. VII.

SAtis ſuperque reſpõſum eſt Iudæis qui nos de falſitate ſcripturarum in ſimulant à D. Auguſt. idque paucißimis verbis, interpres enim ſcripturæ propheta dicitur, vt non ſemel à nobis ex autoritate veterum patrum eſt demonſtratũ vt interpretatio ſcripturæ quæ cum rerum euentu congruit verißima tranſlatio ſit & author illius trãſlationis verißimus ſit ſcripturæ interpres & propheta verißimus qui ſua interpretatione expreßit verißimum rerum euentum qualis eſt eccleſiaſtica ſcripturæ interpretatio quæ explicat rerum euentus verißimos contra vero Iudaica tranſlatio falſa fere eſt & mendax & nihil minus quam prophetia eſt iuxta illud Domini Deuteronomij cap. 18. quod ſi tacita cogitatione reſponderis quomodo poſſum intelligere quod Dominus eſt locut⁹ hoc habebis ſignum quod in nomine Domini propheta ille prædixerit & non euenerit hoc Dominus non eſt locutus, ergo quod interpres ſcripturę tranſtulerit ex ſcriptura quæ verißima ſit neceſſe eſt & non euenerit hoc Dominus nõ eſt locutus & hoc tranſlator non verè tranſtulit tranſlationes Iudaicæ quę nõ verum habent euentum vere non ſint tranſlationes: ſcriptura namque verißima ſit neceſſe eſt & tranſlationes quæ ſcripturam faciunt mendacem vere nõ ſunt, veræ igitur non ſunt translationes iuxta verbum Domini, quod in nomine Dñi propheta ille prædixerit & non euenerit hoc Dñs non eſt locutus qui minus dicere põßis quòd tranſlator ille tranſtulit de prophetia Domini & non euenerit hoc Dominus non eſt locutus & tranſlator ille nõ vere tranſtulit nec vere ſunt tranſlationes Iudaicæ quas videmus non veros habere rerũ euẽtus cõtra vero ſi tranſlatio eccleſiaſtica verũ rerũ euentũ ſemper eſt nacta vt veteres dicant, ecce hic prędictũ ecce illic cõpletũ idq; in ſingulis prædictionibus vt frequẽs illud ſit quod dixim⁹ ecce hic prædictũ ecce illic cõpletũ nulla dubitatio relinquitur quin verę ſint illæ trãſlationes iuxta illud Hiere. cap. 28. Propheta qui vaticinatus eſt pacẽ cũ venerit verbũ illius, tũc ſcietur Propheta quẽ miſit Dñs in veritate ergo cũ ſcripturę interpres trãſtulit prophetias quas vere euenire videmus omnes nũc cognoſcitur verus propheta, & verus interpres quos vere miſit Dñs in veritate & quæ vera ſit prophetia & quæ vera ſit tranſlatio.

De authoritate ſcripturæ Eccleſiaſticæ. Cap. VIII.

SEd de ſcrituræ canonicæ autoritate mihi lingua nulla eſt qua quod ſententiã poßim eloqui, deligã vnũ aliquẽ ex ſanctis patribus cuius ore explicem quod ore meo exprimere nõ poſſum os illud aureũ potißimũ deligã Chryſoſt. in Homel. 1. Epiſto. ad Hebręos in Morali vbi narrãt Chryſoſt. quã operoſam diligẽtiã in tradẽda ſcriptura ſacra eccleſiæ ſanctę Dñs pręſtiterit per prophetas eã tradiderit miraculis claros & illuſtres vt demonſtraret eos eſſe prophetas per Angelos & Archãgelos quorũ ore loquebatur ipſe Dñs vt Angeli & Archãgeli: loquerentur in prophetis & verbũ patris loqueretur in Angelis & Archãgelis vt tãta autoritate ſynagogæ, eccleſiæ ſanctæ ſit tradita ſcriptura & quod aßidua prolapſione ad Idolatriã negligebãtur ſcripturæ ſanctæ permiſsit Dñs eas igne babylonico cremari, rurſum cum Lxx poſt anno reuocati eſſent Iudæi in patriã ex captiuitate babylonica & reſtituere templũ pararẽt & inſtaurare ſacra vellẽt ſcripturæ igne babylonico incenſæ erãt & ſemiambuſtæ Eſdræ ſacerdoti ſcripturę inſpiratæ ſunt diuinitus vt tãto rerũ miraculo Iudæi ad religionẽ inflãmaretur, in ſcripturæ datæ prophetis diuinitus ſunt, qui prius miraculis clari eſſent vt prophetas eſſe apparet & datæ

per

per Angelos & Archágelos quorú ore
Deus verbũ & Spiritus ſanctus loquerē
tur. En barbarico igne incéſæ ſunt: pro-
pter Iudęorú peccata en rurſus inſpiratę
ſunt per Spiritú ſanctú Eſdræ ſacerdoti
vt táto rerú miraculo ad boná mēté Iu-
dæi reuocarétur: idque factú inquā per
Spiritú ſanctú vt cum Eſdras legeret ſa-
cras litteras quidquid vſtulatú erat igne
aut ſemiābuſtũ Spiritus ſanctus ſacerdo
ti ſuggereret cú vero Chriſti Dñi aduen
tus appeteret curauit Dñs ſacras litteras
græce vertédas qđ oés nationes ad fidé
erāt vocádę quibus eo tépore græca lin
gua cómunis erat vt Euágelij prædica-
tio ea lingua fieret quá oés intelligerent
& qua prophetias legerét & ſacra ſcri-
pta omnia & curauit vertendas per Lxx
viros idque iuſſu Regis Ptolomei vbi
multis editis miraculis monſtrauit Dñs
eas græce eſſe trāſlatas inflatu Spús ſan-
cti vt probatú eſt à nobis in diſputatióe
de trāſlationibus quá præfiximus in có-
métarijs in Eſaiá idq; ex authoribus an-
tiquiſsimis græcis & latinis vbi etiá mō
ſtratum eſt oés ſacros libros à Lxx viris
gręce eſſe verſos nō tātú libros Penta-
theuchi idq; cófirmatú multis editis mi
raculis quæ illic fuſe deſcripſimus, vides
quáto rerú molimine D. opt. Max. eccl-
ſiæ ſuę ſanctæ ſcripturā ſacrā tradiderit
per tot ſigna tot miracula vt nulla in re
quátú ego intellectu cóſequi poſſū ma-
ioré diligétiá Dñs pene dixerim ſuę ec-
cleſię præſtiterit hoc factú eſt trecéteſi-
mo pluſve, minuſve anno ante Dñi ad-
uétú & collocatæ ſcripturæ ſunt verſę à
Lxx viris Alexádriæ in Bibliotheca re-
gis Ptholomæi & in omnibus Iudæorú
ſynagogis vt paratæ eſſent gétib⁹ & na-
tionibus quæ tá ad fidé erāt vocādæ ve-
nit Chriſtus Dñs iuſsit Apoſtolos & di-
ſcipulos Euágeliú prædicare omni crea-
turæ, ideſt, omnibus nationibus quibus
ſcripturā dari neceſſe erat vt ſimul habe
rét nationes Euágelium & prophetas &
reliquos libros ſacros cōtra id quod di-
ctitāt Iudæi ſolú Péthatheuchú trāſlatú
eſſe à Lxx viris. Trāſlati ſunt à Lxx viris
gręce oés libri ſacri quod liquet inde qđ
citati ſunt loci ex veteri teſtaméto & ex
omnibus eius partibus ab ipſo Dño &
ab eius Apoſtolis & Euágeliſtis at qui té
peſtate Apoſtolorú & Euágeliſtarú nó
erat ſcriptura ſacra verſa græce niſi ea
quæ ab Lxx viris græce erat verſa & cé-
ties oſtédimus ſcripturá à Dño & ab A-
poſtolis & ab Euangeliſtis iuxta Lxx vi-
ros eſſe citatá quæ maior dignitas dici
aut fingi pót, quá ſcripturá à Dño & ab
eius Apoſtolis & Euágeliſtis iuxta trāſla
tioné Lxx eſſe citatá, & quod ait Atha-
naſius vna cú Euágelio per omnes gétes
diſſeminatá cú Euágeliú per omnes gé-
tes prædicauere oportebat enim vt ſacri
libri ad manú eſſent omnibus nationi-
bus vt viderét prędictiones prophetarú
manifeſtiſsimas litteris Euangelicis eſſe
cópletas quod argumétú inſolubile eſt
aduerſum eos qui trāſlationé Lxx perſe
quútur cú appareat citatá & explanatā
ab ipſo Dño & ab Apoſtolis & Euáge-
liſtis & à doctoribus ſacris omnibus &
diſſeminatá toto orbe terrarum & vno
omniú cóſenſu rerú omniú euentum ea
eſſe ſignificatum, age nunc pone tu ante
oculos canoné illú quo internoſcendus
eſt verus propheta à propheta falſo &
verus ſcripturæ interpres à falſo inter-
prete ſcripturę: qué præſcribit Dñs cap.
18. Deuteronomij his verbis quod ſi ta-
cita cogitatione reſponderis quomodo
poſſunt intelligere verbú qđ Dñs nó eſt
loquutus hoc habebis ſignú quod in nó
mine meo propheta ille prædixerit &
nó euenerit hoc Dñs nó eſt loquutus: ſi
ergo iuxta Iudaicas trāſlationes nó eue-
nit quod Dñs iuxta illas trāſlationes Iu-
daicas prædixiſſe dicitur Dñs non eſt lo
quutus quod iuxta illas trāſlationes Iu-
daicas loquutus dicitur: vnde ab veteri-
bus patribus dicútur prophetię iuxta Iu
daicas tranſlationes fallaces & médaces
& nihil minus quam prophetiæ at iux-
ta Eccleſiaſticas tranſlationes rerú om-
nium euentus veriſsime deprehédútur

veriſsimę ergo ſunt tranſlationes Eccleſiaſticæ, quod ait Dñs apud Hiere. c. 28. his verbis propheta qui vaticinatus eſt pacē cū venerit verbū eius tunc ſcietur propheta quē miſit Dñs in veritate ſed prophetias omnes explanatas à Lxx viris euenisſe videmus & manifeſtiſsimas eſſe de Chriſto prædictiones idq́; adnotare omnes veteres patres græcos & latinos veræ ergo ſunt prophetiæ & veræ ſcripturæ veteris teſtamēti & veræ eius tranſlationes in Eccleſia ſunt cōtra vero Iudaicæ tranſlationes falſæ & mēdaces quod adnotāt veteres Euſebius Hilarius & alij patres, reliqua eſt ergo vna illa dubitatio ſi hoc ita eſſet nec texēda fuiſſet noſtra vulgata à D. Hiero. nec in Eccleſiā fuiſſet recipienda, recepta eſt milleſimo ducēteſimo ante anno & ſacro Cōcilio conſecrata, non eſt ergo vera ea ſententia quā diximus de tranſlatione Lxx imo maxime. Duo enim fuere cur Dñs vulgatā D. Hiero. texi voluerit alterum quod Iuſtinus, Origenes, Tertullianus, & alij veteres litteris prodidere multos tranſlationis Lxx locos de Chriſto manifeſtiſsimos in ipſis Eccleſię initijs à Iudæis eſſe reſectos: multa quoq; de Chriſto ſcripta reſecta eſſe ex ſcriptura nos monent veteres quæ reſarciri opportebat, multa quoq; à Lxx viris ſunt trāſlata quæ magis paraphraſis quā trāſlationes ſunt quod ſcriptura gētibus erat dāda quibus neceſſe erat plurima quæ in ſacris litteris obſcura erant ænigmata pādere & per paraphraſes quaſdā explicare æquū erat. Ergo cū eccleſia firmiſsimas radices egiſſet vt interpretatio latina eccleſia eſſet verſa ad litteram vt hæc omnia fierēt voluit Deus vulgatā à D. Hiero. cōfici vt ſcriptura in eccleſia eſſet plena & omnibus numeris abſoluta. Quid ergo poſt tā negotioſam operationē qua nulla maior quantū ego intellectu cōſequi poſſum qua vſus eſt Dominus in ſuā eccleſiam venit Iudæus & ridet hæc omnia & cachino proſequitur, nec iuuant hiſtoriæ veteres quæ tot ſunt numero vt laborioſum eſſet eas recenſere & tædiū parerē lectori qui fortaſſe eas legiſſet in diſputatione de trāſlationibus quę vna cū meis commentarijs in Eſaiā circunferuntur. Nihilominus tamen, non defuiſſe arbitror qui de Eccleſijs per contemptū loquantur ſacrificulos nominent homines tenues Idiotas: ne quis erret tamen, & ignoret quanta ſit authoritas eccleſiæ dicam ex Auguſt. cum ex alijs locis plurimis, tum ex libris contra Fauſtum Manichæum cap. 2. & 3. vbi docet eccleſiam ab ipſis Apoſtolis fuiſſe fundatam & vſque ad hodiernū diem Epiſcoporū & populorum multorum conſenſione coaluiſſe & quod omnes codices eccleſiæ exemplaria omnia ſcripturę linguæ; omnes in quas ſcriptura tranſcripta eſt omnibus tēporibus, omnibus locis, vbicunq; agas in eadem ſcriptura conſentiunt mirabiliter exceptis quibuſdā iiſdemq́ue per paucis in quibus in ſcriptura ſancta duplex lectio eſſe videatur de quibus veteres patres nos admonēt qui duplicem illam lectionem interpretantur. Hac re vna excepta ab ipſis Apoſtolorū tēporibus vſque ad noſtra tempora per omnes populos, per omnes nationes, per omnes linguas, per omnes eccleſias per bibliothecas omnes eadem ſcriptura eſt per mille quingentos & eo amplius annos qua probatione non reperio quæ maior aut dici, aut fingi poſſit. Nā quod quidam amatores nouitatis ſuccinunt veritas hebraica, veritas hebraica, quæ perfidia Iudaica potius eſt vt oſtēdimus lib. 2. Apologetici toto vbi Iudæorum fraudes in vitianda ſcriptura ex ſcriptoribus græcis & latinis & ex Rabinis & ex ipſis impijs Iudæis in conſpectu & oculis omnium poſuimus. Luſtraſti tu, inquies, omnes terras, omnes nationes, omnes bibliothecas, & eas euoluiſti omnes, minime, ſed quod longe maius eſt, luſtraui domi apud me, patres veteres, gręcos & latinos qui fuerunt per omnes ætates per omnes nationes

nes à Chriſto Domino & ab eius Apo-
ſtolis & Euangeliſtis, vſque ad noſtra
tempora qui omnes in ſingulis eandem
præferūt lectionem Eccleſiaſticā, quod
aliud argumentum expectas vt tibi ob
oculos ponat Eccleſiaſticam ſcripturā
vnam & eandem eſſe cum ea quæ ab
Apoſtolis eſt data & à Chriſto Domi-
no quæ quaſi per manus ad noſtra vſq;
tempora deſcendit vna & eadem, Pſal-
mos eoſdem leges in Eccleſia ſancta &
in Euangelio, & in Apoſtolis & ſacris
ſcriptoribus vſque ad homines noſtræ
tempeſtatis quos tamen imperiti quidā
mendoſos eſſe iactant & perperā tranſ-
latos cum congruant cum Pſalmis qui
ab Apoſtolis per manus Pontificum &
doctorum Eccleſiæ vſque ad noſtra tem
pora deſcenderunt. hebraica veritas in-
quies ſcripturam arguit peſsime tranſla
tam & intellectam, peſsimè ſi Iudęos im
pios adhibeas præceptores. Nam lib. 2.
noſtri Apologetici dupliciter verſare
fraudes manu oſtendimus, & interpre-
tatione, manu mutatione diſtinctionis
litterarum punctorum quæ valent pro
vocalibus hebraice, mutatione ſyllaba-
rum & dictionum & alijs dolis, aut in-
terpretatione cum Prophetiæ manife-
ſtiſsimę de Chriſto aliò deflectūtur, quę
fraus latiſsimè patet cum manet integra
ſcriptura hebræa ſed peruerſa interpre-
tatione vitiari dicitur.

Eccleſiæ ſanctæ initium & authoritas.
Cap. IX.

LOcus topicus eſt ſi quædam infa-
mare velis vt tenuiſsima quæque
arripias, & infirmiſsima, & inde omnia
vituperes. Id vulgo fit cum clericos pro
uerbio Italico per contemptum pretes
Apelles quod analphabeti aliquando
ſacris ordinibus cōſecrantur. & vt inde
cæteros infames & vulgo zotes nomi-
nas à græca opinor voce thetes, id eſt,
ſeruus quod græce enunciari ſolet. c. the
tes ergo nominas, id eſt, ſeruos aut viliſsi
ma mācipia. qua voce vtitur Ariſtoteles
in libris de R. P. cum Spiritus ſanctus ge
nus electum nominet & regale ſacerdo-
tium hanc rem altius repetere neceſſe
eſt. & eccleſiæ authoritatem altius à ſuis
initijs auſpicari. Auguſt. in illud Pſal. 71.
à flumine &c. Hic inquit ſpiritus deſcē-
dit in baptizatum, & de cœlo vox illā
ſonuit hic eſt filius meus dilectus. Hinc
doctrina Chriſti incipit &. magiſterij
cœleſtis authoritas dimanauit. ne quiſ-
quam ſibi perſuadeat Eccleſiæ authori-
tatem tenui niti fundamēto. & in Pſal.
103. idem Auguſt. in illud montes ge-
ſtierunt velut arietes. Manifeſtum eſt in
quit nō humana ſuſpicione, ſed Apoſto
lico, id eſt, diuino & dominico magiſte-
rio Eccleſiā eſſe natā. Deus enim inquit
Augu. in Apoſtolis loquebatur, & quā-
uis de carneis nubibus tamē in eis domi
nus tonabat. & idem de fide cap 1. Apo-
ſtolos ait qui per orbem diſſeminauerūt
Euangelium ab ipſo Spiritu ſancto & ab
ipſo domino fuiſſe edoctos. Ambro. de
pœnitētia lib. 2. in fine capitis 7. deſcri-
bit Apoſtolos & Prophetas os fuiſſe
Chriſti per quos Dominus futura lo-
quebatur. & de vocatione gentium ca. 4
præcepit inquit Apoſtolis imo per A-
poſtolū Dn̄s qui loquebatur in Apoſto
lo & lib. 6. Epiſtolarū Epiſtola. 36. Deus
inquit loquebatur in Prophetis non lo-
quebatur prophetę niſi inſtrumētaliter
diuinæ vocis organū eſt propheta per
quod Deus ipſe loquitur & lib. 10. Epi-
ſtolarū epiſtola 84. ſcribit idē Ambro-
ſius Spiritus ſanctus implet organū ſuū
& tanquàm fila chordarum tangit digi-
tus Dei corda ſanctorū, ne quis putet te
nue aliquod fuiſſe Eccleſiæ ſanctę initiū
presbyteros habet Eccleſia tenues ho-
mines & pauperes & manſuetos plæriq;
huius notæ Deo ſunt chariſsimi. quod
Sophonias ait reliquiſſe ſibi Dominum
Populum, pauperē, & manſuetū. Atha-
na. in reſcripto ad Liberiū Epiſcopū Ro-
manū de verbo Dei quod in prophetis
loquebatur & quod eccleſiæ iecit fun-
damēta & idē Atha. dicit quod Spiritus

ſanctus loquebatur in prophetis. Patré. Paulus inquit locutũ fuiſſe cũ patribus & rurſum idé Paulus ait, in ſe filium eſſe locutũ, an experimentum inquiens eius quęritis qui in me loquitur Chriſtus, habes ergo authore Paulo patrem & filiũ fundaſſe Eccleſiam, rurſum filius dixit Spiritum ſanctũ locutum fuiſſe in Apoſtolis, non vos inquiens eſtis qui loquimini ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis, ergo docemur Eccleſiam ſanctam magiſterio ſacræ triadis niti, nequis contéptim de Eccleſia loquatur, aut de eius ſacerdotibus neve ſibi perſuadeat quiſquã ſcripturas diuinas eſſe corruptas, quadringenti namq; anni in terceſſere inter Chriſtũ & Auguſ. quod interuallũ perexiguũ fuit vt exemplaria lectionis eccleſiaſticę vitiarentur & id deprehendi nó poſſet: ait enim Auguſti. contra Manichæos lib. 1. ca. 3. nullis exé plaribus poſſe conuinci ſcripturas eſſe corruptas nullis inquam exemplaribus quæ tam recenti memoria extent quadringenti enim anni interfuere inter Chriſti tépora & Auguſt. & Hiero. & ſi quid vitiatum eſſet facile reuinci poſſemus ex vetuſtis exemplaribus. Irenæus multo antiquior Aug. Chriſti temporibus proximus lib. 4. cap. 63. Apoſtolorũ doctrina inquit & antiquus eccleſię ſtatus quæ peruenit vſq; ad nos cuſtodita eſt ſine fictione nec ablationé recipiens ſine falſatione cũ legitima expoſitione.

De nouo teſtaméto quod græce ſit ſcriptum & non hebraice vt non ſit recurrendum ad hebræa exemplaria ſed ad græca. Cap. X.

DE nouo teſtamento prædixerat Hieremias cap. 31. Nouum teſtamentum dandum eſſe Eccleſię ſanctæ his verbis, ecce dies venient dicit Dominus & feriam domui Iſrael & domui Iuda fœdus nouum non ſecundum pactum quod pepigi cum patribus veſtris &c. quod Lxx vertere: ecce dies veniũt dicit Dñs & diſponam domui Iſrael & domui Iuda teſtamentũ nouum quæro quod pactum hoc eſt quod percuſſum eſt cum do mo Iſrael & cum domo Iuda non ſecundũ pactũ quod percuſſum eſt cũ patribus antiquis cũ educti ſunt AEgypto aut quod teſtaméntũ hoc eſt iuxta Lxx quod factum eſt nouum non ſecundum teſtamétum quod factum eſt cum patribus antiquis cũ educti ſunt à Dño ex AEgypto, vtraque enim tranſlatio in idé recidit nec poteſt hic locus alio referri quã ad nouũ teſtamentum certe ab veteribus patribus vniuerſis ad nouum teſtamentum refertur quorum teſtimonia citaré niſi fidelibus ſatis ſuperq; eſſet D. Paulus in Epiſtola ad Hebręos cap. 8. qui hunc locum Hieremiæ de nouo teſtamento citat & interpretatur & citat quidé iuxta tranſlationem Lxx vt cæteras ſolet quod idem facit cap. 9. & cap. 10 & interpretatur de nouo teſtaméto nec iuuerit quidquã quod Iudæus negat Berith hebręam vocem ſonare latine teſtamentũ cum Lxx viri & Theodotio ipſam hanc hebręam vocem berith latine verterint teſtamentũ & Apoſtoli & Euãgeliſtæ & quod maxime omniũ pondus habet Dominus ipſe vocem illã berith reddiderit teſtamentum. At D. Hiero. reddidit berith fœdus & pactũ, quid tũ? & hoc & illud ſignificat vox hebręa & altera tranſlatio vt nos docet D. Hiero. in cap. 49. Eſaiæ lucé affert alteri vt pactũ ſiue fœdus interpreteris teſtamentũ cũ præſertim D. Pauli in quo loquitur Chriſtus & Spiritus ſanctus acceſſerit authoritas, nec Iudæi dicere poſſunt qđ alterũ pactũ ſiue fœdus diſpoſitum ſit à Dño cũ domo Iuda aut cũ domo Iſrael, alterum inquam ab illo quod diſpoſitũ eſt cũ patribus antiquis cum educti ſunt ex AEgypto & neceſſe habent interpretari niſi peruicaces eſſe velint de nouo teſtaméto, quæro ergo de hoc nouo teſtaméto qua lingua dicas eſſe cóſcriptũ gręca ne lingua an hebręa, certe Matthę ſuum

ſuũ Euangeliũ hebraice cõſcripſiſſe eſt
dictus & id ſunt authores veteres patres
& ita eſſe ego habeo perſuaſiſsimum
quod magna multitudo hominum ex
Iudæis Eccleſiam intrauere quibus Euã
gelium litteris hebraicis conſcriptum
opus erat tamen cum nationes innume
ræ ad fidem ſint vocatę quibus prædi-
care Euangelium græce oportebat qui-
bus lingua gręca communis erat: mihi
perſuadeo ipſum Euangeliſtam Mat-
thęum ſuum ipſius Euangelium græce
etiam trãſtuliſſe quod dono linguarum
ab Spiritu ſancto erat donatus & cer-
te ex Apoſtolis & Euangeliſtis nullus
fuit qui diſcreparet à tranſlatione Lxx
vel vna pene dixerim ſyllaba, abſq; vno
D. Matthæo omnes Apoſtoli & Euãge-
liſtæ & ipſe Dominus ſcripturam ci-
tant iuxta tranſlationem Lxx. Ioannes
Euangeliſta ſemel aut bis hebręam lectio
nem expreſsit Matthæus ſæpius lectio-
nem hebræam græcè ſuis verbis trãſtu-
lit quod nationibus inquam prædicare
Euãgelium gręce oportebat quibus lin-
gua græca erat cõmunis & certe omnes
Apoſtoli & Euangeliſtæ quanuis opti-
time hebraice ſcirent græce ſcripſere
quanuis hebræi eſſent & ita nouum te-
ſtamentum græce eſt conſcriptum to-
tum & gręce eſt datum nationibus &
ea cauſa eſt cur trecentis annis ante ad-
uentum Domini curarit Dominus om-
ne vetus teſtamentum græce vertẽdum
quod vinea Domini tradenda erat alijs
agricolis qui fructum facerent, tradẽda
erat inquam nationibus & regnum au-
ferendum erat Iudęis & tradendũ gen-
tibus ſiquidem regnum eo loci pro ſcri
ptura ſancta ponitur & Eccleſia ex reli-
quijs Iudęorum quę ſaluæ factę ſunt &
nationib⁹ coaluit nec quod ex reliquijs
Iudæorum quæ ſaluę factæ ſunt & na-
tionibus coaluit nec quod ex reliquijs
Iudæorum & nationibus Eccleſia coa-
luiſſe dicitur, Paucos Iudęos ad Chriſtũ
conuerſos fuiſſe credat quiſquã, paucos
quidem ad Chriſtum eſſe conuerſos cer
tum eſt præ numeroſiſsima Iudæorum
multitudine quæ Chriſto non credidit
plurimos vere credidiſſe Chriſto intelli
ges ſi per ſe illos ſpectes vno quidẽ nar-
rant litteræ ſacræ tria Iudæorum millia
Chriſto credidiſſe & alio quidẽ die nar-
rant ædẽ ſacræ litteræ quinq; millia Iu-
dęorũ Eccleſiam intraſſe & vſq; ad no-
ſtra tempora intrat in Eccleſiã per vices
Iudęorũ numeroſiſsima multitudo vt
ſcribit D. Hiero. & alij veteres & à no-
bis noſtris oculis eſt viſum cum paucis
annis antequã nos in lucẽ editi eſſemus
bis intrauit in Eccleſiã innumerabilis Iu
dæorũ turba potiſsimũ quidem Eccle-
ſia ex nationibus coaluit ſed ex vtroque
populo Iudaico & gentili: Eccleſia eſt
cõflata his opus erat ſcriptura cõſcripta
græce quod ea lingua tẽporibus Chriſti
omnibus nationibus erat cõmunis: quę
omnia tã fuſe diximus vt oſtẽderemus
nouũ teſtamẽtũ quod per Hieremiam
promiſerat Dominus D. Paulo in quo
Chriſtus interprete græce fuiſſe cõſcri-
ptũ liquet & Eccleſiæ ſanctę datum &
inde tranſlatũ latine an neſciebat Dñs
qui omnia videt quæ ſunt quæ fuerunt
quæq; poſt futura dicantur Iudæos he-
bræã lectionẽ eſſe viciaturos idque du-
pliciter manu & interpretatione, cur er-
go Dominus à Iudæis auferendum reg-
num dixit & dandũ alijs agricolis, ideſt,
ſcripturam auferendam à Iudæis & dan
dam nationibus etiam cum ſcriptura
ablatã ſit à Iudæis & data Eccleſiæ ſan-
ctæ Iudæorum impudentia & impietas
eo audaciæ eſt progreſſa vt inquirat in
Dominum noui teſtamenti authorem
vtrum fideliter crediderit ex veteri te-
ſtamento prophetias quas citat græce
quęque citat ex teſtamento veteri teſti-
monia omnia, ego certe expectorare nõ
audeo quod animo cõcipio, ſi Chriſtia-
ni ſumus quibus datum nouum teſta-
mentum eſt cur ad vetus teſtamentum
regredimur? cur ad fidem veteris teſta-
menti nouum exigimus? non dicã am-
plius, nam certe quid dicam neſcio, cur

ergo inquies tantum operæ ſumis in docẽdo hebręam lectionem in quibuſdam ab impijs Iudæis eſſe vitiatam dicam ſi potero. Sunt apud Auguſtinum quidam ex veteribus authores, qui lectionem hebręam contendant in quibuſdam eſſe vitiatam ab impijs Iudæis, eaque cauſa potiſsimum vt noſtra Eccleſiaſtica ſcriptura infamaretur quod ab hebręa lectione diceretur diſcordare. Id Auguſtinus opinaturis liberũ relinquit vtrum id factum à Iudęis credãt an non credant, quãquam poſtea in ſententiam D. Hieronymi venerit Auguſtinus qui ætate maturiore ſapuit magis & docuit Auguſtinum à Iudæis vitiatas fuiſſe ſcripturas poſt Chriſti Domini paſsionem. Id ego non ſolum habeo perſuaſiſsimum verum etiam oculis cerno & manibus prehendo quoties Iudaicos dolos cum lectione hebræa cõfero & intelligo à Iudęis duplici illa fraude de qua dixi ſcripturam hebręam eſſe vitiatam, vt noſtra ſcriptura infamaretur ſi ab hebręa lectione diſſentire videretur: ſed potius noſtra ſcriptura rueret, & peſſum iret, vitiata namque hebręa ſcriptura ea parte eſt potiſsimum quę ab ipſo Domino & ab Apoſtolis & Euangeliſtis in nouo teſtamento citata & explanata eſt, vbi ſi vnus locus aut duo falſo citatã & explanata à Domino & ab eius Apoſtolis & Euangeliſtis viderentur, ruere videretur Domini authoritas, & authoritas Apoſtolica & Euangelica & Eccleſia ſancta merito peſſum iret. Maiora Iudæi moliuntur quam pro hominum opinione quæ vt monet. Procopius ſemper Eccleſiæ ſanctæ inſidiatur & exitium molitur, Nec mihi neceſſe erat aliud quam mõſtraſſe fidelibus Deum ipſum noui teſtamenti authorem & Spiritum ſanctum ſic illos locos veteris teſtamenti citaſſe quando Chriſtus & Spiritus ſanctus in eius Apoſtolis & Euangeliſtis ſunt locuti, cum Deus ipſe ſit ipſa veritas, nec aliunde pendeat, cum autem viderem ipſe eſſe plęroſque qui plus fidei tribuerent Iudæis quam par eſſet, & hebraicę veritati quam ego Iudaicam perfidiam nominabam, decreui in rem præſentem lectorem adducere; vt quingentos locos in lectione hebręa ſuis oculis cernerẽt vitiatos vt ad horum exemplũ plures ipſe inuenire diſceret, & vt intelligerent Iudęi ſuos dolos eſſe detectos & apertas Iudaicas fraudes, quanquam Iudęi gens inuicta eſt quę victa millies neſciat abſcedere bello.

Euangelica authoritas.

SAtis ſuperque dictum eſſe videtur de authoritate Apoſtolica & prophetica atque adeo de Euangelica quod per ipſos ſuam Eccleſiam docuerit Dominus docuerit ſacra trias nec liceat decurrere ad alios magiſtros quod ſunt qui contendant credendum quidem Apoſtolis & ẽuangeliſtis non tamen dãnandas aliorum interpretationes ergo addamus quædam de Euangelica authoritate Auguſtinus Epiſtola. 49. ad compresbyterum Deo gratias in reſpõſione ad quæſtionem ſextam inquit illud plane quod in ventri cæti triduo fuit Ionas non eſt fas aliter intelligere quam ab ipſo cœleſti magiſtro in Euangelio eſt declaratum negat ergo Auguſti. aliter intelligi poſſe quod in Euangelio à Domino declaratum eſt. Igitur fieri nõ poteſt vt vera ſit interpretatio quę aliter ſe habet quam ſe habeat interpretatio Euangelica. Idem Auguſt. lib. 1. de conſenſu Euangeliſtarum cap. 10. contra eos qui aduerſantur Euangeliſtis in fine libri. Quidquid inquit Chriſtus de ſuis factis & dictis ſcribi voluit hoc ſcribẽdũ illis tanquam ſuis manibus imperauit quidquid ergo legeris in Euangelio nõ aliter accipies quam ſi ipſam manũ Domini ſcribentem cõſpexiſſes ex his Auguſtini verbis expende tu quam verum ſit non damnandos eſſe alios interpretes qui aliter ſcripturam interpretantur

in

in litteris Euangelicis quam ipſe Dominus ſit interpretatus ſi homo fuiſſet tantum ipſe Dominus ferendum aliquo modo videretur. Deus eſt theſaurus ſapientiæ & ſcientiæ & aliũ admittemus præceptorem? fortaſſe vt interpretetur quæ Dominus dixerit alioqui inciuile hoc eſſet, nequid grauius dicam, idẽ Auguſti. lib. 2. cap. 12. quiſquis inquit dicit Euangeliſtis per Spiritum ſanctum id debuiſſe concedi, vt nec genere verborũ nec in ordine nec in numero diſcreparent non intelligit quanto amplius Euã geliſtarum excellit authoritas. & infra omnem autem falſitatem abeſſe ab Euã geliſtis decet non ſolum quę eſt per mẽdatium, ſed etiam quæ eſt per obliuionẽ & idem Auguſtinus libr. 3. de conſenſu Euangeliſtarum cap. 13. Chriſtus inquit, ſic gubernauit corda Euangeliſtarum quos in eccleſiæ faſtigio tanto authoritatis culmine ſublimauit &c. Ambro. libr. de Tobia capite. 20. Spiritus ſanctus inquit ſuggeſsit Euangeliſtis quæ ſcriberent ſuggeſsit Spiritus ſanctus quæ ſcriberent Euangeliſtis quomodo ergo aliũ audiemus niſi interpretetur quæ Spiritus ſanctus eſt locutus, & ſic habeo perſuaſiſsimum intellixiſſe illos qui aiebãt probanda ſcripta Euangelica nec damnanda aliorum ſcripta. Ambro. in Pſal. 36. ipſe Dei filius dicit aperi os tuum, & implebo illud, Clemens libr. 5. ſtromatum plurimis verbis nos docet Chriſtum vnum præceptorem noſtrum eſſe conſiliarium Dei, Deum omnipotentem effectorem omnium rerum qui dixit ne diceremus alium magiſtrum in terra quam ipſum. quomodo ergo viri docti qui hæc tanquam digitos ſuos & vngues nouerant dicere potuere non damnandos alios niſi intelligerent, vt ſupra dictum eſt, qui verba Domini interpretantur Auguſtinus de anima libro primo, non enim niſi Deus per Apoſtolos nos docet, ergo alium doctorem nolo niſi Deum qui nos docet per Diuum Matthæum, & per Ioannem & per alios Euangeliſtas. Chryſoſtomus in capite Matthæi. 20. Chriſtus nobis ad videndum magiſter, nec alium expectemus nec de alijs exempla capiamus, ego ſic intelligo non audiẽdos alios niſi ſint doctores eccleſiæ qui dicta nobis interpretẽtur: nã ſi aliter ſcripturã interpretãtur quã ipſe Dominus ſiue per ſe ſiue per Apoſtolos, nec ipſe eos audio, nec audiẽ, diſputo, Chryſoſto. in capit. Matthæi 24. Homilia. 78. quando Paulum dico Chriſtum dico eccleſia habet veros oculos, videlicet eccleſiaſticos, atque doctores qui vident in ſcripturis myſteria Dei. Baſilius in reſponſione ad primam quæſtionẽ, ait Spiritũ ſanctũ dari nobis oportet ad dirigendam viam noſtram quod in tenebris agat oportet qui ſine ſole ſiſtitutæ eſt: hoc eſt ſine Chriſto Domino noſtro qui illuminat velut radijs ſuis præceptis corda noſtra Ambro. in capite 8. Epiſtolæ ad hebræos Spiritus ſanctus inquit adueniens docebat per Apoſtolos: hoc eſt enim quod ait propheta non docebit vnuſquiſque proximum ſuum & vnuſquiſque fratrem ſuum dicens cognoſce Dominum omnes enim ſcient me à maiore vſque ad minorem ſicut in Euangelio de Domino legitur tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas: canon enim eccleſiaſticus eſt concentus & conſenſus legis & prophetarum cum Domini aduentu, & cum dato nouo teſtamento complementum legis eſt, vt ait Clemens Alexand. ſtromaton libro ſexto, & idem Clemens ſtromaton libr. quarto, dixerat Euangelij cognitio & in Chriſtum fides explanatio eſt legis & complementum & infra non intelliget is vetus teſtamentũ niſi crediderit quod ipſe Dominus declarauit de ſuo aduentu &c.

Quod ſacroſancta trias in hebraicis voluminibus tam ſit expreſſa, vt etiam nolentibus, vt ſolis in oculos incurrat.

IN ſacris concilijs legimus ſummos pōtifices myſterium ſacrę triadis docere ſolitos, quod reperiatur non ſemel terna repetitio deitatis, cui poſtea ſubijcitur ſingulare verbum, quale eſſet ſi diceres Deus, Deus, Deus, & poſtea ſubijceres verbum ſingulare, & ſic diceres: ſanctus, ſanctus, ſanctus, & poſtea Dominus Deus Sabaoth, vbi aiunt ſummi pontifices ſi tantum vnitas eſſentiæ eſt in Deo, quid ſibi voluit illa terna repetitio, & ſi tres perſonæ ſunt illæ, quas innuit terna repetitio ſanctus, ſanctus, ſanctus, quid ſibi voluit ſingulare illud verbum Dominus Deus Sabaoth, niſi declaretur eſſentiæ vnitas, vt trinitas perſonarum conſigatur cum eſſentiæ vnitate, ſed Deum immortalem quantus riſus exoritur aduerſus ſanctos patres à quibuſdam ſciolis, quod primis labris cognitionem linguarum attigerint, quod non ſemper trina ſit illa repetitio, quod aliquando bina. Mei muneris eſſe arbitratus ſum hanc rem indiſcuſſam non relinquere, & prima quæſtio illo loco potiſsimū exoritur, quo dicitur in principio creauit Deus cælum & terram, vbi pro, creauit Deus hebraicè eſt procrearūt dij, aut creauit perſonæ diuinæ heloim ſiquidem plurali numero eſt propter pluralitatem ſuppoſitorum, quas tres perſonas diuinas Latinè appellamus, græcè tres hypoſtaſes, hebraicè tres heloim, vt docet D. Thom. prima parte quæſt. 39. artic. tertio. in reſponſione ad ſecundum & confeſſa res eſt D. Thomam præter exactiſsimam diligentiam in ſtudijs ſacris, quæ profeſſus eſt non ſine ſingulari diuini ſpiritus afflatu principis fuiſſe filium & habuiſſe ad manum græcos, hebræoſque ſcriptores antiquiſsimos, & hinc factum eſſe, vt inter authores Theologos longè & multum excelleret, ergo authore hoc diuo cum dicitur in principio creauit dij vel perſonæ diuinę cælum & terram, in illa voce perſonæ diuinæ, nam nos Deos nullo modo dicimus, in illa ergo voce perſonæ diuinæ trinitas perſonarum declaratur in verbo creauit ſingulari eſſentiæ vnitas oſtenditur, ſed quanto cachino hoc excipiunt hebraizantes? Pagninus in dictione heloa heloim dicit dictioné eſſe pluraliter declinatam; quæ tamen ſingulariter & pluraliter accipi ſoleat, qualia multa ſunt apud Latinos & apud Græcos, quæ cum pluraliter tamen declinentur ſingulariter & pluraliter ſignificent, & heloim in vno tantū loco ſingulariter declinari ait, idque contemptus gratia id falſiſsimum eſt nec contemnendum magna nanque res hic agitur, & diligenter excutienda, refellitur ergo Pagninus ex Moſę deuteronomij 32. vbi ait dereliquit Deum factorem ſuum, quo loco pro Deo heloa dicitur numero ſingulari, nec poteſt dicere quiſpiam heloa dici ſingulari numero pro Deo contemptus gratia, ponitur enim pro Deo creatore omnium, dereliquit Deum factorem ſuum, & ibidem immolauerunt dæmonibus, & non Deo, vbi dæmones hebraicè nominati ſunt heloim, quod nationes ipſos dæmones pro dijs colerent, heloä vero Moſes accepit pro Deo vero, quem colimus, quem creatorem cæli & terræ nominamus, ergo fraus fuit illa Pagnini, qua nos voluit deludere, vt illud certum manere debeat heloim pluraliter dici, cuius ſingulare ſit heloa pro Deo vero, & pro Deo omnium creatore, & opifice & hoc loco vbi dicitur in principio creauit perſonæ diuinæ cælum & terram manifeſtiſsimum eſſe myſterium ſacrę triadis, nec credat quiſquam quod duo exempla poſuerimus quibus ſingularis numerus huius vocis heloim ſit heloa rarum eſſe huius vocis numerū ſingularé pſal. nāque. 17. pro Deus meus hebraice eſt heloai, & paulo infra qui mi heloa, id eſt præter Deum, vt .2. regum qui miel, id eſt, præter Deum.

Quod in litteris ſacris hebræis frequentiſsima ſit forma dicendi, quæ ſacroſanctæ triadis myſterium velut digito oſtendat.

Sed

SEd argumenta ait Ariſt. velut aperiunt viam ad inueſtigãdum, quod quærebamus contra ternam repetitionem diuini nominis ſubiuncta ſingularitate diuinæ eſſentiæ, qualis illa eſt ſanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus Sabaoth. Obiectari ſolet id, quod ſupra dictum eſt de bina repetitione nominum Dei, & de crebra in ſacris litteris hui' rei mentione, quo euerti ſolet illa admonitio ſanctorum põtificium Eccleſiæ, qua docere conantur in trina repetitione diuinorum nominum, & ſubiunctione nominis ſingularis, aut verbi ſingularis numeri, trinitatem declarari perſonarũ, & eſſentiæ vnitatem. Non tam frequẽs aiebant trina illa repetitio eſt diuinorũ nominum in ſacris litteris quam repetitio bina. Si hebraicè ſcias, euidentiſsima argumenta ſunt ſacroſanctæ triadis, quã tum mihi poſſum perſuadere, mitto ſummos pontifices, quorum authoritatas nullo hominis tenuiſsimi, qualis ipſe ſum teſtimonio egent, de bina repetitione pauca dicamus. Scrutandas ſcripturas (ait Chryſ.) monet Dominus, non legendas ſcripturas. Scrutemur ergo ſcripturas, in ſingulis enim litteris, ſyllabis, dictionibus ingens latet theſaurus, monent enim hoc omnes veteres patres, quod verba ſcripturæ, verba ſunt Spiritus S. nec temerè ſunt accipiẽda. Si enim ſingula excutias magnas tibi parient diuitias non terreas ſed cæleſtes, primum omnium Eſaias contentus cẽties eſt vno Dei nomine ſancto illo tetragrammato hieoua, nomine illo ineffabili hieoua, & Moſes per prima capita, in cæteris non item, primum omnium quæram neceſſe eſt cur Moſes ſemper dicat hieoua heloim, ſiue hieoua heloe, bina illa diuinorum nominum repetitione cur ſemper dicat Hieremias hieoua heloe, aut hieoua heloim? nec temere apud eum reperias hieoua tantum, cur ipſe & propheta Ezechiel ſemper ſcribãt hieoua heloim, hieoua heloe, adonai hieoui bina repetitione? & idem faciat Daniel, Quid ſibi volunt hi prophetæ? cur binam illã repetitionem affectant? ſi ſemel aut bis facerent hi prophetæ, aut prophetæ minores omnes non erat contemnendum faciunt fere ſemper, quid ſibi volũt, aut quid ſibi potius vult Spiritus S. per ſuos prophetas qui eos hac forma dicendi tã frequenter facit vti? dicã quod ſentio, nã contemno quod dicere ſolent hebraicæ linguæ ſtudioſi nihil hic plus eſſe, quàm Dei nominis repetitio dixit, Deus Deus, hieoua heloe. i. Deus De', & adonai hieoui, Deus Deus meus, certe ſi hoc tm̃ hac repetitione diceretur friuolũ mihi eſſe videretur authoritate plenius videretur illud Eſaiæ ait hieoua dicit hieoua illud, ſcilicet, inexhauſtũ pelagus eſſendi, quã ſi dicas Deus Deus, maiora præfert illa repetitio bina frequẽtiſsima in omnib' prophetis apud Moſem & in cęteris litteris ſacris aſsidua. Quid ergo eſt inquies hieoua heloe Deus, immenſus ille Deus, & poſtea heloe diuinæ perſonę, nam id ſignificari oſtendi authore D. Thom. & reipſa, quæ pręſefert hoc ita eſſe, cur aliud enim dicitur ſingulari numero, aliud plurali? nam Pagninum ſupra refutauimus. Manifeſtis teſtimonijs ex Moſe petitis, cum centies dixerit Moſes hieoua Deus pelagus illud eſſendi, cur repetit heloe numero multitudinis, niſi perſonas diuinas ſignificare vellet? cur alij prophetæ hoc idem dicant adonai hieoui, dominantes mei Deus, adonai aiunt nomen Dei eſt. Quo ſpectat ergo illa repetitio Deus Spiritus ſanctus loquitur Spiritus ſanctus non funditat verba temerè? Quid ſibi vult adonai, dominantes mei hieoui, Deus meus niſi dicere velis dominantes mei diuinæ perſonæ, hieoui, Deus meus, vt trinitas perſonarum declaretur, & eſſentię vnitas? ſi ſemel hoc dixiſſet vnus ex prophetis profecto contemnendũ non eſſet, quod Spiritus S. in prophetis loquitur nullo modo eſt contemnendum ſed toto pectore amplectendũ in ore eſt omnibus prophetis hæc dicendi forma adonai

hieoui

hieoui dominantes mei Deus meus, & cum non prophetæ loquātur, ſed Deus in prophetis, vt móſtratum à nobis eſt; temere tu dictum putas; dominantes mei Deus meus, & non te cogunt hæc verba trinitatem perſonarum, & eſſentiæ vnitatem confiteri? certe ſi ſemel hoc dicerent prophetæ me impellerent aliquantum, aliquantum narras, vbi cū Spiritu ſancto tibi ſermo eſt; ſed agedo hoc tibi, quod me quoque ſentio ſilice duriorem, dic ſi omnes prophetæ ſic loquuntur tertio quoque verbo, ſi Moſes quoque ſic loquitur non ſemel aut bis, ſed millies non ingens pondus habet Spiritus S. qui omnium horum linguas mouit ſaxo ſum durior, & duro ſilice, & tamen duriores me quoſdam eſſe ſentio, quod nunquam fore putaui; clamat ſcriptura ſancta Deus immenſus diuinæ perſonæ, dominantes mei Deus meus, & non audis tu trinitatis myſterium? decies hoc audio inquies aut vicies, millies audis, & bis millies, & audis ab Spiritu S. ſi hoc tibi aut cuiquam ſatis non eſt non video quid ſatis eſſe poſſit, ego nihil mihi perſuadebam, atque adeo nihil mihi perſuadeo me durius eſſe tamen neſcio quo modo incipio dubitare, num quis ſit me durior & peccator maior? Quanquam doleo & gemo quod in hoc poſtremo mihi fauere nullo modo poſſum.

Quod ea quidam ſcribere audent quibus horreſcit animus, & dum ea legit corpus tremore magno concutitur & deſinit mirari cur R. P. Chriſtiana tot hæreſibus ſit infeſta.

Horreſco relaturus quædam, quæ in quorundam libris lego, & toto corpore contremiſco, ſed cum videam D. Paulum dixiſſe: væ mihi ſi non euangelizauero, ſi non egero quod in me eſt, ipſe quoque mihi timeo, ſubdo colla mea iugo Chriſti. Aiūt quidam Apoſtolos erraſſe vt homines, ſed nó in his, quæ ad fidem pertinent, & ſubiungūt in omnibus exemplaribus, quibus nunc vtitur catholica Eccleſia nullum eſſe locū tam emendatum, cui vel caſus, vel ſtudium alicuius aliquid aſperſerit mendi, mentiuntur ergo Apoſtoli, & Euangeliſtæ aliquando omnis ſcriptura ſacra mētis eſt aſperſa, ant nunc Theologi, & dicant Theologiā niti veritate prima; cū ad hæc obmuteſcant nihil in ſacra ſcriptura eſt quod mendo careat? vero verior eſt illa ꝓpoſitio Theologica quod fides noſtra veritate prima nititur & creditur. Fieri nō poteſt vt Apoſtoli, & prophetæ errarint. In Deo falſitas eſſe non poteſt, nec mendacium vel hoc docet Plato lib. primo de rep. nec poteſt vti mendacio, & de hac cauſa dictum ſupra eſt per totum caput octauum de authoritate ſcripturæ Eccleſiaſticæ & per totum caput nonum, quibus ex veterū Patrum authoritate cómonſtrauimus Chriſtianos homines nactos eſſe Deum ipſum præceptorem ac magiſtrum, qui nos per Apoſtolos & Euangeliſtas docuit, locutus eſt enim Dominus in ſuis Apoſtolis, & Euangeliſtis, locutus eſt in iiſdem eiuſdé ſpiritus, & tota ſacra tria vbi médacio nullus eſt locus, quis ergo Chriſtianum profeſſus cum hiſtoricis veritatem ſcripturæ ſacræ comparet? hæc legere queat, aut quæ in caput decimum in acta Apoſtolorum ſcripſit idé author, de quibus omnibus dicere ſuperſedeo, lector ipſe legat, ſi modo tam patiens eſt vt poſſit legere. vnum tantum dicam hanc ſecurim impreſſam radici noſtræ religionis ſat fuiſſe futuram ad eam euertēdam niſi huic malo per ſuos ſubueniſſet Deus.

Quod ſcripta D. Hierony. nullo ipſius Diui merito, quidam infament.

Veteres ex ſtercore ennij legiſſe gēmas dicuntur, contra noſtro tempore

pore fit, vt quidam quibus fœtida ſapiãt ex veterum patrum ſcriptis ſtercora legant, relinquant gemmas quod hic D. moneat ſe in ſuis commentarijs ſcripſiſſe more veterum commentatorum tam probanda quam improbanda, vt diligẽs lector probanda probet, improbet improbanda, qua de re multa diximus in Prolegomenis Apologetici, quod ſi nõ huius rei ipſe author nos admonuiſſet, quanto melius Eraſmo fuiſſet dicere illud, quod ſolet dicere impoſtorem neſcio, quem diuinis D. Hieronymi ſcriptis ſuas ineptias intertexuiſſe, ſi erratum eſſet in aliqua vocula ſtatim illud ſcripſiſſet, quando error eſt in re grauiſsima Eraſmus Hieronymo imputat errorem cũ optime norit, quantum authoritatis præſeferant huius Diui ſcripta, & quantum doctrinæ, ſed hæc reſponſa ſint ad omnia, quę Eraſmus huic diuo imputat, quando alibi pluſquam ſatis eſſet huic parti dedimus, atqui D. Hieronymus aſſertor catholicæ veritatis ſemper apparet, non caſtigator Apoſtolorum aut Euangeliſtarum, vt vult Eraſmus Diuũ Hieronymum limam eſſe Apoſtolicæ aut Euangelicæ ſcripturæ, ſiquidem Euãgelica & Apoſtolica ad normam ſcripturæ D. Hieronymi caſtigat veritati hebraicæ congruere aut non congruere affirmat, contra faciendum eſſe docet hic Diuus ad Theophylum aduerſus Ioannis Hieroſolymitani errores; ſcio me inquiens aliter habere Apoſtolos, aliter reliquos tractatores illos Apoſtolos, ſcilicet, ſemper vera dicere iſtos in quibuſdam vt homines errare ergo ſententia D. Hieronymi Apoſtoli, & Euangeliſtæ norma ſunt ad quam caſtigandi ſunt doctores & ſacri, & emendandi; & nullus doctor norma eſt ad caſtigandos Apoſtolos, aut Euangeliſtas, ne erret Eraſmus in dirigendis ſcripturis Apoſtolicis ad normam ſcriptorum D. Hieronymi, aut alterius alicuius ſcriptoris ſacri, quamuis fuerit eminentiſsimus, huius rei cauſa eſt quod Spiritus S. poſt aduentum in carne Chriſti Domini docet ſuam Eccleſiam per ſuos Apoſtolos, aut Euangeliſtas, vt per omnia ſuperiora capita monſtratum abundè eſt, videtur ne Eraſmo Spiritum S. caſtigandum eſſe ab homuntione tenui? homuntio nanque eſt & tenuiſsimus quicunque doctor quamuis ſit eminentiſsimus, ſi cum Spiritu S. comparetur, huius ſententiæ fuit etiã Auguſtinus cõtra Fauſtum Manichæum lib. 11. cap. quinto. excellentia inquit canonicæ authoritatis veteris & noui teſtamenti, quæ Apoſtolorum confirmata temporibus per ſucceſsiones Epiſcoporum & propagationes Eccleſiarũ tanquam in ſede quadam ſublimiter cõſtituta eſt, cui ſeruiat omnis fidelis; & pius intellectus, & idem Auguſt. de vnitate Eccleſiæ lib. vno capite decimo. nec catholicis doctoribus credendum eſſe ait, ſi cubi forte falluntur, vt contra canonicas Dei ſcripturas aliquid ſentiant, Eraſme audis? D. Hieronymo credendũ non eſt, nec Dei Angelo etiam ſi aliquid dixerit contra Apoſtolicam, aut Euangelicam authoritatem, tantum abeſt, vt Apoſtolus aut Euangeliſta dirigendus ſit, & conformandus ad normam ſcriptorum, aut Diui Hieronymi, aut alicuius alterius vt docet hic ipſe Diuus, & cęteri patres, & vt ſemel dicam ſententias omnes veterum complexus eſt hic Diuus in ſuis ſcriptis tam probãdas quàm improbandas nullus ex veterum Patrũ numero acutior gladius eſt aduerſus Iudæos, aut hæreticos, aut Iudaizantes catholicæ veritatis aſſertor vnicus, multa reperies in ſcriptis Diui Hieronymi, quę te magnopere moueant, quod ſcribat omnium ſententias tam catholicas, quàm Iudaicas, & hæreticas probandas & improbandas, quæ omnia parum aduertens Eraſmus cum alijs locis, tum in Epiſtolam Ioannis primam capite quinto, in illud tres ſunt qui teſtimonium dant in cęlo ait, Quanquam Hieronymus ſępenumero violentus eſt, parumque pudens, ſępe varius, parumque ſibi conſtans, quid

quid ni inquam hæc omnia ſit? qui non ſuas ſententias tantum eſt complexus ſed omnium, vt ipſe profiretur tam hominum pudentum, quam impudentum, tam catholicas, quam non catholicas, quonam modo varius non eſſet? parumque ſibi conſtans, ſi omnia illa vere ſenſiſſet, vnde vt alibi ſcripſim⁹ valide clamat, & vociferatur aduerſus eos, qui ſibi quæcunque in ſuis libris ſcripta eſſent ſibi imputaret, cum profeſſus cencies eſſet ſe more veterum commentatorum tam aliena ſcribere, quam ſua, ſed ſciat lector Diuum Hieronymum acerrimum ſectatorem, & ducem eſſe veritatis eccleſiaſticæ, nec in hoc opere quo eruere conamur ex vetuſtiſsimis ſcriptoribus antiquiſsima dogmata noſtræ fidei quenquam eſſe, qui eo vberius & copioſius, & doctius, & manu pleniore ea ſuppeditet, & ne mirerę contraria te legiſſe in ſcriptis Diui Hieronymi non ſemel teſtatur vt centies repetitum à me eſt ſe non tam ſua ſcribere quam aliena more inquam veterum commentatorum, qui omnium complectuntur ſententias etiam citra vllam diſtinctioné, vt animo excubes, dum huius diui euoluis ſcripta, nec varium nomines parumque pudentem nec ſibi conſtantem, dum Iudaica ſcribit aut hæretica, aut aliorum ineptias ſi ſibi eũ velles conſtarę? non probat illa non probat, cur non damnat? hoc ab eo exigebant ſua tempora noluit tamen hoc largiri eis, quod ſatis planum eſſe putabat, ſi cætera legiſſent omnia, quæ ſcripſiſſet ſe nonudo ſua ſententia illa retuliſſe, exegere tamen ab illo hæc ſua tempora ſed ille ſuis temporibus hoc largiri noluit.

De fide Euangelica D. Lucæ qui à Diuo Paulo ſuum Euangelium didicit, & de fide Euangelica Diui Marci diſcipuli D. Petri.

ERaſmus in caput ſecundum Matthæi in illud & tu Bethlehem cum multa retuliſſet de fide Apoſtolorum, & vtrum errare potuerint, & de ſententia Diui Hieronymi, appellat enim eam ſententiam illius Diui, vt annotatione ſuperiore diximus, quæ non erat ſententia Diui Hieronymi, ſed quam referebat hic diuus, vt diximus annotatione ſuperiore, & vt idem probet Eraſmus ſcribit Marcum ea ſcripſiſſe in Euangelium, quę audiuit à Petro iuxta fidem geſtorum potius quam ordine. Et idem Eraſmus in Euangelium Lucæ in illud, quæ in nobis completæ ſunt rerũ inquit, ſed age dic Luca vnde iſtarum rerum certitudo, & verſat hæc Eraſmus huc & illuc & hic & alijs locis addidiſſe de ſuo, Euangeliſtas ait, & negat hebraicè eſſe quædam, quæ ego olim multum mirari ſolebam hominem hebræi ſermonis rudem ea audere in ſacros Euangeliſtas, quæ audet, & quoniam in Ioelem prophetam multa de his diximus, & alio properamus neſcio quo nomine appellem hanc Eraſmi audaciã neſcis hebraice, & affirmas Euangeliſtas diſcrepare ab hebręa lingua hic & illic, ſed hęc attigiſſe ſat ſit, Lucas inquiunt ſcripſit acta Apoſtolorum vt vidit, & Marcus diſcipulus Petri ſcripſit Euangelium, Lucas Pauli erat interpres parum abeſt quin horum ſententia Euangeliũ Lucæ, & Marci & Apoſtolórum actá hiſtoriã Euangelicã tantum contineant, verba tamen humana eſſe perhibeantur largior, hæc libenter Eraſmo & alijs quibuſdã, quid ni? veriſsime ſunt dicta non tñ pingui minerua ſunt accipienda de Luca & Marco cũ Petri & Pauli interpres fuiſſe perhibẽtur, ſed largiamur hoc interim, euangelicam tñ fidem eſſe profitemur non doctrinã ſi ſimpliciter hęc accipiantur tantum acceptam à Petro & Paulo, quod vt intelligas adhibe animũ, & mẽtem tuam Apoſtoli edocti erant à Domino, quæ docebant, quorum ipſi oculati teſtes erant, tamen afflati Spiri-

Spiritu S. illa ſcribebant, quæ ipſi oculis viderant, & ſuis auribus audierāt à Domino idque nemo ambigat, nam Ioannis. 14. Dominus de ſuis ſermonibus & de Spiritu S. ad Apoſtolos verba faciēs, hæc locutus ſum vobis inquit apud vos manens: paracletus autem Spiritus Sanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis, hæc viderant Apoſtoli & audierant, & à Domino edocti erant, ſuggerit tamen omnia illis Spiritus S. ita viderat Lucas, quæ in actis prodidit Marcus à Petro, & Lucas à Paulo Euangelium edocti erant ſuggerit tamē illis Spiritus S. omnia quę à Petro, & Paulo edocti erāt, ſed Gregorius inquiunt lib. 28. Moralium cap. ſecū do. ait loquitur Deus per inſpirationes, per viſiones, & locutiones, ita eſt, ſed cū Propheta illa mandat chartis verba dirigit Spiritus ſanctus aut dictat, ſed quid? eſt ne quiſquam tam mentis inops qui illud Pauli ad Thimothæum Epiſtola ſecunda. cap. 3. omnis ſcriptura diuinitus inſpirata ita interpretetur, vt inſpiratam dicat, ideo dici quod res ipſa & ſententia ſcripturæ ſit inſpirata ſcriptura ipſa inſpirata non ſit, Paulus omnem ſcripturam inquit à Deo inſpiratam non partem ſcripturæ idest ſententiam ſcripturæ, ſed totam ſcripturam, & Petrus Epiſtolæ ſecundæ. cap. primo. hoc primum intelligentes inquit quod omnis prophetia ſcripturæ propria interpretatione non fit ſi verba ipſa prophetarum ſunt propria prophetia declaratur quidem propria interpretatione prophetarum, iam ſingulis ſententijs prophetæ præſcribunt illud ait Dominus omnipotens, vt intelligamus prophetam quidem illa dicere ita vt Dominus prophetæ ore eadem illa loquatur, ſed reſpondent interpretandum eſſe dicit Dominus omnipotens, idest facit prophetam dicere bene eſt, nam dicit Dominus, & facit dicere prophetas ipſos ſimul enim loquitur Dominus, & facit prophetas eadem illa, quæ ipſe dicit loqui. Nā omne mouēs ita mouet mobile vt motio ipſa mouentis ſit in re mota eadem, & vna, quod docet Ariſtoteles. 3. Phyſi. auſcultationis: quod ſignificat Diuus Petrus Epiſtolæ ſecundæ primo. non enim, inquit voluntate humana allata eſt aliquando prophetiā, ſed Spiritu ſancto imperant loquuti ſunt ſancti Dei homines, græca lectio verti poteſt inſpirati Spiritu ſancto, vt præfert noſtra vulgata, & ab Spiritu ſancto elati & moti, igitur moti homines ab ſpiritu ſancto mouebantur ſecundum motum Spiritus ſancti vt vnus eſſet motus Spiritus ſancti mouentis, & hominum motorum ſecundum rationem à philoſophis præſcriptam, ſed hic error eorum hominum eſt, qui dimidiam partem prophetiæ reſecare volunt & nobis adimere, vt ſententia dicatur ab Spiritu ſancto verba ipſa ſint prophetarum, quibus ſenſa inſpirata ab Spiritu ſancto enuntiant, in quibus prophetas aiunt errare poſſe in verbis aiunt quæ ipſi prophetæ enuntiant non in ſenſis, quæ ab Spiritu ſancto inſpirantur, quam ſententiam quorundam radicitus, atque eradicitus euelliſſem, quod altiſsimas apud quoſdam cum ipſe ætate vigebam, radices egerat, ſed ſi capita ſuperiora huius partis attente legas ab veteribus patribus huius ſententiæ radices eliduntur prorſus cum veteres ſic interpretantur dicit Eſaias. 1. dicit Dominus per Eſaiam, dicit Ioel dicit Dominus per Ioelem, ſic Matthęus cap. primo. quod dictum eſt, à Domino per prophetam & cap. ſecundo. Matthęi, quod dictum eſt, à Domino per prophetam ex Ægypto vocaui filium meum, Dominus ergo dicit, & propheta dicit, & Matthæi capite decimo. non vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis, vt ſignificetur Apoſtolos & prophetas loqui tanquam inſtrumenta per quæ loquitur Dominus: & ad hebræos multifariam multiſque modis olim Deus loquens

quens patribus in prophetis, loquitur ergo Deus in prophetis, prophetæ loquuntur tantum inſtrumentaliter, & ſecunda ad Corinthios cap. 13. an experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus, loquitur enim Chriſtus in Paulo tanquam agens principale, Paulus loquitur tamquam inſtrumentum; & ad hebræos cap. tertio. Qua propter ſicut dicit Spiritus ſanctus hodie ſi vocem eius audieritis, & capite decimo. conteſtatur autem nos & Spiritus ſanctus, & actorum primo. oportet impleri ſcripturam, quam prædixit Spiritus ſanctus per os Dauid, & capit. tertio. Deus prænuntiauit per os omnium ſuorum prophetarum, & infra quę locutus eſt Deus per os ſanctorum ſuorum prophetarum. Vnde mihi riſum mouet quorundam ſtultitia, qui quærunt, vnde Euangeliſtę nouerint quæ non viderunt, nec potuerunt videre, audi inepte quicunque ſis, Deus locutus eſt per Euangeliſtas, qui omnia videt ſicut capit. quarto actorum Spiritus ſanctus dicitur locutus eſſe per os Dauid, & capit. vigeſimooctauo ſcriptum eſt per Eſaiam prophetam Spiritum ſanctum eſſe locutum, Spiritus ſanctus ergo qui loquitur per prophetas & Euangeliſtas omnia nouit, ne quæras vnde Euangeliſta norit, quæ nō vidit nec audiuit.

Contra eos qui aiunt memoriæ lapſum Apoſtolis & Euangeliſtis accidere potuiſſe diſſentire à prophetarum quos citant ſenſu potuiſſe, erraſſe vt homines, vt doctores ſacri. Contra eos etiam qui Apoſtolos & Euangeliſtas hiſtoricis comparant Suetonio & alijs.

His quæ diximus euertuntur errores ſupradicti qui vniuerſam religionem Chriſtianam vno ictu peſſundant prorſus, nam ſi vt monſtratum eſt ſuperiore annotatione, & per omnia capita huius diſputationis quam hoc loco ſumus exorſi, & ad finem vſq; perduximus, loquitur Deus per prophetas, & Euangeliſtas tanquam per viua inſtrumenta, nec quiſquam hoc inficiari poteſt niſi impius eſſe velit, non poteſt igitur Apoſtolus, aut Euangeliſta lapſu memoriæ errare, nec ſcripturæ quam citant ſenſu labi, aut contrario ſenſu eam interpretari, Deus enim loquitur in prophetis & Euangeliſtis, & Apoſtolis ſupradictorum nihil poteſt Deo accidere, igitur nec Apoſtoli labi memoria poſſunt nec errare in interpretanda ſcriptura, nec contraria ſenſa ex prophetis teſtimonijs eruere, nec alijs erroribus implicari, ſpiritus enim ſanct⁹ loquitur per homines tāquā per viua inſtrumēta non loquūtur homines, vt doctoribus ſacris potuerint cōparari, aut hiſtoricis, qui vt homines labi potuerūt, Deus labi non potuit, qui in Apoſtolis, & Euangeliſtis eſt ſemper locutus vt liquet ex toto hoc opere vt Chriſtianus ſi attente legat in dubium reuocare nullo modo poſsit, niſi deſierit eſſe Chriſtianus, & de fide dubitarit, fit iniuria Diuo Hieronymo ſanctiſsimo & grauiſsimo atque adeo doctiſsimo, qui harum rerum author dicitur cum ab hoc crimine abſit longiſsimè vt ſit patronus & defenſor catholicę fidei; & propugnator grauiſsimus, de hac re ſuperiore annotatione dictum eſt, & in Prolegomenis Apologetici diximus Eraſmum multa citare ſpuria & adulterina inter texta ab aliquo impoſtore ſcriptis Diui Hieronymi & à nebulone aliquo plurimas nugas diuinis ſcriptis Diui Hieronymi intertextas & expungendas ex eius ſcriptis eſſe profeſſum, idque hoc ſolo argumento quod ea ſplendori orationis D. Hieronymi non cōgruant: quanto feciſſet rectius Eraſmus ſi hæc quę diximus, & quę citat ipſe Eraſmus aduerſum

aduerſum Apoſtolos & Euangeliſtas & ipſum hunc diuum dixiſſe expungenda, quod nullo modo congruerent grauitati tanti viri, cum præſertim ipſe dicat, vt ſupra oſtendi ab inimico viro & temerario ſuis ſcriptis eſſe interſperſa quędam zizania ſi alius ſcriptor eſſet, diceremus non eſſe audiendum quantumuis doctiſsimum & ſanctiſsimum: Euangeliſtæ namque & Apoſtoli menſura & regula cęterorum non contra, Apoſtolorum & Euangeliſtarum quiſquam ex doctoribus ſacris quantumuis ſit eminentiſsimus & doctiſsimus quiſquam poteſt eſſe menſura, & regula, nec ſolũ illo canone quem ſupra retulimus ex Diuo Hieronymo, & Auguſtino, & ſanctis concilijs, nec illo axiomate Theologorum duplicem eſſe regulam, alteram homogeneam, quæ ratio humana eſt, & eterogeneam, & ſupremam alteram quæ Deus eſt, qui in prophetis loquitur ad hanc normam, & ſupremã alterã quę Deus eſt dirigẽda ſunt omnia, dirigẽdi & cõfirmãdi ſunt doctores ſacri omnes norma hæc Spiritus ſanctus eſt, qui loquitur in prophetis & in Euangeliſtis, & Apoſtolis non dirigitur à quoquam ipſe omnia dirigit omnium rector & gubernator paracletus inquit Dominus Ioannis 14. quem mitte pater in nomine meo ipſe ſuggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis mentiri non poteſt veritas, Spiritus ſanctus ſuggeſsit omnia Apoſtolis & Euangeliſtis, mentiri non potuit Spiritus ſanctus nec errare: non ſolum ergo his liquet non ex Diuo Hieronymo aut alio quopiam iudicandum eſſe de veritate apoſtolica & euangelica, ſed ex veritate euangelica iudicandum eſſe de Hieronymo & alijs omnibus ſacris ſcriptoribus, nec ratione hac ſupernaturali hoc veriſsimum eſſe liquet, ſed ex ratione naturali, vt enim docet Ariſtoteles & Plato principium primum omnium regula eſt, & primum principium omnium Spiritus ſanctus eſt, & verbum patris vnigenitus filius Dei, primum omnium principium ſunt qui ore Apoſtolorum & Euangeliſtarum locuti ſunt vt ſupra oſtendimus per omnia capita huius diſputationis, prima igitur regula ad quam dirigenda ſunt omnia & conformanda ſacratiſsima Trinitas eſt, quo ſpectabat illud philoſophorum etiam frequentiſsimè vſurpatum arbitra rerum omnium virtus eſt, quæ de omnibus iudicat, id eſt, ſumma virtus in re qualibet & exactiſsima regula eſt ad quam omnia diriguntur, & ad quam omnia conformari debent.

Quod hinc refelluntur quidam qui parum reuerenter & parum prudenter de ſacratiſsima Virgine Maria loquuntur.

Eraſmus in illud capitis 1. Matthæi priuſquam conuenirent ait, cæterum vt res eſt geſta ita narrat Euangeliſta non vt ipſe nouerat, &c. quæ dicere nolo parum etiam dicta pudenter nouerat Euangeliſta, quæ narrat illuſtratus Spiritus ſancti lumine quo lumine illuſtrati melius nouere quę dicũt, quãq; oculis cernunt, Plato in Phædro de prophetis, qui diuino lumine illuſtrati, quæ prædicũt vidẽt multo melius inquit eavi dent, & norunt quamquæ cernimus oculis idque plurimis verbis explicat, itaquè ſi philoſophiæ rationem meamus quam vere dictum ſit Euãgeliſta narrat, non vt ipſe nouerat, ſed vt res eſt geſta & cætera, quæ adiecit Eraſmus, alij dijudicent illuſtratus Spiritus ſancti lumine Euangeliſta videt res quas ſcribit, videt ergo & nouit euidentius multo quam ſi ipſe rebus gerendis interfuiſſet, loquitur Spiritus ſanctus in Euangeliſta vt dictũ eſt ſuperiore annotatione

Ee &

& per ſuperiora capita, omnia ergo Euãgeliſta loquitur, quæ nouit, & multo melius nouit quam ſi oculis cerneret, ſenſus enim falluntur, vt docet Plato, & Ariſtoteles mens præſertim cœleſti lumine perfuſo falli nullo modo poteſt.

Quod ex ſacra virgine dictum nonplacet illud, quis ſuſpicaretur mulierem ſpiritu cœleſti concepiſſe fœtum humanum.

PRimum omnium concepiſſe fœtum humanum pro Chriſtum cõcepiſſe non ſolum non placet, ſed mihi vehementer diſplicet, res enim quę nõ ſunt partiales de ſuppoſito dicuntur nõ de parte, ſuppoſitum verbi incarnati, nõ eſt ſuppoſitum humanum, ſed diuinum ſuppoſitum, quod ſubſtat humanę naturę non ſolum diuinæ, & hoc ſuppoſitum Deus eſt, vt Deus conceptus ſit, & natus, & natus è Maria Virgine, niſi adijcias ſecundum naturam humanam hominem conceptum eſſe, & natum, vt Theologi fere omnes negant Chriſtum dici poſſe creaturam, niſi adijcias ſecundum naturam humanam, ſecundum quam vere eſt creatura. Simpliciter Chriſtus non dicitur creatura, ſed creator. Nec placet ſacram hanc virginem mulierem nominare, quamuis vere fuerit mulier, & eam mulierem nominarit Paulus. virgo dicitur omnibus propheticis prædictionibus Iudęis omnibus inuitis quorſum attinet Iudæis impijs morem gerere. Iam illud ex ſpiritu cœleſti mihi multum ſuſpectum eſt, magis placet forma dicendi recepta in eccleſia in ſcriptura ſacra receptiſsima de ſpiritu ſancto concepiſſe, reuerenter habenda eſt hæc ſacratiſsima virgo, quę de ſpiritu ſancto concepit Deum, & hominem Chriſtum, verum Deum, & hominem verum, ne hæc virgo ſacratiſsima à viris quibuſdam, qui omnia in peiorem partem interpretantur ſcommate feriri videatur & aſsimilari equabus, quæ apud Vliſyponem flante fauonio aduerſas concipere perhibebantur, nam ſpiritus cœleſtis fauonius intelligi poteſt, de quo veteres illa fabulabantur, & mihi non poteſt non videri hoc ſcomma non eſſe in virginem ſacrã & in res noſtras apage: Virgo hęc angelorum regina, digniſsima cõtumelia eſt? vt equabus aſsimiletur, quas flante fauonio aduerſas concepiſſe fabulabantur veteres? nihil in his fabulis eſt ſimile, neque hoc inquies vnquam in mentem venit Eraſmo, credo equidẽ ſed nihil ſuſpectum dici in hanc ſacram virginem volo.

Ignoti Dei ara in actis Apoſtolorum.

SCriptum in actis Apoſtolorum eſt c.17. D. Paulum Athenis inueniſſe ſe aram in qua ſcriptum erat ignoto Deo cum per vias pręteriret, vidi ego quoſdam ridere multum eos, qui aram talem Athenis fuiſſe crederent, cum nuſquam tale eſſet, ſed D. Paulum traxiſſe occaſionem ex ara quadam ignotorum Deorum, vt ſe defenderet, & occaſionẽ inde traheret prædicandi Chriſtũ, quod capitale erat Athenis, nouam inducere religionem, & vt inficiaretur ſe nouam religionem inducere Athenas, ſed receptam, cum Athenis iam olim ara erecta eſſet ignoto Deo, quem ipſe prædicabat, & ita effugiſſe periculum, quod imminebat ei qui nouam religionem induceret, hoc prætextu fortaſſe legerant primum folium Pauſaniæ, & intumeſcebant faſtu quodam, quod Apoſtolum emendare poſſent, aut doctos docere iam

iam Apoſtolum mendacem faciebant, quod de ſe dixerat inueni & aram, in qua ſcriptum erat ignoto Deo, quod ergo nuſquam eſſet, ſi inueniſſe ſe diceret Paulus mentiretur, vtique & dixit inueni aram in qua ſcriptum erat ignoto Deo. Sequitur: Quod ignorantes colitis, hoc ego annũcio vobis. Si nulla erat talis ara, mẽtitur Paulus, aut potius Chriſtus, qui in Paulo (vt diximus) loquitur. At Deus mẽtiri, aut fallere nõ poteſt: aut ex mendacio occaſionem quærere. Nã (vt docet Plato lib. 2. de Rep.) omnipotens Deus eſt, quòd ſi omnia poteſt, nõ opus ei mendacio eſt, vt agat quod velit. Nec mihi iſti ſeriò ridiculi videtur, qui ſtudio contradicendi Apoſtolo, hanc arã Athenis fuiſſe negant. Veriora veris dixerat Paulus: ſed ſi Paulo non credunt, ſaltem Luciano crederent, qui in dialogo cui titulus Philopatris ſic ait: νὴ τὸν ἄγνωστον ἐν Ἀθήναις, ideſt, per Deum ignotum Athenis. ibidem. ἡμεῖς δὲ τὸν ἐν Ἀθήναις ἄγνωστον ἐφευρόντες καὶ προσκυνήσαντες, χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἐκτείναντες τούτῳ εὐχαριστήσομεν, ideſt, nos autẽ Athenis Deũ ignotum inuenientes, & adorãtes manibus in cœlum expanſis huic gratias agemus. Quid quod Statius lib. 12. Thebaidos hanc arã graphice deſcribit, inquiẽs:

Vrbe fuit media nulli conceſſa potentum
Ara Deum, mitis poſuit Clementia ſedem,
Et miſeri fecere ſacrã: ſine ſupplice nunquam
Illa nouo, nulla damnauit vota repulſa.
Auditi, quicunq; rogant: noctéſq; dieſq;
Ire datum, & ſolis numen placare querelis.
Parca ſuperſtitio, non thurea flãma, nec altus
Accipitur ſanguis: lacrymis altaria ſudant,
Mœſtarumq; ſuper libamina ſerta comarum
Pendent, & veſtes mutata ſorte relictæ:
Mite nemus circa, cultuq; inſigne verendo
Vittatæ laurus, & ſupplicis arbor oliuæ.
Nulla autem effigies, nulli commiſſa metallo
Forma Dei: mẽtes habitare, et pectora gaudet.
Sẽper habet trepidos, ſemper loc⁹ horret egenis
Cœtibus, ignota tantum felicibus aræ, &c.

Aram in media vrbe Athenis fuiſſe ait, nulli dicatam Potentiũ, ſcilicet, Idolorũ, quos potẽtes Deos nominat. *Mitis poſuit Clementia ſedem*, ideſt, ibi Clementia mitis colebatur: precibus illic locũ fuiſſe dicit, & lacrymis: & ſolis numen placari querelis. Addit: *Nulla autem effigies, nulli commiſſa metallo Forma Dei.* hoc eſt: nullũ erat idolum, nulla ibi effigies. *Mentes habitare & pectora gaudet*: idem eſt cum illo Ioãnis. 4. Sed venit hora, & nunc eſt, quãdo veri adoratores adorabũt Patrẽ, in ſpiritu, & veritate. Nam & pater tales quærit, qui adorẽt eum: Spiritus eſt Deus: & eos qui adorãt eũ, in ſpiritu & veritate oportet adoraſſe. Quod ſi non fuiſſet hæc ara Athenis (vt illi contendebãt) ſed alia de qua Pauſanias in Atticis, quum ait: Aræ præterea & deorum, & heroũ, qui ignoti vocantur. Et lib. 5. Adiacet ei Ignotorum deorũ ara: ſi inquã non reperiretur tẽpore D. Pauli arã illa, quæ præferret Ignotũ Deum, in ſingulari numero, ſed Ignotorum Deorum in plurali, inſani & furioſi poſſent appellari, qui Paulum mentitum eſſe dicerent, vt occaſionẽ euadẽdi quæreret. Imo ego tanto interprete Paulo ad Deum trinum & vnum retuliſſem. Nam tres perſonas diuinas græci tres hypoſtaſes appellant: Hebræi, vt docet D. Thomas, Heloim. Latini interpretari nõ poſſunt tres Deos, ſed tres perſonas. Itaque Paulus ignotos illos Deos, ignotas tres perſonas diuinas potuit interpretari, & vnũ eſſe Deũ demõſtrare, & patrem Deũ appellari doceret Paulus, filiũ quoq; appellari Deũ, & ſpiritũ ſanctũ Deũ nominari, nõ dici tamẽ tres Deos, ſed tres perſonas diuinas, vides quod colebãt Athenieſes ignoratũ annũtiatur ã Paulũ, vt recte colerẽt, Aug. tomo. 7. cõtra Creſconiũ Grãmati. lib. 1. c. 29. de D. Paulo qui ex actib⁹ Apoſtolorũ dixit ex ara inſcripta Ignoto Deo quẽ vos inquit ignorãtes colitis, hũc ego annũtio vobis, qd eis prædicare cubiebat, niſi eũdẽ Deũ quẽ præter eccleſiã ignorãter, atq; inutiliter colebãt in eccleſia ſapiẽter, & vtiliter colerẽt.

Vt re verá annunciauit Athenis teſtis eſt Dionyſius Areopagita Pauli diſcipulus, qui op⁹ edidit admirandum de diuinis nominibus vbi & in alijs operibus de ſacra triade ſcripſit mirabiliter.

Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij & Spiritus ſancti.

Ex ſuperiori adnotatione multæ nobis quæſtiones exoriũtur aduerſus

noſtros inimicos. Prima illa eſt quod noſtri veteres patres, & ſummi Pontifices in ſacris concilijs myſterium trinitatis, de quo ſuperiore annotatione dictum eſt varijs modis probant, noſtri inimici refellunt varijs etiam modis, qua de re dictum eſt in capite decimo tertio Oſeæ, & in alios prophetas minores, & in Eſaiam prius multa diximus, nunc nihil eſt, quod ea repetamus, ſed aduerſariorum dicta euertamus. Noſtri omnes vno conſenſu trinitatis myſterium præſignificatum in illo aiunt, in principio creauit Deus cœlum, & terram, idque varijs rationibus, & illa, quod pro creauit Deus hebraicè eſt heloe numero multitudinis, id eſt, Dij, aut vt interpretatur Diuus Thomas perſonæ diuinæ, quod plures Deos non dicimus, dicimus plures perſonas diuinas, & vnam eſſentiam, & in ſcriptura frequens illa forma dicendi eſt Deus, Dij, hiehoua, heloe Deus, & perſonæ diuinæ interprete Diuo Thoma, Pagninus in dictione hala, ait heloa Dij, aut Deus iudex angelus & vere hoc, ſed ſcriptura ſatis aperit quando pro iudice, aut angelo hæc vox accipi debeat, iam conſequitur, & ſemper eſt pluralis numeri præterquam in vno loco contemptus gratia, hoc falſum eſt, & commentitium, quod facile refelli poteſt ex Moſe, Deuteronomij trigeſimoſecundo, dereliquit Deum factorem ſuum, vbi pro Deo heloa eſt, nec poteſt dicere quiſquam heloa contemptus gratia poni pro Deo, ait enim dereliquit Deum factorem ſuum, creatorem omnium non appellaret Moſes heloa ſi contemptus gratia ſic appellaretur Deus, & ibidem immolauerunt dæmonibus, & non Deo, vbi dæmones appellati ſunt heloim Dij, quod ipſos nationes pro Dijs colerent, & verus Deus dictus eſt heloa numero ſingulari, non igitur hæc vox heloa tantum pluraliter ponitur, ſed ſingulariter quoque pro Deo vero, pro Deo omnium creatore, vnde illud liqueat neceſſe eſt heloa, numeri ſingularis eſſe, & Deum verum ſignificare, Deum omnium creatorem, & heloim pluraliter & ſingulariter ſignificare, vnde expendendæ ſunt illæ formæ dicendi hiehoua heloim, vel heloe frequentiſſime apud Moſen iam inde à tertio aut quarto Geneſeos capite, & apud alios prophetas, & illa forma adonai hiehoui dominantes, Deus meus frequentiſſime apud Ezechielem, & apud Hieremiam, quod ſi dixerint adonai ſemper dici de Deo numero multitudinis, quæram cur & ſubijciatur numerus ſingularis, nam ſi honoris cauſa, cur non reliqua nomina Dei non dicuntur pluraliter, cur ſubijcitur ſingularis numerus hiehoui Deus meus. Chryſoſtomus verba Spiritus ſancti, inquit non temere poni ſolent aliquid myſteriorum intra ſe habent, ideo dominus ſcrutandas inquit, Chryſoſtomus ſcripturas ait non tantum legendas, non eſt ergo cur ex lectione hebræa noſtros refellat quiſquã, aut refelli poſſe innuat lectio hebræa nobis autem vellit tertio quoque verbo, vt animum aduertamus & expendamus, quæ in ea latent myſteria.

Puer natus eſt nobis, filius datus eſt nobis, & vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus fortis.

HIc exoritur pugna, eaque non vulgaris inter nos, & quoſdam qui negant hel Deum ſignificare, ſed fortem, vt non vertendum ſit illud: Deus fortis, ſed fortis fortis ne puer ille qui natus eſt nobis Deus omnipotẽs cæli & terræ creator Deus dicatur, quod omni prædicatione maiore beneficio nos affecerit Deus omnipotens homo factus pro nobis: an poſtquam verbum caro factum eſt, verbum eſſe deſijt

deſijt, per quod omnia facta ſunt, age iſtos mittamus, doceamus, quod verum ſit, Moſes Deuteronomij. 33. heim, chael hieſurum, id eſt non eſt alius vt Deus rectiſsimi aſcenſor cæli auxiliator tuus, vbi pro non eſt alius, vt Deus hebraicè chael ſicut Deus, ecce puer ille, qui natus eſt nobis, hel dicitur aſcenſor cæli, & noſter auxiliator, & dixerat cap. 32. Deū qui te genuit dereliquiſti, ille puer qui datus eſt nobis hel dicitur, & genuiſſe nos & creaſſe nos creator noſter, quod cælo deſcendit non deſijt noſtri eſſe creator, & eodem capite Deuteronomij Moſis ipſi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus pro illa voce Deus hebraicæ eſt hel, quod huic puero nomen eſt, recte ergo quod Chryſoſtomus ait, aut dele prophetias, aut Chriſtum Deum verum toto corde excipe, & ibidem, & nō erat cum eo Deus alienus pro illa voce Deus hebraicè hel eſt, aut ſequere Deum, vt ait Pithagoras, ſed reprimam me & ibidem, & non erat cum eo Deus alienus pro Deo hebraice eſt hel, Deus huius pueri omnipotentis diuinum nomen, & Deus fidelis abſque vlla iniquitate Deus hic puer, dicitur hebraicè hel, qui tam fidelis eſt, qui pro peccatoribus deſcenderit cælo, & omnia peccata ſupra ſe ſuſtulerit: Danelis, 9. hel, hagadol Deus magnus dicitur, iuxta illud magnus vocabitur Ezechielis, 28. Ata adam ve lo el tu homo, & non Deus, en Deus dicitur hel, & hel ani Deus ego & ibidem Athaadam beloel, tu homo & non Deus. Hieremias helſa dai Deus omnipotens. 32. ha el, hagadol Deus magnus nuſquam tu in ſcriptura leges hel, niſi hoc intellectu pro Deo, quid inquies? neſcis tu Aquilá vertiſſe illud Deus Deus meus fortis, fortis meus, & non Deus Deus meus, ſcio ego iſtuc, & cor meum dolet quod video hoc, & quam blaſphemiam quidam fortaſſe ſubiungunt, ſed fraudes Iudaicas quis non nouerit Diuùs Hieronymus, inquies, fortem vertit aliquando, & fortiſsimum fateor, idque rectiſsimè factum, nam eſt hel ſine iod, & Deum ſemper ſignificat, & nuſquam aliter in ſcriptura, & hel cum iod, & fortem ſonat ac fortiſsimum, & quoſdam locos vitiaſſe Iudęos, & expunxiſſe illud iod medium planum eſt, vbi Diuus Hieronymus diſcordat à LXX viris, quos duos reperi, cætera, quæ vitiata non ſunt eodem modo vertūtur à LXX & à Diuo Hieronymo, quo impij magis fuere Iudæi, qui vbi non erat medium iod tranſtulere fortem magno luituri impietatem tantam.

Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.

ERaſmus in annotationibus in hunc locum capitis. 16. Matthæi, huius loci duplicem intellectum eſſe ait ex D. Aug. vt dicat Dominus: ſuper hanc petrā, ſuper hanc confeſsionē, quod ego ſum filius Dei viui, ſuper hanc petram, quam cognouiſti dicens: tu es Chriſti filius Dei viui ædificabo Eccleſiam meā & ſuper hanc petram ſuper te, qui petra es, quem ego meo nomine participio harum duarum ſentētiarū vtra ſit probabilior eligat lector, inquit Auguſt. verum Eraſmus cum confeſſus ſit Auguſtinum liberum facere lectori eligere vtram harū ſentētiarum voluerit, damnat alteram cum vtraque ſit vera, nam Eccleſię fundamentum Chriſt' eſt, & Petrus quoque qui Chriſtum confeſſus eſt eſſe filium Dei viui pro munere accepit huius confeſsionis cognomen Petri, & quod ſuper eum quoque fundaretur Eccleſia ſuper Chriſti Vicarium, nam dictum eſt ſupra cephas hebræam vocem rupem ſignificare & montem & Petrū eiuſdem eſſe ſignificationis, quod oſtendimus ex Euſtathio in Homeri. 13.

Iliados rapſodiam ſubijcit Eraſmus, pro inde miror eſſe qui hunc locum detorqueant ad Romanum Pontificem, & ne quem perturbaret illa propoſitio à fide catholica quantum ego aſſequor alienisſima ſubijcit alteram, qua emolliat, quæ multo ſæuior eſt, in quem inquiens, haud dubie competunt in primis illa verba, ſcilicet: Tu es Petrus velut in chriſtianæ fidei principem: At non in hunc vnum, ſed in omnes chriſtianos. Hæc Eraſmus contra omnes veteres patres, contra Romanos Pontifices, & quod tantum detrimenti hæc verba Eraſmi eccleſiæ ſanctę inuexere cum his, quæ margini adſcripta ſunt, quæ negant eccleſiam fundatam eſſe ſuper Petrum, hanc ſententiam refutabo. Nam quod Cyprianum, & ſanctum Hieronymum excuſat non neceſſe eſt refellere, quod addit ſuam ſententiam non diſſidere ab Auguſtiniana, falſum eſt toto cœlo diſsidet, Auguſtinus fundatam eccleſiam ait ſuper Chriſtum, idque ſignificatum verbis Domini, & fundatam ſuper Petrum, & liberum facit, vt eligas, vtram harum ſententiarum velis, vtramque ſententiam eligit eccleſia, Eraſmus negat alteram de ſummo Pontifice, vt non ſit ſummus Pontufex, quod impium eſt dicere; vide quam congruant inter ſe Eraſmus & Auguſtinus, Eraſmum authore Auguſtino refellamus, & primum illo vulgato; quod veteribus patribus in ore erat, ait enim in fine libri ſecundi contra Iulianum Pelagianum, quod inuenerunt noſtri maiores in eccleſia tenuerunt; quod didicerunt, docuerunt, quod à patribus acceperunt hoc filijs tradiderunt, ſed à principio chriſtianæ religionis Petrus, & eius ſucceſſores tenuerunt in eccleſia principatum, & Vicarij Chriſti fuere, vſque ad tua tempora Eraſme, & tu audes contra illud elogiū veterum patrum, ne moueas terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui ſuo loco mouere Romanum Pontificem, nec in mentem venit, quod Auguſtinus dicat contra duas epiſtolas Pelagianorum, libro quarto, capite duodecimo, ſi hæc quam tenemus fides vera, vereque chriſtiana atque catholica eſt; ſicut per ſcripturas ſanctas antiquitus tradita ſit à patribus noſtris, vſque ad hoc tempus, quo eam conuellis retenta atque ſeruata, & deinceps propitio Deo retinenda atque ſeruanda, &c. Quomodo hanc ſeriem Romanorum Pontificum per mille quingentos annos, & eo amplius ductam ſuo loco moues? Vrget te quoque Epiphanius contra hæreſes, libro tertio contra Aerium hæreticū, qui ante nos fuere, inquiens teſtes ſunt eccleſiæ ſanctæ traditionis; & hi acceperant à ſuis maioribus, & eorum maiores acceperāt ab eis, qui ante te ſe fuere. Vnde eccleſia accipiens à ſuis anteceſſoribus, vſque ad noſtra tempora veram habet fidem, perſonant ſacra concilia, ne moueas terminos antiquos, quos poſuere tui maiores, & contra voces has ſanctorum patrum audes ſuo loco mouere Rom. Pontifices, Cyril. in concilijs Græcis contra Neſtorium vociferatur aduerſus huiuſmodi homines argumentis opus non eſſe, ſed eccleſiæ ſanctæ inueterata fide receptiſsima iam inde vſque à primis eccleſiæ principijs; & per manus Pontificum, vſque ad noſtra temporа tranſmiſſa, & tu hæc omnia pedibus peteris, & conculeas? nec gregi Dñi parcis crudelis? Clemens Alex. ſtromaton lib. 1. qui veram inquit beatæ doctrinæ ſeruant traditionem ſtatim à Petro, & Iacobo, Ioanne & Paulo, & ſanctis Apoſtolis alijſq; pontificibus venerunt adiutore Deo vſq; ad noſtra tēpora Apoſtolica iacientes ſemina &c. putabāt. n. veteres quod hic ait Clem. Alex. ſat eſſe nobis, ſi intelligeremus hāc fidei noſtræ veritatē à ſanctis Apoſtolis per Pōtificū ſucceſsiones ad noſtra vſq; tēpora deſcēdiſſe ne quis auderet in recepta & ſtata fide ꝑ tot annorū curricula quidquā demutare neve reip. chriſtianæ magiſtratꝰ

quem

quemquam id facere audentem in Eccleſia paterentur, Cyprianus de vnitate Eccleſiæ ait: loquitur Dominus ad Petrum inquiens ego tibi dico, quia tu es Petrus, & ſuper iſtam petram ædificabo Eccleſiam meam &c. ſuper illum vnum ædificat Eccleſiam ſuam Dominus & quamuis Apoſtolis ſuis omnibus poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatẽ tribuat, tamen vt vnitatem manifeſtaret vnam cathedram conſtituit, & vnitas eiuſdem originem ab vno incipientem ſua authoritate diſpoſuit hoc erant vtiq; cæteri Apoſtoli, quod fuit Petrus pari conſortio præditi, & honoris & poteſtatis, ſed exordium ab vnitate proficiſcitur primatus Petro datur, vt vna Chriſti eccleſia, & cathedra vna monſtretur &c. hunc excuſare vult Eraſmus, quod ſe gladio iugulat. Eiuſdem ſententię Hilarius eſt author in cõmentario in Matthæum de confeſsione Petri, qua dixit: tu es Chriſtus filius Dei viui dignum cõfeſsio Petri præmium cõſecuta eſt, quia filium Dei in homine vidiſſet, ô fælix eccleſiæ fundementum dignaq; ædificatio illius petra, quæ clauſtra inferni diſſolueret, & cæli ianitor eſſet, vides authore Hilario præmio hoc affectum eſſe Petrum, quod Chriſtum confeſſus eſſet filium Dei viui, vt eccleſiæ fundamẽtum eſſet, & ſuper illum fundaretur eccleſia, vt cæli ianitor eſſet, & ne ad Hieronymum prouoces quo te authore tueri ſoles, Hieronymus aduerſus Iouinianum lib. 1. ſupra Petrum ait fundatam eccleſiam, licet idipſum in alio loco ſuper omnes Apoſtolos fiat, & cuncti claues regni cælorum accipiant tamẽ propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite conſtituto ſchiſmatis tollatur occaſio. Idem aduerſus Vigilantium, male ergo facit Roman. Pontifex qui ſuper mortuorum hominum Petri & Pauli offert domino ſacrificia? Idem ad Damaſum Papam Pontificem Rom. conſulit, niſi Chriſtum inquiens, ſequens beatitudini tuæ, ideſt cathedræ Petri cõmunione conſotior ſuper illam enim Petrã eccleſiam ædificatam ſcio &c. & ad eundem Damaſum, idem Hieronymus, ego interim clamito, inquit, ſiquis cathedræ Petri iungitur meus eſt, & in epiſtolam ad Marcellam aduerſus Montanum, idẽ inquit ſi igitur Apoſtolus Petrus ſuper quem dominus fundauit eccleſiam &c. Hieronymus in cap. 2. Eſaiæ montes, inquit in circuitu eius, vnde & ſuper vnũ montem Chriſtus fundat eccleſiam, & loquitur ad eum: Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meã, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, Hieronymus aduerſus Pelagianos 285. vt Plato princeps philoſophorum, ita Petrus princeps Apoſtolorum fuit ſuper quem eccleſia domini ſtabili mole fundata eſt, quę neque impetu fluminis, nec vlla tempeſtate concutitur. Hieronymus in caput. 62. Eſaiæ: nomen nouum accipiet, quod eis Dominus impoſuerit, loquitur enim de Hieruſalem & Sion, quibus Dominus nouum nomẽ poſuit, dicens ad Apoſtolum Petrũ: Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, quod vocabulum à nomine Domini deriuauit, vt dicatur dominicum, ſed ne placeat ſibi Eraſmus, quod Auguſtinus in retractationibus. cap. 21. dixerit in libro contra epiſtolam Donati, quod in Apoſtolo Petro, tanquam in petra fundata ſit eccleſia, & poſſe intelligi de dño illud Matthæi. cap. 16. Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meã ſuper hunc intelligens quem confeſſus eſt Petrus, nihilominus vtramque ſententiam probat, vt de dño intelligi poſsit hic locus & de Petro, vt de vtroque intelligatur: Tu es Petrus & ſuper hanc petrã ædificabo eccleſiam meam, nec negat ædificatam eccleſiam ſuper Petrum, nec Pontificem Roman. negat, id enim impium eſſet, ipſe tu comminiſceris hoc, & nullo duce catholico, nec dum ſacro doctore hoc es commẽtus, quamuis enim

dixerat illud in libro contra epiſtolam Donati, tamen in lib. epiſtolarum, epiſtola 162. in Romana eccleſia ſcripſit ſemper Apoſtolicæ cathedræ viguiſſe principatum, & in eadem epiſtola Romanum Pontificem & Imperatorem cogere concilium ſolitos, & epiſtola 165. ordinem Pontificum à D. Petro, vſque ad ſua tempora numerat, non damnat ergo eos qui verba illa ad Roman. Pontificem referunt, quin potius docet principatum Pontificum in eccleſia Romana ſemper fuiſſe, quem tu reijcis, & reijciendum putas magno tuo & eorũ, qui te ſequuntur malo, ita de Agone chriſtiano. lib. vno. c. 30. non enim ſine cauſa, inquit, inter omnes Apoſtolos huius eccleſiæ catholicæ perſonam ſuſtinet Petrus, huic enim eccleſię claues regni cœlorum datæ ſunt cũ Petro datæ ſunt. Irenęus etiã lib. 3. c. 3. ordinem Pontificum ſcripſit, qui à beato Petro, vſque ad ſua tempora fuere, rem ergo repetitam à primis eccleſiæ initijs vſque ad noſtra tempora damnat, qui Petri Pontificatũ damnat, & inter Pontifices principatũ tenere Petrum negat, & illa verba: Tu es Petrus & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam, negat ad Petrum poſſe referri, Amb. de incarn. c. 4. hic ergo Petrus reſpondit præ cæteris Apoſtolis, imo pro cæteris, & ideo fundamentũ dicitur eccleſiæ, quia nouit nõ ſolũ proprium, ſed etiam cõmunem ſeruare modum, & in enarratione Pſalm. 40. ipſe es Petrus, cui dixit Dominus: Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiã meam, ergo Ambroſio etiam contradicit, qui negat hæc verba ad Pontificem Rom. referenda, ſed quid dico, Ambroſio contradicit, vniuerſę eccleſiæ contradicit, quæ fuit à temporibus Chriſti, vſque ad noſtra tẽpora. Hilarius in cõment. in Matth. de confeſsione Petri: tu es Chriſtus filius Dei viui cõfeſſio Petri, inquit dignũ præmiũ cõſecuta eſt, quia filiũ Dei in homine vidit: ò fœlix eccleſię fundamentũ, dignaq; ędificatione illius petra, quæ clauſtra inferni diſſolueret, & cœli ianitor eſſet, quod ſupra retulimus. Ariſtoteles de mundo ſub finẽ illius operis ſcribit coryphæũ in qualibet re principem dici, vt in naui eſt gubernator, in curru auriga, in choreis coryphæus, in vrbe lex, in exercitu dux, & imperator hoc eſt in mundo Deus, &c. hæc ego ex Ariſtotele deſcripta hic appoſui, vt planũ fieret, quid ſacri ſcriptores coryphæũ nominarẽt. i. verticem vel apicem in qualibet gubernatione, vt in mundo eſt Deus, & quid coryphæum dicerent, nomen à coryphe. i. apice, ſeu vertice deflectum principem. ſ. in qualibet gubernatione; ſiue Deus ſit in gubernatione mundi, ſiue homo, ergo Cyrill⁹ in Theſauro contra hæreticos lib. 13. Petrum apicem Apoſtolorum nominat, quod princeps Apoſtolorũ ſit, & ſummus gubernator, ait. n. c. 2. Quod autem ſpiritus ſanctus Deus ſit ab apice quoq; Apoſtolorum Petro diſces, cui hæc myſteria, vt ſaluator ait, non caro, nec ſanguis, ſed pater ipſe cœleſtis reuelauit, idem Cyrillus in Euangelium Ioan. lib. 12. c. 64. Saluator interrogauit, inquit diſcipulos, quem me dicunt eſſe homines, & vos, quem me dicitis eſſe? Reſpondit Petrus, vt princeps caputq; cæterorum, tu es Chriſtus filius Dei viui. Epiphanius in Ancyroto citans D. Petrum appellat corypheotaton Apoſtolorum. i. ſummũ verticem, ſummum principem Apoſtolorum, quod ſummus princeps in eccleſia Dei eſſet, & rurſum de D. Paulo, & D. Petro, Paulo, inquit, dextrã dedit Petrus corypheotatos Apoſtolorũ. i. ſummus princeps, & gubernator ſummus eccleſiæ. vbi intelliges Deũ ſummũ principem dici, & eſſe in gubernatione eccleſiæ, & in terris ſummum eſſe principẽ, & gubernatorem eius Vicariũ Petrum, qui eccleſiæ prӕeſt toto orbe fuſę. Chryſoſt. in c. Matth. 16. hom. 55. in illud vos quem me eſſe dicitis, reſpondet Petrus omnium Apoſtolorum os & vertex cõſortij totius, græcè pro vertice coryphi,

vt coryphæus nominetur ſummus prin ceps,& imperator ſummus in terra, vt Deus in cœlis eſt,vt Dei Vicarius,& poſtea in illud, ego tibi dico, quia tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo ec cleſiam meam apertè prædixit,inquiens prædixit Dominus magnam fore multitudinem credentium,& eccleſiæ futu rę paſtorem conſtituit Petrum, & rurſus in illud: præcepit eis, vt nulli dicerent vertex omnium Petrus, & rurſus in illud:propitius,inquit tibi eſto. Nam ſi Apoſtolorum vertex,antequam cru cis myſterium diſceret,quibus locis græ cè D.Petrus coryphe, ſiue coryphæus eſt nominatus princeps & ſummus imperator in terris, vt Deus ſummus eſt princeps,& ſummus imperator in cœlis,vt diximus ex Ariſtotele, princeps eccleſię quacunque ſe toto orbe fudiſſet princeps Apoſtolorum ſignificatur totius eccleſiæ caput & infra idē Chryſoſtomus.vt quanuis homo eſſet morta lis cœleſti tamen poteſtate polleret, & claues haberet regni cœlorum,& ita Petrus eccleſiam per vniuerſum orbē amplificatā inferno ipſo validiorē mōſtra uit,tranſibunt inquiens cęlum & terra, verba autem mea non tranſibunt.

Tu vocaberis Cephas qui dicitur Petrus.

ALieno loco inducitur hæc annotatio & non ſuo,quod cohæreat cū his quæ diximus annotatione ſuperiori Chriſtus dominus dicitur natus in ſignū cui contradicitur non ſolum ab inimicis,ſed ab omnibus, & à ſuis, quos ipſe ſuo ſanguine redemit cephas vocem he bræam aiunt, ſed negant dici cephas, ſed ceph. Quod ego cum primum omnium audiui riſu ſolui cępi, quod Iudæi nos tanquam imperitos faciant ludos, quaſi neſciamus puncta in hebræa lectione etiam temporibus D. Hieronymi non fuiſſe,quæ pro vocalibus valēt, & conſonantibus ſubſcribi ſolent,ergo cephas euāgelica vox hebraicè eſt ceph, deeſt tamen punctum chamez,quod va let pro A longa: ſubſcribito tu cōnſonanti poſtremę chamez & dices cepha, en Iudaicas artes, quod detracto vno pū cto ſe noſtra perturbaturos autumant, ceph dicunt hebræi detracto pūcto cha mez.i.A lōgo, addito tu illud,& efficies lectionem euangelicam cepha poſtea, vt docet Ioſephus de bello Iudaico in proemio li.2.græci voces hebræas in pla niorē terminationē,& græcæ linguæ ac comodatiorem mutant, vt edom in Idumæam, & ſimilia, hebræa ergo eſt hæc vox ceph,ſeu potius cepha, nam ſyre,ſeu chaldaice in propheta eſt Haben lapis, ſed hoc parui refert tātū intereſt quod Iudæi à noſtris diſcordant detractione vnī pūcti,quod ſonat vt illi,dicūt ceph vt euangelica lectio cepha, ceph ſeu cepha petra eſt,ſeu rupes, ſed Dñs ita docet vocaberis cephas,quod interpretatur Petrus, ſed hoc quoque imperiti homines putabant à vero deſidere, imperitia tamen illa erat hominum qui parum verſati erāt in litteris, qui ignorantia pecca bant non malitia, nam petra ſiue Petrus mōs eſt,ſeu mōtis fragmen quod ſolutū imbribꝰ cadit in terrā aut in mare vt bene omnia cōgruant, vt cephas mons ſit, aut rupes, aut montis fragmē ſine manibus deciſum, quod in terram cadit, & creſcit in montem magnum, & implet vniuerſam terram: ſiue lapidem appellare velis ſeu rupem, aut fragmen montis parui refert, lapis ſeu fragmē mōtis mag nus fit & vniuerſam terram implet,com minuit vniuerſa regna, ipſum ſtat in æternū hic Chriſtus eſt cuius Eccleſia implet vniuerſam terram, participat tñ Dominus ſuos diſcipulos ſuis nominibus, quod ſæpe diximus, & Petrum cephas nominat hoc eſt Petrum quod nō men Petrus fragmen quoque montis ſignificat quod deciſum ex monte illo creſcit in montem magnum, & implet terrā,quā late nanq; patet Chriſti Eccle-

ſia tam late patet vicarij Chriſti poteſtas, & quod Petrus fragmen illud montis græcè ſignificet à monte deciſum, docet Euſtathius in 13. Iliados rapſodiam, & ita Petrus nomine Chriſti donatus, vt mons dicatur, Quemadmodum Chriſtus dicitur, mons Chriſtus vicarius dicitur in terris, cuius ad comparationem Moſi gracilis vox erat, & exilis, quæ in Iudæa vna prouincia vix audiebatur, nec Moſes latius fundere vocem poterat, vnde ipſe dicebat, mitte domine, qué miſſurus es, quaſi diceret mea vox vix intra Iudęæ terminos audietur, mitte Chriſtum, quem miſſurus es, cuius vox futurum eſt, vt totum perſonet orbem, maria omnia omnes inſulas, ita nunc fragmen illud montis, quod apud Danielem creuit in montem magnum, & compleuit vniuerſam terram, omnia maria vniuerſas inſulas, vt Deo bene iuuante latius in Danielem dicendum eſt, ita eius Vicarius Petrus ditione omnes terras tenet, eſt enim Vicarius vnicus Chriſti mons magnus, cuius poteſtas cœleſtis tam late patet in terris, quam late patet Chriſti eccleſia, vt quæ ſoluerit in terris Petrus ſoluta ſint in cœlis, & quæ in terris ligauerit, in cœlis quoque ſint ligata, nec mutuo ſe laudant Chriſtus & Petrus, vt tu putas Eraſme, & quaſi muli ſe mutuo ſcabũt. Apage plus nimis ir reuerẽter Deus hic eſt cœli & terrę moderator, coryphæus dicitur, vt dictũ eſt ex Ariſtotele cœli & terrę rex, & gubernator coryphæum quoque facit piſcatorem Petrum principem, & gubernatorem vniuerſæ ſuæ eccleſiæ, Petrus Chriſtum confitetur Deum hanc confeſsionem Chriſtus tanta mercede penſitat vt cephá nominet, ideſt montem ſolidiſsimum, & excelliſsimum ſuper qué fundet ſuam eccleſiá, vt mons ipſe Chriſtus dicatur & Petrum ſuo nomine impertiat, vt ſuæ eccleſię pręſideat.

Portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.

MAtthæus. cap. 16. redeo ad id vnde digreſſus ſum, vt annotationem conſimilem conſimili annotatione coniungerem qua cauſa ad eam digreſſus ſum nõ ſat Eraſmo dixiſſe eccleſiam non eſſe fundatam ſuper Petrum, & mirari ſe eos, qui hunc locum detorquent ad Romanum Pontificem in qué haud dubie competunt in primis velut in chriſtianæ fidei principem, at non in hunc vnum, ſed in omnes chriſtianos, lubrici enim ſunt, vt docent patres, & inſidioſe loquuntur omnes, qui in ſidiátur eccleſiæ. Denique vt Plato in ſophiſta ait ſophiſtæ ſunt, qui velut anguilæ manibus elabuntur teneri non poſſunt niſi folijs ficulneis comprimantur, addit illud in quo fundamentò ſi conſtiterit, nec inferi quidquam aduerſus illam poterũt nedum homines. Notãt patres veteres Chriſtum Dominum, vel ex his quæ dixit in litteris euangelicis prophetam illum promiſſum in lege potuiſſe intelligi, & numerant innumera, quæ ſi mihi longos promitterem annos, promiſsurus quoque eram me in vnum locum coaceruaturum. Promiſit Dominus eo tempore, quo in illum vniuerſa Iudæa conſurrexerat portas inferi aduerſus ſuam eccleſiam non præualituras per mille quingẽtos annos, per quos duce Sathana cũ poteſtatibus tenebrarum vniuerſus orbis in eam conſurrexit vniuerſis machinis regijs & imperatorijs viribus portæ inferi aduerſus eá non præualuere, nec vnquam ſunt præualituræ, quod admirantur fideles, & admirabuntur vſq; ad conſummationem mundi, videtur mihi Eraſmus, quæ Dominus promiſit affirmanter conditionaliter interpretari Dominus affirmanter dixit: ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi nõ præualebunt aduerſus eam. At Eraſmus conditionaliter hęc vertit ſi conſtiterit in ſuo fundamẽto eccleſia, nec inferi quidquam aduerſum illam poterunt ne dum homines, non ita Chriſtus promiſit inferos

feros non præualituros aduerſus eccleſiam ſimpliciter portæ inferi, inquiens non præualebunt aduerſus eam nullam addidit conditionem, addis tu ſi conſtiterit in ſuo fundamento conſtaturam in ſuo fundamento promiſit, quando promiſit portas inferi aduerſus eam nó præualituras, nam riſum mihi mouit, quod ait Eraſmus hoc noluiſſe Auguſtinum in illum ſcopulum incurrere, vbi videremur in homine poſuiſſe fundamentũ eccleſiæ, quaſi vero eccleſia non ſint fideles, & congregatio fidelium porrò fideles homines ſunt; de eccleſia Dominus & de congregatione fidelium dedit illa promiſſa, quæ rata erunt, & vera ſine vlla conditione portas inferi aduerſus illam non prȩualituras.

Quod fidei noſtræ fundamenta meo iudicio concuti videantur, aut ſubrui potius.

Eloquar an ſileam? ſed Paulus ait de ſe, væ mihi ſi non euangelizauero, & nos pro noſtro modulo: vȩ ſacerdoti ſi ſileat, ſic Ambroſi. periculoſum eſt ſacerdoti, ſi non dicat quod ſentit, trahere potius plurimorum inuidiam malo, quàm tacere, quod ſentio, Eraſmus author eſt Apoſtolos fuiſſe homines quædam ignorantes. Spiritum ſanctum Apoſtolos errare paſſum; Euangeliſtas lapſos alicubi memoria potuiſſe errare, vt doctores ſacri errant, vt hiſtorici. An dono linguarum ſint vſi in dubiũ vocat; dic ſimpliciter erraſſe Apoſtolos & Euãgeliſtis, & falſam noſtrã eſſe fidé, & vno hoc verbo ſubrues noſtra vniuerſa, quid opus eſt ambagibus? In principio huius diſputationis ex ſententia omnium veterum patrum commonſtrauimus Chriſtum in omnibus ſuis Apoſtolis eſſe locutum, & ſpiritum ſanctum per Apoſtolos populum chriſtianum docuiſſe, & ſacroſanctam triadem, ſi hæc vera ſunt vt re ipſa ſunt an non ſuperiora, quȩ diximus ſunt hæretica, & quod ait Eraſmus euangelium deprauatum? neſcio à

Eraſmus his paucis verbis totam fidem noſtrã euertit.

quo ſciolo non paucis locis non facit vt labeſcat ſcripturæ fides, nã Eraſmus quod docet nos vti hoc verbo labeſcere & barbaro, & inuſitato putat ſe penſare, quod noſtram fidem prorſus ſubuertit, habeat Eraſmus elegantiam ſermonis, ego cùm maioribus noſtris barbarus eſſe volo, & chriſtianus legat, qui volet, quæ à principio huius diſputationis ſcripſimus de prophetis, & de Deo, qui locutus eſt in prophetis, & de Domino, qui loquebatur in Apoſtolis & Euangeliſtis, & expendat diligenter verba omnia ſanctorum patrum; & intelliget, vt dictũ eſt has Eraſmi propoſitiones omnes hæreticas eſſe, & ſubruere omnia noſtræ fidei fundamenta; aut noſtra omnia, quæ profitemur falſa eſſe, aut enim verum eſt in Apoſtolis, & Euangeliſtis locutum eſſe ſpiritum ſanctum; & eccleſiam Chriſti docuiſſe per Apoſtolos & Euangeliſtas, & Eraſmus blaſphemat cũ permiſſos ait Apoſtolos errare aliquando & labi, & ignorare quædam, & in memoriæ lapſum incurrere, & nullum locum eſſe ſcripturæ tam emendatum; quin caſus, aut ſtudium alicuius nonnihil mendi ei aſperſerit, quid reliquũ eſt, niſi vt addat nos à Chriſto, & ſpiritu ſancto eſſe deceptos, quod horret animus dicere, & lingua hæret. Auguſtinus, vel vno errore dato in ſcriptura vniuerſam ſcripturam labefactari ait, quid enim vetat eccleſiæ inimicis dicere in ſingulis; & hoc quoque mendacium eſt, Eraſmus negat labefactari eccleſiæ authoritatem etiam ſi ſpiritus ſancti mentes Apoſtolicos paſſus ſit ignorare quædam, & labi, & errare alicubi, ſolus inquit Chriſtus dictus eſt veritas vnus ille caruit omni errore hoc nobis largitur malus: Apoſtolos tamen & Euangeliſtas paſſum eſſe errare, & labi poſt acceptum ſpiritũ ſanctum deliquit Petrus, aliud eſt peccare, aliud in docendo populum chriſtianum errare, ſed hȩc dixi non ſemel, vtinam ſtentorea voce hæc perſonare poſſem per vniuerſam eccleſiã, vt eius magiſtra-

giſtratus audirent, & huic tanto malo irent obuiã, quando iam illa loca finitima, quæ fuere Eraſmo, hæc peſtis depopulata eſt, Gladio reſecetur tandem ne partes ſyncerę trahantur non magno labore conſtiterit, ſi à principio huius diſputationis, quæ ſcriptæ ſunt de prophetis, de Apoſtolis, de Euangeliſtis, de authoritate eccleſiæ ſanctę & eius initijs, ſi vera illic ſcripta ſunt, ſpectent diligenter eccleſiæ ſanctæ magiſtratus, & hoc malum acutiſsima falce reſecent, ſi ego mendax pœnas luam non cauſam dico, quin eas luam acerrimas, Prophetias iuxta Lxx citatas ab Apoſtolis & Euangeliſtis ad fontes reuocat hebraicos à Iudęis vitiatos, vt toto ſecundo libro mõſtrauimus ex veterum patrum ſententijs è Iudęis antiquiſsimis ex Rabinis etiam citata hæc in nouo teſtamento ab ſpiritu ſancto, vt oſtendimus per ſupradicta capita infamat, & ſic ſcripta ab ſciolo quodam ait, O per fidem Chriſti ſummi magiſtratus huic malo ſubuenite, an non Manichæorum error hic eſt, qui repululaſcit in noſtra tempora, Auguſt. de Moribus eccleſiæ catholicæ. libro 1. cap. 29. aduerſum Manichæos, qui dicebant falſum in euangelio eſſe conſcriptum, quid hoc ſacrilegio magis impium reperiri; poteſt, inquit? quid iſta voce impudentius? quid audatius? quid ſceleratius? conſequetur namque omnium litterarum ſumma peruerſio, & omniũ, quę memoriæ mandatæ ſunt librorum abolitio, ſi quod tanta populorum religione roboratum eſt, tanta hominum & temporum conſenſione firmatum, in hanc dubitationem adducitur, ego ne de illa, quam conſtanter latiſsime diuulgatam eccleſiaſticam lectionem video, & eccleſiarum per totum orbẽ diſperſarum conteſtatione firmatã, dubitabo miſer? & quod eſt miſerius te authore dubitabo? ſed tragedias me excitare fruſtra dices de paucis locis Eraſm' hæc teſtatur. Si loci pauci eſſent eccleſię elidit radices, ad hoc namque exemplum cętera errata dicet qui volet, & nihil in eccleſia ſancta relinquetur fixum & ſtabile, ruent omnia, vt ait Auguſtin. ſed in vniuerſum clamat Eraſmus nullum locum eſſe in ſcriptura in quem non irrepſerit aliquod mendum Manichęorum, hic error eſt, nec vnquam Manichæi tãtum in eccleſiam ſanctam ſæuiere, vt teſtarentur in omnẽ ſcripturæ locum; irrepſiſſe mendum, vt verbo vtar Eraſmi, ſed aduerſus Manichæos, vnde hic error dimanauit: qui euitiata euangelia, & epiſtolas Pauli dicebant, & reijciebãt actus Apoſtolorum. Augu. in lib. de vtilitate credendi ad Honoratum. cap. 2. multa dicit, & lib. 11. contra Fauſtum Manichæum. cap. 1. & 2. vbi hanc hæreſim iugulat & alijs locis multis, & quoniã vulgo dicitur actum ne agas de hac replura non dicam.

Quod non eſt par authoritas D. Petri, & cæterorum Apoſtolorum.

SEd quod alio properamus & noſtri huius operis longe diuerſum eſt inſtitutum quam cum Eraſmo colluctari ad alia tranſire certum eſt, ſi hoc prius dixero non parem fuiſſe authoritatem cæterorum Apoſtolorum, & D. Petri, iã hoc inquies nemo qui in litteris ſacris ſit verſatus poteſt diffiteri. poteſt atẽ parem & æqualem fuiſſe cum miſsi à Domino ſunt, vt prædicarent euangelium omni creaturæ, nec nos id diffitemur, tamen diſpenſatiuè (quod aiunt opinor Theologi) id factum eſt. quid diſpenſatiue narras, quid hoc verbi eſt, mittebantur à Domino per totum orbem, vt prædicarent euangelium diſperſi & diſiuncti neceſſe erat, vt cum omni poteſtate mitterentur, quis hoc non videat? an Petrum poterãt conſulere toto orbe ſeparati à Petro? adde tu adhæc, nec neceſſe fuiſſe Petrum conſulere, vt dictum eſt tota hac diſputatione in Petro, & in ſingulis Apoſtolis Chriſtus, & ſpiritus ſanctus

&⁹ loquebãtur,& ſacroſancta trias,& per Apoſtolos ſingulos Spũs ſctũs docebat fideles, quæro quis quẽ cõſuleret, vbi Spũs ſanctus p ſingulos docebat populũ Chriſtianũ? certe nõ erat locus principatui alicuius, princeps erat Spũs ſanctus, qui per ſingulos Apoſtolos docebat quomodo poterat eſſe prouocatio ab vno ad aliũ, & tamẽ cũ hoc ſenſiſſent eccleſiæ principes intellexerẽ diſpẽſatiuẽ illis tẽporibus datã eſſe æqualẽ poteſtatẽ oib⁹ Apoſtolis, vnũ tñ Petrũ ſupra cũctos eſſe poſitũ, vt Chriſti Vicarius eſſet fixiſſe ſuã ſedẽ Romæ & ordinẽ Põtificũ longa ſerie à D. Petro per vniuerſa ſæcula eſſe deductũ, qua de re dictũ eſt late & fuſe ſup illa verba: tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.

De D. Paulo, & de loco Actorũ Cap. XIII.

PEtr⁹ & Simõ dict⁹ eſt: Simõ nomẽ eſt ab obediẽtia deflexũ, ſama nãq; audire & obedire ſignificat, vñ obediẽtia virt⁹ deducta eſt omniũ virtutũ maxima, qui eñ obedit magiſtratui ſummo virtute exactiſsima & præcelſiſsima, poſtremo ſit cõſequẽs eſt, vt docet Plato cũ alijs locis tũ lib. 12. de legibus, & tenebat olim cõſuetudo, vt nemo admoueretur reipub. gubernaculis, quin ſub Imperatore multos annos meruiſſet, & obediẽtiæ aſſueuiſſet per annos multos, vnde Simon appellatus ab hoc obediẽtia ſama audio, & obedio, ſub Imperatore Chriſto Dño, poſtremo accipit vniuerſæ eccleſiæ per totũ orbem fuſe præfecturã ab ipſo Dño: Tu es Petrus & ſuper hãc petrã ædificabo eccleſiam meã; Quærebã ipſe tacitus p multos dies, vnde cum vniuerſæ eccleſię principe Petro, D. Paulo tãta interceſſerit familiaritas, & charitas tãta, & quod me vrgebat multo magis id erat, quod cũ D. Petrus coryphæotatos Apoſtolorũ diceretur, vt dictũ eſt, ideſt Apoſtolorũ princeps, cur D. Paulus per Antonomaſiã, hoc eſt per eminentiã & excellẽtiã qua inter Apoſtolos excellebat dicebatur Apoſtol⁹; & intelligebatur Paulus, vt Romanę eloquẽtię princeps intelligebatur Cicero, & ſumm⁹ poeta Maro? rimabar cũcta, & ſcrutabar, ſi forte ſuccurreret huius rei cauſa. Hiero. mihi aurẽ vellit, quod aiũt; qui in epiſt. ad Philæmonẽ docet Paulũ nominatũ à voce hebræa pele, aut pale, ideſt admirabilis, quo nomine Chriſtus eſt nominatus, quod declarat Eſai. c. 9. de puero illo, qui natus eſt nobis, & filio Dei, qui fact⁹ eſt nobiſcũ cui⁹ nomẽ dicit fuiſſe pele, id eſt admirabilis, quod nomẽ in ſcriptura tãtũ de Deo dicitur, & nõ de alio quopiã, Chriſtus Dñs impertijt ſuis diſcipulis ſua nomina, Paulo autẽ impertijt hoc nomẽ pele, aut pale, Paulus admirabilis quod vas electionis ſuo nomine refert vas delectũ à Deo, quod nomen Chriſti portaret ad oẽs gẽtes, põt dici eadẽ ratione, quod Paulus ſit nominatus ab hoc eodẽ verbo pale .i. ſegregatus ab Apoſtolis ad portãdũ nomẽ Dei in oẽs gentes quaſi dicatur ſegregatus, eximius, egregi⁹, quæ omnia cõmẽtũ D. Pauli ſonãt, nam ca. 13. in actis Apoſtolorũ reperies Saulum factũ eſſe Paulũ cũ obire cœpit munus legationis. Hęc idẽ ſentire videtur Chryſo. c. 13. actorũ in illa verba, Paulus q & Saulus: hic nomẽ inquiẽs illius mutatur cũ ordinatione, id quod & Petro accidit, hæc Chry. ergo vna litera mutata ex Saulo factus eſt Paulus .i. ſegregatus; nã id quoque nomẽ hebręũ ſignificat & aliud cognomẽ eſt etiã Chriſti quo decoratus eſt Paulus, de quo cognomine leges in annotatione quã fecimus de Nazaręo, quæ ſi expenderis omnia neq; admiraberis quod ſocius Petri Paulus fuerit, neq; quod Apoſtolus per excellẽtiã Paulus ſit nominatus inter Chriſti Apoſtolos. Oecumenius in acta Apoſtolorũ, vas electionis inquit particeps fit Chriſti cognominis, quod factum eſt Petro in euãgelio, quod Chriſtus Apoſtolis ſua nomina impertit, Chriſtus erat lux vera, ſuis Apoſtolis dicit, vos eſtis lux mũdi, ipſe Chriſt⁹ dicitur ſiloa miſſus, ſuos Apoſtolos appellat miſſos, Apoſtolus eñ latine ſonat miſſum, vt miſit me pater & ego mitto vos. Segregatũ nominat, & ſeparatũ, & ipſe ſegregatus, & ſeparatus eſt dictus ab hominibus. Theophylactus in hunc

Pele Chriſtus, quod pele .i. admirabilis Dei nomẽ eſt.

Pele. i. admirabilis Paulus eſt appellatus quod vas electionis fuit, qui Chriſti nomen portarei ad omnes gentes.

hũc locum, hic nomẽ inquit Pauli mutat poſt electionẽ,ne in hac parte Petro minor eſſet,ſed quod Coryphæus Apoſtolorũ Petrus; eximiũ hoc & ipſe haberet, & vt maioris cũ illo familiaritatis haberet occaſionẽ,Eraſmus ridiculus eſt, qui hæc reprehẽdit in Hiero. Poſſet dicere Eraſmꝰ, quod dicit Amb.& Aug. Paulũ latine ſonare humilẽ,& mãſuetũ. Negare autẽ Paulũ vocẽ eſſe hebræã,& hebræis ſonare admirabilẽ,quod vas electionis eſſet, quod portaret nomẽ Chriſti in omnes gentes, aut ſegregatũ,vt nomine etiã Chriſti nominaretur qui Nazareus. i. ſegregatus eſt appellatus,quod Deus & homo eſſet, vt ſegregatus ab alijs diceretur,& hoc nomine reprehẽdere D.Hiero. inciuile fuit, & imperitiæ.Eadẽ opera inquies Aug.reprehẽdis qui Paulũ dictũ docet ab humilitate,qui dicebat ego ſum minimus Apoſtolorũ &c.& Amb.qui Paulũ dictũ tradit à voce græca Pauli.i.à quiete & manſuetudine: Dicã tibi quod Aug. ait beta græcis nomẽ eſſe literę latinis oleris eſſe nomen, idẽ Aug.docet idẽ nomẽ varijs linguis ſignificare varia. Itaque Paulus latinis ſignificat humilẽ vt docet Auguſt. græcis mãſuetũ vt docet Ambro. hebræis nomẽ hebræũ quod Paulus hebręus erat & nomenclaturã habebat hebræam ſignificabat quod docet Hier. vt dictum eſt.

Quid quæris nomen meum,quod eſt admirabile. Iudicum. 13.

לָמָּה זֶּה תִּשְׁאַל לִשְׁמִי וְהוּא פֶלְאִי

Quid quæris nomen meũ, quod eſt admirabile,ſic Hieron.ſic Lxx

IVdæi ſic vertunt hunc locũ,quid quęris nomen meũ quod eſt occultũ, vel quod eſt ignoratũ: vtrumq; peſsime mea quidẽ ſentẽtia. Nã quę alia quærimus,niſi occulta,& ignorata? & quando Deus vetuit nos quærere eũ? qui iubet,vt faciẽ eius ſemper quærãmꝰ, & falſum eſt nomẽ Dei eſſe occultũ vel Ciceronem roga qui pro Milone ait,etenim quis eſt tã demẽs qui cũ oculos in cœlũ ſuſtulerit Deũ eſſe non intelligat? Vides ò Iudæe quã occultũ ſit Dei nomẽ. Quãto meliꝰ Plato in libris de legibus ex ſacris litteris mutuatꝰ(opinor) qui alias leges ſine Procemio latas ait à legũlatore,alias cũ Procemio, quo nos doceat Dei cognitionẽ & finẽ legũlationis: vt in principio creauit Deus cœlũ & terrã. Vides rẽ admirabilẽ verbo Deũ creaſſe omnia,cœlũ & terrã Solẽ & Lunam & omnia quæ ſunt. Hoc magis cõgruit,quid quæris nomen meũ quod eſt admirabile, nã qd admirabiliꝰ? ſuſpicabar ego olim ex libro Geneſ. expũctã à Iudæis totã illam orationẽ quod eſt admirabile: cũ in vulgata & apud Lxx tãtũ legatꝰ quid quęris nomẽ meũ aiebã enim qn Dñs vetuit vnquã quærere ſuũ nomẽ? ſed hæc alijs diſceptãda relinquo: & ſat eſt,hoc.13.c. iudicũ ſcriptũ eſſe iuxta vulgatã & iuxta Lxx viros quid quæris nomẽ meũ quod eſt admirabile,vbi etiã fiũt admirabilia. Angelꝰ enĩ qui ortũ Sãſonis prænũtiat cũ ei fieri vellẽt ſacrificiũ q futuri erãt Sãſonis parẽtes, qui typꝰ erat Chriſti, ſi ſacrificiũ feceritis inquit Deo facietes,vt ſe ſignificaret Deũ eſſe & Angelũ magni cõſilij,& cũ offerretur ſacrificiũ,inflãmã Angelus ille magni cõſilij inſiluit, vt offerret ſe in ſacrificium ꝓ nobis & vt aſcẽdebat flãma ſacrificij,& deſcẽdebat,aſcẽdebat, & deſcẽdebat ipſe Angelus. Sãſon,cuius ortꝰ præſignificabatur inde eſt appellatus,à Samaim.i.à cœlo quod aſcẽdebat & deſcẽdebat ille Angelꝰ in flãma ſacrificij in cœlũ Sãſon eſt dictꝰ homo de cœlo cœliſtis. Igitur in hoc ſacrificio Chriſtꝰ Dñs homo de cœlo cœleſtis, & Angelus magni cõſilij pro nobis offertur in victimã Deo Patri. Vnde Euchariſtiæ nomẽ habet ab Euchariſtin ab agẽdis gratijs: Euchariſtia gratiarum actio: quod nullum tempus intermittere deberemus, quin ſemper ageremus gratias ob tãtum à Deo opt. maxim. beneficium acceperimus: & accipiamus quotidie, & ob mirabilia quæ in hoc ſacrificio fiunt innumera, iure optimo etiam dicitur, quid quæris nomen meum quod eſt admirabile?

Domine quis credidit auditui noſtro.

DIcetur fuſe à nobis duplice nomine, & quod pro magno venditat Eraſ. citari à D.Paulo hũc locũ iuxta Lxx, & nõ iuxta hebræum: & ꝙ optarem,non

fuiſſet

fuiſſet contentus ſe probe inſtructũ eſſe vtriuſq; ſermonis doctrina. Vnde aliud eſt quod me impulit, vt repeterem annotationem in hunc locum, exigit rationem grammaticæ Eraſmus in hoc loco, & in litteris ſacris petit ſibi citari authores, quibus liceat dicere auditum pro auditione, & quorũ authoritati poſsit excuſari ſolecismus, & cur cum græcè ſit dictũ ἀκοῇ, excuſet te interpres qui auſus ſit dicere, aure audietis? & quod auſus ſit recenſere, hunc locum inter manifeſtos ſolecismos, & cætera, primum omnium audiendus eſt Auguſtinus de cathechizandis rudibus lib. vno, cap. 8. & .9. vbi Chriſtianum putat non offendi debere barbariſmis aut ſolecismis, vbi de diuina veritate quæſtio eſt, & de doctrina Chriſtiana lib. 4. Idem Auguſt. c. 8. & .9. & 10. vbi multa ſcribit contra eos, qui vilitatẽ ſermonis in ſcriptura ſacra contẽnunt, Chryſ. tom. 1. homilia. 36. in caput Geneſeos. 15. de ſcripturæ humilitate mirabiliter dicit, quæ ſplendorem, & pulchritudinem rerum, quæ dicuntur admirabilem præfert, & Orig. contra Celſum libro. 6. ſcribit cauſam, cur ſacræ litteræ tenui ſermone, & perſpicuo ſint conſcriptæ, & in Epiſtolam ad Romanos in caput. 5. ait vide, quam aſtutus eſt ſcripturæ ſermo, qui impolitus videtur eſſe & agreſtis, planum enim erat ſcripturæ ſermonem impolitum videri & agreſtem, niſi id nos doceret Eraſmus? Theodoretus lib. 8. de martyribus pene toto libro de ſimplicitate ſcripturæ diſſerit mirabiliter. idem facit & libro nono. de legibus, multum diuerſa ſecutus, quam Eraſmus citatis: nam ſi conſilijs Eraſmi ſtaremus Theologorum cathedris grammaticum vtriuſque ſermonis doctum, non Theologum ſacrarum litterarum ſcientiſsimum præficeremus, nõ quod non faciat multum ad omnes diſciplinas linguarum cognitio, ea tamen pro nihilo habenda eſt ſi ſola ſit, & non coniuncta cum rerum ipſarum exacta peritia, ea hoc loco dicenda putaui, vt reſponderem Eraſmo hic & in cæteris, vbi hæc inculcat, & ea ratio eſt, cur ego hæc toties toto hoc opere aduerſum Eraſmum & alios repetenda putarim.

Stylus ſcripturę qualis contra Eraſmum.

Credidi propter quod locutus ſum.

Legeram in dialogo Platonis, cui ſophiſtæ nomen impoſuit artem ſophiſticam beſtiam eſſe nequam, quæ in tenebris vitam degit, nec eius veſtigia deprehendere queas, ſi deprehendas ſtatim ſe in tenebras abdit, nec ſcias cui credas defatigatus quærendo. Hæc poſtremo ſcribo, & quod tã ſeueri ſunt in me iudices, quibus regius ſenatus hoc demãdat, vt mihi loqui non liceat tantum dico hunc pſalmum à Diuo Paulo citatũ, vt cum nouis tranſlationibus conferas ſingula ſingulis, & videas an ſtandum ſit interpretationi Pauli, an non, atqui in Paulo Chriſtus loquitur, & Spiritus ſanctus, & ita ſentit vniuerſa eccleſia, ſi hinc licet diſcedere, & totum hunc pſalmum diſcerpere, contra quàm ſenſit Paulus, & interpretatur, ipſe videris, ego verbum non amplius addam, tantum dicam ſi conferas hunc pſalmum citatum à Diuo Paulo & explanatum, & tranſlatum ab his, qui ſequuntur hebræos, & hebræas interpretationes nulla in re cõuenire interpretationem Diui Pauli, & translationem quam citat D. Paulus, & Hebræorum translationem cum interpretatione hebræa, & tamen cogimur à quibuſdam noſtra cõfiteri errata trãſlata ab hebræis, & explanata ab eiſdem cum veritate hebraica concordare, & vere dicuntur concordare cum veritate hebraica quæ noſtri temporibus dicitur veritas Iudaica, Phariſaica, Rabinica, lõge alia à veritate hebraica quam D. Hieronymus nominat.

Lætamini gentes cum plebe eius.

Miratur Eraſmus cur Apoſtolns hoc loco æditionem Lxx ſit ſecutus,

cutus, ego potius Eraſmum demiror, cur ipſe non aduerterit non ſolum Diuum Paulum, ſed Apoſtolos etiam & Euangeliſtas omnes quanuis hebræos, & hebraicè ſcientiſsimos Lxx viros ſemper eſſe ſecutos, ego. 2. mei operis libro toto & alijs locis multis oſtendi Iudæos ad id toto pectore incubuiſſe poſt crucem Domini, vt hebræam lectionem vitiarent, aut manu. i. mutatione litterarum, ſyllabarum, dictionum, aut punctorum aut diſtinctionum mutatione aut ſi poſſent praua ſcripturę interpretatione, Dominus pręſcius rerum omnium erat relicturus Eccleſiam ſuam, quam ſuo ſanguine acquiſierat vt ſemper ageret, cũ populo & cum Iudice fraudulento credibile non eſt, & ſic ſit reſponſum Eraſmo tribus ſæculis ante eius ſacratiſsimum aduentum fecit ſcripturam verti græcè per Lxx viros & tradi Eccleſię, ſi quiſquã repererit viginti locos trãſlatos ex hebræa lectione ab Apoſtolis & Euangeliſtis medicat imperitum, qui hæc ſcribo duplicem eſſe lectionem hebraice in pleriſque res eſt confeſſa. quale eſt quod adnotat Eraſmus de illo loco erit radix Ieſſe, vbi varia videtur eſſe trãſlatio Lxx virorum & D. Hieronymi eadem tamẽ ſententia vt ipſe Eraſmus ait.

Inuentus ſum à non quærentibus &c.

NEgat Eraſmus D. Paulũ ſecutum fuiſſe Lxx viros nec hebręam lectionẽ ſi magis attente aduertiſſet, intellegiſſet Lxx viros ſecutum fuiſſe D. Paulum, tantum inuertiſſe orationes ita vt diceret, quod prius erat p_p_ſterius, & quod erat poſterius prius non erat obſeruaturus vt ita redderet ſcripturam, vt ſolet puer ſeptuenis reddere cum reddit dictata Magiſtro, addit etiam Eraſmus orationem integram citatam à D. Paulo iuxta tranſlationem Lxx quæ hebraicè non eſt, quid tum? an non multa ſunt apud Lxx quæ hebraicè non ſunt, eaque ſacra, quod ea ab Apoſtolis, & Euangeliſtis citari videmus, ſi quædam excidere ex lectione hebræa aut negligentia Iudaica quod ait Chryſoſt. aut Iudaica malitia continuo damnandi ſunt Lxx quod ea tranſtulere & quod ea ſuis chartis repræſentãt & damnãdi Apoſtoli per quorum ora loquebatur Spiritus ſanctus vt mõſtratum centies eſt, quod ea citant.

Et diligam non dilectam. Paulus ad Roman. 9.

PAulus ad Ro. 9. hũc locum citat ex Oſeę c. 2. in fine capitis negat ſic legẽdum Eraſmus, quod D. Hierony. hęc verba ſic tranſtulerit, & non miſericordiam conſecutam, miſericordiam conſecutam. dixi canonem præſcriptum à D. Hieronymo eſſe ne quis Apoſtolos aut Euageliſtas ex doctore aliquo quamuis eminentiſsimo caſtiget, quod in Apoſtolis & in Euangeliſtis Chriſtus loquatur & Spiritus ſanctus Apoſtoli & Euangeliſtæ velut inſtrumenta ſint viua, per quæ loquantur Chriſtus & Spiritus ſanctus & ad hanc normam caſtigandos eſſe Doctores ſacros nõ cõtra vt dictũ eſt nõ ſemel. At nõ ita eſt hebraicè inquies, ego D. Paulo in quo loquitur Chriſtus ſi hoc hebraicè non eſſet, plus haberem fidei, quam omnibus fontibus hebraicis, vt verbo Eraſmi vtar, ꝙ reſecta multa ſunt ex hebręa lectione Iudaica fraude & malitia, ſed quod hebraicè ſunt hæc verba verichamti, & diligam, & loruchama non dilectam, & diligam nõ dilectam, ergo error eſt inquies in vulgata D. Hieronymi minime: nã hebræa lectio vtrumque ſignificat, & verichamti, & miſerebor & loruchama eius quæ fuit abſque miſericordia, nam racham miſereri ſignificat, & diligere, quid ergo accuſas inquies Eraſmum, quod cum lectio hebræa vtrumque ſignificet, & quod Apoſtolus citat & quod vertit Hieronymus Apoſtolum damnat Eraſmus in quo loquitur Chriſtus, laudat Hieronymum vtrumque laudaturus & multo

multo magis Apoſtolum Paulum in quo loquitur Chriſtus, loquitur quoq; Eraſmus ſomnia vana, negat grecè ſcriptum eſſe, nó miſericordiam conſecutá, miſericordiã. cóſecutá aut. Paulus erat tráſlaturus hoc & illo modo, aut nó? ſed eo modo quo verterẽ Lxx? ſecutus eſt Lxx, quereris ꝙ non ſit ſecutus Hieronymú, ridiculú memineris cerdo intra pelliculã te cótinere tuá, rudis es hebrei ſermonis, & Paulú accuſas ne plura dicam ſermonis hebræi eruditiſſimum.

Heloi heloi lama ſabathani, quod apud Matthæum dicitur heli heli lama ſabathani.

HOc loco multa notemus neceſſe eſt, eaq; verbis paucíſſimis primú omnium quæſtionem proponit Hiero. cur in Pſalm. legatur reſpice in me Deus Deus meus, reſpice in me quare me dereliquiſti? cum Euangeliſta tantum citet Deus Deus meus quare me dereliquiſti, & huius quæſtionis facilis erat ſolutio iuxta canoné Origenis, quo monet Apoſtolos & Euangeliſtas citare prima & vltima omittere media ſuper Ioannem, & in caput ſextum Epiſtola ad Romanos vbi ait quod obſeruanda eſt conſuetudo Apoſtoli, quod non ſemper cum aliquid ex ſcripturis aſſumit non totum citat ſed neceſſaria, quando parum ad rem pertineãt, & ita omiſſa ſunt ab Euãgeliſta illa duo verba: reſpice in me vt noſtra ſcriptura minoris ſit autoritatis quod ab hebræa lectione diſcordare videatur, vt docẽt veteres illi apud D. Augu. Deinde oritur illa quæſtio, qua lingua locutus ſit Dñs apud Marcú, heloi heloi cú apud Matthæú dixerit heli heli diximus alibi heli heli ſignificare Deus meus Deus meus quod hel vox hebræa Deú ſonet quanquá Iudæi & quidam ex noſtris forté vertãt Latinè, At hel ſemper Deú ſignificat excepto ſi mediú hęc vox accipiat, iod: tunc. n. forté aut fortiſſimú ſonat, ergo vertédú eſt Deus meus Deus meus, & nó fortis me⁹ fortis meus, vt tranſtulit Aquila, quod hic nullú iod mediú habet, nec in alijs locis ſcripturæ plurimis, in quibus Deú ſonat, ſed quæritur quid ſit heloi heloi apud Marcú, hel Deú ſonat & heloa ſonet quoq; Deum ſingulari numero huius vocis heloim, qué ſingularé numerú negat Pagninus hebraicè niſi dicatur contéptus gratia, ſed hunc refutauimus ex Moſe, cuius autoritate oſtẽdimus heloa Deú rerú opificé ſignificare ſingulari numero ab heloa Deo heloi Deus meus dicẽs, ſic quoq; erratú eſſe in litteris Euãgelicis, quod non heloi, ſed heloai dicédú eſt Deus meus, mitte has Iudaicas ineptias, quoties impij Iudæi volút mutãt vnú púctú aut addút, aut detrahút, aut tranſmutant litteras, vt hoc loco iod litterã poſtremã ponútanet. h. heloih, vt noſtra eſſe viciata dicãt, addút punctú chamez, quod ſonat. a. lógú. demito púctú illud, & pro heloai dices heloi Deus meus, vt ſit heloi heloi Deus me⁹ Deus me⁹ reliqua vna illa quæſtio eſt, cur dicatur Lamaſabachtani ꝓ lama azabtani, id. n. tacito caſtigãt, non n. palã audent ne ſe pdãt, & pœnas acerbas incurrant multis ſimilitudinibus in ſacris litteris ſignificarat Dñs Chriſtú in cruce pédenté & non minus illa quã Abrahã vidit arieté qué loco filij ſacrificaturus erat pédété in arbore Sabech, nã Sabach implicare eſt: vnde Sabech arbor implicata, & implexa comis quaſi dicat arieté illú pédété in comis implicatis arboris Sabech ſignificare Chriſtú Dñm in cruce pédété ꝓpter noſtrorú peccatorú vincula vt re ipſa pepẽdit aries, effect⁹. i. victima pro totius múdi peccatis, quod ſignificat Dñs hoc loco, quod ſolet Dñs facere paraphraſi duorú locorú ſcripturæ cú altero exponit alterú vt vtrunq; eodé referri doceat, & cú dicendú eſſet lama azabtani, i. quare dereliquiſti me dixit lama Sabachtani, quare in arbore Sabech reliquiſti me, vt has duas prophetias Dauid & exodi eodem referret, & idem ſignificare oſtenderet.

Potius timete eum qui poſt corpus & animam perdere in gehenna Matth. Cap. 10.

ORigenes contra Celſum libr. 6. fol. 700. ait gehennam in Euangelio reperiri pro loco tormentorum pro inferis, quod in ſcriptura veteri dicitur pharans Ennon vel gehennam Ioſue cap. 18. pro gehennam in vulgata D. Hieronymi gehennom ſcriptum eſt in tranſlatione Lxx gehennam errore librarij, multa hoc loco quærenda ſunt primum verũ in veteri teſtamento reperiatur gehenna pro inferis ante Chriſti Domini aduentum, negant enim fuiſſe in veteri teſtamento mentionem gehennæ, an primus omnium Dominus inferos hoc nomine appellarit cum nemo ante Dominum pro inferis vſurparit hoc nomen. Deinde quod huius nominis gehennæ ſit etymon. Nec quiſquam eſt qui inficiari poſsit gehennam in veteri teſtamento reperiri. Idque non ſemel gehennom inquies aut gehennã in veteri teſtamento reperiri non ſemel, gehenna nunquã reperitur in teſtamento veteri, idq; D. Hiero. ſi ſatis commemini teſtatur & Origenes. Audi nunc iam idem eſt gehennom & gehennam ſi ſcias hebraicè om ſiue am pronomen affixum eſt tertiæ perſonæ pluralis, vt idem ſit gehennom ſiue gehennam, vt nihilo diſtent gehennom & gehennam vt apud nos non diſtant margaritum & margarita ge vallis eſt, ideſt, cauitas profundiſsima in medio collium, & vſurpatur pro inferis profundiſsimis, dicitur hæc ge, id eſt, hæc vallis profundiſsima in medio collum filiorum Ennon ſiue Ennam, ideſt, ecce ipſi opinor ego quod quæ nobis inferos minantur longiſsime abeſſe cauſamur, & nos contra monet ipſa nominis originatio. Ennom ſiue Ennam ecce ipſi quaſi dicas quæ longiſsime abeſſe putabas momento temporis adſunt, ecce ipſi qui poſt multos annos ad inferos ſe deſcenſuros putabant momento tẽporis ad ignes ſempiternos detruduntur, quibus placebat volutari in delitijs, & longiſsimo tempore frui voluptatibus, ecce ipſi temporis puncto ad ſempiterna ſupplicia detruduntur, filij ergo Ennon, id eſt, filij eorum qui ad pęnas ſempiternas detruduntur dicuntur quibus ſimilis vita contingit, & quos ſimilis euetus excepit idem dicuntur gehennõ, ideſt, vallis profundiſsima innumerabilis illius multitudinis, quæ apud inferos eſt, apud Hieremiam id enim ſonat amon. innumerabilis multitudinis, quod Lxx dixere Polyandrium, multitudinem innumerabilem ſemper hanc vocem pro inferis Lxx vſurpãt, ergo gehẽnon, vel ge filiorum Ennon pro inferis vſurpari apparet in veteri teſtamento quod qui in delitijs voluptantur dum ſibi longos promittunt annos momento temporis morte intercepti ad inferos deuoluuntur ad ſempiternas pęnas, ergo gehennom ſiue gehennam, gehennam ſonat in veteri teſtamento, ſolent enim hebræa nomina emolliri, vt græcè ſcribantur aut Latine vt ſomrrom vox hebræa Latine & Græcè dicitur Samaria mollius & blandius propinquius erat, gehennom ſiue gehennam, gehennam dici, quam ex Edom Idumæam: quo exẽplo vtitur Ioſephus, ſed quæres, quomodo congruat tofet, ideſt, pulchritudo, & amænitas arborum & Syluarum cum inferis? nempe quod illa amænitas filiorũ Ennon prope Hieroſolyma ſacrificijs Idolorum contaminata commeruit ea ſupplicia vt vaſtaretur ab hoſtibus & ſepulchra fierent eorum, qui coluiſſent Idola, & inferi ſepulchra dicũtur impiorũ, & inde tofet. i. amænitas pro inferis vſurpatur conuerſa videlicet amænitas in impiorum ſepulturam, quod re ipſa fit vt huius vitę amænitas & delitiæ & omnis voluptas his, qui non bene ipſis vtantur in cruciamenta inferorum conuertantur ſempiterna: ge ergo vallis eſt, quales valles eſſe ſolet inter duos

colles

colles editiſsimos, & profundiſsimos, & cauernę & cauitates immanes gręcè dicunturpharanges & cauitates immanes ita gę pharāx eſt baratrum Suidas interpretatur, quæ vox pro inferis ſolet vſurpari vt gehennam cauerna ſit profundiſsima eorum, qui ennon; ideſt ecce ipſi dicuntur qui dum ſibi longam vitā promittunt ecce ipſi rapiuntur temporis momento quaſi hiſpāne dicas, elos do van, ſed nouerat inquies D. Hiero. & Origenes tofet & gehennam loca eſſe amæniſsima & florentiſsima & odoratiſsima, quæ omni genere arborum vernarent pro inferis à Chriſto Domino eſſe vſurpata, nam hoc Iudæi & Iudaizantes Chriſto obijciunt, quod aliena, quò velit trahat, & ita Iulianus impius Apoſtata, dicebat quod aliena, & nihil ad rē pertinentia de rebus noſtris interpretemur, & imperitos ad noſtra trahamus. Nos hoc genus hominum contemnere deberemus, ſed ne tumeant ſua imperitia ſi forte velint reſipiſcere admoneamus tofet vocem hebræam amænitatē amæniſsimam ſignificare vallis illius quæ prope Hieruſalem erat arboribus odoratiſsimis denſiſsimam, quæ filiorū ennon dicebatur hebraicè gehennō ſiue gehennam vallis en non aut ennā hoc eſt filiorum Ennon, quod electa eſt hæc vallis à filijs Ennon ad ſacrificandū Idolis data eſt à Domino hoſtibus vt vaſtarentur Hieroſolyma, & filij Ennon, & vallis illa olim amæniſsima, & odoratiſſima conuerteretur in ſepulchra filiorū Ennon & Iudæorum in locum fœtidiſsimum, hoc videtur interpretatus Dominus pro inferis fœtidiſsimis, quò detruduntur, qui vitam voluptariam ſequuntur & delitias rerum cæleſtium immemores, nam Procop. in Geneſim cap. de Zabulon docet myſteria ſcripturę ſignificari è rerū ſimilitudine. Vide, an ſit ſimilitudo eorum, qui obliti Dei amæna ſequuntur & voluptaria, & filiorum ennon, qui ſua valle amæniſsima in ſacrificijs idolorum fruebantur omni genere voluptatū noctu & interdiu ait idem Procopius ſignificari myſteria ſcripturæ nominum etymologia filij ennon dicuntur filij eorum, qui momento temporis pereunt, ennon enim ſonat Latinè ecce ipſi, qui dum promitterēt ſibi multos annos, ecce ipſi temporis momento ad inferos rapiuntur, dum minime putabūt hęc eadē vallis geenō aut geenā dicitur, i deſt, vallis innumerabilis multitudinis apud Ezechie. cap. 39. & cap. 40. & hamon pro multitudine nimia exercituum Danielis. 11. repetitur ſæpe & alijs locis hoc, Lxx dicunt poliandrion quoties inferos ſignificare volūt, ſi hoc Dn̄s voluit ſignificare, cur à quibuſdā ex noſtris reprehēditur? maiora inquies ſignificare voluit Dn̄s cum gehennam pro inferis vſurpauit, credo equidem tamen gehenna in veteri teſtamento erat, & dicebatur gehennon ſiue gehennam, vt dictum eſt.

Erunt duo in carnem vnam.

BAtablus in caput. 2. Geneſeos erūt duo in carne vna, legit & interpretatur, id eſt velut vna caro & vnum corpus: quæ explanatio contra Dei ſententiam apud D. Matthæ. eſſe videtur, qui ſcripſit cap. 19. itaque non ſunt duo ſed vna caro, idē dixit Dominus apud Marcum cap. 10. vbi Dominus non ait, erunt velut vna caro, ſed erūt vna caro & vnū corpus. Idem ait D. Paulus ad Epheſios cap. 5. & ad Corinthios ſub finem capitis 6. vt colligere poſsis ſimilitudinem non eſſe, ſed identitatem, & hebraicè nō eſt, erunt duo, ſed erunt in carnem vnam deeſt, enim hebraicè illa dictio duo, vt docet Eraſmus in ſuis annotationibus contra D. Matth. Marcum & Paulum; & totius eccleſiæ authoritatē caſtigare parat vulgatam & Euangeliſtas, & Diuum Paulum. adiuuat Philon in opere de gigantibus ſub finem, qui ſcripſit: & erunt duo in carnem vnam, vt appareat lectionē hebræam vitiatā hoc loco eſſe

& caſtigandam ex Euangeliſtis & D. Paulo, & ex Ariſtotele in fine libri primi de generatione animalium, vbi non ait Ariſtoteles erunt duo mas & fœmina velut in carnem vnam, idque repetit non ſemel aut bis, ſed ſæpe & verba illa propter hoc dimittet homo, quod ex noſtris quidam interpretantur propter hoc demittet vnuſquiſque patrẽ & matrem, ſententia meo quidem iudicio non ſolum falſa, ſed etiam hæretica in eodẽ folio. 83, apud Eraſmum bella quæſtio eſt vtrum hæc verba, propter hoc relinquet homo, Dei ſint verba, an prophetæ quaſi vero cũ propheta loquitur Deus in propheta non loquatur, aut quaſi propheta in quãtum propheta à ſe aliquid loquatur, aut quaſi tertio quoque verbo non iteret illud, ait Dominus omnipotens, ego Dominus omnipotẽs, aut quaſi Plato in Phædro non oſtendat in prophetis ſpiritum Dei loqui, & ea loqui, quæ ſupra omnium hominum ſapienciam & intellectum ſint, lege Eraſmum fol. 14.

Patres veſtri manducauerunt manna & mortui ſunt, Ioannis. 6.

MAgna lis de hac voce hebræa man aut manna inter nos & Iudæos eſt, nec finiri controuerſia poteſt, eaq; multis modis eſt, primum omniũ quod Iudæi negant manna dicendũ eſſe iuxta noſtra Euangelia, ſed man vt falſa noſtra eſſe doceant, Iudaica vera: & ita vix ex nouis tranſlatoribus quenquam reperies, qui non transferat man in veteri teſtamento & non manna D. Hiero. inquies man & manna tranſtuliſſe. Prudentiſsimè vt cætera D. Hierony. Iudæi vt noſtra perturbent detraxere vnum punctum, quod ſonat à ex poſtrema cõſonante huius vocis, & fecere man. Euãgelia ſemper ſonant manna & Iudæos arguunt furti illius puncti, ſed quid refert addas punctum illi voci man an detrahas punctum? idem vox illa ſignificat ſiue punctũ addas, ſiue detrahas, & ideo Hieronymus conſultiſsimè hoc facit, nõ vult eſſe controuerſia inter nos, vbi nulla eſt controuerſia, Euangelia præferũt manna, Iudæi vt Euangelio aduerſentur man nulla de re eſt controuerſia, ſed de ſcriptione proxima controuerſia eſt, quid ſit man hu, vtrum ſit quid hoc? interrogãter vt D. Hiero. interpretatur & Lxx viri, nam huic quoq; parti ſe Iudæi opponunt, qui negant manhu interroganter dici ſed affirmanter hoc eſt man ſiue hoc eſt manna. Iudæos primũ omnium confutat ſacræ ſcripturæ contextus, quo dicitur Iudæos hoc dixiſſe, quod neſcirent, quid illud eſſet, contextus enim ſcripturæ hoc arguit, quod cum vidiſſent filij Iſrael dixerunt ad inuicẽ manhu, quod ſignificat quid eſt hoc? ignorabãt enim quid eſſet, ergo cõtextus ipſe ſcripturæ ſignificat interrogationem illam fuiſſe, vt vulgata præfert, & vt præfert tranſlatio Lxx virorũ, quod ſignificat & Moſes qui reſpondit interrogationi inquiẽs iſte eſt panis, quẽ Dominus dedit vobis ad veſcẽdum, ſed Iudæi impudẽtiſsimi ſunt & rebus aperiſsimis aduerſantur, ſed hebraicè aiunt eſt man vbi eſt veritas hebraica. Miſſos faciamus dolos Iudaicos, qui dempto vno puncto noſtra conturbant, fac ita eſſe vt Iudæi dicunt, fac Iudaicos dolos non cerni oculis, & manibus prehendi, ſed vocari in controuerſiam poſſe, vtrũ in hac parte Iudaici doli inualuerint: dic quæſo te quicunque es, ſi quis forte es Eccleſiæ filius, qui Iudæis aurem adhibes, vtrum libris hebraicis, Iudaica exaratis manu fidem habes cum legis Ioannis cap. 6. manna, legi quoque manna & Apocalipſcos ſecundo & ad hebræos cap. 9. dic quæſo te cum toties in nouo teſtamento legis manna, vtrum aliquid fidei habendum putes hebraicis voluminibus Iudaica manu exaratis, quod certe facere nõ poteſ. Sed de hac re nolo plura dicere, reliqua illa dubitatio eſt, ſi mã aduerbium interrogantis eſt, vt deuinci

tur

tur è noſtra vulgata, & ex tranſlatione Lxx & ex ipſo ſacro contextu manna quid erit, & vnde dicetur id facile eſt manna verbum hebræum numerare eſt & inde nomen donum & pars, donum promiſſum hominibus verbum incarnatum, quod apud Moſem ſai dicitur ſailo vt illi erat promiſſum incarnata perſona diuina, ſcilicet, noſtra hæreditas, noſtra ſors de qua panem Angelorũ manducauit homo.

Et apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum, thus & mirrham Matthæi cap. 2.

NOn erit ab re lectorem admonere theſauros hoc loco ſignificare capſas & vaſa, quibus deferebãtur munera regi Chriſto Domino, nam theſaurus duos habet intellectus alterum repoſitoria opum & diuitiarum locum vbi obſeruantur opes & diuitiæ, & hæc propria ſignificatio eſt huius vocis theſaurus à verbo græco titihmi, id eſt, repono theſaurus repoſitorium opum & diuitiarum: ſignificat etiam theſaurus ipſas opes & diuitias per metonymiam vbi contentum pro continens ſignificatur hoc loco in propria ſignificatione accipitur pro capſis & vaſculis quibus ipſi regi Chriſto Domino afferebantur munera, aperiuntur ergo capſæ & vaſcula vt depromantur munera regi aurum, thus, & myrrha præſignificatum hoc erat loco illo Eſaiæ cap. 60. de Saba venient aurum & thus deferentes, qui locus, quod huius myſterij hiſtoriam de Magis, qui primi Iudæis euangelizauere Chriſtum natum, obtulerunt ei aurum, thus, & myrrham, mirabiliter deſcribit iuxta noſtram vulgatam, & multo magis iuxta Lxx oppugnatur ab aduerſarijs validiſsimè, qui negant ad Chriſtum poſſe referri, idque perſuaſere quibuſdã ex noſtris etiã ſanctiſsimis & doctiſsimis viris, ſed noſtros aduerſarios in commẽtarijs in illa verba Eſaiæ cap. 60. de Saba venient pluribus refutauimus catholicam Eccleſiam, quæ verba hæc toto terrarum orbe concinit, defendimus ita vt nemo contra ſtare poſsit, quantum ego mihi habeo perſuaſiſsimum, qui ea verba legere volet inde petet, adnotat Eraſmus ſomniare eos, qui Magos interpretantur maleficos, & huius rei rationẽ ſubiecit, quod Chaldaicè Magi vocentur hi, quos græci philoſophos nominãt mihi hæc licentia noſtrorum hominum aduerſus diuos ſine alicuius maioris authoritate diſplicet vehementer, & vt rem intelligas Magus apud græcos media vox eſt, quales apud Latinos & Græcos ſunt quam plurimæ, quæ contrarios habent intellectus pro re, pro tempore, pro loco ſunt explanandæ vt valetudo in bonam & in malam partem accipi ſolet, & ſacer pro execrabili & pro viro ſancto apud claros authores vſurpatur, & reſigno pro claudo, & aperio multa, quę ſunt huius generis, ita Magus pro malefico & pro philoſopho, quis enim ignoret Pharaonis Magos, & in leuitico præcipitur ne quis declinet ad Magos, & ſcribitur Saul abſtuliſſe Magos, & Elimam magum, & Simonem magum & alia huius notæ ſexcenta, vbi in ſacris litteris magus pro genere hominũ malefico accipi neceſſe eſt, ſumitur etiã Magus pro philoſopho, quos enim noſtri vocant philoſophos per ſe magos nominant, ſic eos appellat Ariſtoteles libro Metaphy. 14. magos inquit vnum principiũ rerũ feciſſe idq; putaſſe eſſe ipſum optimũ, & Strabo lib. 15. geographiæ deſcribit Magos tales fuiſſe ſacerdotes quales apud nos ſunt pontifices, vbi deſcribuntur eorum ſacerdotalia inſignia. Erodotus quoq; in Clione cum Perſarũ mores deſcribit, idem prodidit, addiditque legem eſſe apud Perſas, qua ſancitum eſſet ſine mago ſacris operari non licere, ergo cum magus hos habeat contrarios intellectus duos, aut tres ſacri ſcriptores vtroque modo interpretantur, & hunc locum Euangelij

de maleficis hominibus enarrant, qui in tenebris verſabantur Idololatras impuros ad lucem Euangelij primum vocatos alij philoſophos aiunt, qui decepti ſeruiebant dæmonibus, & qui defixi erant in contemplatione Dei, quem nominabant ipſum ſummum bonum & illud eſſe principium huius machinæ & rerum omnium aiebant, & hos ad fidem primum eſſe vocatos, quis ergo hos aut illos ſcriptores ſacros, qui hoc aut illo modo interpretantur iure vituperet, non ſomniat ergo Diuus Hieronymus qui in illa verba Eſaiæ capite 19. Ecce Dominus aſcendit ſuper nubē ait Magos doctos à dæmonibus, vel edoctos prophetia Balam veniſſe, vt adorarent filium Dei, qui venerat, vt Magorum deſtrueret artem, neque ſomniat innominatus in Matthęum, qui cum Diuo Chryſoſtomo circunfertur, qui magi inquit non malefici, ſed ſapientes orientales intelliguntur, neque ſomniat Auguſt. in ſermone de epiphania; qui contra putat ſacrilegos Magos ad adorandum Chriſtum vocatos ab ſtella, neque Diuus Thomas ſomniat, qui Auguſtinum ſecutus eodem modo interpretatur, quod perſuadet magis, quod puer, qui natus eſt nobis antequam ſciret nominare patrem & matrem rapuit ſpolia Damaſci, quæ traxit ad ſe dæmonum, ſcilicet, negant quidem rurſum hos Magos, qui ad adorandum dominum recens natum venere reges fuiſſe; & neſcio qua ratione paret quiſquam conuellere eam ſententiam, quæ per tot annorum centurias in eccleſia catholica recepta eſt, & ab ipſis eccleſiæ initijs, quaſi nobis per manus tradita à noſtris maioribus, ſi nihil aliud eſſet, quam quod prodit Plato in Alcibiade diſputans de educatione principis perſarum moris eſſe apud perſas principi ſeptem annos nato quatuor adhibere pædagogos viros optimos, quos regios pædagogos appellari ait, quorum alius ſapientiſsimus, alius iuſtiſsimus, alius frugaliſsimus, quartus fortiſsimus eſſet, quorum alius quidem Zoroaſtri magiam principem doceret, eſt enim magia inquit Plato ars, quæ Deos colere docet, docetque ea, quæ ad regni administrationem pertinent, addit Plato iuſtiſsimus vero pædagogus docebat, vt princeps quoad viueret vera diceret ſemper, frugaliſsimus ne vlli vnquam obtemperaret voluptati, fortiſsimus, vt ſe ſemper præſtaret virum fortem, & imperterritum, ſi nihil aliud eſſet inquam, quam quod hi magi regij pædagogi vt Plato docet in Politico reges appellari poſſunt, qui regi ſunt à conſilijs regij & reges iure appellētur nō minus quā ſi quis vrbis medicus eſſet medicæ artis inſcius, haberet tamen à conſilijs artis medicæ viros peritiſsimos, quorum cōſilio mederetur ægrotis, quis dubitet illos, qui à conſilijs eſſent vrbis medico imperito & eſſe, & nominari iure optimo medicos qui minus in quam hi, quorum conſilio & prudentia remp. gerit rex & imperator artis imperatoriæ inſcius reges dicentur; adde tu his Platonis verbis, quod fieri vulgo videmus hos regios pædagogos; & adminiſtros, qui ei ſunt à conſilijs co mites fieri, & duces, & Marchiones maximorum regum indulgentia porro duces, comites & Marchiones, reges appellari in hiſtorijs græcis; ſententia receptiſsima eſt, nec quiſquā hanc rem in dubium vocaret ſi nihil aliud inquam, quam hoc eſſet ſententia receptiſsima de regibus magis non erat, à quibuſdā extenuanda, mitto dicere Magos regnaſſe apud Perſas non ſemel, & cum ſcriptura dicat hos Magos Reges ſtatam illam ſententiam eſſe debuiſſe, præſertimque ab initijs Eccleſiæ ſanctæ veterū teſtimonio, & authoritate ſcripturæ ſanctæ conſtabilita eſſet ſic Tertull. in lib. aduerſum Iudæos in probatione Natiuitatis Chriſti cap. 7. ſcribit Magos Reges fuiſſe Orientis & Damaſci, & idē Tertull. aduerſus Martionem lib. tertio.

tertio. cap. octauo. Reges fuiſſe Magos probat illis pſalmi verſiculis dabitur illi de auro Arabiæ Reges Arabum, & Saba munera offerent, nam & Magos Reges fere Orientis fuiſſe ſcribit Tertull. Tertull. ergo longe antiquiſsimus fuit omnium eccleſiaſticorum & Chriſti temporibus proximus, vt à temporibus Chriſti quaſi per manus traditum ad noſtra vſque tempora deſcenderit, & Iudæos impios ad id toto pectore incubuiſſe, vt ſcripturam vitiarent alioqui tam plane hoc monſtrat ſcriptura vt cerni oculis poſſet niſi tot partibus diſcerptus & dilaceratus hic pſalmus. 71. eſſet, quod Eraſmus de puero & puello diſputat leue eſt, cum ſit vulgatum infantem recens natum puerum appellari, poſt Cyrum, qui Iudæos poſt annos Lxx captiuitatis babylonicæ in patriā reuocauit, opes dedit ad inſtaurandam vrbem, & templum Hieroſolymitanum Camby ſſes eius filius regnauit ſex annos, & Rex Magus vnum vt diximus in Aggæum prophetam poſt quem Regem Magum Darius fuit ſucceſſor cuius regno abſoluta eſt ædificatio ſecundi templi Hieroſolymitani, vt illic demonſtratum eſt. Magus ergo regnauit poſt Cambyſſem arte & dolo inquies regni Perſarum accepit habenas, vt hic Magus regnat ſi hiſtoriæ Regum Perſarum animum adhibeas alios fortaſſe non paucos Magos regnaſſe reperies ſaltem propheta Dauid huc ſpectare videtur deprauata eſſe aiunt Iudæi inquies omnia ſunt deprauata Iudæis, quæ ipſos impietatis arguunt ego lectionem veterem ſcripturæ vtraque manu retinendam puto fraudes Iudaicas non moror.

Vt prodit Herodotus in thalia, quid tum? & Darius arte & dolo.

Finis Libri Quarti.

APOLOGETICI LEONIS CASTRI PRO LECTIONE APOSTOLica & Euangelica pro noſtra Vulgata, proque tranſlatione Lxx virorum contra earũ obtrectatores & cõtra recens quaſdam æditas ſcripturæ ſanctæ tranſlationes, & interpretationes quoties eas labefactant, aut quoties de Chriſto Domino euertant prophetias Liber Quintus.

Præfatio in Librum Quintum.

PEracta parte ſuperiore de locis Apoſtolis ex veteri teſtamento citatis iuxta tranſlationem Lxx virorum, poſtremus hic reſtat actus, vt iam loca Apoſtolica et Euangelica citata ex veteri teſtamento iuxta eandem interpretationem dicamus, quo hac tranſlatio authoritate Apoſtolica et Euangelica appareat commendatiſſima, nulla enim re noſtra refutant noſtrarum rerum obtrectatores magis quã cum Vulgatam D. Hieronymi & tranſlationem Lxx omni vi oppugnant, qua de re multa tertio huius operis libro diximus. Si enim Eccleſiaſtica lectio, quæ Chriſtum locis innumeris planè prædicat, extorquetur manibus, et loco eius nobis obtruduntur Iudaicæ interpretationes, quæ ferè omnia de Chriſto ſacramenta ſubuertunt, vt verbis D. Hieronymi vtar, qua alia noſtrarum rerum refutatione eſt opus, vt noſtra omnia ruant? vt enim libro primo ex Origene à nobis eſt dictum hanc vnam viam Iudæi ſunt commenti qua noſtra euerterent, ſi prophetarum prædictiones quibus Chriſti myſteria ſunt præſignificata, aut manu vitiarent, aut falſa interpretatione peruerterẽt, illud vnicũ remedium eſt noſtram lectionem eccleſiaſticam quanta maxima vi poſſimus retinere et vulgata quidem D. Hieronymi ſacris Concilijs eſt munita quæ neſcio quomodo telis crebris aduerſariorũ confoditur. Tranſlationem Lxx quam vniuerſa Eccleſia ſequitur, et omnes patres

tres veteres græci & latini proximi temporibus Chriſti ſequuntur & interpretantur et ad refellendos Judæos et hæreticos adhibent defendamus neceſſe eſt, ne Eccleſiaſtica ruant & omnia veterum patrum ſcripta qui ea vtuntur, & iam apud quoſdam nebulones ſunt ridiculæ, appoſitis marginibus Judaicis gloſſulis et vituperationibus Lxx virorum. Cum ergo huius operis ab eius initijs fuerit oſtendere nouas quaſdam ſcripturæ ſanctæ interpretationes noſtræ ſanctæ religionis refutationes eſſe acerrimas, et nulla re nos magis oppugnari quam cum manibus extorquentur Eccleſiaſticæ interpretationes, & in locum illarum obtruduntur Judaicæ, operæpretium eſt oſtendere tranſlationem Lxx authoritate Apoſtolica & Euangelica eſſe commendatiſſimam quod ſemper ferè ab Apoſtolis et Euangeliſtis, excepto ſi quando vitiata ſit hæc interpretatio adhibet vt agnoſcatur quæ ſit eccleſiaſtica lectio in qua ſita ſit Apoſtolica et Euangelica veritas quæ potiſſimum Judaicas fallacias arguat. Quæ igitur omnium maxima commendatio huius tranſlationis eſt citatur ferè ab Apoſtolis et Euangeliſtis vt monſtramus nec citatur ſolum locis his quibus tranſlatio eſt, ſed etiam quibus commentarium ſcripturæ aut paraphraſis eſt potius quam tranſlatio, quibus locis Spiritus ſanctus qui Apoſtolorum ore loquitur ſatis indicat tranſlationem Lxx ſuo inflatu eſſe textam; alioqui Commentarium ſcripturæ aut paraphraſis non citaretur ab Apoſtolis aut Euangeliſtis. Commentarium enim ſcripturæ aut paraphraſis, ſcriptura ſacra non eſt, nec pro ſcriptura ſancta ab Apoſtolis citaretur aut Euangeliſtis, cum citatur igitur ab Apoſtolis & Euangeliſtis tranſlatio Lxx eo loci vbi tranſlatio non eſt ſed commentariū aut paraphraſis monſtratur ab Apoſtolis aut ab Spiritu ſancto qui eorum ore loquebatur id quod ſæpè teſtatur Auguſtinus tranſlationem Lxx inflatu ſuo ipſius Spiritus ſancti eſſe textam, et ſcripturam ſacram eſſe ſiue tranſlatio ſit ſeu paraphraſis aut Commentarium. Nec id ſat eſt monſtratum eſt vſque adhuc et monſtrabitur ipſum Spiritum ſanctum huius tranſlationis quam ipſe inſpirauerat tranſlatoribus, ſcholiaſtam & commentatorem fuiſſe et breuiatorem, qua dignitate quid amplius dici poſſit non intelligo. Oſtenſum quoq́; eſt veriſſimè Hieronymum dixiſſe citatam tranſlationem Lxx ab Apoſtolis et Euangeliſtis, excepto ſi quando vitiata eſſet; Nam exceptis decem ad

ſummum locis ſcriptura ab Apoſtolis et Euangeliſtis ſemper citatur iuxta Lxx viros eorumque tranſlatio ab Apoſtolis et Euangeliſtis ſemper lectioni Hebreæ antefertur, quod Spiritus ſanctus Judaicarũ fraudum præſcius nobis ſcripturam dedit fixam et ſtabilem quam nõ verſaret Iudæus in mille formas ſed quæ ſemper vna et eadem eſſet in Eccleſiæ manibus; ſed diſcrepat, aiunt, à veritate hebraica, à perfidia Judaica diſcrepat, à veritate hebraica non diſcrepat, quod hebraicè oſtenderimus duplicem eſſe lectionem, alioqui niſi ſit vitiata, ſemper vera lectio eſt in tranſlatione Lxx. Id Spiritus ſanctus arguit, qui relicta hebræa lectione tranſlationem Lxx. citat, non facturus niſi ibi veritas eſſet non in hebræa lectione; niſi quis dicere vellet Spiritum S. non eſſe in Apoſtolis loquutum contra Euangelicas litteras: Non vos eſtis qui loquimini ſed Spiritus ſanctus qui loquitur in vobis, aut niſi quis velit dicere Spiritum ſanctum falſa citaſſe quod eſt contra litteras ſacras. Nõ enim verè diceretur Spiritus veritatis niſi veritatem anteferret falſis. Hæc noſtros cogent vera fateri quæ dicimus, nec enim eorum quiſquam hæc inficiabitur quippe Chriſtiani homines ſunt & religioſi aduerſarij mei et viri boni et oculis ſuis cernẽt ſuperiore libro et hoc poſtremo nõ raro Apoſtolos et Euangeliſtas relicta hebræa lectione quoties à tranſlatione Lxx virorum diſcrepat, citare tranſlationem Lxx virorum tanquam veriorẽ, quòd in hebræa lectione mille fraudes verſarent Iudæi, vt toto libro huius operis ſecundo mõſtratũ eſt, reſpondeat aliquis ſanè nobis Chriſtianis probas quæuis omnia, nam tanto teſte quid non euinces, Iudæis non probas et ſecundo libro Iudæis ipſis Judaicas fraudes probaui et regula illa Diui Hieronymi quæ eadem Juſtini Philoſophi martyris eſt, vel peruicaciſsimis hominibus me probaturum cõfido, niſi fortè his qui poſitionem tueri vellint quod ad exteriorem ſermonẽ demonſtratio non eſt; quis enim eſt tam peruicax qui cùm lectionem Lxx videat mirabiliter congruere cum hebræa editione, diſtinctione ſola mutata, aut mutatis pũctis aut vnius duarumvè litterarum leui flexu, idque ferè ita fieri non intelligat Iudaicos ſubeſſe dolos, præſertim ſi adhibeat canonem illum de quo dixi quemq́ exemplo codicis Hiſpani latinè verſi ob oculos omnium ſæpè poſui, in quo ſi legeretur. Rompio vna entrada por la puerta, et translatum latinè videret, aperuit aditum per hortos, tam ſtipes eſſet

quin

quin videret legendum in Hiſpano codice, rompio vna entrada por la huerta, et non,por la puerta,aut ſi in Hiſpano codice legeretur, nó eſtaua en caſa,ni aun vna moça. Et verſum videret latinè, ne muſca quidem domi erat,certè intelligeret interpretem in Hiſpano codice legiſſe,no eſtaua en caſa,ni aun vna moſca,et non,ni aun vna moça,ſi in Hiſpano codice legeretur,yuan con ſus ramos, & redditum latinè videret,cum ſuis heris ibant,cerneret ſanè in Hiſpano codice legi debuiſſe,yuan con ſus amos,et non,con ſus ramos,ſi in codice Hiſpano legeres,paſſaron por vna puente do cogieron agua clara, et translatum legeres,iuxta fontem prꝑteriere,etc. dubitares quæſo quin in Hiſpanó codice,paſſaron por vna fuente,legendum eſſet,& non,por vna puente. Atqui ad hoc exemplum oſtendi lib. 2. Diuum Hieronymum trãſlationem Lxx virorum tueri,ſed vbi translatio Lxx paraphraſis eſt aut commentarium hac ratione illam non poſſes tueri aiunt, quid? qui tantum opus molitur analphabetus erit? an tinctus litteris et diſciplinis,mutatã vna littera aut duabus ſimilibusq́, intelliget lectionem hebrꝑam idem ſonare cum illo quod vertere Lxx iuxta illud Auguſtini qui diligenter attenderit intelliget vtraq́, translatione idem ſignificari. Iam ſi hebraicè deſint dictiones,et orationes aliquando, de hoc quoq́, fuſe diximus lib. 2. Deniq́, Iudæi veritatem ſuæ lectionis probare non poterunt quam impia Iudæi manus exarat et mille verſat fraudes vt monſtratum eſt,nec hoc refellat Iudæus niſi illo Rhetoricæ argumento quod exiguarum virium eſt quod dicitur ex aſſeueratione. Ego hoc feci? ego hoc dixi? o facinus indignum,quale illud eſt comedam, inquit, flebile nati ſinciput elixi? talia enim ſunt quæ Iudæi afferunt de maledictis legis in eos qui litteras mutant ſacras, et de ſanctimonia & religione inſeruandis ſacris litteris,quibus repugnant teſtimonia Iudæorum antiquiſſimorum et Rabinorũ quæ ſecundo libro citauimus,et tu quomodo tuos defendis Lxx viros argumentis inſolubilibus inquã, diuinis teſtimonijs quod his duobus poſtremis libris quadringẽta et eo amplius Apoſtolica & Euangelica teſtimonia citamus quibus teſtimonijs Spiritus ſanctus relicta lectione hebrꝑa ea citat et hebrꝑæ lectioni ea antefert,& veterum Patrum qui proximi temporibus Chriſti fuerant teſtimonijs innumerabilibus quibus vnam et eandem ſine vlla varietate græcè & latinè tranſlationem Lxx veriſſimã probant,

quid

quid petas amplius? Noſtri aduerſarij quid amplius exigant? vbi tot citantur diuina teſtimonia ſupra trecenta opinor, Iudæi et infideles quid poſtulent amplius? vbi antiquiſsima tot ſint teſtimonia Apoſtolica et Euangelica, et temporum Chriſti patrum veterum authoritas, qui noſtræ lectionis innumerabilia citant teſtimonia, et excitant vna & eadem cum his quæ noſtris temporibus leguntur, quæ hebraicè vitiata videmus, Quid vel ſeueriſsimus Iudex plus exigat, quam quod nos præſtamus locos ſcripturæ qui varij in lectione hebrææ eſſe videntur, ita lectos fuiſſe, vt apud nos leguntur temporibus Chriſti, temporibus Apoſtolicis, & Chriſti temporibus proximis annis, idq́; græcè et latinè in ſcriptis veterum tanto temporum & locorum interuallo diſiunctis, quid in re ſimili præſtari poteſt amplius? prodeat in mediũ Iudæus & præſtet aliquid ſimile, non ſi ſe ruperit id faciet, aſſeueratione pugnabit tantum Iudæus ne id facturus erit? litteras ſacras erat violaturus? contra Dei tot ac tanta maledicta? immanitate flagitiorum ſe defendit Iudæus nec aliud quicquam pro ſe poteſt afferre, nos vetera omnia pro nobis citamus vnam et eandem ſcripturam noſtrã græcè & latinè apud veteres omnes oſtendimus apud Apoſtolos & Euangeliſtas, apud ſcriptores antiquiſsimos tàm ſcriptores ſacros quã Iudæos Ioſephum, Philonem, Aquilam, Symmachum, Theodotionem ſeruatam noſtram ſcripturam oſtendimus in Synagogis Iudæorum per octingentos & eò amplius annos, ne in ſuſpitionem vllam nos vllo modo venire poſsimus, horum nihil Iudæi poterunt præſtare. tantum repetent legis maledicta in eos qui ſcripturam mutant et Iudæorum anathema & meras nugas legis maledicta timebunt Iudæi et Iudæorum anathema qui dixere: Hic eſt hæres venite occidamus eum, qui in ſe admiſere immane nefas vt regem gloriæ crucifigerent; qui dixere, eradamus eum de terra viuentium, quarum rerum videmus teſtimonia, quod vaſtata vniuerſa Iudæa iacet per mille quingentos annos quod Iudæi ſuis ſedibus pulſi per annos mille quingentos exulãt ſine rege, ſine ſacerdote, ſine templo, et quod his omnibus longe maius eſt, quod exemplo codicis Hiſpani millies repetito tranſlatione Lxx oſtenditur hebraice fraudes eſſe factas mutatione punctorum fere aut litterarum, age tu qui tam longe ſummotus pro Iudæis cauſam dicis hæc dilue, his reſponde, loquere audacter quid horum non tam verum

eſt

eſt ut oculis cerni et manibus prehendi non liceat? ſed tu dicent maiora profeſſus hæc longe minora præſtas, ſiquidem a principio pollicitus eras te demonſtraturum nouas has interpretationes quaſdam noſtræ religionis eſſe refutationes acerrimas, huc euaſiſti tandem vt tranſlationem Lxx defenderes, & citatam ab Apoſtolis et Euangeliſtis ſemper monſtrares abſque decem aut ad ſummũ duodecim locis, tibi cõſtares, Amphora cœpit inſtitui cur vrceus exijt? id vos male vrit vretq; quamdiu viuetis, Maxima refutatio religionis noſtræ ea erat quæ Iudæi et infideles eam refellebant quod ſcriptura ſacra qua Eccleſia noſtra ſancta vteretur falſa erat, & è re noſtra futurum vt nouæ interpretationes ad veritatem hebraicam factæ reciperentur et noſtra emẽdarentur. Dic quæſo tu Synagogæ defenſor, quid hac refutatione vehementius? quid grauius? quid infenſius? ſcripturam ne milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo anno tandẽ mutabimus? ab impia ſynagoga mutuabimus ſcripturam? tandẽ tandẽ ſynagogæ impiæ defenſor, victas dabimus manus, nos deceptos fatebimur. Dic quæſo te qui profeſſus eſt ſe monſtraturum Iudaicas quaſdam interpretationes ſcripturæ ſanctæ, refutationes noſtræ religionis eſſe hanc partem intactam erat relicturus? Ego hanc partem acerrimam noſtræ religionis ſanctæ eſſe refutationem ſemper ſum arbitratus dignamq; inprimis quæ refelleretur. Itaq; libro ſuperiori et hoc libro poſtremo cũ dico tantum, citatur hic locus iuxta trãſlationem Lxx perſuaſum habeo me aduerſarios noſtros potiſsimum refellere: qui poſſum enim magis eos refutare, qui noſtram ſcripturam paſsim erroribus ſcatere affirmant et caſtigandam ex lectione hebræa quam cùm oſtendo eam ab Apoſtolis et Euangeliſtis citari? nam cùm id oſtendo ab Spiritu ſancto qui in Apoſtolis et Euãgeliſtis loquitur citari oſtendo, et cum relicta lectione hebræa ſi forte ab tranſlatione Lxx diſcordat eam ab Spiritu ſancto citari monſtro, eadem opera tranſlationem Lxx ab Spiritu ſancto lectioni hebrææ mõſtro anteferri, quare vtraq; aduerſariorum refutationes refuto cùm veriſsimam eam ſcripturam demonſtro quam ſemper citet Spiritus ſanctus et cùm oſtendo hebræa lectione veriorem ferè eam ab Spiritu ſancto iudicari quoties ab hebrea lectione diſcrepare videatur, et nihilo ſecius relicta lectione hebræa ab Spiritu ſancto citari, garriãt Iudæi et deblatterent quantum velint cùm tantùm dico hic locus citatur

tur

tur iuxta Lxx illorum refutationes quibus noſtram ſcripturam refutant prorſus authore Spiritu ſancto refello et tranſlationem Lxx authore Spiritu ſancto hebræa lectione longè veriorem in pleriſq; arguo, et lectionem hebræam non raro ſed plerumq; vitijs ſcatere commonſtro, qui huius operis ſcopus eſt. At dixi inquiunt tranſlationem Lxx plurimis locis eſſe defectam & laceram, ita eſt, ſed tranſlatione Diui Hieronymi qua nihil eſt diuinius reſarcitur quæ ante Diui Hieronymi tempora Iudaicis tranſlationibus ſolebat reſarciri.

APOSTOLORVM LOCI.

Ex D. Petro.

SEd iam tempus eſt, vt ad rem ipſam aggrediamur; & ab Apoſtolorum Principe D. Petro trahamus initium, prius à Chriſto Domino precati, vt in hac potiſſimum parte noſtros curſus regat, & eius ſpiritus nobis aſpiret fœliciter.

Ex Epiſtola prima Petri, & ex cap. 1. & Eſaia cap. 40.

Vulga. I *Omnis caro vt fœnum & omnis gloria eius, tanquam flos fœni, exaruit fœnũ & flos eius decidit, verbum autẽ Domini manet in æternum.*

Lectio Hebrea.

omnis & fœnum caro omnis
כָּל הַבָּשָׂר חָצִיר וְכָל
campi sicut flos miſericordia eius
חַסְדּוֹ כְּצִיץ הַשָּׂדֶה׃

Lxx.

omnis caro fœnum & omnis gloria hominis
πᾶσα σὰρξ χόρτος καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου
vt flos fœni exiccatum eſt fœnum & flos
ὡς ἄνθος χόρτου ἐξηράνθη χόρτος, καὶ ἄνθος
decidit autem verbum Dei noſtri manet
ἐξέπεσεν, τὸ δὲ ῥῆμα τοῦ θεοῦ ἡμῶν μένει
in æternum.
εἰς τὸν αἰῶνα.

D. Petrus.

omnis caro vt fœnum & omnis gloria
πᾶσα σὰρξ ὡς χόρτος καὶ πᾶσα δόξα
hominis vt flos fœni exiccatũ eſt fœnũ
ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου, ἐξηράνθη ὁ χόρτος
& flos ipſius decidit autem verbum
καὶ ἄνθος αὐτοῦ ἐξέπεσεν, τὸ δὲ ῥῆμα τοῦ
Domini manet in æternum.
κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα.

PRimum omnium iam D. Petrus teſtis eſt, tranſlationem Lxx iuxta quam ipſe hunc locum citat hebræa lectione eſſe veriorem. Nam quod Lxx vertere, Omnis gloria hominis quaſi flos fœni, hebraicè eſt, omnis miſericordia eius quaſi flos agri, vbi apparet hebraicè mutatam eſſe vnam dictionem in alterã, chebodo, gloria eius, in, chaſdo, miſericordia eius quod Iudæi facere ſolent vt noſtra refutent quando rectà via facere non poſſunt per dolos & inſidias: ſecundo nanque libro cap. 64. oſtẽdimus in hebræa lectione alias dictiones in alias mutari non raro aut Iudaica malitia aut negligentia. Vitium autem eſſe in hebræa lectione non in Apoſtolica inde liquet; quod in Apoſtolo Petro Chriſti vicario & Apoſtolorũ Principe loquitur Chriſtus & eius Spiritus, veram igitur Chriſtus & eius Spiritus lectionem hebræam ore Apoſtoli Petri expreſſere, nec æditio hebræa quæ nunc circunfertur vera eſt, ſed à Iudæis vitiata, quæ pro, chebodo, gloria eius, chaſdo, miſericordia eius præfert. Hoc idem apparet ex vulgata D. Hieronymi qui tranſtulit gloria eius, qua tranſlatione præ ſe tulit ſe hebraicè legiſſe, chebodo, gloria eius, non, chaſdo, miſericordia eius. Iſidorus Clarus caſtigat vulgatam; nec enim legit gloria eius ſed miſericordia eius. Eandem lectionem agnoſcunt omnes Iudæi & aduerſarij noſtri, magis enim illos mouet Iudaica ſententia quã authoritas vulgatæ, & quam D. Petri authoritas. Sed age Iudaicam ſententiam cum Apoſtolica comparemus. Miratur inquit Vatablus bonitatem diuinã quo modo Chriſtus voluerit venire ad homines infirmos quos comparat herbæ nempè vulgus, præſtantiores flori qui tamen cito marceſcit, quaſi dicat: Omnes homines ſunt infirmi & fragiles. Iſidorus his verbis videtur mihi velle ſignificare hanc præſtitã gratiam hominibus à ſola Dei benignitate profectã præſertim cũ ſequatur omnis miſericordia eius, hoc eſt omnia beneficia eius quaſi flos agri, vt quidquid videtur in nobis bonũ nihil ſit aliud quã res quædã caduca & fragibis. Quæ ſentẽtia mihi hæreti ca eſſe videtur. Similiſq; illi quam impij Iudæi

Iudæi dicebãt: Comedamus & bibamus cras moriẽmur, Ita ne? quicquid in nobis eſt fragile & caducũ eſt? Hoc dicere falſum eſt & hæreticũ, eſt enim in nobis animus ratiōne præditus immortalis & incorruptibilis etiã iuxta Philoſophos, eſt & ignis æternus cruciãs ſempiternis flãmis malos etiã iuxta eoſdẽ Philoſophos, vt plurimis locis memorat Plato, repugnat igitur hęc ſententia ſcripturæ veteris & noui teſtamẽti atq; adeo Philoſophiæ. Adde & illud Omnis miſericordia aiũt, aut omnis pietas, vt alij: vertũt vt flos agri qui cito areſcit, quis non dico Philoſophorũ ſed hominũ agreſtiũ aut immaniũ hoc dixit vnquã? virt⁹ namq; ſempiterna eſt & eius benefacta nunquã intereũt alioqui homines mali qui ſunt peiores feris immanibus, vt docet Ariſtoteles, prudentiores eſſent viris bonis, veraq; eſſet ſententia Thraſymachi apud Platonẽ lib. 1. de R. P. qua lõga oratione aduerſum virtutẽ perorat, & viros malos impios & iniuſtos viris bonis iuſtis & ſapiẽtibus anteponit, quẽ Socrates ſequẽtibus de R. P. libris refellit. Adde quod virt⁹, pietas, & miſericordia, vt diuinitus docet D. Tho. etiã apud inferos hominibus eſt profutura vbi cruciãtur ſempiternis flãmis, quid ni iuuet? cũ quãdiu edũt virtutũ actus nõ addunt peccata quæ efficerẽt vt acrius in inferno cruciarẽtur, hoc ipſo ergo iuuãt q̃ dũ officia virtutũ meditãtur nõ peccãt, niſi velis erroneã ſentẽtiã tueri illã omnia infidelũ opera eſſe peccata & in homine infideli nec virtutes naturales aut morales imperfectas eſſe poſſe, dũ meditãtur etiã mali actus virtutũ aut D. Tho. Cõparãt habitus quibus minus peccent quo minus acriter in inferno cruciẽtur. Sed Iudæi, vt docet Origenes cõtra Celſum, nec fateri volunt eſſe animarũ cruciatus ſempiternos, quin ſi eorũ ſententiã noſtrorũ aduerſariorum excutimus Sadducæi hęretici eſſe videtur, illa enim ſentẽtia quã retulimus noſtrorũ aduerſariorũ Sadducæorũ eſt, Nemo enim niſi Sadducæus diceret omnẽ pietatẽ aut miſericordiã exſiccari momẽto tẽporis & interire cũ in bonis ſint ſempiternæ, & cũ in malis ſemper ſit profuturũ apud inferos illas aliquando coluiſſe, ſunt em̃ apud inferos cruciamẽtorũ gradus, quẽadmodũ apud ſuperos gradus ſunt gloriæ. Sed iã expẽdamus Apoſtolicã ſententiã & veterũ Patrũ qui eã ſequũtur, Tertullia. in lib. de Reſurrectione carnis ca. 43. Eſaias alibi: omnis caro fœnũ, inquit, alibi, videbit omnis caro ſalutare Dei, exitus nõ ſubſtãtias diſtinxit, duplicẽ. ſ. ſtatũ ſalutis & pœnæ, omnis igitur caro fœnũ quæ igni deputatur, & omnis caro videbit ſalutare Dei quæ ad ſalutẽ ordinatur, deme fœnũ carnis immũdę quę exſiccata igni & beſtijs deputatur, & ſolã tibi reſerua, quæ viſura ſit Dei ſalutare, & addit Tertullianus ab hoc eodem Propheta, alias gẽtes deputatas in puluerẽ & ſaliuã quę nõ erãt crediturę, alias ſperaturas in nomẽ & brachiũ Dñi quę crediturę erãt iuxta hãc interpretationẽ ſpecta quã bene omnia cõgruãt omnis caro fœnũ & omnis gloria hominis vt flos fœni, Principes. ſ. & reges, & omnis principatus & opulẽtia quę momẽto tẽporis euaneſcit, de quib⁹ poëtarũ & Philoſophorum dicta innumerabilia citare poſſemus, ſed nunc nõ erat his locus, ſat ſit dixiſſe illud fallax gratia & vana eſt pulchritudo mulier timẽs Deũ ipſa laudabitur. Vidi impiũ ſuperexaltatũ trãſiui & nõ eſt inuẽtus locus eius. Verbũ ergo Dñi Euãgeliũ, ſcilicet, vt D. Petrus interpretatur, manet in ęternũ, nõ hoc indicat ſatis quod vix quiſquã ex Principibus & Regibus potentiſsimis ſi impij ſint in Prophetis homo non dicitur ſed bellua, trãſit ergo horũ gloria, & pro iumẽtis deputantur & peiores multo: pereũt enim iumẽtorũ animæ vna cũ corpore, horũ animæ æternis ſupplicijs mãcipãtur, quod Plato in Gorgia & alijs locis multis docet, Ambro. Hexameron lib. 3. c. 7. Omnis caro fœnũ inquit, Verè viret em̃ gloria hominis in carne quaſi

fœnum

fœnum & quæ putatur eſſe ſublimis, exigua quaſi herba eſt, præmatura vt flos, caduca quaſi fœnũ, germinat vitæ viriditatẽ in ſpecie, nõ in fructu ſoliditatẽ, quæ firmitudo in carne? quæ ſalubritas diuturna? Additq; Amb. idẽ de ſtirpe generoſa, ſimilibusq;, quæ vt flos fœni p̃tereũt oĩa, ſubijcit. Oportet igitur nos illud quærere diuinũ verbũ dñi quod manet in æternũ. i. Euangeliũ, expẽde tu tecũ quãto melius hæc noſtri quã Iudæi, & tamẽ aduerſarios Iudæos ſequi iuuat, non noſtros, & caput eccleſiæ refutare. Quid agas, inquiẽt, ſi hebræa lectio repugnat quæ nõ præfert gloria eius vt flos fœni, ſed pietas vel miſericordia eius, vt flos fœni, ſi impius Rabinus vel tenuiſſimus admoneret nõ legẽdũ eſſe, chaſdo, miſericordia eius, ſed chebodo, gloria eius, id adnotarẽt diligenter & obſeruarẽt religioſè, admonẽt Lxx ſeniores, admonẽt D. Hieron. D. quoq; Petrus & ſpiritus ſ. admonet, & oẽs ſimul non tantũ apud eos põdus habẽt, quantũ Rabinus vnus vel tenuiſſimus, nõ admonet, aiũt, Spiritus S. aientẽ Spiritũ ſ. audiremus religioſiſsimè, qui poteſt magis quã cũ citat gloria eius, an non, tũc planè dicit legendũ eſſe hebraicè, chebodo, & nõ chaſdo, cũ legit gloria eius, & non miſericordia eius? vt in illis exẽplis Hiſpani codicis qui verſus latinè eſſet mille ante annis, ſi in codice Hiſpano legeretur roſca, & interpres pro roſca, vertiſſet florẽ, nõ ſignificaret in Hiſpano codice legẽdũ eſſe roſca, ſed roſa? Si in Hiſpano codice legeretur, vaſura, & interpres reddidiſſet abacũ, nõ planè oſtẽderet nõ legẽdũ eſſe in Hiſpano codice, vaſura, ſed baxilla, ſi vbi Hiſpano codice legeretur, en ſus caſas, & hoc latinè eſſet redditũ, in ſuis capſis, nõ appareret legendũ eſſe, en ſus caxas? dic quæſo qui minus, D. Petrus & Spiritus ſ. qui eius ore loquitur, cùm id quod hebraice eſt, chaſdo, miſericordia eius interpretatur gloria eius monſtrat non legendũ eſſe, chaſdo, miſericordia eius, ſed chebodo, gloria eius: certè non magis planè Spiritus ſ. id diceret, ſi apertè diceret vitiatã eſſe hebræã lectionem; & nõ legendũ, chaſdo, ſed chebodo, quã cũ vertit gloria eius ſi tu ſcias hebraice vt hiſpane ſi vbi legitur in codice Hiſpano, hizo traer de a carreo mucha paja, ſi verſũ videres, fecit aſportari multũ frumenti, plane diceret legendũ, hizo traer mucho pan, ſi ſcires, inquam, hebraice vt hiſpane ex trãslatione agnoſceres verã lectionẽ hebræã. Verior igitur pronuntiatur à D. Petro, & ab Spiritu ſ. trãſlatio Lxx quam hebræã lectio & caſtigatior. Nam totus hic locus citatur à D. Petro iuxta translationẽ Lxx ad verbũ, hoc tantum intereſt, quod vbi Lxx dixere χόρτος fœnũ, D. Petr. dixit ὡς χόρτος vt fœnũ, Sed Quintil. docet idem duas illas orationes ſignificare excepto q̃d ſi de viro forti dicas, vt leo eſt, cõparatio eſt, ſi dixeris, leo eſt, metaphora eſt. D. Hier. aliquãtũ diuerſam agnouit lectionẽ hebræam, ſed quæ idẽ ſignificet de varietate lectionis hebrææ quæ in quibuſdam locis eſt libro ſecundo diximus capit. 64. Adnotanda tamen hoc loco eſt illa Origenis regula, quia monet Apoſtolos in citandis ſcripturæ teſtimonijs citare neceſſaria, omittere media: nam hoc loco Diuus Petrus cum citaſſet illa ſuperiora, omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis vt flos fœni. Omittit illa omnia media, verè fœnum eſt populus, exiccatum eſt fœnũ & cecidit flos. Addidit verò ea quæ ſequuntur, verbũ autem Domini manet in æternum. Dicet aliquis certe latina æditio, nec cum lectione hebræa congruit, nec cum vulgata Diui Hieronymi, latina æditio fateor quæ conflata eſt aliquando ex vulgata D. Hier. & ex trãslatione Lxx quod vtraq; eodẽ ſpectat, vtraq; eſt eccleſiaſtica & admirabilis. Tamẽ ſi Græca Græcis cõferas mirabiliter verba Petri cõgruũt cum translatione Lxx & apparet à Iudæis lectionem hebræam fuiſſe vitiatã, vt Apoſtolicæ & Eccleſiaſticæ lectionis authoritatem conuellant.

APOLOGETICI LEONIS CASTRI PRO LECTIONE APOSTOLICA & Euangelica pro noſtra Vulgata, proque tranſlatione Lxx virorum contra earũ obtrectatores & cõtra recens quaſdam æditas ſcripturæ ſanctæ tranſlationes, & interpretationes quoties eas labefactant, aut quoties de Chriſto Domino euertant prophetias Liber Quintus.

Præfatio in Librum Quintum.

PEracta parte ſuperiore de locis Apoſtolis ex veteri teſtamento citatis iuxta tranſlationem Lxx virorum, poſtremus hic reſtat actus, vt iam loca Apoſtolica et Euangelica citata ex veteri teſtamento iuxta eandem interpretationem dicamus, quo hac tranſlatio authoritate Apoſtolica et Euangelica appareat commendatiſsima, nulla enim re noſtra refutant noſtrarum rerum obtrectatores magis quã cum Vulgatam D. Hieronymi & tranſlationem Lxx omni vi oppugnant, qua de re multa tertio huius operis libro diximus. Si enim Eccleſiaſtica lectio, qua Chriſtum locis innumeris planè prædicat, extorquetur manibus, et loco eius nobis obtruduntur Iudaica interpretationes, quæ ferè omnia de Chriſto ſacramenta ſubuertunt, vt verbis D. Hieronymi vtar, qua alia noſtrarum rerum refutatione eſt opus, vt noſtra omnia ruant? vt enim libro primo ex Origene à nobis eſt dictum hanc vnam viam Iudæi ſunt commenti quâ noſtra euerterent, ſi prophetarum prædictiones quibus Chriſti myſteria ſunt præſignificata, aut manu vitiarent, aut falſa interpretatione peruerterẽt, illud vnicũ remedium eſt noſtram lectionem eccleſiaſticam quanta maxima vi poſsimus retinere et vulgata quidem D. Hieronymi ſacris Concilijs eſt munita quæ neſcio quomodo telis crebris aduerſariorũ confoditur. Tranſlationem Lxx quam vniuerſa Eccleſia ſequitur, et omnes patres

tres veteres græci & latini proximi temporibus Chriſti ſequuntur & interpretantur et ad refellendos Judæos et hæreticos adhibent defendamus neceſſe eſt, ne Eccleſiaſtica ruant & omnia veterum patrum ſcripta qui ea vtuntur, & iam apud quoſdam nebulones ſunt ridiculæ, appoſitis marginibus Iudaicis gloſſulis et vituperationibus Lxx virorum. Cum ergo huius operis ab eius initijs fuerit oſtendere nouas quaſdam ſcripturæ ſanctæ interpretationes noſtræ ſanctæ religionis refutationes eſſe acerrimas, et nulla re nos magis oppugnari quam cum manibus extorquentur Eccleſiaſticæ interpretationes, & in locum illarum obtruduntur Judaicæ, operæpretium eſt oſtendere tranſlationem Lxx authoritate Apoſtolica & Euangelica eſſe commendatiſſimam quod ſemper ferè ab Apoſtolis et Euangeliſtis, excepto ſi quando vitiata ſit hæc interpretatio adhibet vt agnoſcatur quæ ſit eccleſiaſtica lectio in qua ſita ſit Apoſtolica et Euangelica veritas quæ potiſſimum Judaicas fallacias arguat. Quæ igitur omnium maxima commendatio huius tranſlationis eſt citatur ferè ab Apoſtolis et Euangeliſtis vt monſtramus nec citatur ſolum locis his quibus tranſlatio eſt, ſed etiam quibus commentarium ſcripturæ aut paraphraſis eſt potius quam tranſlatio, quibus locis Spiritus ſanctus qui Apoſtolorum ore loquitur ſatis indicat tranſlationem Lxx ſuo inſlatu eſſe textam; alioqui Commentarium ſcripturæ aut paraphraſis non citaretur ab Apoſtolis aut Euangeliſtis. Commentarium enim ſcripturæ aut paraphraſis, ſcriptura ſacra non eſt, nec pro ſcriptura ſancta ab Apoſtolis citaretur aut Euangeliſtis, cum citatur igitur ab Apoſtolis & Euangeliſtis tranſlatio Lxx eo loci vbi tranſlatio non eſt ſed commentariū aut paraphraſis monſtratur ab Apoſtolis aut ab Spiritu ſancto qui eorum ore loquebatur id quod ſapè teſtatur Auguſtinus tranſlationem Lxx inſlatu ſuo ipſius Spiritus ſancti eſſe textam, et ſcripturam ſacram eſſe ſiue tranſlatio ſit ſeu paraphraſis aut Commentarium. Nec id ſat eſt monſtratum eſt vſque adhuc et monſtrabitur ipſum Spiritum ſanctum huius tranſlationis quam ipſe inſpirauerat tranſlatoribus, ſcholiaſtam & commentatorem fuiſſe et breuiatorem, qua dignitate quid amplius dici poſſit non intelligo. Oſtenſum quoq́; eſt veriſſimè Hieronymum dixiſſe citatam tranſlationem Lxx ab Apoſtolis et Euangeliſtis, excepto ſi quando vitiata eſſet; Nam exceptis decem ad

quin videret legendum in Hiſpano codice, rompio vna entrada por la huerta, et non, por la puerta, aut ſi in Hiſpano codice legeretur, no eſtaua en caſa, ni aun vna moça. Et verſum videret latinè, ne muſca quidem domi erat, certè intelligeret interpretem in Hiſpano codice legiſse, no eſtaua en caſa, ni aun vna moſca, et non, ni aun vna moça, ſi in Hiſpano codice legeretur, yuan con ſus ramos, & redditum latinè videret, cum ſuis heris ibant, cerneret ſanè in Hiſpano codice legi debuiſse, yuan con ſus amos, et non, con ſus ramos, ſi in codice Hiſpano legeres, paſſaron por vna puente do cogieron agua clara, et translatum legeres, iuxta fontem præteriere, etc. dubitares quæſo quin in Hiſpano codice, paſſaron por vna fuente, legendum eſſet, & non, por vna puente. Atqui ad hoc exemplum oſtendi lib. 2. Diuum Hieronymum trãſlationem Lxx virorum tueri, ſed vbi translatio Lxx paraphraſis eſt aut commentarium hac ratione illam non poſſes tueri aiunt, quid? qui tantum opus molitur analphabetus erit? an tinctus litteris et diſciplinis, mutatà vna littera aut duabus ſimilibusq́; intelliget lectionem hebræam idem ſonare cum illo quod vertere Lxx iuxta illud Auguſtini qui diligenter attenderit intelliget vtraq́; translatione idem ſignificari. Iam ſi hebraicè deſint dictiones, et orationes aliquando, de hoc quoq́; fuſe diximus lib. 2. Deniq́; Iudæi veritatem ſuæ lectionis probare non poterunt quam impia Iudæi manus exarat et mille verſat fraudes vt monſtratum eſt, nec hoc refellat Iudæus niſi illo Rhetoricæ argumento quod exiguarum virium eſt quod dicitur ex aſſeueratione. Ego hoc feci? ego hoc dixi? o facinus indignum, quale illud eſt comedam, inquit, flebile nati ſinciput elixi? talia enim ſunt quæ Iudæi afferunt de maledictis legis in eos qui litteras mutant ſacras, et de ſanctimonia & religione inſeruandis ſacris litteris, quibus repugnant teſtimonia Iudæorum antiquiſſimorum et Rabinorũ quæ ſecundo libro citauimus, et tu quomodo tuos defendis Lxx viros argumentis inſolubilibus inquã, diuinis teſtimonijs quod his duobus poſtremis libris quadringẽta et eo amplius Apoſtolica & Euangelica teſtimonia citamus quibus teſtimonijs Spiritus ſanctus relicta lectione hebræa ea citat et hebrææ lectioni ea antefert, & veterum Patrum qui proximi temporibus Chriſti fuerant teſtimonijs innumerabilibus quibus vnam et eandem ſine vlla varietate græcè & latinè tranſlationem Lxx veriſſimã probant,

quid

quid petas amplius? Noſtri aduerſarij quid amplius exigant? vbi tot citantur diuina teſtimonia ſupra trecenta opinor, Iudæi et infideles quid poſtulent amplius? vbi antiquiſsima tot ſint teſtimonia Apoſtolica et Euangelica, et temporum Chriſti patrum veterum authoritas, qui noſtræ lectionis innumerabilia citant teſtimonia, et excitant vna & eadem cum his quæ noſtris temporibus leguntur, quæ hebraicè vitiata videmus, Quid vel ſæuiſsimus Iudex plus exigat, quam quod nos præſtamus locos ſcripturæ qui varij in lectione hebræa eſſe videntur, ita lectos fuiſſe, vt apud nos leguntur temporibus Chriſti, temporibus Apoſtolicis, & Chriſti temporibus proximis annis, idq́ græcè et latinè in ſcriptis veterum tanto temporum & locorum interuallo diſiunctis, quid in re ſimili præſtari poteſt amplius? prodeat in mediũ Iudæus & præſtet aliquid ſimile, non ſi ſe ruperit id faciet, aſſeueratione pugnabit tantum Iudæus ne id facturus erit? litteras ſacras erat violaturus? contra Dei tot ac tanta maledicta? immanitate flagitiorum ſe defendit Iudæus nec aliud quicquam pro ſe poteſt afferre, nos veter a omnia pro nobis citamus vnam et eandem ſcripturam noſtrã græcè & latinè apud veteres omnes oſtendimus apud Apoſtolos & Euangeliſtas, apud ſcriptores antiquiſsimos tàm ſcriptores ſacros quã Iudæos Ioſephum, Philonem, Aquilam, Symmachum, Theodotionem ſeruatam noſtram ſcripturam oſtendimus in Synagogis Iudæorum per octingentos & eò amplius annos, ne in ſuſpitionem vllam nos vllo modo venire poſsimus, horum nihil Iudæi poterunt præſtare. tantum repetent legis maledicta in eos qui ſcripturam mutant et Iudæorum anathema & meras nugas legis maledicta timebunt Iudæi et Iudæorum anathema qui dixere: Hic eſt hæres venite occidamus eum, qui in ſe admiſere immane nefas vt regem gloriæ crucifigerent, qui dixere, eradamus eum de terra viuentium, quarum rerum videmus teſtimonia, quod vaſtata vniuerſa Iudæa iacet per mille quingentos annos quod Iudæi ſuis ſedibus pulſi per annos mille quingentos exulãt ſine rege, ſine ſacerdote, ſine templo, et quod his omnibus longe maius eſt, quod exemplo codicis Hiſpani millies repetito tranſlatione Lxx oſtenditur hebraice fraudes eſſe factas mutatione punctorum fere aut litterarum, age tu qui tam longe ſummotus pro Iudæis cauſam dicis hæc dilue, his reſponde, loquere audacter quid horum non tam verum

eſt

eſt vt oculis cerni et manibus prehendi non liceat? ſed tu dicent maiora profeſſus hæc longe minora præſtas, ſiquidem a principio pollicitus eras te demonſtraturum nouas has interpretationes quaſdam noſtræ religionis eſſe refutationes acerrimas, huc euaſiſti tandem vt tranſlationem Lxx defenderes, & citatam ab Apoſtolis et Euangeliſtis ſemper monſtrares abſque decem aut ad ſummũ duodecim locis vtibi cõſtares, Amphora cœpit inſtitui cur vrceus exit? id vos male vrit, vretq́; quamdiu viuetis, Maxima refutatio religionis noſtræ ea erat quæ Iudæi et infideles eam refellebant quod ſcriptura ſacra qua Eccleſia noſtra ſancta vteretur falſa erat, & è re noſtra futurum vt nouæ interpretationes ad veritatem hebraicam factæ reciperentur et noſtra emẽdarentur. Dic quæſo tu Synagogæ defenſor, quid hac refutatione vehementius? quid grauius? quid infenſius? ſcripturam ne milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo anno tandẽ mutabimus? ab impia ſynagoga mutuabimus ſcripturam? tandẽ tandẽ ſynagogæ impiæ defenſor, victas dabimus manus, nos deceptos fatebimur. Dic quæſo te qui profeſſus eſt ſe monſtraturum Iudaicas quaſdam interpretationes ſcripturæ ſanctæ, refutationes noſtræ religionis eſſe hanc partem intactam erat relicturus? Ego hanc partem acerrimam noſtræ religionis ſanctæ eſſe reſutationem ſemper ſum arbitratus dignamq́; in primis quæ refelleretur. Itaq́; libro ſuperiori et hoc libro poſtremo cũ dico tantum, citatur hic locus iuxta trãſlationem Lxx perſuaſum habeo me aduerſarios noſtros potiſsimum refellere: qui poſſum enim magis eos refutare, qui noſtram ſcripturam paſsim erroribus ſcatere affirmant et caſtigandam ex lectione hebræa quam cùm oſtendo eam ab Apoſtolis et Euangeliſtis citari? nam cùm id oſtendo ab Spiritu ſancto qui in Apoſtolis et Euãgeliſtis loquitur citari oſtendo, et cum relicta lectione hebræa ſi forte ab tranſlatione Lxx diſcordat eam ab Spiritu ſancto citari monſtro, eadem opera tranſlationem Lxx ab Spiritu ſancto lectioni hebrææ mõſtro anteferri, qua re vtraq́; aduerſariorum refutationes refuto cùm veriſsimam eam ſcripturam demonſtro quam ſemper citet Spiritus ſanctus et cùm oſtendo hebræa lectione veriorem ferè eam ab Spiritu ſancto iudicari quoties ab hebrea lectione diſcrepare videatur, et nihilo ſecius relicta lectione hebræa ab Spiritu ſancto citari, garriãt Iudæi et deblatterent quantum velint cùm tantum dico hic locus citatur

tur

tur iuxta Lxx illorum refutationes quibus noſtram ſcripturam refutant prorſus authore Spiritu ſancto refello et tranſlationem Lxx authore Spiritu ſancto hebraa lectione longè veriorem in pleriſq; arguo, et lectionem hebraam non raro ſed plerumq; vitijs ſcatere commonſtro, qui huius operis ſcopus eſt. At dixi inquiunt tranſlationem Lxx plurimis locis eſſe defectam & laeeram, ita eſt, ſed tranſlatione Diui Hieronymi qua nihil eſt diuinius reſarcitur qua ante Diui Hieronymi tempora Judaicis tranſlationibus ſolebat reſarciri.

APO-

APOSTOLORVM LOCI.

Ex D. Petro.

SEd iam tempus eſt, vt ad rem ipſam aggrediamur; & ab Apoſtolorum Principe D. Petro trahamus initium, prius à Chriſto Domino precati, ve-in hac potiſſimum parte noſtros curſus re gat, & eius ſpiritus nobis aſpiret fœliciter.

Ex Epiſtola prima Petri, & ex cap. I. & Eſaia cap. 40.

Vulga. I *Omnis caro vt fœnum & omnis gloria eius, tanquam flos fœni, exaruit fœnũ & flos eius decidit, verbum autẽ Domini manet in æternum.*

Lectio Hebręa.

omnis & fœnum caro omnis
כָּל הַבָּשָׂר חָצִיר וְכָל
campi ſicut flos miſericordia eius
חַסְדּוֹ כְּצִיץ הַשָּׂדֶה׃

Lxx.

omnis caro fœnum & omnis gloria hominis
πᾶσα σὰρξ χόρτος καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου
vt flos fœni exiccatum eſt fœnum & flos,
ὡς ἄνθος χόρτου ἐξηράνθη χόρτος, καὶ ἄνθος
decidit autem verbum Dei noſtri manet
ἐξέπεσεν, τὸ δὲ ῥῆμα τοῦ θεοῦ ἡμῶν μένει
in æternum.
εἰς τὸν αἰῶνα.

D. Petrus.

omnis caro vt fœnum & omnis gloria
πᾶσα σὰρξ ὡς χόρτος καὶ πᾶσα δόξα
hominis vt flos fœni exiccatũ eſt fœnũ
ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου, ἐξηράνθη ὁ χόρτος
& flos ipſius decidit autem verbum
καὶ ἄνθος αὐτοῦ ἐξέπεσεν, τὸ δὲ ῥῆμα τοῦ
Domini manet in æternum.
κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα.

PRimum omnium iam D. Petrus teſtis eſt, tranſlationem Lxx iuxta quam ipſe hunc locum citat hebræa lectione eſſe veriorem. Nam quod Lxx vertere, Omnis gloria hominis quaſi flos fœni, hebraicè eſt, omnis miſericordia eius quaſi flos agri, vbi apparet hebraicè mutatam eſſe vnam dictionem in alterã, chebodo, gloria eius, in, chaſdo, miſericordia eius quod Iudæi facere ſolent vt noſtra refutent. quando recta via facere non poſſunt per dolos & inſidias: ſecundo nanque libro cap. 64. oſtẽdimus in hebræa lectione alias dictiones in alias mutari non raro aut Iudaicã malitia aut negligentia. Vitium autem eſſe in hebræa lectione non in Apoſtolica inde liquet; quod in Apoſtolo Petro Chriſti vicario & Apoſtolorũ Principe loquitur Chriſtus & eius Spiritus; veram igitur Chriſtus & eius Spiritus lectionem hebræam ore Apoſtoli Petri expreſſere, nec æditio hebręa quæ nunc circunfertur vera eſt, ſed à Iudæis vitiata, quæ pro, chebodo, gloria eius, chaſdo, miſericordia eius præfert. Hoc idem apparet ex vulgata D. Hieronymi qui tranſtulit gloria eius, qua tranſlatione præ ſe tulit ſe hebraicè legiſſe, chebodo, gloria eius, non, chaſdo, miſericordia eius. Iſidorus Clarus caſtigat vulgatam, nec enim legit gloria eius ſed miſericordia eius. Eandem lectionẽm agnoſcunt omnes Iudæi & aduerſarij noſtri, magis enim illos mouet Iudaica ſententia quã authoritas vulgatæ, & quam D. Petri authoritas. Sed age Iudaicam ſententiam cum Apoſtolica comparemus. Miratur inquit Vatablus bonitatem diuinã quo modo Chriſtus voluerit venire ad homines infirmos quos comparat herbæ nempè vulgus, præſtantiores flori qui tamen cito marceſcit, quaſi dicat: Omnes homines ſunt infirmi & fragiles. Iſidorus his verbis videtur mihi velle ſignificare hanc præſtitã gratiam hominibus à ſola Dei benignitate profectã præſertim cũ ſequatur omnis miſericordia eius, hoc eſt omnia benefacta eius quaſi flos agri, vt quidquid videtur in nobis bonũ nihil ſit aliud quã res quædã caduca & fragibis. Quæ ſentẽtia mihi hæretica eſſe videtur. Similisq; illi quam impij Iudæi

Iudæi dicebãt: Comedamus & bibamus cras moriẽmur, Ita nẽ quicquid in nobis eſt fragile & caducũ eſt? Hoc dicere falſum eſt & hæreticũ, eſt enim in nobis animus ratione præditus immortalis & incorruptibilis etiã iuxta Philoſophos, eſt & ignis æternus cruciãs ſempiternis flãmis malos etiã iuxta eoſdẽ Philoſophos, vt plurimis locis memorat Plato, repugnat igitur hęc ſententia ſcripturæ veteris & noui teſtamẽti atq; adeo Philoſophiæ. Adde & illud Omnis miſericordia aiũt, aut omnis pietas, vt alij vertũt vt flos agri qui cito areſcit; quis non dico Philoſophorũ ſed hominũ agreſtiũ aut immaniũ hoc dixit vnquã? virt⁹ namq; ſempiterna eſt & eius benefacta nunquã intereũt alioqui homines mali qui ſunt peiores feris immanibus, vt docet Ariſtoteles, prudentiores eſſent viris bonis, veraq; eſſet ſententia Thraſymachi apud Platonẽ lib. 1. de R. P. qua lõga oratione aduerſum virtutẽ perorat, & viros malos impios & iniuſtos viris bonis iuſtis & ſapiẽtibus anteponit, quẽ Socrates ſequẽtibus de R. P. libris refellit. Adde quod virt⁹, pietas, & miſericordia, vt diuinitus docet D. Tho. etiã apud inferos hominibus eſt profutura vbi cruciãtur ſempiternis flãmis, quid ni iuuet? cũ quãdiu edũt virtutũ actus nõ addunt peccata quæ efficerẽt vt acrius in inferno cruciarẽtur, hoc ipſo ergo iuuãt qđ dũ officia virtutũ meditãtur nõ peccãt, niſi velis erroneã ſentẽtiã tueri illã omnia infideliũ opera eſſe peccata & in homine infideli nec virtutes naturales aut morales imperfęctas eſſe poſſe, dũ meditãtur etiã mali actus virtutũ ait D. Tho. Cõparãt habitus quibus minus peccent quo minus acriter in inferno cruciẽtur. Sed Iudæi, vt docet Origenes cõtra Celſum, nec fateri volunt eſſe animarũ cruciatus ſempiternos, quin ſi eorũ ſententiã noſtrorũ aduerſariorum excutimus Sadducæi hęretici eſſe videntur, illa enim ſentẽtia quã retulimus noſtrorũ aduerſariorũ Sadducæorũ eſt, Nemo enim niſi Sadducæus diceret omnẽ pietatẽ aut miſericordiã exſiccari momẽto tẽporis & interire cũ in bonis ſint ſempiternæ, & cũ in malis ſemper ſit profuturũ apud inferos illas aliquando coluiſſe, ſunt eñ apud inferos cruciamẽtorũ gradus, quẽ admodũ apud ſuperos gradus ſunt gloriæ. Sed iã expẽdamus Apoſtolicã ſententiã & veterũ Patrũ qui eã ſequũtur, Tertullia. in lib. de Reſurrectione carnis ca. 43. Eſaias alibi: omnis caro fœnũ, inquit, alibi, videbit omnis caro ſalutare Dei, exitus nõ ſubſtãtias diſtinxit, duplicẽ, I. ſtatũ ſalutis & pœnæ, omnis igitur caro fœnũ quæ igni deputatur, & omnis caro videbit ſalutare Dei quæ ad ſalutẽ ordinatur, deme fœnũ carnis immũdę quę exſiccata igni & beſtijs deputatur, & ſolã tibi reſerua, quæ viſura ſit Dei ſalutare, & addit Tertullianus ab hoc eodem Propheta, alias gẽtes deputatas in puluerẽ & ſaliuã quę nõ erãt crediturę, alias ſperaturas in nomẽ & brachiũ Dñi quę crediturę erãt iuxta hãc interpretationẽ ſpecta quã bene omnia cõgruãt omnis caro fœnũ & omnis gloria hominis vt flos fœni, Principes. I. & reges, & omnis principatus & opulẽtia quę momẽto tẽporis euaneſcit, de quib⁹ poetarũ & Philoſophorum dicta innumerabilia citare poſſemus, ſed nunc nõ erat his locus, ſat ſit dixiſſe illud fallax gratia & vana eſt pulchritudo mulier timẽs Deũ ipſa laudabitur. Vidi impiũ ſuperexaltatũ trãſiui & nõ eſt inuẽtus locus eius. Verbũ ergo Dñi Euãgeliũ, ſcilicet, vt D. Petrus interpretatur, manet in ęternũ, nõ hoc indicat ſatis quod vix quiſquã ex Principibus & Regibus potentiſsimis ſi impij ſint in Prophetis homo non dicitur ſed bellua, trãſit ergo horũ gloria, & pro iumẽtis deputantur & peiores multo: percũt enim iumẽtorũ animæ vna cũ corpore, horũ animæ æternis ſupplicijs mãcipãtur, quod Plato in Gorgia & alijs locis multis docet, Ambro. Hexameron lib. 3. c. 7. Omnis caro fœnũ inquit, Verè viret eñ gloria hominis in carne quaſi

fœnum

fœnum & quæ putatur eſſe ſublimis,
exigua quaſi herba eſt, præmatura vt
flos, caduca quaſi fœnũ, germinat vitæ
viriditaté in ſpecie, nõ in fructu ſolidita-
té, quæ firmitudo in carne? quæ ſalubri-
tas diuturna? Additq; Amb. idẽ de ſtirpe
generoſa, ſimilibusq;, quæ vt flos fœni p̃
tereũt oĩa, ſubijcit. Oportet igitur nos il
lud quęrere diuinũ verbũ dñi quod ma
net in æternũ. i. Euangeliũ, expẽde tu te-
cũ quãto melius hæc noſtri quã Iudæi,
& tamẽ aduerſarios Iudæos ſequi iuuat,
non noſtros, & caput eccleſiæ refutare.
Quid agas, inquiẽt, ſi hebræa lectio repu
gnat quæ nõ præfert gloria eius vt flos
fœni, ſed pietas vel miſericordia eius, vt
flos fœni, ſi impius Rabinus vel tenuiſſi
mus admoneret nõ legẽdũ eſſe, chaſdo,
miſericordia eius, ſed chebodo, gloria
eius, id adnotarẽt diligenter & obſerua-
rẽt religioſè, admonẽt Lxx ſeniores, ad-
monet D. Hieron. D. quoq; Petrus & ſpi
ritus ſ. admonet, & oẽs ſimul non tantũ
apud eos põdus habẽt, quantũ Rabinus
vnus vel tenuiſſimus, nõ admonet, aiũt,
Spiritus S. aientẽ Spiritũ ſ. audiremus re
ligioſiſſimè, qui poteſt magis quã cũ ci-
tat gloria eius, an non, tũc planè dicit le-
gendũ eſſe hebraicè, chebodo, & nõ chaſ
do, cũ legit gloria eius, & non miſericor
dia eius? vt in illis exẽplis Hiſpani codi-
cis qui verſus latinè eſſet mille ante an-
nis, ſi in codice Hiſpano legeretur roſca,
& interpres pro roſca, vertiſſet florẽ, nõ
ſignificaret in Hiſpano codice legẽdũ eſ
ſe roſca, ſed roſa? Si in Hiſpano codice
legeretur, vaſura, & interpres reddidiſſet
abacũ, nõ planè oſtẽderet nõ legẽdũ eſſe
in Hiſpano codice, vaſura, ſed baxilla, ſi
vbi Hiſpano codice legeretur, en ſus ca-
ſas, & hoc latinè eſſet redditũ, in ſuis cap
ſis, nõ appareret legendũ eſſe, en ſus ca-
xas? dic quæſo qui minus, D. Petrus &
Spiritus ſ. qui eius ore loquitur, cùm id
quod hebraice eſt, chaſdo, miſericordia
eius interpretatur gloria eius monſtrat
non legendũ eſſe, chaſdo, miſericordia
eius, ſed chebodo, gloria eius: certè non
magis planè Spiritus ſ. id diceret, ſi aper-
tè diceret vitiatã eſſe hebræã lectionem;
& nõ legendũ, chaſdo, ſed chebodo, quã
cũ vertit gloria eius ſi tu ſcias hebraice
vt hiſpane ſi vbi legitur in codice Hiſpa
no, hizo traer de a carréo mucha paja, ſi
verſũ videres, fecit aſportari multũ fru
menti, plane diceret legendũ, hizo traer
mucho pan, ſi ſcires, inquam, hebraice
vt hiſpane ex trãſlatione agnoſceres ve
rã lectionẽ hebræã. Verior igitur pro-
nuntiatur à D. Petro, & ab Spiritu ſ. trãſ
latiõ Lxx quam hebræa lectio & caſti-
gatior. Nam totus hic locus citatur à D.
Petro iuxta translationẽ Lxx ad verbũ,
hoc tantum intereſt, quod vbi Lxx di-
xere χόρτος fœnũ, D. Petr. dixit ὡς χόρτος
vt fœnũ, Sed Quintil. docet idem duas
illas orationes ſignificare excepto q̃d
ſi de viro forti dicas, vt leo eſt, cõparatio
eſt, ſi dixeris, leo eſt, metaphora eſt. D.
Hier. aliquãtũ diuerſam agnouit lectio
nẽ hebræam, ſed quæ idẽ ſignificet de va-
rietate lectionis hebrææ quæ in quibuſ-
dam locis eſt libro ſecundo diximus ca
pit. 64. Adnotanda tamen hoc loco eſt
illa Origenis regula, qua monet Apo-
ſtolos in citandis ſcripturæ teſtimonijs
citare neceſſaria, omittere media: nam
hoc loco Diuus Petrus cum citaſſet illa
ſuperiora, omnis caro fœnum, & omnis
gloria hominis vt flos fœni. Omittit
illa omnia media, verè fœnum eſt popu
lus, exiccatum eſt fœnũ & cecidit flos.
Addidit verò ea quæ ſequuntur, verbũ
autem Domini manet in æternum. Di-
cet aliquis certe latina æditio, nec cum
lectione hebræa congruit, nec cum vul-
gata Diui Hieronymi, latina æditio fa-
teor quæ conflata eſt aliquando ex vul
gata D. Hier. & ex trãſlatione Lxx quod
vtraq; eodẽ ſpectat, vtraq; eſt eccleſiaſti
ca & admirabilis. Tamẽ ſi Græca Gręcis
cõferas mirabiliter verba Petri cõgruũt
cum translatione Lxx & apparet à Iu-
dæis lectionem hebræam fuiſſe vitiatã,
vt Apoſtolicæ & Eccleſiaſticæ lectionis
authoritatem conuellant.

Vulg. Ex cap. 2. Petri, & ex Eſaia. 28.

2. *Ecce ponamur in Sion lapidẽ ſummum angularem electũ, probatũ, pretioſum.*

Lectio hebræa. הִנְנִי יִסַּד בְּצִיּוֹן אָבֶן אֶבֶן בֹּחַן פִּנַּת יִקְרַת מוּסָד מוּסָּד הַמַּאֲמִין לֹא יָחִישׁ׃

Lxx ecce ego iniiciam in fundaméta Sion
ἰδοὺ ἐγὼ ἐμβαλῶ εἰς τὰ θεμέλια Σιὼν
lapidem pretioſum electum ſummangularem
λίθον πολυτελῆ, ἐκλεκτὸν ἀκρογωνιαῖον
in fundamenta ipſius.
εἰς τὰ θεμέλια αὐτῆς.

Diuus Petrus.

ecce pono in Sion lapidem ſummangularẽ
ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον ἀκρογωνιαῖον
Electum honorabilem.
ἐκλεκτὸν ἔντιμον.

DIximus Apoſtolos & Euãgeliſtas breuiare ſolitos quæ aliquantulũ fuſe dicta ſunt in prophetis iuxta illud Eſaiæ. c. 10. Cóſummationé & abbreuiationé faciet Dñs Deus in medio terræ quod citat Paulus, & interpretatur in Epiſt. ad Rom. de quo diximus fuſe ſatis in cómentarijs in Eſaiæ locũ illũ, & ideo pro tota illa oratione. Ecce ego inijciam in fundaméta Sion, D. Petrus dixit: Ecce pono in Sió, reliqua omnia dixit D. Petrus iuxta tranſlationé Lxx relicto vno verbo πολυτελῆ .i. pretioſum eiuſdé breuitatis cauſa, & tranſpoſito alio de reliquo. Eadé verba reperies apud D. Petrũ, quæ ſunt apud Lxx, Auguſt. cótra Fauſtũ Manichæũ lib. 32. c. 13. reddens cauſam cur in lege præceptũ eſſet ab Apoſtolis, vt abſtinerét gétes tantũ à fornicatione ab immolatis & ſanguine. i. nequaquã ederét carné cuius ſanguis nõ eſſet effuſus, elegiſſe, inquit, mihi videntur pro tépore ré facilé, in qua cum Iſraelitis etiá gétes cógruerent propter angularé illũ lapidé duos parietes in ſe condenté, vt aliquid cõmuniter inter ſe obſeruarent, & lib. 2. idé Auguſt. cótra aduerſariũ legis & prophetarũ. c. 2. Lapidé angularé refert ad lapidé illũ qué reprobauerunt ędificãtes qui factus eſt in caput anguli, quo cõiuncti ſunt populus Iudaicus & populus gentiũ. Tertul. aduerſus Marcioné li. 5. c. 11. de fundaméto vnico Chriſtianiſmi poſito hoc eſt de Chriſto Ieſu. Eodé modo interpretátur Iudæi & noſtri aduerſarij noſtrã vulgatã caſtigare vidétur, nõ legũt enim lapidé probatũ, vt D. Hier. nec lapidé electũ, vt Lxx nõ ita eſt hebraice aiunt, muta vnũ punctũ, & lege pro bochan, buchan, & efficies probatũ, muta idé punctũ & vnã litterã, & efficies lectioné Lxx, ſi legeris pro bochan, buchar. i. electũ, vt mutét Iudæi punctũ vnũ, aut punctũ vnũ & vnã litterã, & falſam efficiát vulgatá & lectioné apoſtolicã vt noſtra refutét & falſis ſcripturæ teſtimonijs Apoſtolos vti dicant quod dicebat impius Iulianus Apoſtata, & Porphyrius impius, & poſtea ſuas fraudes clamét eſſe veritaté hebraicã? at Iudæi & noſtri aduerſarij vertũt, nõ lapidé electũ aut lapidé probatũ, ſed lapidé munitionis lapidé arcis, vt hoc faciant iuxta illorũ regulas dicát neceſſe eſt non bochan, vt hebraice eſt, ſed duobus pũctis mutatis, bachon eſſe legendũ, quæ duo pũcta nõ audét mutare, ne fraudes illorũ deprehendãtur: nã ſi lectioné hebræam quæ circũfertur velis interpretari lapidé bochã, interpretaberis lapidé probanté, & lapidé bochar, lapidé eligété, quod lapis hic qui Chriſtus eſt probet bonos, malos improbet, & quos velit eligat. Sed lectioné ſpiritus ſ. retineamus, qui ratione ea, quã diximus annotatione ſuperiori exéplo codicis Hiſpani docet mutatã vnam litterã, & punctũ mutatũ vnũ, & hoc loco duplicé lectioné fuiſſe, alterã quã agnouit D. Hier. alterã quã expreſſere Lxx quã Spiritus S. ore D. Petri probauit, ergo D. Petrus iuxta canoné Origenis ex hoc loco neceſſaria, omittit alia certè oĩa verba quæ citat ſunt Lxx virorũ, ſed verbũ illud ἔντιμον, quod oés interpretantur pretioſum videtur D. Petrus interpretari honorificatum. Ait enim, ponam in Sion lapidem electum ſupple à Deo ſuperangularé, qui cõiungit vtrũq; populum Iudæorũ & nationum ſub angulo duorũ parietũ eccleſiæ, qui parietes coniunguntur Chriſto ſuperangulari lapide in vnam eccleſiã, entimon, honorificatũ à Deo

Attẽde quã appellent veritatẽ hebraicam.

à Deo, vt enim D.Petrus probaret verba illa quæ prædixerat Chriſtũ eſſe lapidẽ viuũ ab hominibus reprobatũ, à Deo autem electũ & honorificatum citauit illa verba Eſaiæ. Ecce ponã in Sion lapidem ſuperangularẽ electũ à Deo, & honorificatum, quod D.Hieron. vertit angularẽ Lxx reddere ἀκρογωνιαῖον. i. ſuperangularẽ, vel ſummangularẽ, aut ſummũ angularẽ, ſed in idẽ recidit, iqrat, verbũ hebræũ reddunt pretioſum, ſed reddi poteſt honorificatũ glorioſum, vt optimè ſic reddiderint Lxx, & D.Petrus, quod etiã apparet ex illo quod ſubijcit Petrus vobis credentibus honor, erit. ſ. lapis ille honorificatus & glorioſus ab eo quod dixerat ἔντιμον ſubiecit vobis τιμὴ honor. Igitur ex his quę diximus apparet lectionem hebræam mutatam à Iudæis vt D. Petri authoritas extenuaretur.

Vulgat. *Qui crediderit in eũ nõ feſtinet. ibid.*

3. vel mutata vna litera feſtinet non qui crediderit

Lectio הַמַּאֲמִין לֹא יָחִישׁ׃

hebr. לֹא יֵבוֹשׁ

Lxx. & qui crediderit in ipſum non cõfundetur.

καὶ ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ οὐ μὴ καταισχυνθῇ.

D. Petrus.

& qui crediderit in ipſum non cõfundetur.

καὶ ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ οὐ μὴ καταισχυνθῇ.

HIC locus ex. 2. c. Epiſtolæ Petri, & ex Eſaia. c. 28 De his (authore Ambroſio in hunc locũ) dicitur, qui in Chriſtũ crediderint, qui in extremo iudicio nõ confundẽtur cõfuſione ſempiterna. Cyrill⁹ de recta fide ad reginas citãs hũc Eſaiæ locũ. Omnis qui credit in illũ, non pudefiet, ait, ſi omnis fidei terminus nobis in Chriſti perſona præſtituitur, & cõfitentes eius mortẽ & reſurrectionẽ tanquam in Deũ credẽtes iuſtificamur, quis audeat dicere non ipſum eſſe Deũ quandoquidẽ eſt caput ſalutis omniũ, probat itaq; ex hoc loco Cyrillus Chriſtũ eſſe Deum. Iã quaſi res confeſſa eſt hac parte tranſlationẽ Lxx virorũ, quam citat D.Petrus, & D.Paulus à lectione hebręa diſſentire, ita vt id inficiari nõ poſsimus quando D.Hieron. in ſua vulgata lectionem hebræã expreſsit, qui reddidit, qui crediderit nõ feſtinet, vt ſit ſenſus huius prophetiæ, qui crediderit huic prophetiæ non feſtinet. i. ne putauerit cito euenturam: ſic enim etiã noſtri aduerſarij interpretãtur ſenſu longe diuerſo à D.Petro, & à ſanctis patribus. Hiero. in principium capitis. 49. vtranq; translationẽ Eccleſiaſticã, vulgatã, & Lxx ita ſe habere ait vt altera alteri lucẽ afferat, idem diximus alibi ex Auguſtino, & ex Gregorio, & alijs patribus, vt intelligamus ex trãſlatione Lxx quã citant D.Petrus, & D.Paulus, aut potius eorũ ore Spiritus ſ. vulgatã D.Hieron. eſſe explanandã; quia de re multa diximus in cõmentarijs in Eſaiam, ſed hebraïcè nõ eſt (inquies) qui crediderit in eũ, ſed qui crediderit, vt nõ neceſſe habeas referre ad fidem Chriſti. Mendacij arguere vis Chriſtũ qui in ore Petri & Pauli loquebatur. Non ſanè, inquies, ſed ſcire volo, quæ res hęc ſit li. 3. c. 64. f. 225. monſtratũ eſt negligentia Iudaica multas ſyllabas, voces, & dictiones ex lectione hebręa excidiſſe. Lege patiẽter & attẽte caput illud, & non mirabere hoc loco ſyllabã bo. i. in ipſum excidiſſe, an erat mentiturus Spiritus S. qui citat ore Petri & Pauli. Qui crediderit in ipſum? certe plane clamat in lectione hebræa deeſſe. bo. in ipſum, Spiritus S. mentiri nõ poteſt. Nec hebraïce eſt (inquies) nõ confundetur, ſed nõ feſtinet, vt vertit D.Hier. rectè quidẽ tranſtulit D.Hiero. tamẽ ex eod. c. lib. 2. intelligis litteras & ſyllabas in dictione hebræa ſæpè mutatas. & ex cap. 64. facie. 223. & deinceps. Muta igitur vnã litterã & efficias lectionem Apoſtolicã, ſi pro lo iachis, nõ feſtines legeris, lo iabis, non erubeſces non cõfunderis, vt duplex hoc loco fuerit lectio, quarũ alterã tranſtulerit D.Hiero. alteram expreſſerint Lxx quam probabarit Petrus & Paulus, aut potius eorũ ore Spiritus S. vt ſi cælo Lxx ad nos deuolaſſent obtrectari gauderent à ſuis aduerſarijs dum appareret à D. Petro, & à D.Paulo, aut potius eorũ ore ab Spiritu S. eſſe probatos & defẽſos, nec aliter

Christianus homo dicere queat, quod oculis cernes ita esse exéplo codicis Hiſpani tráſlati latinè, quo vſi ſumus toto hoc opere & præfatione in locos Apoſtolicos & Euangelicos, ne quis audeat lectionem Apoſtolicam & Euangelicam improbare aut velle refellere.

Ex cap.2.D.Petri.Pſal.117.

Vulg. *Lapis quem reprobauerunt ædificantes*
4 *hic factus eſt in caput anguli.*

Lxx lapidem quem reprobauerunt ædificantes,
λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες,
hic factus eſt in caput anguli.
οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας.

D. Petrus.

lapidem quem reprobauerunt ædificantes
λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες,
hic factus eſt in caput anguli.
οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας.

HVnc locú eodé modo vertere oés interpretes, & cú lectione hebrea congruunt oés, tamé D.Petrú Lxxviros citaſſe apparet, quod tali forma dicédi Lxx viri ſunt vſi, qualis illa eſt: ſermoné qué audiſtis nó eſt meus, & illá expreſsit D. Pet. græcè, latinus interpres vertit lapis qué reprobauerút ędificátes, cú grece eſſet iuxta Lxx lapidé qué reprobauerút. Iá ex hoc loco notes oportet, quæ in litteris apoſtolicis & Euág. citátur duobus modis ſupradictis vitiari manu aut interpretatione, manu quod Græci dicunt παραγράφει falſa ſcriptione, mutatione púctorú, diſtinctionis litterarú ſimiliumq; quorú ſingulis totus orationis intellect' mutatur, interpretatione verò quod gręci nominát παρεξηγήσει .i. praua interpretatione, cú locus ſcripturę qui de Chriſto eſt, aliò deflectitur, vt Chriſti myſteria obſcurétur, quod lib.2. huius operis fuſè à nobis dictú eſt: húc locú omnes veteres patres ad vnú de Chriſto interpretantur D.Paulus & Euágeliſtæ oés, ſed vbi agitur de D. Petro Apoſtolorú Coryphæo & Principe aliorú vti teſtimonio iniuriú in apoſtolorú principé videri poſſet. Apex ergo Apoſtolorú, vt vtar verbo Cyrilli in theſauro cótra hæreticos lib.13.c.2. cui hæc myſteria, vt ſaluator ait, nó caro nec ſanguis, ſed pater ipſe cæleſtis reuelauit, húc locú ad Chriſtum refert, oés noſtri aduerſarij ad vnú ad Dauidé referút, nec horú quenquam retardat pudor, quo minus Diuo Petro aduerſentur, & ab eo ex ſcriptura citata teſtimonia ex ſcriptura ſancta refutent, ita quádo nó ſequuntur ſcripturá vitiatam manu à Iudæis, ſequuntur ſcripturá παρεξηγήσει vitiatá .i. praua Iudæorú interpretatione, iá addút, inquiunt, typice de Chriſto, vnú ex hoc loco aduertat lector oportet nullú ex pſalmis locú citari ab Apoſtolis aut Euang. qué hoc genus hominú nó ad Dauidé referát & peruertát, παραγραφῇ .i. praua ſcriptione, & Apoſtolis aduerſentur & euangeliſtis, & illo ſe ſemper defendát quod addút Typice de Chriſto, nihil ergo in pſalmis de Chriſto litteraliter? fallebatq; Chriſtus, vt diximus ex Auguſtino, cú dicebat cópleri oportuiſſe quę in pſalmis ſcripta eſsét de ſe, quibus reſpódere poſſemus de tein pſalmis nihil ſcriptú eſt prorſus, veroſque dicere poſſemus iuxta horú ſententiá fuiſſe Manichæos hæreticos, qui de Chriſto nihil litteraliter ſcriptú eſſe dicebát, ſed allegorice, & poſtea allegorias riſu proſequebátur & cachinno. Ergo hic locus à principe Apoſtolorú Petro ad Chriſtú relatus ad Dauidé à noſtris quibuſdam hominibus refertur vt veri fiant Iudęi qui locos ſcripturæ citatos de Chriſto alijs melius cógruere poſſe affirmant apud Origenem cótra Celſum.

Et erit vobis in ſanctificationé: in lapidé auté Vulg.
offenſionis & petram ſcandali duabus do 5.
mibus iſrael, & in laqueum & ruinam habitantibus Ieruſalem.

Ex c.9.1.Epiſt.Petri, & ex cap. 8.Eſaiæ.

Lectio heb.

in lapidé	&	in ſanctificationem	erit	&
לְאֶבֶן	וּ	לְמִקְדָּשׁ	הָיָה	וְ
domibus	duabus	ſcandali	in petrá &	offenſionis
בָּתֵּי	לִשְׁנֵי	מִכְשׁוֹל	לְצוּר וּ	נֶגֶף
ruinam	&	in laqueum	Iſrael	
לְמוֹקֵשׁ	וּ	לְפַח	יִשְׂרָאֵל	
		Ieruſalem	habitantibus	
		יְרוּשָׁלָיִם׃	לְיוֹשֵׁב	

Hæc

HAEC verba citat Diuus Petrus, vt interpretetur ſcripturam, quã ſupra citarat, quod ſupra Chriſtum dixerat ἔντιμον pretioſum ſiue honorificatũ, ſubiecit D. Petrus credentibus, erit honor & gloria Chriſtus, namque glorificatus à patre eſt & honorificatus ſecundum humanitatem, vt mult's verbis docet Athanaſius ſecunda oratione contra Arianos, vt honorem & gloriam in credentes transfunderet, vt caput in mẽbra, ipſe ſecundum diuinitatem glorioſus eſt & immenſus & infinitus, ait ergo Diuus Petrus, Glorificatus & honoratus à patre, vt in credentes gloriam & honorem transfunderet, vt caput in mẽbra non credentibus verò erit lapis offenſionis & petra ſcandali ſiue ruinę iuxta Lxx locus enim citatus à Diuo Petro magis congruet vulgatæ Diui Hieronymi, quam Lxx interpretationi, quanquã vtrique congruit, excepto quod Lxx ruinam dixere pro ſcandalo quod idem eſt, qui enim non credidere vaſtati ſunt à Romanis ferro & incendio omnes abſumpti, reſidui in captiuitatem ducti, ita vt ne vnus quidem Iudæus in vniuerſa Iudæa ſit reliquus, & lege ab imperatoribus lata capitale fuerit Iudæo, qui intra Iudæam penetraſſet pedem, vt fuerit Iudæam in ſanctificationem nobis per Chriſtum, duæ partes Iudææ tribus duæ Iuda, & decem tribus Iſrael vaſtatę ſint à Romanis, & ipſa Hieruſalẽ, quod Chriſto non crediderint.

Vulg. 6. *Vos autem genus electum regale ſacerdotium gens ſancta populus acquiſitionis.*

Lxx. regale ſacerdotium & gens ſancta.
Βασίλειον ἱεράτευμα καὶ ἔθνος ἅγιον.

Diuus Petrus.

vos autem genus electum regale ſacerdotium gens ſancta populus in acquiſitionem.
ὑμεῖς δὲ γένος ἐκλεκτὸν βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν.

EX hoc loco duæ tantum ſunt orationes, Exodi. 19. regale ſacerdotiũ & gens ſancta quæ iuxta translationem Lxx citantur à Diuo Petro, cætera deſunt in lectione hebræa, & in Lxx ſeniorum interpretatione. Dixi enim centies per noſtros quoſdam translationem Lxx à Iudæis oppugnatam acerrimè, & ab ea multa eſſe expuncta per noſtros, fraude Iudaica, & ex Chryſoſtomo oſtẽdimus lectionem hebræam, Iudaica malitia & negligentia multis locis mutilam & truncatam, quod lib. 2. ca. 64. vel oculis omniũ ſubiecimus, vt qui vel primoribus labris hebræas litteras degustarit oculis cernat, & manibus præhendat, vt qui illa viderit & benè expenderit cuilibet authori veteri, qui hæc verba ſic citarit fidem habendam cõtenderet Lxx virorum lectionem mancã eſſe & truncatam cum ea quæ nunc hebraicè circũfertur planum & perſpicuum eſt ſi ſuperiora omnia bene expenderit D. Petro, cui caro & ſanguis Chriſti myſteria nõ reuelauit, ſed pater cæleſtis, habẽda ſumma fides eſt. Inſtant quidam, reijcis ergo vulgatam, nihil minus, vera eſt lectio vulgata, & vera interpretatio Lxx: nullis igitur ſunt verbis defectæ, vnde valet hoc conſectarium. Multa enim citantur in lectione Apoſtolica & Euangelica, quę deſunt in vulgata, quid tum? vera eſt vtraque lectio Apoſtolica atq; Euangelica, vera eſt & vulgata, nec hoc impedit quod plura ſint in Apoſtolica lectione & Euangelica. Qui potuere ergo ex lectione hebræa illę duæ orationes excidiſſe, ea ratione inquam etiam ſi malitia abfuerit qua excidere aliæ, quas leges & videbis tuis oculis. 2. lib. cap. 64. ne reſecanda putes quęcunque in lectione hebræa nõ ſunt. Et ne noſtra ad normã lectioni hebrææ putes caſtiganda. Iudęis hoc crimẽ fœdiſsimum & blaſphemiæ pleniſsimum & diuinæ execrationi obnoxium incurrunt Apoſtolis & Euangeliſtis, quod addunt quæ velint & detrahunt ſcripturæ ſanctę vt dictum eſt.

Vulg. 7. *Qui aliquando non populus Dei, nũc autem populus Dei, qui non conſecuti miſericordiam, nunc autem miſericordiam conſecuti.*

Ex cap.2.Petri,& ex cap.2.Oſeæ.

SOlebant dicere viri docti partis adverſæ Apoſtolos & Euangeliſtas citaſſe Lxx viros quod ea tẽpeſtate ea tantum ſcriptura eſſet qua gentes vti poſſent, nec eſſet vlla alia, nec legerant Platoné lib.1.de R. P. Qui impoſsibile eſſe longa diſputatione concludit, vt Deus mendacio aut falſo vnquam vtatur ad peragenda ea quæ volet, nec legerãt Ariſtotelé & Platonem qui concludunt neceſſe eſſe Deum eſſe αὐτάρκη id eſt, ſufficientem ſibi, nec vllius rei indigum, potuit ille prouidiſſe eccleſiæ ſuæ ſanctæ, ſi verè noſtra ex Deo ſunt, vt re ipſa ſunt, vt ſcriptura diuinitus facta eſſet & nulla re defecta, vt prouidit per Ptolomæum, & Lxx viros. Ex hoc intelliges, quod Auguſtinus docet de ciuitate Dei lib.18. cap.44. in fine Apoſtolos & Euangeliſtas vti interpretatione Lxx virorum in citanda ſcriptura & lectione hebræa, pari authoritate, quod vtraq; vna eſt atq; diuina. Petrus nãque hoc loco citat hoc teſtimonium ſcripturæ iuxta hebræam æditionem. Paulus tamen ad Romanos cap.9. hunc eundem locum iuxta tranſlationem Lxx citat, ꝙ racham, verbũ hebræum miſereri ſignificat, & ita D. Petrus: Qui nó cóſecuti miſericordiã, nũc autem conſecuti miſericordiã. Paulus autem cap. 9. ad Romanos, quod hoc idẽ verbum, racham, diligere ſignificat etiã & amare, hunc eundem locũ citat iuxta Lxx, & vocabo non dilectam, dilectam quod Lxx dixerant, & diligã non dilectam, quod idẽ eſt cũ illo vocabo nó dilectam; dilectam, quanquã Lxx in fine capitis primi vtroque modo reddiderãt quod enim D. Hieron. tranſtulerat: vocabo nomen eius abſque miſericordia, quod non addam vltra miſereri Lxx dixere: vocabo nomen eius abſque miſericordia, quia non addã vltra diligere, vt ex varia vocis Hebrææ ſignificatione, varia plerunque tranſlatio fiat. Vertere enim idem verbum miſereri & diligere in eodem loco Lxx. Hic locus ad vocationem gentium refertur, temporibus Chriſti à D. Petro & Paulo, & ab alijs ſanctis patribus à quibuſdam ad tempora Zorobabelis, quidã prolixitate ſermonis ita delaſſant legenté, vt tã patiés nemo eſſe poſſit, vt expectet, ſentiãt ne cum noſtris an cum Iudæis. Nec illud ferendũ eſt quod faciunt interpretes, qui libros latinè vertunt, quod multa libris quos è Græca lingua transferunt admiſcent de ſuo, veluti Origenis interpres in cap.9.ad Romanos, vbi ſcribit. Apoſtolos multa addere & mutare de ſuo, quod ipſum per ſe falſiſsimum eſt, & ab Origenis ſententia alieniſsimum. Semper enim Origenes contra ſentit vbicunque ea de re tractat. Nam ſi Apoſtoli & Euangeliſtæ adderent quæ vellent ſcripturæ & detraherent falſa ſcriptura vterentur, falſiſsimum eſt & Iudaicum, quod his poſtremis libris apparebit. Ergo qui aliquando non populus Dei, populus decẽ tribuum, ſcilicet, populus idolatra, qui relicto Deo, idola colebat, & ideo non erat populus Dei, & ideo intelligũtur omnes idolatræ, nunc autem populus Dei, conuerſi ad Chriſtũ ex idolatria, & qui non conſecuti miſericordiam vel non dilecti à Deo, quod lapides & ſaxa colebant, nunc conſecuti miſericordiam, vel dilecti à Deo, quod per fidem ad Chriſtum tracti erant.

Ex cap.2.1.Epiſtolæ Petri,& ex Eſaia, capit.53.

Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Vulg. 8.

Lectio hebræa.

quoniam non iniquitatem fecit & non
עַל לֹא חָמָס עָשָׂה וְלֹא
dolus in ore eius
מִרְמָה בְּפִיו׃

Lxx.

qui peccatum non fecit nec dolus in ore eius.
ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ δόλος ἐν στόματι αὐτοῦ.

D.Petrus

Diuus Petrus.

qui peccatum non fecit nec inuentus eſt
ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη
dolus in ore eius.
δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. & alia ex eodem capite iuxta translationem Lxx.

TOtum caput Eſaiæ tam manifeſta prophetia incarnationis filij Dei eſt ex ſacra virgine,& paſsionis Domini pro genere humano,& reſurrectionis,vt euangelium non videatur manifeſtius, nemo vnquam Iudæorum hoc caput potuit peruertere,nam Iudæus qui apud Origenem contra Celſum facere aggreſ ſus, nihil aliud quam riſum aduerſum ſe mouit,& poſtea demum hęſit in ſalebra. Totum igitur hoc caput præteriſſem ſilentio, & quædam alia quę ſequuntur, niſi profeſſus eſſem demonſtraturū me Apoſtolos translationem Lxx in citan dis teſtimonijs ex veteri teſtamento fuiſ ſe vſos. Hoc loco igitur Diuus Petrus translationis Lxx facit quandam paraphraſin,non enim eam citat, ſed verbis illius vtitur, vt probet quæ velit & doceat Chriſti Domini patientiam ſingularem & innocentiam hoc loco addidit verbum vnum οὐχ εὑρέθη inuentum eſt cætera verbis Lxx dixit,& illud,qui pec cata noſtra ipſe pertulit verbum tantū futuri in præteritum mutauit, quia res iam erat tranſacta, Lxx namque dixere τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν αὐτὸς ἀνοίσει id eſt, peccata eorum ipſe portabit; & Diuus Petrus, ὃς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αὐτὸς ἀνήνεγκεν qui peccata noſtra ipſe portauit, ipſorū mutauit in noſtra, eorū, mutauit in noſtra, quia de noſtra redemptione agebat, & futurum mutauit in præteritum verbis eiſdem eſt vſus,quibus vſi fuerint L[xx] poſtea addidit D.Petrus, cuius liuore ſanati eſtis, dixi enim Diuum Petrum non citare hoc loco translationem Lxx, ſed paraphraſi quadam ex ea facta vti,vt doceat ex eo igitur quod Eſaias dixerat iuxta Lxx τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν liuore eius ſanati ſumus, Petrus dixit οὗ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἰάθητε cuius liuore ipſius ſanati eſtis, tantum mutauit perſonam, & addidit οὗ id eſt,cuius, vt eſſet cuius ipſius, & rurſum illud: Eratis ſicut oues errantes Lxx dixerant πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν omnes ſicut oues errauimus. Diuus Petrus ἦτε γὰρ ὡς πρόβατα πλανώμενα eratis enim ſicut oues errantes, ita D. Petrus non ſolum cum citat ſcripturæ teſtimonia, ſed etiam cum διηγηματικῶς id eſt, narratiuè ea adhibet, adhibet ea iuxta translationē eandem. Volo enim aduerſus obtrectatores Eccleſiaſticæ ſcripturæ liquere principem Apoſtolorum translationem Lxx ſemper in ore habere quanquam hebræam lectionem ipſe aliquando ſuis verbis interpretetur, vt ait Diuus Hieronymus, tamen Lxx translatio principi Apoſtolorum ſemper in ore eſt.

Ex capit. 3. primæ Diui Petri, & ex Pſalmo 33.

Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos, coerceat linguā ſuam à malo, & labia eius ne loquantur dolum, declinet à malo & faciat bonum, inquirat pacem, & perſequatur eam, quia oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum, vultus autem eorum ſuper facientes mala. Vulg.

quis eſt homo volens vitam diligere
τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ θέλων ζωὴν ἀγαπᾶν, Lxx
& dies videre bonos cohibe
καὶ ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθάς: παῦσον τὴν
linguam tuam à malo & labia tua
γλῶσσαν σοῦ ἀπὸ κακοῦ καὶ χείλη σου
ne loquatur dolum declina à
τοῦ μὴ λαλῆσαι δόλον: ἔκκλινον ἀπὸ τοῦ
malo & fac bonum quære pacem,
κακοῦ καὶ ποίησον ἀγαθὸν ζήτησον εἰρήνην,
& perſequere eam oculi domini ſuper
καὶ δίωξον αὐτήν, ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ
iuſtos & aures eius in preces ipſorum
δικαίους καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν
vultus domini ſuper facientes mala.
πρόσωπον. κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακά

Diuus Petrus.

Lxx. Quidem enim volens vitam diligere & videre
ὁ μὲν γὰρ θέλων ζωὴν ἀγαπᾶν καὶ ἰδεῖν
dies bonos cohibeat linguam ipſius
ἡμέρας ἀγαθὰς παυσάτω τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ
a malo & labia ipſius ne loquatur
ἀπὸ κακοῦ καὶ χείλη αὐτοῦ τοῦ μὴ λαλῆσαι
dolũ declinet à malo, & faciat
δόλον, ἐκκλινάτω ἀπὸ τοῦ κακοῦ καὶ ποιησάτω
bonum & quærat pacem & perſequat
ἀγαθόν, καὶ ζητησάτω εἰρήνην, καὶ διωξάτω
eam, qm̃ oculi Domini ſuper iuſtos &
αὐτήν, ὅτι ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ
aures ipſius in preces eorum vultus
τὰ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν πρόσωπον
dñi ſuper facientes mala.
κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακά.

Caput ſuperius & hoc & ſequens adnotare non erat neceſſe, dixi enim maxime manifeſtas de Chriſto prophetias aliquã fraude vitiari à Iudæis, caput vnum integrum quale ſuperius erat vitiari nullo modo potuit, hoc de quo nunc dicendum eſt, & ſequens eius generis ſunt, vt his qui in veteri teſtamento vitam degerent congruerent, & his qui viuunt vitam Euangelicam, & ideo ea vitiare non fuit neceſſe, libuit tamen ea adnotare vt appareat aduerſus pſalmorum obtrectatores Lxx virorum translationem multis verſibus à Diuo Petro citari, aut ab Spiritu ſancto, qui Petri ore loquitur. Agitur enim magna res eccleſiæ in hac parte, Lxx viri, vt quorũ translatione omnes veteres patres tam Græci quàm Latini vtuntur, & concilia primaria ſacra & eccleſia vniuerſa defendatur, & oſtendatur talis fuiſſe vt fere citetur ab Spiritu ſancto, qui Apoſtolorum ore & Euangeliſtarum loquitur, agitur etiam magna res atque adeo maxima vt vulgati pſalmi defendantur aduerſus eorum obtrectatores, qui fere omnium ſententias in ſuum conſenſum pertraxerant vulgatos pſalmos eſſe vitiatiſsimos cùm ſint emendatiſsimi; & ab Spiritu ſancto citentur ſemper, & Iudaicos pſalmos caſtigatiſsimos cum fraudibus Iudaicis ſint referti. Hi verſus pſalmi ad verbum citantur à Diuo Petro iuxta translationem Lxx mutata perſona ſecunda tamẽ in tertiam, quod enim Dauid ſecunda perſona dixerat, Petrus in tertiam mutat ſeruatis verbis eiſdem. Et hebræa lectio concordat cum vulgata, & cum Diuo Petro, nec neceſſe eſt quicquam addere aut detrahere.

Ex capit. 3. Epiſtolæ. 1. Diui Petri, & Eſaiæ. 8.

Vulg. *Timorem eorum ne timueritis, nec conturbemini, Dominum autem Chriſtum ſanctificate in cordibus veſtris.* 10

Lectio hebræa.
non & timueritis non timorem eius &
לֹא וְ תִירְאוּ לֹא וְאֶת מוֹרָאוֹ
ipſum ſabaoth Deum conturbimini
אֹתוֹ צְבָאוֹת יְהֹוָה תַעֲרִיצוּ ׃ אֶת
hic & veſter timor hic & ſanctificate
וְהוּא מוֹרַאֲכֶם וְהוּא תַקְדִּישׁוּ
veſter terror
מַעֲרִצְכֶם ׃

Lxx. timorem ipſius ne timueritis nec
τὸν φόβον αὐτοῦ οὐ μὴ φοβηθῆτε οὐδὲ
perturbemini dominum virtutum ipſum
μὴ ταραχθῆτε, τὸν κύριον τῶν δυνάμεων αὐτὸν
ſanctificate.
ἁγιάσατε.

D. Petrus.

autem timorem ipſorum ne timueritis nec
τὸν δὲ φόβον αὐτῶν μὴ φοβηθῆτε, μηδὲ
perturbemini dominum autem Deum, vel
ταραχθῆτε, κύριον δὲ τὸν θεὸν, ἢ τὸν
Chriſtũ ſanctificate in cordibus veſtris.
Χριστὸν ἁγιάσατε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν.

Non citat hæc Diuus, ſed ex hoc loco facta paraphraſi quadã verbis Lxx nos docet, vt ne paraphraſin quidem ſcripturæ ſuis verbis hic facere voluerit, ſed verbis Lxx redactis quidem ad compendium iuxta illud capit. decimi Eſaiæ conſummationem & abbreuiationem, de quo loco in commentarijs in Eſaiam cùm illum interpretabamur, multa diximus. Quod igitur Eſaias dixit iuxta Lxx τὸν φόβον αὐτοῦ Petrus τὸν φόβον αὐτῶν, quod in Eſaia de populo

de populo Iudaico agebatur D. Petrus, vt appareret non de vno quodam dici, timorem ipſorum ſcripſit. Lxx. οὐδ' οὐ μὴ ταραχθῆτε, nec, nec nec timueritis, D. Petrus ſat habuit dicere μὴ ταραχθῆτε ſimplici negatione, ne timueritis Lxx dixerant, οὐδὲ οὐ μὴ ταραχθῆτε, nec, nec nec perturbemini, quod negationes apud græcos quantò plures tanto magis negant, ideſt nullo prorſus modo conturbemini. D. Petrus ſat dixiſſe habuit hoc negatione ſimplici μὴ ταραχθῆτε ne perturbemini, ſed pro illo τὸν δὲ κύριον τῶν δυνάμεων Dominum virtutum, velut paraphraſi interpretans dixit αὐτὸν, hoc eſt Chriſtum. Iuſsit enim Dominus Apoſtolos vt nobis ſcripturam interpretarētur, quod fecit hoc loco D. Petrus, vt intelligeremus quoties in ſcriptura dicitur, Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ, de Chriſto dici, & eundem Chriſtū appellari Dominum Deum ſabbaoth. Nā mihi lectio noſtra vulgata magis placet, Græca nanque Chriſtum etiam præfert, ſed alijs exemplaribus quibuſdam pro Chriſto præfert τὸν θεὸν Deum. Sūt enim multi hæretici qui noſtris rebus aduerſantur. Illa verba in cordibus veſtris addita ſunt à D. Petro.

Ex prima Petri, cap. 4. & Prouerbiorum 10.

Vulg. 11 *Et vniuerſa delicta operit charitas.*

Lectio heb.

dilectio operiet peccatores omnes ſuper &

וְעַל כָּל פְּשָׁעִים תְּכַסֶּה אַהֲבָה׃

Lxx

omnes autem non contendentes
πάντας δὲ τοὺς μὴ φιλονεικοῦντας
operit amicitia.
καλύψει φιλία.

D. Petrus.

Dilectio operit multitudinem peccatorum.

HOc D. Petrus ex hebræa lectione eſt interpretatus ſuis verbis, & locum alium quem infra citat, canis reuerſus ad vomitum &c. contra illorum impudentiā qui aiebant Apoſtolos & euāgeliſtas, ideo Lxx citaſſe, quod non erāt eis alia ſcriptura, quam ſcriptura Lxx. Ecce quando volunt ſuis verbis citant ſcripturam, quod notandum etiam eſt pro D. Hiero. qui ſcribit Apoſtolos ſuis verbis citare ſcripturam, intellige tu aliquando nō ſemper, vt nos citamus Ariſtotelem, & Platonem non raro, nec verba ipſa recenſemus.

1. Petri. cap. 4. Prouerbiorum 11.

Et ſi iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Vulg. 12

הֵן צַדִּיק בָּאָרֶץ יְשֻׁלָּם אַף כִּי Lectio heb.
רָשָׁע וְחוֹטֵא׃

ſi quidem iuſtus vix ſaluabitur impius
καὶ μὲν δίκαιος μόλις σώζεται ὁ δὲ ἀσεβὴς Lxx
& peccator vbi apparebit.
καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται

D. Petrus.

&. ſi iuſtus vix ſaluabitur autem impius
καὶ εἰ δίκαιος μόλις σώζεται ὁ δὲ ἀσεβὴς
& peccator vbi apparebit.
καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται?

HAec verba iuxta translationē Lxx citantur à D. Petro ad verbum, & ſunt qui mirentur à D. Petro hæc iuxta tranſlationem Lxx eſſe citata, quaſi D. Petrus vlla ſcripturæ teſtimonia citet, quæ nōn iuxta hanc eandem interpretationem citentur, excepto ſi aliquandò ea ſuis verbis velit citare, quod eſt rariſsimum, nec aliud citat ſuis verbis quā quod capite proximo eſt adnotatum, ſed hebraice aiunt non ſic eſt: Nam D. Hieronymus lectionem hebræam ad verbum ſic tranſtulit, ſi iuſtus in terra recipit, quanto magis impius & peccator; optimè quidem Diuus Hieronymus qui lectionem hebræam, quę nunc circumfertur latinè expreſsit & ſacroſancta lectio eſt, ſed ſecundo libro oſtendimus

mus ex Chryſoſtomo & Rabinorum teſtimonijs, hebraicè duplicē in plerisq; eſſe lectionē vtranq; ſacroſanctam, excepto ſi velis Apoſtolorum principem eccleſiæ caput falſam ad nos tranſmiſiſſe ſcripturam, & Spiritum ſanctum, qui eius ore loquebatur citaſſe falſa, quę horum, inquies, cauſa eſt. Quod lib. 2. c. 64 oſtendimus in his rebus quæ duobus locis hebraicè conſcripta ſunt verbis eiſdem mutata verba reperiri mutatas orationes, & alibi deeſſe orationes quę ſunt alibi, & tamen vtraque lectio eſt ſacroſancta, nam quam hebræam lectionem dices eſſe veriorem hanc vbi deſunt orationes, an illam vbi illæ orationes ſunt an vbi aliud verbum eſt, an illam vbi verbum eſt longè diuerſum? certè non audebis alteram alteri anteferre qui minus ergo cum in lectione Apoſtolica aliam agnoſcis lectionem hebræam vtranque dices ſacroſanctam? ergo ex tranſlatione quam citat Diuus Petrus, agnoſcitur hebraicè pro בָּאָרֶץ In terra legiſſe Lxx בשמץ id eſt, in puſillo, vt ſit ſi iuſtus in puſillo, id eſt, vix nā ieſulam, verbum hebræum reddi poteſt pacificabitur ſaluabitur, ſi iuſtus in puſillo ſaluabitur, in lectione quoque Lxx quam citat Diuus Petrus, agnoſcitur alia olim fuiſſe lectio vbi duo illa erant verba, vbi parebunt vt eſſet ſi iuſtus vix ſaluabitur impius & peccator profectò vbi parebit, vnde ſcis, aiunt, tantum mutationē eſſe faciendā, quod in hebræa lectione lib. 2. multo plures varietates lectionis eſſe oſtēdi, & alibi eſſe orationes quę deſunt alibi, bene eſt, ſed hoc hic accidiſſe, vt deſint duo verba, & alterū mutatū in alterū eſſe vnde ſcis? ex vetuſta lectione Lxx virorū & potiſsimū ex Spiritu S. qui eā ore Petri ſic citat & arguit hebraice duplicē fuiſſe lectionē alteram, quam Spiritus S. agnoſcit, alteram quā tranſtulit D. Hieronymus, vtranque ſacroſanctam, exemplo hebræorum codicum, vbi id accidit ſæpiſsimè, nec audeas vtdixi alterum alteri anteferre.

Ex 1. Petri cap. 5. & ex capit. 3. Prouerbiorum.

Quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem det gratiam. Vulg. 13.

Lectio hebræa.
illuſores ipſe deludet & manſuetis
לַלֵּצִים הוּא יָלִיץ וְ לַעֲנָוִים
dabit gratiam
יִתֶּן חֵן

Lxx.
Dominus ſuperbis reſiſtit humilibus
κύριος ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς
autem dat gratiam.
δὲ δίδωσι χάριν.

Diuus Petrus.

quoniam Deus ſuperbis reſiſtit
ὅτι ὁ θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται
humilibus autem dat gratiam.
ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν.

Diuus Petrus cap. 5. primæ Epiſtolæ, & Iacobus cap. 4. hunc locum citant iuxta tranſlationem Lxx ad verbum, vt duæ eccleſiæ columnæ tranſlationem Lxx defendant, & præcipue Spiritus ſanctus, qui eorum ore loquitur, at vertit aliter, Diuus Hieronymus, quid tum? bene Diuus Hieronymus & melius eccleſiæ columnæ, & Spiritus ſanctus, qui Apoſtolorum ore hunc locum citat. Itaque rectè Diuus Hieronymus ipſe deludet illuſores, & manſuetis dabit gratiam: nam, lus, illudere eſt & ſuperbire, vt verti poſsit Deus illudet illuſores, & Deus ſuperbiet in ſuperbientes, quod Lxx interpretati ſunt, id eſt, reſiſtet ſuperbis, & humilibus dabit gratiā, quod probauerunt duæ tantum eccleſiæ columnæ Petrus & Iacobus quam veriſsimam interpretationē etiā ſequētia oſtēdebant humilibus autē dabit gratiam & notandum tantum Apoſtolos explanationem ſcripturæ Lxx probaſſe & citaſſe, non enim tam eſt tranſlatio, quā explanatio, melius Plato qui in ſuis legibus capite plectendum ſanxit, ſi quis aduerſum id quod diuinis legibus ſancitum eſſet, quicquā diſputaſſet, aut ex eis quicquam demutaſſet, ſed ſcias oportet

Diuum

D. Hieronymum ſæpe eſſe profeſſum in facienda ſua translatione ſequutũ ſe fuiſſe Lxx viros, & Iudęos translatores Aquilam, Symmachũ, & Theodotionẽ, quicquid ergo in vulgata D.Hier. reperitur ad normam Lxx virorum translatum huic hominum generi non placet, ſi quid ex Iudaicis traditionibus D.Hieronym. refert quanuis illud refellat id illis perplacet, & de ſua ſententia D.Hieronymum id dixiſſe contendunt, in ſuis commentarijs (aiunt) D.Hieron. multa ex ſua translatione caſtigat, quæ nunc non legimus caſtigata, ita eſt. Vulgata D.Hieronymi, vt recepta ſemel eſt ab eccleſia non permiſſa eſt caſtigari poſtea à quopiam, nec ab ipſo authore, quod in texenda vulgata adiutus ab ſpiritu ſancto melius ſapuit hic Diuus, nec tantum ſapuit in faciendis commentarijs, & perridiculus eſt qui in quæſtionibus hebraicis vulgatam D. Hieronymi ab ipſo D. putat caſtigari, nec intelligere vnquam potuere hi viri boni, quę illic caſtigetur vulgata, homines imperitos qui neſciunt, quid dicant, aut quid loquantur, ſed funditant verba irrita vẽtis, falſa de ſe perſuaſione timidi.

Ex Epiſtola 2. D.Petri, & ex cap. 2. & Iob. cap. 24.

Vulgat. *Si enim Deus angelis peccantibus non*
14. *pepercit,*

Lectio hebr. וּבְמַלְאָכָיו יָשִׂים תָּהֳלָה׃

HOc Iob, cap. 4. ſcriptum eſt & in angelis ſuis reperit prauitatem, ſed leges in theſauro Pagnini in dictione הלל. halal, Rabinos aliter hunc locum interpretari, quam Diuus Hieronymus, aut Lxx viri ſunt interpretati, alij enim tranſtulere, in angelis ſuis põnet lumen, aut ſplendorem, alij ponet ſtultitiam, aut veſaniam; aut in angelis ſuis non poſuit veritatem, quod mihi quidem hæreticum eſſe videtur, non poſuit enim in creaturis vitia quæ teſtimonio Dei erant valde bona, & poſuit in angelis omnem veritatem naturalem, & ſi creati ſint in gratia poſuit fidem, nec iuuat illa defenſio Iudæorum qua vtitur Vatablus in commentarijs in cõparatione ad Deum, ſic enim innumerabiles hæreſes defenderentur, alij alios Rabinos ſunt ſequuti qui tranſtulere in angelis ſuis ponet gloriationem, & in margine ponet lumen. Si in bonam partem accipias defendi vix poteſt, & vulgatam & eccleſiaſticam ſcripturam ſubuertit, atque eam quam agnoſcere videtur D.Petrus. Si verò in malam partem accipias gloriationem hæreticum etiam mihi eſſe videtur. Deus enim non ponit vitia in creaturis, vt docent Ariſtoteles & Plato, cur enim Dominus puniret quem creaſſet vitioſum, cur eos, vt Petrus ait, rudentibus infernis trahi voluit in ſempiternas pœnas. Quid ſi inquies ita hebraice eſt? ſaperes & ex lectione latina caſtigares hebræam lectionem, vt ſupra docui Rabinos ſolitos facere. pro יָשִׂים poſuit mutata vna littera legeres שִׂימַי intellexit reperit, quæ lectio vulgata eſt, ita vnius litteræ mutatio hęc viuat. Sequentia vero vetant in bonã partem accipi gloriationem, ait enim quanto magis hi qui habitant domos luteas. Ea igitur cauſa fuit cur ſecundo libro ex ſententia veterum omnium & Iudęorum antiquiſſimorum & Rabinorum recentium oſtenderim in lectione hebræa multa eſſe vitia, alioqui nec lectio euangelica, nec Apoſtolica, nec vulgata D.Hier. defendi vllo modo poſſent, vt id quod in vulgata præcedit iuxta trãſlationem D.Hier. ecce qui ſeruiunt ei nõ erunt ſtabiles defendi nullo modo poſſet, niſi ex ſanctis patribus didiciſſes; & ex Iudęis antiquis, & ex Rabinis ex lectione hebræa litteras eſſe detractas, aut mutatas non raro, alias hebrææ lectioni eſſe additas quæ ſunt expungendæ, hæc parum credibiliter à me dici viderentur, ita lectioni hebrææ, iaamin credit ſtabilis

Vulg. Ex cap.2.Petri,& ex Eſaia.28.

2. *Ecce ponamur in Sion lapidẽ ſummum angularem electũ,probatũ,pretioſum.*

Lectio hebræa. הִנְנִי יִסַּד בְּצִיּוֹן אָבֶן אֶבֶן בֹּחַן פִּנַּת יִקְרַת מוּסָד מוּסָּד הַמַּאֲמִין לֹא יָחִישׁ׃

Lxx ecce ego inijciam in ſundaméta Sion
ἰδοὺ ἐγὼ ἐμβαλῶ εἰς τὰ θεμέλια σιών
lapidem pretioſum electum ſummangularem
λίθον πολυτελῆ, ἐκλεκτόν, ἀκρογωνιαῖον
in ſundamenta ipſius.
εἰς τὰ θεμέλια αὐτῆς.

Diuus Petrus.

ecce pono in Sion lapidem ſummangularẽ
ἰδοὺ τίθημι ἐν σιὼν λίθον ἀκρογωνιαῖον
electum honorabilem.
ἐκλεκτὸν ἔντιμον.

DIximus Apoſtolos & Euágeliſtas breuiare ſolitos quæ aliquantulú fuſe dicta ſunt in prophetis iuxta illud Eſaiæ.c.10.Cóſummationé & abbreuiationé faciet Dñs Deus in medio terræ quod citat Paulus, & interpretatur in Epiſt.ad Rom.de quo diximus fuſe ſatis in cómentarijs in Eſaiæ locú illũ,& ideo pro tota illa oratione.Ecce ego inijciam in fundaméta Sion, D. Petrus dixit:Ecce pono in Sió,reliqua omnia dixit D. Petrus iuxta tranſlationé Lxx relicto vno verbo πολυτελῆ.i.pretioſum eiuſdé breuitatis cauſa, & tranſpoſito alio de reliquo. Eadé verba reperies apud D.Petrú, quæ ſunt apud Lxx, Auguſt. cótra Fauſtú Manichæú lib.32.c.13. reddens cauſam cur in lege præceptú eſſet ab Apoſtolis,vt abſtinerét gétes tantú à fornicatione ab immolatis & ſanguine.i. nequaquá ederét carné cuius ſanguis nó eſſet effuſus,elegiſſe,inquit,mihi videntur pro tépore ré facilé,in qua cum Iſraelitis etiá gétes cógruerent propter angularé illũ lapidé duos parietes in ſe condenté, vt aliquid cómuniter inter ſe obſeruarent,& lib.2.idẽ Auguſt. cótra aduerſariú legis & prophetarú. c.2. Lapidẽ angularẽ refert ad lapidé illũ quẽ reprobauerunt ędificátes qui factus eſt in caput anguli,quo cóiuncti ſunt populus Iudaicus & populus gentiú. Tertul. aduerſus Marcioné li.5.c.11.de fundaméto vnico Chriſtianiſmi poſito hoc eſt de Chriſto Ieſu.Eodé modo interpretátur Iudæi & noſtri aduerſarij noſtrá vulgatá caſtigare vidétur, nó legũt enim lapidé probatú,vt D.Hier.nec lapidé electú,vt Lxx nó ita eſt hebraice aiunt,muta vnú punctú,& lege pro bochan, buchan; & efficies probatú,muta idé punctú & vná litterá,& efficies lectioné Lxx,ſi legeris pro bochan,buchar.i.electũ, vt mutét Iudæi punctú vnú,aut punctú vnũ & vná litterã,& falſam efficiát vulgatá & lectioné apoſtolicá vt noſtra refutét & falſis ſcripturæ teſtimonijs Apoſtolos vti dicant quod dicebat impius Iulianus Apoſtata, & Porphyrius impius,& poſtea ſuas fraudes clamét eſſe veritaté hebraicá? at Iudæi & noſtri aduerſarij vertũt,nó lapidẽ electú aut lapidé probatú, ſed lapidẽ munitionis lapidẽ arcis,vt hoc faciant iuxta illorú regulas dicát neceſſe eſt non bochan,vt hebraice eſt, ſed duobus púctis mutatis,bachon eſſe legendú, quæ duo púcti nó audét mutare,ne fraudes illorú deprehendátur:nã ſi lectioné hebræam quæ circúfertur velis interpretari lapidẽ bochã,interpretaberis lapidé probanté, & lapidé bochar,lapidé eligété, quod lapis hic qui Chriſtus eſt probet bonos, malos improbet,& quos velit eligat.Sed lectioné ſpiritus ſ.retineamus,qui ratione ea, quá diximus annotatione ſuperiori exéplo codicis Hiſpani docet mutatá vnam litterá,& punctú mutatú vnú, & hoc loco duplicé lectioné fuiſſe,alterá quá agnouit D.Hier.alterá quá expreſſere Lxx quá Spiritus S.ore D.Petri probauit,ergo D.Petrus iuxta canoné Origenis ex hoc loco neceſſaria , omittit alia certè oía verba quæ citat ſunt Lxx virorú,ſed verbú illud ἔντιμον,quod oés interpretantur pretioſum videtur D.Petrus interpretari honorificatum.Ait enim, ponam in Sion lapidem electum ſupple à Deo ſuperangularé,qui cóiungit vtrũq; populum Iudæorú & nationum ſub angulo duorú parietũ eccleſiæ, qui parietes coniunguntur Chriſto ſuperangulari lapide in vnam eccleſiã,entimon,honorificatũ

Attẽde quã appellent veritatẽ hebraicam.

à Deo

à Deo, vt enim D. Petrus probaret verba illa quæ prædixerat Chriſtũ eſſe lapidẽ viuũ ab hominibus reprobatũ, à Deo autem electũ & honorificatum citauit illa verba Eſaiæ. Ecce ponã in Sion lapidem ſuperangularẽ electũ à Deo, & honorificatum, quod D. Hieron. vertit angularẽ Lxx reddere ἀκρογωνιαῖον. i. ſuperangularẽ, vel ſummangularẽ, aut ſummũ angularẽ, ſed in idẽ recidit, iqrat, verbũ hebræũ reddunt pretioſum, ſed reddi poteſt honorificatũ glorioſum, vt optimè ſic reddiderint Lxx, & D. Petrus, quod etiã apparet ex illo quod ſubijcit Petrus vobis credentibus honor, erit. ſ. lapis ille honorificatus & glorioſus ab eo quod dixerat ἔντιμον ſubiecit vobis τιμὴ honor. Igitur ex his quę diximus apparet lectionem hebræam mutatam à Iudæis vt D. Petri authoritas extenuaretur.

Vulgat. *Qui crediderit in eũ nõ feſtinet. ibid.*

3. vel mutata vna litera feſtinet non qui crediderit

Lectio hebr. הַמַּאֲמִין לֹא יָחִישׁ: / לֹא יֵבוֹשׁ

Lxx. & qui crediderit in ipſum non cõfundetur.
καὶ ὁ πιστεύων ἐπ᾽ αὐτῷ οὐ μὴ καταισχυνθῇ.

D. Petrus.

& qui crediderit in ipſum non cõfundetur.
καὶ ὁ πιστεύων ἐπ᾽ αὐτῷ οὐ μὴ καταισχυνθῇ.

HIC locus ex. 2. c. Epiſtolæ Petri, & ex Eſaia. c. 28 De his (authore Ambroſio in hunc locũ) dicitur, qui in Chriſtũ crediderint, qui in extremo iudicio nõ confundẽtur cõfuſione ſempiterna. Cyrillus de recta fide ad reginas citãs hũc Eſaiæ locũ. Omnis qui credit in illũ, non pudefiet, ait, ſi omnis fidei terminus nobis in Chriſti perſona præſtituitur, & cõfitentes eius mortẽ & reſurrectionẽ tanquam in Deũ credẽtes iuſtificamur, quis audeat dicere non ipſum eſſe Deũ quandoquidẽ eſt caput ſalutis omniũ, probat itaq; ex hoc loco Cyrillus Chriſtũ eſſe Deum. Iã quaſi res confeſſa eſt hac parte tranſlationẽ Lxx virorũ, quam citat D. Petrus, & D. Paulus à lectione hebręa diſſentire, ita vt id inficiari nõ poſſimus quando D. Hieron. in ſua vulgata lectionem hebræã expreſſit, qui reddidit, qui crediderit nõ feſtinet, vt ſit ſenſus huius prophetiæ, qui crediderit huic prophetiæ non feſtinet. i. ne putauerit cito euenturam: ſic enim etiã noſtri aduerſarij interpretãtur ſenſu longe diuerſo à D. Petro, & à ſanctis patribus. Hiero. in principium capitis. 49. vtranq; translationẽ Eccleſiaſticã, vulgatã, & Lxx. ita ſe habere ait vt altera alteri lucẽ afferat, idem diximus alibi ex Auguſtino, & ex Gregorio, & alijs patribus, vt intelligamus ex trãſlatione Lxx quã citant D. Petrus, & D. Paulus, aut potius eorũ ore Spiritus ſ. vulgatã D. Hieron. eſſe explanandã, qua de re multa diximus in cõmentarijs in Eſaiam, ſed hebraïcè nõ eſt (inquies) qui crediderit in eũ, ſed qui crediderit, vt nõ neceſſe habeas referre ad fidem Chriſti. Mendacij arguere vis Chriſtũ qui in ore Petri & Pauli loquebatur. Non ſanè, inquies, ſed ſcire volo, quæ res hęc ſit li. 3. c. 64. f. 225. monſtratũ eſt negligentia Iudaica multas ſyllabas, voces, & dictiones ex lectione hebręa excidiſſe. Lege patiẽter & attẽte caput illud, & non mirabere hoc loco ſyllabã bo. i. in ipſum excidiſſe, an erat mentiturus Spiritus S. qui citat ore Petri & Pauli. Qui crediderit in ipſum? certe plane clamat in lectione hebræa deeſſe. bo. in ipſum, Spiritus S. mentiri nõ poteſt. Nec hebraice eſt (inquies) nõ confundetur, ſed nõ feſtinet, vt vertit D. Hier. rectè quidẽ tranſtulit D. Hiero. tamẽ ex eod. c. lib. 2. intelligis litteras & ſyllabas in dictione hebræa ſæpè mutatas. & ex cap. 64. facie. 223. & deinceps. Muta igitur vnã litterã & efficias lectionem Apoſtolicã, ſi pro lo iachis, nõ feſtines legeris, lo iabis, non erubeſces non cõfunderis, vt duplex hoc loco fuerit lectio, quarũ alterã tranſtulerit D. Hiero. alteram expreſſerint Lxx quam probabarit Petrus & Paulus, aut potius eorũ ore Spiritus S. vt ſi cælo Lxx ad nos deuolaſſent obtrectari gauderent à ſuis aduerſarijs dum appareret à D. Petro, & à D. Paulo, aut potius eorũ ore ab Spiritu S. eſſe probatos & defẽſos, nec aliter

Chriſtianus homo dicere queat, ꝙ oculis cernes ita eſſe exẽplo codicis Hiſpani tráſlati latinè, quo vſi ſumus toto hoc opere & præfatione in locos Apoſtolicos & Euangelicos, ne quis audeat lectionem Apoſtolicam & Euangelicam improbare, aut velle refellere.

Ex cap. 2. D. Petri. Pſal. 117.

Vulg. *Lapis quem reprobauerunt ædificantes*
4 *hic factus eſt in caput anguli.*

Lxx
lapidem quem reprobauerunt ædificantes,
λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες,
hic factus eſt in caput anguli.
οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας.

D. Petrus.

lapidem quem reprobauerunt ædificantes
λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες,
hic factus eſt in caput anguli.
οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας.

HVnc locũ eodẽ modo vertere oẽs interpretes, & cũ lectione hebręa congruunt oẽs, tamẽ D. Petrũ Lxx viros citaſſe apparet, ꝙ tali forma dicẽdi Lxx viri ſunt vſi, qualis illa eſt: ſermonẽ quẽ audiſtis nõ eſt meus, & illã expreſsit D. Pet. græcè, latinus interpres vertit lapis quẽ reprobauerũt ędificãtes, cũ gręce eſſet iuxta Lxx lapidẽ quẽ reprobauerũt. Iã ex hoc loco notes oportet, quæ in litteris apoſtolicis & Euãg. citãtur duobus modis ſupradictis vitiari manu aut interpretatione, manu quod Græci dicunt παραγραφῇ falſa ſcriptione, mutatione pũctorũ, diſtinctionis litterarũ ſimiliumq́; quorũ ſingulis totus orationis intellect⁹ mutatur, interpretatione verò quod gręci nominãt παρεξηγήσει .i. praua interpretatione, cũ locus ſcripturę qui de Chriſto eſt, aliò deflectitur, vt Chriſti myſteria obſcurẽtur, quod lib. 2. huius operis fuſe à nobis dictũ eſt: hũc locũ omnes veteres patres ad vnũ de Chriſto interpretantur D. Paulus & Euãgeliſtæ oẽs, ſed vbi agitur de D. Petro Apoſtolorũ Coryphæo & Principe aliorũ vti teſtimonio iniuriũ in apoſtolorũ principẽ videri poſſet. Apex ergo Apoſtolorũ, vt vtar verbo Cyrilli in theſauro cõtra hęreticos lib. 13. c. 2. cui hæc myſteria, vt ſaluator ait, nõ caro nec ſanguis, ſed pater ipſe cæleſtis reuelauit, hũc locũ ad Chriſtum refert, oẽs noſtri aduerſarij ad vnũ ad Dauidẽ referũt, nec horũ quenquam retardat pudor, quo minus Diuo Petro aduerſentur, & ab eo ex ſcriptura citata teſtimonia ex ſcriptura ſancta refutent, ita quãdo nõ ſequuntur ſcripturã vitiatam manu à Iudæis, ſequuntur ſcripturã παρεξηγήσει vitiatã .i. praua Iudæorũ interpretatione, iã addũt, inquiunt, typice de Chriſto, vnũ ex hoc loco aduertat lector oportet nullũ ex pſalmis locũ citari ab Apoſtolis aut Euang. quẽ hoc genus hominũ nõ ad Dauidẽ referãt & peruertãt, παραγραφῇ .i. praua ſcriptione, & Apoſtolis aduerſentur & euangeliſtis, & illo ſe ſemper defendãt quod addũt Typice de Chriſto, nihil ergo in pſalmis de Chriſto litteraliter? fallebatq́; Chriſtus, vt diximus ex Auguſtino, cũ dicebat cõpleri oportuiſſe quę in pſalmis ſcripta eſsẽt de ſe, quibus reſpõdere poſſemus de te in pſalmis nihil ſcriptũ eſt prorſus, veroſq́ue dicere poſſemus iuxta horũ ſententiã fuiſſe Manichæos hæreticos, qui de Chriſto nihil litteraliter ſcriptũ eſſe dicebãt, ſed allegorice, & poſtea allegorias riſu proſequebãtur & cachinno. Ergo hic locus à principe Apoſtolorũ Petro ad Chriſtũ relatus ad Dauidẽ à noſtris quibuſdam hominibus refertur vt veri fiant Iudęi qui locos ſcripturæ citatos de Chriſto alijs melius cõgruere poſſe affirmant apud Origenem cõtra Celſum.

Et erit vobis in ſanctificationẽ: in lapidẽ autẽ offenſionis & petram ſcandali duabus domibus iſrael, & in laqueum & ruinam habitantibus Ieruſalem. Vulg. 5.

Ex c. 9. 1. Epiſt. Petri, & ex cap. 8. Eſaiæ.

Lectio heb.
in lapidẽ & in ſanctificationem erit &
לְאֶבֶן וּ לְמִקְדָּשׁ הָיָה וְ
domibus duabus ſcandali in petrã & offenſionis
בָתֵּי לִשְׁנֵי מִכְשׁוֹל לְצוּר וּ נֶגֶף
ruinam & in laqueum Iſrael
לְמוֹקֵשׁ וּ לְפַח יִשְׂרָאֵל
Ieruſalem habitantibus
יְרוּשָׁלָיִם׃ לְיוֹשֵׁב

Hæc

HAEC verba citat Diuus Petrus, vt interpretetur ſcripturam, quā ſupra citarat, quod ſupra Chriſtum dixerat ἔντιμον pretioſum ſiue honorificatū, ſubiecit D. Petrus credentibus, erit honor & gloria Chriſtus, namque glorificatus à patre eſt & honorificatus ſecundum humanitatem, vt mult's verbis docet Athanaſius ſecunda oratione contra Arianos, vt honorem & gloriam in credentes transfunderet, vt caput in mēbra, ipſe ſecundum diuinitatem glorioſus eſt & immenſus & infinitus, ait ergo Diuus Petrus, Glorificatus & honoratus à patre, vt in credentes gloriam & honorem transfunderet, vt caput in mēbra non credentibus verò erit lapis offenſionis & petra ſcandali ſiue ruinę iuxta Lxx locus enim citatus à Diuo Petro magis congruet vulgatæ Diui Hieronymi, quam Lxx interpretationi, quanquā vtrique congruit, excepto quod Lxx ruinam dixere pro ſcandalo quod idem eſt, qui enim non credidere vaſtati ſunt à Romanis ferro & incendio omnes abſumpti, reſidui in captiuitatem ducti, ita vt ne vnus quidem Iudæus in vniuerſa Iudæa fit reliquus, & lege ab imperatoribus lata capitale fuerit Iudæo, qui intra Iudæam penetraſſet pedem, vt fuerit Iudæam in ſanctificationem nobis per Chriſtum, duæ partes Iudææ tribus duæ Iuda, & decem tribus Iſrael vaſtatę ſint à Romanis, & ipſa Hieruſalē, quod Chriſto non crediderint.

Vulg. 6. *Vos autem genus electum regale ſacerdotium gens ſancta populus acquiſitionis.*

Lxx. regale ſacerdotium & gens ſancta.
βασίλειον ἱεράτευμα καὶ ἔθνος ἅγιον

Diuus Petrus.

vos autem genus electum regale ſacerdotium gens ſancta populus in acquiſitionem.
ὑμεῖς δὲ γένος ἐκλεκτὸν βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν

EX hoc loco duæ tantum ſunt orationes, Exodi. 19. regale ſacerdotiū & gens ſancta quæ iuxta translationem Lxx citantur à Diuo Petro, cætera deſunt in lectione hebræa, & in Lxx ſeniorum interpretatione. Dixi enim centies per noſtros quoſdam translationem Lxx à Iudæis oppugnatam acerrimè, & ab ea multa eſſe expuncta per noſtros, fraude Iudaica, & ex Chryſoſtomo oſtēdimus lectionem hebræam, Iudaica malitia & negligentia multis locis mutilam & truncatam, quod lib. 2. ca. 64. vel oculis omniū ſubiecimus, vt qui vel primoribus labris hebræas litteras deguſtarit oculis cernat, & manibus prahendat, vt qui illa viderit & benè expenderit cuilibet authori veteri, qui hæc verba ſic citarit fidem habendam cōtenderet Lxx virorum lectionem mancā eſſe & truncatam cum ea quæ nunc hebraicè circūfertur planum & perſpicuum eſt, ſi ſuperiora omnia bene expenderit D. Petro, cui caro & ſanguis Chriſti myſteria nō reuelauit, ſed pater cæleſtis, habēda ſumma fides eſt. Inſtant quidam, reijcis ergo vulgatam, nihil minus, vera eſt lectio vulgata, & vera interpretatio Lxx: nullis igitur ſunt verbis defectæ, vnde valet hoc conſectarium. Multa enim citantur in lectione Apoſtolica & Euangelica, quę deſunt in vulgata, quid tum? vera eſt vtraque lectio Apoſtolica atq; Euangelica, vera eſt & vulgata, nec hoc impedit quod plura ſint in Apoſtolica lectione & Euangelica. Qui potuere ergo ex lectione hebræa illę duæ orationes excidiſſe, ea ratione inquam etiam ſi malitia abfuerit qua excidere aliæ, quas leges & videbis tuis oculis. 2. lib. cap. 64. ne reſecanda putes quęcunque in lectione hebræa nō ſunt. Et ne noſtra ad normā lectioni hebrææ putes caſtiganda. Iudęis hoc crimē fœdiſsimum & blaſphemiæ pleniſsimum & diuinæ execrationi obnoxium incurrunt Apoſtolis & Euangeliſtis, quod addunt quæ velint & detrahunt ſcripturæ ſanctę vt dictum eſt.

Vulg. 7. *Qui aliquando non populus Dei, nũc autem populus Dei, qui non conſecuti miſericordiam, nunc autem miſericordiam conſecuti.*

Ex cap. 2. Petri, & ex cap. 2. Oſeæ.

SOlebant dicere viri docti partis aduerſæ Apoſtolos & Euangeliſtas citaſſe Lxx viros quod ea tẽpeſtate ea tantum ſcriptura eſſet qua gentes vti poſſent, nec eſſet vlla alia, nec legerant Platoné lib. 1. de R. P. Qui impoſsibile eſſe longa diſputatione concludit, vt Deus mendacio aut falſo vnquam vtatur ad peragenda ea quæ volet, nec legerãt Ariſtotelé & Platonem qui concludunt neceſſe eſſe Deum eſſe αὐτάρκη id eſt, ſufficientem ſibi, nec vllius rei indigum, potuit ille prouidiſſe eccleſiæ ſuæ ſanctæ, ſi verè noſtra ex Deo ſunt, vt re ipſa ſunt, vt ſcriptura diuinitus facta eſſet & nulla re defecta, vt prouidit per Ptolomæum, & Lxx viros. Ex hoc intelliges, quod Auguſtinus docet de ciuitate Dei lib. 18. cap. 44. in fine Apoſtolos & Euangeliſtas vti interpretatione Lxx virorum in citanda ſcriptura & lectione hebræa, pari authoritate, quod vtraq; vna eſt atq; diuina. Petrus nãque hoc loco citat hoc teſtimonium ſcripturæ iuxta hebræam æditionem. Paulus tamen ad Romanos cap. 9. hunc eundem locum iuxta tranſlationem Lxx citat, ꝙ racham, verbũ hebræum miſereri ſignificat, & ita D. Petrus: Qui nõ cõſecuti miſericordiã, nũc autem conſecuti miſericordiã. Paulus autem cap. 9. ad Romanos, quod hoc idẽ verbum, racham, diligere ſignificat etiã & amare, hunc eundem locũ citat iuxta Lxx, & vocabo non dilectam, dilectam quod Lxx dixerant, & diligã non dilectam, quod idẽ eſt cũ illo vocabo nõ dilectam, dilectam; quanquã Lxx in fine capitis primi vtroque modo reddiderãt quod enim D. Hieron. tranſtulerat: vocabo nomen eius abſque miſericordia, quod non addam vltra miſereri Lxx dixere: vocabo nomen eius abſque miſericordia, quia non addã vltra diligere, vt ex varia vocis Hebrææ ſignificatione, varia plerunque tranſlatio fiat. Vertere enim idem verbum miſereri & diligere in eodem loco Lxx. Hic locus ad vocationem gentium refertur, temporibus Chriſti à D. Petro & Paulo, & ab alijs ſanctis patribus à quibuſdam ad tempora Zorobabelis, quidã prolixitate ſermonis ita delaſſant legenté, vt tã patiẽs nemo eſſe poſsit, vt expectet, ſentiãt ne cum noſtris an cum Iudæis. Nec illud ferendũ eſt quod faciunt interpretes, qui libros latinè vertunt, quod multa libris quos è Græca lingua transferunt admiſcent de ſuo, veluti Origenis interpres in cap. 9. ad Romanos, vbi ſcribit. Apoſtolos multa addere & mutare de ſuo, quod ipſum per ſe falſiſsimum eſt, & ab Origenis ſententia alieniſsimum. Semper enim Origenes contra ſentit vbicunque ea de re tractat. Nam ſi Apoſtoli & Euangeliſtæ adderent quæ vellent ſcripturæ & detraherent falſa ſcriptura vterentur, falſiſsimum eſt & Iudaicum, quod his poſtremis libris apparebit. Ergo qui aliquando non populus Dei, populus decẽ tribuum, ſcilicet, populus idolatra, qui relicto Deo, idola colebat, & ideo non erat populus Dei, & ideo intelligũtur omnes idolatræ, nunc autem populus Dei, conuerſi ad Chriſtũ ex idolatria, & qui non conſecuti miſericordiam vel non dilecti à Deo, quod lapides & ſaxa colebant, nunc conſecuti miſericordiam, vel dilecti à Deo, quod per fidem ad Chriſtum tracti erant.

Ex cap. 2. 1. Epiſtolæ Petri, & ex Eſaia, capit. 53.

Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Vulg. 8.

non & fecit iniquitatem non quoniam Lectio hebræa.

לא וְ עָשָׂה חָמָס לֹא עַל

in ore eius dolus

מִרְמָה בְּפִיו׃

quia peccatum non fecit nec dolus in ore eius. LXX.

ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ.

D. Petrus

Diuus Petrus.

qui peccatum non fecit nec inuentus eſt
ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδ᾽ εὑρέθη
dolus in ore eius.
δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. & alia ex eodem capite iuxta translationem Lxx.

TOtum caput Eſaiæ tam manifeſta prophetia incarnationis filij Dei eſt ex ſacra virgine,& paſsionis Domini pro genere humano,& reſurrectionis, vt euangelium non videatur manifeſtius, nemo vnquam Iudæorum hoc caput potuit peruertere, nam Iudæus qui apud Origenem contra Celſum facere aggreſſus, nihil aliud quam riſum aduerſum ſe mouit,& poſtea demum hęſit in ſalebra. Totum igitur hoc caput præteriſſem ſilentio, & quædam alia quę ſequuntur, niſi profeſſus eſſem demonſtraturũ me Apoſtolos translationem Lxx in citandis teſtimonijs ex veteri teſtamento fuiſſe vſos. Hoc loco igitur Diuus Petrus translationis Lxx facit quandam paraphraſin, non enim eam citat, ſed verbis illius vtitur, vt probet quæ velit & doceat Chriſti Domini patientiam ſingularem & innocentiam hoc loco addidit verbum vnum οὐδ᾽ εὑρέθη inuentum eſt cætera verbis Lxx dixit,& illud, qui peccata noſtra ipſe pertulit verbum tantũ futuri in præteritum mutauit, quia res iam erat tranſacta, Lxx namque dixere τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν αὐτὸς ἀνοίσει id eſt, peccata eorum ipſe portabit; & Diuus Petrus, ὃς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αὐτὸς ἀνήνεγκεν qui peccata noſtra ipſe portauit, ipſorũ mutauit in noſtra, eorũ, mutauit in noſtra, quia de noſtra redemptione agebat, & futurum mutauit in præteritum verbis eiſdem eſt vſus, quibus vſi fuerint Lxx poſtea addidit D. Petrus, cuius liuore ſanati eſtis, tantum mutauit perſonam, & addidit οὗ id eſt, cuius, vt eſſet cuius ipſius, & rurſum illud: Eratis ſicut oues errantes Lxx dixerant πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν omnes ſicut oues errauimus. Diuus Petrus ἦτε γὰρ ὡς πρόβατα πλανώμενα eratis enim ſicut oues errantes, ita D. Petrus non ſolum cum citat ſcripturæ teſtimonia, ſed etiam cum διηγηματικῶς id eſt, narratiuè ea adhibet, adhibet ea iuxta translationẽ eandem. Volo enim aduerſus obtrectatores Eccleſiaſticæ ſcripturæ liquere principem Apoſtolorum translationem Lxx ſemper in ore habere quanquam hebræam lectionem ipſe aliquando ſuis verbis interpretetur, vt ait Diuus Hieronymus, tamen Lxx translatio principi Apoſtolorum ſemper in ore eſt.

Ex capit. 3. primæ Diui Petri, & ex Pſalmo 33.

Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos, coerceat linguã ſuam à malo, & labia eius ne loquantur dolum, declinet à malo & faciat bonum, inquirat pacem, & perſequatur eam, quia oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum, vultus autem eorum ſuper facientes mala. Vulg.

quis eſt homo volens vitam diligere Lxx
τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ θέλων ζωὴν ἀγαπᾶν,
& dies videre bonos cohibe
ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθάς; παῦσον τὴν
linguam tuam à malo & labia tua
γλῶσσάν σου ἀπὸ κακοῦ καὶ χείλη σου
ne loquatur dolum declina à
τοῦ μὴ λαλῆσαι δόλον· ἔκκλινον ἀπὸ τοῦ
malo & fac bonum quære pacem,
κακοῦ καὶ ποίησον ἀγαθόν, ζήτησον εἰρήνην
& perſequere eam oculi domini ſuper
καὶ δίωξον αὐτήν, ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ
iuſtos & aures eius in preces ipſorum
δικαίους καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν
vultus domini ſuper facientes mala.
πρόσωπον κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακά.

Diuus Petrus.

Lxx.

Quidem enim volens vitam diligere & videre
ὁ μὲν γὰρ θέλων ζωὴν ἀγαπᾶν καὶ ἰδεῖν
dies bonos cohibeat linguam ipſius
ἡμέρας ἀγαθὰς παυσάτω τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ
a malo & labia ipſius ne loquatur
ἀπὸ κακοῦ καὶ χείλη αὐτοῦ τοῦ μὴ λαλῆσαι
doli declinet à malo, & faciat
δόλον, ἐκκλινάτω ἀπὸ τοῦ κακοῦ καὶ ποιησάτω
bonum. & quærat pacem & perſequatur
ἀγαθόν, καὶ ζητησάτω εἰρήνην, καὶ διωξάτω
eam, quoniam oculi Domini ſuper iuſtos &
αὐτήν, ὅτι ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ
aures ipſius in preces eorum vultus
τὰ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν πρόσωπον
dñi ſuper facientes mala.
κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακά.

CAput ſuperius & hoc & ſequens adnotare non erat neceſſe, dixi enim maxime manifeſtas de Chriſto prophetias aliqua fraude vitiari à Iudæis, caput vnum integrum quale ſuperius erat vitiari nullo modo potuit, hoc de quo nunc dicendum eſt, & ſequens eius generis ſunt, vt his qui in veteri teſtamento vitam degerent congruerent, & his qui viuunt vitam Euangelicam, & ideo ea vitiare non fuit neceſſe, libuit tamen ea adnotare vt appareat aduerſus pſalmorum obtrectatores Lxx virorum translationem multis verſibus à Diuo Petro citari, aut ab Spiritu ſancto, qui Petri ore loquitur. Agitur enim magna res eccleſiæ in hac parte, Lxx viri, vt quorũ translatione omnes veteres patres tam Græci quàm Latini vtuntur; & concilia primaria ſacra & eccleſia vniuerſa defendatur, & oſtendatur talis fuiſſe vt fere citetur ab Spiritu ſancto, qui Apoſtolorum ore & Euangeliſtarum loquitur, agitur etiam magna res atque adeo maxima vt vulgati pſalmi defendantur aduerſus eorum obtrectatores, qui fere omnium ſententias in ſuum conſenſum pertraxerant vulgatos pſalmos eſſe vitiatiſſimos cùm ſint emendatiſſimi; & ab Spiritu ſancto citentur ſemper, & Iudaicos pſalmos caſtigatiſſimos cum fraudibus Iudaicis ſint referti. Hi verſus pſalmi ad verbum citantur à Diuo Petro iuxta translationem Lxx mutata perſona ſecunda tamẽ in tertiam, quod enim Dauid ſecunda perſona dixerat, Petrus in tertiam mutat ſeruatis verbis eiſdem. Et hebræa lectio concordat cum vulgata, & cum Diuo Petro, nec neceſſe eſt quicquam addere aut detrahere.

Ex capit. 3. Epiſtolæ. 1. Diui Petri, & Eſaiæ. 8.

Timorem eorum ne timueritis, nec conturbemini, Dominum autem Chriſtum ſanctificate in cordibus veſtris. Vulg. 10

Lectio hebræa.

non & timueritis non timorem eius &
לֹא וְ תִירְאוּ לֹא וְאֶת מוֹרָאוֹ
ipſum ſabaoth Deum conturbimini
אֹתוֹ צְבָאוֹת יְהוָה תַעֲרִיצוּ : אֶת
hic & veſter timor hic & ſanctificate
וְהוּא מוֹרַאֲכֶם וְהוּא תַקְדִּישׁוּ
veſter terror
מַעֲרִצְכֶם :

Lxx.

timorem ipſius ne timueritis nec
τὸν φόβον αὐτοῦ οὐ μὴ φοβηθῆτε οὐδὲ
perturbemini dominum virtutum ipſum
μὴ ταραχθῆτε, τὸν κύριον τῶν δυνάμεων αὐτὸν
ſanctificate.
ἁγιάσατε.

D. Petrus.

autem timorem ipſorum ne timueritis nec
τὸν δὲ φόβον αὐτῶν μὴ φοβηθῆτε, μηδὲ
perturbemini dominum autem Deum, vel
ταραχθῆτε, κύριον δὲ τὸν θεὸν, ἢ τὸν
Chriſtum ſanctificate in cordibus veſtris.
Χριστὸν ἁγιάσατε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν.

NOn citat hæc Diuus, ſed ex hoc loco facta paraphraſi quadã verbis Lxx nos docet, vt ne paraphraſin quidem ſcripturæ ſuis verbis hic facere voluerit, ſed verbis Lxx redactis quidem ad compendium iuxta illud capitis decimi Eſaiæ conſummationem & abbreuiationem, de quo loco in commentarijs in Eſaiam cùm illum interpretabamur, multa diximus. Quod igitur Eſaias dixit iuxta Lxx τὸν φόβον αὐτοῦ Petrus τὸν φόβον αὐτῶν, quod in Eſaia de populo

de populo Iudaico agebatur D. Petrus, vt appareret non de vno quodam dici, timorem ipſorum ſcripſit. Lxx. οὐδὲ οὐ μὴ ταραχθῆτε, nec,necnec timueritis, D. Petrus ſat habuit dicere μὴ ταραχθῆτε ſimplici negatione, ne timueritis Lxx dixerant, οὐδὲ οὐ μὴ ταραχθῆτε, nec, nec nec perturbemini, quod negationes apud græcos quantò plures tanto magis negant, ideſt nullo prorſus modo conturbemini. D. Petrus ſat dixiſſe habuit hoc negatione ſimplici μὴ ταραχθῆτε ne perturbemini, ſed pro illo τὸν δὲ κύριον τῶν δυνάμεων Dominum virtutum, velut paraphraſi interpretans dixit αὐτὸν, hoc eſt Chriſtum. Iuſsit enim Dominus Apoſtolos vt nobis ſcripturam interpretarētur, quod fecit hoc loco D. Petrus, vt intelligeremus quoties in ſcriptura dicitur, Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ, de Chriſto dici, & eundem Chriſtū appellari Dominum Deum ſabbaoth. Nā mihi lectio noſtra vulgata magis placet, Græca nanque Chriſtum etiam præfert, ſed alijs exemplaribus quibuſdam pro Chriſto præfert τὸν θεὸν Deum. Sūt enim multi hæretici qui noſtris rebus aduerſantur. Illa verba in cordibus veſtris addita ſunt à D. Petro.

Ex prima Petri, cap. 4. & Prouerbiorum 10.

Vulg. 11 *Et vniuerſa delicta operit charitas.*

Lectio heb.

dilectio operiet peccatores omnes ſuper &

וְעַל כָּל פְּשָׁעִים תְּכַסֶּה אַהֲבָה׃

Lxx

omnes autem non contendentes

πάντας δὲ τοὺς μὴ φιλονεικοῦντας

operit amicitia.

καλύψει φιλία.

D. Petrus.

Dilectio operit multitudinem peccatorum.

HOc D. Petrus ex hebræa lectione eſt interpretatus ſuis verbis, & locum alium quem infra citat, canis reuerſus ad vomitum &c. contra illorum impudentiā qui aiebant Apoſtolos & euāgeliſtas, ideo Lxx citaſſe, quod non erāt eis alia ſcriptura, quam ſcripturā Lxx. Ecce quando volunt ſuis verbis citant ſcripturam, quod notandum etiam eſt pro D. Hiero. qui ſcribit Apoſtolos ſuis verbis citare ſcripturam, intellige tu aliquando nō ſemper, vt nos citamus Ariſtotelem, & Platonem non raro, nec verba ipſa recenſemus.

1. Petri. cap. 4. Prouerbiorum. 11.

Et ſi iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Vulg. 12

חֵן צַדִּיק בָּאָרֶץ יְשֻׁלָּם אַף כִּי רָשָׁע וְחוֹטֵא׃ Lectio heb.

ſi quidem iuſtus vix ſaluabitur impius

εἰ ὁ μὲν δίκαιος μόλις σώζεται ὁ δὲ ἀσεβὴς Lxx

& peccator vbi apparebit.

καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται;

D. Petrus.

& ſi iuſtus vix ſaluabitur autem impius

καὶ εἰ δίκαιος μόλις σώζεται ὁ δὲ ἀσεβὴς

& peccator vbi apparebit.

καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται;

HAec verba iuxta translationē Lxx citantur à D. Petro ad verbum, & ſunt qui mirentur à D. Petro hæc iuxta tranſlationem Lxx eſſe citata, quaſi D. Petrus vlla ſcripturæ teſtimonia citet, quæ non iuxta hanc eandem interpretationem citentur, excepto ſi aliquando ea ſuis verbis velit citare, quod eſt rariſsimum, nec aliud citat ſuis verbis quā quod capite proximo eſt adnotatum; ſed hebraice aiunt non ſic eſt: Nam D. Hieronymus lectionem hebræam ad verbum ſic tranſtulit, ſi iuſtus in terra recipit, quanto magis impius & peccator; optimè quidem Diuus Hieronymus qui lectionem hebræam, quę nunc circumfertur latinè expreſsit & ſacroſancta lectio eſt, ſed ſecundo libro oſtendimus

mus ex Chryſoſtomo & Rabinorum teſtimonijs, hebraicè duplicē in pleriſq; eſſe lectionē vtranq; ſacroſanctam, excepto ſi velis Apoſtolorum principem eccleſiæ caput falſam ad nos tranſmiſiſſe ſcripturam, & Spiritum ſanctum, qui eius ore loquebatur citaſſe falſa, quę horum, inquies, cauſa eſt. Quod lib. 2. c. 64 oſtendimus in his rèbus quæ duobus locis hebraicè conſcripta ſunt verbis eiſdem mutata verba reperiri mutatas orationes, & alibi deeſſe orationes quę ſunt alibi, & tamen vtraque lectio eſt ſacroſancta, nam quam hebræam lectionem dices eſſe veriorem hanc vbi deſunt orationes, an illam vbi illæ orationes ſunt an vbi aliud verbum eſt, an illam vbi verbum eſt longè diuerſum? certè non audebis alteram alteri anteferre qui minus ergo cum in lectione Apoſtolica aliam agnoſcis lectionem hebræam vtranque dices ſacroſanctam? ergo ex translatione quam citat Diuus Petrus, agnoſcitur hebraicè pro בָּאָרֶץ in terra legiſſe Lxx בשמץ id eſt, in puſillo, vt ſit ſi iuſtus in puſillo, id eſt, vix nā ieſulam, verbum hebræum reddi poteſt pacificabitur ſaluabitur, ſi iuſtus in puſillo ſaluabitur, in lectione quoque Lxx quam citat Diuus Petrus, agnoſcitur alia olim fuiſſe lectio vbi duo illa erant verba, vbi parebunt vt eſſet ſi iuſtus vix ſaluabitur impius & peccator profecto vbi parebit, vnde ſcis, aiunt, tantum mutationē eſſe faciendā, quod in hebræa lectione lib. 2. multo plures varietates lectionis eſſe oſtēdi, & alibi eſſe orationes quę deſunt alibi, bene eſt, ſed hoc hic accidiſſe, vt deſint duo verba, & alterū mutatū in alterū eſſe vnde ſcis? ex vetuſta lectione Lxx virorū & potiſsimū ex Spiritu S. qui eā ore Petri ſic citat & arguit hebraice duplicē fuiſſe lectionē alteram, quam Spiritus S. agnoſcit, alteram quā tranſtulit D. Hieronymus, vtranque ſacroſanctam, exemplo hebræorum codicum, vbi id accidit ſæpiſsimè, nec audeas vt dixi alterum alteri anteferre.

Ex 1. Petri cap. 5. & ex capit. 3. Prouerbiorum.

Quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem det gratiam. Vulg. 13.

illuſores ipſe deludet & manſuetis
לַלֵּצִים הוּא יָלִיץ וְ לַעֲנָוִים Lectio hebræa.
dabit gratiam
יִתֶּן חֵן

Dominus ſuperbis reſiſtit humilibus
κύριος ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς Lxx.
autem dat gratiam.
δὲ δίδωσι χάριν.

Diuus Petrus.

quoniam Deus ſuperbis reſiſtit
ὅτι ὁ θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται
humilibus autem dat gratiam.
ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν.

Diuus Petrus cap. 5. primæ Epiſtolæ, & Iacobus cap. 4. hunc locum citant iuxta translationem Lxx ad verbum, vt duæ eccleſiæ columnæ translationem Lxx defendant, & præcipue Spiritus ſanctus, qui eorum ore loquitur, at vertit aliter, Diuus Hieronymus, quid tum? bene Diuus Hieronymus & melius eccleſiæ columnæ, & Spiritus ſanctus, qui Apoſtolorum ore hunc locum citat. Itaque rectè Diuus Hieronymus ipſe deludet illuſores, & manſuetis dabit gratiam: nam, lus, illudere eſt & ſuperbire, vt verti poſsit Deus illudet illuſores, & Deus ſuperbiet in ſuperbientes, quod Lxx interpretati ſunt, id eſt, reſiſtet ſuperbis, & humilibus dabit gratiā, quod probauerunt duæ tantum eccleſiæ columnæ Petrus & Iacobus quam veriſsimam interpretationē etiā ſequētia oſtēdebant humilibus autē dabit gratiam & notandum tantum Apoſtolos explanationem ſcripturæ Lxx probaſſe & citaſſe, non enim tam eſt translatio, quā explanatio, melius Plato qui in ſuis legibus capite plectendum ſanxit, ſi quis aduerſum id quod diuinis legibus ſancitum eſſet, quicquā diſputaſſet, aut ex eis quicquam demutaſſet, ſed ſcias oportet Diuum

D. Hieronymum ſæpe eſſe profeſſum in facienda ſua translatione ſequutū ſe fuiſſe Lxx viros, & Iudęos translatores Aquilam, Symmachū, & Theodotionē, quicquid ergo in vulgata D.Hier. reperitur ad normam Lxx virorum translatum huic hominum generi non placet, ſi quid ex Iudaicis traditionibus D.Hieronym. refert quanuis illud refellat id illis perplacet, & de ſua ſententia D.Hieronymum id dixiſſe contendunt, in ſuis commentarijs (aiunt) D.Hieron. multa ex ſua translatione caſtigat, quæ nunc non legimus caſtigata, ita eſt. Vulgata D.Hieronymi, vt recepta ſemel eſt ab eccleſia non permiſſa eſt caſtigari poſtea à quopiam, nec ab ipſo authore, quod in texenda vulgata adiutus ab ſpiritu ſancto melius ſapuit hic Diuus, nec tantum ſapuit in faciendis commentarijs, & perridiculus eſt qui in quæſtionibus hebraicis vulgatam D. Hieronymi ab ipſo D. putat caſtigari, nec intelligere vnquam potuere hi viri boni; quę illic caſtigetur vulgata, homines imperitos qui neſciunt, quid dicant, aut quid loquantur, ſed funditant verba irrita vētis, falſa de ſe perſuaſione timidi.

Ex Epiſtola 2. D.Petri, & ex cap.2. & Iob.cap.24.

Vulgat. 14. *Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit.*

Lectio hebr. וּבְמַלְאָכָיו יָשִׂים תָּהֳלָה׃

HOc Iob, cap.4. ſcriptum eſt & in angelis ſuis reperit prauitatem, ſed leges in theſauro Pagnini in dictione הלל. halal., Rabinos aliter hunc locum interpretari, quam Diuus Hieronymus, aut Lxx viri ſunt interpretati, alij enim tranſtulere, in angelis ſuis pōnet lumen, aut ſplendorem, alij ponet ſtultitiam, aut veſaniam; aut in angelis ſuis non poſuit veritatem, quod mihi quidem hæreticum eſſe videtur, non poſuit enim in creaturis vitia quæ teſtimonio Dei erant valde bona, & poſuit in angelis omnem veritatem naturalem, & ſi creati ſint in gratia poſuit fidem, nec iuuat illa defenſio Iudæorum qua vtitur Vatablus in commentarijs in cōparatione ad Deum, ſic enim innumerabiles hæreſes defenderentur, alij alios Rabinos ſunt ſequuti qui tranſtulere in angelis ſuis ponet gloriationem, & in margine ponet lumen. Si in bonam partem accipias defendi vix poteſt, & vulgatam & eccleſiaſticam ſcripturam ſubuertit, atque eam quam agnoſcere videtur D.Petrus. Si verò in malam partem accipias gloriationem hæreticum etiam mihi eſſe videtur. Deus enim non ponit vitia in creaturis, vt docent Ariſtoteles & Plato, cur enim Dominus puniret quem creaſſet vitioſum, cur eos, vt Petrus ait, rudentibus infernis trahi voluit in ſempiternas pœnas. Quid ſi inquies ita hebraice eſt? ſaperes & ex lectione latina caſtigares hebræam lectionem, vt ſupra docui Rabinos ſolitos facere pro יָשִׂים poſuit mutata vna littera legeres שִׁישׂ intellexit reperit, quæ lectio vulgata eſt, ita vnius litteræ mutatio hęc viuat. Sequentia vero vetant in bonā partem accipi gloriationem, ait enim quanto magis hi qui habitant domos luteas. Ea igitur cauſa fuit cur ſecundo libro ex ſententia veterum omnium & Iudęorum antiquiſſimorum & Rabinorum recentium oſtenderim in lectione hebræa multa eſſe vitia, alioqui nec lectio euangelica, nec Apoſtolica, nec vulgata D.Hier. defendi vllo modo poſſent, vt id quod in vulgata præcedit iuxta trāſlationem D.Hier. ecce qui ſeruiunt ei nō erunt ſtabiles defendi nullo modo poſſet, niſi ex ſanctis patribus didiciſſes; & ex Iudęis antiquis, & ex Rabinis ex lectione hebræa litteras eſſe detractas, aut mutatas non raro, alias hebrææ lectioni eſſe additas quæ ſunt expungendæ, hæc parum credibiliter à me dici viderentur, ita lectioni hebrææ, iam in credit ſtabilis

lis erit, addito vnam litteram, & dices, iaaminu,ideſt,erunt ſtabiles,quanquam hic locus aliter defendi poterat.

Sequuti viam Balaam ex Boſor.

15. Ex cap. 2. Epiſtolæ.2. Petri, & ex Numerorum cap.22.

Citat capite ſuperiore & hoc capite D.Petrus ſcripturam,ita vt non verba citet, vt citamus ſæpè authores, non authorum verba Ariſtoteles hoc ait Cicero huius rei author eſt aut Plato.Ego hoc loco arbitror hæc verba ſequuti viam Balaam filij Boſor explanáda eſſe ſequuti viam Balaam ex Boſor patre,ſcilicet. At dices eodem cap. Numerorum. 22. Balaam filius Beor dicitur,non filius Boſor,ita eſt, ſed monſtratum eſt in lectione hebræa puncta & litteras mutari frequentiſsimè & duplicem eſſe lectionem.

Vulgat. *Canis reuerſus ad vomitum, & ſus lota in volutabro luti.*

16. Ex.2. Epiſtola D. Petri cap. 6. & Prouerbiorum.26.cap.

Lectio hebræa.
ſicut canis reuertés ſuper vomitum ſicut ſtultus
כְּכֶלֶב שָׁב עַל קֵאוֹ כְּסִיל
ſecundans ad ſtultitiam ſuam
שׁוֹנֶה בְּאִוַּלְתּוֹ׃

Lxx.
canis reuerſus ad proprium vomitū
κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸν ἴδιον ἐξέραμα
& ſus lota ad volutabrum cœni.
ὗς λελουμένη εἰς κύλισμα βορβόρου.

D. Petrus.

ſicut canis quando reuertitur ad
ὥσπερ κύων ὅταν ἐπιστρέψῃ ἐπὶ τὸν
ipſius vomitum.
ἑαυτοῦ ἔμετον.

EX hoc loco,& alijs ſimilibus conicit D. Hiero. Apoſtolos ſuis verbis tranſlatam citare ſcripturā, & quod eam expendebat latinè tranſlatam & ſic conferebat cū tranſlatione Lxx virorū, & ſic toto cœlo inter ſe diſtare videbat aliquando,quo ad græca græcis cótulit, quod Lxx & Apoſtoli atque Euāgeliſtę ſcripſere græcè, tunc enim intellexit Apoſtolos & Euangeliſtas, tranſlationé Lxx citare ſemper,& ſcripſit Lxx Spiritu ſancto plenos ſcripturā tranſtuliſſe & citatos eſſe ab Apoſtolis & Euangeliſtis quando nó eſſent vitiati quod infra ab hoc Diuo veriſsimè etiā dictū apparebit,Hic locus citatur à D.Petro ex.26 cap.Prouerbiorum & citatur tranſlatus ſuis ipſius Apoſtoli verbis, aut fortaſſe hic locus totus intercidit ex ſcriptura vt alij plæriq; certè dimidia eius pars intercidit qualia alia multa quæ ex ſcriptura negligétia aut malitia Iudaica intercidere quæ plærique ex Eccleſiaſticis ex Apocryphis libris citata eſſe ſunt arbitrati,& reprehéduntur ab Origene & à D.Hiero.& acrius & melius multo à D.Chryſoſto.vt dictum eſt lib.2.cùm ſententiam D. Chryſoſtomi de hac re referebamus,& quod aduerſarij noſtri obijciebant D.Chryſoſt.neſciſſe hebraicè,& ideo de re quā ignoraret non eſſe audiendū oſtendi cap.64.lib.3.fol.26.& deinceps veriſsimè à Chryſoſtomo illa eſſe ſcripta,& à D.Hiero. nos admonitos eſſe malitia Iudaica expuncta quædā & mutata multa,oſtenderā in principio lib.2.Quod verò Origenes aliquando dixiſſe videtur ab Apoſtolis Apocrypha eſſe citata,nó dixit id Origenes,ſed ab interprete ſuppoſita illa videntur quod ego deprehēdi ſæpè ab interprete fieri,cū conferebā græcos cōmentarios Origenis in Matthæū cum latinis vbi multa diuinitus dicta ab Origene expūcta ab interprete deprehendi, & in illorū locū ſuffecta hæretica, nec enim interpres fuit Origenis Hieronymus nec Ruffinus qui certè vir bonus erat,Excepto quod D.Hiero.eſt aduerſatus,Igitur hic ſcripturæ locus citatus à D. Petro intercidit ex ſcriptura totus,aut eius dimidia pars,qualia multa alia intercidere.

Ex

Ex cap.1.Actorum, & Pſal.68.

Vulg. 17. *Fiat commoratio eorum deſerta, & nõ ſit qui habitet in ea.*

Lectio heb. תְּהִי טִירָתָם נְשַׁמָּה בְּאָהֳלֵיהֶם אַל יְהִי יוֹשֵׁב׃

Lxx. fiat habitatio ipſorum deſerta,
γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτῶν ἠρημωμένη,
& in tabernaculis ipſorum non ſit
καὶ ἐν σκηνώμασι αὐτῶν μὴ ἔστω
habitans.
ὁ κατοικῶν.

Diuus Petrus.

fiat habitatio eius deſerta, & non
γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτοῦ ἔρημος, καὶ μὴ
ſit habitans in ipſa.
ἔστω ὁ κατοικῶν ἐν αὐτῇ.

Cirat tranſlationem Lxx D.Petrus, breuiat illam tamẽ iuxta id quod diximus in Commẽtarijs in illud Eſaiæ cap.10. Conſummationem & abbreuiationem fecit Dominus ſuper terram, nã pro ἠρημωμένη deſerta poſuit ἔρημος deſerta & pro ἐν τοῖς σκηνώμασι αὐτῶν in tabernaculis ipſorum, poſuit in ipſa, cætera eodem modo lex enim noua breuiat & in compendium redigit quæ ſunt in lege & Prophetis. Hic exoritur magna quędam dubitatio quod Lxx viri vertiſſe videntur plurali numero ἡ ἔπαυλις αὐτῶν habitatio eorũ, & poſtea ἐν τοῖς σκηνώμασι αὐτῶν in tabernaculis ipſorum, & hanc lectionem agnoſcũt doctores ſancti & Eccleſia Romana in Eccleſiaſticis cantionibus, & Hieronymus & Auguſtinus, & alij patres interpretantur de vaſtitate inuecta à Romanis poſt crucem Domini, qua Iudæa redacta eſt in vltimam vaſtitatẽ, & pulſi ſunt ſuis ſedibus patrijs omnes Iudæi ad vnum adeo vt imperatorijs legibus cautum fuerit vt capitale Iudæo eſſet ſi intra Iudæam penetraſſet pedem, Hanc interpretationẽ cõprobat rerum euentus, & hic rerum euentus noſtræ veritatis inſolubile eſt argumentum, quod poſt crucem Domini redacta in vaſtitatem Iudęa fuerit, & reſidui Iudæorum pulſi in exiliũ, nec poſt mille quingentos annos exilio ſint liberati Iudæi, nec vrbes Iudææ à Iudæis potuerint inſtaurari, nec templum Domini, vt ſacrificia & legem Domini obſeruare Iudæi poſſent quomodo ergo interpretatio Diui Petri defendi poteſt qui hunc verſum Pſal. de Iuda proditore interpretatur erraſſe dicemus D. Petrum, aut Spiritum ſanctum qui eius ore eſt loquutus? minime Spiritum ſanctum Apoſtolorum ore eſſe loquutum nemo qui Chriſtianus ſit inficiabitur, & qui id inficiatur mea quidẽ ſententia Chriſtianus non eſt, Spiritus ſanctus porrò nec fallere nec falli poteſt. Quid ergo errat Eccleſia ſancta cum omnibus ſacris ſcriptoribus antiquis qui pluraliter legunt hunc verſiculum Pſalmi? vt non referatur ad Iudam, ſed ad Iudæorum vaſtitatem, non errant, Regit enim Spiritus ſanctus Eccleſiam & doctores ſacros quos Eccleſiæ ſuæ dedit vnus aut alter errare poteſt vt homo, omnes ſimul nõ errãt. Dixi duplicẽ in hebræa æditione lectionem reperiri de induſtria à Prophetis relictam, vt duplex ſignificaretur myſterium, quod aduerſarij etiam confitẽtur, & ita hic locus, & pluraliter legitur, fiat habitatio eorum deſerta, & in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet, vt de Iuda dicatur & de omnibus Iudæis, qui vaſtandi erant, & in exilium pellẽdi, quę prophetia in Iuda primum eſt completa, cui⁹ ſors Apoſtolatus eſt deſerta, nec fuit qui in ea habitaret in ſorte Iudæ, cui ſucceſsit Matthias, & Epiſcopi qui in ſlocũ Apoſtolorum ſucceſſere, & in locũ aliorum ſucceſſere alij, in locũ Iudæ nemo ſucceſsit, ſed in locũ Matthię, poſtea hæc eadẽ prophetia in vaſtitate vniuerſę Iudęæ eſt completa, vt dictũ eſt, legitur hic idẽ verſus ſingulariter, vt citatur à D.Petro græce: Fiat habitatio eius deſerta & in tabernaculis eius non ſit qui inhabitet, & hoc modo de alio explanari non poteſt quam de Iuda, Nam hoc toto Pſalmo de paſsione Domini agitur,

nec

picè aiunt interpretantur de Chriſto ſæpè habeo neceſſe redigere in memoriã illas Iudęorum apud Originem libro.2. contra Celſum querelas de ſuis Iudæis qui relictâ lege Moſis ad Chriſtum tranſierunt, quod allegoricis explanationibus decepti legem Moſis à Deo datam deſeruiſſent, ne ſimpliciter factũ quiſquam putet quod Iudaicam ſemper noſtri aduerſarij ſequantur interpretationem & poſtea illud perſonant typicè, id eſt, allegorice de Chriſto, quaſi dicant: En Chriſtiani inanes allegorias ſequuntur, vt vere Iudæi quæri ſolebant vt quidam mihi ad aurem dixit Apoſtoli & Euãgeliſtę firmiſsima Prophetarũ teſtimonia erant citaturi, dicuntur à Iudæis non citare teſtimonia litteralia de Chriſto, ſed allegorias, hoc defendito, inquit, ne Antichriſto cùm aduenerit præmunita ſit via ad perditioné multorum, & interim dum is venit multi pereant, & me fateor multum ad hoc opus impulit quanquam ſciebam quòd ait Ariſtoteles ὅυα εἶναι ἀπόδειξιν πρὸς τὸν ἔξω λόγον non eſſe demonſtrationem ad exteriorem ſermonem, quis enim quanuis, intelligat ſe deuinctum demonſtratione teneri, non verbis contra nitatur? quis ſtratus ab aduerſario humi & toto aduerſarij corpore preſſus etiam ſicca faucibus intentata non ſe huc & illuc corpore verſet & ſiccam faucibus intentam auertere contendat, tamen quod in me ſitum eſt facio, & fraudum Iudaicarum meos admoneo, noſtros quoſdam quod ipſis Iudęis facere non licet Iudæorum cauſam defendere & Iudaicas illas voces ingeminare noſtra nihil aliud eſſe quam typos & allegorias ſunt enim hæretici & Iudęi inſidioſiſsimi, & quod ſerio eos dicere credas per ſarcaſmon, dicunt, id eſt, per ſimulatum quendam ſed non latentem deriſum. Vtinam ſi hæc impunè auferant, non audeant ſibi perſonam detrahere, & palam dicere quod nunc quidem dicunt inſidioſe fortaſſe.

Actorum.2. Ioelis. 2.

Et erit in nouiſsimis diebus. Vulg. 19.

& erit poſt hæc. Lxx.
καὶ ἔσται μετὰ ταῦτα,

D. Petrus.

& erit in nouiſsimis diebus.
καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις.

HAEc verba non ſunt iuxta tranſlationem Lxx citata, ſed facta interpretatione quadam ab ipſo D. Petro, nequis ad Babylonica tempora poſſet referre, vt totum hunc Prophetam quidam referunt quod Propheta dixit: Erit poſt hæc, D. Petrus interpretatur erit in nouiſsimis diebus, in poſtremis diebus ſynagogæ, quando finietur lex vetus, & principium erit legis nouæ, vt in Commétarijs in Ioelem fusè interpretamur. Vnde tota Ioelis prophetia ad legé nouam oſtenditur ſpectare, Nam canõ eſt ſi locus aliquis ab Apoſtolo aut ab Euãgeliſta explanetur ſi fieri poſsit commode vt antecedentia & ſequentia eodem referantur.

Vulgata ibidem.

Effundam de Spiritu meo ſuper omnẽ carnem. Vulgat.

effundam de ſpiritu meo in omnem carnem. Lxx.
ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα.

D. Petrus.

effundam de ſpiritu meo in omnem carnem.
ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα.

AD verbũ citantur hæc iuxta trãſlationẽm Lxx vbi ſi tranſlationem Lxx cũ tranſlatione D. Hiero. conferas, intelliges hebræã lectionem fuiſſe duplicé alteram, & rhuchi, Spiritũ meũ, quam expreſsit D. Hiero. quæ nũc circunfertur, Alteram, mi ruchi; de Spiritu meo, quam expreſſere Lxx & probauit

Spiritus

Spiritus ſanctus qui ore Diui Petri citat translationem Lxx. Idem vtraque trāſlatione ſignificatur.

Vulg. Ex cap. 2. Actorum, & Ioel. 2.

21. *Prophetabunt filij veſtri & filiæ veſtræ, & iuuenes veſtri viſiones videbunt, & ſeniores veſtri ſomnia ſomniabunt.*

Lxx.
& prophetabunt filij veſtri &
καὶ προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ ὑμῶν, καὶ αἱ
filiæ veſtræ & ſenes veſtri
θυγατέρες ὑμῶν καὶ οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν
ſomnia ſomniabunt & iuuenes
ἐνύπνια ἐνυπνιασθήσονται, καὶ οἱ νεανίσκοι
veſtri viſiones videbunt.
ὑμῶν ὁράσεις ὄψονται.

Diuus Petrus.

& prophetabunt. filij veſtri &
καὶ προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ ὑμῶν, καὶ
filiæ veſtræ & iuuenes veſtri viſiones
αἱ θυγατέρες ὑμῶν, καὶ οἱ νεανίσκοι ὑμῶν ὁράσεις
videbunt, & ſenes veſtri ſomnia
ὄψονται, καὶ οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν ἐνύπνια
ſomniabunt.
ἐνυπνιασθήσονται.

HAEC citat D. Petrus iuxta tranſlationem Lxx tantum tranſpoſita vna oratione illa, οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν ἐνύπνια ἐνυπνιασθήσονται quæ vltima eſt & debuerat eſſe ſecunda, ſunt ex noſtris qui dicant Diuum Hieronymum negare hanc prophetiam Spiritus S. miſsioni ſuper Apoſtolos & diſcipulos Domini congruere. Quo animo id faciant huiuſmodi homines prorſus ignoro, aut quo animo Diuo Hieronymo falſum crimen impingant, D. ne Hieronymus pientiſsimus, religioſiſsimus, & doctiſſimus id neget, quod Spiritus ſanctus ore Petri affirmet, quod canonica ſcriptura perſonat? & vniuerſa catholica Eccleſia prædicat? quis hoc vnquàm credat? Iam qui hæc dixit, negat hanc prophetiam alio poſſe referri, quid iuuat hoc? authoritate D. eminentiſsimi eam labefactauit prius, cùm Diuus Hieronymus, poſtquàm docuiſſet Diuum Petrum hanc prophetiam citaſſe de effuſione Spiritus S. ſuper Diſcipulos & Apoſtolos propoſuerit dubia quædam vt doctoribus ſacris moris eſt, & ea diſſoluerit poſtea, nec eſt quod quiſquam Diuū Hieronymum tanto crimine poſsit accuſare, difficile aiunt eſſe, authore Hieronymo, antecedentia & conſequentia eodem referre, vt omnia congruant, quid cum? difficile eſſe ait ipſe Diuus eodem referre antecedentia & conſequentia, refert tamen eodem ipſe Diuus antecedentia & conſequentia eodem & ſoluit dubia omnia: certe aiunt, addit Diuus Hieronymus poſtea alius ſic hæc diſſoluit, & alius ſic, quid tum? ſi doctorū nomen ſibi vēdicant opportuerat adnotaſſe quod diximus in prologomenis diuū Hieronymum nos mouiſſe, ſe in ſuis commentarijs proprias & alienas referre ſententias, Iudaicas & hæreticas aliquando, præſertim cùm addit alius ſic, alius autem ſic, atque etiam citra vllam diſtinctionem hoc idem ſe ſępè facere affirmat, conqueſta eſſe fateor de D. Hieronymo ſua tempora, quod non declaraſſet quæ eſſent Iudaica quæuè hæretica, nec id faciendum eſſe putauit Hieronymus quod doctis ſcriberet iuxta illud ἄλλο σοφοῖς ἕτερον δ' ἰδιώταις βίβλος & doctorum neminem fore putauit, qui Iudaica & hæretica quæ eſſent non intelligeret & grunium appellat aduerſariū, qui omnia, quæ in ſuis ſcriptis legeret, ſibi imputaret, cum ipſe centies admonuiſſet ſe in ſuis ſcriptis propria & aliena referre, fateor melius feciſſet Hieronymus quantum ego ſentio, ſi ſuis temporibus obtemperaſſet & declaraſſet, quæ Iudaica eſſent, & quæ catholica, errant docti viri quid indocti faciēt? quādo hi qui ſe putant digito cælum attingere tam fœdo lapſu labuntur. Non igitur hæc opinio eſt, opinionem namque hanc appellat, qui ſibi docti nomen vendicat & Catholicus eſt, & vir probus, nō eſt inquā hæc opinio, ſed fides catholica. Nemo fidelis de veritate hac Apoſtolica dubitauit vnquam.

Ex

Vulgata ibidem.

Vulga. 22. *Et quidem ſuper ſeruos meos & ancillas meas in diebus illis effundam de ſpiritu meo, & prophetabunt & dabo prodigia in cœlo ſurſum, & ſigna in terra deorſum, & ſanguinem & igne & vaporem fumi.*

Lxx.
& in ſeruos & in ſeruas in
καὶ ἐπὶ τοὺς δούλους καὶ ἐπὶ τὰς δούλας ἐν ταῖς
diebus illis effundam ex ſpiritu
ἡμέραις ἐκείναις ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός
meo & dabo prodigia in cœlo & in
μου, καὶ δώσω τέρατα ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐπὶ
terra ſanguinē & ignem & vaporē fumi.
γῆς αἷμα καὶ πῦρ καὶ ἀτμίδα καπνοῦ.

D. Petrus.

& ſuper ſeruos meos & in ſeruas
καί γε ἐπὶ τοὺς δούλους μου καὶ ἐπὶ τὰς δούλας
meas in diebus illis effundā de
μου ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐκχεῶ ἀπὸ
ſpiritu meo & prophetabunt & dabo
τοῦ πνεύματός μου καὶ προφητεύσουσι καὶ δώσω
prodigia in cœlo ſurſum & ſigna in
τέρατα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω καὶ σημεῖα ἐπὶ
terra deorſum ſanguinem & ignem &
τῆς γῆς κάτω αἷμα καὶ πῦρ καὶ
vaporem fumi.
ἀτμίδα καπνοῦ.

HAEc à D. Petro iuxta translationem Lxx citantur, aliquæ voculæ ſunt citatæ à D. Petro quę fortaſſe longo tempore interſcidere ex translatione Lxx. Iam de illis verbis effundam ſpiritum meũ, vel effundam de ſpiritu meo dictum eſt ſupra duplicem lectionem hebręam fuiſſe, idque agnoſci ex translatione D. Hieronymi quæ repræſentat hebræam lectionem quæ nunc eſt, & ex translatione Lxx quæ repreſentat eã quæ etiam olim fuit, iuxta canonem pręſcriptum à D. Hieronymo de quo multa diximus libro. 2. cap. 19. & præcedenti. Præterea apud Lxx tantum eſt τοὺς δούλους καὶ δούλας ſeruos & ſeruas, apud Diuum Petrũ ἐπὶ τοὺς δούλους μου καὶ ἐπὶ τὰς δούλας μου ſeruos meos & ſeruas meas, & infra, ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω in cœlo ſurſum vox illa ἄνω ſurſum, eſt apud Diuum Petrum, non eſt in tranſlatione Lxx & vox illa κάτω deorſum apud Diuum Petrum eſt, in tranſlatione Lxx non eſt; poſtremo in illo, & ſigna in terra deorſum, vox illa σημεῖα ſigna apud Lxx non eſt, & προφητεύσουσι, ideſt, prophetabunt apud D. Petrum eſt intercidiſſe ex tranſlatione Lxx videtur, quæ voculæ omnes ad ſenſum parum facere videntur, Tamen ex his & huiuſmodi alijs nata eſt illa væſania interpretis Origenis, qua affirmat Apoſtolos & Euangeliſtas addere de ſuo teſtimonijs ſcripturæ & detrahere, quæ vellet, quod falſiſsimum eſt; non enim eſt hæc ſententia Origenis qui ſemper contra ſenſit, ſed interpretis eius hæc eſt ſententia, qui multa ſcriptis Origenis addit de ſuo, & hæretica quædam, vt ſæpè à me dictum eſt fuſe. Quid ergo inquies hæ voculæ quas recẽſuiſti, nec apud Lxx ſunt, nec hebraice, vnde colliges D. Petrum eas addidiſſe de ſuo; & inde conijcias interpretem Origenis non prorſus erraſſe, quod ſi Apoſtoli & Euangeliſtæ teſtimonijs ſcripturæ addunt quę volunt & detrahunt quæ volunt, quid non efficient & pro Iudæis aduerſum nos magnum hoc eſſet argumentum. Non ſinat hoc Deus: hoc loco hæc voculæ additæ vel detractæ parum habent ponderis: Cæterum ſcripturæ teſtimonia fidelisſime citata reperies in Apoſtolis & Euangeliſtis Spiritus ſanctus loquitur, Spiritus ſanctus fallere non poteſt nec falli, veriſsime igitur ſunt citata omnia, & ſi qua aliquando fit mutatio fit iuxta canones Origenis quos præſcripſimus, alioqui nulla fit mutatio ab Apoſtolis ſed ipſiſsima Lxx trãſlatio citatur, quod ſi aliquando re aliqua diſcrepat inde eſt, quod ſi qua varietas in lectione hebræa accidit, aut ſi qua in hebręa lectione eſt facta mutatio, per noſtros quoſdam Iudæi lectionem Lxx mutant ad normam lectionis Hebrææ, quæ duplex erat aut

quam ipſi vitiarint. Nam niſi prouidiſſet Deus per D. Hieronymum & alios patres veteres qui nos Iudaicarum fraudũ admonuere, vt libro ſecundo fuſè & latè à nobis explicatum eſt, Iudæi cautiſſimè ſe geſſerãt aduerſum Eccleſiã omnia ferè vitiarãt quibus noſtra fides nititur ſi hebræis voluminibus, & interpretationibus Iudaicis daretur locus & diſceptanda noſtra cauſa & Iudæorum eſſet ad Iudaicas interpretationes & fraudes Iudaicas affirmo promitto difficilime noſtra cauſa defendi poſſet, aut non poſſet defendi, præſertim cum Iudæi noſtrorũ téporum dolos Iudaicos & phariſaicas fraudes habent pro veriſsima ſcriptura, & pro hebraica viritate, quid reſponderes ergo inquies voluminibus hebreis quibus noſtra ſcriptura falſitatis arguitur id quod ad manum eſt, me credere Chriſto & eius Apoſtolis & Euangeliſtis & eius Eccleſiæ, de fide inquies quã profiteris, ita eſt, ſed vt de fide credo his quos dixi, ita de ſcriptura credo Apoſtolis & Euangelis vniuerſæ catholicæ eccleſiæ quæ à temporibus Chriſti vſq; ad noſtra tempora fuit, hanc quam habemus ſcripturam concinit hanc eius Doctores ſacri græci & latini longiſsimis interuallis locorum & temporum inter ſe diſtracti vnã & eandem citant & interpretantur, hanc ipſe Dominus & eius Apoſtoli & Euangeliſtæ excitant fideliſſimè, hanc ego amplector & exoſculor: quis enim agnus non ſuos ſequitur arietes, non ſuum ſequitur opilionem & paſtorem? quid agas niſi vt eam ſcripturã ſequaris quam vniuerſa catholica eccleſia à ſuis initijs eſt ſequuta, quam Apoſtoli ſequuti ſunt, & Euangeliſtæ, ſi quis te ad veritatem hebraicam vocet, curre tu ad Euangelicam & Apoſtolicam veritatem & Eccleſiaſticam, à quibus fidé habes, ſcripturæ petito veritatem, Nihil igitur linguæ profuturiſsimo maxime, ſi iuuare Eccleſiaſtica pergas, non ſi Iudaica defendas, ſi hoc facis, vt Iudaica ſemper verſes manibus mallem pellio eſſe, malé eſſe baiul⁹. Pro vapore fumi, quod vertere Lxx & D. Hieronymus & D. Petrus hebraice eſt Timroch quod vertunt noſtri aduerſarij columnas, & Tamar Timrhot palmas ſignificat, vbi eſt igitur verbum hebræum quod vaporé ſignificat, lectio ergo Lxx & vulgata D. Hieronymi & D. Petri, aut potius Spiritus ſancti qui ore Petri eſt locutus docet hebraice non legendum eſſe Timroch, id eſt, palmas, ſed timor תימור id eſt, vapor. f. 1159. Vides quomodo ex noſtra lectione hebrea æditio caſtigetur, & authoritate Spiritus S. iuxta prædictũ canonem D. Hieronymi, & exemplo cõdicis Hiſpani, de quo multa in præfatione in locos Apoſtolos & Euangelicos dicta ſunt.

Vulgata ibidem.

Sol conuertetur in tenebras & luna in ſanguinem antequam veniat dies Domini magnus & manifeſtus. 23

Sol conuertatur in tenebras Luna in Lxx.
ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος καὶ ἡ σελήνη εἰς
ſanguinem prius venire diem domini
αἷμα πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν τοῦ κυρίου
magnum manifeſtam.
τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ.

Diuus Petrus.

Sol conuertetur in tenebras & Luna
ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος καὶ ἡ σελήνη
in ſanguinem priuſquam venire diem
εἰς αἷμα πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν
domini magnum & manifeſtam.
τοῦ κυρίου τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ.

CItatur hic locus à D. Petro iuxta tranſlationem Lxx ad verbum, Hi tamen loci probant varietatem lectionis hebrææ, & duplicem lectionem multo euidentius quam quæ diximus omnia, ſi diſputatio ſit cum homine Chriſtiano, Nã ſuperiora omnia Iudæos & infideles premunt, ita vt elabi nõ poſsint, hæc fideles in vinculis cõſtringũt. Nã fidelis non eſt, qui non credit ſcripturas

ab

ab Spiritu S. inſpiratus, ſi igitur inſpirata hæc ſcriptura ab Spiritu S. eſt, ante quã veniat dies Domini magnus & manifeſtus, vera igitur hæc ſcriptura eſt, & verã refert hebræam ſcripturam, ſed pro hac reddidit D. Hierony. Ante quàm veniat dies Domini magnus & horribilis, & hæc vulgata D. Hiero. ſit etiam fideliter verſa eſt neceſſe, & vere hebraicè eſt, nora, horribilis, vt vertit D. Hiero. ſi verò mutes duas litteras & dicas, nirah, efficies illuſtrẽ manifeſtã, vt reddidere Lxx quã probat & citat ore Petri Spiritus S. Cõſequitur igitur neceſſario duplicẽ in hebræa æditione fuiſſe lectionẽ, Nora, horribilis & Nirah, illuſtris & manifeſta.

Actorum. 2. Pſal. 15.

Vulga. 24 *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi ne commouear.*

Lectio Hebræa. שִׁוִּיתִי יְהוָה לְנֶגְדִּי תָמִיד כִּי מִימִינִי בַּל אֶמּוֹט

Lxx.
prouidebam dominum in cõſpectu meo quoniã
προωρώμην τὸν κύριον ἐνώπιόν μου ὅτι
à dextris meis eſt vt non commouear.
ἐκ δεξιῶν μου ἐστὶν ἵνα μὴ σαλευθῶ.

D. Petrus.

prouidebam dominum in cõſpectu meo
προωρώμην τὸν κύριον ἐνώπιόν μου διὰ
ſemper quoniam à dextris meis eſt vt non
παντὸς ὅτι ἐκ δεξιῶν μου ἐστὶν ἵνα μὴ
confundar.
σαλευθῶ.

Citat hæc D. Petrus iuxta tranſlationem Lxx ad verbum, Non ſic eſt hebraice aiunt à quibus quæro ſit ne hæc ſcriptura ab Spiritu ſancto qui Petri ore loquebatur, Nã ſi ſcriptura ſacra nõ eſt inſpirata diuinitus, nihil eſt quod vltra loquamur, ſin inſpirata diuinitus ab Spiritu S. eſt, hæc eſt vera ſcriptura, & fideliter verſa, hebræa quoque ſcriptura dictata ab Spiritu S. eſt, quid ni? Exarata tamen impij Iudæi manu, cuius dolos & fraudes in ſcriptura innumerabiles ſecundus liber oſtendit, ſcriptura Apoſtolica congruit cum tranſlatione Lxx & ſeruata ab Eccleſia eſt religioſiſsimè, hęc ergo cauſa eſt cur noſtri vulgati Pſalmi vituperentur quod non congruant Iudaicis fraudibus cum vel hoc ſolo nomine commendatiſsimi eſſe deberent.

Vulgata ibidem.

Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea. 25

Lectio Hebræa. לָכֵן שָׂמַח לִבִּי וַיָּגֶל כְּבוֹדִי

Lxx.
propter hoc lætatum eſt cor meum &
διὰ τοῦτο εὐφράνθη ἡ καρδία μου καὶ
exultauit lingua mea.
ἠγαλλιάσατο ἡ γλῶσσα μου.

Diuus Petrus.

propter hoc lætatum eſt cor meum &
διὰ τοῦτο ηὐφράνθη ἡ καρδία μου καὶ
exultauit lingua mea.
ἠγαλλιάσατο ἡ γλῶσσα μου.

Loco ſuperiore vnum verbum pro altero poſitum videbatur ſi Lxx virorum interpretationem cum hebræa lectione conferres προωρώμην prouidebã, proponebam, & hoc loco alterum verbum pro altero poſitum videri poteſt lingua mea pro gloria mea, age diſceptemus vbi ſit vitium, ſi vitium alicubi eſt in hebræa lectione ſit, neceſſe eſt, libro nanq; 3. oſtendi in hebræa lectionẽ verbum pro verbo mutari capit. 64. folio. 224. & deinceps. Si id hebraice ſit frequentiſsimè, conſequitur neceſſario & his locis duobus idem eſſe factum, lectionem Lxx vtroque loco citat D. Petrus, aut potius eius ore Spirit⁹ S. ſi Chriſtiani ſumus id in dubium vocare non poſſumus, aut ſi id in dubium vocamus neſcio quomodo tueri poſsimus nos eſſe Chriſtianos. Canonica nanq; ſcriptura à D. Hiero. definita eſt quæ ſit inſpirata diuinit⁹ vbi error nec in pauxillulo

quidem eſſe poſsit, & ab ipſis Eccleſiæ initijs ab Spiritu S. hæc eſt citata ſcriptura per os Dauidis & ab vniuerſa Eccleſia recepta, ſi vitium ergo eſt alicubi nõ eſt in Eccleſia vniuerſa nec in lectione Apoſtolica, ſed in lectione hebræa, vbi huiuſmodi mutationes eſſe ſolent non raro. Diuino teſtimonio hoc probatur cui refragari nemo fidelis poteſt, ſed & humano teſtimonio hoc certum eſt D. Petrum ſic legiſſe iuxta canonem D. Hieronymi præſcriptum, & Codicis Hiſpani exemplo, quo ſæpe vſi ſumus.

Vulgata ibidem.

26. *In ſuper & caro mea requieſcet in ſpe.*

Lectio hebræa. אַף בְּשָׂרִי יִשְׁכֹּן לָבֶטַח׃

Lxx. inſuper autem & caro mea requieſcet in ſpe.
ἔτι δὲ καὶ ἡ σάρξ μου κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι.

D. Petrus.

inſuper autem & caro mea requieſcet in ſpe.
ἔτι δὲ καὶ ἡ σάρξ μου κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι.

ET hic verſicul⁹ eiuſdẽ Pſalm. ibidẽ à D. Petro citatur iuxta tranſlationem Lxx de ſepultura Dñi qua ſepultus eſt cũ certiſsima ſuę reſurrectionis cognitione quã ſuos diſcipulos admonuit futurã tertio die & præceſſurũ ſe eos eſſe in Galilæa & ibi ab eis eſſe videndũ. Vatablus tũ hoc ad Dauidẽ refert, & ſic interpretatur. Caro mea .i. corpus meũ ſecurũ eſt omniũ periculorũ, inquit, & ad Dauidẽ refert. Origenes contra Celſum lib. 2. cũ dogma Chriſtianũ eſſe docuiſſet non ſolũ animã per ſe ſubſiſtere poſt mortẽ; ſed idẽ ipſum corpus reſurgere, ſcribit D. Tho. non putaſſe impoſſibile animã per ſe ſubſiſtere de corpore dubitaſſe, & dixiſſe, niſi videro nõ credã, & adiecisse: Niſi mittã manũ meã in fixurã clauorũ & tetigero latus eius non credã, vnde Dñs illi ait: Affer manũ tuã & mitte in latus meum, &c. Erat namq; in Ieſu perſona prædictum, Et caro mea requieſcet in ſpe, & quæ ſequuntur.

Vulgata ibidem.

Quia non derelinques animam meam in inferno. 27

כִּי לֹא תַעֲזֹב נַפְשִׁי לִשְׁאוֹל Lectio Hebrea.

qm̃ non relinques animam meã in inferno. Lxx.
ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην.

D. Petrus.

qm̃ non relinques animam meã in inferno.
ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου.

HVnc locum D. Petrus ibidẽ citat tranſlationem Lxx & interpretatur de reſurrectione Dñi, Vatablus totũ hũc Pſalmũ ad Dauidẽ refert & hęc verba ſic interpretatur. Non derelinques animã meam ideſt, corpus meũ cadauer meũ in ſepulchro. Et quod anima pro cadauere accipiatur neſcio quæ citat, quorũ nec pes nec caput compareat, Vatabli exẽplo transferunt ſic alij. Quoniã non derelinques animã meam in ſepulchro. Queritur D. Hiero. duo aut tria teſtimonia prophetica iuxta tranſlationẽ Lxx non reperiri in ſcriptura cũ ab Euãgeliſtis citarentur: en hoc loco duo teſtimonia prophetica citantur à D. Petro, quæ iuxta nouos quoſdã tranſlatores in ſcriptura non reperiuntur quod grauius multo eſt quã id de quo querebatur D. Hiero. Nã Lxx viri vitiati ſunt in quibuſdã, & culpa, vt ait hic Diuus, non eſt imputãda Lxx viris, ſed librarijs, at noui quidã interpretes cũ ſint Chriſtiani, relictis Apoſtolis ſequũtur Iudæos & dãnãt lectionẽ Apoſtolicã, Certè aiunt notũ eſt etiã his qui primoribus labris hebræã linguã deguſtarint. Seol, ſignificare ſepulchrũ & infernum, ita eſt & hoc nomine Lxx viri commendantur à ſanctis patribus quòd quę ambigua ſunt in ſcriptura, illuſtrati lumine Spiritus S. & tradita diſciplina à Moſe & prophetis quaſi per manus, quo intellectu eſſent accipiẽda interpretantur, & dubia

quæ

quæ erant plana faciunt, quo nomine Iudæis tranſlatoribus alijs longe & mul tum ſunt anteponendi, vt iniquiſsimum fuerit, quod ſupra diximus, eos pari in re, & menſura eadem à nobis cũ Iudæis tranſlatoribus fuiſſe defenſos, illuſtrati lumine Spiritus S. & doctrina accepta per manus à Moſe & Prophetis, vt ait Hilarius, dubia & ambigua certa & plana faciunt, & ea interpretatione quę tribus ſæculis ante Domini aduentum eſt facta & comparatur Iudaicis tranſlationibus, atque adeo à noſtris quibuſdam Iudaicis interpretationibus poſtponitur quæ poſt crucem Domini cum Iudæi arderent in Chriſtum & Chriſtianos odio eſt facta. Sed mitto hæc omnia. Poſtponitur Iudaicis interpretationib' tranſlatio Lxx cum probata & citata à b Spiritu S. eſt, quid facerent, inquies, ſi hebraicè ita eſt, non erant fideliter lectionem hebræam reddituri? falſiſsimum hoc eſt Lxx tranſlatio his locis congruat cum lectione hebræa mirabiliter. Auguſtinus in Epiſtola ad Dardanum Epiſtola. 57. diſputans de loco illo: Hodie mecum eris in Paradiſo, non ex his verbis inquit, in cælo exiſtimandus eſt eſſe Paradiſus, nec enim ipſo illo die in cælo futurus erat homo Chriſtus Ieſus, ſed in inferno ſecundum animam, in ſepulchro ſecundum carnem. Ad hanc rem beatus Petrus de Pſal. adhibet teſtimonium: Quoniam non derelinques animam meam in inferno, non enim derelicta eſt anima eius in inferno, vnde tã cito remeauit, Nec dabis ſanctum tuũ videre corruptionem, quod de corpore dictum eſt quod in ſepulchro non potuit eſſe diu, Domini celeri reſurrectione, nec quod ſepulchrum Domini in horto fuit & paradiſus latine hortus eſt quiſquam, ideo dictũ putet: Hodie mecum eris in Paradiſo, nec enim latro ille in ſepulchro fuit cum Domino, nec eius fidei pro magno munere offerretur ſepultura carnis, ergo hodie mecũ eris in Paradiſo in inferno Paradiſus intelligatur neceſſe eſt, vbi Chriſtus aderat, viſio namq; Chriſti ſecundum diuinitatẽ Paradiſum facit, ſed quidam noſtra neſcio quo fato malo odere vehementer, alioqui qua cauſa cõtra rationẽ hebrææ linguæ contra rationẽ Philoſophiæ, atque omnis doctrinæ noſtra repudiant, quis enim vnquã animã dixit condi ſepulchro? aut quis vnquã animã pro cadauere dixit accipiẽdã? cũ cadauer nihil aliud ſit quam corpus anima orbatum.

Vulgata ibidem.

Nec dabis ſanctum tuum. — Vulgat. 28

לא תתן חסידך — Lectio Hebrea.

neque dabis ſanctum tuum.
οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου. — Lxx.

Diuus Petrus.

non dabis ſanctum tuum.
οὐ δώσεις τὸν ὅσιόν σου.

ADmonui Iudæos ſi quid illos premit vehementer illud ſtatim mutare, & mutatum proſequi clamoribus hebraica veritas hebraica veritas quaſi illud ſit veritas hebraica quod impij Iudæi manus exarat doloſe & malitioſe, & non potius Iudaica perfidia. Baſi ergo & Gregorius in Epiſtola ad Euſtatium ſanctum Dei nomen in ſcriptura eſſe docent, & eorum nominum numero quæ abſolutè alijs rebus non tribuũtur, quo modo Dei nomẽ alijs accommodatur, cũ dicimus Dij gentiũ dæmonia. Paleologus in diſputatione aduerſus Iudæos, in illa quæſtione cur nos pro Sabbato Dominicam diem coleremus in fine illius quæſtionis premit Iudæos hoc verſiculo ne dabis ſanctum tuum.

τὶ οὖν περὶ τοῦ ὁσίου φατὲ, μὴ γὰρ πᾶς τις ὅσιος [illegible] τοῦ θεοῦ ἐκλεκτός.

Quid de hoc ſancto dicitis, nũquid omnis ſanctus expers corruptionis erit, apage, vnus ſolus vere ſanctus & Dei elect', hæc Paleologus. De hoc loco Iudæi ergo preſsi à nřis, & in anguſtiã redacti his locis in quib' dñs dicitur ſanct' abſolutè qui loci ad Dauidẽ referri nõ poterãt ꝙ

 ſanctus

ſanctus abſolutè Dei nomen eſt, iuxta illud: ſanctus ſanctus ſanctus Dominus Deus Sabbaoth, non ſolum hoc loco, ſed in omnibus ſcripturæ locis vbi hoc reperiretur nomen ſancti in miſericordem mutauerunt, Ita quæcúque illos vrgent, vt dixi, Iudæi mutant, dices vnde ſcis Iudæos hæc mutaſſe? ex tranſlatione Lxx quam citat Spiritus ſanctus ore D. Petri, Nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Spiritus ſanctus ſanctum tuum citat, non miſericordē tuū, vt mutauere Iudæi, & vt docet Ariſtoteles in Topicis in rebus eiuſdem naturę quod in vno probatum eſt, & in cæteris probatum ſit neceſſe eſt, vbicunque ergo Iudęi miſericordem poſuere pro ſancto quanuis de Chriſto vera ſit lectio ſi miſericors nominetur tamen vera & legitima lectio ſanctus eſt, qua appellatione Dei diuinitas declaratur. En cur vulgatæ noſtri Pſalmi vitiatiſſimi à plæriſque dicantur à Iudæis decepti, quod fraudibus à Iudæis factis nō congruant, vtrum ſatius erat futurum quæro vt Pſalmi noſtri Iudaicis congruerēt fallacijs, an potius vt congruerent ſcriptis Apoſtolicis & Euāgelicis, res bella eſſet mihi crede ſi Eccleſia ſancta pro Cynoſura qua regeretur haberet perfidam Iudaicam manum, qua huc & illuc flecteretur vt Iudęo eſſet collibitum, vt de illa diceretur illud vulgatum vtcunque ventus ex alto eſt, ita velū vertitur.

Vulgata ibidem.

Vulga. 29. *Nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.*

Lectio hebræa. לֹא תִתֵּן חֲסִידְךָ לִרְאוֹת שָׁחַת׃

Lxx. nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.
οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν.

Diuus Petrus.

nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.
οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν.

Diuus Petrus & D. Paulus loco citato, & 13. cap. Actorum hunc locum iuxta trāſlationē Lxx citant & de reſurrectione Dñi interpretantur, leges apud D. Aug. in Epiſtola ad Euodiū Epiſtola. 99. multa dubia pulchra propoſita & ſoluta, quæ quia erant longiora ſignaſſe locum ſatis erit, Neſcio quæ, malum, quorundam hominū noſtrorum intemperies ſit vt interpretationē Apoſtolorum detrectent, & Iudaicam interpretationem ſequātur, alij namque pro non dabis ſanctum tuum videre corruptionem, tranſtulere. Non dabis ſanctū tuum videre foueam, quod quantū ego iudico ſine hæreſi dici non poteſt quocunque accipiant intellectu, ſiue ad Dauidem inquam referas, ſiue ad Chriſtū Dominum: Nam & Dauid ſepultus eſt & contra ſcripturam ſanctam eſt dicere quod non vidit foueam, ideſt, ſepulchrum, vt ait D. Petrus interpretans hūc locum & D. Paulus cap. 13. Actorū, Nec iuuerit dicere quod eo tēpore quo hæc dicebat non viderit ſepulturam, Ego ſi de me dicam, nec dabis me videre ſepulchrum mentiar, ne dum Propheta Dñi, ſi ad Chriſtum referas articulus fidei eſt Chriſtum Dominum fuiſſe ſepultū, nec vacat hæreſi aliter vertere hunc locum quam vertere Petrus & Paulus qui reddidere: Nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Probant enim Petrus & Paulus Chriſti Domini reſurrectionem hoc Pſalmi verſiculo, & Chriſti Domini cadauer non fuiſſe incineratum, qui negat hunc verſiculū Pſalmi rectè trāſlatum illa omnia negat hoc verſiculo rectè probari. Certè, ſacath, foueam ſignificat non corruptionem, & lectionem hebræam rectiſsimè & aptiſsimè redditurum me ſum profeſſus. Apoſtolica igitur tranſlatio apta non eſt, ſachat, omnium Iudæorum, & tua ipſius confeſsione corrumpere eſt, vnde nomen, ſachat, corruptio, vt amor apud nos verbum paſsiuum eſt, & amor nomen etiam eſt, ab eodem verbo, nec in hebræa lingua

nomina

nomina coniugata ſignificationem fere
verbi mutant, ſed rabini hoc nomen, ſa-
chat, non à verbo, ſachat, deflectunt, ſed
à verbo, ſuch, vel à verbo, Iaſach, quod
impij rabini hæc fingunt vt nobis aduer
ſentur, continuò vir Chriſtianus dolis
rabini impij plus fide erat habitur⁹ quã
D. Petro, & Paulo cũ ratio etiam gram-
maticæ hebraicæ illum admoneret no-
ſtra eſſe veriſsima, Iudaica falſiſsima &
mendaciſsima. En ad quos Pſalmos vo-
caris cũ vocaris ad Pſalmos factos iux-
ta veritatem hebraicam vt ineſceris no
mine tam magnifico cum voceris po-
tius ad Pſalmos factos ad perniciem Iu-
daicam qua pereunt per tot annos im-
pij Iudęi flammis ſempiternis mancipa
ti, & relinquere iuberis vulgatos Pſal-
mos quos citant ſemper Apoſtoli &
Euangeliſtæ, aut potius Spiritus S. qui
eorum ore eſt loquutus, & perſuaderis
à quibuſdam noſtros Pſalmos quos vni
uerſa concinit Eccleſia in ſuis ſacris, ve-
teres omnes græci & Latini ab ipſis Ec-
cleſiæ initijs citant & interpretantur eſ-
ſe vitijs pleniſsimos; & ille alter Deum
immortalem quos Iudæos facit, quod hęc
teſtor, ægreferens improbari quæ ipſe
probat, & quo magis id dicas negant eſ
ſe, vt ſupra monſtratum eſt, titulum hu-
ius Pſalmi, & aliorum quorundam
τιτλογραφίαν id eſt, tituli inſcriptionem,
crucis, ſcilicet, ſuperſcriptionem, vt in-
terpretatur Auguſtinus, nempe illam Ie
ſus Nazaręnus rex Iudæorum, conſen-
taneam maxime huic Pſalmo, qui, vt do
cent Petrus & Paulus, de paſsione, ſepul-
tura, & reſurrectione Domini eſt, quod
30 vox hebræa *Michtam*, id non ſignificet,
& neſcio quas Iudaicas interpretationes
afferũt. Muta tu vnam litteram, & pro,
mictã, facito, *Mictab*, & dices inſcriptio-
nem ſiue ſuperſcriptionem crucis ſcili-
cet. Hoc negant ferẽdum quod ego ex
lectione hebræa mutem litteras, vere
hoc illis dolet vehementer, & huic rei
vt mederer ipſe his libris præpoſui ſen-
tentias omnium veterum Patrum, & po

tiſsimum D. Hieronymi, quod Cęteros
omnes veteres, hęc factio repudiat, im-
pudentiſsimè abſque vno D. Hierony-
mo quem ſolũ hebraicè ſciſſe affirmant,
præpoſui igitur lib. 2. omnium veterum
de hac re ſententias, & Iudæorum ętiam
antiquiſsimorum qui nobis teſtimo-
nium tribuunt veritatis, & rabinorum
quoque recentium adhibui quoque te-
ſtimonia, & quod Iudaizãtes tales ſunt
vt quæ clara luce ſunt illuſtriora negẽt,
& inficientur, in rem præſentem audi-
torem perduxi ſub finem libri; vt ipſe
fraudes Iudaicas ſuis oculis cerneret, &
ſibi ipſi crederet, quod neceſsitas me
coegit facere, ne quoties indicium face-
rem fallaciarum quibus eſſet Iudæus
vſus, & mutata puncta oſtenderem,
aut mutatas litteras, ego in crimen ve-
nirem; & omnia quæ dicerem de dolis
Iudaicis ad capita ſecundi libri refer-
rem, ſimul etiam quod perſuaſio perni-
cioſiſsima ferè omnium mentes occupa
rat, veritatem ſcripturæ in hebręa lectio
ne eſſe ſitam poſt mille dolos per annos
mille quingentos in ea factos, & noſtra
eſſe vitiatiſsima, quantulũ enim hoc di-
ſtat ab illo, dicã enim apertè, ſi quis dicat
Iudaica eſſe vera, noſtra falſa & cómẽti
tia: lis enim quę inter nos & Iudæos eſt
per prophetias quales retuli dicitur, vt
ait Origenes in principio lib. 3. & in prin
cipio libri. 4. & hæc neceſsitas coegit Iu
dæos, cũ manifeſtis Prophetarum prędi
ctionibus tenerentur abhibere fallacias
quod alioqui elabi nõ poſſent, vt prædi-
ctũ eſt, hoc factum eſt per annos mille
quingẽtos, & his fallacijs quę in hebręis
codicibus inoleuere Iudęi iã putãt ſe rẽ
factã habere, pręſertim cũ eorũ doli etiã
quorũdã noſtrorũ ſñia veritas hebrai-
ca eſſe dicatur, eaq; ſentẽtia ferè omniũ
animis inſederit. Age exempli cauſa hic
Pſalmus tibi ſit, hunc Pſalmi huius titu-
lũ de inſcriptione tituli crucis Auguſti-
n⁹ interpretatur quod ita verterint Lxx
στηλογραφίαν quæ interpretatio arguit he-
braice fuiſſe, mictab, inſcriptio, mutata

poſtrema littera, Iudæi ſcribunt miſtá, & eludunt noſtra, D. Petrus prouidebã Dominum in conſpectu meo ſemper ci tat, quod niſi de Domino, qui ſemper vi ſione diuina fruebatur, dici non poteſt, comprehenſor namque erat & viator, Iudæi poſui Deum in conſpectu meo di xere quod de me dici poteſt, poſtea idẽ D. Petrus exultauit lingua mea, quod cũ Euangelicis locis congruit id quoque oblitterant Iudæi, quanquam hoc parũ eſt, negant legendum eſſe, nec relinques animam meam in inferno, negant legen dum: Nec dabis ſanctum tuum, negant legendum: Nec dabis ſanctum tuum vi dere corruptionem, ſi hæc conditio no ſtræ cauſæ eſt & Iudaicæ cauſæ, vt no ſtra damnentur probentur fallaciæ Iu daicę, quid reliquum eſt ſi veritas hebrai ca dicitur Iudæorum lectio & interpre tatio, & noſtra ſcriptura vitiatiſsima quin Iudaica cauſa ſuperior & victrix ſit, vincatur Chriſtianiſmus, Nã ſi pro phetijs lis inter nos & Iudæos deciditur, vt diximus & prophetiæ quæ à noſtris Apoſtolis & Euangeliſtis citantur, & quæ citantur à noſtris ſacris doctoribus improbantur, contra vero quæ citantur à Iudæis veriſsimæ ſunt, & veritas he braica dicuntur res peracta eſt vincet, quod Deus auertet, Iudæus. Nam ſi hoc periculum non videmus noſtris tempo ribus quod nunc in R. P. Chriſtianã Iu daiſmus irrumpit, Crede mihi niſi obuiã eatur malo huic tanto videbunt (quod Deus nõ ſinet) noſtri poſteri quã diffi culter huic malo poſsit occurri, An in tãto R. P. diſcrimine nõ erat mihi labo randum vt oſtenderem libro illo ſecun do pernicioſiſsimam noſtris tempori bus ſententiã illã multorũ animis inſe diſſe, veritatẽ hebraicã noſtris tempo ribus lectionem hebræam eſſe dicendã, qua perſuaſione ſi igitur ſolo Iudaiſmus cadit Chriſtianiſmus, Non erat etiam ex animis omnium, exturpanda atque eli denda perſuaſio qua tenebatur noſtros Pſalmos eſſe vitiatiſsimos qui citantur ab Apoſtolis & Euangeliſtis, ab anti quiſsimis doctoribus ſacris græcis & la tinis, & ab vniuerſa Catholica Eccleſia, & Iudaici Pſalmi mille dolis vitiatiſsi mi veritas hebraica appellabatur, hæ igitur res me perpulere vt hanc ſenten tiam tam pernicioſam, libro illo ſe cundo, ex omnium animis quanta ma xima vi poſſem excinderem, etiam ſi è noſtrorum aduerſariorum animis nun quam me eam exciſurum eſſe ſperaui, quanquam ſi attente legere vellent, quæ diximus, vt ea refellerem, ſi faterен tur inſolubilia eſſe argumenta vt ſunt quibus vtor non dubito, quin hęc mul to melius quam ipſe, defendere poſſent, & Iudæos refellere.

De fructu lumbi eius ſedere ſuper ſe dem eius faciam. Cap. 2. Actorum, & Pſal. 131. 31.

HVnc locum Diuus Petrus de re ſurrectione Domini interpreta tur, & citat ſuis verbis, non citat verba tranſlationis Lxx, vt refellatur quorun dam reſponſio qui dicebant citaſſe Apo ſtolos & Euangeliſtas Lxx viros, quod non erat illis ſcriptura alia quam cita rent, quaſi non confeſſa res eſſet etiam apud Philoſophos nulla cauſa fieri poſ ſe vt mentiatur Deus, En cum viſum eſt Apoſtolis ſuis verbis ſcripturam ci tant. Citat ergo Apoſtolus & interpre tatur hunc Pſalmum de reſurrectione Domini. Vatablus ad Dauidem refert, & ait quoſdam hæc verba de Solomone interpretari: alij eodem modo quo D. Petrus, interpretantur, ſed Typice, de qua reſponſione ſupra dictum eſt ſatis.

Dixit Dominus Domino meo ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Actorum. 2. Pſal. 109. Vulga. 32.

נְאֻם יְהוָה לַאדֹנִי שֵׁב לִימִינִי עַד אָשִׁית אֹיְבֶיךָ הֲדֹם לְרַגְלֶיךָ׃ Lectio Hebrea.

Dixit

Lxx. Dixit dominus domino meo ſede à de-
εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου κάθου ἐκ δε-
xtris meis donec ponam inimicos
ξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς
tuos ſcabellum pedum tuorum.
σου, ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.

D. Petrus.

Dixit dominus domino meo ſede à de-
εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δε-
xtris meis donec ponam inimicos
ξιῶν μου ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς
tuos ſcabellum pedum tuorum.
σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.

DIxi ſupra eſſe qui hunc Pſalmum referrent ad Dauidem Adde ex hoc loco illam ſententiam refutari à D. Petro, qui poſtquam hos verſus citauit iuxta tranſlationem Lxx, & de Chriſto eſt interpretatus, addidit non enim Dauid aſcendit in cælos, quaſi diceret, non aſcendit in cælos Dauid, vt ad Dauidem referre hos verſus aliquis velit, ſed ad Chriſtum Dominum. Dicet aliquis etiam nouos interpretes hæc ad Chriſtum referre, ita eſt, ſed totum hunc Pſalmum Iudęi & noſtri aduerſarij manu & interpretatione vitiant, manu illud: Tecum principium mutatione punctorum, & vocis hebrææ peruerſa interpretatione, in ſplendoribus ſanctorum, etiam mutatione punctorum, & detractione litterarum, ex vtero ante Luciferum, peruerſa interpretatione vt ambigua omnia varie explanari poſſint, ex vtero ante Luciferum genui te, additione vnius litteræ, & detractione alterius, & mutatione pũctorũ: Tu es ſacerdos in æternũ ſecundũ ordinẽ Melchiſedech, diuiſione vnius dictionis in duas, ſic tot[9] hic Pſalmus concinnatus eſt, vt Dauidi magis quam Chriſto congruat, Explanatur quidem de Chriſto à noſtris aduerſarijs tamen vulgata extorquetur nobis è manibus, in locum eius obſtruditur nobis Iudaica lectio referta dolis Iudaicis, vt intelliges ex theſauro Pagnini indictione םח vbi rabinos leges huius lectionis & interpretationis eſſe authores vt ſciatis qui ex Eccleſia ſancta eſt, ad quam veritatẽ Hebraicam vocetur, ad eam, ſcilicet, quæ fallacijs Iudaicis ſit referta quæ noſtra omnia falſa efficiat, & erigat Iudaiſmum, vnde tu hoc ſcis, inquient ex tranſlatione Lxx tribus ſæculis ante Domini aduentum facta quæ cũ hebræa lectione mutatione punctorum quæ impius Iudæus peruertit & vnius litterulæ varietate congruit mirabiliter, quam Apoſtoli & Euangeliſtæ citant, & vniuerſa Catholica Eccleſia quã ego ſupra cuncta ſequendam eſſe habeo certiſſimum. Nam quam aliam cauſam tu putabas cur Pſalmi vulgati, & Lxx omnis tranſlatio tanto Iudæorum odio peteretur, niſi quod prodit Iudæorum dolos & furta, & Pſalmi vulgati de Chriſto ſunt prophetiæ manifeſtiſsimæ quæ refelli nullo modo poſſunt niſi vitientur, & poſtquam ipſi Pſalmos vitiauere mille fallacijs quod noſtri Pſalmi illorum fallacias arguunt, vitium quod illis eſt nobis obijciunt, noſtros Pſalmos aiunt vitiatiſsimos ſuos caſtigatiſsimos & per vim nos ad Iudaiſmũ impellunt. Veritas hebraicã quæ ſit.

Actorum.3. Deuteronomij.18.

Quoniam Prophetam ſuſcitabit vobis Dominus Deus veſter, de fratribus veſtris, tanquam me ipſum audietis, iuxta omnia quæcunque locutus fuerit vobis: erit autem, omnis anima quæ non audierit Prophetam illum exterminabitur de plebe. Vulgat. 33

Prophetam ex fratribus tuis tanquam
προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν σου, ὡς Lxx.
me ſuſcitabit tibi dñs deus tuus ipſum
ἐμὲ ἀναστήσει σοι κύριος ὁ θεὸς σου, αὐτοῦ
audietis ſecundum omnia quæcunq; loquetur
ἀκούσετε κατὰ πάντα ὅσα λαλήσει
ad vos.
πρὸς ὑμᾶς.

Diuus Petrus.

qm̃ prophetam vobis ſuſcitabit dñs deus
ὅτι προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει κύριος ὁ θεὸς
veſter ex fratribus veſtris tanquam
ὑμῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ὡς
me ipſum audietis ſecundum omnia quæcũq;
ἐμὲ αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα ὅσα
loquetur ad vos.
ἂν λαλήσῃ πρὸς ὑμᾶς.

QVid Eraſmus dicat in his ſingulis cuilibet inſpectare licet.Ideo breuitatis cauſa quid ille dicat ſciens prætereo,& quod in plærisq; ludere mihi videtur potius quam agere ſerio,aut quicquam docere adnotat in hunc locum D.Petrum huius loci reddere ſententiam non verba.D. Petrus hunc locum citat iuxta tranſlationem Lxx ad verbum.Ordinat tamen & conſtruit Iudæis verba Prophetæ, Cũ enim Propheta dicit:Prophetam ex fratribus tuis tanquam me ſuſcitabit tibi Dominus Deus ipſum audietis,Petrus tanquã ordinans litteram dixit, Prophetam vobis ſuſcitabit Dominus Deus veſter ex fratribus veſtris tanquam me,ipſum audietis,poſtea iuxta duos ſupradictos canones omittit media quæ non magnopere ad rem de qua ageretur neceſſaria viderentur,& quæ fuſe à Propheta dicta erant in compendium redigit , & quædam interpretatur.Nam verba illa: Ponam verba mea in ore eius loqueturque ad eos quæ præcepero illi , & alia multa omittit,vt ſolent Apoſtoli omittere media non magnopere neceſſaria ad eam rem de qua agitur. Nã cum ſupradixiſſet Moſes iuxta tranſlationem Lxx αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα ὅσα præteritis medijs omnibus tranſijt ad illud vltimum λαλήσῃ & adiecit πρὸς ὑμᾶς loco ſuperiorum, & pro καὶ ὁ ἄνθρωπος ὃς ἂν μὴ ἀκούσῃ ὅσα λόγων αὐτοῦ, ὅσα ἂν λαλήσει ὁ προφήτης ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου ἐγὼ ἐκδικήσω ἐξ αὐτοῦ fecit D. Petrus paraphraſin ſuis verbis ἔσται δὲ πᾶσα ψυχὴ ἥτις ἂν μὴ ἀκούσῃ τοῦ προφήτου ἐκείνου ἐξολεθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ. Itaque verba illa:ego vlciſcar de eo interpretatus eſt D Petrus,ideſt, exterminabitur de plebe,vel peribit de plebe vaſtabitur, prædicit enim D.Petrus quod non longo poſt tempore accidit , quod Iudæi qui non credidere ferro & incendio ſunt abſumptj , Et prius dixerat D. Petrus,Deus autem qui per os omnium ſanctorum Prophetarum pati Chriſtũ ſuum ſic impleuit , & infra quæ loquutus eſt Deus per os ſanctorum ſuorum à ſæculo Prophetarum quæ latius proſequitur multis locis Auguſtinus, & docet hæc quæ Diuus Petrus hoc loco ait, omnes Prophetas Chriſtum & Chriſti myſteria prædixiſſe, & patimur,ſi Deo placet noſtros aduerſarios ita Prophetas interpretari,vt apud plæroſque illorum nulla ſit Chriſti mentio.Certè in Pſalmis nullum reperias qui totus de Chriſto explanetur,quid dixi totũ Pſalmum?nullum verſum Pſalmi reperias qui ab omnibus noſtris aduerſarijs ad Chriſtum referatur,ſed typicè eã ratione qua dictum eſt, & poſtea Pſalmi ita concinnati,vt à Chriſto auertãtur trãſlati ad veritatem hebraicam eſſe dicuntur,noſtri Pſalmi qui planè Chriſti myſteria ſonant vitiatiſsimi ſi Deo placet eſſe perhibentur. Nec de Pſalmis tantum loquor, plærique ex Prophetis ita explanantur,vt de Chriſto nulla in his mentio fieri dicatur , & in maioribus quam rariſsima de Chriſto dicatur fieri mentio & ea de Iudæorum Chriſto,hoc eſt de Antichriſto quem recepturi ſunt. Atqui Diuus Petrus Chriſtum prædictum eſſe omnium Prophetarum ore prædicat, & poſtremo idem teſtatur omnes Prophetæ inquiens à Samuel & deinceps, qui locuti ſunt annunciauerunt dies iſtos. Audis Diuum Petrum profiteri omnes Prophetas prædixiſſe Chriſti dies & aduerſarios pateris aliò referre prophetias & à Chriſto auertere.Si doctrinam D. Petri qui caput Eccleſiæ eſt & Chriſti vicarius auerſamur, vereor ne plærique noſtrum apud Iudæos veniamus in ſuſpitionem tãquam in Iudaiſmum propendeamus, & nos Chriſtianiſmi incipiat iã tędere,& quoſdã iam Chriſtianiſmi prorſus ſit pertæſum.Nã quid aliud cóiectent cũ Iudaica amplectamur Apoſtolica & Euangelica nobis penè dixerim fœtere videãtur?Vatablus ergo contra D. Petrum hoc de Ioſue dictũ ait typicè de Chriſto vt colludat opinor cũ Iudęis qui inanibus allegorijs nos Chriſto credidiſſe calũniabantur. Euſebius Cæſarienſis Demonſtrationis Euangelicæ lib.9.refellit illam

Iudai-

Iudaicam interpretationem, Ex ipſa ſcri
ptura, poſtremis illis verbis Deuterono
mij, Et non ſurrexit vltra Propheta in
Iſrael ſicut Moyſes, Ergo ſi de Chriſto
non interpretaris falſa eſt Prophetia &
mendax, quia Dominus dixit miſſurum
ſe Prophetam ſicut Moſen, ſiquidē ſcri
ptura teſtatur non eſſe miſſum Prophe
tam ſicut Moſem. Quæ verba planè ac-
guunt locum ſupradictum ad Chriſtū
ſolum poſſe referri, Dicit enim ſcriptu-
ra in lege veteri non ſurrexiſſe Prophe-
tam ſicut Moyſen, de nullo igitur Pro-
pheta legis veteris dictus hic locus eſt,
ſed de Chriſto interpretatur præterea
Euſebius verba illa: Ego vlciſcar de eo,
de vaſtitate Iudææ, qua vendicatus eſt
omnis ſanguis effuſus à ſanguine Abel
vſque ad ſanguinem Zachariæ, & addit
Euſebius. Luunt nanque Iudæi ſanguinē
Chriſti, luentque ſemper quem impre-
cati ſunt ſibi & filijs ſuis. Cyrillus con-
tra Iulianum hæreticum apoſtatā lib. 8.
In principio Iulianum Imperatorem,
Apoſtatam refellit mirabiliter qui hūc
locum validè oppugnabat, leges de hoc
loco pulchra apud Auguſt. lib. 16. cōtra
Fauſtum Manichæum cap 19. quæ quia
erant longiora illinc melius peti poſſe
putaui. Ambro. in Pſal. 118. in illud: Par-
ticeps ego ſum, cūm explanaſſet hunc
locum, Populus, inquit, qui non audiuit
Prophetam hunc exterminatus eſt, vt
populus Dei eſſe deſineret, qui antea Po
pulus Dei dicebatur.

Actorum. 3. Geneſ. ca. 12. & 22. & 26.

Vulg. *In ſemine tuo benedicentur omnes fa-*
34. *miliæ terræ,*

וְהִתְבָּרְכוּ בְזַרְעֲךָ כֹּל גּוֹיֵי הָאָרֶץ

Lectio hebræa. & benedicentur in ſemine tuo omnes
Lxx. καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου πάντα
nationes terræ.
τὰ ἔθνη τῆς γῆς.

D. Petrus.

& in ſemine tuo benedicentur omnes
καὶ ἐν τῷ σπέρματί σου ἐνευλογηθήσονται πᾶσαι
familiæ terræ.
αἱ πατριαὶ τῆς γῆς.

VIx eſt ſcripturæ locus in quo non
quaſi vocemur in ius à quibuſdā
noſtris hominibus tectè tamen & velu-
ti inſidioſe. Hunc de gentibus eſſe & na
tionibus intraturis in Eccleſiam, & in
Chriſto benedicendis, confeſſa res eſt,
& hoc ſenſu à D. Petro citari. Vatablus
tamen in caput hoc Geneſ. 26. interpre-
tans hunc locum ait: Quid ſit Deum ho
mini benedicere ſatis declaratur verbis
continuo ſequentibus, Tibi & ſemini
tuo dabo vniuerſas regiones has, vbi
Dei benedictionem contra ſententiam
Apoſtolicam refert ad bona tēporalia,
quod ſi verum eſſet Patriarcharum be-
nedictiones mēdaces eſſent & falſæ. Sic
enim veteres patres Iudaicas interpreta
tiones ſolent confutare, propheticę præ
dictiones impoſsibile eſt quin verę ſint,
ſunt enim à Deo, & Deus mentiri non
poteſt. Et Iudaicæ interpretationes ſi ve
ræ eſſent non facerent mendaces pro-
phetias, faciunt prophetias mēdaces, ve-
ræ igitur non ſunt Iudaicæ interpreta-
tiones. Principes nanque Idololatriæ nō
ſolū Romani Imperatores, multo magis
à Deo benedicti dicerentur quā Patriar
chæ veteris teſtamēti. Deinde Vatablus
caſtigat lectionem vulgatam, nam pro
benedicentur, vertit benedicent ſe, vt be
nedictio non ſit, iuxta Apoſtolicam ſen
tentiam, à Deo, ſed à ſeipſis benedicent
ſe, ideſt, fœlices ſe putabunt omnes gen-
tes: reſpondebis, propter Chriſtū, inquit
Vatablus, ita eſt, ſed aliquid dicturi ſunt
ne deprehendantur. Sat eſt quod bene-
dictionem Dei ad bona referunt tempo
ralia, quod gentes negant à Deo eſſe be-
nedicendas vt Iudæis gratificētur, quod
Iudæis grauiſsimum erat audire gentes
à Deo eſſe benedicendas, non benedicē-
tur inquiunt nationes ſed benedicēt ſe,
ideſt, fortunatas ſe putabunt, cūm hæc
duo extorſerint ab Apoſtolo, quod re-
liquū eſt facile ſe putant extorſuros. Au
guſt. contra Fauſtum Manichæū lib. 12.
cap. 6. In ſemine tuo, inquit, Dn̄s bene-
dicentur omnes nationes terræ ſi eo tē-
pore

pore hæc diſputaremus quo hæc dicebat Apoſtolus fortaſſe aliquis non tam impudenter nollet hoc credere antequam viderent omnes gentes credere in Chriſtum, cum verò hoc impletum videamus quod tanto ante prænũtiatum eſt, cum omnes gentes benedicantur in ſemine Abrahæ, quis tam pertinaciter inſaniat vt his répugnet. Hæc Auguſti. & alia plura omnes benedici in Chriſto, intellige non omnes nationes, ſed ex omnibus nationibus ex omnibus gentibus plurimi; & conuerſus ad Chriſtũ & vniuerſus orbis, ſi permiſit Dominus Satanam magnam partem ſtellarum trahere ad ſe, prædixit enim Apoſtolus quod in nouiſsimis temporibus recedent quidam à fide attendentes ſpiritibus ſeductoribus, & doctrinis dæmoniorum in Hypocriſi mendaci loquẽtium.

Hic eſt lapis qui reprobatus eſt à nobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli. Actor. Pſal. 117.

De hoc Pſalmi loco dictum ſupra eſt quod citatus iuxta trãnſlationem Lxx & quod ad Dauidem referatur à noſtris aduerſarijs ea fraude quà dictum eſt, nec neceſſe eſt eadem centies repetere.

Actorum. 4. Pſal. 2.

Vulga. 35. *Quare fremuerunt gẽtes & populi meditati ſunt inania, aſtiterũt reges terræ & principes conuenerunt in vnũ, aduerſus Dominũ, & aduerſus Chriſtum eius.*

Lectio Hebrea. לָמָּה רָגְשׁוּ גוֹיִם וּלְאֻמִּים יֶהְגּוּ רִיק׃
יִתְיַצְּבוּ מַלְכֵי אֶרֶץ וְרוֹזְנִים נוֹסְדוּ יָחַד
עַל יְהוָה וְעַל מְשִׁיחוֹ׃

Lxx.
quare fremuerunt gentes & populi
ἱνατί ἐφρύαξαν ἔθνη καὶ λαοὶ
meditati ſunt inania adſtiterunt reges
ἐμελέτησαν κενά, παρέστησαν οἱ βασιλεῖς
terræ & principes congregati ſunt in
τῆς γῆς καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ
vnum contra dominum & contra Chriſtũ
τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ κυρίου καὶ κατὰ τοῦ χριστοῦ
eius.
αὐτοῦ.

D. Petrus.

quare fremuerunt gentes & populi
ἱνατί ἐφρύαξαν ἔθνη καὶ λαοὶ
meditati ſunt inania adſtiterunt reges terræ
ἐμελέτησαν κενά; παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς
principes congregati ſunt in vnum
καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ
aduerſus dominum & aduerſum Chriſtum
κατὰ τοῦ κυρίου καὶ κατὰ τοῦ χριστοῦ
eius.
αὐτοῦ.

Hic locus Pſalmi ſecundi vna voce citatus eſt ab Apoſtolis Spiritu ſancto plenis, iuxta tranſlationẽ Lxx ad verbum. Quidam è noſtris negant verbum hebræum, rhagſu, ſignificare fremuerunt, quanuis videant Lxx viros ita vertiſſe & Apoſtolos plenos Spiritu S. vna voce ita citaſſe, aut Spiritũ S. potius Apoſtolorum ore ità pronunciaſſe, ſed dictũ ſupra eſt libro. 2. de hac contentione quæ inter nos & Iudæos eſt de vocũ hebræarum ſignificatione, Nullũ enim non lapidem mouent Iudæi vt noſtra perturbent. Quin & Auguſtinus Eugobinus inducit quendam Rabinũ qui palam profitetur hunc Pſalmum de Chriſto eſſe, qui vt ægrè Chriſtianis hæreticis faciamus, inquit, de Dauide interpretemur, tamen ipſe Auguſtinus Eugobinus, & hoc loco, & alijs omnibus in trãſlatione & interpretatione Pſalmorũ Iudæos ſequitur, oppugnat noſtra, nec ipſum nec alios qui Iudaicos ſenſus ſequũtur nomino, ſat eſſe arbitror hoc opus contra noſtros aduerſarios eſſe editum in defenſionem Eccleſiaſticæ ſcripturæ, & Pſalmorum eorum qui vulgati ſunt, quoſque adhibet vniuerſa catholica Eccleſia in ſuis ſacris & ſuis precibus. Ergo nobis ſat ſit Lxx viros verbum hebreũ, rhagſu vertiſſe fremuerũt Spiritũ S. ore Apoſtolorũ id ꝓbaſſe cũ ita citauit mutaturus vtiq; ſi non placuiſſet aut obſcurũ videretur, vt facere ſolet. Alio referre quam quo chorus Apoſtolorum retulit, & vna ipſe Spiritus S. qui præſidebat eis

eis & eorum mentem, & verba regebat, mihi impium eſſe videtur & hebræis Onomaſticis à Iudæis impijs contextis potius credere de vocis hebrææ ſignificatione, quam. 72. Iudæis doctiſsimis & antiquiſsimis & Apoſtolis omnib⁹ qui vna voce hunc verſum ita perſonuere & Spiritui ſancto, mihi, vt dixi, impium eſſe videtur D. Hierony. in hunc Pſalmi verſum, ait, Audacis eſt hunc Pſalmum interpretari velle poſt Petrum, imò de eo velle ſentire aliud quam quod in actibus Apoſtolorum dixit Petrus, Contra quoſdam noſtros homines, qui interpretationem Iudaicam veram eſſe contendunt ex vbertate Spiritus. S. qui hæc & illa dicere voluit, Ecce Hiero. Audacis eſt, inquit, velle ſentire aliud quam quod dixerit Petrus. Nó dixit poſſe nos ſentire hoc & illud, ſed audacis eſt aliud velle ſentire. Iudaica ne loquatur ſcriptura? & vbertas Spiritus ſancti Iudaica dicat? Hic valet illud Ariſtotelis. Stipitis & caudicis eſt de ægro æque probare ſententiam baiuli, & ebrij & Medici excellentis & baiulum & ebrium in eodem ponere honore cum præcellentiſsimo medico.

LOCI CITATI A D. Paulo ex veteri teſtamento, qui omnes etiam iuxta tranſlationem Lxx citati apparebunt.

De Diuo Paulo.

DE locis veteris teſtamenti citatis à D. Paulo dicturus operæpretiū me facturum ſum arbitratus ſi de eius authoritate pauca dixerim & de obtrectatoribus Apoſtolorum & Euágeliſtarū vt rei indignitas magis appareat, Auguſtinus contra Fauſtum Manichæum lib. 28. c. 4. D. Paulus, inquit, ita in Eccleſia eam meruit authoritatem, vt verba illius hodie ſic audiantur in Eccleſia, tanquam in illo Chriſtus, ſicut ipſe veriſsime dixit, loquutus audiatur, Hæc de D. Paulo Auguſti. Et tamen, prius dixerat hæc, Apoſtolus Paulus poſt aſcēſionem Domini de cœlo vocatus, ſi nó inueniſſet in carne Apoſtolos cum quibus Euāgelium communicaſſet vt eiuſdé ſocietatis appareret, Eccleſia illi omnino non crederet, quæ verba Auguſtini qui ſecū expēderit intelliget quam iniquam rem petunt noſtri aduerſarij, qui ſibi & Iudæis contra Apoſtolos & Euangeliſtas credi poſtulant, Apoſtolo Paulo in quo Chriſtus loquitur qui non edoctus Euāgelium eſt ab homine nec per hominé non crederetur etiam eadem docēti cū Apoſtolis, & Rabinis Rabinorumque amatoribus fides habenda eſt? contra Apoſtolos Domini & Euangeliſtas, & præcipuè contra D. Paulum quem olim peſsimè odit ſynagoga impia, necminus male oderę Rabini recentes quod Chriſti myſteriorum admirabilis prędicator eſt, & ob eam rem videmus Iudæos nullum ex Apoſtolis & Euangeliſtis tanto inſectari odio quanto hunc Diuū, quod fecere olim veteres Iudæi, & hoc tanto Apoſtolo relicto poſtulant ſuas audiri interpretationes D. Paulum contemni, Iudæos ne meliores interpretes quærēmus ſcripturarum quam illum doctoré gentium, vas electionis, electum de perſecutoribus qui Ieſum quē perſequutus fuerat fateretur, vt ait Ambroſ. de fide lib. 1. c. 7. Audiemus Iudæos interpretes Chriſto Dño & Chriſtianis infeſtiſsimos hoſtes & mendaciſsimos ſcripturarū fures ſacrilegos, relicto D. Paulo, qui, vt Ambro. ait in Lucā lib. 8. c. 17. Diuini eſt verus interpres oraculi? De quo Hilarius de Trinitate libro. 5. Quis cœli circulos incertū incorporeus an corporeus ingreſſus fideliter dictorū Propheticorū interpres fuit? quis in enarranda cœleſtiū myſteriorū audiens ſacramenta, maiore fiducia hæc prædicabit? Quis melius de ſcripturis ſanctus loquetur eo

qui in paradiſum raptus viderit árcana Dei. Hęc igitur prælocuti ad locos citatos ab Apoſtolo ex veteri teſtamento accedamus; & attente audiamus hunc Apoſtolum in plæriſque locis à noſtris aduerſarijs contemni, & eo relicto poſtulare ſuas interpretationes audiri. Audiamus etiam attente Lxx viros ab hoc tanto Apoſtolo & tantis laudibus exornato citari ſemper, Nam & hæc magna eſt controuerſia Iudæis aduerſus Apoſtolos & Euangeliſtas & ſacros ſcriptores omnes, & aduerſus vniuerſam Eccleſiam, quod citent ſemper tranſlationē Lxx quam vitiatiſſimam eſſe aiũt Iudęi, quod falſiſſimum eſt, vt toto hoc próbatur opere.

Loci citati à D. Paulo. Ex Epiſtola ad Romanos.

Vulgat. *Iuſtus autē in fide ſua viuet. Abacuc. 2. 36.*

Lectio hebræa. וְצַדִּיק בֶּאֱמוּנָתוֹ יִחְיֶה׃
iuſtus ex fide mea viuet.

Lxx. ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεώς μου ζήσεται.

Paulus.

iuſtus ex fide mea viuet.
ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεώς μου ζήσεται.

HIc locus D. Pauli quē citat ex ca. 2 Abacuc. Iuſtus ex fide viuet iuxta tranſlationē Lxx me olim torſit diu, duplici cauſa, quod D. Hiero. citatũ hũc locum obijceret iuxta tranſlationē Lxx quaſi non omnia quæ ex ſcriptura citat D. Paulus iuxta tranſlationem Lxx citētur, & quod D. Paulus à D. Hiero. reprehendi videtur, cum D. Hiero. poſtrema adnotatione in locos D. Petri dixerit verba quę ſcripſimus, audacis hominis eſſe Pſalmum interpretari velle poſt Petrum, imò de eo ſentire aliud quã quod dixerit D. Petrus & in illa verba Pſal. 86 Dn̄s narrabit. Quanuis, inquit, ſanctus ſit aliquis poſt Apoſtolos, quanuis diſertus, poſt Apoſtolos non habet authoritatem. Et in illud Oſeæ cap. 13. De manu mortis liberabo eos, quod, inquit Paul⁹, de reſurrectione Dn̄i interpretatus eſt, nos aliter interpretari nec poſſum⁹ nec audemus. Et in illud cap. 9. Amos. In die illa ſuſcitabo tabernaculum Dauid. Vbi inquit Apoſtolorũ præcedit authoritas maximè Petri & Iacobi, quas colũnas Eccleſiæ vas electionis vocat, ibi omnis variæ explanationis tollēda ſuſpitio eſt, & quód à tantis viris expónitur hoc ſequēdũ. Et idem Hiero. ad Theophilum aduerſus errorem Ioãnis Hieroſolymitani. Scio me, inqpit, aliter habere Apoſtolos, aliter reliquos tractatores, Apoſtolos ſemper vera dicere, iſtos in quibuſdam vt homines aberrare. Nec aliũ quenquam aduerſum D. Hieron. citare volo quã ipſum D. Hiero. Huius enim Diui reuerentia id facere præpedior, ne videar cuiuſquam alterius doctrina D. Hierony. velle emēdare; ipſum Diuum aduerſum ſe leges dicere volui. Cur igitur D. Hiero. obijcit D. Paulo, in Commentarijs in hũc locum Abacuc, quod Lxx virorum interpretationem citet, & tam acriter quam ipſe Diuus in reprehēdendo vehemens eſt, hęc pars dubitationis videtur facile dilui poſſe. Perſuaſerat ſibi hic Diuus id quod erat veriſsimum Lxx viros citari ab Apoſtolis & Euangeliſtis vbi à lectione hebræa non diſcordabant, & hoc loco putabat hic Diuus à lectione hebræa diſcrepare. Nã alioquin nunquã Symmachũ blaſphemium Iudæũ, vt ipſe Diuus eũ nominat, cum Lxx viris cõtuliſſet, nũquã blaſphemorum Iudæorũ, qui myſteria Chriſti ſubdola, vt ipſius Diui verbis vtar, interpretatione. cœlaſſent tranſlationē Lxx virorũ, quã citat D. Paulus, & Chriſt⁹ qui in D. Paulo loquitur antepoſuiſſet. Nōdũ ſibi perſuaſerat fortaſſe lectionē hebrę ã eſſe vitiatã à Iudæis in quibuſdam locis, quod poſtea multo labore deprehēdit, vt ſecundo libro dictũ à nobis eſt. Quã quã credibile magis eſſe videtur hos locos in Cõmentarijs D. Hiero. ex eorum eſſe numero qui non ſunt ſcripti ex ſententia D. Hiero. ſed ex aliorũ ſentētia, admonuit

monuit enim ipſe Diuus, vt diximus in Prolegomenis fuſe, ſe in ſuis Cómentarijs citra diſtinctioné ſuas & aliorū referre ſententias tam probandas, & quā improbandas, vt prudens lector probāda probet, improbet improbāda, & que ritur ipſe Diuus quod aduerſarij ſibi imputent quæcunq; in eius ſcriptis reponantur, cum monuerit centies ſe more veterū Cómentatorū tam probāda quā improbanda eſſe cóplexū, & in eiſdem Prolegomenis & ſupra hoc eodé libro, cū de tranſlatione Lxx diſputabamus, oſtédimus multa gloſſemata ab inepto, & impio lectore diuinis D. Hiero. ſcriptis eſſe intexta, cuius notæ hęc eſſe puto quæ hoc loco diſceptamus, Nā illud Zachariæ cap. 13. ſuper virū cohærenté mihi quod ſic Hieroymus, & Lxx viri trāſtulere, quod Theodotion verterat, ſuper virū proximū eius ſimilitudine litterarū factū ait ר & ד quæ ſola magnitudine diſtant. Melius D. Hiero. vir ſanctiſsimus D. Paulū defendiſſet eadé ratione, quā Theodotioné, Nam Lxx viri eodé modo verterant quo D. Hiero. Ergo D. Paulus eadem ratione defendi potuit quod legerit בֶּאֱמוּנָתִי in fide mea Symmachus בֶּאֱמוּנָתוֹ in fide eius. Iam hæc quæſtio, inquiunt, ſublata eſt vt nec legatur in fide eius, vt vult Hieronymus nec in fide mea, vt vult Paulus quid neceſſe eſt hoc vulnus refricari, Non oportet ſic decidere lité inter Apoſtolū & Hieronymum, nec quod ego, nec quod tu, Si enim Angelus de cælo aliter dixerit quā Apoſtolus Anathema ſit, nec oportet ludos fieri veteres qui hunc locū interpretantur. Auguſtinus cōtra fauſtū Manichéū lib. 16. cap. 29. cū paſsione Chriſti iuſtificari credentes fide formata dixiſſet adiecit ſicut teſtimoniū propheticū Paulus cōmemorat iuſtus ex fide viuit, intelligit ergo iuſtū ex fide Chriſti formata iuſtificari Auguſtinus de ciuitate Dei lib. 18. cad. 4. Iuſtus ex fide viuit, inquit Propheta, quoniā bonū noſtrū nó videmus vnde oportet vt credam? nec

ipſum rectè viuere nobis ex nobis adeſt niſi credentes Deus adiuuet, & nos ab illo adiuuandos eſſe credamus. Quomodo hæc interpretentur noſtri aduerſarij cuilibet videre licet.

Ex c. 2. ad Rom. & Eſa. c. 52.

Nomen enim Dei per vos blaſphematur inter gentes. Vulgat. 37

וְתָמִיד כָּל הַיּוֹם שְׁמִי מִנֹּאָץ׃ Lectio Hebręa.

hæc dicit dominus propter vos ſemper Lxx.
τάδε λέγει κύριος δι' ὑμᾶς διὰ παντὸς
nomen meum blaſphematur in nationibus.
τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι.

Paulus.

enim nomen Dei propter vos blaſphe-
τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ θεοῦ δι' ὑμᾶς βλασφη-
matur in nationibus
μεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι.

Hic locus citatur à D. Paulo iuxta tranſlationē Lxx, omittūtur breuitatis cauſa duæ voculæ διὰ παντὸς per omne. i. ſemper in gentibus dicere videtur quod Iudæi, vt ſupradictum eſt, mittebant legatos in omnes gentes ad ſuos qui diſperſi erant toto orbe terrarū, vt docerent nationes Chriſti nomen blaſphemare, & conuiciari Chriſto & diſcipulis eius, vt nationes non crederent Chriſto, de qua re nunc conqueritur Dominus, propter vos, inquiens, nomé meū blaſphematur in gentibus vel in nationibus, quod vos eas docuiſtis nomé meū blaſphemare & mihi cōuitia facere, Negant illas duas voces in gentibus ſiue in nationibus eſſe hebraicè, non ſunt hebraice fateor, tamen ſunt in tranſlatione Lxx quā citat D. Paulus in quo loquitur Chriſtus, & ex hebræa lectione intercidiſſe multas litteras, ſyllabas, dictiones, orationes mōſtratum eſt lib. 2. Sed nullis probationibus tā planū fieri poteſt quā ex his Apoſtolicis locis & Euāgelicis, in quibus lectioné Lxx probat Spiritus S. probat Chriſtus Dñs, qui ore Apoſtolorū loquuntur, Hanc probationé verius ego dixerim quā Plato infinitis

tis partibus firmiorem eſſe Mathematicis demonſtrationibus probarú eſt lib. 2. planiſsimè; in lectione hebræa deeſſe litteras, ſyllabas, orationes, dictiones ex eorum numero eſſe; hoc arguit Spiritus S. qui tranſlationem Lxx citat, quæ plura verba præfert quã lectio hebrça, quid præ illem amplius? cui Deus teſtis ſatis nõ eſt, quid ei ſatis erit? Apud veteres qui colebant falſos Deos, vbi Diuinú acceſſerat teſtimoniũ finis litis erat, vt docet Ariſtoteles, docent & alij rhetores. Hæc ergo cauſa eſt cur Iudæis tranſlatio Lxx tam eſt odioſa, quod, vt ait Hieronymus in plęriſq; eam legiſſe intellexiſſe ſit, quę ferè interprete non egeat, ſi veteribus fidem habes, qui eam à plæriſq; verſibus citant nec eam interpretantur quod negent interprete egere. Ergo illæ duæ voces quæ in tranſlatione Lxx ſunt, quaſq; citat D. Paulus prædici à Propheta videtur ſatis planè quod Iudæi in omnes terras legatos eſſent miſſuri ad ſuos, qui, vt dictum eſt ex Ioſepho, nobiliſsimarum vrbium totius orbis bonam partẽ tenebant, vt Chriſto Domino & Apoſtolis aduerſarentur, vt dictum eſt in Commẽtarijs in 18. cap. Eſaiæ, & docerent gẽtes conuitia Chriſto facere & eius Apoſtolis, & falſos de illis ſpargere in populum rumores, quales diſſeminabat Athenis Impoſtor ille aduerſum Chriſtum apud Lucianum, cuius concionibus vt occurreret incredibili ardore ibat Paulus.

Ex cap. 3. ad Romanos, & ex Pſal. 115.

Vulgat. *Omnis autem homo mendax.*

38.

Lectio hebræa. כָּל הָאָדָם כֹּזֵב

Lxx. omnis homo mendax.
πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης.

D. Paulus.

omnis homo mendax.
πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης.

HOc loco tantum dicendum eſt citari à D. Paulo, hæc verba iuxta tranſlationem Lxx, & mirandum magnopere eſſe homines non vulgariter eruditos laborare videri, & quærere: Quomodo omnis homo mendax eſſe dicatur: Grecè ψεύστης dicitur ea ratione qua homo riſibilis dici ſolet, qui poſsit ridere & tamen quoſdam legimus non riſiſſe quamdiu vixere. Deus dicitur verus quod ſit ipſa veritas quæ mintiri nõ poteſt. Hæc etiam Philoſophi docẽt nõ ſolum Theologi.

Ex cap. 3. ad Romanos, & ex Pſal. 50.

Vulgata.

Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. 39.

Lectio Hebrça. לְמַעַן תִּצְדַּק בְּדָבְרֶךָ תִּזְכֶּה בְשָׁפְטֶךָ

Lxx.
vt iuſtificeris in ſermonibus tuis & vincas
ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου καὶ νικήσῃς
in iudicare te.
ἐν τῷ κρίνεσθαί σε

Diuus Paulus.

vt iuſtificeris in ſermonibus tuis &
ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου καὶ
vincas, in iudicare te.
νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε.

HOc teſtimonium etiam citatur iuxta tranſlationem Lxx nec eſt cur quiſquam hæc verba velit facere ambigua, aut obijcere quod Lxx aut D. Paulus tranſtulerint ea paſsiuè, vt ſignificet iuſtificandum Deum cum ipſe Deus iudicabitur. Hebraice verò videri actiuè poſitum eſſe verbum, Nam & græcè & hebraicè poſtrema verba actiuè ſignificant κρίνεσθαι nanque medium verbum eſt, quod ferè actiuè ſignificat ἐν τῷ κρίνεσθαί σε in iudicare te, vel in iudicando te hoc eſt cum tu iudicaueris.

Ad Romanos.3.Pſalm.13.

Vulg. 40. *Quia non eſt iuſtus quiſquam non eſt intelligens, non eſt requirens Deū, omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum non eſt vſque ad vnum, ſepulchrum patens guttur eorum, linguis ſuis doloſe agebant, venenum aſpidum ſub labijs eorum, quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt, veloces pedes eorum ad effundēdum ſanguinem, contritio & infœlicitas in vijs eorum viam pacis non cognouerunt, non eſt timor Dei ante oculos eorum.*

NEC erat huius loci hæc & alia plæraque adnotare, niſi propoſuiſſem mihi hunc quoque ſcopum, vt commonſtrarem teſtimonia ſcripturę ab Apoſtolis & Euangeliſtis iuxta trāſlationem Lxx citari. Ideo meo inſtituto neceſſarium eſſe duxi, dicere aliquid de eo, quod Diuus H[illegible]nym. ait in procemio commentariorum in.16.librum in Eſaiam ad Euſtochium virginem octo verſus qui in pſalmo.13.concinuntur in eccleſia, qui ex Lxx citati videntur ex Diuo Paulo tranſlatos in interpretationem Lxx, cū ex varijs prophetarum locis à Diuo Paulo citati eſſe viderentur. Confeſſa res eſt authore Diuo Hieronymo hos pſalmi verſus fuiſſe in trāſlatione Lxx, vt à Diuo Paulo citantur, ſint ne adulterini hi verſus an non, non diſceptarem vtique, tria faciunt vt de ēa re aliquid dicam, primum illud quod Auguſtinus de ciuitate Dei, lib.15.cap.14.ſcribit ea quæ in Lxx viris ab hebræa lectione diſcrepant emendare auſum eſſe neminē. Et lib.18.c.43. Neminē eſſe auſum mutare quod Lxx trāslatio præferebat, cui rei cōcinit illud, quod ſi quæ ſunt in tranſlatione Lxx, & hebraice non ſunt, eſſent expungēda, multa ex locis citatis ab apoſtolis & euangeliſtis, iuxta tranſlationē Lxx expungēda diceremus quod hebraice non ſunt, quod dicere nēfas eſſet, vt Spiritus S. qui apoſtolorū ore loqueretur falſa citaret. Alterū illud eſt, ꝙ vt monſtratū eſt lib.2.D.Hier. ſententiā mutauit, & nō putauit poſtea lectionē Lxx ex hebræa lectione caſtigandā, ſed contra hebræam æditionē ex trāslatione Lxx vt nō cōtrariæ ſentētiæ D.Hier. ab Auguſtino fuiſſe videatur. Poſtremū illud eſt eccleſiā ſanctā antiquā lectionē retinuiſſe per mille ducētos annos poſtquā à D.Hier. fuerit caſtigata, quanquā inter diuerſa ſentientes alios qui ſententiam D.Hier. ſequerentur, alios qui Auguſtinū & Orig. & alios eiuſdem ſentētiæ ſequendos potius putarent quædam mutata videntur. Nō temere ergo eccleſia ſancta caſtigationē D.Hieronymi nō recepit & veterē lectionē retinet, nec vlla alia cauſa quærēda videtur quā quod eccleſia ex trāslatione Lxx nihil vnquā mutare eſt paſſa, vt diximus ex Auguſt. ſed tamen & aliud eſt quod mihi pro eccleſia, quæ antequā huius Pſalmi retinet ſententiā inſolubile argumentū eſſe videtur. Si demas hos verſus ex Pſal.13.idē prorſus Pſ.52. eſſe videbitur, nec eſſe cauſam vllā cur hi duo pſalmi diuerſos habeant titulos; videtur tamē, inquies, aliqua horū pſalmorū eſſe varietas, quod in pſal.13.legitur. Quoniā Dn̄s in generatione iuſtorū conſiliū inopis confudiſtis, at Dn̄s ſpes eius eſt, pro quo Pſal.52. Quoniā Deus diſsipabit oſſa eorum, qui hominibus placēt, cōfuſi ſunt quia Deus ſpreuit eos, negabis eſſe hebraice: qui hominibus placēt, addito tu vnā litterā, n, & pro chonac, leges chonanech, qui gratificantur aut placent tibi, & 2. perſona etiā apud nos pro omnibus poni ſoler, & ita Lxx interpretari vidētur. Huius inquies orationis varietas diuerſum pſal. facere poteſt, minime ſunt em̄ in lectiōe hebr. innumerabiles in reb' duob' locis ſcriptis hebraicè verbis eiſdē, vbi orationes quę in altera parte ſunt, in altera de-

ſunt, & vbi dictio pro dictione eſt quæ idē ſignificet frequētiſſime & memoriter Iudæi deſcribebant ſcripturā quam tenebant memoria, & quale accidere ſolet memoriter deſcribentibus verbum ſæpe pro verbo ſæpe occurrit idem ſignificans, excidit alibi oratio vna, alibi alia, quorum exempla poſuimus multa lib. 2. cap. 64. Nihil erat igitur quod varietas vnius duarumue orationum diuerſum pſalmum faceret, nec diuerſum titulum, nam Pſalmus. 13. de paſsione Domini eſt, vt præcedentes pſalmi, & vt Diuus Paulus videtur interpretari. 52. Pſalmus pro, machalat, intellectu: ſic enim verti debet, nam ἐπὶ græce genitiuum caſum adſciſcit, & latine ſonat, pro quæ regit ablatiuum, vt dicere debeas pro intellectu quod græce dicis ἐπὶ ϲυνέϲει vt ſit pro intellectu. Machalat infirmitatis, id eſt, vt intelligamus noſtrā infirmitatem, noſtra vitia quibus implicamur & conemur reualeſcere priuſquam detrudamur (quod Deus auertet) in ſempiternas inferorum flammas. Cur inquies hi verſus ex varijs prophetarū locis deſumpti eſſe videntur. Hæc eſt quæſtio Aphricani aduerſus Origenem cui Origenes reſpondet, vnum & eundē Spiritum ſanctum loqui in ſcriptura, & non raro quæ loquitur per vnum prophetam loqui per alios verbis eiſdem. Hæc ſunt quæ mihi ſuccurrere hoc loco quæ dicerem pro cantionibus ſacris, illud non prætereo ſilentio, expungi velut obelo ex lectione Apoſtolica, à quibuſdam verba illa omnia, quia non eſt iuſtus quiſquam, non eſt intelligens, non eſt requirēs Deum. Non enim ſunt ferendi quidam qui lectionem Apoſtolicam & Euangelicam caſtigant ad exēplum Hebrææ lectionis, etiam ſi hebrea lectio aut malitia Iudaica aut negligentia ſit vitiata, contra faciunt D. Hieron. & Euſebius qui hunc canonem præſcribunt, vt ex lectione quam Spiritus ſanctus Apoſtolis & Euangeliſtis inſpirauit caſtigemus lectionem hebræam.

Ad Romanos. 4. Geneſ. 15.

Credidit Abraham Deo, & reputatū eſt illi ad iuſtitiam. Vulg. 41.

וְהֶאֱמִן בַּיהוָה וַיַּחְשְׁבֶהָ לּוֹ צְדָקָה׃ Lectio hebræa.

credidit autem Abraham Deo & reputatū eſt
ἐπίστευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ θεῷ καὶ ἐλογίσθη
ei ad iuſtitiam.
αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. Lxx.

Diuus Paulus.

credidit autem Abraham Deo & reputatū eſt
ἐπίστευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ θεῷ καὶ ἐλογίσθη
ei ad iuſtitiam.
αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.

DIxi Iudæos manifeſtas maxime de Chriſto prophetias aliqua attentare fraude, non locos huius notæ. Ideo tamen conſilium fuit eos adnotare, vt oſtenderem Diuum Paulum citare ſemper ſcripturam iuxta translationē Lxx, verum cap. Geneſeos. 15. apud Lxx Abram ſcriptum eſt, non Abrahā, quod nondum ei à Domino impoſitum erat nomen Abraham. D. Paulus vero temporibus Euangelicis Abraham eum nominat, quod ſic appellari poſtremo eum iuſſerat Dominus, & appellari iuſſerat eo nomine quod tempora Euangelica ſignificaret. Sonat enim Abraham patrem multitudinis gentium.

Ad Romanos. 4. Pſalm. 31.

Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, quorum tecta ſunt peccata, beatus vir cui non imputabit dominus peccatum. Vulg. 42.

אַשְׁרֵי נְשׂוּי פֶּשַׁע כְּסוּי חֲטָאָה׃ אַשְׁרֵי אָדָם לֹא יַחְשֹׁב יְהוָה לוֹ עָוֹן Lectio hebræa.

beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates &
μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι καὶ
quorum tecta ſunt peccata, beatus
ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι, μακάριος
vir cui non imputabit dominus peccatum.
ἀνὴρ ᾧ μὴ λογίσεται κύριος ἁμαρτίαν. Lxx.

Diuus

Diuus Paulus.

Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates &
μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι καὶ
quorum tecta ſunt peccata beatus
ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι μακάριος
vir cui non imputet dominus peccatum.
ἀνὴρ ᾧ οὐ μὴ λογίσεται κύριος ἁμαρτίαν

CItat Diuus Paulus hoc pſalmi principium iuxta translationem Lxx quod ſummopere notandũ contra nouos interpretes,& contra eos qui lectionem hebræam caſtigatiſsimã affirmant, ita vt nec apex, nec punctum aut littera potuerit mutari,quæro ego credendum ne ſit Lxx viris, an & D. Paulo & Chriſto qui in Paulo loquitur de veritate huius lectionis, an Rabinis impijs. Certe inquiet,non ita eſt hebraice, pereant linguæ ſi in cauſa ſunt futuræ,vt Chriſtum Dominum manibus amittamus, & animo & pectore toto, ideo ſecundo libro tantam oſtendi in æditione hebræa eſſe varietatem lectionis ne quis miraretur ſi dicerem pro peſaim, iniquitates, & pro chataot,peccata, plurali numero, mutatas has dictiones in lectione Hebræa eſſe in numerum ſingularem, eccleſiaſtica lectio ideo ne erit reijcienda, & apoſtolica erit repudianda, faciendæ nouæ translationes ad normam Iudaicæ perfidiæ relinquenda ſcriptura Apoſtolica & Euangelica, & vulgati pſalmidicendi erunt vitiatiſsimi, & pſalmi Iudaici dicendi erunt expreſsi ad veritatem Hebraicam medeatur his malis, qui poteſt Deus Optimus Maximus. Ego alias omnes probationes miſſas facio vnam hanc volo, quod Chriſtus Dominus, & eius ſpiritus, qui in Paulo loquuntur teſtes excito mei propoſiti ex ea ſcriptura, quam citant planum ſit hebræam lectionem eſſe mutatam, exemplo codicis Hiſpani, quod ſæpè vſurpo lectionem pſalmorum noſtrorum quam inſimulant vitiatiſſimam, caſtigatiſsimam eſſe & dignam quæ aureis litteris conſcripta ſeruaretur.

Ad Romanos.4. Geneſeos.17.

Quia patrem multarum gentium poſuite. Vulg. 43.

כִּי אַב הֲמוֹן גּוֹיִם נְתַתִּיךָ׃ Lectio heb.

quia patrem multarum gentium poſui te.
ὅτι πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε. Lxx.

Diuus Paulus.

quia patrem multarum gentium poſui te.
ὅτι πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε.

CItatur à Diuo Paulo hic locus iuxta translationem Lxx prius hic patriarcha dicebatur Abram, id eſt, pater rerum cæleſtiũ,quia doctiſsimus Aſtrologiæ erat, qua multum Chaldæi valebant. Ab enim vox hebræa patrẽ latinè ſonat rham,ſublime,pater rerum ſublimium pater Meteorõ,poſtea à Domino eſt dictus Abraham,id eſt, pater multarum gentium,quod ab hebræa vox, vt dixi,ſonet patrem,ram,ſublime, hamon multas gentes,quod futurus pater eſſet multarum gentium ſublimium, cæleſtium. [illegible] enim Abraham eſt decori quod multarum gentium quæ in cælo, vt fulgentiſsima ſydera nitent,conſtitutus eſt pater,non ſolum illorum centum quadraginta milium ſignatorum ex omni tribu filiorum Iſrael, ſed etiam illius turbæ magnæ quæ deſcribitur Apocalypſeos.7.quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus,tribubus & populis & linguis, quæ eo dicta ſunt, quod quamuis à Domino nomen ſit mutatum,& cauſa mutationis ſit addita quod pater à Domino multarum gentium ſit conſtitutus, & Ab,pater ſit, & hamon,infinita multitudo,pater infinitæ multitudinis, inde ominus fuere qui dicerent & affirmarent nihil plus ſignificare Abraham,quàm Abram,& teſtẽ D.Hieronymum, citant,cum nihil tale dicat D.Hieron.ſed ſupplendã eſſe vocẽ gentium,quod Abraham tantum ſignificet patrem multarum, ſed finge D. Hierony. aduerſari ſcripturæ voluiſſe,

 creden-

credendum ne erit Hieronymo contra ſcripturam ſanctam, & contra authorẽ eius Deum? Quin & illud quod ait ſupplendam eſſe vocem gentium, correxit idem Diuus qui in principium capit. 39. Ezechielis Amona ait eſſe quod græcè dicitur πολυάνδριον multitudo hominum illa, ſcilicet, quæ cum Antichriſto eſt peritura, quod repetit etiam paulò ante illa verba. Tu ergo fili hominis, nec aliud eſt nomen hebraice quod infinitã multitudinem ſonet quam hamon, & gręce quam πολυάνδριον vnde Abraham dicitur infinitæ multitudinis gentium pater, vt ipſe Dominus interpretatur. Huius Iudaicæ contentionis aduerſus nos cauſa nulla alia eſt quam quod illos male vrit quod omnis ſcriptura ſonet illos excludendos ex eccleſia gentes eſſe recipiendas, quod Dominus hoc loco interpretatur patrem multarum gentium ſiue nationum poſui te, vt Abraham pater multarum nationum, pater multarum gentium ſit poſitus à Domino, non pater Iudæorum ab eius ſemine deſcẽdentium. Hoc vt peruertere poſſ[illegible]omnia mouent.

Ad Romanos. 8. ex Pſalm. 43.

Vulg. 44. *Quoniam propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.*

Lectio heb. כִּי עָלֶיךָ הֹרַגְנוּ כָל הַיּוֹם, נֶחְשַׁבְנוּ כְּצֹאן טִבְחָה׃

Lxx
qm̃ cauſa tua mortificamur totam diem
ὅτι ἕνεκα σοῦ θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν
reputati ſumus vt oues occiſionis.
ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς.

Paulus.
qm̃ cauſa tua mortificamur totam diem
ὅτι ἕνεκα σοῦ θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν
reputati ſumus vt oues occiſionis.
ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς.

Locus hic iuxta tranſlationem Lxx citatur ad verbum; hic primũ illud querar neceſſe eſt, non dico noſtros maiores non tuliſſe mutari ſcripturam, ſed ne vnum verbum quidem ex ſcriptura mutari eſſe paſſos vt alibi diximus etiã cum ex ſententia nihil deperirẽt, cur nos patimur noſtram ſcripturam verbis mutari totam? etiam cum Iudæi non poſſunt ex noſtra ſcriptura iure mutare quicquam? totam odio noſtri mutant ſcripturam ita vt non agnoſcas eandem eſſe, & eam totam odio noſtri mutant, etiam cum eodem modo interpretãtur quo noſtri ſolent interpretari. Qui docti litteris humanioribus ſunt ſciunt bene veteres Romanos iura Pontificum nullo modo paſſos mutari, quamuis exſoleto ſermone conſcripta eſſent, nec alio ſermone ſcribi, & vident noſtri ſcripturam alio ſermone ſcribi, vt longe diuerſa eſſe videatur, & laudant, & in ſinu eam ferunt, & in oculis quantulum hoc eſt. Veteres patres omnes & D. Paulus hunc pſalmi locum de martyribus interpretantur. Vatablus & alij de ſynagoga hoſtibus immanibus prædæ exponũt immerito, ita quod manu non corrumpũt, id eſt παραγράφουσι hoc eſt peruerſa ſcriptione παρεξηγοῦσι vitiant, id eſt, peruerſa interpretatione. Quos potuit ſui erroris admonere res ipſa, etiã ſi omnis doctrinæ eſſent expertes, credibile eſt Deum iniuſtum eſſe qui Iudæos omni culpa vacantes puniat, & Iudæos probos viros & ſanctos qui etiam malis omnibus à Deo cruciati Deum colant & venerentur? An non contra Dominus apud Hieremiam cap. 2. ait: Omnia mala quæ Iudæis accidebant accidere Iudæis, quod à Deo diſceſsiſſent: falſa ergo Iudaica interpretatio eſt, quod Iudæi mortem oppetunt Dei cauſa, & Deum venerãtur, & nihilominus Deus illos ſemper premit malis. Et idẽ Hiere. eodem capite ait, ideo hóſtes immaniter in Iudæos ſæuire, & Iudæorum agros depopulari quod Iudæi in Deũ peccant, & in fine c. 4. & in principio c. 5. eadem repetit Hieremias & toto capite identidem repetit, vera ergo ſanctorũ patrum inter-

interpretatio huius loci quam confirmat D.Pauli authoritas noſtri aduerſarij peruertere fruſtra contendunt.

Ad Romanos. 9. Geneſeos.21.

Vulg. 45. *Sed in Iſaac vocabitur tibi ſemen.*

Lectio heb. כִּי בְּיִצְחָק יִקְרָא לְךָ זָרַע

Lxx. quĩ in Iſaac vocabitur tibi ſemen.
ὅτι ἐν ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα.

D. Paulus.

ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemen:
ἀλλ' ἐν ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα.

HAEC iuxta Lxx citantur à diuo Paulo,& quando nec littera peruertitur hoc loco,nec ſenſus, prolatio vocis ſcripturæ vitiatur D.Hier.& Lxx Iſaac proferunt, nos docẽt noui ſcriptores dicere Iſchac.Sic aiunt hebraice eſt, minime.Sic Iudæi proferunt verum eſt, ſic hebraice eſt falſum eſt, ח Iudæi pro ch proferunt aliqñ pro ch,aliquãdo verò pro ſola aſpiratione h,quãdo noſtri proferunt tanquam ch, Iudæi tanquam aſpirationem proferendam eſſe contendunt vt nobis aduerſentur,quando vero noſtri, tanquam ch,proferunt Iudæi pro aſpiratione enunciant. Quid refert ergo aiunt hoc an illo modo proferas, parui refert, Iudæi tamen nobis aduerſantur & ſua ſemper in nos odia exerunt.

Ad Romanos.9. Geneſeos. 18.

Vulg. 46. *Secundum hoc tempus veniam, & erit Saræ filius.*

Lectio hebræa. אָשׁוּב אֵלֶיךָ כָּעֵת הַהִיא וּלְשָׂרָה בֵּן׃

Lxx. ſecundũ tempus hoc ad horas reuertar,
κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον εἰς ὥρας ἀναστρέψω
ad te & erit Saræ filius.
πρὸς σὲ καὶ ἔσται τῇ σάρρᾳ υἱός.

Paulus.

ſecundum tempus hoc veniam & erit
κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐλεύσομαι καὶ ἔσται
Saræ. filius.
τῇ σάρρᾳ υἱός.

CItatur & hoc loco à Diuo Paulo tranſlatio Lxx excepto quod vnũ verbum mutatur, & quædam iuxta canonem Origenis omittuntur.

Ad Romanos.9. Mal. 1.

Iacob dilexi Eſau odio habui. Vulg. 47.

וָאֹהַב אֶת יַעֲקֹב׃ וְאֶת עֵשָׂו שָׂנֵאתִי Lectio hebræa.

dilexi Iacob autem Eſau odio habui.
ἠγάπησα τὸν ἰακὼβ τὸν δὲ ἡσαῦ ἐμίσησα.

Paulus.

Iacob dilexi autem Eſau odio habui. Lxx.
τὸν ἰακὼβ ἠγάπησα, τὸν δὲ ἡσαῦ ἐμίσησα.

CItatur hic locus à Diuo Paulo iuxta tranſlationem Lxx,tamen noui tranſlatores dicere malunt cum Iudæis Iaacob,quam cum Chriſto qui in Paulo loquitur Iacob. Sic eſt hebraice aiũt, falſum eſt,ſic proferunt Iudæi mutatione punctorum ita eſt, ſed proferat qui volet Iudaice,ego author ſum omnibus vt Euangelicè & Apoſtolicè potius proferant.

Ad Romanos.9. Geneſeos.25.

Maior ſeruiet minori Vulg. 48.

וְרַב יַעֲבֹד אָעִיר׃ Lectio hebræa.

& maior ſeruiet minori. Lxx.
καὶ ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι.

Paulus.

& maior ſeruiet minori:
καὶ ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι.

CItat Diuus Paulus locum hunc iuxta tranſlationem Lxx,illud tamen miror, querorque quod ſemper in re aliqua quamuis tenui aduerſentur Diuo Paulo & Chriſto qui in eo loquitur. Diuus Paulus citat tranſlationem Lxx quę præfert populus maior, cur iiuat vertere pro populus maior, populus multus. In margine, inquiunt, adſcriptũ eſt populus maior.Ita eſt. Sed in ipſo

in ipſo contextu apponeretur lectio Apoſtolica & Eccleſiaſtica quæ citatur à Doctoribus ſacris de maioribus natu, & minoribus natu. Eccleſiaſtica ſcriptura non moueretur loco, ne ſubuerterentur quę ſcripta ſunt ab Auguſtino libr. 16. de ciuit. Dei cap. 35. & cap. 42. De populo maiore & minore, & quæ dicũtur de hac diuinitus ab alijs veteribus patribus, ſi non fideliter hic locus verſus eſſet & hebrææ lectioni conuenienter tre centis annis ante aduentum Domini in carne à 72. Iudæis & poſtea à D. Hiero. & ſi non probata hæc lectio eſſet à Diuo Paulo, & à Chriſto qui in Paulo loquitur, non ferendum vllo modo erat Iudæoli impij interpretationem illi anteferri, Pauli interpretationi anteponere quis ferat? cum hebræa lectio noſtris congruat aptiſsime.

Ad Romanos. 9. Exodi. 33.

Vulg. 50. *Miſerebor cui miſertus ſum, miſericordiam præſtabo, cui miſerebor.*

Lectio hebræa. וְחַנֹּתִי אֶת אֲשֶׁר אָחֹן וְרִחַמְתִּי אֶת אֲשֶׁר אֲרַחֵם׃

Lxx.
& miſerebor cuius miſereor & condolebo
καὶ ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ καὶ οἰκτειρήσω
cui condoleo.
ὃν ἂν οἰκτείρω.

D. Paulus.

& miſerebor cuius miſereor & condolebo
καὶ ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ καὶ οἰκτειρήσω
cui condoleo.
ὃν ἂν οἰκτείρω.

HAEc citãtur ad verbum à D. Paulo iuxta tranſlationem Lxx. Explanantur à ſanctis Patribus etiam de prædeſtinatione & huic ſententiæ congruenter reddita à Lxx viris eſt, & à D. Paulo citata. Sic enim eſt tranſlata: Miſerebor cuius miſereor, & cõdolebo cui condoleo, vt ſit miſerebor cuius miſereor ab æterno, ſcilicet, & cõdolebo cui condoleo ab æterno, & quod hebræa lectio præteritis pro futuris vtitur, & futuris pro præteritis. Nec Rabinorũ canon verus eſt, quo hoc internoſci poſſe aiũt, reddi quoque hebræa lectio poteſt, Miſertus ſum ab æterno, ſcilicet, cuius miſerebor. Et dilexi quẽ diligam, vel cõdolui cui condolebo, vt ſit dilexi ab æterno quem diligã, & condolui ab æterno cui condolebo, ne pars vlla noſtræ ſcripturæ relinquatur intacta. Sunt qui transferant pro miſerebor cuius miſereor, gratiam addam cui gratiam addam. Si hæc translatio placebat nõ mutaret ſcripturam Apoſtolicã, adderet margini illam interpretationem, Apoſtolicã relinquebat & ſequebatur propriã, margini (inquies) addidit, addidit quidẽ quod Rabini ſic interpretãtur, & ideo magis in ipſo contextu erat ponendum quod vellet poſtea margini adſcriberet. Quid ſi hebrea lectio repugnat, inquies, quod נ nõ habet Dagues, Nam חנן cũ dagues miſereri ſignificat & donare, Complutẽſe lexicon reſpondet חנן ſine dagues ſignificare etiã miſereri, quod benè reſponſum arbitror, melius tamẽ multo quod probatum eſt ante D. Hiero. tempora nec puncta hebraicè fuiſſe nec dagues nec apices. Hæc omnia poſt tẽpora D. Hieronymi à Iudæis fuiſſe addita, quæ congruunt cum lectione Apoſtolica & Euangelica & Eccleſiaſtica illa recta eſſe, quæ non congruunt illa eſſe Iudaica, Qua de re diximus. 2. libro. Cui accedit hoc quoque quod Rabini omnes interpretantur, vt D. Paulus & Pagninus.

Ad Romanos. 9. Exodi. 9.

Quin in hoc ipſum excitaui te, vt oſtendam in te virtutem meam, vt annuncietur nomẽ meũ in vniuerſa terra. Vulg. 51.

וְאוּלָם בַּעֲבוּר זֹאת הֶעֱמַדְתִּיךָ בַּעֲבוּר הַרְאֹתְךָ אֶת כֹּחִי וּלְמַעַן סַפֵּר שְׁמִי בְּכָל הָאָרֶץ׃ Lectio hebræa.

Lxx.
& cauſa huius ſeruatus es vt oſtendam
καὶ ἕνεκεν τούτου διετηρήθης ἵνα ἐνδείξωμαι
in te potentiam meam & vt annuncietur
ἐν σοὶ τὴν ἰσχύν μου καὶ ὅπως διαγγελῇ
nomen meum in tota terra.
τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ.

Paulus.

Paulus.

quia in hoc ipſum excitaui te vt oſten-
ὅτι εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρά σε ὅπως ἐνδεί-
dam in te potentiam meam & vt
ξωμαι ἐν σοὶ τὴν δύναμίν μου καὶ ὅπως
annuncietur nomen meũ in omni terra.
διαγγελῇ τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ.

IN his quædam Paulus mutauit quæ ſuis verbis dixit, vt pro ἕνεκα τούτου διετηρήθης, id eſt, cauſa huius ſeruatus es, vt dixit D. Paulus εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρά σε id eſt, in hoc ipſum excitaui te, vt & poſtea pro τὴν ἰσχύν μου robur meum dixit Paulus τὴν δύναμίν μου, potentiã meã, cætera citauit Paulus iuxta translationẽ Lxx. Non enim ſemper D. Paulus hæret litteræ. Quod autem notat Eraſmus non te dictum eſſe, dicit enim ſcriptura Pharaoni. Si agnoſcimus Spiritum ſanctum in ſcriptura loquentẽ excipienda ſunt quæ loquitur toto pectore & animo toto, non eſt, vt ait Chryſoſtomus in verba Domini inquirendum.

Vulg. 53 *Vocabo non plebem meam, plebẽ meam & non dilectam dilectam.*

Ad Romanos. 9. & Oſee. 2.

HIC locus Oſee citatus eſt totus iuxta translationem Lxx mutato ordine verborum, & pro diligam non dilectam, & dicam populo meo, non populus meus es tu, Paulus dixit: vocabo non populum meum, populum meum, & non dilectam dilectam, vt ordinẽ mutauerit tantum, & verbum dicam in verbum vocabo.

Ad Romanos. 9. Oſee. 1.

Vulg. 54 *Et erit in loco vbi dictum eſt eis, non plebs mea vos, ibi vocabuntur filij Dei viui.*

Lxx & erit in loco vbi dictum ipſis
καὶ ἔσται ἐν τῷ τόπῳ οὗ ἐῤῥέθη αὐτοῖς
non populus meus vos vocabuntur filij Dei
οὐ λαός μου ὑμεῖς κληθήσονται υἱοὶ θεοῦ
viuentis.
ζῶντος.

Diuus Paulus.

& erit in loco vbi dictum eſt ipſis non
καὶ ἔσται ἐν τῷ τόπῳ οὗ ἐῤῥέθη αὐτοῖς οὐ
populus meus vos illic vocabuntur filij
λαός μου ὑμεῖς ἐκεῖ κληθήσονται υἱοὶ
Dei viuentis.
θεοῦ ζῶντος.

IVxta translationem Lxx citatur hic locus, Vatablus neſcio quomodo tergiverſari videtur, & modo ad diuerſos ſtatus ſynagogæ modo ad tẽpora Chriſti velle referre nec audet ſe explicare. Sunt enim quidam ſcripturæ loci in ore totius eccleſiæ quos attingere nemo audet ne ſe prodant.

Ad Romanos. 9. Eſaiæ. 10.

Si fuerit numerus filiorum Iſrael tanquam arena maris reliquiæ ſaluæ fiẽt. Vulg. 55

אִם יִהְיֶה עַמְּךָ יִשְׂרָאֵל כְּחוֹל הַיָּם שְׁאָר יָשׁוּב בּוֹ Lectio heb.

si fuerit populus meus Iſrael vt arena LXX
ἐὰν γένηται ὁ λαός μου Ἰσραὴλ ὡς ἡ ἄμμος
maris reliquiæ ipſorum
τῆς θαλάσσης τὸ κατάλειμμα αὐτῶν
ſeruabuntur.
σωθήσεται.

Diuus Paulus.

ſi fuerit numerus filiorum Iſrael vt arena
ἐὰν ᾖ ὁ ἀριθμὸς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ὡς ἡ ἄμμος
maris reliquiæ ſeruabuntur.
τῆς θαλάσσης τὸ κατάλειμμα σωθήσεται.

ERaſmus cum alijs locis tum hoc potiſsimum eſt ridiculus qui dicat hoc loco D. Paulum diſsidere à translatione Lxx virorum fortaſſe quod Lxx dixerint ἐὰν γένηται ὁ λαὸς Ἰσραὴλ ſi fuerit populus Iſrael. Diuus Paulus ἐὰν ᾖ ὁ ἀριθμὸς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ fuerit numerus filiorum Iſrael, & quod Paulus omiſerit vnam dictionem αὐτῶν cum reliqua iuxta translationem Lxx citentur. Nã tu cum citas vnum aliquem ex antiquis, verba omnia numeras, vt ne vnum verbũ quidem pro altero ponas. Adnotauimus in commẽtarijs in Eſaiã

in hunc locum Vatablum hæc verba, quæ Diuus Paulus ad reliquias quæ ex Iudæis ſaluæ factæ ſunt referre ad Aſſyrios & Sennacherib, contra Diuum Paulum refutauimus Vatablum & alios eo loci, illinc petet qui volet.

Vulg. 56. *Nunquid dicit figmentum ei qui finxit quid me feciſti ſic.*

Ad Romanos. 9. Eſaiæ. 45.

HOC illud eſt quod ſupra oſtendimus D. Hieronymum nos admonere translationem Lxx eſſe vitiatam. Hic locus in Biblijs Complutenſibus non eſt, in alijs caſtigatioribus eſt, non integer tamē: nam tota illa oratio deeſt quid me feciſti ſic, nec eſt quod quiſquā hoc miretur, quicquid enim hebraice non erat Iudaica negligentia prætermiſſum aut expunctū malitia Iudaica multa Iudæorum coibat manus & clamoribus ſæpe à noſtris extundebāt vt illa expungerent ex ſcriptura.

Ad Romanos. 9. Eſaiæ. 10.

Vulg. 57. *Verbum enim conſummans & abbreuians in æquitate.*

Lectio hebræa. כָּלְיוֹן חָרוּץ שׁוֹטֵף צְדָקָה׃

Lxx. verbum enim conſummās & abbreuians in iuſtiti.
λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ.

D. Paulus.

verbum enim conſumans & abbreuians in iuſtitia.
λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ.

ET hoc quoq; iuxta translationem Lxx citatur à D. Paulo explanatur de ſcriptura euāgelica, vt multis verbis diximus in cōmentarijs in Eſaiā vbi refutauimus Vatablū & Pagninū qui ad præſcriptū R. Dauid in libro radicum hunc locū interpretatur. Adde his alios interpretes qui hūc locū coniungūt ſuperioribus, vt eūdē R. D. ſequuti eſſe videantur, qui volet adeat commentarios meos in hunc locum ne habeam neceſſe ſæpe eadem repetere.

Ad Romanos. 9. Eſaiæ. 10.

Quia verbum breuiatum faciet Dominus ſuper terram. Vulgat.

כִּי כָלָה וְנֶחֱרָצָה אֲדֹנָי יֱהוִה צְבָאוֹת עֹשֶׂה בְּקֶרֶב כָּל הָאָרֶץ׃ 58. Lectio hebræa.

qm̄ verbum abbreuiatum dn̄s dn̄s virtutum faciet in orbe vniuerſo. Lxx.
ὅτι λόγον συντετμημένον κύριος κύριος δυνάμεων, ποιήσει ἐν τῇ οἰκουμένῃ ὅλῃ.

Diuus Paulus.

qm̄ verbum abbreuiatum faciet dn̄s in terra.
ὅτι λόγον συντετμημένον ποιήσει κύριος ἐπὶ τῆς γῆς.

HVnc locū citat Paulus iuxta trāſlationem Lxx, breuiat tamen illa vltima Dominus Dn̄s virtutum faciet in vniuerſo orbe, pro quo ſat habuit dicere, faciet Dominus in terra, iuxta hanc ipſam prophetiam qua prædicitur lex Euangelica futura verbū breuiatū, quæ enim fuſe in veteri teſtamento dicūtur in nouo rediguntur in compendiū, interpretatur Paulus hæc de nouo teſtamento quod Dominus lege veteri in cōpēdium redacta facturus erat in vniuerſo orbe terræ, Iudæi verò qui non recipiunt Euangelium de vaſtitate inuecta Aſſyrijs regno Iuda interpretantur. Vatablus & Pagninus hos ſequuntur, & quidem alij eo ſpectaſſe in ſuis translationibus videntur, vt leges in theſauro Pagnini in dictione חרץ æquius erat ſequi Diuum Paulum quam Iudæos. Refutauimus illos in noſtris cōmentarijs in hunc locum Eſaiæ, nec eadem repetere eſt neceſſe.

Ex Epiſt. ad Rom. 10. & Deuter. 30.

Ne dixeris in corde tuo, quis aſcendet in cælum, hoc eſt Chriſtū deducere. Vulg. 59.

Hebræa lectio quam expreſsit vulgata Diui Hieronymi.

Lectio hebræa.

לֵאמֹר מִי יַעֲלֶה לָּנוּ הַשָּׁמַיְמָה וְיִקָּחֶהָ לָּנוּ

Vulgata D. Hieronymi.

Vt poſsis dicere, quis noſtrum valet ad cælum aſcendere vt deferat illud ad nos?

60. Paulum legiſſe apparet hebræam lectionem vna dueta & addita.

Lectio heb. לאמר מי יעלה לנו השמימה ויקחה לנו

Vulg. *Aut quis deſcendet in abyſſum, hoc eſt Chriſtum à mortuis reuocare.*

Lectio hebræa. לֵאמֹר מִי יַעֲבָר לָנוּ אֶל עֵבֶר הַיָּם וְיִקָּחֶהָ לָּנוּ

Vulgata D. Hieronymi.

Et dicas, quis è nobis poterit mare tráſfretare, & illud ad nos vſq; deferre?

Aut vt Paulus legiſſe videtur addita vna litera pro lemor, dicens, loemor; ne dixeris.

Lectio Hebrea. לֹא אֵמֹר מִי יַעֲבָר לָנוּ אֶל אֵבֶר הַיָּם וְיִקָּחֶהָ לָּנוּ

Nam trans mare, vel infra mare D. Paulus interpretatus videtur, hoc eſt abyſſum, quod infra mare abyſſus eſſe videatur. Vel pro, infra mare, D. Paulus tehom videatur legiſſe.

HOc loco deſtituimur tráſlatione Lxx virorũ, conqueſti namq; ſumus plus nimio licuiſſe Iudæis in tranſlationẽ Lxx vt Apoſtoli & Euangeliſtæ nõ ſolũ à lectione hebręa, ſed etiã ab interpretatione Lxx diſcordare dicerẽtur, vt dicerẽtur prophetias de ſuo fingere, aut eas alieno ſenſu citare, ſpecta quid dicat Iſidorus Clarius de hoc loco citato à D. Paulo; D. Paulũ hunc locũ de Euangelica prędicatione citaſſe tametſi ſenſum magis vt æquũ eſt, quã cõtextũ ad verbũ expreſſerit, vt illius bñã alibi eſt mos; quæ verba ſi quis expendat benè reperiet non ſolum hoc loco, ſed & alijs D. Paulũ & Chriſtum in eo loquentẽ infamari cũ dicuntur non citare ab eis contextũ ſcripturæ ad verbũ ſed ſenſum, & vere quidẽ nã contextus ſcripturæ nihil minus dicere videtur quam quod ait D. Paulus & ſi ſenſus ab ipſo contextu diſſidet erit ridiculus, & non ſolum hoc loco tãtum, ſed & alijs quoque. Vatablus planius hoc idẽ ait, D. Paulus, inquiens, ad Rom. 10. hunc locum accommodat ad rem ſuam cum hic locus propriè pertineat ad decalogũ. Eraſmus quoq; hunc locũ verſat huc & illuc. Sed non audent dicere hi ſcriptores quod ſentire videantur, non pertinere hunc locum ad id ad quod citatur à D. Paulo, nec ita hebraice eſſe, nec in tranſlatione Lxx. Sat eſt dices fateri Iſidorum, citari à D. Paulo ſcripturæ ſenſum, at quomodo id dicat expende, mihi non ſatis eſt, ſi dicatur D. Paulus ſcripturę ſenſum citaſſe ſi ab ipſo ſcripturæ contextu ille ſenſus dicatur diſcordare. Quid igitur agas, inquiunt, vbi te deſerunt omnia, lectio hebręa & tráſlatio Lxx quæ contra te ſtãt? Ita eſt ſed ſtat pro me Chriſtus qui in Paulo loquitur & eius Spiritus, ſtat pro me Paulus vas electionis prædicator orbis qui raptus in tertium coelum vidit arcana Dei, & ea quãdo vult explicat, his igitur docibus oſtendã D. Paulum verum ſcripturæ ſacræ cõtextũ citare & explicare, adhibebo primũ omnium Canonẽ illum præſcriptum à D. Hiero. de agnoſcenda lectione hebræa quã quiſque agnouerit ex ipſius tranſlatione & exẽplum codicis hiſpani latinè tranſlati quo ſoleo plenũ facere Canonẽ illum D. Hiero. quo vti ſumus in pręfatione in locos veteris teſtamenti citatos ab Apoſtolis & Euãgeliſtis. Dic quæſo te ſi in codice hiſpano legeretur, lleuaua vna roſca en la mano, & in codice latino videres tráſlatũ, roſam manu geſtabat; dubitares ne interpretẽ latinum nõ legiſſe, roſca, ſed, roſa, in hiſpano codice? Certè non dubitares: qui minus quæſo, ſi hebraice ſcriptũ legis, lemor, dicens; & tranſlatum à D. Paulo & à Chriſto qui in eo loquebatur vides; ne dixeris, intelliges nõ legiſſe

in hebræa lectione Paulũ,lemor dicens, ſed lo emor,ne dixeris,addita vna littera? ſi in Hiſpano codice legeretur en vn carro de hombres, & translatum videres,in hominum conuentu, dubium ne tibi eſſet, quin in codice Hiſpano legiſſet interpres, en vn corro de hombres,ſi in Hiſpano codice legeretur,hizo traer mucho a carreo de paja y lino, & videres translatum, curauit aſportandum magnum commeatum frumenti & vini,dubitares ne interpretem legiſſe, gran acarreo de pan y vino, qui minus quæſo credes Apoſtolo Paulo in quo loquitur Chriſtus & eius ſpiritus dum hebream vocem,lemor,id eſt, dicens, vertit ne dixeris, non legiſſe hebraice, lemor, id eſt,dicens,ſed lo emor, id eſt,ne dixeris,hac igitur mutatione quæ bis facta eſt in hoc contextu hebræo dicitur Paulus alieno ſenſu ſcripturam citaſſe, verbum inquies,mutatum in alterũ eſt, nam pro trans mare Diuus Paulus legit trans abyſſum, quid tum mutatum frequentiſsime in hebræa lectione vnum verbum in alterum monſtratum eſt lib.2.cap.64.& toto adeo.2. lib. Si hæc intellexeris,contextum Hebræum legitimum citatum à Diuo Paulo dices. Hebræa lectio,aiunt,veritas hebraica eſt caſtigatiſsima & emendatiſsima, vbi nec punctum nec apex potuit mutari,id Iudæi & quidam ex noſtris conantur perſuadere, & ideo hoc opere priuſquã de meo hoc inſtituto aggrederer diſputationem, præpoſui illam qua oſtendi libro ſecundo Iudæos in lectione hebræa innumerabiles fraudes eſſe molitos, vt molitas aures noſtrorum hominũ haberem cum Apoſtolicam,& Euangelicam & Eccleſiaſticã lectionẽ contra Iudaicos dolos defenderẽ. Dico ergo hoc loco duplicẽ eſſe lectionẽ,alterã quę nũc circumfertur, quã ſua translatione expreſsit D. Hieron. quæ lectio eſt ſacro ſancta,alterã quã tranſtulit D.Paul.quę ſanctior eſt & ſacratior,de qua hoc loco agendũ eſt.D.Paulus hebraice lemor dicens vertit,ne dixeris ſua trãſlatione arguẽs legiſſe ſe,lo emor, ne dixeris, vt in exẽplis ſuprapoſitis codicis Hiſpani qui pro roſca,vertiſſet,roſa,oſtẽdiſſet legiſſe ſe in Hiſpano codice non, roſca,ſed roſa,Et qui pro carro, vertiſſet conuentu oſtendiſſet nõ legiſſe ſe carro, ſed corro, Sic D.Paulus cũ pro,lemor,dicẽs,tranſtulerit ne dixeris clamat ſe non legiſſe lemor dicẽs,ſed lo emor, ne dixeris, quis aſcẽdet nobis in cælũ; & præceſſerat,lo ba ſamaim hi, non in cælis hæc, quibus verbis ſignificari poſſet legẽ Moſis non eſſe legẽ illã quæ deuocãda è cælis eſſet, quanquã data erat à Deo per Moſen. Nõ tamẽ erat ea quæ cælo deferẽda erat per vnigenitũ filiũ Dei, poſt hęc verba ſequitur ea oratio Pauli,de qua modo dicebã, ne dixeris, quis aſcendet nobis in cælũ, & accipiet nobis illã legem.ſ.quæ cœlo nobis erat deferenda, & reſpondet Paulus Hoc eſt Chriſtũ deducere cœlo.ſ. & negare Chriſtũ deſcendiſſe de cœlo, & mandata patris ad nos detuliſſe quæ lex euangelica erat. Ergo lectio citata a. D. Paulo vſq; adhuc addita vna littera cũ lectione hebrea, congruit mirabiliter. Omittit Paulus iuxta canonẽ prædictũ Origenis verba intermedia quod tãtum citet neceſſaria, ſequitur aut quis deſcendet in abyſsum, Hebraice aiunt legitur, quis deſcendet in mare. Dixi in Hebræa lectione frequẽtiſsimè verba Hebræa in ſe mutuo mutari, aut Iudaica malitia,aut negligẽtia,& ita D.Paul.oſtẽdit ſua trãſlatione pro le, iam,in mare legiſſe ſe,le theom,in abyſſum, vt ſit, quis deſcendet nobis in abyſſum vt narret nobis portas æreas ſe cõfregiſſe & extraxiſſe ſe illinc inuiſos theſauros,& colligaſſe forte,& extraxiſſe ſpolia, & captiuã duxiſſe captiuitatẽ,reſpõdet Paulus,hoc eſt Chriſtum à mortuis reuocare.i.negare Chriſtũ deſcẽdiſſe ad inferos,& veterũ patrũ animas illinc liberaſſe & reſurrexiſſe,& vtroq; loco vna dictio pro altera eſt,le,iam,in mare,& le tehom in abyſsũ & duplex erit lectio,& vltra mare poteſt ſigni-

ſignificare vltra inferos, qđ infra mare dicentur eſſe inferi, & ſequitur rurſus, lemor, dicens, quod Paulus rurſus vertit ne dixeris, & oſtendit legendum, vt dixi, lo emor, ne dixeris, & duobus ergo locis addenda vna littera eſt, & duobus locis vna dictio in alteram mutata videtur, cum tamen vtraque dictio eodem ſpectare videatur.

Ad Romanos.10.Ioel.2.

Vulgat. 61. *Omnis quicunque inuocauerit nomen Domini ſaluus erit.*

Lectio hebræa. כֹּל אֲשֶׁר יִקְרָא בְּשֵׁם יְהוָה יִמָּלֵט

Lxx. & erit omnis qui inuocauerit nomen dñi ſaluabitur.
καὶ ἔσται πᾶς ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα κυρίου σωθήσεται.

Paulus.

omnis enim qui inuocauerit nomen dñi ſaluabitur.
πᾶς γὰρ ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα κυρίου σωθήσεται.

Oſtendimus ex D.Paulo & ex ſanctis Patribus hoc teſtimoniũ loelis de tẽporibus Chriſti dictũ eſſe in Cõmentarijs in hũc locũ, & id apparere diximus ex his quæ ſequuntur ex tranſlatione Lxx. Nã totus hic locus citatur à D.Paulo iuxta Lxx viros, vt reliqua omnia ſcripturæ teſtimonia quæ citat D. Paulus, Eſt ergo hic locus, D. Paulo interprete, de primo aduentu quo diſtinctio non erat futura Iudæi & græci aliarumque nationum dũmodo in Chriſtũ crederent. Vatablus ad ſecundũ Chriſti aduentum refert, neſcio quam rectè, ait enim in illa tribulatione ſeruabũtur pij & fideles quod vſque adhuc rectè dictũ erat, quod ſequitur tamẽ me facit dubitare, an ferendũ ſit, ſubijcit enim, Quiſquis à Domino opem expectarit credẽs in Chriſtum ſaluabitur. Non enim videtur futurus ſaluus quiſquis expectauerit opem credens in Chriſtum, niſi crediderit fide formata.

Vulgat. 62. *Quam ſpecioſi pedes Euangelizantium pacem Euangelizantiũ bona. Eſa.52.*

Lectio hebræa. מַה נָּאווּ עַל הֶהָרִים רַגְלֵי מְבַשֵּׂר מַשְׁמִיעַ שָׁלוֹם

Hic locus vitioſe legitur in tranſlatione Lxx qui reſtituitur nobis à D. Paulo in hac parte lectioni hebrææ cõueniẽter & veritati de quo dictũ eſt à nobis in Cõmentarijs in Eſaiã, & hoc loco illud notes ſummopere oportet, veriſsime D.Hiero. nos docuiſſe citari qui de ab Apoſtolis & Euãgeliſtis ſcripturæ teſtimonia iuxta trãſlationẽ Lxx vbi tñ trãslatio Lxx corrupta nõ eſt, vbi tamẽ corrupta eſt & vera lectio hebræa id qđ verũ eſt à D.Paulo citari, quod tã planũ eſt vt vtroque lumine ſit captus qui id non viderit. Nã ſi vtraque æditio & hebræa & græca Lxx virorũ ſit vitiata (oſtẽdimus enim æditionẽ Lxx à Iudæis vitiari) id quod verũ eſt à D.Paulo citatur, aut potius à Chriſto qui in D.Paulo loquitur. Pedes dicẽdo ſignificatur Apoſtolorũ pedes Chriſti Dñi aduentum & regnũ Dei aduentare prædicantiũ, Aduẽtus enim ipſorum illuminabat homines viam oſtendẽs qua itur in pace ad Deũ, Ambroſius in hunc locum.

Ad Romanos.10.Eſaiæ.53.

Domine quis credidit auditui noſtro. Vulga. 63.

Lectio hebræa. מִי הֶאֱמִין לִשְׁמֻעָתֵנוּ

Lxx. dñe quis credidit auditui noſtro.
κύριε τίς ἐπίστευσεν τῇ ἀκοῇ ἡμῶν.

Paulus.

dñe quis credidit auditui noſtro.
κύριε τίς ἐπίστευσεν τῇ ἀκοῇ ἡμῶν.

Hic locus citatur iuxta trãslationem Lxx & hebraice nõ eſt vox illa prima. Dñe. Et nihiloſecius ita citatur à D. Paulo, & à D.Ioãne, nequis ſtatim quod in hebræa lectione non eſt, & in tranſlatione Lxx virorũ eſt expungẽdum ex translatione Lxx virorũ putet, ſed à D. Paulo, & à D.Ioanne lectio Lxx hebræa editione iudicatur verior, & probatur Auguſtini ſentẽtia qui ait, Nemine vſq; ad ſua tẽpora auſum fuiſſe expũgere ex tranſlatione Lxx quod in illa eſſet, & hebraice non eſſet. Dñe quis credidit auditui

ditui noſtro Ambroſius: Quis credidit eis quę audiuimus à te, docet propheta Iudæos futuros Euangelij contradictores: quis credidit, id eſt, pauci præ Iudæorum numeroſa multitudine. Ex his locis Apoſtolicis & Euangelicis conſtat multa in translatione Lxx virorũ diuinitus ſcripta excidiſſe ex lectione hebræa, quod citantur ab Spiritu ſancto quale illud eſt, Eſa. 52. quod in ore eſt omniũ veterũ patrũ, quia ego qui loquebar ecce adſum, vt hora ſuper montes, id eſt ego verbũ patris, qui loquebar in prophetis ecce adſum homo factus, quaſi hora, id eſt, quaſi ver, quaſi pulchritudo: ſuper montes vernare faciens omnia, vi rere, florere, fragrare ſuauiſsimo odore quod fecit dominus ſuo aduentu. Infinita ſunt huius notæ.

Vulg. 64. Ad Romanos. 10. Pſalmo. 18.

Et quidẽ in omnẽ terrã exiuit ſonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorũ.

Lectio Hebrea. בְּכָל הָאָרֶץ : יָצָא קַוָּם וּבִקְצֵה תֵבֵל מִלֵּיהֶם

Lxx.

in omnem terram exiuit ſonus eorum
εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν
& in fines. orbis verba
καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα
ipſorum.
αὐτῶν.

D.Paulus.

in omnem terram exiuit ſonus ipſorum
εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν
& in fines orbis verba
καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα
ipſorum.
αὐτῶν.

De hoc Pſalmo dictũ eſt lib. 3. fuſe ſatis hoc loco quo tantũ propoſitũ eſt dicere de teſtimonijs veteris teſtamenti citatis ab Apoſtolis reſtat dicere hos verſus Dauidis iuxta tranſlationem Lxx ad verbũ citari, videas interpretes quoſdam aliter hunc locũ tranſtuliſſe quam Lxx tranſtulere, & quam D. Paulus. Nam pro in omnem terrã exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorũ, tranſtulere. In omnẽ terrã exiuit linea eorum, & in extremum orbis eloquia eorum, vt ad rotationẽ cœlorũ referri poſſet tantum, & D. Pauli interpretatio eluderetur, nec locum haberet. D. Hieronymus vociferatur quod in trãſlatione Lxx quod vitiata eſſet, duo treſuè loci citati ab Apoſtolis aut Euangeliſtis non reperirentur in his translationibus nouis multa teſtimonia citata ab Apoſtolis aut Euangeliſtis fruſtra quæres è quorum numero, & hoc eſt, dicat aliquis, quid ſi hoc hebraicè nõ eſt? Apage nunquid Apoſtolus mendax eſt? aut ſacrilegus? eſt enim ſacrilegus, aut hore Hiero. aut blaſphemus qui ad ſuos ſenſus torquet ſcripturæ ſacra ſenſa: ita hic locus eſt hebraice, be col ha hã res, in omnem terram, iaſa, exiuit, qauam, linea eorum, id eſt, ſcriptura eorum, quæ ſcribitur per lineas, per verſus, pro quo dixere Lxx ſonus eorũ quem ſcripta eorum præferunt, & tranſlatio D. Pauli monſtrat legendũ eſſe hebraicè non couam, ſed mutata vna littera colam vox eorum: iam in fines orbis terræ verba eorum, ita eſt hebraicè, & R. Abraham quanquam ad cælorũ motum refert hæc quem noui interpretes ſequuntur, qauam, linea eorum. i. ſcriptura eorum, adſcriberet ſaltẽ hoc margini, ſed nihil ferè quod noſtra iuuet margini adſcribitur, addit & illud: in ſole poſuit tabernaculum ſuum vt transferat ſoli poſuit tabernaculum in ipſis, & ſuperioribus adiungat, vt de cælis agi videatur, & citra diſtinctionẽ dicatur in ipſis cælis poſitum tabernaculum ſoli græca lectio & vulgata conuellitur. Nã la hem es in ſole, quod λ in ſignificat, & ſuũ mutant, in has duas voces in ipſis quid Iudæi nõ poſsũt facere ſi hoc ipſis licet? Certe inquiet Pagninũ ſequor, hoc eſt quod miror querorque quod quiſquam ſequi malit Pagninum R. Dauid, aut R. Abraham quam Apoſtolos, ego aut deſipio prorſus, aut ſed reprimã me, quod mihi nequeo moderari.

Ad

Ad Romanos cap. 10. Deutero. 32.

Vulgat. 65. *Ego ad æmulationem vos adducam in non gente in gente inſipiẽte in iram vos mittam.*

Lectio Hebrea. וַאֲנִי אַקְנִיאֵם בְּלֹא עָם ,בְּגוֹי נָבָל אַכְעִיסֵם׃

Lxx.
& ego ad æmulationem prouocabo ipſos in non
κἀγὼ παραζηλώσω αὐτοὺς ἐπ᾽ οὐκ
gente in gente inſipiente ad iracundiam
ἔθνει ἐπ᾽ ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ
prouocabo ipſos.
αὐτούς.

Paulus.

ego ad æmulationem prouocabo vos in non
ἐγὼ παραζηλώσω ὑμᾶς ἐπ᾽ οὐκ
gente in gente inſipiente ad iracundiam
ἔθνει ἐπ᾽ ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ
prouocabo vos.
ὑμᾶς.

IVxta tranſlationem Lxx virorum citatur hic locus ad verbum, excepto quod αὐτοὺς, ideſt, ipſos vertit in ὑμᾶς vos, vt oſtendat hanc prophetiam de Iudæis eſſe dictam, Procopius in Eſaiam crebro hanc prophetiam vſurpat & interpretatur iuxta Paulum, quod quemadmodum Iudæi prouocabant Dominum adorandis Idolis & dæmonibus qui non erant dij ita Dominus erat prouocaturus Iudęos vocandis ad fidẽ nationibus, quod peiores eſſent brutis animantibus quod colerent pro numinibus ligna & ſaxa dura & animantia ratione carentia. Vatablus tamẽ hæc aliò refert, & vindicaturum Dominum ait Iudæorum peccata, qui pro Deo colebant eum qui non erat Deus, Idolum, ſcilicet, & vindicaturum Iudæos ea pœna, ait, vt gentes idolatras, quę indignæ erant nomine gentium facturus eſſet fortunatiores & locupletiores quàm ipſos Iudæos, & certè hac pœna ſemper affecit Dominus non ſolum Iudęos Idololatras, ſed viros ſanctiſsimos, Idololatræ nanque Principes & Reges bonis terrenis plus abundauere ſemper quam ſancti viri veteris teſtamenti, & nunc Reges & Principes Sarraceni, & ipſi Sarraceni & Iudæi plus abundant bonis terrenis quam noſtri, nec neceſſe habeo de hac re veteres citare patres, Quis eñ non videt ferè peſsimos quoſque locupletiores his qui ſanctiſsime vitam degunt?

Ad Romanos. 10. Eſaiæ. 65.

Inuentus ſum à non quærentibus me, palàm apparui his qui me non interrogabant. Vulgat. 66.

נִדְרַשְׁתִּי לְלוֹא שָׁאָלוּ נִמְצֵאתִי לְלֹא בִקְשֻׁנִי, Lectio hebræa.

manifeſtus factus ſum me non quærentibus Lxx.
ἐμφανὴς ἐγενήθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν
inuentus ſum me non interrogantibus.
εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσιν.

Paulus.

Inuentus ſum me non quærẽtibus manifeſtus
εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσι, ἐμφανὴς
factus ſum me non interrogantibus.
ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσι.

HIc locus etiam iuxta tranſlationẽ Lxx virorum citatur, excepto quod Lxx dixere pro inuentus ſum, εὑρέθην inuentus ſum & ἐμφανὴς ἐγενόμην manifeſtus apparui, inuentus ſum poſuere Lxx in ſecunda oratione, Diuus Paulus in prima, & manifeſtus apparui Lxx in prima oratione, & Diuus Paulus in ſecunda, quod vtraque oratio idem ſignificat, nec refert vtra in primo ſecundoue loco ponatur. Ambroſius in Epiſtolam ad Romanos interpretans hunc locum docet hoc loco Eſaiæ præſignificaſſe Dominũ Iudæos quod ſe perſequerentur excluſiſſe, gentibus & nationibus ſuam gratiam obtuliſſe vltro ad necem & opprobrium Iudæorum, quod idem verbis ſequentibus

tibus ait præſignificatum. Tota die expandi manus meas ad populū non credentem & contradicentem, ad populum Iſrael carnalem. Tota die, id eſt, ſemper, ſemper enim vocantur, & non corriguntur tamen, & ideo increpantur tanquam non crediturí, quia ipſi ſibi cauſa ſunt perditionis, poteſt & hoc intelligi de ſaluatore, qui in cruce poſitus arguit illorū immane ſcelus quod regem gloriæ crucifixere. Athanaſius de humanitate verbi hoc loco vehementer premit Iudæos, interrogās: quis eſt hic qui manifeſtus apparuit illis, qui eum non quærebant? inuentuſque eſt ab his qui de eo non percontabantur? Et cætera, quæ Athanaſius adijcit, ſed hūc locum praua interpretatione vitiant Iudæi, tectè Athanaſio reſpondent, ſed de hoc loco & quomodo peruertatur à quibuſdā dictum eſt in commentarijs in Eſaiam, illinc petet qui volet.

Ad Romanos. 10. Eſaiæ. 65.

Vulg. 67. *Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, ſed contradicentem*

Lectio heb. פרשתי ידי כל היום אל עם סורר

Lxx
expandi manus meas totam diem
ἐξεπέτασα τὰς χεῖρας μου ὅλην τὴν ἡμέραν
ad populum incredulum & contradicentem
πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα.

Paulus.

totam diem expandi manus meas
ὅλην τὴν ἡμέραν ἐξεπέτασα τὰς χεῖρας μου.
ad populum incredulum & contradicentē.
πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα.

Citatur hic locus iuxta translationem Lxx ad verbum tranſpoſita illa oratione ὅλην τὴν ἡμέραν tota die, quędam verba hebraice non ſunt, ſed iam diximus negligentia Iudaica & malitia multa ex lectione hebræa intercidiſſe, quæ ſunt in translatione Lxx quod veriſſimè dictum à Diuo Chryſoſtomo & alijs patribus, arguit Diuus Paulus, qui ea citat, quæ hebraicè non ſunt, nunquā citaturus niſi verba ſcripturæ ſacræ eſſent. Loquitur enim in Paulo Chriſtus, qui vtrumque teſtamentum nobis dedit. Citare autem Paulum quæ in tranſlatione Lxx ſunt, & quæ hebraice non ſunt, eſt iudicare in plæriſque translationem Lxx veriorem hebræa lectione vt ex hoc loco apparet, & apparuit alijs locis multis ſupra citatis.

Ad Romanos 11. Regum. 13. capit. 19.

Domine prophetas tuos occiderūt, altaria tua ſuffoderūt, & ego relictus ſum ſolus, & quærunt animam meam. Vulg. 68.

מזבחתיך הרסו ואת נביאיך הרגו בחרב ואותר אני לבדי Lectio hebræa.

Lxx
altaria tua ſuffoderunt & prophetas tuas
τὰ θυσιαστήρια σου κατέσκαψαν καὶ τοὺς προφήτας
occiderunt in gladio & relictus ſum ego
ἀπέκτειναν ἐν ῥομφαίᾳ καὶ ὑπολέλειμμαι ἐγὼ
ſolus.
μονώτατος.

D. Paulus.

prophetas tuos occiderunt & altaria
τοὺς προφήτας σου ἀπέκτειναν καὶ θυσιαστήρια
tua ſuffoderunt & ego relictus ſum ſolus.
σου κατέσκαψαν κἀγὼ ὑπελείφθην μόνος.

HIC Locus iuxta translationem Lxx citatur bis, verbis eiſdem, omittitur vnum verbum parum neceſſarium iuxta canonem præſcriptum ab Origene & trāſmutantur orationes duæ.

Ad

Ad Roman. 11. Regum. 3. cap. 19.

Vulgat. 69. *Reliqui mihi ſeptem millia virorum qui non curuauerunt genua ante Baal.*

Lxx. relinquam ex Iſrael ſeptē milliaria hominū
καταλείψω ἐξ ἰσραὴλ ἑπτὰ χιλιάδας ἀνδρῶν
omnia genua quæ non flexere genua
πάντα τὰ γόνατα ἃ οὐκ ἔκαμψαν γόνυ
Baal.
τῷ βάαλ.

Paulus.

reliqui mihi ſepties mille viros
κατέλιπον ἐμαυτῷ ἑπτακισχιλίους ἄνδρας
qui non flexere genu Baal.
οἵτινες οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῷ βάαλ.

HIc locus citatur à D. Paulo iuxta tranſlationem Lxx, breuiatur tamen iuxta canonem centies repetitum quod lex noua ſit conſummatio & breuiatio legis veteris, vnde teſtimonia ſcripturæ quæ citantur ab Apoſtolis & Euangeliſtis breuiari ſolent. Primo ergo pro relinquam dixit Paulus reliqui quod res erat iam tranſacta, quod alibi faciunt etiam Apoſtoli & Euangeliſtæ, vt dictū contra Eraſmum & alios eſt pro ἑπτὰ χιλιάδας ἀνδρῶν poſuit ἑπτακισχιλίους ἄνδρας pro ἐξ ἰσραὴλ poſuit ἐμαυτῷ pro πάντα τὰ γόνατα ἃ tantum poſuit D. Paulus οἵτινες qui. Reliqua vt Lxx verbis eiſdem.

Ad Romanos 11. Et Eſaiæ. 29.

Vulgat. 70. *Dedit illis Deus Spiritum compunctionis.*

Lectio hebræa. כִּי נָסַךְ עֲלֵיכֶם יְהוָה רוּחַ תַּרְדֵּמָה

Lxx. potauit vos dominus ſpiritu compunctionis.
πεπότικεν ὑμᾶς κύριος πνεύματι κατανύξεως.

D. Paulus.

dedit ipſis Deus ſpiritum compunctionis.
ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ θεὸς πνεῦμα κατανύξεως.

LOcus hic citatur à D. Paulo iuxta tranſlationem Lxx. qui quod Diuus Hieronymus poſtea tranſtulit; quoniam miſcuit vobis Dominus Spiritum ſoporis, verterunt: quoniam potauit vos Dominus ſpiritu compunctionis. D. Paulus, pro potauit vos Dominus, dixit: Dedit illis Dominus, oratione magis perſpicua quod de Iudęis loquebatur, quod Iudæi tranſtulerant. Spiritum compunctionis, id iuxta illos citauit: Dedit illius Deus ſpiritum compunctionis, hebraice eſt aiunt רוּחַ תַּרְדֵּמָה ſpiritum ſoporis ſed Lxx. ſunt Commentarij hoc loco & ſpiritum ſoporis interpretantur, id eſt, רוּחַ תַּרְעֵלָה, ideſt, ſpiritum ſoporis claudentis oculos cordis transfigentis cor, & compungentis cor. Thargum, propinare feciſti nobis vinum maledictionis, vt ſit maledictionis illius qua dixere ſanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros, hanc veluti paraphraſin Lxx citat vt dixi D. Paulus hic, vt appareat factam eſſe Spiritus ſancti inflatu, & eſſe ſcripturam ſacram, vt ait Auguſtinus, alioqui ſcripturę ſacræ paraphraſis pro ſcriptura ſacra non citaretur. Addit D. Paulus horum verborum ſpiritus compunctionis interpretationem ex ca. 6. Eſaię oculos vt non videant, aures vt non audiant, Auguſtinus contra Fauſtum Manichæum lib. 13. cap. 11. ita hunc locum de cœcitate Iudæorum interpretatur, Origenes in Epiſtolam ad Romanos interpretans hunc locum, negat ſe eum in ſcriptura potuiſſe inuenire, vnde apparet veriſſimum eſſe quod ſæpè dixi interpretem Origenis ſcriptis Origenis multa de ſuo addidiſſe quod facile etiā intelliget qui in ſcriptis Origenis ſit verſatus. Origenem qui totam ſcripturam tenebat memoria hunc locum reperire non potuiſſe credibile non eſt. Quidam tamen hunc locum ad Aſſyriorum tempora referre videntur non quo D. Paulus refert, ſed de hoc loco dictum eſt quoque in Commentarijs in Eſaiam, tātum dicam Eraſmum in annotatio-

tationibus in hunc locum parum conſulte Apoſtolum & Euangeliſtam defendiſſe in quibus ſat eſſe debuiſſe Chriſtum & Spiritum ſanctum fuiſſe locutū nec D.Hiero.emendatorem Apoſtolorum eſſe & modeſtius cum Apoſtolis & Euangeliſtis fuiſſe agēdum, vnde malum in Apoſtolos ius cuiquam eſt.

Ad Romanos.11. ex Pſalm.68.

Vulgata.

71. *Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in captionem & in ſcandalum & in retributionem illis. Obſcurentur oculi eorum ne videant, & dorſum eorum ſemper incurua.*

Lectio Hebrea.

יְהִי שֻׁלְחָנָם לִפְנֵיהֶם לְפָח וְלִשְׁלוֹמִים
לְמוֹקֵשׁ׃ תֶּחְשַׁכְנָה עֵינֵיהֶם מֵרְאוֹת
וּמָתְנֵיהֶם תָּמִיד הַמְעַד׃

Lxx.

fiat menſa ipſorum coram ipſis in
γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν ἐνώπιον αὐτῶν εἰς
laqueum & in retributionem & in ſcanda
παγίδα καὶ εἰς ἀνταπόδοσιν καὶ εἰς σκάνδα
lum obſcurentur oculi ipſorum ne
λον σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ
videre & dorſum eorum ſemper in-
βλέπειν καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διὰ παντὸς σύγ-
curua.
καμψον.

Paulus.

fiat menſa ipſorum in laqueum & in
γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν εἰς παγίδα καὶ εἰς
venationē & in ſcandalum & in retributionē
θήραν καὶ εἰς σκάνδαλον καὶ εἰς ἀνταπόδομα
ipſis obſcurentur oculi ipſorum ne
αὐτοῖς σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ
videant & dorſum ipſorum ſemper
βλέπειν καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διὰ παντὸς
incurua.
σύγκαμψον.

HVnc locum citat Diuus Paulus ad Romanos.11.iuxta tranſlationem Lxx, Vatablus, & alij aliter interpretantur, & ad Dauidem referunt verba hæc & totum Pſalmum & communi reſponſione noſtra eludunt fortaſſe typicè ad Chriſti tempora. Fiat menſa eorum ad facies ſuas in laqueum, & ad paces in offendiculum, Et quod Origenes vidit Iudæos aliò referre hęc quam quo Paulus retulit eos ſic vrget interrogatione interpretans hunc locum. Dicant ergo nobis ſi mēſam hic dicit Propheta illam in qua prandent & cœnāt, vt ipſa eis fiat in laqueum vt capiat eos vel ipſa efficiatur in retributionem, vt ab ipſa pro his quæ deliquerunt recipiant vltionem quomodo hoc fieri potuerit exponant, vel quomodo factum ſit oſtendant Menſam pro omnigena voluptate interpretantur, & ſic Origeni aduerſarij reſpondent pro Iudæis, ſed eodem tenentur laqueo, oſtendant Iudæi quomodo hoſtes Dauidis aut Iudæi ab omnigena voluptate incurrere pœnas ſcelerum, quanque communis eſt hæc pœna, omnes enim ab omnigena voluptate luunt pœnas alij alijs grauiores. Sed Iudæi nihil hæc morantur, nec curant vera ne ſint an falſa, an communia quę dicant. Sequitur ſtatim: Obſcurentur oculi eorum ne videant & dorſum eorum ſemper incurua quę eodem loco citat Paulus & verbis illis cæcitatē Iudæorum vult prædictam, vt velut capti oculis non videant quæ ante oculos ſunt, vt ait Auguſtinus, ſubijcitq́;. Quid mirum ſi hæc manifeſta non vidēt, quorum oculi ſunt obſcurati ne videant? quid mirum ſi cœleſtia non ſuſpiciunt? qui vt in terrena ſint proni dorſum eorum ſemper incuruum eſt? Hæc Auguſtinus. Quid faciant ergo Iudæi & aduerſarij, quid ad hæc reſpondeant? certè ſi non mutetur ſcriptura elabi non poſſunt. En cur nouas ſcripturas poſtulant, non quas nobis reliquit Diuus Paulus in quo Chriſtus loquitur, Et cùm eas nobis Paulus reliquit Chriſtus eas nobis reliquit. Quæ res, quid faciunt ergo aduerſarij, relicta ſententia & interpretatione Diui Pauli Iudaicum ſenſum ſequuntur, Nam interpretatione per-

peruerſa corrumpitur etiam ſcriptura, hebraicè inquiunt, non eſt, dorſum eorum ſemper incurua, quod vident hæc ad hoſtes Dauidis referri non poſſe, hebraicè, aiunt, eſt lumbos eorum nutare fac, & interpretantur, id eſt, adime illis vires, & ſubijciunt quod in renibus ſint vires. Quando malum Philoſophorum quiſquam in renibus dixerat eſſe vires? Certe ſi labores renibus nequeas hærere pedibus, ita eſt, ſed nec ſi pedibus labores, aut capitis dolore acri aut ſtomachi, aut vteri hærere pedibus poteris, ſed vrgebo Iudæos Origenis, & aliorum patrum interrogatione, quando hoc factũ eſt aduerſum hoſtes Dauidis, atqui Dominus Deut. 18. quando in nomine Domini prædictum eſt aliquid & non euenerit, hoc Dominus non eſt loquutus, & Dauid propheta Domini non fuerit, ſed pſeudopropheta. Certè aiũt hebraicè ita non eſt, vt citat D. Paulus hæc. Igitur Chriſtus qui in Paulo loquitur, quique tulit legem veterem quid dixerit eſt oblitus? & rabino impio maiorẽ fidẽ habes quã Chriſto? & mahad מָעַד ſignificat, vt docent rabini, nutare & declinare. Te rogo ergo quid differat declinare & incuruare. Et declinare lumbos Iudæorum? incuruare Iudæorum lumbos aut dorſum? Et ante Chriſti Domini aduentum in carne, ſic vertere Lxx Iudæi ſuæ ætatis ſapientiſsimi & doctiſſimi, ſic vertit D. Paulus. Notat Origenes verbum illud in captionem hebraicè non eſſe nec apud Lxx & nec voces illas coram ipſis, & inde colligit Apoſtolos ſuis verbis citare ſcripturam ſæpe, conijcies tu potius ex his verbis interpretis hæc eſſe verba, & non Origenis, qui docet centies Apoſtolos iuxta tranſlationem Lxx citare ſcripturam, & nouerat bene Origenes, vt dictum ſupra eſt Iudæos aliqua ex lectione hebræa, & ex tranſlatione Lxx reſecuiſſe, & quid tam grande eſt ſi interciderit ex vtraque lectione fraude Iudaica in captionem, & coram ipſis, cum ad ſenſum faciunt parum, & Diuus Paulus lectionem citat quæ ſuo tempore circunferebatur.

Ad Romanos cap. 11. Ex Eſaiæ. cap. 59.

Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatem à Iacob, & hoc illis à me teſtamentum cum abſtulero peccata eorum. Vulgat. 7 a

וּבָא לְצִיּוֹן גּוֹאֵל וּלְשָׁבֵי פֶשַׁע בְּיַעֲקֹב נְאֻם יְהוָה׃ וַאֲנִי זֹאת בְּרִיתִי אוֹתָם אָמַר יְהוָה׃ Lectio Hebræa.

veniet à Sion qui eripiat & auertat Lxx.
ἥξει ἀπὸ σιὼν ὁ ῥυόμενος καὶ ἀποστρέψει
impietates à Iacob & hoc ipſis
ἀσεβείας ἀπὸ ἰακὼβ καὶ αὕτη αὐτοῖς
à me teſtamentum.
ἡ παρ' ἐμοῦ διαθήκη.

Paulus.

veniet à Sion qui eripiat & auertet
ἥξει ἀπὸ σιὼν ὁ ῥυόμενος καὶ ἀποστρέψει
impietates ab Iacob & hoc ipſis
ἀσεβείας ἀπὸ ἰακὼβ καὶ αὕτη αὐτοῖς
à me teſtamentum quando abſtulero
ἡ παρ' ἐμοῦ διαθήκη ὅταν ἀφέλωμαι
peccata eorum.
τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.

Hoc loco Pauli in quo loquitur Chriſtus apparet planiſsime de teſtamento nouo feri mentionem tam plane quã apud Hierem. iuxta interpretationem Pauli ad Hebræos de quo loco alibi fuſe à nobis eſt dictum vt iam non ab vno Hieremia de nouo teſtamento ſit dictum ſed ab Eſaia.

Hic locus ad verbum iuxta tranſlationem Lxx citatus arguit relictam eſſe vnam orationem totam à D. Pau. iuxta Canonem Origenis quem Apoſtoli citant ex prophetia vltima omittunt

media quæ ad rem de qua agitur non magnopere pertinere videntur: locus eſt de Chriſto manifeſtiſsimus & de nouo teſtamento futuro quando Dominus abſtuliſſet peccata noſtra, quando redemiſſet ſuo ſanguine genus humanum, hoc futurum Dei teſtamẽtum, & vetus antiquandũ, & non potuit hoc dici planius. Sed nihil tale hebraicè eſſe aiũt: duras leges nobis impoſitas video, vt ſi quid tẽporis iniuria aut Iudaica perfidia, aut ſupina negligẽtia peruerterit & vitiauerit, Apoſtolica lectio vitiata eſſe dicatur, & lex noua lata ab Spiritu ſancto ad Iudæorum errores ſit caſtiganda & obſcuranda: Dominus per filium vnigenitum legem tulit quam planè hoc loco ait Dominus teſtamentum eſſe nouum, & à ſe poſt redemptionem generis humani, de hac lege quam Chriſtus Dominus tulit ipſe admonuit, inquiens, Spiritus S. ſuggeret vobis omnia quæcũque dixero vobis. Spiritus S. ſuggerit D. Paulo quę loquitur, & Chriſtus qui eſt theſaurus ſapientiæ & ſcientiæ loquitur in D. Paulo, & tamen relinquitur D. Paulus, pro interpretatione Iudaica? Nihil tale, aiunt, eſt hebraicè. immo maximè ſi mutas duas litteras, pro, leſion, miſion. Et veniet ex Sion, & pro, leſabe Iaſeb, & conuertet, expuncta. l. & tranſpoſito, iod, duabus itaque litteris mutatis, & ex puncta vna lectio hebræa reſpondet tranſlationi Lxx quam citat Paulus, aut potius Chriſtus Domin⁹ qui in Paulo loquitur. Origenes in Epiſtolam ad Romanos interpretans hunc locum negat ſic eſſe hebraicè, nec in tranſlatione Lxx vnde conijcies ad ſubuertendam R.P. Chriſtianam quãta arte ſint vſi, aut potius qua ita arte ſit vſus Sathan qui Iudæorum caput eſt, vitiauere ſcripturam hebræam iam à principijs Chriſtianæ R.P. vt conqueſtus hoc opere ſæpe ſum tranſlationem quoque Lxx virorũ corrupere, & multis orationibus truncauere vt citata ab Apoſtolis non viderentur citata conuenienter lectioni hebręę nec tranſlationi Lxx vnde nunc locus manifeſtiſsimus de nouo teſtamento nobis è manibus extorquetur. Fidelibus, inquies, non extorquetur, ita eſt, infamatur tamen Paulus, & in eo loquens Chriſtus, vt à Iudæis falſa citaſſe dicatur, ſed cum Chriſtus, qui in Paulo loquitur & eius ſpiritus hæc citent, Ego tanto teſtimonio lectionem hebręam & tranſlationem Lxx non dubito eſſe caſtigandam: Quod ſi D. Paulus tantum ita legiſſet antiquiſsimus ſcriptor ex eo vtranque lectionem vir doctus caſtigaret, vt caſtigant viri docti locos authorum ex M. Varrone, Feſto Põpeio, Nonio Marcello, ſi ità locos illos legiſſe videntur, nec falſa citaſſe aiunt hos ſcriptores peruetuſtos, ſed veram lectionem eſſe apud illos, conſule tu humaniorum litterarum viros doctiſsimos num ita ſit, & ita eſſe reſpondebunt, vt intelligas quam iniurij ſint qui lectionem quam D. Paulus citat ad exemplum hebræorũ Codicum & exemplarium Lxx virorũ putant caſtigandam. Contra ego puto teſtimonium maxime manifeſtum de nouo teſtamento quo neſcio an vllum ſit manifeſtius, ex D. Paulo reſtituendum habeo certiſsimum, ne ſolus ſit locus ille Hieremiæ de nouo teſtamento planiſsimus. Hilarius ſic hunc locum citat in Pſal. 58. in illud fortitudinem meã ad te cuſtodiam, veniet ex Sion qui liberabit, & auertat impietates à Iacob, & hoc illis à me teſtamentum cum auferam impietatẽ eorum, & Ambroſius interpretans hunc locum in Epiſtolam ad Romanos Eſaiæ, veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatem à Iacob, hoc illis à me teſtamentum cum abſtulero peccata eorum, hoc eſt, inquit Ambroſius, nouum teſtamentum promiſſum nobis à Deo in Chriſto, & de teſtamento à nobis dictum eſt non ſemel hoc loco tantum dicam ipſum Dominum in Euangelicis litteris & eius Apoſtolos & Euangeliſtas διαθήκην vertiſſe teſtamentum & D. Paulum ad Hebræos ita

ita interpretatũ; vt ſat hoc eſſe deberet Eraſmo vt contra diuina teſtimonia pronũciaret de ſignificatione vocis de qua nos alibi ex veterum ſcriptorum authoritate diximus.

Ad Romanos. 11. Eſaiæ cap. 40.

Vulg. 73. *Quis enim cognouit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit?*

Lectio hebræa. מִי תִכֵּן אֶת רוּחַ יְהוָה וְאִישׁ עֲצָתוֹ יוֹדִיעֶנּוּ׃

Lxx.
quis cognouit ſenſum domini vel quis
τὶς ἔγνω νοῦν κυρίου ἢ τὶς
conſiliarius ipſius fuit qui inſtruxit eum
σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο ὃς συμβιβάσει αὐτὸν,
vel quem conſuluit & inſtruxit
ἢ τίνα συνεβουλεύσατο καὶ συνεβίβασεν
αὐτὸν,&c.

Paulus.

quis enim nouit ſenſum domini vel quis
τὶς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου ἢ τὶς
conſiliarius ipſius fuit vel quis prior
σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο, ἢ τὶς προέ-
dedit ipſi & reddetur ei.
δωκεν αὐτῷ καὶ ἀνταποδοθήσεται.

Citatur hic locus à D. Paulo græcè iuxta tranſlationem Lxx græcam adverbum: nihil tale hebraicè eſſe aiũt. Hæc vna via relicta fuit Iudæis, vt noſtris maioribus cum conſtricti in vinculis tenerentur reſponderent,& vt noſtra oppugnarẽt quę facillima illis erat, vt mutata vna littera duabuſvè peruerterent noſtram ſcripturam,& noſtra peruertent & clamarent veritas hebraica, veritas hebraica; & extenuarent Apoſtolicam authoritatem, & noſtra hæc culpa eſt, qui huic generi hominum aures damus: in hoc loco duplex eſt lectio, altera quam expreſſit D. Hieronymus, altera quam agnouere Lxx mutata vna littera in ſimillimam, quod accidere rabini in hebræa linguã frequentiſsimè confitentur. Lxx pro, tichen, legere tiben, id eſt, cognouit, intellexit, vt ſit totum, Quis cognouit ſenſum Domini, hanc Lxx lectionem citat D. Paulus, pro aſato, conſilium eius, legerunt D. Hieronymus,& Lxx addita vna littera, iod, à principio expuncta altera, tau, ioaſo, conſiliarius eius, vt ſit, aut quis conſiliarius eius fuit: & ſic hæc citat D. Paulus, & caſtigatur D. Paulus ad exemplũ lectionis hebraicæ vitiatæ, quod ſi recipitur illud reſtat, vt Apoſtoli & Euangeliſtæ impio Iudæo cædant, & ne quis hæc miretur præſcripſi lib. ſecundo. teſtimonia omnium veterum tam noſtrorum patrum quam Iudæorum, quibus oſtendi in lectione hebræa hæc fieri aliquando vt mutentur litteræ & ſyllabæ contra eos qui lectionem hebræam caſtigatiſsimam & emendatiſsimam teſtantur, ita, vt nec punctum, nec apex mutari potuerit, quod ſi verum putaretur, quod Deus auertet, nugaces reperirentur Apoſtoli & Euãgeliſtę. Sed hoc cum primis notandum tranſlatiõne D. Hieronymi, quæ vulgata dicitur, & tranſlatione Lxx,& teſtimonio D. Pauli mutatam lectionem hebræam monſtrari,& pro, ioaſo, conſiliarius eius mutatum eſſe aſato, conſilium eius,& illud etiam liquet quæ ſuſe à propheta dicta ſunt breuiari ab Apoſtolo vt docuit Origenes. Nam illa omnia, Quis cognouit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit ad verbum citauit D. Paulus iuxta tranſlationem Lxx pro aut quem conſuluit,& inſtruxit eum, aut quis oſtẽdit ei Iudiciũ D. Paulus dixit quis prior dedit ipſi, & reddetur ei.

Ad Romanos. 12. Deut. 32.

Mihi vindictam & ego retribuam, dicit Dominus. Vulg. 74

Multa prudens prætereo quod vi deo ita citari, vt non citentur

verba

verba ſed ſenſa, vt nos cum aliquid ſcribimus & authores citamus Ariſtotelē, Platonem, neque authorum verba adſcribimus multa etiam citari perſuaſum habeo quæ interciderunt ex libris ſacris vt diximus ſupra ex Chryſoſtomo lib. 2. aut negligentia iudaica aut malitia Iudaica hoc enim citat D. Paulus in quo loquitur Chriſtus quod ſi non cōparet ex punctum ex ſcriptura certum eſt & tot Iudaicis dolis non eſſe euerſam prorſum noſtram ſcripturam factum eſſe Dei miraculo maximo perſpicuum eſt, quod enim tam munitum ędificium quod tot Iudæorum machinis concuſſum non rueret?

Ad Roma. cap. 12. Prouerbiorum. 25.

Vulgat. 77 *Sed ſi eſurierit inimicus tuus ciba illū, ſi ſitit potum da illi, hoc enim faciens carbones ignis congéres ſuper caput eius.*

Lectio Hebręa.

אִם רָעֵב שֹׂנַאֲךָ הַאֲכִלֵהוּ לָחֶם וְאִם
צָמֵא הַשְׁקֵהוּ מָיִם׃ כִּי גֶחָלִים אַתָּה חֹתֶה
עַל רֹאשׁוֹ׃

Lxx.

ſi eſurit inimicus tuus nutri ipſum
ἐὰν πεινᾷ ὁ ἐχθρός σου τρέφε αὐτόν,
ſi ſitit pota ipſum hoc enim faciens
ἐὰν διψᾷ πότιζε αὐτόν, τοῦτο γὰρ ποιῶν
carbones ignis congeres in caput
ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν
ipſius.
αὐτοῦ.

Paulus.

ſi eſurit inimicus tuus ciba ipſum
ἐὰν πεινᾷ ὁ ἐχθρός σου ψώμιζε αὐτόν,
ſi ſitit pota ipſum hoc enim faciēs
ἐὰν διψᾷ πότιζε αὐτόν, τοῦτο γὰρ ποιῶν
carbones ignis congeres in caput
ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν
eius ne vincaris à malo ſed vince in
αὐτοῦ. μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ, ἀλλὰ νίκα ἐν
bono malum.
τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν.

HOc citatur iuxta trāſlationem Lxx excepto quod vnum tantum verbum mutatur in verbum idem ſignificans & planius pro, trephe auton, id eſt, nutri illum, ne videremur iuberi nutrire exurientes, dixit D. Paulus, pſomize auton, id eſt, ciba illum, illam orationē noli vinci à malo ſed vince in bono malum intercidiſſe arbitror ex lectione hebræa quales multas docui lib. 2. ex lectione hebræa intercidiſſe, & à Iudæis ex noſtra tranſlatione fuiſſe expunctas citatur enim ab Spiritu S. qui nec fallit nec fallitur.

Ad Rom. cap. 15. Deuteronomij. 5.

Non adulterabis, non occides, non furaberis, non falſum teſtimonium dices non concupiſcés. Vulgat. 78

Lectio Hebręa.

לֹא תִרְצָח׃ וְלֹא תִנְאָף׃ וְלֹא תִגְנֹב׃ וְלֹא
תַעֲנֶה בְרֵעֲךָ עֵד שָׁוְא׃ וְלֹא תַחְמֹד אֵשֶׁת
רֵעֶךָ׃

Lxx

non occides, nec adulterabis, non furaberis nec falſum teſtimonium dices, non concupiſces.
οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ κλέψεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις, οὐκ ἐπιθυμήσεις.

Paulus.

non adulterabis, non occides, non furaberis.
οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις, οὐ κλέψεις,
nec falſum teſtimonium dices, non cōcupiſces.
οὐ ψευδομαρτυρήσεις, οὐκ ἐπιθυμήσεις.

IVxta tranſlationem Lxx, hec citantur, omittuntur tantū nō neceſſaria.

Ad Romanos. 14. cap. Eſaię. 45.

Scriptum eſt enim: viuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu & omnis lingua cōfitebitur Deo. Vulga. 79.

כִּי

Lectio Hebrea. כִּי לִי תִּכְרַע כָּל בֶּרֶךְ ‸ תִּשָּׁבַע כָּל לָשׁוֹן׃

Lxx. q̃m mihi flectetur omne genu & iurabit
ὅτι ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ καὶ ὀμεῖται
omnis lingua Deum.
πᾶσα γλῶσσα τὸν θεόν.

Diuus Paulus.

q̃m mihi flectetur omne genu & omnis
ὅτι ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ καὶ πᾶσα
lingua confitebitur Deo.
γλῶσσα ἐξομολογήσεται τῷ θεῷ.

Viuo ego, dicit Dominus, quod hebraice & apud Lxx pluribus verbis ſcriptum erat redactũ in pauca hæc verba à D. Paulo eſt: viuo ego, dicit Dominus, cætera iuxta Lxx citantur, mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Excepto quod, omitte, iurabit, Paulus vertit ἐξομολογήσεται confitebitur. Sæpè enim Apoſtolus facta paraphraſi vnum verbum obſcurum alio magis perſpicuo interpretatur, iuxta canonem præſcriptum ab Origene in Ioãnem quem interpres non vertit latine ſicut alia plæraque, vt planum fiat, iurabit omnis lingua Deum ſignificare, confitebitur omnis lingua Deum, quia per illum iuramus quem Deum cõtemur, iuramus enim ait D. Thomas ex Ariſtotele primo Metaphyſicæ per id quod honorabiliſsimum eſt, hoc eſt per Deũ, & cum hæc verba filij Dei ſint vt docet Paulus præſignificat hoc loco Paulus omnes gentes ſe confeſſuras Deum & per ſe iuraturas, quod autem putat Eraſmus legi græce & hebraice, curuabit & nõ curuabitur, ſat illi eſſe deberet, quod D. Hieronymus vertit curuabitur, vt intelligeret verba hebræa varijs punctis ſignificare actiue aut paſsiue, & græco actiua non raro paſsiue ſignificãt, quod autem varia diſtinctione hæc verba verterint D. Hieronymus & D. Paulus, neuter alteri nocere debet, nec ea diſtinctio ſcripturæ ęquum eſt vt nobis diſpliceat quam Chriſtus qui in Paulo loquitur ſe- quutus eſt: Quid igitur, inquies, vox hebræa illa, ac, faciet, quam Hieronymus tranſtulit, ideſt, ergo? Eſt etiam ornamẽtum quale ſi dicas, profectò, ſanè, certè.

Ad Romanos. 15. Pſalmo. 68.

Sicut ſcriptum eſt improperia impropèrantium tibi ceciderunt ſuper me. Vulgata 80.

וְחֶרְפּוֹת . חוֹרְפֶיךָ נָפְלוּ עָלָיו Lectio hebræa.

Lxx. & improperia improperantium tibi
καὶ οἱ ὀνειδισμοὶ ὀνειδιζόντων σε
ceciderunt ſuper me.
ἐπέπεσον ἐπ' ἐμέ.

Paulus.

& improperia improperantium tibi
καὶ οἱ ὀνειδισμοὶ ὀνειδιζόντων σε
ceciderunt ſuper me.
ἐπέπεσον ἐπ' ἐμέ.

Hic locus citatur iuxta tranſlatio nè Lxx ad verbũ explanatur ab his de Dauide quibus placet magis Iudæorũ trãſlationem & interpretationẽ ſequi quam eam quam D. Paulus eſt ſequutus & interpretatur, & oſtendimus dupliciter ſcripturam peruerti manu & interpretatione falſa.

Ad Romanos. 15. cap. Pſal. 17.

Propterea confitebor tibi in gentibus Domine & nomini tuo cantabo. Vulga. 81.

עַל כֵּן אוֹדְךָ בַגּוֹיִם יְהוָה ‸ וּלְשִׁמְךָ אֲזַמֵּרָה Lectio hebræa.

Lxx. propter hoc confitebor tibi in nationibus
διὰ τοῦτο ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἔθνεσι
domine & nomini tuo pſalmum dicam.
κύριε καὶ τῷ ὀνόματί σου ψαλῶ.

Paulus.

confitebor tibi in gentibus & nomini
ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἔθνεσι καὶ τῷ ὀνόματί
tuo pſalmum dicam.
σου ψαλῶ.

HIc locus citatur à D. Paulo iuxta tranſlationem Lxx ad verbum, tantum deeſt illa vox Domine, quæ in alijs exemplaribus multis eſſe dicitur, explanatur ab aduerſarijs de Dauide acturo gratias Domino inter gentes, Dauid ne inter gentes Deo erat acturus gratias an in media Iudæa, nota res eſt Dauidem in media Iudæa egiſſe gratias Deo Chriſtũ Dominum & eius diſcipulos inter gentes Deo egiſſe gratias hoc eſt in Eccleſia ex gentibus fere congregata.

Ad Romanos cap.15. Pſal.116.

Vulgat. *Laudate omnes gentes Dominum, &*
83 *magnificate eum omnes populi.*

Lectio hebræa. הַלְלוּ אֶת יְהוָה כָּל גּוֹיִם שַׁבְּחוּהוּ כָּל הָאֻמִּים׃

Lxx. Laudate dominum omnes gentes laudate
αἰνεῖτε τὸν κύριον πάντα τὰ ἔθνη ἐπαινέσατε
ipſum omnes populi.
αὐτὸν πάντες οἱ λαοί.

Paulus.

Laudate dominum omnes gentes laudate
αἰνεῖτε τὸν κύριον πάντα τὰ ἔθνη ἐπαινέσατε
ipſum omnes populi.
αὐτὸν πάντες οἱ λαοί.

HIc Pſalmus citatur à D. Paulo iuxta tranſlationem Lxx ad verbum, hęc noſtrorum quidam typice ad Chriſtum referre videntur, ſed diximus vna excuſatione noſtri aduerſarij defendere quæ faciunt omnia, & diximus quam inſidioſa ſit hæc defenſio, & quantum damni Eccleſię importet qui quæ litteraliter de Chriſto dicuntur allegorice dicta eſſe contendit, vbi apparet ex D. Paul. pro ahumim, ideſt pro fidelibus legendum haleumim, ideſt, populi.

Ad Romanos cap.15. Eſaiæ.11.

Vulgat. *Erit radix Ieſſe qui exurget regere gẽ*
84 *tes, in eum gentes ſperabunt.*

Lectio Hebręa. בַּיּוֹם הַהוּא שֹׁרֶשׁ יִשַׁי אֲשֶׁר עֹמֵד לְנֵס עַמִּים

Lxx. & erit in die illa radix Ieſſe &
καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ καὶ
ſurgens regere gentes in ipſum gentes
ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἔθνη
ſperabunt.
ἐλπιοῦσι.

Paulus.

erit radix Ieſſe & ſurgens regere
ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν
gentes in ipſum nationes ſperabunt.
ἐθνῶν ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι.

HAEc prophetia citatur à D. Paulo iuxta tranſlationem Lxx ad verbũ, & hæc ſola ſatis erat ad confirmandam noſtram fidem, & ad obturanda Iudæorum ora, plurimis namque prophetijs prædictum erat Chriſtum Dominum à Iudæis non eſſe recipiendum, recipiendum vero poſt reſurrectionem à gentibus & gẽtes in eum eſſe ſperaturas, ſi ſingulas prophetias quæ hoc prædixere, præſcrutetis vitiatas fere omnes reperies aut manu aut interpretatione, quid ni faciant hoc Iudęi? vident planè prædictum ab omnibus prophetis recipiendas gentes in Eccleſiam excludendos Iudæos, idque mille prophetarum prædictionibus, ni fallacias Iudaicas huc omnes aduocent quid dicant non habent, videbant hoc prædictum à propheta Eſaia hoc loco planiſsimè, & ab alijs multis, prædictum quoque cernebant, comprobatum quoque id rerum euentu manifeſto; vna reliqua via erat ſi in impietate ſua vellent perſtare, vt ad fraudes & dolos confugerent, & poſtea clamarent: veritas hebraica, veritas hebraica, poſtquam ego deprehendi, vt commoſtraui ca.63. lib.2. in lectione hebręa ſæpè duplices eſſe orationes perſuaſum habui, & in hoc loco fuiſſe duplicem lectionem & veriſsimá eſſe lectioné Lxx virorum hanc quã Chriſtus in Paulo loquẽs citat & interpretatur, quæ hebręã antiquam

antiquam lectionem veram & legitimā repreſenter, veram quoque certum habeo lectionem eam eſſe hebrēam quam expreſsit D. Hieronymus, vt ſunt duplices lectiones ſcripturæ plærunque, quarum quælibet ſunt veræ & ſacræ, & quę dam etiam de induſtria à propheta relictæ vt duplex ſignificetur myſterium, quæ eò dicta ſunt, vt authoritas D. Pauli aut Spiritus ſancti in Paulo loquentis oſtendat non quidquid in tranſlatione Lxx à lectione hebræa videtur diſcrepare eo nomine eſſe damnandum tanquā ab hebræa lectione diſcrepet, neque putandum Apoſtolos & Euangeliſtas ea citaſſe quæ ab hebraica veritate diſcreparent, ſed eos veriſsimā citaſſe lectionē hebræam quando in eis Chriſtus loquebatur & eius ſpiritus, & hæc maxima Lxx virorum authoritas, quod Paulus ſemper illorum tranſlationem quoties corrupta non eſt hebrææ lectioni antefert. Eraſmum mirari ſatis non poſſum non aduertiſſe tranſlationem Lxx ab Apoſtolis & Euangeliſtis exceptis locis paucisſimis, & in Apoſtolis & Euangeliſtis Deum eſſe locutum, & non adhotaſſe lectionem hebræam à Iudæis fuiſſe viciatam quod fuſe ſatis huius operis lib. 2. à nobis eſt commonſtratum.

Ad Romanos. 15. Eſaiæ. 52.

Vulgat. 85. *Quoniam quibus non eſt annunciatum de eo videbunt, & qui non audierunt de eo intelligent.*

Lectio Hebrea. כִּי אֲשֶׁר לֹא סֻפַּר לָהֶם רָאוּ וַאֲשֶׁר לֹא שָׁמְעוּ הִתְבּוֹנָנוּ׃

Lxx.
quā quibus non annunciatum eſt de ipſo
ὅτι οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ
videbunt & qui non audierunt intelligent.
ὄψονται καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασι συνήσουσι.

Diuus Paulus.

quibus non annunciatū eſt de ipſo videbunt
οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ ὄψονται
& non audierunt intelligent.
καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασι συνήσουσι.

Hic nihil eſt quod dicamus, excepto quod hic locus ad verbum citatur à D. Paulo, iuxta tranſlationem Lxx. Nā quod in Biblijs Complutenſibus pluraliter legitur, quibus non eſt narratum de ipſis in caſtigatioribus exemplaribus, legitur ſingulariter in D. Paulo.

Ex Epiſtola Prima. D. Pauli ad Corinthios. Eſai. 29.

Perdam ſapientiam ſapientum & prudentiam prudentium reprobabo. Vulgat. 86

Lectio Hebrea. וְאָבְדָה חָכְמַת חֲכָמָיו וּבִינַת נְבֹנָיו תִּסְתַּתָּר

Lxx.
perdam ſapientiam ſapientum &
ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν καὶ
prudentiam prudentum abſcondam.
τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν κρύψω.

Diuus Paulus.

perdam ſapientiam ſapientum &
ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν καὶ
prudentiam prudentum.
τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω.

Hic locus ad verbum citatus eſt à D. Paulo iuxta tranſlationem Lxx de myſterijs Chriſti illum Paulus interpretatur, alio referre videntur noſtri aduerſarij, ad Aſſyrios, videlicet, & neſcio quô.

Ad Corinthios prima Epiſtola cap. 1. Eſaiæ. 33.

Vbi ſapiens, vbi ſcriba, vbi inquiſitor huius ſæculi. Vulgat. 87.

Lectio Hebrea. אַיֵּה סֹפֵר אַיֵּה שֹׁקֵל אַיֵּה סֹפֵר אֶת הַמִּגְדָּלִים׃

Dixi D. Paulum breuiari ſolitum quæ aliquantulum fuſe in ſcriptura dicuntur quod lex noua veteris legis compendium eſt, vt diximus, quod hoc loco fit cuius generis eſſe puto quod ſequitur ex Hieremia cap. 9. Qui gloriatur in Domino glorietur, verba tamen ipſorum Lxx apparent in compendium redacta à D. Paulo.

Prima ad Corinthios cap.2. Eſaiæ.64.

Vulga. 88. *Quod oculus non vidit nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit quæ præparauit Dominus his qui diligunt illum.*

Lectio hebræa. וּמֵעוֹלָם לֹא שָׁמְעוּ לֹא הֶאֱזִינוּ עַיִן לֹא רָאָתָה אֱלֹהִים זוּלָתְךָ יַעֲשֶׂה לִמְחַכֵּה לוֹ׃

His locus exemplum erit eorum quæ docet D. Hieronymus citari quidem tranſlationem Lxx ab Apoſtolis & Euangeliſtis exceptis his locis qui vitiati ſunt, Nam hic locus in tranſlatione Lxx eſt vitiatiſsimus, & eſt nobis reſtitutus per D. Paulum: Explanationem huius loci poſuimus in cap. 64. & quomodo peruertatur ab his quos eo loci refutauimus.

Prima ad Corinthios cap.2. & ex Eſa. 40.

Vulga. 89. *Quis enim cognouit ſenſum Domini, aut quis inſtruxit eum?*

Lectio Hebrea. מִי תִכֵּן אֶת רוּחַ יְהוָה &c. אֶת מִי נוֹעָץ וַיְבִינֵהוּ וַיְלַמְּדֵהוּ

Lxx. quis enim nouit ſenſum domini qui
τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου, &c. ὃς
inſtruet ipſum.
συμβιβάσει αὐτόν.

Paulus.

quis enim nouit ſenſum domini qui inſtruit eum ipſum.
τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου ὃς συμβιβάσει αὐτόν.

De hoc loco ſupra in Epiſtolam ad Romanos, ſed ſolet D. Paulus citare neceſſaria ad id de quo agit reliqua omittere, hoc loco citat quæ illic omiſit ad verbum.

Ex prima ad Corinthios cap. 3. & ex Pſalmo. 93.

Dominus nouit cogitationes ſapientiũ quoniam vanæ ſunt. Vulga. 90

יְהוָה יֹדֵעַ מַחְשְׁבוֹת אָדָם כִּי הֵמָּה הָבֶל׃ Lectio Hebrea.

Lxx. dominus ſcit cogitationes hominum
κύριος γινώσκει τοὺς διαλογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων
quia ſunt vanæ.
ὅτι εἰσὶ μάταιοι.

Paulus.

dominus ſcit cogitationes ſapientum
κύριος γινώσκει τοὺς διαλογισμοὺς τῶν σοφῶν
quia ſunt vanæ.
ὅτι εἰσὶ μάταιοι.

Hic locus citatur à D. Paulo iuxta tranſlationem Lxx, tantum mutat vnum verbum, vt pro cogitationes hominum, dicat, cogitationes ſapientum, ne intelligas Spiritum ſanctũ damnare hominum cogitationes multitudinis, ſcilicet, imperitæ, cogitationes quoque hominum ſapientum vanas eſſe ait, iuxta receptum græcum prouerbium.

Prima ad Corinthios cap. prima. Geneſeos. 2.

Erunt, inquit, duo in carne vna. Vulg. 91

וְהָיוּ לְבָשָׂר אֶחָד Lectio Hebrea.

Lxx. & erunt duo in carne vna.
καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.

Paulus.

erunt enim duo in carne vna.
ἔσονται γὰρ οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.

Adnotat Eraſmus hebraicè non eſſe vocem illam, duo, vt ſit, erũt duo, ſed tantum, erunt, additam illam vocem ab Euangeliſta, aut ab interprete græco, cum D. Matthæus, & D. Marcus, & D. Paulus ſemper citent: Erunt duo in carne

carne vna. En quid fiat quod apud plæroſque pro confeſſo habeatur quod falſiſsimum eſſe lib. 2. oſtendimus lectionem hebræam eſſe caſtigatiſsimam, ita vt ex illa nec apex, nec punctum potuerint mutari, caſtigantur euangeliſtæ, caſtigatur & apoſtolus, cum hic locus ab euangeliſtis & ab apoſtolo iuxta tranſlationem Lxx citetur, vt ex tranſlatione Lxx quam citant Matthæus, & D. Marcus, & D. Paulus ſit caſtigãda potius hebræa lectio tãquam defecta vna dictione, duo, Vatablus quoque illa verba: Erũt duo in carne vna, interpretatur velut vna caro & vnum corpus, at Dominus apud Matthæum cap. 19. dicit. Itaq; non ſunt duo, ſed vna caro, & apud Diuum Marcum, cap. 10. idem repetit. Vidẽdum eſt ergo an recipi poſsit illa interpretatio, vel iuxta myſterium incarnationis Domini hoc loco ſignificatur, vel iuxta matrimonium, certè ratio philoſophiæ neſcio ãn hoc ferat, Eraſmus obſcœnè interpretatur quædam vir fortaſſe alioqui probus.

Prima ad Corinthios cap. 9.
Deuteronomij. 25.

Vulga. 92. *Non alligabis os boui trituranti.*

Lectio hebræa. לֹא תַחְסֹם שׁוֹר בְּדִישׁוֹ׃

Lxx.
non alligabis os boui trituranti.
οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα.

D. Paulus.

non alligabis os boui trituranti.
οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα.

HIC locus citatur à Diuo Paulo iuxta translationem Lxx.

Prima ad Corinthios cap. 10.
ex Pſalmo. 23.

Vulg. 93. *Domini eſt terra & plenitudo eius.*

Lectio hebræa. לַיהוָה הָאָרֶץ וּמְלוֹאָהּ

Lxx.
domini terra & plenitudo eius.
τοῦ κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς.

Paulus.

domini terra & plenitudo eius.
τοῦ κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς.

CItatur quoque hic locus ad verbũ iuxta tranſlationem Lxx.

Prima ad Corinthios. cap. 14. Eſaiæ. 28.

Vulg. 94. *Quoniã in alijs linguis, & in labijs alijs loquar populo huic & neque ſic exaudient me dicit Dominus.*

Lectio hebræa. כִּי בְּלַעֲגֵי שָׂפָה וּבְלָשׁוֹן אַחֶרֶת יְדַבֵּר אֶל הָעָם הַזֶּה׃ וְלֹא אָבוּא שְׁמוֹעַ

Lxx.
per vitium labiorum per linguam alterã
διὰ φαυλισμὸν χειλέων διὰ γλώσσης ἑτέρας
quia loquentur populo huic.
ὅτι λαλήσουσι τῷ λαῷ τούτῳ.

Paulus.

quia in alijs linguis & in labijs alijs
ὅτι ἐν ἑτέραις γλώσσαις καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις
loquar populo huic.
λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ

DE hoc loco dictũ eſt abũde in cõmẽtarijs in Eſaiam cũ hũc locum interpretabamur, hac parte tantum reliquum eſt, vt dicamus apoſtolos & euãgeliſtas ideo non videri aliquando tranſlationem Lxx citare quod veluti magiſtri eccleſiæ aperiunt ſenſum ſcripturæ & ſcholiaſtas agunt, quod multo multoque maius eſt quam citare tranſlationem Lxx. Tu quicunque es hæc dijudica quanto plus eſt Diuũ Paulum in quo Chriſtus loquitur citare ſcripturam iuxta tranſlationem Lxx an commentatorem agere tranſlationis Lxx? Citat ergo hunc locum iuxta tranſlationem Lxx & illum interpretatur, quod enim omnium linguas hebræi barbaras appellabant abſque vna lingua hebræa quam nominabãt linguam ſanctam, ideo Lxx

hoc verbum, la haze, quod eſt barbarè loqui Lxx vertere phauliſmum, id eſt, vitium labiorum, quod Diuus Paulus interpretatur in alijs linguis ne offenderet gentes alioqui dicturus in barbaris linguis, quod hebræi, vt dixi, alias omnes linguas abſque vna ſua nominabãt barbaras: iam tranſeunte euangelio ad gentes non nominantur barbaræ, ſanctificantur enim lege euãgelica ideo D. Paulus in alijs linguis dicit quod hebræi cẽeſt per vitium linguæ, id enim ſignificat, phauliſmos, vitium barbariem, nõ irriſionem, vt Latinus interpres Lxx virorum vertit ſequutus Iudæos, nam Iudæi corrupta vna littera pro, la haze, id eſt, per vitium & barbariem legere, lahage, per balbutiem, quod apparet ex D. Paulo ex Lxx viris, ex D. Hieronymo, qui omnes ſi hebraicè fuiſſet, la hage vertiſſent per balbutiem. Præterea quod hebraice eſt loquetur Lxx vertere, loquentur, vt referatur ad Apoſtolos D. Hierony. loquetur, vt referatur ad Deum D. Paulus pro, loquetur, vertit, loquar, vt neceſſe habeas intelligere de Deo qui loquitur, & relinquas Iudaicos ſenſus; & quod Eſaias dixit, & non voluerunt audire breuitati & perſpicuitati conſulens Paulus interpretatus eſt, neq; ſic exaudient me dicit Dominus, præceſſerat enim, cui dixit Dñs, ſcilicet. Hæc eſt requies mea reficite laſſum, & hoc eſt meum refrigerium, quæ omiſit propheta iuxta canonẽ Origenis quo monet Apoſtolos & Euangeliſtas ex teſtimonijs ſcripturæ quæ citant omittere media non neceſſaria

Epiſtola prima ad Corinthios capit. 15. Pſalmo. 109.

Vulgata 94. *Donec ponam omnes inimicos ſub pedibus eius.*

Lectio Hebræa. עַד אָשִׁית אֹיְבֶיךָ הֲדֹם לְרַגְלֶיךָ

donec ponam inimicos tuos ſcabellum
ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον
pedum tuorum.
τῶν ποδῶν σου. Lxx.

Paulus.

quoad eius ponat inimicos ſub pedes
ἄχρις οὗ ἂν θῇ τοὺς ἐχθροὺς ὑπὸ πόδας
eius.
αὐτοῦ.

PAraphraſin tranſlationis Lxx virorum facit Paulus & eam in compẽdium redigit. Nam pro, ſcabellum pedũ tuorum, vertit, ſub pedes ſui ipſius, vt ſit, Donec ponat Chriſtus inimicos ſuos ſcabellum pedum ſuorum, & quod prophẽta tribuerat patri, tribuit D. Paulus filio, quod opera Trinitatis ſunt indiuiſa, vbi Paulus locum illum Pſalmi explanat mirabiliter.

Prima ad Corinthios. cap. 15. Pſalm. 8.

Omnia enim ſubiecit ſub pedibus eius. Vulgata 95.

כֹּל שַׁתָּה תַחַת רַגְלָיו Lectio hebræa.

omnia ſubiecit ſubter pedes eius.
πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ. Lxx.

Paulus.

omnia enim ſubiecit ſub pedes eius.
πάντα γὰρ ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ.

CItat hæc Paulus iuxta Lxx viros omittit vnam dictionem, vt planius & breuius dicat, & conſtructionem mutat.

Prima ad Corinthios. c. 15. Ex Eſaiæ. 22.

Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Vulgta. 96.

אָכוֹל וְשָׁתוֹ כִּי מָחָר נָמוּת: Lectio hebræa.

comedamus & bibamus cras enim
φάγωμεν καὶ πίωμεν αὔριον γὰρ
moriemur.
ἀποθνήσκομεν. Lxx.

Pau-

Paulus.

comedamus & bibamus cras enim
φάγωμεν καὶ πίωμεν αὔριον γὰρ
moriemur.
ἀποθνήσκομεν.

CItat hæc Paulus ad verbum iuxta tranſlationem Lxx.

Prima ad Corinthios capit. 15. & ex Geneſi capit. 2.

Vulga. 97. *Factus eſt primus homo Adam in animam viuentem.*

Lectio hebræa. וַיְהִי הָאָדָם לְנֶפֶשׁ חַיָּה׃

Lxx.
& factus eſt homo in animam viuentem.
καὶ ἐγένετο ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν.

Paulus.

& factus eſt primus homo Adam in
καὶ ἐγένετο ὁ πρῶτος ἄνθρωπος Ἀδὰμ εἰς
animam viuentem.
ψυχὴν ζῶσαν.

IUxta tranſlationem Lxx & hæc citantur, addidit Diuus Paulus dictiones duas, vt ſcripturam interpretaretur.

Prima ad Corinthios capit. 15. ex Oſea capit. 13.

Vulga. 98. *Abſcropta eſt mors in victoria, vbi eſt mors victoria tua? vbi eſt mors ſtimulus tuus?*

Lectio hebræa. אֱהִי דְבָרֶיךָ מָוֶת אֱהִי קָטָבְךָ שְׁאוֹל

Lxx.
vbi iuſtitia tua mors vbi ſtimulus tuus
ποῦ ἡ δίκη σου θάνατε ποῦ κέντρον σου
inferne.
ᾅδη.

Paulus.

abſorpta eſt mors in victoria vbi mors
κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος, ποῦ σου θάνατε
ſtimulus vbi tua inferne victoria.
τὸ κέντρον; ποῦ σου ᾅδη τὸ νῖκος.

HIc locus mõſtrat veriſsime dictum à Chryſoſtomo lectionem Hebręã laceratam eſſe & multis locis defectam Iudæorum malitia & negligentia, & verum quoque oſtendit iure nos fuiſſe cõqueſtos multum in Lxx tranſlationem per noſtros quoſdam licuiſſe, en prima pars illa: Abſorpta eſt mors in victoria neque in tranſlatione Lxx eſt & reſtituẽda eſt vtrique parti ex D. Paulo, & nouit hoc humaniorum litterarum doctiſsimus quiſque admirabiles fieri adnotationes, quoties ex Marco Varrone Feſto Pompeio, ſimilibuſque poetarum verſus caſtigantur aut expunguntur, aut cum deſyderarentur reſtituuntur, quanto ergo magis ex Christo Domino qui in Paulo loquitur illa oratio: Abſorpta eſt mors in victoria, reſtituenda erit? & Diuus Chryſtomus iudicandus erit veriſsime dixiſſe quæ ſupra diximus, multo verius quam qui lectionem Hebræam aiunt caſtigatiſsimam eſſe, ita vt nec punctum aut littera deſit, quod magis liquet etiam ex ſequẽtibus, vbi eſt mors victoria tua? vbi eſt mors ſtimulus tuus? quæ iuxta tranſlationem Lxx dicta ſunt ita vt D. Paulus ſcholiaſten agat & interpretẽ. Nã pro δίκη id eſt, iuſtitia & cauſa interpretatur Paulus, id eſt victoria, vt ſit: vbi eſt mors cauſa illa & iuſtitia illa & victoria qua tibi ſubieceras omne hominum genus poſtquam Chriſtus Dominus vicaria nos morte redemit, vbi aculeus tuus inferne? interpretatur Paulus: vbi aculeus tuus mors? vel ſtimulus tuus mors, vt non de inferno intelligeres, ſed de morte. Eſt ergo D. Paulus Lxx virorum ſcholiaſtes & commentator, vt iuxta Domini imperium, quod ſupra diximus, aperiat nobis ſenſum ſcripturæ aut Chriſtus Dominus potius qui in Paulo loquitur, nobis Lxx virorũ trãſlationem interpretatur, vt appareat trãſlationem Lxx virorum inſtatu Spiritus ſancti eſſe æditam, cuius interpres & Chriſtus & eius Spiritus, & notandum hæc verba ſupra dicta deeſſe Hebraicæ vt alia

pleraque

plæraque quæ ſunt in tranſlatione Lxx, & ea citant Apoſtoli & Euāgeliſtæ. Notandum quoque illa verba vulgatæ: Ero mors tua, ô mors, ero morſus tuus inferne, quæ hebraicè ſunt, deeſſe in tranſlatione Lxx, quod tranſlatio Lxx, vt diximus multis locis defecta eſt & lacera qui vſque ad tempora D. Hieronymi ex Theodotione reſarciebantur poſt æditam vulgatam D. Hieronymi reſarciuntur ex vulgata Diui Hieronymi.

1. Ad Corinthios cap. 10. Exodi. 32.

Vulgat. 99 *Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere.*

Lectio Hebrea. וַיֵּשֶׁב הָעָם לֶאֱכֹל וְשָׁתוֹ וַיָּקֻמוּ לְצַחֵק׃

Lxx.
& ſedit populus manducare &
καὶ ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν καὶ
bibere & ſurreſerunt ludere.
πιεῖν καὶ ἀνέστησαν παίζειν.

Paulus.

& ſedit populus manducare &
καὶ ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν καὶ
bibere & ſurrexerunt ludere.
πιεῖν καὶ ἀνέστησαν παίζειν.

Ad verbum hæc citantur à D. Paulo iuxta tranſlationem. Lxx.

2. ad Corint. cap. 13. Deut. 19.

Vulgata 100 *In ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum.*

Lectio hebræa. עַל פִּי שְׁנֵי עֵדִים אוֹ עַל פִּי שְׁלשָׁה עֵדִים יָקוּם דָּבָר׃

Lxx.
in ore duorum teſtium & in ore
ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων καὶ ἐπὶ στόματος
trium teſtium ſtabit omne verbum.
τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα.

Paulus.

in ore duorum teſtium & trium
ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων καὶ τριῶν
ſtabit omne verbum.
σταθήσεται πᾶν ῥῆμα.

Et hæc iuxta tranſlationem Lxx virorũ citantur omiſsis duabus dictionibus.

Epiſtola. 2. ad Corinthios cap. 3. Exod. 34.

Et non ſicut Moyſes ponebat velamen ſuper faciem ſuam vt non intenderent filij Iſrael in faciem eius. Vulg ta. 101.

וַיִּתֵּן עַל פָּנָיו מַסְוֶה׃ Lectio hebræa.

Lxx.
ponebat ſuper faciem ſuam velamen
ἐπέθηκεν ἐπὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ κάλυμμα

Paulus.

ponebat velamen ſuper faciem eorum
ἐτίθει κάλυμμα ἐπὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ.
pro reliquis autem verbis ſequentibus Deuteronomij, quia multa erant, breuiter D. Paulus ſententiã expreſsit, inquiens πρὸς τὸ μὴ ἀτενίσαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ eo, quod intendere non poſſent filij Iſrael & interpres ſuppleuit ex ipſo D. Paulo, & ex Hebræa lectione Deuteronomij, in frõtem eius.

Citat Paulus hunc locum iuxta tranſlationem Lxx, excepto quod illum interpretatur, & typum eſſe legis veteris monſtrat, quæ velamen habet ſuper faciem quo ad Iudæi ad Chriſtum tranſeant, itaque illa verba: Moſes ponebat velamen ſuper faciem ſuam, ad verbum citata ſunt iuxta tranſlationem Lxx. Eraſmus ſuſpectam facit Apoſtoli lectionem & lectionem Lxx, qui negat hebraicè eſſe, proſopon, nec latine eſſe debere, & additam illam vocem, proſopon, græce. Certè illa vox, proſopon, ideſt, facies, & græcè eſt, & hebraicè, & latine: Itaque verba illa; & non ſicut Moſes ponebat velamen ſuper faciem ſuam, iuxta tranſlationem Lxx ſunt citata, & illud etiam: Cum autem conuerſi fuerint ad Deum auferetur velamen. Si græca græcis conferas, vnum verbum mutatur, & alia omittuntur, vt dictum eſt, breuitatis cauſa, ſcholiaſtes tamen eſt huius loci D. Paulus & ſcholium obſcurum eſt latinè, vt non intenderent filij Iſrael, ideſt, quod non intenderent filij

filij Iſrael in faciem Moſis præ gloria præ ſplendore vultus Moſis, non poterant intendere Iudæi in faciem Moſis; ideſt, in ſpiritalem intellectum legis Moſis præ ſplendore & præ gloria myſterium Chriſti, & idem myſteria Chriſti velo obtexit Moyſes, quod velum detrahitur quando venitur ad Deum ad Chriſtum Deum verum & hominem verum, & cornua radiabant in facie Moſis cornua crucis ſplendebant in lege Moſis in qua non poterant oculos intendere Iudæi, obtegit velamine faciem legis Moſis quo ad redeat ad Deum, & adhuc velamen illud ſuper corda Iudæorum poſitum eſt quo ad Chriſtum tranſeant.

Secunda ad Corinthios cap. 4.

Pſalmo .115.

Vulga. 102. *Credidi propter quod loquutus ſum.*

Lectio hebræa. הֶאֱמַנְתִּי כִּי אֲדַבֵּר

Lxx. credidi propter quod locutus ſum.
[illegible]

Paulus.

credidi propter quod locutus ſum.
[illegible]

HIc locus Pſalmi citatur iuxta tranſlationem Lxx. Hinc ergo Iudæis in Pſalmos à Lxx viris tranſlatos tanta inceſsit rabies quod à ſanctis patribus omnibus græcis & latinis, ab Apoſtolis & Euangeliſtis non ſolum citantur, ſed etiam de Chriſto Domino explanantur, deque eius myſterijs ſacris quæ ipſi planiſsime ſonant, non ita eſt hebraice inquies, imò maxime, ſat tibi eſſe deberet quod veteres patres græci & latini, & Apoſtoli & Euangeliſtæ ſic eos citãt: cur ergo Iudæi eos aliter transferunt? vt eos à Chriſto auertant Iudaica interpretatione, & diſtinctione Iudaica & varia diſtinctione. Nam Iudæi hunc Pſalmum non diſtinguunt à ſuperiore.

Secunda ad Corinthios cap. 5.

Eſaiæ. 43.

Vetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia noua. Vulga. 103.

הִנְנִי עֹשֶׂה חֲדָשָׁה Lectio hebræa.

ne memineritis priora & antiqua ecce Lxx.
[illegible]
ego facio noua.
[illegible]

Paulus.

vetera tranſierunt ecce facta ſunt
[illegible]
noua omnia.
[illegible]

DIuus Paulus hunc locũ ex tranſlatione Lxx videtur in breuitatem redegiſſe, vt monuimus ſacere ſolitos Apoſtolos & Euangeliſtas, quod propheta dixit ecce ego facio noua Paulus ecce facta ſunt omnia noua.

Secunda ad Corinthios cap. 6.

Eſaiæ cap. 49.

Tempore accepto exaudiui te in die ſalutis adiuui te. Vulga. 104.

בְּעֵת רָצוֹן עֲנִיתִיךָ וּבְיוֹם יְשׁוּעָה עֲזַרְתִּיךָ Lectio hebræa.

tempore exaudiui te & in die ſalutis Lxx.
[illegible]
adiuui te.
[illegible]

D. Paulus.

tempore accepto exaudiui te & in die
[illegible]
ſalutis adiuui te.
[illegible]

AD verbum hęc citantur iuxta tranſlationem Lxx: Nam vox græca decto.i.accepto & ſi latis apparet deeſſe hebraice & græce quod eam citat Paulus & explanat & eius eſt ſcholiaſtes aut Chriſtus potius in Paulo, in quibuſdam exemplaribus deeſt, eſt in correctioribus exemplaribus.

Epiſtola

Epiſtola 2. ad Corinthios cap. 6.
Eſaiæ. 52.

Vulga. 105. *Propter quod exite de medio eorum & ſeparamini dicit Dominus, & immũdum ne tetigeritis.*

Lectio hebræa. סורו סורו צאו מִשָּׁם טָמֵא אַל תִּגָּעוּ

Lxx. ἀπόστητε ἀπόστητε ἐξέλθετε ἐκεῖθεν ἢ ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε. ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτοῦ.

D. Paulus.

ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν καὶ ἀφορίσθητε καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε.

AD verbum citantur hæc à D. Paulo iuxta tranſlationem Lxx permutato tamen orationum ordine.

Secunda ad Corinthios cap. 9.
Pſalmo. 111.

Vulga. 106. *Diſperſit dedit pauperibus iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.*

Lectio Hebræa. פִּזַּר נָתַן לָאֶבְיוֹנִים צִדְקָתוֹ עֹמֶדֶת לָעַד

Lxx.
diſperſit dedit pauperibus iuſtitia
ἐσκόρπισεν ἔδωκεν τοῖς πένησιν, ἡ δικαιοσύνη
manet in ſæculum ſæculi.
μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

Paulus.

diſperſit dedit pauperibus iuſtitia
ἐσκόρπισεν ἔδωκεν τοῖς πένησιν ἡ δικαιοσύνη
eius manet in ſæculum.
αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα.

CItat hæc Paulus iuxta tranſlationẽ Lxx ad verbum.

Secunda ad Corinthios cap. 6. & ex Leuitico cap. 26.

Vulg. 107. *Et inambulabo inter eos & ero illorũ Deus, & ipſi erunt mihi populus.*

Lectio hebræa. וְהִתְהַלַּכְתִּי בְּתוֹכְכֶם וְהָיִיתִי לָכֶם לֵאלֹהִים וְאַתֶּם תִּהְיוּ לִי לְעָם

Lxx.
& in ambulabo in vobis & ero veſter
καὶ ἐμπεριπατήσω ἐν ὑμῖν καὶ ἔσομαι ὑμῶν
Deus & vos eritis mihi in populum.
θεὸς καὶ ὑμεῖς ἔσεσθέ μοι εἰς λαόν.

Paulus.

quia inhabitabo in ipſis & inambulabo &
ὅτι ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω καὶ
ero ipſorum Deus & ipſi erunt mihi
ἔσομαι αὐτῶν θεὸς καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι
populus.
λαός.

CItat hęc Paulus ex Hieremia ca. 31. & ex Leuitico cap. 26. ad verbum iuxta tranſlationem Lxx excepto quod accommodat hæc his quibuſcum ſermo eſt aliquando.

Ad Gala. cap. 3. Geneſeos. 15.

Quemadmodum Abrahã credidit Deo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Vulga. 108.

וְהֶאֱמִן בַּיהוָה וַיַּחְשְׁבֶהָ לּוֹ צְדָקָה: Lectio hebræa.

IVxta tranſlationem Lxx citat hæc Paulus vt ſupra monſtratum eſt.

Ad Galat. cap. 3. Geneſeos. 22.

Benedicentur in te omnes gentes. Vulg. 109.

וְהִתְבָּרְכוּ בְזַרְעֲךָ כֹּל גּוֹיֵי הָאָרֶץ Lectio Hebrea.

DE hoc loco dictum eſt ſupra citari à Diuo Paulo iuxta tranſlationem Lxx. Et oppugnari à Vatablo.

Ad Galatas. 3. Deuteronomij. 27.

Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis vt faciat ea. Vulga. 110.

אָרוּר אֲשֶׁר לֹא יָקִים אֶת דִּבְרֵי הַתּוֹרָה הַזֹּאת לַעֲשׂוֹת אוֹתָם Lectio Hebrea.

Lxx.
maledictus omnis homo qui non
ἐπικατάρατος πᾶς ἄνθρωπος ὅστις οὐκ
permanſerit in omnibus ſermonibus legis
ἐμμενεῖ ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις τοῦ νόμου
huius facere ipſos.
τούτου τοῦ ποιῆσαι αὐτούς.

Paulus

Paulus.

maledictus omnis qui non permanet in
ἐπικατάρατος πᾶς ὃς οὐκ ἐμμένει ἐν
omnibus ſcriptis in libro legis
πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου
facere ea.
τοῦ ποιῆσαι αὐτά.

DE hoc loco diximus.2.libro ex D. Hieronymo, Hic tantum dicẽdũ eſt citari hunc locum iuxta tranſlationem Lxx tantum omiſsis quibuſdam breuitatis cauſa, & pro ἐν τοῖς λόγοις poſitã τοῖς γεγραμμένοις & redigendum in memoriam eſt D.Hieronymum canonẽ præſcripſiſſe ex locis citatis ab Apoſtolis & Euangeliſtis quo poſſet cognoſci lectionem hebræam eſſe vitiatam, quãdo in hebræa lectione verba deſint, Nam hebraice etiam temporibus Diui Hieronymi deerant duo verba illa, omnis,&,in omnibus, in quibus cardo victoriæ aduerſus Iudæos in diſputatione Apoſtolica vertebatur. Multa prætereo libens quæ Eraſmus adnotat, quod neſcio quo animo ea dicat neque viro doctiſsimo male loqui vellẽ, adnotat Eraſmus quid D.Hiero.de hoc loco ſentiat, neque refert fideliter, ſed ita vt in Iudæorum fauorem propẽdere videatur, & quod eraſas duas dictiones à Iudæis dicat Hieronymus negat ſe ſcire cur Iudæi eradere deberent duas illas dictiones, omnis,&,in omnibus, quas dictiones pro Iudęis facere affirmat: Ita ne D. Hieronymus non intellexit cardinem victoriæ D.Pauli aduerſus Iudæos in illis duabus dictionibus verſari? aut D. Paulus potius nõ intellexit illa duo verba quæ citat non pro ſe facere ſed pro Iudæis? & ita in Paulo Chriſtus loquitur vt Paulus erret & hallucinetur? Probare vult Diuus Paulus poſt crucem Domini poſt euerſum Hieroſolymitanum templum extra quod nec ſacrificia veteris legis nec ceremoniæ poterant peragi, eſſe ſub maledicto legis. His verbis ergo probat Iudæos poſt euerſum templum ſub maledicto legis eſſe & argumentatur ad hominem ſuppoſita Iudęorum erronea conſcientia quia credebãt teneri ſe ad legis obſeruationem & ita procedit. Lex iubet, inquiens, maledictũ eſſe omnem Iudæum qui nõ permanet in omnibus quæ iubet lex vetus, vos nõ permanetis in omnibus quæ iubet lex vetus, vos igitur ſub maledicto legis eſtis, Sed tempore D.Pauli, inquies, non dum ſubuerſa vrbs erat Hieroſolyma, non dum erat templum dirutum, ita eſt, & Petrus & Paulus prædixiſſe Romæ dicuntur non poſt multos dies Iudæam à Romanis in vaſtitatem eſſe redigẽdam, & nos ita colligere poſſumus, & Diuus Paulus ante rem geſtam ita fortaſſę collegit. Sed mitto hæc, Nec nos nec patres noſtri pondus legis veteris portare potuimus, nec quiſquam poterat omnia quæ pręſcribit lex vetus facere, ſub maledicto igitur erant omnes Iudæi qui facere non poterant omnia quæ lex vetus iubet, niſi fide Chriſti ſeruarentur. Maledicto autem erant obnoxij quia lex vetus ita ait maledictus omnis qui nõ permanet in omnibus vt faciat ea, ſed nemo poterat facere omnia, erant ergo maledicto omnes obnoxij, nam quod lex ait maledictus omnis, non omne genus hominum hoc maledictum implicat, ſiquidem lex eos obligat tantum quibus lata eſt, lata eſt Iudæis tantum, Iudæos tantum obliget neceſſe eſt, vt Eraſmo nulla conſtet ratio, vt dicat verba illa facere pro Iudæis. Iudæos illa Pauli verba in vinculis conſtrictos habent ita vt elabi non poſsint, fatetur tamen Eraſmus, vt Iudæos defendat Iudæos ſcripturæ multa adieciſſe. Ergo Diuus Hieronymus docet ex Diuo Paulo vt diximus Iudęos ex lectione hebræa duas dictiones eraſiſſe & canonem præſcribit quo docet ex lectione Apoſtolica caſtigandam eſſe hebræam lectionem qui huius noſtri operis ſcopus eſt.

(?)

Ad Galatas.3.ex Abacuch.2.

Vulg. III. *Quia iuſtus ex fide viuit.*

Lectio Hebręa. וְצַדִּיק בֶּאֱמוּ נָתוֹ יִחְיֶה׃

Dictum ſupra eſt de hoc loco,& dictum eſt citari iuxta translationẽ Lxx in Epiſtolam ad Romanos.

Ad Galatas.3.Deuterono.21.

Vulg. 112. *Maledictus omnis qui pendet in ligno.*

Lectio hebræa. קִלְלַת אֱלֹהִים תָּלוּי ׃

maledictus à Deo omnis ſuſpenſus
κεκατηραμένος ὑπὸ θεοῦ πᾶς κρεμάμενος
in ligno.
ἐπὶ ξύλου.

Paulus.

maledictus omnis qui pendet in
ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ
ligno.
ξύλου.

Dictum eſt de hoc locu libro. 2. ex D.Hieronymo, citari iuxta trãſlationem Lxx & hoc loco tranſlationẽ Lxx virorum lectioni hebrææ anteferri,& præſcribi canonem à D. Hierony. quo cognoſci poſsit quando tranſlatio Lxx lectioni hebrææ ſit anteferẽda,iuxta quem canonem tranſlatio Lxx fere hebrææ lectioni erit anteferenda,relicta nanque hebræa lectione ferè citatur ab Apoſtolis & Euangeliſtis,& is canon ab D.Hieronymo præſcriptus erat, vt quotiesrelicta hebræa lectione citaretur ab Apoſtolis & Euangeliſtis trãſlatio Lxx videretur hebrææ lectioni,quod fere fit, anteferri:mutatur hic vna dictio in aliã eiuſdẽ ſignificationis breuiorem.Cæterum Eraſmus per quam diligenter citat Iudæos tranſlatores non repetens memoria quod monet Diuus Hieronymus blaſphemos Iudæos interpretatione ſubdola multa de Chriſto myſteria celaſſe,& noſtri temporis tranſlatores quidam,nec enim omnes damno,ſed eos tantum qui vulgatam eneruant aut prophetias citatas à Domino aut ab eius Apoſtolis & Euãgeliſtis,ſed noui quidam tranſlatores ne D.quidem Pauli meminere neque Diui Hieronymi aut vllius Eccleſiaſtici.R.Dauid in libro radicum ſequuntur,qui hunc locum tranſtulit. Ob maledictionem Dei ſuſpenſus eſt,ac ſi dicat eo quod maledixit Deo eſt ſuſpenſus.Procopius vrget Iudæos rogans quo loco ſcripturæ aut ob quod crimẽ lex ſit lata à Deo vt maleficum genus hominum cruce afficiatur,aut quo modo pręcipiat nunc Deus de hominibus in crucem ſublatis de quibus tollendis in crucem nulla lege quidquam ſit ſancitum.Lege Vatablum, & Robertum, & Pagninum & aduerte quantopere in hac relaborent,illud falſiſsimũ obtrudere conãtur nobis,moris fuiſſe Iudæis vt cruci ſuffigerent Idololatras,& blaſphemos,quod de Perſis,& de AEgyptijs,& Romanis probant cruce afficere ſolitos reos quoſdam, non tamen blaſphemos & Idololatras,quod probare eorũ ſententiæ conueniebat,at in Iudæorum gẽte crucis ſupplicium fuiſſe quo afficerẽtur rei probare nullo modo poſſunt,alij hoc ipſo loco efficere nitũtur, vt legem ferat hanc Deus,& pręcipiat quod non præcipit,& interpretantur modo imperantis,cum in contextu hebręo nihil minus quam imperet:Explanat itaq; Procopius hunc locum diuinitus iuxta trãſlationem Lxx virorum,maledictus omnis qui pendet in ligno,vel, maledictus à Deo omnis qui pẽdet in ligno, vel maledictus omnis Deus qui pẽdet in ligno.i. qui pẽdet in ligno Chriſt⁹ De⁹.ſ.eſt omnis maledictus à Deo quia poſuit ſuper eũ Dominus omnia peccata vt pro nobis omnibus pateretur,& nos redimeret à maledicto,iuxta illud: Languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit: ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtros,attritus eſt propter ſcelera

lera noſtra,& propter ſcelus populi mei percuſsi eum. Dicendum erat,inquies, qui pendet in ligno & omnis à Deo maledictus,id eſt, patitur pro omnibus maledictis à Deo: Vulgatum eſt illud Ariſtotelis nomina eſt verba tranſpoſita idem ſignificare,nec refert dicere maledictus omnis qui pendet in ligno,an qui pendet in ligno eſt omnis à Deo maledictus,id eſt,patitur pro omnibus à Deo maledictis,nec aliter hic locus intelligi poteſt quando in litteris ſacris lex nulla erat,quæ pæna crucis afficere quenquã iuberet,quomodo ergo ſanciret de his qui in crucem eſſent ſublati, vnde neceſſario ſequi videtur de Chriſto eſſe prophetiam.

Ad Galatas cap.3. & Gene.22. &.26.

Vulg. 113. *Abrahæ dictæ ſunt promiſsiones & ſemini eius non dicit & ſeminibus eius quaſi in multis ſed quaſi in vno & ſemini tuo qui eſt Chriſtus.*

Lectio hebræa. וְהִתְבָּרְכוּ בְזַרְעֲךָ כֹּל גּוֹיֵי הָאָרֶץ

IVre ſua tempora de D. Hierony. ſunt conqueſta quod non ſubieciſſet quæ in ſuis ſcriptis probaret quæ ve improbaret cum admonuiſſet centies ſe in ſuis Commentarijs complexum eſſe more veterum Commentatorum omnium ſententias tàm probandas quam improbandas,vt prudens lector probanda probet improbet improbanda quæraturq́; de inimicis quod omnia quę in ſuis ſcriptis reperiantur ſibi imputent cum ſæpe admonuerit ſe in ſuis ſcriptis tã ſuas quam alienas citra diſtinctionem vllam retuliſſe ſententias,nunquam tamen potuit adduci D. Hieronymus,vt ſuis amicis qui id à ſe exigerent obtemperaret, nihil his opus eſſe ratus quod doctis ſcriberet facile intellecturis quando D. Hierony. ſua ſcriberet quando referret aliena. En Eraſmus. quæcunque in ſcriptis D. Hiero. legit ea probat omnia, tam Iudaica quam hæretica quæ D. Hierony. profitetur ſe in ſuis ſcriptis eſſe complexum,more veterum commentatorum, vt prudens lector probanda probet tan quam bonus trapezita improbet improbanda. Eraſmus tam probanda quã improbanda probat, neſciebat Hieronymus ſemen Iſrael pro omni Iudæorum populo accepi & vulgatum id eſſe & tyronem in litteris ſacris id optime noſſe? nec eſſe ignoraturum D. Paulum? ignorabat Hieronymus quid dicere vellet verbis ſuperioribus D. Paulus? Quęro ego ab Eraſmo, an doctoris ſit interpretari ſuis diſcipulis quæ obſcura ſunt in illa diſciplina an non? ſi nõ eſt doctoris ẽno dare diſcipulis quæ ſunt obſcura,cur diſcipuli ad eorum ſcholam ititant? Magiſtris ſedulam dant operam? ſi doctoris eſt interpretari quæ ſunt obſcura ſuis diſcipulis,cur quiſquam de D. Paulo quæritur cum ſemen varia ſignificet quod explanat, quo intellectu ſit accipiendum ſemen in illo. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes, & interpretatus ſit in ſemine tuo, id eſt, in Chriſto? an neſciebat Paulus ſemen Abraham,eſſe omnes Iudęos & omnes poſteros Abraham,& ſemen pro varietate ſententiæ varia ſignificare? in hac rerum ambiguitate D. Paulus Eccleſiæ magiſter, orbis terrarũ doctor,Spiritus S. tuba interpretatur in illo. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes, quo intellectu ſit accipiendum ſemen, quid de eo queri quiſquam hominũ poſsit? In ſemine tuo,inquies,id eſt in Chriſto ſi non eſt doctoris obſcuris lucem afferre & ambigua interpretari quod ſit doctoris officium ignoro prorſus,aut cur dicatur doctor.

Vulgata ibidem.

Fratres ſecundum hominem dico, tamẽ hominis confirmatum teſtamentum nemo ſpernit. Et infra. *Hoc autem dico teſtamentum confirmatum à Deo.* Vulg. 114.

ERaſmus D. Paulum ait ſcripturam torquere in argumentum & cætera, & ſubijcit berith, à Lxx viris reddi teſtamentum & ſonare potius pactũ quã teſtamentum & apud craſſos Gallatas Paulum, nun putaſſe agendũ exacte ſed craſſo filo, & id ſignificare D. Paulum verbis illis. Fratres ſecundum hominẽ dico. Et hæc omnia, authore D. Hiero. confirmat Eraſmus: de D. Hierony. ſuperiore adnotatione diximus, & fuſe atque late in huius operis prolegomenis, nũc attexamus reliqua. D. Hieronymus in cap. 10. Hieremiæ in principio nos docet Aquilam & Symmachum berith, verbum hebræum ſemper vertere pactum Lxx, & Theodotionem ſemper teſtamentum reddere, quid in hac ambigua ſententia IudęorumD. Hieronymo aut alij cuiquam ſequi placuerit, quid refert? D. Hiero. placuit magis reddere pactũm, idq; recepit Eccleſia ſancta, bene eſt Lxx viri & Theodotio tranſtulere teſtamentum, idq; probauit D. Paulus, id non minus bene eſt, vtraque lectio ſacroſancta eſt, cur quiſquam ex trãnſlatione D. Hieronymi caſtiget lectionem Apoſtolicam, & craſſo filo factã dicat? & ſi quod verbum exciderit ſanctis patribus id arripiat vt aduerſum nos torqueat? Age hoc verbum examinemus, Nouum teſtamentum Matthæi cap. 26. & Marci. 14. Dominus dixit, neque nouum teſtamentum dixiſſet Dominus, niſi eius relatiuum vetus teſtamentum ręcte appellaretur, berith, aiunt, verbũ hebraicum ſignificat fœdus à barar, ideſt, mundo, & Paulus detorſit in hanc ſignificationẽ ſemel aut bis, ſemper mẽdacijs nituntur Iudæi, quaſi vero aliter verterint non ſolum D. Paulus, ſed & reliqui Apoſtoli & Euangeliſtæ, ſi Chriſtus Dominus aut eius Apoſtoli & Euangeliſtæ berith, verterint vnquam aliter quam teſtamentum, illos vera dicere fatebor, Igitur D. Paulus citans illud: veniet de Sion liberans & auertet impietates à Iacob, & hoc eis à me teſtamentũ, berith, vertit teſtamentum, & hoc loco de quo agebamus ad Galatas. 3. berith, teſtamẽtum tranſtulit, & citans locũ Hieremiæ ex cap. 31. de veteri & nouo teſtamento berith, teſtamentum vertit, & ad Epheſios cap. 2. & ad hebræos. 7. & 9. & 10. ſemper transfert berith, teſtamentum, denique nunquam aliter reddit, vt Philon Iudæus quoties vertit, berith, Gręcè διαθήκην, vt in libro quẽ inſcripſit Cain & Abel, cum inquit, vt ſtatueret teſtamentum quod iurauit patribus noſtris, & ſubijcit teſtamentum autem eſt Dei, Ieſus quoque filius Sirach, qui eccleſiaſticum ex hebræa lingua in græcã tranſtulit cap. 44. berith, vertit teſtamẽtum, & in teſtamentis, inquiens, ſtetit ſemen eorum, & rurſum teſtamenta ſæculi poſita ſunt apud illum, denique ſic ſemper Ieſus filius Sirach, ſed vt intelligas quã acriter aduerſarij noſtri pugnent aduerſum nos, & diximus Lxx viros & Theodotionem berith, vertiſſe teſtamentum: fatemur aiunt, berith, vocem hebræam verti διαθήκην, ſed nõ continuo hæc vox gręca teſtamentum ſignificat, ſiquidem Budæus vocem græcam illam pactum ſignificare ait, & veriſsime quidem. Nã hæc vox ſignificat aliquando pactum frequentiſsime vero teſtamentũ, quod vero addit plurali numero magis ſignificare teſtamentum quam ſingulari errat inſigniter, Plato, nanq; lib. 11. de legibus cum de teſtamentis leges ſancit hoc nomine numero ſingulari teſtamentum nominat ſemper, & Ioſephus de bello Iudaico lib. 1. ſub finem centies quoque appellat teſtamentum illo græco nomine ſingulari numero; quid plura quãdo Chriſtũ Dominum & eius Apoſtolos & Euangeliſtas pro nobis citauimus ad damus authoritatem Hieremię qui huic voci Berith. i. teſtamento addit laratſem per. i. concidere & ſecare, vnde, Tau, in poſtremam partem nominis inceſsit, vt berith, dicatur? cum berir, potius dicendum videretur? quanto melius, berit, dictum videtur à bara, occido & macto; nam

nam ה he, quæ in fine huius verbi eſt verti ſolet in tau, berit, & berith, dictum videtur à bara, macto quod ſanguine ſancitum eſt vetus teſtamentum, qui typus erat noui teſtamenti quod ſanciendum erat ſanguine Chriſti, id Dominus ſignificat interpretãs typum illũ cap. 24. Exodi quando Moſes ſumptum ſanguinem reſperſit in populum & dixit. Hic eſt ſanguis fœderis, aut vt vetere Lxx Ecce ſanguis teſtamenti quo ſpectans Dominus. Hic eſt ſanguis meus, inquit, noui teſtamenti. Matthæi. 26. quaſi diceret, quod Moſes dixerat: Ecce ſanguis teſtamenti. Erat typus huius noui teſtamenti & hunc meum ſanguinem ſignificabat qui eſt ſanguis noui teſtamenti. Quod retulit quoque Marcus cap. 14. eiſdem verbis. Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, & Lucas. 22. Hic calix nouum teſtamentum, & Paulus, prima ad Corinthios. 11. Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine. Cur appellatum ſit teſtamentum vetus & teſtamentum nouum docet lactantius de religione & ſapientia lib. 4. cap. 20. lex vetus, inquiẽs, teſtamentum vocatur quia niſi teſtator mortuus fuerit neque confirmari teſtamentum poteſt neque ſciri quid in eo ſcriptum ſit quia clauſum & obſignatũ eſt, Chriſtus mortuus aperuit vetus teſtamẽtum & reſerauit nouo in vtroque idem teſtator eſt Chriſtus qui pro nobis morte ſuſcepta nos hæredes regni æterni fecit exhæredato relicto populo Iudæorum. Hæc lactantius, vetus ergo teſtamentum promiſsio noui teſtamenti erat, & typus, morte Chriſti reſeratum eſt & ratum morte teſtatoris quo hæredes efficimur regni cæleſtis, promiſſerat quidem Dominus idque ſuo teſtamento veteri ſanxerat ſe nobis largiturum cæleſtia bona, ſe venturum in carne nos ſua paſsione ex captiuitate dæmonis liberaturum & adoptaturũ in filios Dei, en cur vetus diceretur teſtamentum, & nouum quoque ſit teſtamentum appellatum, quod morte teſtatoris ratum eſt factũ, pactum quidẽ dicitur quod fecit nobiſcum Deus, dicitur & teſtamentũ quo in filios Dei ſumus adoptati, & in hæreditate regni cæleſtis, vnde quando Lxx, & Apoſtoli & Euangeliſtæ hebrææ vocis, berit, etymon non addidere tantum vertere teſtamentum mihi videtur non ab re futurum ſi proponam meis quid mihi in mentem veniat, illud Chryſoſtomi cæterorumque patrum ſemper ob oculos obuerſatur, verba ſcripturæ verba eſſe Spiritus ſancti in ſingulis verbis ſi bene excutias ingentem latere theſaurum berit, dicunt Iudæi à barat, aut à, bara eſſe deflexum, vt ſupra diximus, alij à berot, voce hebræa quæ arborem ſignificet nomine abietem quam Lxx, & D. Hieronymus reddidere, cupreſſum, ſi berot, cupreſſus eſt, & beros, cedrus, & berit, inde deflectitur, vt hebræi aiunt, typus erit ſanctiſsimæ crucis, quæ ex arbore cypreſſo ſit dolata. Nam berit, id eſt teſtamentum deductum eſſe à berot, fatentur Iudæi, ſed berot, Iudæi interpretantur abietẽ Lxx viri, & D Hieronymus, cupreſſum, cupreſſus porro neque ſentit cariem neque vetuſtatem, vt leges apud Plinium lib. 16. cap. 40. Nunquam amittit virorem lignum inde dolatum, hæc cũ cruce Domini per quam nobis data eſt immortalitas & vita æterna & incorruptibilis mirifice congruunt & vt vetus teſtamentum noui typus erat & ſanguis animalium quo reſperſus eſt populus, cum per Moyſen lex lata eſt Iudæis typus Chriſti erat, ita nomen ipſum, berit, typus erat crucis Chriſti dolandæ ex cupreſſo quæ berot, dicebatur, aut ex cedro mutata. ſ. in. t. quæ dicitur beros. Adde quod Exodi. 24. vbi typus huius myſterij eſt quando dicitur: Ecce ſanguis teſtamenti, quod diſpoſuit Dominus ad vos præceſſerant verba hæc & ſacrificauerunt victimam ſalutaris Deo, quod typum ſacrificij noſtri corporis & ſanguinis Chriſti obtulerant Iudæi dixit Moſes & ſacrificauerunt victimam

ſalutaris Deo,ideſt,typum victimæ ſalutaris,ideſt,Chriſti, nam ſalutare Dei dici Chriſtum docent litteræ Apoſtolicæ & Euangelicæ: Nunc dimittis ſeruum tuũ Domine, quia viderunt oculi mei ſalutare tuum.

Ad Galatas.4. Eſaiæ.54.

Vulgata.

115 *Lætare ſterilis quæ non paris erumpe & clama quæ non parturis quia multi filij deſertæ magis quam eius quæ habet virum.*

Lectio Hebrea. רָנִּי עֲקָרָה לֹא יָלָדָה ‸ פִּצְחִי רִנָּה וְצַהֲלִי
לֹא חָלָה ‸ כִּי רַבִּים בְּנֵי שׁוֹמֵמָה מִבְּנֵי
בְעוּלָה

Lxx. lætare ſterilis quæ non parturis erumpe &
εὐφράνθητι στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα ῥῆξον καὶ
clamor quæ non parturis qm̃ multi filij
βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα
deſertæ magis quã habentis virum.
τῆς ἐρήμου μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα.

Paulus.

lætare ſterilis quæ non paris erũpe
εὐφράνθητι στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα ῥῆξον
& clama quæ non parturis qm̃ multi
καὶ βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα ὅτι πολλὰ
filij deſertæ magis quã eius quæ habet
τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης
virum.
ἄνδρα.

Citatur hic locus iuxta tranſlationẽ Lxx.

Ad Galatas. 4. Geneſeos.21.

Vulgata.

116 *Eijce ancillam & filium eius,non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ.*

Lectio hebræa. גָּרֵשׁ הָאָמָה הַזֹּאת וְאֶת בְּנָהּ ‸ כִּי לֹא
יִירַשׁ בֶּן הָאָמָה הַזֹּאת עִם בְּנִי עִם יִצְחָק׃

Lxx. eijce ancillam & filium eius
ἔκβαλλε τὴν παιδίσκην καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ
non enim nõ heres erit filius ancillæ
οὐ γὰρ μὴ κληρονομήσει ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης
cum filio meo Iſaac.
μετὰ τοῦ υἱοῦ μου Ἰσαάκ.

Paulus.

eijce ancillam & filium eius
ἔκβαλε τὴν παιδίσκην καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς
non enim non erit hæres filius ancillæ
οὐ γὰρ μὴ κληρονομήσει ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης
cum filio liberę.
μετὰ τοῦ υἱοῦ τῆς ἐλευθέρας.

Citantur hæc verba iuxta tranſlationem Lxx. Excepto quod pro cum filio meo Iſaach, dixit Diuus Paulus:cum filio liberæ.

Ad Epheſios.4. Pſal.67.

Vulgata.

Propter quod dicit aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem dedit dona hominibus. 117

Lectio hebræa. עָלִיתָ לַמָּרוֹם שָׁבִיתָ שֶּׁבִי ‸ לָקַחְתָּ
מַתָּנוֹת בָּאָדָם ‸

Lxx. aſcendiſti in altum captiuam duxiſti captiuitatem accepiſti dona in hominibus.
ἀνέβης εἰς ὕψος ᾐχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν ἔλαβες δόματα ἐν ἀνθρώποις.

Paulus.

aſcendens in altum captiuam duxiſti captiuitatem & dedit dona hominibus.
ἀναβὰς εἰς ὕψος ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν καὶ ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις.

Hoc

HOc teſtimonium citat Paulus iuxta tranſlationem Lxx tantum perſonam ſecundã mutat in tertiam & [illegible] conſcendiſti [illegible] conſcendens, vt aſcẽſionem Domini ob oculos poneret & triumphum veterum Patrum quos in cælos ducebat, mutat tamen, pro, accepiſti dona in hominibus, quæ phraſis hebræa eſt, pro, accepiſti dona pro hominibus, vt dares ea hominibus, interpretatur D. Paulus, peracta œconomia redẽptionis dedit dona hominib⁹, dixi enim D. Paulum ſecundam perſonam mutare in tertiam, peracta ergo redemptione ſignificat D. Paulus Chriſtum Dominum dona quæ acceperat pro hominibus tranſmiſiſſe in homines ducens ſanctos patres in regna cæleſtia, interpretatur enim hunc locum de aſcenſione Domini in cælum & de liberatione ſanctorũ patrũ qui in limbo captiui tenebantur, & eorum in regna cæleſtia tranſmiſsione, conſule nouos tranſlatores & nouos ſcholiaſtes quoſdam ad Iudaicas fabulas hæc videas relata & ad hiſtorias quę nuſquam ſunt: fingunt enim hiſtorias quę nuſquã cõpareant vt noſtra perturbẽt, & noſtri aduerſarij, vt nobis verba dent typice de Chriſto aiunt, de quo ſupra diximus, illud tamẽ notandũ ſummopere eſt D. Paulum in quo Chriſtus loquitur agere interpretẽ & Cõmentatorẽ tranſlationis Lxx, & quod ꝓpheta dixit: Accepiſti dona in hominibus, ideſt, pro hominibus peracta redẽptione dixiſſe Paulum: Dediſti dona hominibus, aditũ ad regna cæleſtia, ſcilicet. Nã quomodo acceperit dona Dominus quæ tranſmitteret in homines. Athanaſius contra Arianos oratione ſecunda ſuſe & diuinitus exequitur, interpretans illud: Attollite portas Principes veſtras, vbi non putat tantum exaltari filium ſecundum humanitatem, qui Deus eſt altiſsimus nos etiã putat exaltari in ipſo, portæ cælorum, inquit, clauſæ non erant Chriſto vt pote Domino & conditori omnium, ſed propter nos ſcriptum eſſe hoc ait quibus Paradiſi porta occluſa fuit. Et cætera quæ eo loci ait. Non ergo, vt quidam aiunt, hoc loco Paulus diſcrepat à lectione hebræa, ſed lectionẽ hebræam interpretatur diuinitus tanquã Spiritus S. organũ per quod Spiritus S. nos interpretationẽ ſcripturæ docet, & factus eſt trãſlationis Lxx virorum interpres, quæ tanta dignitas eſt tranſlationis Lxx, vt par ei nulla alia poſsit eſſe.

Ad Epheſios cap. 5.

Propter quod dicit ſurge qui dormis, & exurge à mortuis & illuminabit te Chriſtus. Vulgat. 118

HVnc locum ex Apocryphis citatũ aiunt, quod ſupra refutauimus ex D. Hieronymo & ex Origene; Quomodo tu, inquies, hæc defendis quando nec ſcriptura græca, nec hebræa, nec Latina hæc verba præferunt, & quidquid eſt extra ſcripturam hebræam, græcam latinã apocryphum eſt iuxta ſanctorum Patrũ canonẽ: ita eſt & ſi tu Iudæis largiaris lectionem hebręam eſſe caſtigatiſsimam, ita vt neque littera neque punctum ex ea deſit, inficiari non poteris hoc, & alia plæraque quæ in litteris Euangelicis & Apoſtolicis citantur Apocrypha eſſe quippe in ſcriptura ſacra non reperiuntur & quidquid non reperitur in ſcriptura ſacra apocryphum eſt, quomodo igitur vetat hoc dicere Hieronymus, Origenes, & alij, vt ſupra diximus? nempe quod Hieronymus, Origenes, Iuſtinus, Tertullianus, & apertius Chryſoſtom⁹ plæraque ex ſcriptura quæ Chriſtum manifeſte ſonarent à Iudæis reſecta teſtantur ex ſcriptura ſacra & addit Chryſoſtomus Iudęorum negligentia plæraque ex ſcriptura ſacra intercidiſſe, in rem præſentem lectorem adduximus, vt ſuis oculis id quod dicit Chryſoſtomus cerneret in rebus quæ duobus locis hebraice verbis eiſdem ſcriptæ ſunt, vbi ſupina Iudæorum negligẽtia orationes integræ quæ in altera parte

ſunt deſunt in altera parte nequam ignorarent, illic ergo ſpecta quot orationes negligentia Iudaica in lectione hebræa deſint, de quibus libro ſecundo. cap.63.multa diximus. Ergo ſi malitia Iudaica aut negligentia ex lectione hebræa excidere quædam ex tranſlatione Lxx continuo ne apocrypha fient ſi citata erunt à noſtris Apoſtolis & Euangeliſtis? minime,canonica ſunt,& ex canonicis litteris citata neque malitia neque negligentia Iudaica facere poteſt vt non ſint canonica. Qui ſcis tu, inquies, in ſcriptura fuiſſe hæc teſtimonia citata ab Apoſtolis & Euangeliſtis quæ nunc in ſcriptura non reperiuntur? ſcio multa ex ſcriptura malitia Iudaica fuiſſe ex puncta,ſcio plæraque Iudaica negligentia intercidiſſe, qua de re totus huius operis liber ſecundus eſt conflatus, ſcio rurſum ſpiritum ſanctum qui per ora Apoſtolorum eſt loquutus impoſtoré non eſſe neque deceptorem, ſcio Apoſtolos & Euangeliſtas quod aiunt ſancti Patres frequentiſsimè teſtes eſſe veritatis non mendacij, & cum aiunt ſcriptũ eſt, vere ſcriptum fuiſſe, vere inſcriptũ fuiſſe ſcriptum neque fuiſſe mentitos; At quidam, inquies, veteres hæc teſtimonia ex Apocryphis fuiſſe ſumpta teſtantur:ita eſt quod perſuaſerant illis Iudæi hebræos codices eſſe caſtigatiſsimos,ita vt ex eis neque punctum neque littera deeſſet, & ſi hoc haberetur pro certo non poterant diffiteri illa teſtimonia quæ in ſcriptura ſacra non reperirentur ex Apocryphis eſſe deſumpta, quanquam feciſſent cautius ſi negaſſent ſe ſcire vbi eſſent illa teſtimonia neque largirentur eſſe apocrypha,Nam & Ariſtoteles quæ vera eſſe nouerimus tenenda eſſe mordicus docet, etiam ſi argumẽta propoſita ex parte diuerſa diſſoluere non poſsimus, & Chryſoſtomus pene dixerim impium putat inquirere in dicta diuina, ſat eſſe debuiſſet Spiritũ ſanctum per Apoſtolos & Euãgeliſtas ſuos dixiſſe ſcriptum eſſe vt putarent in ſcriptura ſacra,ſcriptum fuiſſe,Nam ſi quid extra ſcripturam citãt ipſi Apoſtoli addunt vnde citant.

Ad Epheſios cap. 4. Pſalmo.4.

Iraſcimini & nolite peccare. Vulga.

119

רגזו ואל תחטאו Lectio hebræa.

iraſcimini & non peccetis.
ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. Lxx.

D. Paulus.

iraſcimini & non peccetis.
ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε.

Citatur hoc teſtimonii iuxta tranſlationem Lxx ad verbum, ille alter vertit hunc locum iuxta ſententiam R. D. neque meminit D. Pauli, neque Chriſti in D. Paulo loquentis, ſi vertiſſet iuxta tranſlationem D. Pauli & meminiſſet tranſlationis R. D. ſi placeret, non ducerem magnopere improbandum,at quod rabinos ſequatur, nec D. Pauli faciat mentionem probari mihi nullo modo poteſt.

Ad Epheſios. 5. & Geneſeos.2.

Propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ & erunt duo in carne vna. Vulgat. 120

על כן יעזב איש את אביו ואת אמו ודבק באשתו והיו לבשר אחד׃ Lectio hebræa.

cauſa huius relinquet homo patrẽ
ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα Lxx
ipſius & matrem & adhærebit
αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα καὶ προσκολληθήσεται
ad vxorem ipſius erunt duo in
πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς
carne vna.
σάρκα μίαν.

Paulus.

propter hoc relinquet homo patrem
ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα
& matrem & adhærebit ad vxorem
καὶ τὴν μητέρα καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα
ipſius & erunt duo in carne vna.
αὐτοῦ καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.

Citantur

Citantur hæc verba iuxta tranſlationem Lxx tantum omittuntur quædam verba non neceſſaria, & pro; eneccom tutu, dicitur, anti tutu; idem ſignificans, ſi valeret illud vt nobis quidam ex noſtris perſuadere conantur lectionem hebræã eſſe caſtigatiſsimam; ideò, expungenda eſſent ex lectione Apoſtolica & caſtigandus eſſet Apoſtolus quod citaſſet duas illas voculas quæ hebraice non ſunt, caſtigandus & Matthæus Euangeliſta qui hæc quoque citat iuxta tranſlationem Lxx, & citat ea quæ hebraice non ſunt, & Marcus quoque Euãgeliſta in ordinem eſſet redigendus qui cap. 10. hoc quoque teſtimonium citat iuxta Lxx. Non ſinat hoc Deus vt Apoſtoli & Euangeliſtæ ad normam hebrææ lectionis caſtigentur, vt manus Iudaica perfida aut negligens noſtrorũ Euangeliſtarum & Apoſtolorum ſit mẽſura & regula, ſed potius iuxta canonẽ præſcriptum à D. Hiero. & ab Euſebio Apoſtoli, & Euangeliſtæ ſint hebrææ lectionis canon & menſura.

De locis veteris teſtamenti citatis à D. Paulo in Epiſtola ad hebræos, & cur iuxta Lxx viros citentur.

Iam hoc loco bona parte laboris liberari poſſemus, confeſſa nanque res eſt hac Epiſtola D. Pauli ad hebræos omnia teſtimonia ſcripturæ iuxta tranſlationem Lxx citari & inde negari à quibuſdam hanc ad hebræos Epiſtolam D. Pauli eſſe quod hebræus & ad hebræos ſcribens teſtimonia citet non iuxta lectionem hebręam ſed iuxta Lxx virorum interpretationem, vbi duo hæc ſolebam non ſatis admirari alterum quod contra lectionem hebræam diſtingueretur Lxx virorum tranſlatio, quaſi vero tranſlatio Lxx virorum diſcreparet ab hebræa ædítione excepto ſi quando tranſlatio Lxx ſit commentarium ſcripturę aut paraphraſis aut ſcholiũ quod citet S.S. aut vitium aliquod ſit in ſcriptura hebræa, alterum illud erat quod meum animum ſemper magna imbuit admiratione animaduerſum eſſe D. Paulum in Epiſtola ad hebręos ſemper citaſſe Lxx viros in alijs Epiſtolis non item, cum nemo poſsit teſtimonium vllum ex veteri teſtamento citatum à D. Paulo oſtendere iuxta æditionem hebræam citari, & non iuxta tranſlationẽ Lxx quod vſq; adhuc ex omnibus Pauli Epiſtolis eſt cõmonſtratũ, & hoc ita fuiſſe futurũ quiuis videre poſſet ſi rectã ineat rationẽ oſtendimus lib. 1. duo fuiſſe inſolubilia argumenta noſtra ſanctæ fidei, miracula, & prophetias, & poſtquã diſitũ eſt in Eccleſia tam crebrè fieri miracula, vnũ fuiſſe reliquũ ſignũ inſolubile credibilitatis noſtræ fidei ſanctę, prophetias cũ hoc ita ſit, quęro vtrũ hoc ſignũ inſolubile & euidens credibilitatis noſtrę fidei ęquũ erat hebræa lingua citari quã nemo intelligeret, an græca quę eo tẽpore omnibus nationibus communis erat, ſi dicas hebręa lingua debuiſſe citari contra ſtat Rhetoricę ratio & Dialecticę quæ negant, incertis dubia & quæ in quęſtionẽ vocantur obſcuris debere probari, & publica lex hominũ naturaque continet hoc fas vt quę probare velis rebus manifeſtis & certis probes. Nõ erat igitur citãda ęditio hebręa quã nemo intelligeret, legeret nemo, vt noſtris tẽporibus ego ridiculus eſſem ſi cũ aliquid vellem docere gręca lingua vterer aut hebręa quas nemo intelligeret, dilaberẽtur auditores & multũ riderer, quī minus ſi Apoſtolus Chriſtũ prędicãs ad probãdũ Chriſtũ veniſſe Deũ & Dei filiũ hebraicè loqueretur vbi intelligeret nemo, auditores cachinnos tollerẽt & abirẽt, Nã vt ſis ſciẽs inter nationes infideles maximã partẽ, vt docet Lactãtius, per prophetias effectũ eſt, vt Chriſto crederẽt cũ audiſſe ꝓphetias ꝙ ait D. Hier. intellexiſſe erãt, tã planè à Lxx plurimę de Chriſto ꝓphetię loquãtur, vt nationes à prędicatorib⁹ verbi iuberẽtur ſynagogas Iudęorũ ad quas omnib⁹ patebat

aditus intrare in quibus ſcripturæ iuxta tranſlationem Lxx legerentur, Expoſito re non eſſe opus audirent tantum per attente, & credituros eſſe Chriſto, hoc prodidere veteres, hoc multo credibilius eſt quam citari prophetias hebraicè citarent, inquies, Apoſtoli iuxta lectionem hebræam & ipſi Apoſtoli ſuis verbis interpretarentur, & hoc diſceptemus verũ præſtabilius ad eam rem quã molirentur Apoſtoli, ſuis verbis citare prophetias, an alienis? vocabant Apoſtoli & Euangeliſtæ ad fidem infideles nationes & Iudæos, non ne ſi ſuis verbis transferrent prophetias aduerſum ſe Iudæorum & nationum mouerent cachinnos ridiculi, cum vero tranſlatione Lxx vterentur quæ in Iudæorum ſynagogis eo tempore legeretur quo intrare infideles iubebantur, vt audirent & ſibi crederent cum à Iudæis auribus exciperent prophetias quas intelligerent prædixiſſe quæ à prædicatoribus verbi de Chriſto dicerentur quæro an quicquam hoc plus virium ad conuertendos infideles habere poſſet? quæro an quicquam habere tantum robur poſſet quantum habebat cum quod ab Apoſtolis audierãt nationes ipſi in prophetis legerent iuxta tranſlationem Lxx. Age Catechiſmus non id agebat, vt catechizati audirent ſcripturas quibus inſtruerentur ad fidẽ & Lector non inde nomen habet quod initiandis ad fidem legeret ſcripturas & eorum aures circunſonaret vnde appellatur catechiſmus à catechizin verbo græco, ſcilicet, ideſt, circunſonare aures eorum qui initiabantur ad fidem: quæro an hebræa lingua erãt initiandorum aures circunſonandæ quam intelligeret nemo, an græca, quæ communis eo tempore omnibus erat? Sed ad hebræos, (inquies) Apoſtoli hebraicè loquerentur, minime, multi atque adeo innumerabiles Iudæi toto Orbe terrarum hebraicè neſciebant ſed græce, quod olim ea lingua omnibus communis erat quin & Dominum ipſum arbitror ſæpe græcè citaſſe ſcripturam quod etiam in Iudæa vt in cæteris nationibus græca lingua vulgo vterentur frequentiſsimè, age tu diiudica: leges apud Strabonem & alios Geographos tribus Iſrael alijs nationibus fuiſſe mixtas præcipuè Galilæam, quæ ideo Galilea gentium eſt appellata, vnde Dominus Galilæus eſt nominãtus quod in illis locis potiſsimum verſaretur, quomodo igitur Iudæi gentium conuictu vterentur niſi vterẽtur omnes lingua aliqua communi dic quæſo te quomodo verum eſſet illud: Populus qui erat in tenebris vidit lucem magnam? quod de populo gentiũ qui in Galilæa habitabat dictum eſt, qui prædicante in Galilæa Chriſto videbat lucem doctrinæ, & miraculorum niſi Chriſtus etiam ea lingua vteretur quæ Iudæis & gentibus eſſet cõmunis, Dic quæſo: Cur apud Ioſephum Iudæum de antiquitate lib. 12. dicitur Ptolemæus in transferenda ſcriptura feciſſe rem vtiliſsimam Iudæis qui toto orbe erant, niſi Iudæi græca lingua vterentur, & eorum innumerabiles neſcirent hebraicè alioqui cur ſcriptura in Iudæorum Synagogis ea lingua legeretur palam niſi quod hebraicè eorum innumerabiles neſciebant, ea enim cauſa palam græcè legebatur in ſynagogis vt ſcribit Tertullianus aduerſus gentes cum de trãſlatione Lxx agit, cur ego non coniectem cum Dominus accipit librum in ſynagoga apud Lucam & legit ſpiritus Domini ſuper me græce legiſſe ſi græca interpretatio Lxx in ſynagogis legebatur, cur non mihi perſuadeam cum ſciret Dominus inter auditores cum prædicaret ipſe eſſe multos ex gentibus qui etiam ab eo ex languoribus ſanabantur græcè frequenter fuiſſe loquutum, an dabat ipſe ſuis linguarum donum, & ipſe communi lingua nõ vtebatur cũ opus eſſe videbat vt vteretur? cur apud Iudæos omnes erat tranſlatio Lxx, vt prodit Iuſtinus in Apologia ſecunda pro Chriſtianis ſi Iudæi græca tranſlatione non vtebantur, & vt prodit

idem

idem Iuſtinus in Parænetico ad græcos, vbi addit diuina prouidentia factum vt in ſynagogis Iudæorum ſeruaretur, ne in ſuſpitionem nos venire poſſemus tan quam Dei teſtamenti corruptores, & ſi quis quid diceret aduerſum nos poſtula bamus à Iudæorum ſynagogis ſcripturam aſportari quibus noſtra probaremus, quod idẽ ait Chryſoſtomus in demonſtratione quod Chriſtus ſit Deus, & Irenæus lib.3.cap.24. cur igitur Iudæi vitiatiſſimam eſſe aiunt, in promptu cau ſa eſt, propter odium Chriſti, quod Chri ſti Domini planè prædicet myſteria. Nã in ſynagogis legebatur ante Domini aduẽtum, vt leges apud Ioſephũ de antiq. lib.12.cap.2. cum facta eſt examinata eſt examinata eſt diligẽter nunquid diſcrepa et ab hebræa lectione cautũ eſt, ne poſtea ius eſſet mutandi ex ea quicquã, mentiuntur ergo Iudęi impij, Ioſepho & Ariſtææ reſpondimus iam in ſynago gis recepta & lecta, odium Chriſti fecit, vt Iudæi ei aduerſarẽtur. Non ergo tãtũ fidem Chriſti poſt crucem Domini Iudæis prædicabant Apoſtoli, ſed nationibus etiam quę inter Iudæos habitabant, gręce prædicare fidem Chriſti malebãt quod gręca lingua omnibus erat communis qua omnes loquebantur, quin in Iudæa non loquebãtur omnes hebraicè nec ſciebant Iudæi omnes hebraicè, & hinc tu collige quicunque Chriſto credis, cum inſtarent tempora Chriſti, & ſcriptura ad nationes eſſet transferenda quibus omnibus gręca lingua vulgata erat, prouidit Dominus vt omnis ſcriptura gręce transferretur, quod hebræa lingua nationibus omnibus erat ignota, quod ait Demetrius apud Ioſephum & Ariſteas, de Lxx viris agens. At Iudæi tãtum libros Pentateuchi trãſlatos à Lxx viris contendunt quid iam egregios citas authores Iudæos, hos iam in diſputatione de tranſlationibus confutauimus, multo tamen magis eos hic liber quartus, & quintus ſequens redarguunt, cũ monſtrant citatos ab Apoſtolis & Euangeliſtis non ſolum libros pentateuchi, ſed omnes prophetas omnia ſacra volumina, idque iuxta tranſlationem Lxx. Nam tempeſtate Apoſtolorum & Euangeliſtarum nulla tranſlatio græca erat ſcripturę ſanctę abſque vna interpretatione Lxx virorum, alioqui fruſtra Dominus diceret prædicate Euangelium omni creaturæ, ſi ſcripturas non haberent, quas conſulere poſſent hi qui erant crediturі, leges enim actorum capite.27. eos qui ſuſceperunt verbum cum omni auiditate, quotidie ſcripturas perſcrutari ſi hæc ita ſe haberent: quas ſcripturas inquit Auguſtinus de vnitate Eccleſiæ libro vno cap.16. de hoc loco agens, niſi canonicas legis & prophetarum, niſi eſſent conſcriptę gręce quomodo eas poſſent perſcrutari? Scrutabantur eas inquies Iudęi non nationes, imo nationes potius quę ad fidem veniebant. Iudæi verò magis aduerſus prædicatores verbi concitabant turbas. Iudæi, & nationes neceſſe habebant ſcripturas perſcrutari ea lingua quæ omnibus fere nationibus erat cõmunis quæ græca erat vt refert Cicero pro Archia poeta Nã græca inquiẽs legũtur in omnibus fere gẽtibus, Latina ſuis finibus exiguis ſane continentur, quibus verbis planum facit Cicero quamuis orbi terrarum imperaret populus Romanus, latinam linguam intra perexiguos fines fuiſſe notam, græcam vero linguam legi in omnibus fere gentibus, tranſlata ſcriptura lingua græca eſt Dei ſumma prouidentia quod omnes fere gentes græce ſcirent, & perſcrutari poſſent an ita ſe res haberent vt verbi prædicatores dicerent, quod etiam Dominus monuerat, ſcrutamini inquiẽs ſcripturas, illę enim teſtimonium perhibent de me, fruſtra moneret Dominus vt ſcrutarentur ſcripturas niſi ea lingua eſſent conſcriptæ quæ omnibus eſſet peruia, qualis græca lingua erat, Iudæos aiunt monebat Dominus vt perſcrutarentur ſcripturas non reliquos, vin ſcire quos monebat Dominus, at-

tende quid dicat Dominus, prædicate Euangelium omni creaturæ, omni ergo creaturæ præcipiebat Dominus vt ſcripturas perſcrutarentur, fruſtra præciperet niſi traderet ſcripturas veras legitimas ea conſcriptas lingua quę omnibus fere eſſet peruia. Nō ſat eſſe putabat Dominus quod ipſe diceret rerum omniũ creator & Deus verus ad ſcripturas eos remittebat vt ſuis oculis eas legerent & expenderent omnia an ita ſe haberent & poſtulas vt verbis & tranſlationi ſuorum diſcipulorum credant, nec conſulant ſcripturas? Auguſtinus eo loci ait ipſe Dominus Ieſus cum reſurrexiſſet à mortuis & diſcipulorum oculis videndum manibusque tangendum corpus ſuum offerret, ne quid tamen fallaciæ ſe pati arbitrarétur magis eos teſtimonijs legis & prophetarum & Pſalmorũ confirmandos eſſe iudicant oſtendens ea de ſe impleta quæ fuerant tanto ante prædicta, hæc Auguſt. Non dicebat ergo illa tãtum Apoſtolis vt ipſe Dominus ait ſed credituris omnibus. Igitur ſcripturam Dominus ea lingua conſcriptam dabat quæ legi ab omnibus & intelligi commode poſſet. Vbi noſtri quidam in Chriſtum Dominum ſunt iniurij quod Pſalmos fere omnes de Dauide interpretantur quos Chriſtus Dominus de ſe ait eſſe conſcriptos, typice inquiunt de Chriſto, de hac reſponſione communi ad omnia, dictum eſt dicetur alibi latius vt omittam quod ſenſum Iudaicum faciunt litteralem fere in omnibus, Eccleſiaſticum ſenſum fere faciunt ſpiritalem & allegoricum qua peſte neſcio an vlla magis exitialis poſsit eſſe tranſlatione nationes vocatæ ſunt ad fidem, & illa tranſlatione edoctæ Chriſtianiſmum, Eccleſiam intrarunt, & illam tranſlationem Apoſtoli & Euangeliſtæ fere citãt, & doctores omnes ſacri græci & latini qui Chriſti temporibus fuere proximi vſque ad noſtra tempora & ea refellunt Iudæos & hæreticos. Sed de hoc dictum eſt ſatis, dicendumque ſępe eſt.

Ex cap. 1. Epiſtolæ ad hebræos. & Pſal. 2.

Filius meus es tu, Ego hodie genui te. Vulg. 121.

בְּנִי אַתָּה ، אֲנִי הַיּוֹם יְלִדְתִּיךָ׃ Lectio Hebręa.

Citatur hic Pſalmi verſus à D. Paulo iuxta trãſlationem Lxx virorum ad verbum, & vt videas Iudæorum peruicatiam refertur à Iudæis ad Dauidem, vt Dauid dicatur filius Dei & hodie à Deo genitus, nec noſtrorum quidã hinc multũ videntur abeſſe qui Dauidi hunc Pſalmum ſentiunt accommodatum qui ſentiebat ſe eſſe typum Chriſti, quod mihi videtur, eſſe idem quod typice de Chriſto, de quo dictum ſupra eſt ſatis.

Ad Hebræos cap. 1. & 2. Regum. c. 7.

Ego ero illi in patrem & ipſe erit mihi in filium. Vulgata 122.

אֲנִי אֶהְיֶה לוֹ לְאָב ، וְהוּא יִהְיֶה לִּי לְבֵן ، Lectio Hebręa.

& ego ero ei, in patrem & Lxx.
κἀγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα καὶ
ipſe erit mihi in filium.
αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱόν.

HAEC verba citantur iuxta tranſlationem Lxx à D. Paulo & explanantur de duabus perſonis diuinis, Vatablus contra vertit. Ego ero illi vt pater, ille erit mihi vt filius, vt eludat tranſlationem quam ſequitur Diuus Paulus, & interpretationem de duabus perſonis diuinis, & vt filio Dei auferat filiationem ne dicatur filius, neque quod ait Eraſmus, ab illo multum abludit: Ego ero illi loco patris, & ille erit mihi loco filij, ſenſus enim eſt longè diuerſus, vt citat Diuus Paulus, Ego ero illi in patrem, & ille erit mihi in filiũ. Nam, leab, in patrem ſonat, Ego ero ei in patrem, &, leben, in filiũ, Ego ero ei

in

in filium, interpretari poſtea licet. Ego ero illi pater, & ille erit mihi filius, ſed proprietas ſermonis hebræi ſeruáda eſt, Nam Hiere. 31. ait Dominus: Ego ero ei leheloim, id eſt, in Deum, & ipſi erũt mihi leham, in populũ. Ego ero illis Deus, & ille erit populus meus, ait Eraſmus; No putetur Chriſtus adoptiuus filius, ridiculum, putaret nobis dare verba? nẽ pater quidem adoptiuus dicet filio quẽ adoptarit: Ego ero ei loco patris, neque ille erit mihi loco filij, Nam ego ero ei loco patris, idem eſt cum illo, Ego ero ei vt pater, vt vertit Vatablus, & ille erit mihi loco filij, idem eſt cum illo quod vertit Vatablus: Ille erit mihi vt filius; vt patri detrahere videatur paternitatẽ, & filio filiationem, vterque certè filiationem & diuinam naturam filio Dei aufert, & Patri paternitatem, ex hoc loco & D. Paulum refellit. Nam qui dicit alicui: Ego ero tibi vt pater vel loco patris, ſignificat ei ſe non eſſe patrem, ſe præſtaturum ſe ei Patris officia. Refellit igitur vterque Pauli interpretationem.

Ad Hebræos cap. 1. Pſal. 96.

Vulg. 123. *Adorate eum omnes Angeli Dei.*

Lectio hebræa. הִשְׁתַּחֲווּ לוֹ כָּל אֱלֹהִים׃

Lxx. adorate eum omnes angeli eius.
προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ.

Paulus.

adorate eum omnes angeli Dei.
προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες οἱ ἄγγελοι θεοῦ.

QVod Lxx tranſtulere: Adorate eum omnes Angeli eius, citat D. Paulus eodem modo: Adorate eum omnes Angeli Dei, vbi duplex erat ambiguitas; alteram quod, elohim, Deos ſignificat & Angelos, vt in illo: Minuiſti eum paulò minus, ab Angelis, pro Angelis hebraicè eſt, helohim Lxx in hoc loco, elohim, Angelos ſunt interpretati, & illã ſuſtulere ambiguitatem, idque pr[illegible] Paulus aut Spiritus ſanct[illegible] potius q[illegible] in Paulo loquebatur D. Paulus n[illegible]s docet hoc Pſalmo introduci Primogenitum Dei in orbem terrarum, & [illegible]eri adorari ab omnibus Angelis Dei ſecundum humanitatem: Lxx dixerant: Adorent eum omnes Angeli eius, creati, ſcilicet, ab illo quod ipſe eos creauerat, & ei ſeruiebant omnes ſecundum diuinitatem, videntur enim legiſſe, Heloau. Angeli eius quod apparet ea eorum tranſlatione iuxta canonem præſcriptum à Diuo Hieronymo quo docemur ex tranſlatione cuiuſque agnoſcere quam quiſque lectionem hebræam ſit ſequutus D. Paulus pro omnes Angeli eius citat veluti interpretans, id eſt, omnes Angeli Dei ne quiſquam ad dæmones referre poſſet, vt Vatablus, & alij ad dæmones referunt, & ad ſydera & ad aſtra. Plus multo eſt ſi dicas adorari Chriſtum ab Angelis Dei quam ſi à dæmonibus dicas adorari & à ſyderibus.

Ad Hebræos cap. 1. Pſalmo. 103.

Qui facit Angelos ſuos ſpiritus & miniſtros ſuos flammam ignis. Vulg. 124.

עֹשֶׂה מַלְאָכָיו רוּחוֹת, מְשָׁרְתָיו אֵשׁ לֹהֵט׃ Lectio hebræa.

Lxx. faciens angelos ſuos ſpiritus &
ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα καὶ
miniſtros ſuos ignis flammam.
τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλεγα.

Paulus.

faciens angelos ſuos ſpiritus &
ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα καὶ
miniſtros ſuos ignis flammam.
τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα.

HIc verſus citatur à D. Paulo iuxta tranſlationem Lxx ad verbũ ſæpe tamẽ conqueſtus ſum tranſlationem Lxx per noſtros quoſdam à Iudæis ſubinde mutari qui, pro flãmã ignis, quod citat D. Paulus, mutarunt ignẽ vrẽtem,

ſed

ſed idē ſignificat, ſed idē ſignificat vtraq; lectio, tamen iniurium eſt tertio quoq; verbo D. Paulum caſtigari à neſcio quibus, hebraice aiunt eſt ignem vrentē, & non eſt flammam ignis, ergo ſi Iudæus vnam litteram mutat continuo noſter Apoſtolus, & Euangeliſta noſter atque adeo ipſe Dominus erit caſtigandus, hebraicè eſt להט vrentem, muta poſtremam litteram & ſcribe להב, & dices flammam אש ignis. Hoc eſt quod dicere ſoleo mutat Iudæus vnam litteram & protinus in clamores illos erūpit vulgatos: veritas hebraica, veritas hebraica, cum potius ſit Iudaica perfidia. Addit Eraſmus in illo: Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, vocem illam ſuos ſuperaſſe; Cū ſit apud D. Paulum & apud Lxx græcè, & cum ſit hebraicè.

Ad Hebræos cap. 1. Pſalmo. 44.

Vulga. *Thronus tuus Deus in ſæculum ſæculi*
125. *virga æquitatis virga regni tui.*

Lectio Hebręa. בִּסְאֲךָ אֱלוֹהִים עוֹלָם וָעֶד שֵׁבֶט מִישׁוֹר שֵׁבֶט מַלְכוּתֶךָ

Lxx. thronus tuus Deus in ſæculum ſæculi
ὁ θρόνος σου ὁ θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος
virga æquitatis virga regni tui.
ῥάβδος εὐθύτητος ῥάβδος τῆς βασιλείας σου.

Paulus.

thronus tuus Deus in ſæculum ſæculi
ὁ θρόνος σου ὁ θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος·
virga æquitatis virga regni tui.
ῥάβδος εὐθύτητος ῥάβδος τῆς βασιλείας σου.

HIc verſus citatur iuxta tranſlationē Lxx dubitat Eraſm⁹ hoc loco vtrū Deus vocandi caſu ſit, vt ſit, O Deus thronus tuus in ſęcuū ſæculi, &c. Et hoc magis videtur probare vt ſit apoſtropha ad Deum & ſit ſenſus: O Deus tu in ſempiternum regnas & regnum tuum in ſæculum ſæculi eſt, quæ reſponſio Iudæi illius eſt apud Originem contra Celſum lib. 1. cum illum Origenes vehementer premeret hoc verſiculo & probaret Chriſtum eſſe Deum & regnare in æternum cum ab initio Pſalmi ad Chriſtum verba fiant, & poſtrēmo adduntur hæc verba quibus dicitur: O Deus Chriſte ſedes tua in æternum &c. Vel ſedes tua, ò Chriſte, Deus pater eſt in æternū. Quia in patre eſt filius, & in filio pater, quibus dictis, inquit Origenes, viſus eſt admodum vrgeri Iudæus ille qui tunc ſapiens haberetur, & hæc ipſa velut hæſitabundus & dubius animi ſuæ & Iudaicę religioni conſentanea duxit dicere ad vniuerſorum Deum hæc referri, ſequentia vero ad Chriſtum: Dilexiſti iuſtitiam, odiſti iniquitatem, &c. Itaque Eraſmus & noſtri aduerſarij hanc huius Iudęi ſententiam videntur tueri, & eam anteferre ſanctorum patrum ſententię & D. Pauli interpretationi, ſed quando D. Paulus hunc locum de filio Dei interpretatur, mea quidem ſententia, aduerſari D. Paulo in quo Chriſtus loquitur impium eſt, nec vacat errore omnibus ſanctis patribus aduerſari, nec ſententia cohęret cum ſuperioribus, cum à principio huius Pſalmi de dilecto filio Dei verba fiant ſecundum noſtros, ſecundū Iudęos vero de Solomone, igitur hęc verba quę conſequuntur ſuperiora quę de dilecto filio Dei erant ad eundē Dei filium referantur oportet, vt ſedere & regnare Deus in ęternum dicatur, aut Deus ſempiternus perhibeatur eius eſſe ſedes, quod vel inde apparet, quod Iudęi qui ad Solomonem hunc Pſalmum referunt confiteantur Solomonem hoc loco Deum appellari, quod dictu eſt nefas, confitentur ergo ſi de Chriſto hic Pſalmus dicatur Chriſtum hoc loco appellari Deum, & Chriſti ſolium regale eſſe ſempiternum & in ſęculum ſæculi vnde hoc loco D. Hieronymus ad Principiam virginem prodidit Aquilam Iudęum contempta ratione grammaticę perſpicuitatis cauſa vertiſſe ſedes tua Dee in ſęculum ſęculi, vt omnibus perſpicuum eſſet caſu vocādi dici per atthicismum

ciſſimum per quem nominatiuus ponitur pro vocatiuo, ô Deus, vt is ad quem ſermo fit Deus dicatur. Denique Iudæi ad vniuerſorum Regem hæc dicta putant. Diuus Paulus tamen & ſancti Patres referunt hæc ad Chriſtum Dominum qui Deus hoc loco ſempiternus dicitur & vniuerſorum Deus ſempiternus eſt, ita quod, ait Hieronymus Iudæi plærunque ſcripturam Chriſtianè interpretantur, contra vero quidam ex noſtris eandem interpretantur Iudaicè.

Ad Hebræos. 1. Pſalmo. 44.

Vulgata.

126. *Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis.*

Lectio hebræa.

אָהַבְתָּ צֶּדֶק וַתִּשְׂנָא רֶשַׁע ‸ עַל־כֵּן מְשָׁחֲךָ
אֱלוֹהִים אֱלֹהֶיךָ שֶׁמֶן שָׂשׂוֹן מֵחֲבֵרֶךָ

Lxx.

dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem
ἠγάπησας δικαιοσύνην καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν
propter hoc vnxit te Deus Deus tuus
διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ θεὸς ὁ θεὸς σου
oleo exultationis præ participibus tuis.
ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου.

Paulus.

dilexiſti iuſtitiam odiſti iniquitatem
ἠγάπησας δικαιοσύνην ἐμίσησας ἀνομίαν
propter hoc vnxit te Deus Deus tuus
διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ θεὸς ὁ θεὸς σου
oleo exultationis præ participibus tuis.
ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ μετόχους σου.

DE his duobus locis dictum eſt abũdè libro primo cap. 38. & libro. 3. hoc loco reſtat, vt dicamus citatos eſſe hos verſus iuxta tranſlationem Lxx ad verbum à Diuo Paulo declaratas duas perſonas diuinas atque adeo tres ab eodem Diuo Paulo hoc loco & patris vngentis & filij vncti, & Spiritus ſancti quo filius eſt vnctus à patre, vt interpretantur omnes veteres patres vt locis ſupracitatis eſt commóſtratum. Eſt tranſlator qui hæc cótra rationẽ lectionis hebrææ & lectionis græcæ & latinæ tranſtulerit. Propterea vnxit te Deus tuus, & prætermiſit in lectione hebræa & in græca vnam dictionem, vbi legitur, vnxit te Deus Deus tuus, idque apparet factum vt hic locus & ſuperior referatur ad Solomonem.

Ad Hebræos. 1. Pſalmo. 101.

Et tu in principio Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarũ ſunt cæli, ipſi peribunt tu autem permanebis, & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent, & velut amictum mutabis eos & mutabuntur, tu autem idẽ ipſe es, & anni tui non deficient. Vulg. 127.

Lectio hebræa.

לְפָנִים הָאָרֶץ יָסַדְתָּ ‸ וּמַעֲשֵׂה יָדֶיךָ
שָׁמָיִם׃ הֵמָּה יֹאבֵדוּ &c.

Lxx.

in principio tu domine terram fundaſti
κατ᾽ ἀρχὰς σὺ κύριε τὴν γῆν ἐθεμελίωσας
& opera manuum tuarum ſunt cœli ipſi
καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοί αὐτοὶ
peribunt tu autem permanes & omnes
ἀπολοῦνται σὺ δὲ διαμενεῖς καὶ πάντες
vt veſtimentum veteraſcent & ſicut amictum
ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον
mutabis eos & mutabuntur,
ἑλίξεις αὐτοὺς καὶ ἀλλαγήσονται
tu autem idem es & anni tui non
σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ
deficient.
ἐκλείψουσι.

Paulus.

& tu in principio domine terram fundaſti
καὶ σὺ κατ᾽ ἀρχὰς κύριε τὴν γῆν ἐθεμελίωσας
& opera manuum tuarum ſunt
καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν
cœli ipſi peribunt tu autem permanes
οὐρανοὶ αὐτοὶ ἀπολοῦνται σὺ δὲ διαμένεις
& omnes vt veſtimentum inueteraſceus &
καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται καὶ
velut amictum mutabis eos & mutabuntur
ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς καὶ ἀλλαγήσονται
tu autẽ idem es & anni tui
σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ καὶ τὰ ἔτη σου
non deficient.
οὐκ ἐκλείψουσι.

Omnes

OMnes hi verſus citantur à D. Paulo iuxta tranſlationem Lxx ad verbũ, cum vir quidam doctus mihi amicus & familiaris hæc verſaret manibus, & velociter quaſdam annotationes oculis percurriſſet, Non videris mihi, inquit, hoc libro quod pollicitus es præſtare, intellexi enim ex his quæ velociter oculis rapui te confiteri quam plurima ita congruere cum lectione hebræa, vt nihil in lectione hebræa vitij eſſe demonſtres profeſſus fere nullum locum eſſe de Chriſto in veteri teſtamẽto, vbi fraude Iudaica non ſit aliquid vitij, tum ego riſi, ſi bene attendiſſes inquam Iudaicas fraudes dupliciter fieri oſtendi ex ſanctis Patribus aut manu aut interpretatione, manu cũ mutatur diſtinctio aut punctum aut littera, aut ſyllaba, aliud ve interpretatione cum prophetiæ de Chriſto alio deflectuntur, auertuntur à Chriſto, & tam graue malum eſt hoc quam illud quod manu vitiatur ſcriptura, ergo hunc Pſalmum & alios aliter interpretantur quam D. Paulus D. Pauli nulla fit mentio, in quo Chriſtus loquitur, cui verba dictat Spiritus ſanctus, cum totus Pſalmus eo referendus eſſet quo locus hic quem interpretatur D. Paulus refertur iuxta canonem ſcripturæ interpretandæ de quo ſæpe dictum eſt, hi verſus explanantur à D. Paulo de filio Dei eo antecedentia quæ poſſent erant referenda, nihil minus faciunt quando ad Dauidem referunt Vatablus & alij.

Ad Hebræos. 1. Pſal. 109.

Vulga. 128. *Sede à dextris meis quo ad vſq; ponam inimicos tuos ſcabellũm pedum tuorũ.*

Lectio Hebrea. שֵׁב לִימִינִי ^ עַד אָשִׁית אֹיְבֶיךָ הֲדֹם לְרַגְלֶיךָ׃

¶ Refellit hoc loco D. Paulus Iudaicas interpretationes eum dicit ad quem Angelorum dixit aliquando, Sede à dextris meis, quo argumento concludit ad ſolum Chriſtum hæc verba poſſe referri. Nihilominus proteruia Iudaica eo eſt progreſſa vt ad Dauidem referar, vt D. Paulo reſponderi poſsit non ſolum ad Angelos hoc dici potuit ſed ad Dauidem quoq; eſt dictum: de hoc verſu dictum eſt libro primo, & libro. 3.

Ad Hebræos cap. 2. Pſal. 8.

Vulgata.

Quid eſt homo quod memor es eius, aut filius hominis quoniam viſitas eum, minuiſti eum paulo minus ab Angelis gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum, omnia ſubiециſti ſub pedibus eius. 119

Lectio Hebrea. מָה אֱנוֹשׁ כִּי תִזְכְּרֶנּוּ ^ אָדָם כִּי תְפַקְדֶנּוּ &c.

Lxx.

quid eſt homo memor es eius vel
τί ἐστιν ἄνθρωπος ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ ἢ
filius hominis quõ viſitas ipſum
υἱὸς ἀνθρώπου ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν
minuiſti eum paulominus ab angelis
ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ᾽ ἀγγέλους
gloria & honore coronaſti eum & conſti-
δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτὸν καὶ κατέ-
tuiſti eum ſuper opera manuum tuarũ
στησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου
omnia ſubiecisti ſub pedibus eius.
πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ.

D. Paulus.

quid eſt homo quõ memor es eius
τί ἐστιν ἄνθρωπος ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ
aut filius hominis quõ viſitas eum
ἢ υἱὸς ἀνθρώπου ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν
minuiſti eum paulominus ab angelis
ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ᾽ ἀγγέλους,
gloria & honore coronaſti eum conſti-
δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτὸν καὶ κατέ-
tuiſti eum ſuper opera manuum tuarũ
στησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου.
omnia ſubiecisti ſub pedibus eius.
πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ.

Citatur

CItatur hic locus totus iuxta tranſ-
lationem Lxx virorum vt appa-
reat omnia iuxta tranſlationem Lxx ci-
tari à D.Paulo tàm in alijs locis omni-
bus quam in Epiſtola ad hebræos, ſed
maior aduerſus quoſdam conſurgit cō-
trouerſia, quod D.Hieronymus aliquā-
do dixerit hanc Epiſtolam ad hebræos à
nonnullis nō fuiſſe receptam: quid tum
ſi Hieronymus dixerit hanc Epiſtolam
à nonnullis non fuiſſe receptam ? quid
tum? ſi recepta non fuit à quibuſdam ve
riſsime hoc dicit Hieronymus, & quæ-
dam ſcripturæ partes receptæ à princi-
pio non erant, Certè reperies apud Epi-
phanium & alios omnia Pauli ſcripta à
quibuſdam fuiſſe repudiata & Iudæi &
noſtri aduerſarij nihil peius oderant D.
Pauli ſcriptis quod eccleſias Christi di-
latauerat per omnes geutes, & nomen
Chriſti per omnes nationes longe late-
que protulerat, ſed de Epiſtola Pauli ad
hebræos quæ ab initio ſub titulo Barna
bæ circunferebatur Tertullianus pro-
ximus temporibus Chriſti meminit in
libro de pudicitia, inualuit tamē illa ſen-
tentia quæ Pauli illam eſſe voluit po-
tius quam Barnabę, & ita ab Eccleſia eſt
decretum quam Spiritus S. regit, ſed ſi
Barnabæ fuiſſet, qui ſocius D. Pauli fuit
& ab Spiritu ſancto dilectus Pauli ſocius
quid minus habuiſſet authoritatis? Nam
quod Eraſmus negat Ambroſium quid-
quam eſſe commentatum in Epiſtolam
ad Hebræos, certè cùm Ambroſij operi
bus circunferuntur Ambroſij in Epiſto
lam ad Hebræos commentaria, & Ter-
tullianus ad trecentos annos antiquior
Ambroſio eius Epiſtolæ meminit, ſed
ex Epiſtolæ ſtylo, dices, dijudicat Eraſ-
mus illa commentaria Ambroſij non
eſſe: quid tum ſi hoc iudicet Eraſmus? cū
Tertullianus proximus tēporibus Chri
ſti qui à temporibus D. Pauli centum
annis non diſtabat eius Epiſtolæ men-
tionem faciat, neque commentaria Am
broſij in illam epiſtolam ad hebræos
ſunt digna, quæ improbentur, ſed alios
negare, ait Hieronymus hanc epiſtolam
D. Pauli eſſe, quod omnia teſtimonia
ſcripturæ in ea iuxta translationem Lxx
virorum citentur, cum oportuiſſet ma-
gis, vt D. Paulus hebræus ad hebræos
ſcribens iuxta hebræam æditionem ci-
tare teſtimonia, quorum ſentētiam iam
bis aut ter refutauimus, alios aiunt, ideo
negare epiſtolam ad hebræos D. Pauli
eſſe quod multa teſtimonia ſcripturæ
in hac epiſtola ad hebræos citētur, quæ
hebraice non ſint, ad hoc exemplum to
tum nouum teſtamentum reijcere Iu-
dæis licebit, quod in eo ſcripturæ teſti-
monia citentur iuxta translationē Lxx
vt in principio annotationum in hanc
epiſtolam diximus ſoſe ſatis. Magna rur
ſus, vt leges in annotationibus Eraſmi
inter Fabrum Stapulenſem, & Eraſmū
controuerſia eſt de illo: Minuiſti eū pau-
lulum ab Angelis, vtrum fuerit verten-
dum, Minuiſti eum paululū à Deo, quā
lectionem noſtrorum quidam ſequun-
tur parum morati authoritatem Diui
Pauli, & interpretationem huius loci D.
Pauli quodammodo in controuerſiam
vocare videntur, à quibus quærere vel-
lem audierint ne illud vulgatum Ariſto
telis: Oportet addiſcentem credere, &
illud D.Paulum; vas electionis, Euange-
licam tubam in quo Chriſtus loquitur,
orbis terrarum eſſe magiſtrum, ſi magi-
ſtro fidem non habes, cuius ore Spiritus
ſanctus loquitur, & Chriſt⁹ ſimul quod
Spiritus ſanctus Chriſti ſpiritus ſit, quid
dicam neſcio. Age hęc duo paucis diſce
ptemus, ſi contendas legendum: Minui-
ſti eum paululum à Deo, Primū omniū
repugnas ſentētiæ ſanctorum omnium
qui Lxx viros eo nomine commēdant,
quod doctrina tradita per manus à Mo-
ſe vſque & à Prophetis, & Spiritus S. lu-
mine quæ ambigua erant in ſcripturis
ſua interpretatione illuſtrauerunt, huic
ſententiæ illud acceſsit quod Spiritus
ſanctus eorum interpretationē ore Pau-
li comprobauit, neque ſcio quomodo
cohæreat de Chriſto Domino. Minuiſti
eum

eum paululum à Deo, ſiue ad diuinam naturam reſpicias quæ nullo modo eſt diminuta, ſiue ad humanam quæ à Deo infinitis partibus diſtat, naturæ nanque in Chriſto Domino non ſunt confuſæ, ſunt quidem hypoſtaticè vnitæ non tamen permixtæ, quod verò quidam aiũt non placere illud quod de Domino dicatur ſecundum humanam naturam. Minuiſti eum paululum ab Angelis, ridiculoſiſsimum eſt, & hominum qui in diſciplinis parum verſati eſſe videntur, quibus interpretatio Pauli æquum erat vt faceret ſatis cùm dicat: Eum autẽ qui modico ab Angelis minoratus eſt vidbesmus Ieſum propter paſsionem mortis &c. Igitur Ieſum ſecundum humanam naturam ab Angelis modicum minoratum ait Apoſtolus, quod paſsibilis fuit vt nos redimeret viator & comprehenſor ſimul, aiunt Diuum Thomam hunc locum referre ad humanam naturam Chriſti non iuxta animam ſed iuxta corpus aſſumptum, damnant quæ non intelligunt, quaſi vero D. Thomas non fuerit Philoſophorum præcellentiſsimus & Theologorum ſcholaſticorum lux & ſplendor, Chriſtum Dominum ait D. Thomas anima rationali quam aſſumpſit non in potentia ſed in actu perfectiſsimo ſupra cunctos Angelos fuiſſe quod prædita fuerit ſcientia in actu per comparationem ad agens primum, & per comparationem ad agens ſupnaturale vt cognouerit anima Chriſti illa omnia quæ per reuelationem diuinam hominibus noteſcunt ſiue pertineant ad donum ſapientiæ, ſiue ad donum prophetiæ, ſiue ad quodcunque donum Spiritus ſanctus plenius & abũdantius cæteris creaturis, ipſam tamen Dei eſſentiam per hanc ſcientiam non cognouerit quam cognouit in verbo, cognouit etiam anima Chriſti omnia quæcunque ab homine cognoſci poſſunt lumine intellectus agẽtis, vnde maior fuit ſcientia in Chriſto Angelorum ſcientiâ quantum ad cauſam influẽtem quæ cauſa prima eſt, quippe Deus, non quantum ad ſubiectum quia anima humana per plures ſpecies intelligit quam intellectus Angeli, nihilominus tamen animam Chriſti quantum ad vires inferiores, & quantum ad ipſum intellectũ qui patiatur neceſſe eſt patiente eſſentia animæ paſsibilem fuiſſe docet quod à verbo anima paſsibilis fuerit aſſumpta, vt pateretur Chriſtus pro genere humano. Hæc ergo omnia D. Thomas ad verbum opinor docet, vt quod aiunt prudenter intelligendum eſſe D. Thomam ſic intelligant neceſſe eſt, Nam ipſi certè D. Thomam non intelligunt prudenter, quod vero contendunt oſtendere non dici poſſe Chriſtum paulo minus ab Angelis imminutum & refellere rurſum Diuum Thomam conantur ſunt ridiculoſiſsimi, Vide, aiunt, quam ſit minoratus Chriſtus ab Angelis quod fuit omnium hominum abiectiſsimus opprobrium hominum, & abiectio plebis qui vſque ad famem & ſitim, vſque ad flagra, ad crucem, ad mortem denique deſcenderit, ſi verſati huiuſmodi homines in diſciplina liberali eſſent, non tantopere diſsiperent, etiam ſi nullam vnquam partem ſacræ Theologiæ attigiſſent, an non venit in mentem Platonem tertio. de. R. P. libro, & deinceps iuſtum virum qui patiatur ob iuſtitiam quanto pauperior ſit & abiectior pro nihilo habitus apud omnes, quanto per plures tractus cruciatus per plura tormenta tanto eſſe fœliciorem, magis diuinum, expreſsit enim eo loci Plato illud. Tanquam aurum in fornace probauit electos Dominus, & ſimilia, Chriſtus ergo Domin' quod vermis fuerit noſtra cauſa opprobrium hominum & abiectio plæbis quanto ſæuiores pertulit cruciatus flagra, colaphos, alapas, quãto immanius facies ſacra illa pugnis eſt cæſa ſputis ſputata & fœdata tanto maior Angelis, tanto excellentior atque diuinior ſecundum humanitatem, & propter hæc datũ eſt illi nomẽ quod eſt ſuper omne nomen,

nomen, vt in nomine eius omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infer norum. Ergò in eo tantum minoratus eſt Chriſtus Dominus ab Angelis quod mori potuit & mortuus eſt pro nobis, alia re nulla preterquã quod natura humana de ſe inferior eſt Angelica præterea, refutatis his reliquum eſt vt oſtendamus interpretationem Pauli ſolam huius loci veram eſſe & germanam & duos huius partis ſcripturæ litterales eſſe ſenſus res nota eſt alterum typi qui parum plenè huic parti congruit, veritatis alterum qui his verbis congruit plene, nunquam enim typo tam plene congruunt quædã quam ipſi veritati, vel inter nos rationem putemus, illa verba. Minuiſti eum paulo minus ab Angelis, etiam ſi natura integra hominis ante peccatum ea expendamus homini plene non congruunt, natura nanque Angelica intellectualis natura perfecta fuit, homo intellectualis naturæ fuit imperfectæ cui per ſpecies tractas à rebus ſenſibilibus erat comparãda intellectualis cognitio, alio qui corpus homini inditum non fuiſſet, Angeli natura fuere præditi omnium rerum ſcientia & cognitione & beati naturali beatitudine, quibus omnibus homo fuit inferior, Angelus immortalis fuit creatus & æternus, homo non item. Primus homo, inquies, cum cognitione omnium diſciplinarum creatus fuit & poterat non mori ſi non peccaſſet, ita eſt, ſed ea gratia ſunt conceſſa homini non natura, & aliud eſt poſſe non mori, aliud immortalem eſſe, Igitur verba illa, Modico ab Angelis minoratus eſt parum plene conueniebant primo homini, Chriſto Domino iam oſtendi conuenire pleniſsime qui ſola morte & natura humana ab Angelis eſt minoratus. Reliqua de Chriſto plene dicũtur & veriſsime, de homine parum plene. Minor enim Angelis erat etiã in integra natura peccare poterat & mori, habebat ſubiecta hæc inferiora nó omnia tñ, vt Chriſtus cuius pedib' omnia fuere ſubiecta.

Ad Hebræos cap. 2. Pſalmo. 21

Nunciabo nomen tuum fratribus meis, & in medio Eccleſiæ laudabo te. Vulga. 230

אֲסַפְּרָה שִׁמְךָ לְאֶחָי ، בְּתוֹךְ קָהָל אֲהַלְלֶךָּ׃ Lectio hebræa.

annunciabo nomen tuum fratribus meis
διηγήσομαι τὸ ὄνομα σου τοῖς ἀδελφοῖς μου Lxx.
in medio eccleſiæ laudabo te.
ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω σε.

Paulus.

annunciabo nomen tuum fratribus meis
ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομα σου τοῖς ἀδελφοῖς μου
in medio eccleſiæ laudabo te.
ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω σε.

Hic locus mutatò tantum primo verbo in aliud eiuſdem ſignificationis citatur iuxta tranſlationem Lxx. Dixi hæc omnia à Vatablo, & eius ſodalibus ad Dauidem referri qui typice aiunt ad Chriſtum commũni illa reſponſione noſtrorum aduerſariorum.

Ad Hebræos. 2. Eſaiæ. 8.

Ego ero fidens in eum. Vulga. 231

וְקִוֵּיתִי לוֹ׃ Lectio hebræa.

& fidens ero in eum.
καὶ πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ. Lxx.

Paulus.

ego ero fidens in eum.
ἐγὼ ἔσομαι πεποιθὼς ἐπ' αὐτῷ.

Vbi D. Hieronymus tranſtulit Et præſtolabor eũ Lxx vertere. Ego ero fidens in eum, & ita D. Paulus hunc locum citat iuxta tráſlationem Lxx de quo diximus in Cõmẽtarijs in. c. 8. Eſaię.

Ad hebræos. 2. Eſaiæ. 8.

Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi Deus. Vulgata 232

הִנֵּה אָנֹכִי וְהַיְלָדִים אֲשֶׁר נָתַן לִי יְהוָה Lectio hebræa.

ecce ego & pueri quos dedit mihi Deus.
ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία ἃ ἔδωκέ μοι ὁ θεός. Lxx.

Paulus.

ecce ego & pueri quos mihi dedit
ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία ἅ μοι ἔδωκεν
Deus.
ὁ θεός.

Hic quoque locus iuxta tranſlationem Lxx citatur vt diximus in Commentarijs in.8.cap. Eſaiæ.

Ad Hebræos. 3. Pſalmo.94.

Vulgata.

233. *Hodie ſi vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtra ſicut in exacerbatione ſecundum diem tentationis in deſerto vbi tentauerunt me patres veſtri, probauerunt & viderunt opera mea. Quadraginta annis, propter quod infenſus fui generationi huic, dixi ſemper hic errant corde ipſi autem non cognouerunt vias meas quibus iuraui in ira mea ſi introibunt in requiem meam.*

Lectio Hebręa. הַיּוֹם אִם בְּקֹלוֹ תִשְׁמָעוּ׃ אַל תַּקְשׁוּ לְבַבְכֶם כִּמְרִיבָה &c.

Lxx.

Hodie ſi vocem eius audieritis ne
σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε μὴ
obduretis corda veſtra vt in exacer-
σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν ὡς ἐν τῷ παραπι-
batione ſecundum diem tentationis
κρασμῷ κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ
in eremo vbi tentauerunt me patres
ἐν τῇ ἐρήμῳ οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες
veſtri probauerunt me & viderunt opera mea
ὑμῶν ἐδοκίμασάν με καὶ εἶδον τὰ ἔργα μου
quadraginta annos infenſus fui generationi
τεσσαράκοντα ἔτη προσώχθισα τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ
& dixi ſemper errant corde ipſi aut
καὶ εἶπα ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ αὐτοὶ δὲ
non cognouerunt vias meas vt iuraui
οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου, ὡς ὤμοσα
in ira mea ſi introibunt in
ἐν τῇ ὀργῇ μου εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν
requiem meam.
κατάπαυσίν μου.

Paulus.

Hodie ſi vocem ipſius audieritis ne
σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε μὴ
obduretis corda veſtra vt in exacer-
σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν ὡς ἐν τῷ παρα-
batione ſecundum diem tentationis in
πικρασμῷ κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν
eremo vbi tentauerunt patres veſtri
τῇ ἐρήμῳ οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν,
probauerunt & viderunt opera mea
ἐδοκίμασάν με καὶ εἶδον τὰ ἔργα μου
quadraginta annis offenſus fui generationi
τεσσαράκοντα ἔτη διὸ προσώχθισα τῇ γενεᾷ
illi & dixi ſemper errant corde ipſi
ἐκείνῃ καὶ εἶπον ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ αὐτοὶ
autem non nouerunt vias meas. vt
δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου ὡς
iuraui in ira mea ſi introibunt in
ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου εἰ εἰσελεύσονται εἰς
requiem meam.
τὴν κατάπαυσίν μου.

Diuus Paulus citat hunc locum iuxta tranſlationem Lxx & interpretatur diuinitus de requie quam populo ſuo pollicitus eſt Deus, neque pręſtitiſſe vſque ad ſua tempora ait Propheta, ita vt neque præſtiterit tempore Ieſu naue qui introduxit populum Dei in terram promiſsionis vt illa requies terræ promiſsionis typus eſſet & figura nõ veritas, reſtat ergo, inquit, Propheta, requies ad quam nos hodie vocat, hodie, inquiens, tot annis poſt introductum populum Dei in terram promiſsionis, Nolite obdurare corda veſtra ne ſimile accidat vobis quod patribus veſtris qui bus iuraui in ira mea ſi introibunt in requiem meam. Ergo inquit Paulus, reſtat alia requies ad quam iubet propheta præcauere ne intercludatur nobis aditus, Hoc Diuus Paulus toto cap. tertio. & quarto. multis verbis interpretatur, vt intelliget qui attente Pauli verba legerit, tota vis interpretationis Diui Pauli eſt in illis verbis. Hodie ſi vocem eius audieritis, coniunctis cum ſequentibus, vt legatur. Hodie ſi vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtra, Iudæi & noſtri aduerſarij mutant diſtinctionem & ſic hunc locum legunt contra quam præfert tranſlatio Lxx, & eccleſiaſtica lectio, & Diui Pauli interpretatio & diſtinctio. Quoniam ipſe eſt Dominus Deus noſter, nos autem populus eius & oues paſcuæ eius, hodie ſi vocem eius audieritis, & apponunt illic

illic diſtinctionem: deinde nouo principio. Nolite obdurare corda veſtra, &c. Et vt intelligas bene quam credibiliter id faciunt, Audieritis, inquiunt, id eſt, audierimus quod nullius linguæ ratio patitur, ſic Vatablus, & alij: ita eluditur prophetia, & D. Pauli interpretatio mutata orationis diſtinctione vt in Eccleſia mutare audeat quiſquam interpretationem D. Pauli in quo loquitur Chriſtus cum ipſe præceperit ſi Angelus de cælo aliter euangelizauerit anathema ſit, ſed ita D. Hieronymus diſtinxit, aiunt, fac Pſalterium illud eſſe Diui Hieronymi. Doctor eccleſiaſticus quantumuis ſit eminens contra Apoſtolum & Euangeliſtam non eſt audiendus, verum non ſolum mihi, ſed alijs quoque doctis viris ſuſpectum eſt illud Pſalterium tanquã falſo adſcriptum Diuo Hieronymo, Eraſmus ſiquidem in cap. 2. Epiſtolæ ad hebræos in illa verba. Minuiſti eum paulominus ab Angelis. Cum faber Stapuléſis dixiſſet apud hebræos haberi: Minuiſti eum paulominus à Deo, atque ita in dicaſſe Hieronymum, & adiecit, aut ſi quis alius fuit. Ergo aut Eraſmus aut Faber ſtapulenſis dubitant de authore Pſalterij quod ſub Diui Hieronymi nomine circunfertur, & multo maioris nominis & doctrinæ & religionis D. Thomas qui in Pſalmum. 9. cum citaſſet titulum Lxx virorum de occultis filij & meminiſſet tituli quem præfixiſſe videretur Diuus Hieronymus de morte filij pedem retulit. Noſtra littera, inquiens, de occultis filij præfert, & ita illum titulum eſt interpretatus, nunquam facturus ſi certum habuiſſet trãſlationem illam Pſalterij Diui Hieronymi eſſe præſertim eo loco vbi admirabilis tranſlatio illius tituli erat, nec enim eſt liber tam malus quin aliquid boni habeat, & titulus ille hebræus verti poterat de occultis filij, aut de morte filij, nunquam vir ſanctiſsimus & religioſiſſimus & humillimus Diuum Hieronymum contempſiſſet & ita præteriiſſet Diui Hieronymi interpretationem, vt ea reiecta diceret noſtra littera hoc tenet, an vir eſt Diuus Hieronymus quem omnis ſuſpexit vetuſtas, vt Diuus Thomas vir ſanctiſsimus & ſapientiſsimus eius interpretationem non veneraretur? veneraretur certe ſi certum haberet D. Hieronymi illam eſſe tranſlationem, citat Pſalterium iuxta trãſlationem Diui Hieronymi, putat igitur Diui Hieronymi eſſe, vnde valet hoc conſectarium? citamus Ciceronem ad Herennium & tamen pro certo habemus Cornificij illud opus eſſe, quot ſpurios Platonis Dialogos legimus, & citamus nomine Platonis quos ſpurios eſſe non dubitamus, quot opuſcula cum operibus Ariſtotelis circunferuntur quæ nomine Ariſtotelis excitari ſolent quæ eo nomine minus authoritatis habent quod falſo Ariſtoteli inſcripta creduntur? neque in ipſis ea leguntur authoribus quibus falſo in ſcribuntur indigna.

Ad Hebræos. 3. ex eodem Pſalmo.

Sicut in exacerbatione ſecuudum diem tentationis in deſei to. Vulga. 234

בִּמְרִיבָה כְּיוֹם מַסָּה בַּמִּדְבָּר׃ Lectio hebræa.

VAtablus & alij pro ſicut in exacerbatione, ligũt, ſicut meriba, & ,p, ſicut in die tentationis vertunt, ſicut die maſſah, feciũnt, enim, voces hebræas nomina propria contra ſententiam D. Pauli, de cætero ſenſus idem eſt.

Vulgata ibidem.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic. 235.

אַרְבָּעִים שָׁנָה אָקוּט בְּדוֹר Lectio hebræa.

HOc loco duo ſunt ad notanda, Primum illud adnotaſſe Eraſmum verba illa 40. annis, perperam eſſe diſtincta apud græcos, & male id ad notaſſe Eraſmũ. Nam apud D. Paulum, & apud Lxx

græcè hæc duo verba in quibuſdam exemplaribus ſuperioribus tribuuntur, in alijs vero tribuuntur ſequentibus, ne que refert quantum ad ſenſum tribuantur ne ſuperioribus an ſequentibus, nec erat damnanda diſtinctio eccleſiaſtica quocunque modo legeretur, nam per quadraginta annos in deſerto Iudæi tentauerunt Dominum & pœnas dedere rebellionis,& per quadraginta annos illos Dñs infenſus fuit Iudæorum illi generationi. Illud magis adnotandum erat, quod apud D. Paulum legitur offenſus fui,in eccleſiaſtico hoc Pſalmo ad inuitatorium,pro, offenſus fui, ſiue infenſus fui,legi, proximus fui generationi huic. Verbum græcum cauſa fuit huius varietatis. Nam, hacut, verbum hebræum ſignificat infenſus fui , quod Lxx, & Diuus Paulus vertere proſoctiſa,verbo græco, duplicis ſignificationis , ſignificat enim infenſus fui,& proximus fui,& inde interpres Latinus vertit offenſus fui generationi huic , & proximus fui generationi hic, cum lectione hebræa & ſimul cum lectione Lxx, & Apoſtolica magis congruit. Quadraginta annis infenſus fui : ſed congruit bene,proximus fui,quia Dominus proximus eſſe alicui dicitur cum caſtigat , & cum benefacit, vnde illud tritum apud Ezechielem: Ego ad vos, & viſitabo illos, cum Dominus ſe puniturum aliquos eſſe minatur,& magnum crimen eſt,ſi caſtigatus populus non reſipiſcat.

Vulga. 236 *Filius meus es tu , Ego hodie genuite ad Hebræos.5.Pſalmo.2.*

בְּנִי אַתָּה אֲנִי הַיּוֹם יְלִדְתִּיךָ׃

Et Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. ibidem Pſalm.109.

Lectio Hebręa. אַתָּה כֹהֵן לְעוֹלָם עַל דִּבְרָתִי מַלְכִּי צֶדֶק׃

Dictum eſt iam de his locis, & dictum eſt citatos eſſe iuxta tranſlationem Lxx,& illa quæ cap.7.citantur: Iurauit Dominus & non pœnitebit eum Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.

Ad Hebræos cap.8. Hiere.31.

Ecce dies venient dicit Dominus & conſumabo ſuper domum Iſrael,& ſuper domum Iuda teſtamentum nouum, non ſecundum teſtamentum quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manus eorum vt educerem illos de terra Ægypti,quoniam ipſi non permanſerunt in teſtamento meo, & ego neglexi eos dicit Dominus, quia hoc eſt teſtamentum quod diſponam domui Iſrael:poſt dies illos dicit Dominus dando leges meas in mentem eorum & in corda eorum ſuper ſcribam eas, & ero eis in Deum & ipſi erunt mihi in populum,& non docebit vnuſquiſque proximum ſuum & vnuſquiſque fratrem ſuum dicens: cognoce Dominum quia omnes ſcient me à minori vſque ad maiorem eorum quia propitius ero iniquitatibus eorum; & iniquitatum eorum iam non memorabor. Vulgata 237

הִנֵּה יָמִים בָּאִים נְאֻם יְהוָה וְכָרַתִּי אֶת בֵּית יִשְׂרָאֵל וְאֶת &c. Lectio Hebręa.

Hic locus citatus eſt à D.Paulo iuxta tranſlationem Lxx virorum totus & eſt teſtimonium petitum ex Hieremia maximè manifeſtum & euidens de veteri & nouo teſtamento ; vt interprete & defenſore non egeat,tamen quia in Cómentarijs Vatabli quidã verſus ſeueriſsimorũ inquiſitorũ cẽſura littarls in terliti ſunt, quidã etiã Lxx viris oblatrare videntur paulum etiam hic immorandum erit, Eraſmus apparet, inquit, ſequutum D.Paulum per omnia æditionem Lxx,ſed ab hebraica veritate minimum

mum abhorrentem, vt in re maximè manifeſta non deficiat qui noſtra refutent eaque doctrina ſe iactent quidam ſi noſtra refellere videantur. Primum, inquit Lxx dixere venient, quod Hieronymus dixit veniunt, vide ſis Paulus caſtigatus ex D. Hieronymo. Doleret D. Hieronymus ſibi hanc fieri ignominiam ſi ageret apud nos ſe cenſorē fieri D. Pauli, ſed hom Hebræa linguæ rudis Eraſmus vnde quenquam audet caſtigare? Hebraice eſt, hine iamim bain. Ecce venientibus diebus, pro hoc D. Hieronymus tranſtulit: Ecce dies veniēt. Lxx. Ecce dies veniunt, & ita citat hunc locum D. Paulus Græcè, quid hic vitij eſſe poteſt? ſed illud ridiculum, quod ait græce, eſt ἔρχονται quod ad vtrumque tempus pertinet, Aanalphabetus non hoc diceret ἔρχονται tantum eſt præſentis temporis: Conſumabo teſtamentum nouum, conſumabo feriam aiunt & ita hebraice eſſe, hebraice eſt, carati, quod verbum hebræum feriam ſignificat, & diſponam ſiue ordinabo Lxx dixere diſponam D. Paulus hoc verbum mutauit, & interpretatus eſt, ideſt, conſumabo quod vetus teſtamentum imperfectū erat, & veteris teſtamenti teſtamentū nouū fuit conſumatio, de hac voce teſtamentum ait Eraſmus D. Hieronymum interpretatum pactum aut fœdus, & ex hoc loco apparere authorem huius Epiſtolæ ad hebræos hebrææ linguæ fuiſſe imperitum, quæ refutatio maior noſtræ religionis quā ſi Apoſtoli imperiti hebrææ linguæ fuiſſe & imperiti citaſſe ſcripturam? aut qui magis Iudaicę cauſæ patrociniū potuit ſuſcipi quam ſi Apoſtolus in quo loquitur Chriſtus imperitus hebrææ linguæ fuiſſe dicatur, & ideo male citaſſe ſcripturam hoc Iudæi nobis obijciūt, & Iulianus & Porphyrius impij, nō credebat, inquies, Eraſmus Paulū huius Epiſtolæ fuiſſe authorem, iam Concilijs decretū erat tēpeſtate Eraſmi Epiſtolā ad hebræos D. Pauli eſſe, ſed fac non fuiſſe decretum controuerſia fuit à principio noſtræ religionis vtrùm Epiſtola ad hebræos fuerit Pauli an Barnabæ, vt diximus ex Tertulliano, poſtea inuentū eſt eſſe D. Pauli vtrumq; ſcriptura prædicat plenum fuiſſe Spiritu S. & ab Spiritu ſancto delectum ad prædicandum Euāgelium & imperitia eis obijcitur qui ab Spiritu S. deliguntur, & ad prædicandū Euangelium mittuntur. Vide quid audeant noſtri temporis homines, canonicas litteras vituperare, certè ſi ab imperitis hominibus fidem accepimus, atq; adeo ſi à pertiſsimis hominibus & ſapiētiſsimis accepimus fidem, inanis eſt noſtra fides, inanes ſunt ſpes noſtræ quæ fide humana nitantur, nos Chriſtiani ſumus quod fides noſtra veritate prima nititur non humana fide, & Apoſtoli & diſcipuli Domini accepere Spiritum S. omnium linguis loquebātur Spiritui S. in Apoſtolis loquenti credimus non tātum Apoſtolis aut Euangeliſtis, berit, vocem hebræam ſupra monſtrauimus ſignificare quidem pactum & fœdus, vt reddidit D. Hieronymus, ſignificare etiā teſtamentum vt tranſtulere Lxx viri, & Theodotio quod probauit Spiritus S. qui veritas prima eſt, & ore Apoſtolorum & Euangeliſtarum eſt loquutus, ſed hebræi negant hoc ſignificare hebræā vocem, qui Iudæis fidem habet Chriſtū Dñm relinquet & ad Iudaiſmū trāſibit; quod autē inquit Hieronymus vertit irritū fecerūt Lxx reddidere nō māſere in eo, & ita citauit D. Paulus, quaſi aliud ſit non manere in teſtamēto & irritare teſtamentū, ſciebat Eraſmus monuiſſe D. Hiero. idq; non ſemel interpretis boni eſſe, nō ſemper verbū verbo reddere dū ſenſa explicet, addit, quod D. Hiero. vertit. Dominatus ſum eorū Lxx viros, & D. Pau. eos ſequutū reddidiſſe neglexi eos; igitur ex D. Hiero. caſtigantur Apoſtoli & Euangeliſtæ res noua & inaudita in Eccleſia ſancta, vt ex doctore aliquo Apoſtolicæ & Euangelicæ litteræ veluti ad limam quandā & cenſurā reuocentur: Eraſmus ſi ſciebat ſe hebrææ

linguæ eſſe rudem contineret ſe intra ſua quæ nouerat. Nam ſi verbum hebræum, bahalti, duo ſignificat, dominatus ſum, & neglexi, quid tandem vitij eſt quod D. Hieronymus vertit. Dominatus ſum, & quod D. Paulus reddiderit neglexi? vtrunque congruit bene, addit quod D. Hieronymus vertit in viſceribus. D. Paulus in mentem reddidit, hebraice eſt, beqirbam, in medio eorum D. Hieronymus pro, in medio eorum, aut potius, in interioribus eorum, vertit in viſceribus eorum. Lxx viri, & D. Paulus in interioribus eorum intellexere, in intellectu eorum, in mente eorum, quid id tandem eſt mali? cum vtrunque idem ſignificet & congruat mirabiliter cum lectione hebræa? ſed finem non inueniet hæc diſputatio ſi ſingula perſequi coner, præſertim minutiſsima illa quod Paulus dixit, ecaſtos, Hieronymus vertit vir, apprehendi manum apprehendens manum & ſimilia. Verum hæc minutiſſima attende quo ſpectent, vt dicat apparere eum qui hanc Epiſtolã ad hebręos ſcripſerit hebraice neſciſſe. & διαθήκην diſpoſitionem ſignificare magis quam teſtamentum, vt vniuerſa Romana Eccleſia quæ teſtamentum nouum & teſtamentum vetus nominat emendetur quaſi dicendum potius diſpoſitio vetus & diſpoſitio noua, ſed ſatis ſuperque dictum eſt de his annotatione. 102.

Ad Hebræos. 9. Exod. 16.

Vulg. 238. *In qua Vrna aurea habens manna & virga Aaron quæ frondueræt & tabulæ teſtamenti ſuper quæ erant Cherubin gloriæ.*

LXX viri ſemper manna pronũciãt, aduerſarij, & Iudæi. Man, D. Hieronymus, Man, & manna, quod parui referre putat & diſcrimen in eo eſt ſi vnũ punctum addas aut detrahas, nos tamen qui hanc cauſam ſuſcepimus vt Apoſtolicam & Euãgelicam lectionem & Lxx virorum interpretationem defenderemus, vbi ſemper Manna dicitur, & non man, oſtendimus lib. 2. Man dici poſſe & Manna multo melius, quod Man, defenſorem habeat D. Hieronymum aliquando, Manna vero eundem D. Hieronymum & Apoſtolos & Euangeliſtas, & ipſum Dominum, & veteres omnes Iudæos, & diſcrimen omne quanquam in vno puncto eſt, tamen lectio Apoſtolici & Euangelica ſemper eſt anteferenda.

Ad Hebræos. 9. Exod. 24.

Hic ſanguis teſtamenti quod mandauit ad vos Deus. Vulgat. 239.

הִנֵּה דַם הַבְּרִית אֲשֶׁר כָּרַת יְהוָה עִמָּכֶם Lectio hebræa.

HIc locus citatur à D. Paulo iuxta trãſlationem Lxx mutato vno verbo. Lxx nanque dixere, Ecce ſanguis teſtamenti quod diſpoſuit Dominus ad vos D. Paulus: Hic ſanguis teſtamenti quod mandauit ad vos Deus. Ergo pro: Ecce, poſuit D. Paulus, hic pro, diſpoſuit, mandauit, lege cętera annotatione. 102.

Ad Hebræos. 10. ex Pſalmo. 39.

Sacrificium & oblationem noluiſti corpus autem aptaſti mihi. Vulga. 240

זֶבַח וּמִנְחָה לֹא חָפַצְתָּ אָזְנַיִם כָּרִיתָ לִּי Lectio Hebrȩa.
ſacrificium & oblationem nõ voluiſti corpus autem aptaſti mihi.
θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι. Lxx.

Paulus.

ſacrificiũ & oblationem non voluiſti corpus autem aptaſti mihi.
θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι.

HVnc locum citat & interpretatur Paulus ad Hebræos. 10. iuxta trãſlationem Lxx qui locus multis fraudibus trahitur ad ſenſus Iudaicos, en cur noſtri

noſtri Pſalmi vulgati vitiati eſſe dicantur quod Iudaicis fallacijs non congruũt quin potius eas arguunt diſces & ex hoc Pſalmo Iudaicas interpretationes quaſdã nec enim de omnib⁹ loquar ſed de quibuſdam nec de his vniuerſe ſed in his in quibus labefactant vulgatá & teſtimonia citata in litteras Apoſt. & Euang. ita euertunt, vt nihil eſſe aliud dicas q̃ noſtrę ſanctæ fidei refutationes acerrimæ eaſque impudentiſsimas quæ vitiatis ſcripturis & falſa interpretatione oppugnant noſtra. Primum ergo illud: corpus autem adaptaſti mihi, vt vertere Lxx & vt citat Paulus non poteſt niſi Chriſto conuenire & ſecundæ perſonę in diuinis quæ aſſumpſit humanitatem, Iudæi vt poſſent ad Dauidem referre pro, corpus adaptaſti, ſcripſere, aures autem perforaſti mihi, & noſtri aduerſarij quando præſunt chalcographorum prælis cogunt nos imprecationibus ſacris, relicta lectione Diui Pauli, legere aliam lectionem hoc prætextu, quod ſic verterit Diuus Hieronymus finge ſic vertiſſe hunc Diuum continuo Paulus erat ex Diuo Hieronymo caſtigandus; & non potius D. Hiero. ex Paulo? ſed opus illud quantum ego iudico nunquam à Diuo Hieronymo editum eſt ita mutatá vna duabuſvè dictionibus prophetiã quæ nullo modo poterat conuenire niſi perſonæ ſecundæ in diuinis tracta ad Dauidem eſt. Ad hoc exemplum quid non poterit eo pertrahi quo Iudæis impijs erit libitum? quid non poterit ex noſtris à Iudæis refutari? ſi ei licet mutare quæ velint & quod clamant veritas hebraica tu credis veritatem illam eſſe veritas hebraica, vt ſis ſciês Iudaica veritas eſt, ſic enim Iudæi nominant impiam Iudæorum ſectam, quid ergo non poterũt Iudæi quibus licet quicquid libet & quibus noſtri quidam omni conatu ſedulam operam dant? Eraſmus totus eſt in hoc cum Vatablo, vt Lxx viros, & D. Paulum oppugnet, & caſtiget iuxta

Hæc diſpice quã noſtri aduerſarij appellãt veritatem hebraicam

tranſlationem D. Hierony. ad veritaté hebraicam en cur defenditur pſalterium quod ſub nomine D. Hieronymi circumferetur vt opponatur Apoſtolis & Euangeliſtis, ſi veriſsimè illud pſalterium à D. Hiero. eſſet tranſlatum, quod mihi nunquam fiet veri ſimile, nunquã enim D. Hiero. R. P. Chriſtianæ columen firmiſsimum ſe Apoſtolis & Euangeliſtis opponeret? ſi veriſsime in quã illud Pſalterium à D. Hieron. eſſet tranſlatum eius tranſlationem pili (abſit irreuerentia verbo) non facerem cûm ſe opponeret Apoſtolis & Euangeliſtis. Si Angelus de cælo, ait Paulus, aliter euangelizauerit vobis Anathema ſit. Ergo ſi Iudæus vnam duaſuè dictiones mutat vt lectionem hebræam ad ſenſus Iudaicos poſsit accommodare illa erit veritas hebraica quam perfidi Iudæi manus ſcripſerit, an potius Iudaica perfidia mutat Iudæos lectionem hebræam, vt monſtrauimus eſt lib. 2. & continuo clamat: veritas hebraica veritas hebraica cui catholicus quiſque ſuccinet merito perfidia Iudaica perfidia Iudaica dictiones in lectione hebræa mutari à Iudæis diximus ex D. Hier. lib. 2. Et vt Rabinus docuit me D. Hiero. has fraudes fieri à Iudæis, & poſtea Iudaicarum fraudum hic Diuus erit aſſertor? vnde ſcis, inquiunt, hunc locum fraude Iudaica eſſe vitiatum hebraice & veram lectionem eſſe tranſlationem Lxx virorum, inſolubili hoc ſolo argumento de quo libro ſecundo & quod Chriſtus & eius ſpiritus qui in Paulo loquuntur ita teſtantur, qui verba hęc citant iuxta trãſlationem Lxx ſi Chriſtus in Paulo non loquitur, & ſi Chriſtus non eſt theſaurus ſapientiæ & ſcientiæ mendax eſt ſcriptura; ſi vero Chriſtus theſaurus ſapientiæ eſt, vt re vera eſt, & ſi Chriſtus in Paulo loquitur, vt re vera loquitur, cum Chriſtus in Paulo loquens dicat hoc ſcriptum fuiſſe veriſsimè hoc ſcriptum fuit, & vitiatum à Iudæis.

Ex eodem loco, & eodem Pſalmo.

Vulgata.

241. *In capite libri ſcriptum eſt de me.*

Lectio Hebręa. בִּמְגִלַּת סֵפֶר כָּתוּב עָלָי׃

Lxx. in capite libri ſcriptum eſt de me.
ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ.

Paulus.

in capite libri ſcriptum eſt de me.
ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ.

HOc quoque ſic citat eodem loco Paulus, nec iuuerat Iudæos duas mutaſſe dictiones, hoc ſolo loco refelli poterat interpretatio Iudaica de Dauid, quo enim in ſcripturæ loco mentio facta eſt de Dauide ante regnum Dauidis? certe in nullo nedum in principio libri, de Chriſto vero mentio facta eſt in principio libri Geneſeos cum verbo Dei omnia creata perhibeatur, & in illo: Faciamus hominem, pręcipue in illo: Erunt duo in carne vna; de quo Paulus ſacramentum hoc magnum eſt, ego dico in Chriſto & in Eccleſia, & cum ex latere Adæ dormientis Eua ædificatur, ideſt, ex Chriſti pendentis in cruce & morientis naſcitur Eccleſia cum transuerberatur lancea eius latus, & fluit ſanguis & aqua, ideſt, fluunt ſacramenta, fluit omnis virtus Eccleſiæ. Quid faciūt ergo Iudæi, vt ad Dauidem referant pro techilat, id eſt, in principio, in capite ſcribunt, meguilat, in volumine, in volumine libri ſcriptum eſt de me, quaſi vero aliud ſit volumen quam liber. Sed mitte hæc, quæro vbi de Dauide ſcriptum erat in ſcriptura in eius vita, nuſquam certè, etiam ſi noſtri aduerſarij multū laborant vt oſtendant de Dauide fuiſſe conſcriptum quod oſtendent nunquā, ſed Iudæis ſat eſt vt dicere poſsint aliquid & contra dicere, quo iure quave iniuria nihil morantur, dum noſtra refellere videantur.

Ex eodem loco, & eodem Pſalmo.

Vulgat. 242. *Sacrificium & oblationē noluiſti. Corpus autem aptaſti mihi: holocauſtomata & pro peccato non tibi placuerunt.*

Lectio hebræa. זֶבַח וּמִנְחָה לֹא חָפַצְתָּ

Lxx. hoſtiam & oblationem non voluiſti corpus autem aptaſti mihi holocauſta & de peccato non quæſiſti.
θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ἐζήτησας.

Paulus.

hoſtiam & oblationem non voluiſti corpus autem adaptaſti mihi holocauſta & pro peccato non probaſti.
θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ εὐδόκησας.

DIuus Paulus his verbis docet repudiari ſacrificia veteris legis, contra Vatablus negat repudiari ſacrificia veteris legis ſed peti purum animum in ſacrificijs, & ſine puritate animi repudiari ſacrificia, cum aperte dicat Pſalmus. Holocauſta pro peccato non poſtulaſti. Sed quid verbis opus eſt? confer quæ ſcripſit Vatablus cum Pauli ſcriptis, aperte Vatablus contradicit Paulo, & refellit Diuum Paulum acriter tantum confidit ſuis. Atqui ſi patimur Diuum Paulum non ab homine nec per hominem legem Euangelicam edoctum, vas electionis, orbis magiſtrum, Euangelicam tubam refutari, quid iam non patiemur. Citat hæc Paulus iuxta Lxx vnum verbum tantum mutat in aliud eiuſdem ſignificationis.

Ex

Ex eodem loco, & eodem Pſalmo.

Vulgata.

Tunc dixi: Ecce venio in capite libri
243. *ſcriptum eſt de me, vt faciam Deus voluntatem tuam.*

Lectio hebræa.

הִנֵי בָאתִי בִּמְגִלַּת סֵפֶר כָּתוּב עָלָי׃
לַעֲשׂות רְצוֹנְךָ אֱלֹהַי חָפָצְתִּי

Lxx.

tunc dixi ecce venio in capite libri
τότε εἶπον ἰδοὺ ἥκω ἐν κεφαλίδι βιβλίου
ſcriptum eſt de me vt facerem voluntatem
γέγραπται περὶ ἐμοῦ τοῦ ποιῆσαι τὸ θέλημα
tuam.
σου.

Paulus.

tunc ecce venio in capite libri
τότε ἰδοὺ ἥκω, ἐν κεφαλίδι βιβλίου
ſcriptum eſt de me vt facerem Deus
γέγραπται· περὶ ἐμοῦ τοῦ ποιῆσαι ὁ θεὸς
voluntatem tuam.
τὸ θέλημά σου.

Diuus Paulus cap. 10. ad Hebræos hæc nobis explanat de ingreſſu filij Dei in mundum, de filij Dei incarnatione, quo retulit Paulus: Corpus aptaſti mihi, ideſt, feciſti vt fierem homo, quæ verba niſi vitiarentur à Iudæis ad nullũ poterant niſi ad filium Dei referri, vt diximus, quod factum dixerat Paulus, quod iam ſacrificia veteris legis Deo non placebant, & ideo filij Dei verba illa eſſe ait: Ecce venio, ecce mundum ingredior, ecce iam homo fio, In capite libri ſcriptũ eſt de me, ideſt, ſicut in principio ſcripturæ, primo capite Geneſeos eſt præſignificatum de me in illo: Erunt duo in carne vna, De quo Paulus. Myſterium hoc magnum eſt. Ego dico in Chriſto & in Eccleſia, & in illo, cùm ędificatur Eua ex coſta Adæ, Eua enim vita eſt & mater viuentium qualis eſt Eccleſia ędificata ex latere Chriſti mortui in cruce percuſſo lancea, cùm inde fluxit ſanguis & aqua, vt Auguſtinus interpretatur. Vt faciam Deus voluntatem tuam, ideſt, vt redimam genus humanum iuxta voluntatem tuam, ſic hæc Paulus pluribus verbis, & ſic totam hanc ſententiam diſtinguit. Audacter Vatablus aduerſatur Paulo. Iure ergo Iudæi nos brutos & animalia, vt ait Hieronymus, nominant, Nam niſi tales exiſtimarent nũquam toties & tam aperte Apoſtolo in quo Chriſtus & Spiritus ſanctus loquitur, & toties aduerſarentur. Illa verba: Ecce venio, ad Dauidem refert, & verba Serui parati ad obediendum Domino, eſſe ait filius Dei ingreſſurus in mundũ, non erat ſeruus. Sed parui refert ille ad Dauidem refert. Sed Deum immortalem quam ſe macerant ipſe & Iſidorus Clarus, vt verba illa: In volumine libri ſcriptum eſt de me, etiam vitiata de Dauide poſsint interpretari, citant quæ nuſquam ſunt, & mille ſingunt monſtra. Sat eſt in ſcriptura nullam eſſe factam mentionem antequam ipſe Pſalmos cõſcriberet aut in Regum hiſtoria res eius geſtæ eſſent conſcriptæ. Vatablus ergo & alij hic apponit diſtinctionem, vt finis ſententiæ ſit. Ecce venio: In volumine libri ſcriptum eſt de me. Et rurſus ſit initium ſententiæ, vt faciam Deus voluntatem tuam volui, & hoc loco apponatur diſtinctio, vt ſit ſenſus: Volo Deus facere voluntatem tuam, idemque ſenſus repetatur verbis illis: Lex tua in medio. Ita mutatis diſtinctionibus, & alijs Iudaicis dolis, eluſa eſt manifeſta prophetia de Chriſti ingreſsu in mundum, & eluſa eſt Diui Pauli interpretatio. Si hanc operam Eccleſiæ proceres nobis dant noſtri perijmus ſi vos id impunè abire ſinitis. Quæro an acrior refutatio noſtræ ſanctæ fidei poſſet eſſe quã hæc eſt? Certè non poteſt, & ad hoc exemplum, quid non liceat cuique refutare, ſi licet ſemel mutare dictiones, diſtinctiones ſcripturæ, & litteras, Nam hæc omnia ab impijs Iudæis eſſe mutata arguit Lxx virorum tranſlatio quam citat D.

OMnes hi verſus citantur à D. Paulo iuxta tranſlationem Lxx ad verbu, cum vir quidam doctus mihi amicus & familiaris hæc verſaret manibus, & velociter quaſdam annotationes oculis percurriſſet, Non videris mihi, inquit, hoc libro quod pollicitus es præſtare, intellexi enim ex his quæ velociter oculis rapui te confiteri quam plurima ita congruere cum lectione hebræa, vt nihil in lectione hebræa vitij eſſe demonſtres profeſſus fere nullum locum eſſe de Chriſto in veteri teſtaméto, vbi fraude Iudaica non ſit aliquid vitij, tum ego riſi, ſi bene attendiſſes inquam Iudaicas fraudes dupliciter fieri oſtendi ex ſanctis Patribus aut manu aut interpretatione, manu cũ mutatur diſtinctio aut punctum aut littera, aut ſyllaba, aliudve interpretatione cum prophetiæ de Chriſto alio deflectuntur, auertuntur à Chriſto, & tam graue malum eſt hoc quam illud quod manu vitiatur ſcriptura, ergo hunc Pſalmum & alios aliter interpretantur quam D. Paulus D. Pauli nulla ſit mentio, in quo Chriſtus loquitur, cui verba dictat Spiritus ſanctus, cum totus Pſalmus eo referendus eſſet quo locus hic quem interpretatur D. Paulus refertur iuxta canonem ſcripturæ interpretandæ de quo ſæpe dictum eſt, hi verſus explanantur à D. Paulo de filio Dei eo antecedentia quæ poſſent erant referenda, nihil minus faciunt quando ad Dauidem referunt Vatablus & alij.

Ad Hebræos. 1. Pſal. 109.

Vulga. 128. *Sede à dextris meis quo adv ſq; ponam inimicos tuos ſcabellũm pedum tuorũ.*

Lectio Hebrȩa. שֵׁב לִימִינִי , עַד אָשִׁית אֹיְבֶיךָ הֲדֹם לְרַגְלֶיךָ׃

¶ Refellit hoc loco D. Paulus Iudaicas interpretationes cum dicit ad quem Angelorum dixit aliquando, Sede à dextris meis, quo argumento concludit ad ſolum Chriſtum hæc verba poſſe referri. Nihilominus proteruia Iudaica eo eſt progreſſa vt ad Dauidem referat, vt D. Paulo reſponderi poſsit non ſolum ad Angelos hoc dici potuit ſed ad Dauidem quoq; eſt dictum: de hoc verſu dictum eſt libro primo, & libro. 3.

Ad Hebræos cap. 2. Pſal. 8.

Vulgata.

Quid eſt homo quod memor es eius, aut filius hominis quoniam viſitas eum, minuiſti eum paulo minus ab Angelis gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum, omnia ſubiciſti ſub pedibus eius. 129

Lectio Hebrȩa. מָה אֱנוֹשׁ כִּי תִזְכְּרֶנּוּ , אָדָם כִּי
&c. תִפְקְדֶנּוּ

Lxx.
quid eſt homo memor es eius vel
τί ἐστιν ἄνθρωπος ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ ἢ
filius hominis qm viſitas ipſum
υἱὸς ἀνθρώπου ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν
minuiſti eum paulominus ab angelis
ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ᾽ ἀγγέλους
gloria & honore coronaſti eum & conſti-
δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτόν καὶ κατέ-
tuiſti eum ſuper opera manuum tuarũ
στησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου
omnia ſubiecisti ſub pedibus eius.
πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ.

D. Paulus.

quid eſt homo qm̃ memor es eius
τί ἐστιν ἄνθρωπος ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ
aut filius hominis qm viſitas eum
ἢ υἱὸς ἀνθρώπου ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν
minuiſti eum paulominus ab angelis
ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ᾽ ἀγγέλους,
gloria & honore coronaſti eum conſti-
δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτόν καὶ κατέ-
tuiſti eum ſuper opera manuum tuarũ
στησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου
omnia ſubiecisti ſub pedibus eius.
πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ.

Citatur

Citatur hic locus totus iuxta tranſlationem Lxx virorum vt appareat omnia iuxta tranſlationem Lxx citari à D. Paulo tàm in alijs locis omnibus quam in Epiſtola ad hebræos, ſed maior aduerſus quoſdam conſurgit cõtrouerſia, quod D. Hieronymus aliquãdo dixerit hanc Epiſtolam ad hebræos à nonnullis nõ fuiſſe receptam: quid tum ſi Hieronymus dixerit hanc Epiſtolam à nonnullis non fuiſſe receptam? quid tum? ſi recepta non fuit à quibuſdam verißime hoc dicit Hieronymus, & quædam ſcripturæ partes receptæ à principio non erant, Certè reperies apud Epiphanium & alios omnia Pauli ſcripta à quibuſdam fuiſſe repudiata & Iudæi & noſtri aduerſarij nihil peius oderant D. Pauli ſcriptis quod eccleſias Chriſti dilatauerat per omnes gentes, & nomen Chriſti per omnes nationes longe lateque protulerat, ſed de Epiſtola Pauli ad hebræos quæ ab initio ſub titulo Barnabæ circunferebatur Tertullianus proximus temporibus Chriſti meminit in libro de pudicitia, inualuit tamẽ illa ſententia quæ Pauli illam eſſe voluit potius quam Barnabę, & ita ab Eccleſia eſt decretum quam Spiritus S. regit, ſed ſi Barnabæ fuiſſet, qui ſocius D. Pauli fuit & ab Spiritu ſancto dilectus Pauli ſocius quid minus habuiſſet authoritatis? Nam quod Eraſmus negat Ambroſium quidquam eſſe commentatum in Epiſtolam ad Hebræos, certè cùm Ambroſij operibus circunferuntur Ambroſij in Epiſtolam ad Hebræos commentaria, & Tertullianus ad trecentos annos antiquior Ambroſio eius Epiſtolæ meminit, ſed ex Epiſtolæ ſtylo, dices, dijudicat Eraſmus illa commentaria Ambroſij non eſſe: quid tum ſi hoc iudicet Eraſmus? cũ Tertullianus proximus tẽporibus Chriſti qui à temporibus D. Pauli centum annis non diſtabat eius Epiſtolæ mentionem faciat, neque commentaria Ambroſij in illam epiſtolam ad hebræos ſunt digna, quæ improbentur, ſed alios negare, ait Hieronymus hanc epiſtolam D. Pauli eſſe, quod omnia teſtimonia ſcripturæ in ea iuxta translationem Lxx virorum citentur, cum oportuiſſet magis, vt D. Paulus hebræus ad hebræos ſcribens iuxta hebræam æditionem citare teſtimonia, quorum ſententiam iam bis aut ter refutauimus, alios aiunt, ideo negare epiſtolam ad hebræos D. Pauli eſſe quod multa teſtimonia ſcripturæ in hac epiſtola ad hebræos citẽtur, quæ hebraice non ſint, ad hoc exemplum totum nouum teſtamentum reijcere Iudæis licebit, quod in eo ſcripturæ teſtimonia citentur iuxta translationẽ Lxx vt in principio annotationum in hanc epiſtolam diximus ſaſe ſatis. Magna rurſus, vt leges in annotationibus Eraſmi inter Fabrum Stapulenſem, & Eraſmũ controuerſia eſt de illo: Minuiſti eũ paulũlum ab Angelis, vtrum fuerit vertendum, Minuiſti eum paululũ à Deo, quã lectionem noſtrorum quidam ſequuntur parum morati authoritatem Diui Pauli, & interpretationem huius loci D. Pauli quodammodo in controuerſiam vocare videntur, à quibus quærere vellem audierint ne illud vulgatum Ariſtotelis: Oportet addiſcentem credere, & illud D. Paulum, vas electionis, Euangelicam tubam in quo Chriſtus loquitur, orbis terrarum eſſe magiſtrum, ſi magiſtro fidem non habes, cuius ore Spiritus ſanctus loquitur, & Chriſt⁹ ſimul quod Spiritus ſanctus Chriſti ſpiritus ſit, quid dicam neſcio. Age hęc duo paucis diſceptemus, ſi contendas legendum: Minuiſti eum paululum à Deo, Primũ omniũ repugnas ſentẽtiæ ſanctorum omnium qui Lxx viros eo nomine commẽdant, quod doctrina tradita per manus à Moſe vſque & à Prophetis, & Spiritus S. lumine quæ ambigua erant in ſcripturis ſua interpretatione illuſtrauerunt, huic ſententiæ illud acceſsit quod Spiritus ſanctus eorum interpretationẽ ore Pauli comprobauit, neque ſcio quomodo cohæreat de Chriſto Domino. Minuiſti eum

nomen, vt in nomine eius omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infer norum. Ergo in eo tantum minoratus eſt Chriſtus Dominus ab Angelis quod mori potuit & mortuus eſt pro nobis, alia re nulla preterquã quod natura humana de ſe inferior eſt Angelica prærea, refutatis his reliquum eſt vt oſtenda mus interpretationem Pauli ſolam huius loci veram eſſe & germanam & duos huius partis ſcripturæ litterales eſſe ſenſus res nota eſt alterum typi qui parum plenè huic parti congruit, veritatis alterum qui his verbis congruit plene, nunquam enim typo tam plene congruunt quædã quam ipſi veritati, vel inter nos rationem putemus, illa verba. Minuiſti eum paulo minus ab Angelis, etiam ſi natura integra hominis ante peccatum ea expendamus homini plene non congruunt, natura nanque Angelica intellectualis natura perfecta fuit, homo intellectualis naturæ fuit imperfectæ cui per ſpecies tractas à rebus ſenſibilibus erat comparãda intellectualis cognitio, alio qui corpus homini inditum non fuiſſet, Angeli natura fuere præditi omnium rerum ſcientia & cognitione & beati naturali beatitudine, quibus omnibus homo fuit inferior, Angelus immortalis fuit creatus & æternus, homo non item. Primus homo, inquies, cum cognitione omnium diſciplinarum creatus fuit & poterat non mori ſi non peccaſſet, ita eſt, ſed ea gratia ſunt conceſſa homini non natura, & aliud eſt poſſe non mori, aliud immortalem eſſe, Igitur verba illa, Modico ab Angelis minoratus eſt parum plene conueniebant primo homini, Chriſto Domino iam oſtendi conuenire pleniſsime qui ſola morte & natura humana ab Angelis eſt minoratus. Reliqua de Chriſto plene dicũtur & veriſsime, de homine parum plene. Minor enim Angelis erat etiã in integra natura peccare poterat & mori, habebat ſubiecta hæc inferiora nõ omnia tñ, vt Chriſtus cuius pedib' omnia fuere ſubiecta.

Ad Hebræos cap. 2. Pſalmo. 21

Nunciabo nomen tuum fratribus meis, Vulga.
& in medio Eccleſiæ laudabo te. 230

אֲסַפְּרָה שִׁמְךָ לְאֶחָי בְּתוֹךְ קָהָל אֲהַלְלֶךָּ׃ Lectio hebræa.

annunciabo nomen tuum fratribus meis Lxx.
διηγήσομαι τὸ ὄνομα σου τοῖς ἀδελφοῖς μου
in medio eccleſiæ laudabo te.
ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω σε.

Paulus.

annunciabo nomen tuum fratribus meis
ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομα σου τοῖς ἀδελφοῖς μου
in medio eccleſiæ laudabo te.
ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω σε.

HIc locus mutato tantum primo verbo in aliud eiuſdem ſignificationis citatur iuxta tranſlationem Lxx. Dixi hæc omnia à Vatablo, & eius ſodalibus ad Dauidem referri qui typice aiunt ad Chriſtum communi illa reſponſione noſtrorum aduerſariorum.

Ad Hebræos. 2. Eſaiæ. 8.

Ego ero fidens in eum. Vulga. 231

וְקִוֵּיתִי לוֹ׃ Lectio hebræa.

& fidens ero in eum. Lxx.
καὶ πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ.

Paulus.

ego ero fidens in eum.
ἐγὼ ἔσομαι πεποιθὼς ἐπ' αὐτῷ.

VBi D. Hieronymus tranſtulit Et præſtolabor eũ Lxx vertere. Ego ero fidens in eum, & ita D. Paulus hunc locum citat iuxta tranſlationem Lxx de quo diximus in Cõmẽtarijs in. c. 8. Eſaiæ.

Ad hebræos. 2. Eſaiæ. 8.

Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi Deus. Vulgata 232

הִנֵּה אָנֹכִי וְהַיְלָדִים אֲשֶׁר נָתַן לִי יְהוָה Lectio hebræa.

ecce ego & pueri quos dedit mihi Deus. Lxx.
ἰδοὺ ἐγὼ ϗ τὰ παιδία ἃ ἔδωκέ μοι ὁ θεός.

Paulus.

ecce ego & pueri quos mihi dedit Deus.
ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία ἅ μοι ἔδωκεν ὁ θεός.

HIc quoque locus iuxta tranſlationem Lxx citatur vt diximus in Commentarijs in.8.cap. Eſaiæ.

Ad Hebræos. 3. Pſalmo.94.

Vulgata.

233. *Hodie ſi vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtra ſicut in exacerbatione ſecundum diem tentationis in deſerto vbi tentauerunt me patres veſtri, probauerunt & viderunt opera mea. Quadraginta annis, propter quod infenſus fui generationi huic, dixi ſemper hi errant corde ipſi autem non cognouerunt vias meas quibus iuraui in ira mea ſi introibunt in requiem meam.*

Lectio Hebręa. הַיּוֹם אִם בְּקֹלוֹ תִשְׁמָעוּ׃ אַל תַּקְשׁוּ לְבַבְכֶם
כִּמְרִיבָה &c.

Lxx.
Hodie ſi vocem eius audientis ne
σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε μὴ
obduretis corda veſtra vt in exacer-
σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν ὡς ἐν τῷ παρα-
batione ſecundum diem tentationis
πικρασμῷ κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ
in Eremo vbi tentauerunt me patres
ἐν τῇ ἐρήμῳ οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες
veſtri probauerunt me & viderũt opera mea
ὑμῶν ἐδοκίμασάν με καὶ εἴδοσαν τὰ ἔργα μου
quadraginta annos infenſus fui generationi
τεσσαράκοντα ἔτη προσώχθισα τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ
& dixi ſemper errant corde ipſi autẽ
καὶ εἶπα ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ αὐτοὶ δὲ
non cognouerunt vias meas vt iuraui
οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου, ὡς ὤμοσα
in ira mea ſi introibunt in.
ἐν τῇ ὀργῇ μου εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν
requiem meam.
κατάπαυσίν μου.

Paulus.

Hodie ſi vocem ipſius audieritis ne
σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε μὴ
[illegible] corda veſtra vt in exacer-
σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν ὡς ἐν τῷ παρα-
batione ſecundum diem tentationis in
πικρασμῷ κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν
eremo vbi tentauerunt patres veſtri
τῇ ἐρήμῳ οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν,
probauerunt & viderunt opera mea
ἐδοκίμασάν με καὶ εἶδον τὰ ἔργα μου
quadraginta annos offenſus fui generationi
τεσσαράκοντα ἔτη διὸ προσώχθισα τῇ γενεᾷ
illi & dixi ſemper errant corde ipſi
ἐκείνῃ καὶ εἶπον ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ αὐτοὶ
autem non nouere vias meas. vt
δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου ὡς
iuraui in ira mea ſi introibunt in
ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου εἰ εἰσελεύσονται εἰς
requiem meam.
τὴν κατάπαυσίν μου.

DIuus Paulus citat hunc locum iuxta tranſlationem Lxx & interpretatur diuinitus de requie quam populo ſuo pollicitus eſt Deus, neque præſtitiſſe vſque ad ſua tempora ait Propheta, ita vt neque præſtiterit tempore Ieſu naue qui introduxit populum Dei in terram promiſsionis vt illa requies terræ promiſsionis typus eſſet & figura nõ veritas, reſtat ergo, inquit, Propheta, requies ad quam nos hodie vocat, hodie, inquiens, tot annis poſt introductum populum Dei in terram promiſsionis, Nolite obdurare corda veſtra ne ſimile accidat vobis quod patribus veſtris qui bus iuraui in ira mea ſi introibunt in requiem meam. Ergo inquit Paulus, reſtat alia requies ad quam iubet propheta præcauere ne intercludatur nobis aditus, Hoc Diuus Paulus toto cap. tertio. & quarto. multis verbis interpretatur, vt intelliget qui attente Pauli verba legerit, tota vis interpretationis Diui Pauli eſt in illis verbis. Hodie ſi vocem eius audieritis, coniunctis cum ſequentibus, vt legatur. Hodie ſi vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtra, Iudæi & noſtri aduerſarij mutant diſtinctionem & ſic hunc locum legunt contra quam præfert tranſlatio Lxx, & eccleſiaſtica lectio, & Diui Pauli interpretatio & diſtinctio. Quoniam ipſe eſt Dominus Deus noſter, nos autem populus eius & oues paſcuæ eius, hodie ſi vocem eius audieritis, & apponunt illic

illic diſtinctionem: deinde nouo principio. Nolite obdurare corda veſtra, &c. Et vt intelligis bene quam credibiliter id faciunt, Audieritis, inquiunt, ideſt, audierimus quod nullius linguæ ratio patitur, ſic Vatablus, & alij: ita eluditur prophetia, & D. Pauli interpretatio mutata orationis diſtinctione vt in Eccleſia mutare audeat quiſquam interpretationem D. Pauli in quo loquitur Chriſtus cum ipſe præceperit ſi Angelus de cælo aliter euangelizauerit anathema ſit, ſed ita D. Hieronymus diſtinxit, aiunt, fac Pſalterium illud eſſe Diui Hieronymi. Doctor eccleſiaſticus quantumuis ſit eminens contra Apoſtolum & Euangeliſtam non eſt audiendus, verum non ſolum mihi, ſed aliis quoque doctis viris ſuſpectum eſt illud Pſalterium tanquam falſo adſcriptum Diuo Hieronymo, Eraſmus ſiquidem in cap. 2. Epiſtolæ ad hebræos in illa verba. Minuiſti eum paulominus ab Angelis. Cum faber Stapulēſis dixiſſet apud hebræos haberi: Minuiſti eum paulominus à Deo, atque ita in dicaſſe Hieronymum, & adiecit, aut ſi quis alius fuit. Ergo aut Eraſmus aut Faber ſtapulenſis dubitant de authore Pſalterij quod ſub Diui Hieronymi nomine circunfertur, & multo maioris nominis & doctrinæ & religionis D. Thomas qui in Pſalmum. 9. cum citaſſet titulum Lxx virorum de occultis filij & meminiſſet tituli quem præfixiſſe videretur Diuus Hieronymus de morte filij pedem retulit. Noſtra littera, inquiens, de occultis filij præfert, & ita illum titulum eſt interpretatus, nunquam facturus ſi certum habuiſſet tranſlationem illam Pſalterij Diui Hieronymi eſſe præſertim eo loco vbi admirabilis tranſlatio illius tituli erat, nec enim eſt liber tam malus quin aliquid boni habeat, & titulus ille hebræus verti poterat de occultis filij, aut de morte filij, nunquam vir ſanctiſsimus & religioſiſſimus & humillimus Diuum Hieronymum contempſiſſet & ita præteriiſſet Diui Hieronymi interpretationem, vt ea reiecta diceret noſtra littera hoc tenet, an vir eſt Diuus Hieronymus quem omnis ſuſpexit vetuſtas, vt Diuus Thomas vir ſanctiſsimus & ſapientiſsimus eius interpretationem non veneraretur? veneraretur certe ſi certum haberet D. Hieronymi illam eſſe tranſlationem, citat Pſalterium iuxta tranſlationem Diui Hieronymi, putat igitur Diui Hieronymi eſſe, vnde valet hoc conſectarium? citamus Ciceronem ad Herennium & tamen pro certo habemus Cornificij illud opus eſſe, quot ſpurios Platonis Dialogos legimus, & citamus nomine Platonis quos ſpurios eſſe non dubitamus, quot opuſcula cum operibus Ariſtotelis circunferuntur quæ nomine Ariſtotelis excitari ſolent quæ eo nomine minus authoritatis habent quod falſo Ariſtoteli inſcripta creduntur? neque in ipſis ea leguntur authoribus quibus falſo inſcribuntur indigna.

Ad Hebræos. 3. ex eodem Pſalmo.

Sicut in exacerbatione ſecundum diem tentationis in deſerto. Vulga. 234

בִּמְרִיבָה כְּיוֹם מַסָּה בַּמִּדְבָּר׃ Lectio hebræa.

VAtablus & alij pro ſicut in exacerbatione, ligunt, ſicut meriba, & pro, ſicut in die tentationis vertunt, ſicut die maſſah, fecerunt, enim, voces hebræas nomina propria contra ſententiam D. Pauli, de cætero ſenſus idem eſt.

Vulgata ibidem.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic. 235.

אַרְבָּעִים שָׁנָה אָקוּט בְּדוֹר Lectio hebræa.

HOc loco duo ſunt ad notanda, Primum illud adnotaſſe Eraſmum verba illa 40. annis, perperam eſſe diſtincta apud græcos, & male id ad notaſſe Eraſmum. Nam apud D. Paulum, & apud Lxx

græcè hæc duo verba in quibuſdam exemplaribus ſuperioribus tribuuntur, in alijs vero tribuuntur ſequentibus, neque refert quantum ad ſenſum tribuantur ne ſuperioribus an ſequentibus, nec erat damnanda diſtinctio eccleſiaſtica quocunque modo legeretur, nam per quadraginta annos in deſerto Iudæi tentauerunt Dominum & pęnas dedere rebellionis, & per quadraginta annos illos Dñs infenſus fuit Iudæorum illi generationi. Illud magis adnotandum erat, quod apud D. Paulum legitur offenſus fui, in eccleſiaſtico hoc Pſalmo ad inuitatorium, pro, offenſus fui, ſiue infenſus fui, legi, proximus fui generationi huic. Verbum græcum cauſa fuit huius varietatis. Nam, hacut, verbum hebræum ſignificat infenſus fui, quod Lxx, & Diuus Paulus vertere proſoctiſa, verbo gręco, duplicis ſignificationis, ſignificat enim infenſus fui, & proximus fui, & inde interpres Latinus vertit offenſus fui generationi huic, & proximus fui generationi hic, cum lectione hebræa & ſimul cum lectione Lxx, & Apoſtolica magis congruit. Quadraginta annis infenſus fui: ſed congruit bene, proximus fui, quia Dominus proximus eſſe alicui dicitur cum caſtigat, & cum benefacit, vnde illud tritum apud Ezechielem: Ego ad vos, & viſitabo illos, cum Dominus ſe puniturum aliquos eſſe minatur, & magnum crimen eſt ſi caſtigatus populus non reſipiſcat.

Vulga. 236 *Filius meus es tu, Ego hodie genui te ad Hebræos.5. Pſalmo.2.*

בְּנִי אַתָּה : אֲנִי הַיּוֹם יְלִדְתִּיךָ׃

Et Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. ibidem Pſalm.109.

Lectio Hebrea. אַתָּה כֹהֵן לְעוֹלָם עַל דִּבְרָתִי מַלְכִּי צֶדֶק׃

DIctum eſt iam de his locis, & dictum eſt citatos eſſe iuxta tranſlationem Lxx, & illa quæ cap.7. citantur: Iurauit Dominus & non pęnitebit eum Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.

Ad Hebræos cap.8. Hiere.31.

Ecce dies venient dicit Dominus & conſumabo ſuper domum Iſrael, & ſuper domum Iuda teſtamentum nouum, non ſecundum teſtamentum quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manus eorum vt educerem illos de terra Ægypti, quoniam ipſi non permanſerunt in teſtamento meo, & ego neglexi eos dicit Dominus, quia hoc eſt teſtamentum quod diſponam domui Iſrael: poſt dies illos dicit Dominus dando leges meas in mentem eorum & in corda eorum ſuper ſcribam eas, & ero eis in Deum & ipſi erunt mihi in populum, & non docebit vnuſquiſque proximum ſuum & vnuſquiſque fratrem ſuum dicens: cognoce Dominum quia omnes ſcient me à minori vſque ad maiorem eorum quia propitius ero iniquitatibus eorum, & iniquitatum eorum iam non memorabor. Vulgata 237

הִנֵּה יָמִים בָּאִים נְאֻם יְהוָה וְכָרַתִּי אֶת Lectio
בֵּית יִשְׂרָאֵל וְאֶת &c. Hebrea.

HIc locus citatus eſt à D. Paulo iuxta tranſlationem Lxx virorum totus & eſt teſtimonium petitum ex Hieremia maximè manifeſtum & euidens de veteri & nouo teſtamento; vt interprete & defenſore non egeat, tamen quia in Cómentarijs Vatabli quidã verſus ſeueriſsimorũ inquiſitorũ cęſura lituris interliti ſunt, quidã etiã Lxx viris oblatrare videntur paulum etiam hic immorandum erit, Eraſmus apparet, inquit, ſequutum D. Paulum per omnia æditionem Lxx, ſed ab hebraica veritate minimum

mum abhorrentem, vt in re maximè manifeſta non deficiat qui noſtra refutent eaque doctrina ſe iactent quidam ſi noſtra refellere videantur. Primum, inquit Lxx dixere venient, quod Hieronymus dixit veniunt, vide ſis Paulus caſtigatus ex D. Hieronymo. Doleret D. Hieronymus ſibi hanc fieri ignominiam ſi ageret apud nos ſe cenſore fieri D. Pauli, ſed hom Hebræa linguæ rudis Eraſmus vnde quenquam audet caſtigare? Hebraice eſt, hine iamim bain. Ecce venientibus diebus, pro hoc D. Hieronymus tranſtulit: Ecce dies venięt. Lxx. Ecce dies veniunt, & ita citat hunc locum D. Paulus Græcè, quid hic vitij eſſe poteſt? ſed illud ridiculum, quod ait græce, eſt ἔρχονται quod ad vtrumque tempus pertinet, A analphabetus non hoc diceret ἔρχονται tantum eſt præſentis temporis: Conſumabo teſtamentum nouum, conſumabo feriam aiunt & ita hebraice eſſe, hebraice eſt, carati, quod verbum hebræum feriam ſignificat, & diſponam ſiue ordinabo Lxx dixere diſponam D. Paulus hoc verbum mutauit, & interpretatus eſt, id eſt, conſumabo quod vetus teſtamentum imperfectũ erat, & veteris teſtamenti teſtamentũ nouũ fuit conſumatio, de hac voce teſtamentum ait Eraſmus D. Hieronymum interpretatum pactum aut fœdus, & ex hoc loco apparere authorem huius Epiſtolæ ad hebræos hebrææ linguæ fuiſſe imperitum, quæ refutatio maior noſtræ religionis quã ſi Apoſtoli imperiti hebrææ linguæ fuiſſe & imperiti citaſſe ſcripturam? aut qui magis Iudaicæ cauſæ patrocimũ potuit ſuſcipi quam ſi Apoſtolus in quo loquitur Chriſtus imperitus hebrææ linguæ fuiſſe dicatur, & ideo male citaſſe ſcripturam hoc Iudæi nobis obijciũt, & Iulianus & Porphyrius impij, nõ credebat, inquies, Eraſmus Paulũ huius Epiſtolæ fuiſſe authorem, iam Concilijs decretũ erat tẽpeſtate Eraſmi Epiſtolã ad hebræos D. Pauli eſſe, ſed fac non fuiſſe decretum controuerſia fuit à principio noſtræ religionis vtrum Epiſtola ad hebræos fuerit Pauli an Barnabæ, vt diximus ex Tertulliano, poſtea inuentũ eſt eſſe D. Pauli vtrumq; ſcriptura prædicat plenum fuiſſe Spiritu S. & ab Spiritu ſancto delectum ad prædicandum Euãgelium & imperitia eis obijcitur qui ab Spiritu S. deliguntur, & ad prædicandũ Euangelium mittuntur. Vide quid audeant noſtri temporis homines, canonicas litteras vituperare, certè ſi ab imperitis hominibus fidem accepimus, atq; adeo ſi à peritiſsimis hominibus & ſapiẽtiſsimis accepimus fidem, inanis eſt noſtra fides, inanes ſunt ſpes noſtræ quæ fide humana nitantur, nos Chriſtiani ſumus quod fides noſtra veritate prima nititur non humana fide, & Apoſtoli & diſcipuli Domini accepere Spiritum S. omnium linguis loquebãtur Spiritui S. in Apoſtolis loquenti credimus non tãtum Apoſtolis aut Euangeliſtis, berit, vocem hebræam ſupra monſtrauimus ſignificare quidem pactum & fœdus, vt reddidit D. Hieronymus, ſignificare etiã teſtamentum vt tranſtulere Lxx viri, & Theodotio quod probauit Spiritus S. qui veritas prima eſt, & ore Apoſtolorum & Euangeliſtarum eſt loquutus, ſed hebræi negant hoc ſignificare hebrææ vocem, qui Iudæis fidem habet Chriſtũ Dñm relinquet & ad Iudaiſmũ trãſibit; quod autẽ inquit Hieronymus vertit irritũ fecerũt Lxx reddidere nõ mãſere in eo, & ita citauit D. Paulus, quaſi aliud ſit non manere in teſtamẽto & irritare teſtamentũ, ſciebat Eraſmus monuiſſe D. Hiero. idq; non ſemel interpretis boni eſſe, nõ ſemper verbũ verbo reddere dũ ſenſa explicet, addit, quod D. Hiero. vertit. Dominatus ſum eorũ Lxx viros, & D. Pau. eos ſequutũ reddidiſſe neglexi eos; igitur ex D. Hiero. caſtigantur Apoſtoli & Euangeliſtæ res noua & inaudita in Eccleſia ſancta, vt ex doctore aliquo Apoſtolicæ & Euangelicæ litteræ veluti ad limam quandã & cenſurã reuocentur: Eraſmus ſi ſciebat ſe hebrææ

linguæ eſſe rudem contineret ſe intra ſua quæ nouerat, Nam ſi verbum hebræum, bahalti, duo ſignificat, dominatus ſum, & neglexi, quid tandem vitij eſt quod D. Hieronymus vertit. Dominatus ſum, & quod D. Paulus reddiderit neglexi? vtrunque congruit bene, addit quod D. Hieronymus vertit in viſceribus. D. Paulus in mentem reddidit, hebraice eſt, beqirbam, in medio eorum D. Hieronymus pro, in medio eorum, aut potius, in interioribus eorum, vertit in viſceribus eorum. Lxx viri, & D. Paulus in interioribus eorum intellexere, in intellectu eorum, in mente eorum, quid id tandem eſt mali? cum vtrunque idem ſignificet & congruat mirabiliter cum lectione hebræa? ſed finem non inueniet hæc diſputatio ſi ſingula perſequi coner, præſertim minutiſsima illa quod Paulus dixit, ecaſtos, Hieronymus vertit vir, apprehendi manum apprehendens manum & ſimilia. Verum hæc minutiſſima attende quo ſpectent; vt dicat appa rere eum qui hanc Epiſtolā ad hebręos ſcripſerit hebraice neſciſſe, & διαθήκην diſpoſitionem ſignificare magis quam teſtamentum, vt vniuerſa Romana Eccleſia quæ teſtamentum nouum & teſtamentum vetus nominat emendetur quaſi dicendum potius diſpoſitio vetus & diſpoſitio noua, ſed ſatis ſuperque dictum eſt de his annotatione. 102.

Ad Hebræos. 9. Exod. 16.

Vulg. 238. *In qua Vrna aurea habens manna & virga Aaron quæ fronduerat & tabulæ teſtamenti ſuper quæ erant, Cherubin gloriæ.*

LXX viri ſemper manna pronūciāt, aduerſarij, & Iudæi. Man, D. Hieronymus, Man, & manna, quod parui referre putat & diſcrimen in eo eſt ſi vnū punctum addas aut detrahas, nos tamen qui hanc cauſam ſuſcepimus vt Apoſtolicam & Euāgelicam lectionem & Lxx. virorum interpretationem defenderemus, vbi ſemper Manna dicitur, & non man, oſtendimus lib. 2. Man dici poſſe & Manna multo melius, quod Man, defenſorem habeat D. Hieronymum aliquando, Manna vero eundem D. Hieronymum & Apoſtolos & Euangeliſtas, & ipſum Dominum, & veteres omnes Iudæos, & diſcrimen omne quanquam in vno puncto eſt, tamen lectio Apoſtolici & Euangelica ſemper eſt anteferenda.

Ad Hebræos. 9. Exod. 24.

Hic ſanguis teſtamenti quod mandauit ad vos Deus. Vulgat. 239.

הנה דם הברית אשר כרת יהוה עמכם Lectio hebræa.

HIc locus citatur à D. Paulo iuxta trāſlationem Lxx mutato vno verbo. Lxx nanque dixere, Ecce ſanguis teſtamenti quod diſpoſuit Dominus ad vos D. Paulus: Hic ſanguis teſtamenti quod mandauit ad vos Deus. Ergo pro: Ecce, poſuit D. Paulus, hic pro, diſpoſuit, mandauit, lege cętera annotatione. 102.

Ad Hebræos. 10. ex Pſalmo. 39.

Sacrificium & oblationem noluiſti corpus autem aptaſti mihi. Vulga. 240

זבח ומנחה לא חפצת אזנים כרית לי Lectio Hebręa.
ſacrificium & oblationem nō voluiſti corpus
θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας σῶμα Lxx.
autem aptaſti mihi.
δὲ κατηρτίσω μοι.

Paulus.

ſacrificiū & oblationem non voluiſti corpus
θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας σῶμα
autem aptaſti mihi.
δὲ κατηρτίσω μοι.

HVnc locum citat & interpretatur Paulus ad Hebræos. 10, iuxta trāſlationem Lxx qui locus multis fraudibus trahitur ad ſenſus Iudaicos, en cur noſtri

noſtri Pſalmi vulgati vitiati eſſe dicantur: quod Iudaicis fallacijs non conueniunt quin potius eas arguunt diſces & ex hoc Pſalmo Iudaicas interpretationes quaſdā nec enim de omnib⁹ loquar ſed de quibuſdam nec de his vniuerſe ſed in his in quibus labefactant vulgatā & teſtimonia citata in litteras Apoſt. & Euang. ita euertunt, vt nihil eſſe aliud dicas q̄ noſtrę ſanctæ fidei refutationes acerrimæ eaſque impudentiſsimas quæ vitiatis ſcripturis & falſa interpretatione oppugnant noſtra. Primum ergo illud: corpus autem adaptaſti mihi, vt vertere Lxx & vt citat Paulus non poteſt niſi Chriſto conuenire & ſecundæ perſonę in diuinis quæ aſſumpſit humā nitatem, Iudæi vt poſſent ad Dauidem referre pro, corpus adaptaſti, ſcripſere, aures autem perforaſti mihi, & noſtri aduerſarij quando præſunt chalcographorum prælis cogunt nos imprecationibus ſacris, relicta lectione Diui Pauli, legere aliam lectionem hoc prætextu, quod ſic verterit Diuus Hieronymus finge ſic vertiſſe hunc Diuum continuo Paulus erat ex Diuo Hieronymo caſtigandus; & non potius D. Hiero. ex Paulo? ſed opus illud quantum ego iudico nunquam à Diuo Hieronymo editum eſt ita mutata vna duabuſvè dictionibus prophetia quæ nullo modo poterat conuenire niſi perſonæ ſecundæ in diuinis tracta ad Dauidem eſt. Ad hoc exemplum quid non poterit eo pertrahi quo Iudæis impijs erit libitum? quid non poterit ex noſtris à Iudæis refutari? ſi ei licet mutare quæ velint & quod clamant veritas hebraica tu credis veritatem illam eſſe veritas hebraicā, vt ſis ſciēs Iudaica veritas eſt, ſic enim Iudæi nominant impiam Iudæorum ſectam, quid ergo non poterūt Iudæi quibus licet quicquid libet & quibus noſtri quidam omni conatu ſedulam operam dant? Eraſmus totus eſt in hoc cum Vatablo, vt Lxx viros, & D. Paulum oppugnet, & caſtiget iuxta

Hinc diſpice quā noſtri aduerſarij appellēt veritatem hebraicam

tranſlationem D. Hierony. ad veritatē hebraicam en cur defenditur pſalterium quod ſub nomine D. Hieronymi circumferetur vt opponatur Apoſtolis & Euangeliſtis, ſi veriſsimè illud pſalterium à D. Hiero. eſſet tranſlatum, quod mihi nunquam fiet veri ſimile, nunquā enim D. Hiero. R. P. Chriſtianæ columen firmiſsimum ſe Apoſtolis & Euangeliſtis opponeret? ſi veriſsime in quā illud Pſalterium à D. Hieron. eſſet tranſlatum eius tranſlationem pili (abſit irreuerentia verbo) non facerem cùm ſe opponeret Apoſtolis & Euangeliſtis. Si Angelus de cælo, ait Paulus, aliter euangelizauerit vobis Anathema ſit. Ergo ſi Iudæus vnam duaſuè dictiones mutat vt lectionem hebræam ad ſenſus Iudaicos poſsit accommodare illa erit veritas hebraica quam perfida Iudæi manus ſcripſerit, an potius Iudaica perfidia? mutat Iudæus lectionem hebræam, vt monſtratum eſt lib. 2. & continuo clamat: veritas hebraica veritas hebraica cui catholicus quiſque ſuccinet merito perfidia Iudaica perfidia Iudaica dictiones in lectione hebræa mutari à Iudæis diximus ex D. Hier. lib. 2. Et vt Rabinis docuit me D. Hiero. has fraudes fieri à Iudæis, & poſtea Iudaicarum fraudum hic Diuus erit aſſertor? vnde ſcis, inquiunt, hunc locum fraude Iudaica eſſe vitiatum hebraicè & veram lectionem eſſe tranſlationem Lxx virorum, inſolubili hoc ſolo argumento de quo libro ſecundo & quod Chriſtus & eius ſpiritus qui in Paulo loquuntur ita teſtantur, qui verba hęc citant iuxta tranſlationem Lxx ſi Chriſtus in Paulo non loquitur, & ſi Chriſtus non eſt theſaurus ſapientiæ & ſcientiæ mendax eſt ſcriptura; ſi vero Chriſtus theſaurus ſapientiæ eſt, vt re vera eſt, & ſi Chriſtus in Paulo loquitur, vt re vera loquitur, cum Chriſtus in Paulo loquens dicat hoc ſcriptum fuiſſe veriſsimè hoc ſcriptum fuit, & vitiatum à Iudæis.

Ex eodem loco, & eodem Pſalmo.

Vulgata.

241. *In capite libri ſcriptum eſt de me.*

Lectio Hebræa. בִּמְגִלַּת סֵפֶר כָּתוּב עָלָי׃

Lxx. in capite libri ſcriptum eſt de me.
ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ.

Paulus.

in capite libri ſcriptum eſt de me.
ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ.

HOc quoque ſic citat eodem loco Paulus, nec iuuerat Iudæos duas mutaſſe dictiones, hoc ſolo loco refelli poterat interpretatio Iudaica de Dauid, quo enim in ſcripturæ loco mentio facta eſt de Dauide ante regnum Dauidis? certe in nullo nedum in principio libri, de Chriſto vero mentio facta eſt in principio libri Geneſeos cum verbo Dei omnia creata perhibeatur, & in illo: Faciamus hominem, præcipue in illo: Erunt duo in carne vna; de quo Paulus ſacramentum hoc magnum eſt, ego dico in Chriſto & in Eccleſia, & cum ex latere Adæ dormientis Eua ædificatur, ideſt, ex Chriſti pendentis in cruce & morientis naſcitur Eccleſia cum tranſuerberatur lancea eius latus, & fluit ſanguis & aqua, ideſt, fluunt ſacramenta, fluit omnis virtus Eccleſiæ. Quid faciũt ergo Iudæi, vt ad Dauidem referant pro techilat, id eſt, in principio, in capite ſcribunt, meguilat, in volumine, in volumine libri ſcriptum eſt de me, quaſi vero aliud ſit volumen quam liber. Sed mittę hæc, quæro vbi de Dauide ſcriptum erat in ſcriptura in eius vita, nuſquam certè, etiam ſi noſtri aduerſarij multũ laborant vt oſtendant de Dauide fuiſſe conſcriptum quod oſtendent nunquã, ſed Iudæis ſat eſt vt dicere poſsint aliquid & contra dicere, quo iure quave iniuria nihil morantur, dum noſtra refellere videantur.

Ex eodem loco, & eodem Pſalmo.

Vulgat. 242. *Sacrificium & oblationẽ noluiſti. Corpus autem aptaſti mihi: holocauſtomata & pro peccato non tibi placuerunt.*

Lectio hebræa. זֶבַח וּמִנְחָה לֹא חָפַצְתָּ

Lxx. hoſtiam & oblationem non voluiſti corpus
θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας σῶμα
autem aptaſti mihi holocauſta & de
δὲ κατηρτίσω μοι ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ
peccato non quæſiſti.
ἁμαρτίας οὐκ ᾔτησας.

Paulus.

hoſtiam & oblationem non voluiſti corpus
θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας σῶμα
autem adaptaſti mihi holocauſta & pro
δὲ κατηρτίσω μοι ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ
peccato non probaſti.
ἁμαρτίας οὐκ εὐδόκησας.

DIuus Paulus his verbis docet repudiari ſacrificia veteris legis, contra Vatablus negat repudiari ſacrificia veteris legis ſed peti purum animum in ſacrificijs, & ſine puritate animi repudiari ſacrificia, cum aperte dicat Pſalmus. Holocauſta pro peccato non poſtulaſti. Sed quid verbis opus eſt? confer quæ ſcripſit Vatablus cum Pauli ſcriptis, aperte Vatablus contra dicit Paulo, & refellit Diuum Paulum acriter tantum confidit ſuis. Atqui ſi patimur Diuum Paulum non ab homine nec per hominem legem Euangelicam edoctum, vas electionis, orbis magiſtrum, Euangelicam tubam refutari, quid iam non patiemur. Citat hæc Paulus iuxta Lxx vnum verbum tantum mutat in aliud eiuſdem ſignificationis.

Ex eodem loco, & eodem Pſalmo.

Vulgata.

Tunc dixi: Ecce venio in capite libri
243. *ſcriptum eſt de me, vt faciam Deus voluntatem tuam.*

Lectio hebræa.

הִנֵּה בָאתִי בִּמְגִלַּת סֵפֶר כָּתוּב עָלָי׃ לַעֲשׂוֹת רְצוֹנְךָ אֱלֹהַי חָפָצְתִּי

Lxx.

tunc dixi ecce venio in capite libri
τότε εἶπον ἰδοὺ ἥκω ἐν κεφαλίδι βιβλίου
ſcriptum eſt de me vt facerem voluntatem
γέγραπται περὶ ἐμοῦ τοῦ ποιῆσαι τὸ θέλημα
tuam.
σου.

Paulus.

tunc ecce venio in capite libri
τότε ἰδοὺ ἥκω, ἐν κεφαλίδι βιβλίου
ſcriptum eſt de me vt facerem Deus
γέγραπται περὶ ἐμοῦ τοῦ ποιῆσαι ὁ θεὸς
voluntatem tuam.
τὸ θέλημα σου.

Diuus Paulus cap. 10. ad Hebræos hæc nobis explanat de ingreſſu filij Dei in mundum, de filij Dei incarnatione, quo retulit Paulus: Corpus aptaſti mihi, ideſt, feciſti vt fierem homo, quæ verba niſi vitiarentur à Iudæis ad nullũ poterant niſi ad filium Dei referri, vt diximus, quod factum dixerat Paulus, quod iam ſacrificia veteris legis Deo non placebant, & ideo filij Dei verba illa eſſe ait: Ecce venio, ecce mundum ingredior, ecce iam homo fio, In capite libri ſcriptũ eſt de me, ideſt, ſicut in principio ſcripturæ, primo capite Geneſeos eſt præſignificatum de me in illo: Erunt duo in carne vna, De quo Paulus. Myſterium hoc magnum eſt. Ego dico in Chriſto & in Eccleſia, & in illo, cùm ędificatur Eua ex coſta Adæ, Eua enim vita eſt & mater viuentium qualis eſt Eccleſia ędificata ex latere Chriſti mortui in cruce percuſſo lancea, cùm inde fluxit ſanguis & aqua, vt Auguſtinus interpretatur. Vt faciam Deus volũtatem tuam, ideſt, vt redimam genus humanum iuxta voluntatem tuam, ſic hæc Paulus pluribus verbis, & ſic totam hanc ſententiam diſtinguit. Audacter Vatablus aduerſatur Paulo. Iure ergo Iudæi nos brutos & animalia, vt ait Hieronymus, nominant, Nam niſi tales exiſtimarent nũquam toties & tam aperte Apoſtolo in quo Chriſtus & Spiritus ſanctus loquitur, & toties aduerſarentur. Illa verba: Ecce venio, ad Dauidem refert, & verba Serui parati ad obediendum Domino, eſſe ait filius Dei ingreſſurus in mũdũ, non erat ſeruus. Sed parui refert ille ad Dauidem refert. Sed Deum immortalem quam ſe macerant ipſe & Iſidorus Clarus, vt verba illa: In volumine libri ſcriptum eſt de me, etiam vitiata de Dauide poſsint interpretari, citant quæ nuſquam ſunt, & mille fingunt monſtra. Sat eſt in ſcriptura nullam eſſe factam mentionem antequam ipſe Pſalmos cõſcriberet aut in Regum hiſtoria res eius geſtæ eſſent conſcriptæ. Vatablus ergo & alij hic apponit diſtinctionem, vt finis ſententiæ ſit. Ecce venio: In volumine libri ſcriptum eſt de me. Et rurſus ſit initium ſententiæ, vt faciam Deus voluntatem tuam volui, & hoc loco apponatur diſtinctio, vt ſit ſenſus: Volo Deus facere voluntatem tuam, idemque ſenſus repetatur verbis illis: Lex tua in medio. Ita mutatis diſtinctionibus, & alijs Iudaicis dolis, eluſa eſt manifeſta prophetia de Chriſti ingreſsu in mundum, & eluſa eſt Diui Pauli interpretatio. Si hanc operam Eccleſiæ proceres nobis dant noſtri perijmus ſi vos id impunè abire ſinitis. Quæro an acrior refutatio noſtræ ſanctæ fidei poſſet eſſe quã hæc eſt? Certè non poteſt, & ad hoc exemplum, quid non liceat cuique refutare, ſi licet ſemel mutare dictiones, diſtinctiones ſcripturæ, & litteras, Nam hæc omnia ab impijs Iudæis eſſe mutata arguit Lxx virorum tranſlatio quam citat D.

Paulus arguit & Spiritus ſanctus, qui in Paulo loquitur: Ego acriorem pugnam comminiſci non poſſem quam hæc eſt noſtrorum hominum aduerſum Eccleſiam & tamen pro ea quidam pugnāt tanquam pro aris & focis.

Ad Hebræos. 10. Deuteronomij. 32.

Vulga. *Mihi vindictam, & ego retribuam*
244 לי נקם ושלם & iterum. *Quia iudicabit Do-*
Lectio *minus populum ſuum* כי ידין יהוה עמו
Hebrça.

HIc locus non citatur iuxta tranſlationem Lxx; ſed iuxta æditionem hebrçam, quomodo illam vertit D. Hieronymus Lxx viri ſententiam reddidere. Illud vero: Iudicabit Dominus populum ſuum citatum eſt iuxta tranſlationem Lxx priora quod fuſe tranſlata erant à Lxx breuius citat Paulus iuxtà hebræam lectionem, & hoc loco, & ad Romanos cap. 12.

Ad Hebræos. 10. Abacuc. 2.

Vulgata *Adhuc enim modicum aliquantulumq́;*
245 *qui venturus eſt veniet, & non tardabit, iuſtus autem ex fide viuet.*

Lectio כי עוד חזון למועד ויפח לקץ ולא יכזב
Hebrça. אם יתמהמה חכה לו כי בא יבא לא
יאחר: הנה עפלה לא ישרה נפשו בו
צדיק באמונתו יחיה:

Lxx. quia adhuc viſio in tempus & orietur
διότι ἔτι ὅρασις εἰς καιρὸν καὶ ἀνατελεῖ
in finem. & non in vacuum ſi tardabit
εἰς πέρας καὶ οὐκ εἰς κενόν ἐὰν ὑστερήσῃ
expecta ipſum quia veniens veniet non
ὑπόμεινον αὐτὸν ὅτι ἐρχόμενος ἥξει οὐ μὴ
tardabit ſi ſubtraxerit ſe non placebit anima
χρονίσῃ ἐὰν ὑποστείληται οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή
mea in ipſis. iuſtus ex fide mea
μου ἐν αὐτῷ ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεώς μου
viuet.
ζήσεται.

D. Paulus.

adhuc enim parum quantū quantū veniens
ἔτι γὰρ μικρὸν ὅσον ὅσον ὁ ἐρχόμενος
veniet & non tardabit iuſtus ex
ἥξει καὶ οὐ χρονιεῖ ὁ δὲ δίκαιος ἐκ
fide viuet & ſi ſubtraxerit ſe non
πίστεως ζήσεται καὶ ἐὰν ὑποστείληται οὐκ
placebit anima mea in ipſo.
εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ.

HVnc locum citat Diuus Paulus iuxta tranſlationem Lxx ad verbum excepto quod partem huius prophetiæ redigit in compendium iuxta illud Eſaię conſummationem & breuiationem faciet Dominus in medio terræ, Nā pars huius prophetiæ erat quia adhuc viſio in tempus, ideſt, in tempus conſtitutum, id enim ſignificat vox græca, & vox hebræa, iuxta illud. Cum venerit plenitudo temporis, poteſt reddi quomodo vertit Diuus Hieronymus, quia adhuc viſus procul. Venit enim Dominus longo poſt tempore, ſequitur & orietur in finem, ille ſcilicet, de quo dictum eſt ſupra: O oriens ſplendor lucis æternæ, orietur in fine temporis, legis veteris, ſcilicet, & non mentietur, vel vt vertere Lxx non in vacuum, veniet enim ſeruaturus genus humanum, ſi moram fecerit expecta illum, ſic enim Diuus Hieronymus, & ſic Lxx. Pro his omnibus Diuus Paulus vertit. Adhuc parum quantum quantū, id eſt, breuiſſime, cætera citat ad verbum, Veniens veniet & non tardabit, quod Hieronymus vertit eodem modo, veniens & venturus in ſcriptura Chriſtus dicitur vt pluribus diximus in Commentarijs in Eſaiam, & ſic explanatur hic locus à Diuo Paulo, deinde: Et non tardabit, eſt id quod Paulus dixit: Adhuc parum quantum quantum, ideſt, intra tempus breue. Dices hebraice non eſt. Veniens veniet, ſed veniendo veniet, bo, veniendo, iabo, veniet, muta tu punctum, & dic non, bo, ſed, ba, veniens aut venturus, ſic enim

enim apud Danielem cap. 9. pro illo: Cũ duce venturo, dicitur, ba, venturo, Ergo ſi legas, baiabo, vertes, veniens veniet, ſiue venturus veniet. Hæc interpretatur Paulus de Chriſto venturo quo referant Iudæi hanc prophetiam & noſtri aduerſarij intelliges ex Cómẽtarijs Vatabli & aliorũ in hunc locũ Quomodo, inquies, hoc loco refellitur noſtra religio & confutatur? Dupliciter vitiatur ſcriptura manu, cùm mutatur littera aut dictio, Interpretatione cùm locus de Chriſto praua interpretatione alio refertur, quod hoc loco fit.

Ad Hebræos cap. 10. Abacuc. 2.

Vulg. 146. *Iuſtus autem ex fide viuet quod ſi ſubtraxerit ſe non placebit animæ meæ.*

Lectio Hebrea.
הִנֵּה עֻפְּלָה לֹא יָשְׁרָה נַפְשׁוֹ בּוֹ
וְצַדִּיק בֶּאֱמוּנָתוֹ יִחְיֶה׃

Lxx.
ſi ſubtraxerit ſe non placebit anima mea
ἐὰν ὑποστείληται οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου
in ipſo. iuſtus ex fide mea viuet.
ἐν αὐτῷ. ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεώς μου ζήσεται.

Paulus.
iuſtus fide mea viuet & ſi
ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεώς μου ζήσεται καὶ ἐὰν
ſubtraxerit ſe non placebit anima mea in
ὑποστείληται οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν
ipſo.
αὐτῷ.

Hic locus citatur iuxta tranſlationẽ Lxx ad verbum tantum ordo orationum mutatur, Nã poſtrema illa oratio: Iuſtus ex fide mea viuet primo loco ponitur, vbi iuſtus ex fide formata qua Deo credit victurus dicitur, Ex fide mea, inquit, Ex fide qua mihi credit D. Hieronymus vertit: Ex fide ſua, idem ſignificat ex fide ſua quam Deo habet, cæterum quis mirabitur D. Paulum his verbis ſequutũ fuiſſe Lxx viros cùm ſemper eos ſequantur Apoſtoli & Euangeliſtæ quốties non vitiata eſt tranſlatio Lxx vt ait Hieronymus, ita dicẽ, Vitiatam ne tráſlationem Lxx virorum, erant ſequuturi Apoſtoli & Euangeliſtæ quorũ ore Spiritus S. loquebatur Apage. Deinde quod ſi ſubtraxerit ſe nó placebit animę meę, qui dixerunt. Non habemus regem niſi Cęſarem, Nolumus hunc, qui ſe ſubtraxerit, ergo à fide Chriſti in perditionẽ nó placebit Deo, neque citat ſolum D. Paulus tranſlationem Lxx ſed interpretatur etiam & fuit ſcholiaſtes & cõmentator eius, quæ dignitas ſumma eſt interpretationis Lxx vt habeat pro interprete & Commentatore Chriſtum qui in Paulo loquitur, quid vis amplius? Interpretatur ergo ita D. Paulus, vt ſubtractionis filios appellet incredulos Iudæos, vt vertit D. Hieronymus, qui ſe ſubtraxerit à fide Chriſti in perditionem, & verbum hebræum, vfla, hoc ſignificat, qui ſe abſconderit, qui ſe retraxerit, qui ſe extulerit, cùm dixere: Nolumus hunc regnare ſuper nos. Non placebit animæ meæ. Græcè eſt, Nó complacebit anima mea in eo vel in ipſo, & qui non placet Deo pœnas pendit graues in hoc ſæculo & in futuro D. Hieronymus pro, non placebit anima mea in ipſo, vertit. Non erit recta anima eius in ſemetipſo, eodẽ ſenſu, Fuit eñ hebraice duplex lectio vnius puncti mutatione, napſi, anima mea, napſo, anima eius, qui alter vertit ſequutus videtur interpretationem Rabinorum.

Actorum. 13. Abacuch. 1.

Videte cõtemptores & admiramini & diſpergimini quia opus operor ego in diebus veſtris, opus quod non credetis ſi quis enarrauerit vobis. Vulg. 147.

רְאוּ בַגּוֹיִם וְהַבִּיטוּ וְהִתַּמְּהוּ תְּמָהוּ Lectio hebræa.
כִּי פֹעַל פֹּעֵל בִּימֵיכֶם לֹא תַאֲמִינוּ
כִּי יְסֻפָּר׃

videte contemptores & reſpicite & videte Lxx.
ἴδετε οἱ καταφρονηταί καὶ ἐπιβλέψατε καὶ ἴδετε
admiranda & delemini quia opus ego
θαυμάσια καὶ ἀφανίσθητε. διότι ἔργον ἐγὼ
operor in diebus veſtris quod non
ἐργάζομαι ἐν ταῖς ἡμέραις ὑμῶν ὃ οὐ μὴ
credetis ſi quis narrauerit.
πιστεύσητε ἐάν τις ἐκδιηγῆται.

Paulus.

Paulus.

videte contemptores & reſpicite &
ἴδετε οἱ καταφρονηταὶ καὶ ἐπιβλέψατε καὶ
admiramini & delemini quia opus ego
θαυμάσατε καὶ ἀφανίσθητε ὅτι ἔργον ἐγὼ
operor in diebus veſtris opus quod
ἐργάζομαι ἐν ταῖς ἡμέραις ὑμῶν ἔργον ᾧ οὐ
non credetis ſi quis narrauerit vobis.
μὴ πιστεύσητε ἐάν τις ἐκδιηγῆται ὑμῖν.

QVod de locis Abacuch cap. 2. dictum eſt, viſum eſt mihi nō prætтерire ſilentio locum illum ex eodem Abacuch cap. 1. citatum à D. Paulo: Videte contemptores, & admiramini, & diſpergimini, vel vt grecè eſt delemini quia opus operor ego in diebus veſtris opus quod non credetis ſi quis enarrauerit vobis, qui locus citatur à D. Paulo iuxta trāſlationem Lxx virorum ad verbum D. Hieronymus, inquies, aliter hunc locum vertit iuxta hebraicam veritatem. Satis ego puto quod centies à me dictum eſt monuiſſe duplicem ſæpè lectionem hebraice eſſe vtrāque ſanctam, alteram quam tranſtulit D. Hieronymus, alteram quam expreſſere Lxx viri quos ſequutus eſt D. Paulus, quarū altera alteri lucem affert, vt nos docet D. Hieronymus in principium cap. 49. Eſaiæ. Sed tranſlatio Lxx quam ſequitur D. Paulus diſcrepat à veritate hebrea to to cœlo: imò lectionem hebræam quæ tempeſtate Lxx virorum circunferebatur nobis repræſentat additione vnius lineæ partis exiguæ, pro ו ſi ſcribas ד efficies pro, bagoim, bogdim. Nam pſſcta diximus addi ſolitapro lectoris arbitrio, itaque pro, bagoim in gentibus, efficies, bogdim, contemptores prævaricatores, addita pertenui parte vnius virgulæ, & פ, temahu, ſi mutes, he, in, cheth, addita quoque alia pertenui parte vnius virgulæ, ſic pro ה ח ſi ſcripſeris pro, themahu, tumachu, delemini, vt ſignificet Iudæis incredulis D. Paulus, vt caueant ſi perſtent increduli ne implicentur illis minis Prophetæ quibus à Domino præſignificatum eſt implicandos eſſe incredulos Iudæos præuaricatores & cōtemptores Domini qui Dominum non receperint, futurum nanque vt deleantur prorſus omnes Iudęi de terra Iuda. Delemini, inquit, ideſt, delebimini, ita vt intra vniuerſam Iudæam vnus non remāſerit Iudæus & legibus Imperatorijs cautum fuerit vt capitale eſſet Iudæo ſi intra Iudæam pedem penetraret cui rei conuenit bene. Videte contemptores Chriſti ſcilicet, & admiramini & delemini, admiramini hanc prophetiam quæ præſignificat Iudęos eſſe delēdos ſi Chriſtum non receperint vel diſpergendos, ideſt, eos qui reliqui fuerint ex vaſtitate Iudææ diſpergendos in omnes terras neque reuocandos vnquam in patriam, & ſubijcit. Opus operor ego, tantum quod nemo credet quale nunquam poſt homines natos accidit, nec vllo vnquam tempore eſt euenturum, talis enim fuit calamitas quæ Iudæos excepit poſt crucem Domini, vt in primum caput Ioelis ſcribimus qualis poſt homines natos nulla vnquam fuit, nec erit vnquam, & ante rem geſtam ſi narraretur futura crederet nemo. Hanc calamitatem impendentem incredulis Iudæis qui Chriſtum non receperint ſuadet Paulus vt caueāt. Nam ſi de hac vaſtitate Iudææ poſt crucem Domini, de qua D. Paulus hunc locum interpretatur non intellexeris, falſa & mendax erit prophetia, captiuitatem Babylonicam incredibilem demo dixerit, cùm multas ſimiles in hiſtorijs rerum veterum legerit, vt in idem caput primum & ſecundum Ioelis ex Ariſtotele monſtrauimus, qualis fuit vaſtatio Iudææ poſt crucem Domini nullo vnquam tempore fuit, nec ęrit vnquā, nec crederet quiſquam futuram ſi ante rem geſtam narraretur, idem ſignificat tranſlatio D. Hieronymi. Quia opus factum eſt in diebus veſtris. Vaſtatio Iudææ, ſcilicet, poſt crucem Domini & diſperſio reliquorum ex illa vaſtitate in ſempiter nam captiuitatē quod nemo credet cū narrabitur ante rem geſtam, ſcilicet, Repugnat

pugnat inquies huic interpretationi quod ſequitur. Quia ego ſuſcitabo Chaldæos: quæ verba manifeſto arguunt ad Babylonios hæc eſſe referenda, quo etiã in Commentarijs retulit D. Hierony. Ego interpreti D. Paulo credo potius & canon eſt ſcripturæ vt gentem notam pro ignota, ſcriptura ponat, quale apud Vergilium. Non Xanthus, tibi non Simois neq; Dorica caſtra defuerint, alius latio iam partus Achilles natus & ipſe Dea, quod Ahiilles & illa loca horrorẽ incutiebant Troianis, pro rebus Italis magis horribilibus illa loca & Achillẽ vſurpauit, ſic hoc loco Babylonios, Iudæis horribiles pro Romanis poſuit, ſed de hac re in Commentarijs in Abacuch Prophetam Deo bene iuuante dicemus latius. Sed dices vnde tu litteras mutas? quove iure? quo iure dictum eſt fuſe libro ſecundo, quo authore id faciam ſi quæris, facio authore Chriſto & eius ſpiritu, qui in Paulo loquuntur, qui falli nõ poſſunt neque fallere nitor veritate prima qua noſtra fides catholica tota nititur.

Paulus ad Rom. Gene. 21.

Vulga. *Fide & ipſa Sara ſterilis, & quod Sara,*
248 *Sarra dici poſsit.*

Lxx. [illegible]

Paulus.

[illegible]

Diuus Auguſti. de ciuitate Dei lib. 16. cap. 28. ait redditam eſſe rationem de nomine mutato Abrahæ, de nomine vero Saræ mutato nullã eſſe rationẽ redditã, & petendã ab his qui ſcribũt nominũ hebræorum interpretationes. Nec minus valet ad id quærendũ quod tanta eſt authoritas D. Hiero, apud omnes, vt præ illa omniũ ſanctorũ patrum cõtemnatur conſenſus, & veriſsima quidẽ D. Hiero. ſententia eſt, non minus vera ſit, tamen ſententia apud omnes veteres patres recepta vt iam apparebit. Primũ omniũ illud D. Hiero, ſemper in ore eſt, ſic ſe noua cudere vt non deſtruat vetera, & putat Sarai vxorẽ Abrahæ ſic appellatã quod princeps eſſet in ſua familia. Sarai enim hebræa vox Latinè ſonat princeps mea, detractione litteræ ait pro Sarai nominatã Sara quaſi dixeris, princeps, abſolute, non princeps vnius familiæ, ſed princeps in vniuerſum quod futurum erat vt principes ex ea naſceretur, & Eccleſia quæ eo nomine ſignificatur principem locum teneret, & regale genus eſſet procreatura, genus electũ regale ſacerdotiũ, quæ ſunt ſane optimè dicta, Lxx vero aliam agnouere lectionẽ hebræã quæ ſignificabat Sarã eſſe appellatam prius ſimplici. r. i. principẽ, poſtea mutato nomine à Domino appoſitum, dagues, quod valet pro duplici littera. rr. & dagues, ſignificare, emphaſim, vt cũ de aliquo dicimus, vir eſt, virum ſe p. ebuit, & ita Sara, quæ principem fœminã ſignificabat, addicto, dagues, ſignificare iſtam quæ verum & admirabilem principatum eſſet obtentura, vel duplicatũ eſſe. rho. quæ littera ſignificat perfectionem, quod perfectiſsimũ eſſet obtentura principatũ, & ſic Sarram typũ eſſe Eccleſiæ ſanctæ & militantis. & triumphãtis. Huius ſententiæ eſt Ambroſius de Abrahã Patriarcha libro. 2. cap. 4. ſub finem, his verbis: Sara quoq; ante circũciſionem ſui viri vnius litteræ adiectione non mediocri remuneratione benedicitur, vt principatũ virtutis & gratiæ haberet, &c. Et cap. 11. eiuſdẽ libri idem repetit his verbis. Saræ quoq; vna additur littera. ſ. r. vt vocaretur Sarra, quod non vnius adiectione litteræ penſandũ eſt, non enim munus à Deo eſt vna littera ſed virtus litteræ quæ exprimit muneris diuini gratiã, hæc Ambroſius, & poſtea refert etiã ſentẽtiã Hieronymi quã diximus, vt vtranq; probet, & verã affirmet, & tamen ſunt qui parũ conſiderate hanc ſententiã Ambroſij dicãt nulla ratione fultã, & videntur negare Saræ additã litterã. r. quaſi non ſint in eadẽ ſententia

tentia Lxx viri qui prius Saram eſſe appellatam aiunt,& poſtea adiecta littera Sarram cùm à Domino eſt ei mutatum nomen,& Chryſoſtomus in ca. 16. Geneſeos Homelia. 40. Sic enim legit tráſlationem Lxx Sara vxor tua non vocabitur,nomine ſuo Sara,ſed Sarra erit nomen eius. Quemadmodum,inquit, tibi nomen muto ſimiliter vxori tuę appono litteram,ſed quid refert,inquies, Hieronymus in quæſtionibus hebraicis in Geneſin interpretans hunc locum Geneſis de mutatione nomiuis Saræ,errare omnes affirmat qui putant primum Saram fuiſſe appellatam per vnum,r,& poſtea ei alterum, r, additum vt diceretur Sarra. Sat eſſe puto exiſtimare & certiſsimum habere vera dicere Hieronymū, cùm nos docet ſuam ſententiam, nec neceſſe eſſe cum reprehendit omnes veteres patres eius ſententiam recipere, Nec enim ſolum Lxx viri aiunt vxoré Abrahæ prius Saram fuiſſe appellatam,& poſtea mutato à Deo nomine Sarram. omnes patres hoc idem prodidere,ſed & Ioſephus de bello Iudaico libro. 1. capit. 8. τοῦ δὲ γυναικὸς αὐτοῦ Σάῤῥας ἀδελφὸς vxoris eius Sarræ frater, & cap. 9. interrogauit inquit τὴν Σάῤῥαν τίς ἦν, ideſt, Sarra quæ eſſet denique quoties eam nominat per duo,rr,ſcribit atqui Iudęus erat Ioſeph' & Iudæorum longè doctiſsimus, Philó quoq; Iudæus in ſuis allegorijs Σάῤῥα inquit ὀγδοήκοντα ἐτῶν οὖσα τέξεται υἱὸν & Sarra nonagenaria pariet filium, & rurſum. ἰδοὺ Σάῤῥα ἡ γυνή σου, ideſt, Ecce Sarra vxor tua,& nunquam aliter eam appellat:atqui græca lingua orthographię eſt obſeruātiſsima. Siquis doctores ſacros, & Lxx viros & ipſos Iudæos contemnat contemnet nę ſacras litteras, Ad Romanos. 4. τὴν νέκρωσιν τῆς μήτρας Σάῤῥας, inquit, mortificationem vuluæ Sarræ, Et cap. 9. ἔσται τῇ Σάῤῥᾳ υἱός, ideſt, erit Sarræ filius, Et ad Hebræos. 11. & prima Petri cap. 3. Sarra græcè ſemper nominatur, nec mirandum eſt: Apoſtoli nanque & Euangeliſtę ſemper ſequuntur lectioné Lxx qui græcè Sarram ſcribunt nó Sarā Non igitur errant qui Sarram, per duo, rr, ſcribunt,ſed quid refert,inquies, vtrū Sara dicatur an Sarra? vna littera tantos ciet tumultus?putat Deus referre multum,quod putant omnes ſancti tu nihil referre dices? vt nihil eſſet aliud hoc dicendū erat & centies repetendū ne quis conténeret ſanctos, & eos reprehendere auderet. Nā ad reprehēſioné D. Hiero. cōniuēdū eſſet tātus eſt huius Diui ſplédor. Sed quod ille Diuus hoc fecit audét etiā ſcioli quidā audét & typographi caſtigare omnes ſanctos, etiā in Chryſoſtomo, Ambroſio alijſue nunquā legas Sarram ſed Saram niſi vbi addunt ipſi ſcribendum per duo, rr, & quod peius eſt audent librarij caſtigare D. Paulum, & D. Petrum, Nam quæ ipſi græcè per duo,rr,ſcribūt audent dicere per vnū r, ſcribédū. At Hier. inquies, vera ratio eſt, ſi,r, addita eſt quod centenarius numerus hac littera ſignificetur qui numerus perfectiſsimus eſt, vt ſignificetur perfectio quæ datur Eccleſię,cuius typus erat Sara, græcè inquit, non hebraicè eſt græce,n,r,ſignificat centum non hebraice,bene eſt,hebraice,r,ſignificat ducétenariū numerū quę duplex perfectio eſt vt ſi græce ſignificat perfectioné perfectiſsimā hebraice hāc perfectioné dupli catā ſignificet, perfectiſsima lóge perfectiorem. Certè Lxx viri & doctiſsimi Iudæorum huic nomini litterā additā ſignificant, ſic quoque præferunt litteræ Apoſtolicæ grę cè,& hebraicè frequentiſsime duplex eſt lectio ad ſignificandum duplex myſterium, &, r, apud græcos perfectiſsimæ perfectionis eſt ſignum, hebraicè perfectiſsimæ longè perfectioris,quid vetat obtéperare doctoribus ſacris & litteris Apoſtolicis D. Hiero. inquiunt, multas ſuper nomine hoc ait veteres ineptias ſuſpicatos, multa in hoc D. ſunt quæ gloſſemata ſunt potius quam eius ſcripta cuius notæ verba hæc puto: abſit vt putem hunc Diuum dixiſſe veteres patres multa ineptijſſe

ptijſſe in ea prætertim re vbi adeſt Apoſtolica authoritas. Vtraque igitur ſententia vera eſt Saram appellatã eſſe vxorem Abrahæ,ideſt, principem nõ vnius alicuius familiæ,ſed abſolutè,& Sarram perfectiſsimam principem quæ Eccleſiæ militantis & triumphantis typus erat. Quę omnia eò dicta ſunt vt ſiquis in literis Apoſtolicis & Euãgelicis aut alibi Sarram legerit per duo, rr, non errorem putet.

Ad Hebræos.12.Prouerbiorum.3.

Vulg. 149. *Quem enim diligit Dominus caſtigat flagellat autem omnem filium quem recipit.*

qm	quem	diligit	Deus	caſtigat
כִּי אֶת	אֲשֶׁר	יֶאֱהַב	יְהוָה	יוֹכִיחַ

Lectio Hebrea.

ſicut pater	&	vel dolere facit	filium	vel in filio	in quo cõplacet
כְּאָב	וּ		בֵּן	אֶת	יִרְצֶה׃

Lxx.

quem enim amat dominus caſtigat flagellat omnẽ filium quem recipit.
ὃν γὰρ ἀγαπᾷ κύριος παιδεύει μαστιγοῖ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται.

Paulus.

quem enim diligit Deus caſtigat flagellat autem omnem filium quẽ recipit.
ὃν γὰρ ἀγαπᾷ κύριος παιδεύει μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται.

HVnc locũ citat Paulus iuxta trãſlationem Lxx ad verbum Mirũ videtur quibuſdam cur Diuus Paulus non citet lectionem hebræam quam vertit ſic ad verbum D. Hieronymus. Quem enim diligit Dominus corripit & quaſi pater in filio complacet ſibi, Et miramur cur citet Paulus tranſlationem Lxx quæ à lectione hebrea planè diſcordat. Non diſcordat tranſlatio Lxx à lectione hebræa,ſed indicat vt in alijs plæriſque deprehẽditur lectionem hebræã olim duplicem fuiſſe. Alteram expreſſit D.Hieronymus.Nam,cheab,diuiſim legit D.Hieronymus. Sicut patet. Lxx viri coniunctim atque adeo addita litteræ,he,vt eſſet in,hipil hic hib, dolere fecit,vt ſit quem diligit Dominus corripit,deinde,v,&,hichib, dolere fecit, &, ben,filium,irſe,placuit,ideſt, in quo cõplacuit, eſt enim ſermo hebræus valde conciſus. Ergo pro, dolere fecit filium in quo complacet, vertere Lxx flagellat omnem filium qnem recipit. Tu,inquies; Vnde tibi hoc ius vendicas mutandi hebræam lectionem? dixi libro. 2. Vnde mihi eſſet hoc ius, qui nobis aduerſatur ad normam veritatis hebraicæ, noſtra caſtiganda eſſe putat, ego paululum confirmãda hebraica puto ad normam veritatis Apoſtolicæ & Euangelicæ,cuius author Spiritus S. eſt, vt prætercam quod oſtendi libro ſecundo in plæriſque duplicem eſſe lectionem & nos docuiſſe D.Hieronymum quomodo ex trãſlatione cuiuſque agnoſci poſſet quam lectionem hebræam ſequutus quiſque eſſet,quem canonem ego exemplo Hiſpani codicis qui latinè trãſlatus eſſet ob oculos omnium poſui.

Ad Hebræos.11.Geneſeos.47.

Et adorauit faſtigium virgæ eius, vel virgæ ſuæ ipſius vt grecè eſt. Vulg. 150.

וַיִּשְׁתַּחוּ יִשְׂרָאֵל עַל־רֹאשׁ הַמִּטָּה׃ Lectio hebræa.

Lxx.

& adorauit Iſrael ſuper faſtigium virgæ eius
καὶ προσεκύνησεν Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ.

D. Paulus.

& adorauit ad faſtigium virgæ ſuæ ipſius.
καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ.

HAEc citat D.Paulus iuxta tranſlationem Lxx ad verbum, ſed quid refert?

refert? nihi tale hebraice eſſe, aiūt, teſtéq; citàt D. Hieronymū, qui vertit lectionem hebræam ad verbum. Adorauit Iſrael Dñm conuerſus ad lectuli caput mirabiliter tranſtulit lectionem hebręā D. Hieronymus, ſed non minus mirabiliter Lxx viri, quod oſtendit D. Paulus qui eam citat, diſcrimen eſt in punctis, Nam D. Hieronymus legit, hal ros, ſuper caput, hamita, lecti Lxx halros, ſuper faſtigium, ſuper caput, hamate, vel hamato, virgæ ſuæ, ideſt iurauit ſuper faſtigiū, ideſt, ſuper florem virgæ ſuæ ſacræ Virginis quæ futurum erat vt effloreſceret, è radice eius, juxta illud. Naſcetur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcēdet. Florem igitur illum adorat Iſrael, Notandum tamen hebraice pro, adorauit, eſſe adorauerunt, vt vterque adoraſſe dicatur florem illum qui effloruit ſuper virgam de radice Ieſſe, & de radice Iacob. Sed ego magis ſequendam puto tranſlationem quam Spiritus S. nobis citat. Puncta igitur diſcrimen faciunt hamita, lectus eſt, hamate, virga.

Ad Hebræos cap. 12. Aggæi cap. 2.

Vulga. 151. *Adhuc ſemel & ego monebo non ſolum terram, ſed & cælum.*

Lectio Hebręa. וַאֲנִי מַרְעִישׁ אֶת הַשָּׁמַיִם וְאֶת הָאָרֶץ

Lxx. adhuc ſemel ego mouebo cœlum & terram.
ἔτι ἅπαξ ἐγὼ σείω τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.

Paulus.

adhuc ſemel ego moueo non ſolum terram ſed & cœlum.
ἔτι ἅπαξ ἐγὼ σείω οὐ μόνον τὴν γῆν ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανόν.

HVnc locum citat Paulus iuxta tranſlationem Lxx, & eius eſt cōmentator, Nam verba Lxx, vt commētator interpretatur, Quæ tanta dignitas dici poteſt quanta eſt, quod Chriſtus qui in Paulo loquitur interpretationis Lxx, ſit commentator? quæ commentaria interpretationi Lxx addat Paulus lege apud Paulum attente.

Ad Hebræos. 12. Deuteronomij. 4.

Et enim Deus noſter ignis conſumens eſt. Vulgat. 152.

כִּי יְהוָה אֱלֹהֶיךָ אֵשׁ אֹכְלָה הוּא Lectio Hebręa.

Lxx Deus tuus ignis conſumens eſt.
ὁ θεός σου πῦρ καταναλίσκον ἐστί.

Paulus.

& enim Deus noſter ignis conſumens.
καὶ γὰρ ὁ θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον.

HIc tantum dicendum eſt citatū hoc eſſe iuxta tranſlationem Lxx.

Ad Hebræos. 13. Pſalmo. 117.

Dominus mihi adiutor & non timebo quid faciat mihi homo. Vulg. 153.

יְהוָה לִי לֹא אִירָא מַה יַּעֲשֶׂה לִי אָדָם Lectio Hebręa.

Lxx. dominus mihi adiutor & non timebo quid faciat mihi homo.
κύριος ἐμοὶ βοηθὸς καὶ οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος.

Paulus.

dominus mihi adiutor & nō timebo quid faciat mihi homo.
κύριος ἐμοὶ βοηθὸς καὶ οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος.

ET hoc quoque iuxta trāſlationem Lxx citatū eſt. ¶ Et hoc ſcias oportet quod ſæpe à me dictum eſt non minus ad defenſionem lectionis Apoſtolicæ & Eccleſiaſticæ pertinere quam cætera, dum oſtendo tranſlationem Lxx ab Apoſtolis ſemper citari, Hæc enim erat noſtræ ſanctæ religionis acerrima refutatio quod dicerent impij falſis ſcripturæ teſtimonijs rudes homines ex populo

pulo gentium adductos ad Chriſti fidẽ quos ego refellere & noſtra defendere nulla alia re magis poſſum quam dum oſtendo eam ab Spiritu ſancto ſemper citari, hebræam lectionem rariſsimè. Triplex igitur huius noſtræ diligentiæ ſcopus eſt: primus vt oſtendam tranſlationis Lxx tantam eſſe dignitatem & authoritatem vt Apoſtoli & Euangeliſtæ non ſolum eam citent ſed etiam eius ſint Commentatores & ſcholiaſtę. Alter, vt oſtenderem veritatem interpretationis Lxx lectioni hebrææ ab Spiritu ſancto qui Apoſtolorum ore loquebatur ſemper eſſe ante latam, Tertius ſcopus eſt quod Iudæi ſolum pentateuchũ tranſlatum à Lxx viris affirmant, præterea nihil, vt Iudæos refellã: dum oſtendo Apoſtolos & Euangeliſtas citaſſe omnes prophetas omnes libros ſacros iuxta tranſlationem Lxx nec enim, temporibus Apoſtolicis alia vlla tranſlatio erat quam Lxx interpretatio.

Multa in Epiſtolis D. Pauli præterij quę non citata ſunt à D. Paulo ex ſcriptura ita vt citarentur verba, ſed vt ſolemus citare authores alicuius rei Hieronymũ, Auguſtinum, Ambroſium, Platonem, Ariſtotelem non tamen eorum verba recitamus, ſententiam citaſſe contenti, & fortaſſe quædam me pręteruolarunt.

Actorum.23.Exodi.22.

Vulgat. 153. *Principem populi tui non maledices,*

Lectio hebręa. וְנָשִׂיא בְעַמְּךָ לֹא תָאֹר׃

Lxx. & principem populi tui non dicas male.
καὶ ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς.

Paulus.

principem populi tui non dicas male.
ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς.

HIc tantum dicendũ eſt hunc locum citari à D. Paulo iuxta tranſlationẽ Lxx ad verbum græcè.

Actorum.13.Pſalmo.2.

Vulgat. 154. *Filius meus es tu ego hodie genui te.*

Lectio hebręa. בְּנִי אַתָּה אֲנִי הַיּוֹם יְלִדְתִּיךָ׃

Lxx. filius meus es tu ego hodie genui te.
υἱός μου εἶ σύ ἐγώ σήμερον γεγέννηκά σε.

Paulus.

filius meus es tu ego hodie genui te.
υἱός μου εἶ σύ ἐγώ σήμερον γεγέννηκά σε.

IVxta tranſlationem Lxx.

Actorum.13. Eſaiæ.55.

Vulgat. 155 *Quia dabo vobis ſancta David fidelia.*

Lectio hebręa. חַסְדֵי דָוִד הַנֶּאֱמָנִים׃

Lxx. ſancta Dauid fidelia.
τὰ ὅσια δαυὶδ τὰ πιστά.

Paulus.

q̃m dabo vobis ſancta Dauid fidelia.
ὅτι δώσω ὑμῖν τὰ ὅσια δαυὶδ τὰ πιστά.

IVxta tranſlationẽ Lxx græce ad verbũ, de teſtamento nouo quod complexurum erat ſancta ſacramenta, ſcilicet, Dauid Chriſti filij Dauid, fidelia, ſempiterna futura, vertere enim Lxx, Diſponam vobis teſtamentum æternum ſancta Dauid fidelia vt diſponendum dicãt Lxx teſtamentum æternum appoſitiuè ſancta Dauid, id eſt, myſteria Chriſti filij Dauid fidelia æterna futura, iuxta illud, liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, &c. In principio erat verbum, &c. Vſque ad finem Euangelij, Nihil tale aiunt eſſe hebraice. Ita eſt, Conqueſtus alibi ſum vbicunque de Dauide mentio fit hoc nomen ſanctum expunctum à Iudæis ex litteris ſacris eſſe, & in locum eius ſuffectam eſſe hanc vocem miſericordem, quod ſanctus in ſcriptura abſolutè, cum dicitur, de

Deo ſemper dicitur, & Iudæi non libenter audiunt Chriſtum eſſe Deum, eodem ſenſu dicitur miſericors, tamen hæc dico vt planum ſit vtranque lectionem eſſe ſacram. Feriam vobiſcum pactum ſempiternum, quod vulgata præfert idem eſt cum illo: Diſponam vobis teſtamentum æternum, & verbum hebræum feriam, ſignificat etiã diſponam miſericordias Dauid fideles, id eſt, quo pacto euangelizabitur completas eſſe miſericordias promiſſas Dauidi fideles, ideſt, fideliter, hæc enim continent Euãgelia, aut iuxta interpretationem D. Pauli fideles ſempiternas futuras, de mittendo Chriſto de genere Dauid, & redemptione generis humani, & quod Chriſtus ſit Deus, ait enim, Eſaias vocabitur, el & quod el Deum ſignificet ſemper, nec dicatur vnquam de homine tantũ fuſe à nobis dicendum eſt.

Actorum. 13. Pſalmo. 15.

Vulg. *Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem.*

Lectio hebræa. לא תִתֵּן חֲסִידְךָ לִרְאוֹת שָׁחַת:

Dictum eſt de hoc loco ſupra citari iuxta tranſlationem Lxx, & vitiari à quibuſdam nouis tranſlatoribus contra omne ius & æquum.

Vulgata ibidem.

Videte contemptores. &c.

De hoc loco dictum eſt ſupra.

Actorum. 13. Eſaiæ. 49.

Vulg. *Poſui te in lucem gentibus vt ſis in ſalu-*
155. *tem vſque ad extremum terræ.*

Lectio hebræa. וּנְתַתִּיךָ לְאוֹר גּוֹיִם לִהְיוֹת יְשׁוּעָתִי עַד קְצֵה הָאָרֶץ:

ecce poſuite in teſtamentum generis in LXX.
ἰδοὺ τέθεικά σε εἰς διαθήκην γένους εἰς
Lucẽ gentium vt ſis tu in ſalutem
φῶς ἐθνῶν τοῦ εἶναί σε εἰς σωτηρίαν
vſque ad vltimum terræ.
ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς.

Paulus.

poſuite in lucem gentium vt ſis tu in
τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν τοῦ εἶναί σε εἰς
ſalutem vſque ad extremum terræ.
σωτηρίαν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς.

HViuſmodi loci fecere vt videretur quibuſdam doctiſsimis & ſanctiſsimis viris non citari iuxta tranſlationem Lxx quod non citantur integra teſtimonia, tamen diximus canonem præſcriptum à veteribus fuiſſe citari ſcripturã ab Apoſtolis & Euangeliſtis, ita vt citentur tantum neceſſaria ad id de quo agitur, reliqua omittantur, & ita hoc loco omittitur tota illa oratio, εἰς διαθήκην γένους, in teſtamentum generis quod in quibuſdam locis legitur in teſtamentum generis mei, ideſt, eorum qui renati fuerint ex ſanguine & aqua quæ fluxit ex latere meo, filij Dei.

EX DIVO IACOBO citantur pauca, vt liqueat tamen D. Iacobum citaſſe etiã tranſlationem Lxx virornm.

Actorum cap. 15. Amos. 9.

Vulgata.

Poſt hæc reuertar & reædificabo ta- 156
bernaculum Dauid quod decidit, & diruta eius reædificabo, & erigam illud vt requirant cæteri hominum Dominum, & omnes gentes ſuper quas inuocatum eſt nomen meum dicit Dominus, faciens hæc, notum à ſæculo eſt Domino opus ſuum.

דְּוִיד

Lectio Hebręa. בְּיוֹם הַהוּא אָקִים אֶת סֻכַּת דָּוִיד הַנֹּפֶלֶת &c.

Lxx. reædificabo tabernaculum Dauid quod ceci-
ἀναστήσω τὴν σκηνὴν δαυὶδ τὴν πεπτω-
dit & ſuſcitabo quæ ceciderunt ex eis &
κυῖαν καὶ ἀναστήσω τὰ πεπτωκότα αὐτῆς καὶ
diruta eorum reædificabo & reædi-
τὰ κατεσκαμμένα αὐτῆς ἀναστήσω καὶ ἀνοικο-
ficabo ipſum ſicut dies ſæculi
δομήσω αὐτὴν καθὼς αἱ ἡμέραι τοῦ αἰῶνος
vt quęrant reliqui hominum &
ὅπως ἐκζητήσωσιν οἱ κατάλοιποι τῶν ἀνθρώπων καὶ
omnes natiões ſuper quas inuocatum eſt
πάντα τὰ ἔθνη ἐφ᾽ οὓς ἐπικέκληται
nomen meum ſuper ipſos dicit dominus
τὸ ὄνομά μου ἐπ᾽ αὐτούς λέγει κύριος
faciens hæc.
ὁ ποιῶν ταῦτα.

Iacobus.

poſt hæc reducam & reædificabo
μετὰ ταῦτα ἀναστρέψω καὶ ἀνοικοδομήσω
tabernaculum Dauid quod ceciderat &
τὴν σκηνὴν δαβὶδ τὴν πεπτωκυῖαν καὶ
dirute ex eis reædificabo &
τὰ κατεσκαμμένα αὐτῆς ἀνοικοδομήσω καὶ
erigam ipſum.
ἀνορθώσω αὐτήν, & reliqua eodem modo.

HAEc omnia græce citantur iuxta tranſlationem Lxx ita tamen vt quædam verba mutentur quædam orationes omittantur, verum ſic vt appareat ea citari omnia iuxta tranſlationem Lxx hic locus explanatus eſt in prophetam Amos.

Iacobi Epiſtola cap. 2. Geneſeos cap. 15.

Vulga. *Credidit Abraham Deo.*

157

Lectio hebræa. וְהֶאֱמִן בַּיהוָה

DE hoc loco dictum eſt ſupra citari iuxta tranſlationem Lxx, & nunc quoq; iuxta eandem tranſlationem citatur à D. Iacobo.

Iacobi Epiſtola cap. 4. Prouerbiorum. 2.

Vulgata *Deus ſuperbis reſiſtit humilibus autem dat gratiam.*

Lectio hebræa. כִּי יְשָׁרִים יִשְׁכְּנוּ אָרֶץ וּתְמִימִים יִוָּתְרוּ &c.

DE hoc loco dictum ſupra eſt tantum hoc loco additur citari quoque à D. Iacobo iuxta tranſlationem Lxx nec vlla maior commendatio Lxx ſeniorum poteſt eſſe quam citari ab Apoſtolis & Euangeliſtis & ab Spiritu ſancto, qui Apoſtolorum & Euangeliſtarum ore loquebatur.

Qua cauſa citata ab Apoſtolis ex veteri teſtamento omnia teſtimonia iuxta tranſlationem Lxx tam exactè demonſtrandum eſſe putarim.

IMpius Imperator Apoſtata Iulianus, & porphyrius impius & Iudæi noſtris maioribus obijciebant adductos ad fidem ex gentibus rudes homines falſis ſcripturæ teſtimonijs & deceptos quod tranſlatio Lxx falſa eſſe diceretur & parum fideliter verſa, quod ego refellere nulla arte potui magis quam dū oſtendo eam ab Spiritu ſancto, ore Apoſtolorum & Euangeliſtarum ſemper citari, vt qui Spiritui ſancto fidem habent ab eodem Spiritu ſancto tranſlationem Lxx ſe habere intelligant & quoties ab hebræa lectione diſcordare dicitur inde eſſe quod hebraice duplex ſit lectio aut quod hebræa lectio aliqua Iudaica fraude ſit attentata in his locis qui citantur ab Apoſtolis & Euangeliſtis, aut Doctoribus ſacris vnde veteres putauere quod tranſlatio Lxx inſtatu Spiritus ſancti ſit texta, & ab Spiritu ſancto per Apoſtolos & Euangeliſtas & per pontifices & doctores ſacros eccleſiæ ſit data, Nam qui potuit magis hoc nobis noteſcere quam dum eam videmus ab Spiritu ſancto per Apoſtolos & Euangeliſtas citari ſemper.

156 *Euangelium ſecundum Matthæum.*

LAurentius & Eraſmus Euangelium, aiunt græcam vocem latinè ſonare bonum nuncium, quanquam Homerus in Odyſſea hoc verbo ſit vſus pro dono quod dari ſolet lœta & fauſta nunciantibus. Ita eſt, nec enim tempore Homeri gentibus doctrina Euangelica affulſerat & rebus nobis noua eſſe imponenda vocabula docet Cicero, & Artium quoque & diſciplinarum proprias eſſe voces & nomenclaturas res eſt notiſsima, quin Plato in Cratyllo de rectitudine nominum eas docet rectas & veras rerum omnium eſſe nomenclaturas quæ impoſitæ ſunt à viro ſapientiſsimo, aut ab ipſo Deo qui ipſo nomine rerum exprimit naturas, præſertim in rebus diuinis quarum cognitio hominum generi naturali lumine non contingit: fauſtiſsimus ergo nũtius ille, & lętiſsimus, vt ait Euſebius Cæſarienſis in principio libri primi de præparatione Euangelica, quē vnigenitus filius Dei cælo ad nos detulit de magno Dei patris cõſilio illo quo nos in filios Dei adoptare deſtinaſſet, & regna cælorum nobis credentibus promiſiſſet, & cum Angelis vitã ſempiternã ſi eius iuſſa gnauiter faceremus, Euãgelium nominatur idq; ab ipſo deo. Rectiſsima ergo hæc appellatio eſt iuxta Platonis ſententiàm quam ſcriptis Euangelicis impoſuit Deus vt Euangelia nominentur, & huius diſciplinæ ſacræ propria & peculiaris eſt nomenclatura vt geometricæ diſciplinæ propria ſunt nomina, punctum, linea, ſuperficies, triãgulus, rectangulus, ſcalenus, ſimileſque voces. Ita Chryſoſtomus in caput primum Epiſtolæ ad Romanos in illa verba: Quod ante promiſerat, docet in prophetis hoc nomen Euangelij eſſe antiquiſsimum, vt in hac doctrina reuelata in ſacroſancta Theologia, ſcilicet, Euãgeliũ proprium ſit nomen artis, vt in illo Pſalmi: Dominus dabit verbum Euangelizãtibus. Et apud Eſaiam: Quam ſpecioſi pedes euãgelizantium. Neq; putes apud Lxx viros apud quos hæc vox eſt frequentiſsima tantum hanc vocem reperiri, quãquã id ſat eſſet, voluit enim Origenes & cæteri veteres Spiritu S. inſtinctu ſcripturam Lxx viros vertiſſe, Nam & hebraicè euangelizare dicitur, baſar, Vnde cum præpoſitione in recepta vulgo hæc vox eſt, embaxador, embaxada, quoties enim abſolute dicitur, baſar, hebraice obire legationem ſignificat, vt Euangelium ſit lœtiſsima & fauſtiſsima vt ita dicam embaſiata cælo ad nos delata à qua Chriſtus Dominus angelus magni conſilij eſt appellatus, quod magnũ patris conſilium ad nos detulit de redẽptione generis humani, de regno cœleſti, de æterna hæreditate ad quam vocamur, quod ſignificarũt angeli cũ dixere: gaudiũ annũcio vobis, græcè.n. eſt: gaudiũ euangelizo vobis, apporto vobis lętiſsimam è cælo legationem, & hoc ita eſſe teſtis eſt ipſe Spiritus S. qui Apoſtolorum ore loquebatur, quoties enim hebraice eſt hoc verbum, baſar, in prædictionibus Propheticis reddunt Apoſtoli & Euangeliſtæ euangelizare, vt in illo Eſaiæ cap. 52. quod citat Paulus ad Romanos. 10. quam ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, & in illo Eſaiæ cap. 63. quod citat Lucas cap. 4. Euangelizare pauperibus miſit me, aliiſque locis, pro euangelizare hebraice ſemper eſt, baſar, vnde apud nos, embaxada, nomẽ eſt receptiſsimũ, Nec placet mihi quod quidam prodidere chartis legem Euangelicam eſſe inſtaurationem legis naturæ ſi intra hæc ſubſiſtant, Nam lex Euãgelica inſtaurat quidem naturæ legem, ſed præter hoc Euangelium Diuinum quiddã & ineffabile eſt, vt docet Chryſoſtomus loco ſupracitato, omnes ſiquidem naturam tranſcendit Euangelium regna cæleſtia nunciat, & adoptionẽ filiorũ Dei, & æternæ vitæ hæreditatem.

Liber generationis. 157

AVguſtinus lib. 2. contra fauſtum Manichæum cap. 1. inducit fauſtũ Mani-

Manichæum hæreticum negare hoc eſſe principium Euangelij D. Matthæi idque probare quod neque Matthæus illud appellat Euangelium ſed librum generationis Ieſu Chriſti, poſt incluſum vero Ioannem in carcerem tũc legitur, inquit, Ieſum cœpiſſe prædicare Euangelium regni. Ergo quicquid, inquit, narratum erat vſque ad illa, genealogiam eſſe conſtat Chriſti non Euangeliũ, Fauſtum Manichæum refellit Auguſtinus. eo loci, addere potes his quod adnotatione. 145. libri ſuperioris diximus ex interpretatione D. Pauli, Teſtamentum nouum eſſe quo continetur completas eſſe miſericordias promiſſas Dauid, vel ſancta myſteria Chriſti ſempiterna futura, inter hæc primum locum tenet Chriſti natiuitas ex ſemine Dauid, ex virgine ſacra, ex obumbratione Spiritus ſancti quę maximè ad hiſtoriam Euangelicam pertinere omnes vident, nec vir prudens quiſquam dubitabit vnquam prophetias veteres & populo Dei data diuina promiſſa cùm cõpleta narrantur ad doctrinã Euangelicam ſpectare, quæ Euangelij ſunt fundamẽta firmiſsima.

158. *Liber generationis Ieſu Chriſti.*

NEgant hanc ſeriem generationis eſſe Ieſu Chriſti, ſed Ioſeph, vnde Chriſtus natus non eſt quod ipſe Euãgeliſta teſtatur: de hac re fuſe & latè dictum eſt lib. 3. cap. 1. vbi Iudæos & cæteros aduerſarios qui negabant moris fuiſſe apud Iudæos ex eadem Tribu & familia ducere vxores, vt ſcripta viri genealogia deſcripta quoque eſſet genealogia vxoris, confutauimus, & veriſsima oſtendimus eſſe quæ in hanc ſententiam veteres patres dicerent, neque repetere ea hoc loco neceſſe eſt. Nam eo loci Iudæos, & aduerſarios refutauimus, & clariſsima noſtræ tẽpeſtatis lumina; quibus ob linguarũ ignorantiam Iudæi & noſtri aduerſarij fecerant impoſturã.

159. *Liber generationis Ieſu.*

DIximus in Commẽtarijs in Eſaiã in illud cap. 7. Et vocabitur nomẽ eius Emmanuel, ex Cyrillo & Tertulliano ingentem pugnam fuiſſe nobis cum Iudæis cur Chriſtus vocatus fuiſſet Ieſus & non Emmanuel iuxta propheciã Eſaiæ. Vocabis nomen eius Emmanuel, illinc petet qui volet huius dubij ſolutionem, ſed illa hinc dubitatio nata eſt qua prophetia prædictum fuerit Chriſtum Dominum Ieſum fuiſſe vocãdum, Nam pluribus nominibus Chriſtũ nominatum in ſcriptura fuiſſe res eſt notiſſima, vt dictum eſt eo loci in Commentarijs meis; quæſitum tamen eſt qua prophetia prædictum ſit vocandum fuiſſe Ieſum. Exodi. 23. aiunt dictum eſſe de Ieſu Naue: Ecce ego mitto Angelũ meum, & infra: Nomen meum eſt in illo, ideſt, nominatur. Vt ego homo factus, ſum nominandus, Ieſus, ſcilicet. Et ita veteres vno conſenſu Ieſum Naue typum Chriſti fuiſſe, aiunt, rebus omnibus, & propterea quod nomen geſsiſſet quo Dominus factus homo eſſet nuncupandus, vt enim Ieſus Naue ſucceſsit Moyſi, ſic noſter Ieſus ſucceſsit legi Moſaicæ, & vt Ieſus Naue introduxit in terrã promiſſionis Iſrael, ſic noſter Ieſus introducit fideles in promiſſa regna cœleſtia, vt Ieſus Naue eſt appellatus. i. pulchræ habitatiõis quod induxerit populũ Iudęorũ in terrã promiſsionis pulcherrimarũ habitationũ, Naue enĩ ſonat pulcherrimas habitationes, ſic Ieſ⁹ noſter in pulcherrimã habitationẽ regni cœleſtis fideles introducit in mãſiones amœniſsimas quę apud patrẽ ſunt, ſic Hieronymus ad Paulinum. Veniam ad Ieſum Naue: qui typus fuit Domini non ſolum geſtis, ſed etiã nomine, ſic Iuſtinus aduerſus Tryphonem idque ſignificatum docet Numerorum. 13. cum hic Ieſus Naue à Moſe Iudæis pręficitur Imperator & Dux mutato nomine. Nam qui prius Oſee diceretur aut Auſee Naue, Ieſus Naue eſt nominat⁹ à Moſe eo tẽpore cũ populũ Dei eſſet introductur⁹ in terrã promiſſionis, Nõ reputatis, inquit Iuſtinus, cũ animis veſtris cur dicatur Nomen meũ

eſt in illo, ſi hebraicè ſciſſet Iuſtinus poterat premere Iudæos multo vehementius, Oſæe dicebatur, ſiue Auſæe hic dux, id eſt, ſaluator à verbo, iaſa, ſaluo & ſeruo, & mutatur ei nomen & dicitur Ieſua nomine eiuſdem ſignificationis à, iaſa, eodem verbo deflexo, Ieſua.i.ſaluator, quod terminatione differt ſignificatione nõ differt, vt dux, & ductor, rex, regnator, & regnans differunt terminatione, ſignificatione non differunt, cur igitur illi mutatur nomen? vt enim aiunt Origenes & alij omnes veteres in litteris ſacris nihil eſt ſuperuacaneum, aut ocioſum, aut ſuperfluum, an non planum eſt, ideo mutatum ei nomen fuiſſe, vt diceretur poſtea: nomen meum eſt in illo? ea igitur cauſa qua dixi huic duci priuſquam ingrederetur in terram promiſſionis nomen eſt mutatum; hoc ſenſit Auguſtinus contra fauſtum Manichæũ lib.12.capit.31. & lib.16. cap.19. & capit. 20. Et in oratione de quinque hæreſibus capit.4. Euſebius demonſtrationis Euangelicæ lib.4. demonſtratione 17. Iſidorus Clarius & alij pro Iudæis contra ſanctos patres recte reſpondent, cûm negant illud ſignificatum illo ſcripturæ teſtimonio: nomen meum eſt in illo ſignátque quoſdam ſcripturæ locos vbi phraſin hanc hebræam eſſe docent, ibi erit nomen meum pro eo loco colar ipſe, & de vrbibus & locis veriſsime dicunt de perſona non item, quin de perſona dictum niſi de ſolo Ieſu Naue in ſcriptura ſacrá nuſquam reperies, ſi Iudæi noſtrorum ſententiam ſubuertere parant, oſtendant de alio quopiam in ſcriptura ſacra dictum eſſe: nomen meũ eſt in illo, quando Iudaica ſcriptio noſtrarum rerum eſt refutatio, id oſtendere nunquam poterunt. Negant Iudæi huic duci nomen fuiſſe Ieſum, ſed Iehoſuha, alij, Ioſuam nominant. qui pro ſe citant Diuum Hieronymum qui Ioſûe appellat, non repugno ſic appellatum, ſed puncta hanc varietatem pronunciationis faciunt, vt Ieſum filium Naue & Ioſue filium Num poſſis appellare vt ſupra libro 2. pluribus eſt dictum, illud affirmo Ieſum filium Naue tranſlatione Lxx ſemper nominari & Apoſtolos & Euangeliſtas Lxx viros citare ſemper, & ipſum Diuum Hieronymum & veteres patres omnes ſic hunc ducem nominare. Eraſmus in in illa verba capit.1. Matthæi qui vocatur Chriſtus. Hoc inquit, ſanctiſsimum nomen Ieſum ſententia quorundam diuerſum fuit à nomine ducis illius Ieſu Naue, & optat hanc vnam ob cauſam vt extaret Euangelium Matthæi verbis & litteris hebraicis conſcriptum, vt hæc lis componi poſſet, quaſi vero aliunde hæc lis componi non poſsit, an Eraſmo non ſatis erat authoritas eccleſię vniuerſæ quę illum Ieſum Naue nominauit vſque ad Diui Hieronymi tempora, & nunc vtroque nomine appellat quod Diuus Hieronymus paruj referre putauit largiri hoc Iudæis vt appellaretur Ieſus Naue ſiue Ioſûe filius Num, Ipſe tamen Diuus Ieſum Naue in ſuis ſcriptis ferè nominat, qui eum in ſua vulgata Ioſue filiũ Nũ appellarat, vt parui referre doceat hoc aut illo modo illum nominare: Certe Spiritus ſanctus qui ore D. Lucæ loquebatur hũc ducẽ Ioſue Actorum cap.7. Ieſum appellat his verbis: tabernaculum teſtimonij fuit cum patribus noſtris in deſerto ſicut diſpoſuit illis Deus loquens ad Moyſen, vt faceret illud ſecundum formam quam viderat quod & induxerunt ſuſcipientes patres noſtri cum Ieſum in poſſeſsione gentiũ quas expulit Deus à facie patrum noſtrorum: qui locus obſcuriſsimus eſt latine, græce nanque pro, cum Ieſum, eſt, cum Ieſu, vt ſit, quod tabernaculum patres noſtri cum Ieſu, cum duce illo Ieſu Naue ſuſcipientes induxerunt in poſſeſſionem gentium, in poſſeſsionem terræ promiſsionis. En hoc loco Diuus Lucas aut Spiritus ſanctus potius ore Diui Lucæ ducem illum Ioſue filium Num;

Num , quo duce introierunt patres in terram promiſsionis Ieſum appellauit, quam aliam lectionem Hebræam poſtulabat Eraſmus ? ſpiritum ſanctum habet autorem, hunc ducem Ioſue Ieſum quoque eſſe appellatum & D. Paul. ad hebræos cap.4. Ieſum quoque appellauit hunc ducem illis verbis. Nam ſi eis Ieſus requiem præſtitiſſet nunquam de alia loqueretur , vbi Paulus de Ieſu Naue loquitur,qui introduxit populum Iſrael in terram promiſsionis & requiẽ præſtitit Iſraelitis. Ait ergo Paulus cum propheta Dauid hoc pſalmo de requie agat,quam dominus daturus erat,ſequitur,non de requie illa dicere,quam multo ante tempore Ieſus Naue præſtiterat ſed de illa requie quam verus Ieſus in conſummatione ſœculorum erat daturus in reſurrectione ſanctorum , & ante hanc reſurrectionem erat daturus ſanctis ſuis,cum eorum animas perduceret in regna cæleſtia. Ieſus quoque filius Sirach Ecclecaſtici. 36. Ieſum Naue quoque nominat , & Philon Iudæus de ebrietate & in vita Moſis & quoties huius ducis mentionem facit Ieſum eũ nominat , & Ioſephus Iudæus de antiquitate lib.5.centies hunc ducem vocat Ieſum. Dictus eſt etiam Ieſus Naue ab eodem Ioſepho,& à Ieſu filio Sirach ca. 36.qua de re multa ſupra diximus libro ſecundo . Neque deſunt ex noſtris qui aduerſum hæc omnia Iudæis faueant,& Iudæis plus fidei habeant quam noſtris Apoſtolis,ſed reprimam me.

160. *Liber generationis Ieſu Chriſti.*

CHriſtum Dominum appellatum hebraicè Meſsiam à,maſſa , voce hebræa,id eſt,vngere.Græce Chriſtum à,chrio,vngo , & vtroque nomine vnctus ſignificetur docet Ioannes capit. 1. inquiens:inuenimus Meſsiam, quod eſt interpretatum Chriſtus, & cap. 4. ſcio quod Meſsias venit qui dicitur Chriſtus,Ioſephus quoque de antiquitatibus lib.18.capit.4.de Ieſu loquens : Chriſtus hic erat,inquit, quæ eo dixerim quod è re tam confeſſa illa Iudæorum calumnia nata eſt veterum riſu excepta, & cachino, quod quem nos Chriſtum appellamus iuxta litteras Euangelicas & Apoſtolicas,& iuxta veterum Iudæorum appellationem illi,ilimenó, nominandum eſſe contendebant,quaſi aliud eſſet , ilimenos,id eſt,vnctus,ab.alipho,vngo,& Chriſtus vnctus à chrio,vngo , ſi roges cur ergo mutabant vocem Iudæi illi? nempe vt nobis obſtreperent & rebus noſtris aduerſarentur , & quod ita ſint parati,vt ſi diem dixerimus eum qui medius eſſet dies illi tenebras eſſe dicant,eaſque denſiſsimas, Chriſtum autem appellatum eſſe etiam à Iudæis intelliges ex Ioſepho loco citato Antiquitatum lib. 18.cap.4.& ex lib.20. antiquitatum cap. 8. vbi Iacobum fratrem appellat Ieſu qui vocatur Chriſtus, erat enim forma dicendi recepta apud hebræos vt fratres appellarent propinquos, & qui vocatur Chriſtus,pro qui erat Chriſtus,ſic enim Matthæus . Ex qua natus eſt Ieſus , qui vocatur Chriſtus. Diuus Hieronymus quoque in illud pſalmi.104. Nolite tangere Chriſtus meos refellit Iudæos qui negabant Chriſtum Dominum noſtrũ appellari potuiſſe Chriſtum , quod nemo Chriſtus dici poſſet niſi vnguento regali aut ſacerdotali eſſet vnctus,Chriſtus aiebant neque regali , neque ſacerdotali vnguento vnctus fuit,non potuit igitur Chriſtus appellari,quos ſic confutat Hieronymus . Erubeſcant Iudæi, inquiens, ecce ante legem Patriarchæ non vncti regali vnguento nec ſacerdotali Chriſti dicuntur : nolite tangere Chriſtos meos,Chriſti enim ſunt qui Spiritu ſancti vnguntur iuxta illud Eſaiæ cap. 16.Spiritus Domini ſuper me quod vnxit me,quod citat D. Lucas capite. 4 . Spiritus Domini ſuper me propter quod vnxit me, & Chriſti veteris legis typi erant veri Chriſti Domini neq; tantã vim habet typus & vmbrã

quantam ipſa veritas, multo ergo magis Chriſtus Dominus qui ſignificabatur typis Chriſtus vere eſt appellatus quam ipſius vmbræ & figuræ.

161 *Filij Dauid.*

QVod hæretici & aduerſarij noſtri ad id toto pectore incubuere vt negarent Chriſtum Dominum de familia Dauid eſſe natum quos longa diſputatione refutauimus in principio lib. 3. Nunc teſtimonijs Euangelij Chriſtum natum ex Dauidis familia oſtendamus, Apud Lucam: Angelus virginem ſacratam verbis Eſaiæ iuxta tranſlationem Lxx ſalutat, vt enim Eſaias dixit: Ecce virgo concipiet in vtero & pariet filium, ſolo omiſſo virginis nomine quod ad ipſam virginem ſermo era. Ecce concipies in vtero, ait, & paries filium, & percuntanti virgini: Quomodo fiet iſtud quoniam virum non cognoſco, Reſpódit Angelus: Spiritus S. ſuperueniet in te. Vbi Angelus parituram ſacram virginem prædictam ab Eſaia ortam de radice Ieſſe ſine cognitione viri, ait, & pariturа ſuperuentione Spiritus S. & virtutis altiſsimi obumbratione, & tamen inquit: Dabit Dominus Deus illi ſedem Dauid patris eius, vnde neceſſario concluditur teſtimonio Angeli & Euangeliſtæ ſacram virginem à familia Dauid fuiſſe ortam, Nam ſi Chriſtus tantum natus eſt ex ſacra virgine ſine viri opera virtute Spiritus S. idque ita futurum teſtatur Angelus & Euangeliſta, & dicitur filius Dauid, conſequitur neceſſario Mariam matrem eius filiam Dauidis fuiſſe, idque liquet præcepto illo Rhetorum peruulgato quo dicitur: quoties exitus rei ſatis oſtendit priora debemus hoc eſſe contenti quo reliqua intelliguntur, quod ſtulta narratio eſſet, vt docet Quintilianus: ſi quis diceret ſuſtuli filium natum educaui in adoleſcentiam perduxi & ita habeo filium adoleſcentem, ſatis enim erat dixiſſe habeo filium adoleſcentem vnde reliqua intelliguntur, ita cum Euangeliſta dixiſſet filium Mariæ virginis ſine opera viri obumbratione Spiritus S. natum Dauidis fuiſſe filium, non neceſſe erat poſtea dicere ſacratam mariam matrem eius fuiſſe Dauidis filiam, videretur enim ſtulta narratio, ſatis enim liquet ſi ſine vlla opera viri ex ſola virgine Chriſtus eſt natus, & Dauidis filius dicitur ab Angelo matrem ipſam à Dauide ortum habere, & concluditur etiam argumento neceſſario & inſolubile ſi filius natus ſine patre Dauidis patris regnũ erat accepturꝰ iuxta Angeli nuncium, mater ergo Dauide patre nata eſſe argumento concluditur neceſſario, ſi nullus eſſet alius ſcripturæ locus hoc teſtimonium Angeli, & D. Lucæ ſatis eſſe deberet, ſed ſunt loci multi ſcripturæ qui hoc teſtantur, qualis locus ille Pauli ad Romanos cap. primo. factus ex ſemine Dauid ſecundum carnem, &c. 2. ad Timotheum cap. 2. Memor eſto Dominum Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis ex ſemine Dauid, & alij huius notæ quibus refelluntur Manichæi hæretici de quibus ſupra diximus, & fidelibus & philochriſtis ſit ſatis Iudæos & rerum noſtrarum obtrectatores confutauimus cum de vltimo numerorum cap. diſputabamus in principio lib. 3. c. 1.

Filij Abraham. 162

ABraham aiunt, mutato nomine idem ſignificat quod antea, vt nihil myſterij ſit quod. 17. Geneſeos addita vna littera ei nomen mutauerit Dominus, ſic enim ſcribunt: Ego affirmare auderem per vtrunque nomen idem ſignificari per Abram in quam, & per Abraham, nempe patrem excelſum. Hæc ille, video Iudæos multis verſari modis prophetias omnes de benedicendis nationibus in Chriſto Ieſu quod ſignificauit ipſe Dominus, cũ Abraham mutauit

mutauit nomen,inquiens,Non vocabitur nomen tuum Abram,ſed appellaberis Abraham quia patrem multarum gentium cõſtitui te,quiſquis ergo vero que nomine idem putat ſignificari palam aduerſatur Domino qui vetat Patriarcham appellari Abram,ideſt, patrē excelſum,patrem meteoron,& Aſtrologiæ,& Aſtronomiæ, qua doctiſsimus fuiſſe perhibetur,appellari iubet Abraham,& cauſa ſubijcitur quia patrē multarum nationum conſtitui te,ideſt,quia in ſemine tuo,hoc eſt in Chriſto benedicendæ ſunt multæ nationes quę omnes habiturę ſunt te patrem vt Abraham dictus ſit ab hac dictione hebræa,ab,ideſt, pater,ram,ideſt,excelſarum,hamō,i.nationum,ideſt, pater nationum excelſarum,fidelium,ſcilicet, qui in cœlo lucēt lumine ſplendidiſsimo in ſinu Abrahæ. Sed D.Hieronymus,aiunt, in quæſtionibus hebraicis dixit. Abram ſignificare patrem excelſum,& poſtea vocatum eſſe Abraham,quod poteſt explanari pater multarum,Nam quod ſequitur gentium non explicatur, inquit Hieronymus,nominis Etymologia ſed debet ſub audiri. His verbis D. Hieronymus non negat ſed affirmat potius Abraham ſignificare patrem multarum gentium,& Abram patrem excelſum quod omnis excelſæ doctrinæ Meteoron Aſtrologię & Aſtronomiæ veluti præeſſet.Sed ſcribenda erat,inquiunt,ham,poſtrema ſyllaba cum,hain,& huius rei Hieronymum citant authorem.Deum immortalem quam habēt ad manus Hieronymū ad omnia quæ volunt aduerſum Eccleſiam dicere,non tàm imperitus erat Hieronymus vt hoc diceret & ignoraret quod vel pueri ſciunt, non dictum eſſe Abraham ab hac dictione hebræa, ab, ideſt,pater,&,ham,cum,hain,ideſt,populus hoc eſt patrem populorum,Nam id ad Prophetiam nihil pertineret,poterat enim eſſe pater populorum Prouinciæ Iudeæ,ſcilicet,quæ patebat latiſsimè,ſed dictum eſſe potius ab hac vocula hebræa,ab,ideſt,pater,&,hamon, quæ innumerabilem multitudinem ſignificat nationum omnium quæ benedicendæ erant in Chriſto, de quibus Apocalypſeos.7. Poſt hæc vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterát ex omnibus gentibus,Tribubus,& populis,& linguis ſtantes ante thronum in conſpectu agni. Illam ergo turbam magnā quam dinumerare nemo poterat,ſignificat hæc vox hebræa,hamon,vt,ab pater ſit,ram,excelſum ſonet,hamon,multitudinem illam innumerabilem omnium nationum vt Abraham latinè ſonet, pater excelſæ illius multitudinis quam dinumerare nemo poteſt ex omnibus gentibus quæ in Chriſto Domino ſunt benedictæ, quod ipſæ ſacræ litteræ interpretantur cum cauſam mutationis Nominis ſubijciunt, quia poſui te patrem multarum גוים guoim, ideſt, nationum,non dixit populorum, ſed nationum.

Abraham genuit Iſaach,Iſaach autem genuit Iacob,Iacob autem genuit Iudam & fratres eius. 163

Redeamus iam tandem ad noſtrum inſtitutum vt oſtendamus ſacros Euangeliſtas ſequutos in ſuis Euangelicis litteris Lxx virorum interpretationem qui hæc omnia nomina ſic appellant Abraham, Iſaach,Iacob,Iudas,nec neceſſe eſt hoc loco lectionem Lxx adſcribere, ſic enim Lxx & omnes veteres hos Patriarchas nominant,ſic Diuus Hieronymus quoque nominat.Chriſtum & eius ſpiritum in eorum Apoſtolicis & Euangeliſtis fuiſſe loquutos, monſtratum eſt libro.1. quæ Chriſtus & eius ſpiritus probauerunt veriſsima ſunt & ſacratiſsima,probauerunt tranſlationem Lxx in prolatione horum nominum, quę ergo hinc diſcrepat non eſt ſacrata trāſlatio.Quid facias,inquiūt,

ſi hebraice aliter ſunt ſcripta hæc nomina? non ſunt alitèr ſcripta hæc nomina, ſed varietate pronuntiationis litterarum & punctorum varietate impij Iudæi fecere vt pro, Iſaach, Iſchach, legendum videatur, pro, Iacob, Iaacób, pro, Iuda, Ieuda, & ſic reliqua, vt in hebrea lectione in huiuſmodi nomenclaturis ferè nihil cum litteris Apoſtolicis & Euangelicis congruere videatur vt noſtræ ſcripturæ & Apoſtolorum & Euangeliſtarum quod illi veteres patres apud Auguſtinum, aiunt, minueretur authoritas. Diximus, cheth, litteram hebræam aliquãdo valere pro, ch, quoties hebræa nomina græcè ſcribuntur, aut latinè, aliquando pro aſpiratione, h, euaneſcere etiam nõnunquam & Iudæos ita ſe offirmaſſe, vt ſi nos hanc litteram, cheth, in aſpirationem verteremus illi contra niterentur, & in, ch, vertendam contenderent, ſin in, ch, nos illam litterã mutaremus, illi contra in aſpirationem mutandam dicerent, quod liberum ſit hoc modo vel illo hanc litteram mutare, aliquando prorſus expungere, Nos ergo dicimus Iſaach edocti ab Spiritu ſancto per Apoſtolos & Euangeliſtas excuſſa littera, cheth, Iudæi & noſtri aduerſarij, Iſchach, pronunciandum contendunt, & ſunt qui moneant vt Iudaicæ prolationi aſſueſcamus multum id facere ad cognitionem linguæ hebrææ facturi melius ſi monerent vt prolationi Euangelicæ aſſueſceremus Spiritu ſancto defenſore opus non erat, tamen à veteribus Iſaach appellatum fuiſſe & non Iſchach diſces ex Ioſepho libro. 1. Antiquitatum cap. 11. & ex Philone Iudæo in Allegorijs cùm de Abraham loquitur & de Iſaach, qui ſemper Iſaach ſcribunt & non Iſchach, Atqui græcè tam religioſè obſeruatur Orthographia quam hebraicè, Ieſus quoque filius Sirach in Eccleſiaſtico capi. 44. Iſaach ſcripſit non Iſchach, Iudæi nanque Iudæorum teſtimonijs ſunt refellendi, Iacob quoque Iaacob pronunciandum dicunt addito vno puncto cùm Ioſephus libro. 1. Antiquitatum ca. 19. & alijs locis Iacobum appellet, declinat enim hebræa nomina, Iacob quoque nominat Philon Iudæus in Allegorijs & vbicunque eius mentio nem facit, & Ieſus filius Sirach Eccleſiaſtici. 44. Iuda Ieuda nominant additione vnius puncti, Nam aſpiratio vltima cùm nomina hebrea græcè vertuntur frequentiſsimè eliditur, Ioſephus verò Iudęus libro. 5. de Antiquitate cap. 1. & 2. Iuda nominat & Philon Iudæus in Allegorijs & Ieſus filius Sirach, neque alij extant ſcriptores Iudæi antiqui qui græcè aliquid conſcripſerint, hi in ſcribendis nominibus hebræis ſemper cum Apoſtolis & Euangeliſtis concordant ſingula hęc parui referre putabis, ſed ſi attentè inſpicias Euangelicas & Apoſtolicas litteras ab ipſis primis elementis confutari intelliges.

Iudas autem genuit Phares & Zaram de Tamar, Phares autem genuit Eſron, Eſron autem genuit Aram, Arã autem genuit Aminadab, Aminadab autem genuit Naaſon, Naaſon autẽ genuit Salmon. 164.

φαρὲς ἐγέννησε τὸν ἐσρὼν ἐσρὼν ἐγέννησε τὸν ἀράμ, καὶ ἀρὰμ ἐγέννησε τὸν ἀμιναδάβ. καὶ ἀμιναδὰβ ἐγέννησε τὸν ναασὼν καὶ ναασὼν ἐγέννησε τὸν σαλμὼν καὶ σαλμὼν ἐγέννησε τὸν βοὸζ, καὶ βοὸζ ἐγέννησε τὸν ὠβὴδ, ὠβὴδ ἐγέννησε τὸν ἰεσσαί, καὶ ἰεσσαὶ ἐγέννησε τὸν δαβίδ.

Matthæus.

φαρὲς δὲ ἐγέννησε τὸν ἐσρώμ ἐσρὼμ δὲ ἐγέννησε τὸν ἀράμ ἀρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν ἀμιναδάβ, ἀμιναδὰβ δὲ ἐγέννησε τὸν ναασών, ναασὼν δὲ ἐγέννησε τὸν σαλμών σαλμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν βοὸζ, βοὸζ δὲ ἐγέννησε τὸν ὠβὴδ ἐκ τῆς ῥούθ, ὠβὴδ δὲ ἐγέννησε τὸν ἰεσσαί, ἰεσσαὶ δὲ ἐγέννησε τὸν δαβίδ.

HAEC omnia mutuatus eſt Diuus Matthæus ex. 4. cap. Ruth ad verbum iuxta tranſlationem Lxx Phares genuit

genuit Eſron, Eſron genuit Aram, Aram genuit Aminadab, Aminadab genuit Naaſon, Naaſon genuit Salmon, & Salmon genuit Booz, Booz genuit Obeth, Obeth genuit Ieſſe, Ieſſe genuit Dauid, quę ſic interpretes quidam transferunt Perer genuit Cheſron, & Cheſron genuit Ram, & Ram genuit Aminadab, & Aminadab genuit Nachſon, & Nachſon genuit Salma, & Salmon genuit Boaz, & Boaz genuit Obeth, & Obeth genuit Iſai, Iſai genuit Dauid. cap. quoque. 2. libri primi Paralip. ponuntur hęc nomina eodem modo iuxta tranſlationem Lxx quæ noui interpretes alio quoque modo transferunt & parant emendare Spiritum ſanctum qui in Euangeliſtis loquebatur. Ita eſt hebraice, aiunt varia litterarum prolatione & varijs punctis efficitur in lectione hebræa, vt ita eſſe videatur, tamen hebræa lectio à tranſlatione Lxx, & à noſtra vulgata non diſcrepat, de hac re dictum eſt lib. 2. cap. 49. quomodo varietate punctorum & varia pronunciatione litterarum, Cheſron, pronuncient, Nachſon, & ſimilia, ab ipſis ergo primis elementis noſtra ſcriptura refutari videtur: defendi vero Spiritus S. authoritate, qui in Euangeliſta loquitur iuxta tranſlationem Lxx. Notandum tamen ex lectione Apoſtolica & Euangelica deprehendi deeſſe litteras hebraice, & mutari, nam pro, Aram, hebraice ſemper legitur, Ram, & pro, Salmon, Salma, & pro, Booz, Boaz, Dicet hic aliquis, quæ tandem culpa eſt nouarum tranſlationum ſi lectionem hebræam ita reddunt vt hebraice eſt? magna mea quidem ſententia idque dupliciter, Nã profeſsi lectionem hebræam caſtigatiſsimam eſſe & emendatiſsimam, ita vt ne punctum aut littera potuerit in eâ mutari hebræam lectionem defendunt, contra Apoſtolicam & Euangelicam, & eam ſequuntur & eius diſpunctionem, relicta lectione Apoſtolica & Euangelica & profeſsi ſe aptiſsime trãſlaturos hebræam lectionem Euangelicis litteris relictis hebræos ſequuntur, admonerẽt ſaltem Euangeliſtas alijs pũctis legiſſe dictiones hebræas & veteres Iudæos, qui pro nobis ſtant & ſuis Iudæis aduerſantur.

Achaz autem genuit Ezechiam. 165

ἐγέννησεν ἐζεκίαν υἱὸν Ἀχάζ.

Euangeliſta.

Ἀχὰζ ἐγέννησεν ἐζεκίαν.

SVnt qui ex Diuo Hieronymo in illa verba cap. 4. Ezechielis: Ecce murus, repetant illud, omnia prope verba hebraica, & nomina quæ in græca & latina tranſlatione ſunt poſita nimia eſſe vetuſtate corrupta, ſcriptorumque vitio deprauata, & dum de inemendatis ſcribuntur inemendatiora de verbis hebraicis facta eſſe Sarmatica, imo nullius gentis, dum & hebræa eſſe deſierint, & aliena eſſe non cæperint. Hęc illi, Et gloſſema hoc eſſe quod in Diui Hieronymi contextum irrepſerit, ſępe diximus. Doctiſsimus linguarum omnium Diuus Hieronymus erat, & optimè norat mutatione vnius puncti Iudæos facere ex hebræis nominibus Sarmatica nomina, aut Getica, non noſtros, & nunquam hoc ipſe ſcripſiſſet, nec his ſimilia quæ in eius libris leguntur intelligeret hanc varietatem, varia punctorum mutatione factã eſſe, idque facere Iudæos vt nobis aduerſentur, & vt noſtra ſubuertãt, & Iudæos hebræas voces facere Sarmaticas, quod vitium ipſi nobis obijciunt, vel hæ duæ voces id arguunt: noſtri Euangeliſtæ ſcribunt: Achaz autem genuit Ezechiam, Iudæi legendum contendunt: Ahaz autem genuit Chizchiahu, Has voces tu iure appelles Sarmaticas aut Geticas. Si roges quo dolo ſunt factæ Sarmaticæ hæ voces hebrææ? reſpondebo vana prolatione, & vnius duorumve punctorum mutatione. Nam de, ri dictum eſt quoties latine, aut græce vertitur, liberum

eſſe

eſſe vt mutetur in aſpirationem, aut in ch, aut vt elidatur, quod græcis & latinis frequens aſpiratio vocalium parum ſit grata. Quando ergo nos vertimus in, ch, & Achaz dicimus, illi Ahaz dicendum eſſe contendunt. Quando rurſum nos mutamus in, h, aut illam elidimus, vt in Ezechia, contra illi contendunt, ח, in, ch, fuiſſe mutandam. Et quod nos. Ez, illi, Chez, enunciant. Et quo magis à nobis diſcrepent, Zere, mutant in, chiric, & pro, Chez, dicunt Chiz. Neque ſat habét illud mutaſſe punctum, ſed, zere, aut, zegol, quod ſubſcribebatur litteræ, zain, vt illa littera eſſet mobilis, & diceretur, Eze, pronunciareturque tota dictio, Ezechiahu, vt græcè, & latine diceretur, Ezechias, mutauere in, ſeba, vt zain, colligeretur cum priore ſyllaba, & diceretur, chiz, & addidere litteræ, iod, punctum, chirich, vt ſic dici poſſet, chizchiahu, voce magis Sarmatica, quam hebræa. Nam Iudæos olim ſic enunciaſſe, vt præfertur in tranſlatione Lxx & litteris Euangelicis, diſces ex Ioſepho de Antiquitatibus lib. 9. cap. 12. & cap. 13. vbi, Achaz, tranſtulit Ioſephus Iudæus cum noſtris Apoſtolis & Euangeliſtis, & lib. 9. capit. 13. & 14. & lib. 10. cap. 13. Ezechiam pronunciat, Et diſces quoque ex Ieſu filio Sirach Eccleſiaſtici. 48. & 49. vbi Ezechias dicitur, vt appareat hebręas dictiones quæ in noſtra tranſlatione ſunt græca, & latina non corruptas eſſe, & factas Sarmaticas apud noſtros, ſcriptorum vitio, ſed fraude Iudæorum apud hebræos mutatione punctorum, & varia litterarum prolatione hebræas voces Sarmaticas fieri, cuius generis illud eſt, quod Eraſmus ait in illa verba : Iechonias genuit Salathiel: pro Berſabeè, aut pro, Bethſabè, ſcribendum fuiſſe, Bathſcheba, vnde putas illud dicere Eraſmum? niſi quod Pagnino & Iudæis monitoribus credidit, ש, valere pro, ſch, & puncta, zere, ſiue, ſegol, mutant in, patha ch, ſiue, camez, vt in omnibus nobis aduerſentur. Et ſic pro, Bethſabè, dicunt, Bathſcheba. Illorum mendacia & fraudes redarguunt Lxx viri, & tranſlatio Diui Hieronymi, & Ioſephus Iudæus libro. 7. cap. 11. qui ſemper illam nominat, Bethſaben, & non, Bathſcheba. Parui refert, inquies, fateor, parui refert, niſi adderet Eraſmus ſcriptorum vitio apud nos hæc omnia eſſe corrupta, quæ Iudæorum fraude mutata apparét. Euolue libros græcè ſcriptos omnes à Iudæis antiquis, ſi Lxx viris fidem non habes, euolue litteras Apoſtolicas & Euangelicas, ſi repereris, ש, ſiue habeat punctum in dextro ſiue in ſiniſtro cornu verſum eſſe in, ſch, me dicito mendaciſsimum. Cur igitur tu contra litteras Euangelicas, & Apoſtolicas, contra ſcripta græca veterum Iudæorum fidem habeas imperito & impio Iudęo, qui, ש, dicat valere pro, ſch? Quæ omnia eò tàm prolixè dicta ſunt vt appareat ab impijs Iudæis puncta mutari, & litterarum prolationem vt nobis aduerſentur, quæ omnia Euangeliſtarum teſtimonio refelluntur, vt cùm punctorum mutatione aut prolatione litterarum defenduntur Apoſtolica & Euangelica aut Eccleſiaſtica Iudaicas fraudes agnoſcas & noſtræ lectionis veritatem.

Achaz autem genuit Ezechiam.

AVguſtinus aduerſarium legis & Prophetarum duobus libris refutauit quod diceret in veteri teſtamento impoſsibilia contineri, & eodem ſpectant triginta tres libri conſcripti ab Auguſtino contra Fauſtum Manichæũ, qui eiuſdem ſententiæ erat cum aduerſarijs legis. Hanc hæreſin aliqua ex parte iuuant qui ſcribunt, Hieronymum in Epiſtola ad Vitalem colligere ex annorum ſupputatione Solomonem generaſſe Roboam, & Achaz Ezechiam vndecimo ætatis anno, & indicere ſilen-

tium ne quis in hoc nodo diſſoluendo
laboret, quod Apoſtolus interminabi-
les genealogias & Iudaicas fabulas pro-
hibeat, & quod non proſit hærere litte-
ræ, cum ſcribatur: littera occidit, ſpiritus
autem viuificat. Igitur ſi aduerſarius le-
gis, aut Manichæus aliquis hæc nobis
obiecerit, & dixerit hęc duo impoſsibi-
lia veteri teſtamento contineri quod So
lomon Roboam, & Achaz Ezechiam
vndecimo ętatis anno procrearit, victã
noſtram cauſam ſilentio confitebimur?
Cur ergo Auguſtinus tot libris eos re-
fellit? Cur Origenes, quem aiunt deſtrue
re litteram ſuis allegorijs, tam multus eſt
in refellendis aduerſarijs legis, & Pro-
phetarum cum alijs locis tùm in cap. 6.
Geneſeos de fabrica Arcæ, & ſubijcit,
Hæc quantum ad hiſtoriæ pertinent ra
tionem aduerſus eos ea dicta ſint quæ
impugnare ſcripturas veteris Teſtamen
ti nituntur, tanquam impoſsibilia quæ-
dam continentes, & omnes veteres pa-
tres hoc fecere ſemper, iuxta illud Petri
Epiſtola 1. cap. 3. Parati ſemper ad ſatiſ-
faciendum omni poſcẽti vos rationem
de ea quæ in vobis eſt fide, & iuxta illud
Pauli ad Titum. 1. vt potens ſit exhorta
ri in doctrina, & eos qui contradicunt
arguere. Hoc facere ſatius eſt, quam fal-
ſitatem ſcripturę, vnde toto cœlo abeſt,
ſilentio confiteri. Quis vnquam propo-
ſita dubia diſſoluenda negauit? aut ad fa-
bulas Iudaicas ſpectare dixit? Ad Iudai-
cas fabulas ne ſpectat quod ad nodos
propoſitos ex ſacra ſcriptura ſpectat?
Apage Diuus Hieronymus hoc ait, in-
quiunt, (nam ſtatim ſe hoc tanto Diuo
tuētur) non is erat Diuus Hieronymus
qui ex ſcriptura ſacra dubia propone-
ret, neque ea diſſolueret, & aduerſarijs
legis manus victas daret. In Epiſtola ad
Vitalem tomo. 3. propoſita hæc dubia à
Vitali diſſoluit duobus tribuſuè modis.
Primo illo. Si ſcriptura diceret vndeci
mo ætatis anno Solomonem & Achaz
filios procreaſſe, id eſſet veriſsimum,
Deum poſſe hæc, & omnia facere, inſpi-
ratam diuinitus ſcripturam eſſe, mentiri
non poſſe. Quantò melius hæc D. Hie-
ronymus quam qui noſtris tẽporibus
in ſcriptura mendacio locum eſſe aiunt,
vt ſupradixi? Subiungit ſecundam ratio-
nem, quæ prolixior eſt aliquantulum,
inde petet qui volet. Addit Iudæos nar-
rare fabulum quandam, & poſtea docet
confuſos eſſe numeros ſcripturæ, vt inde
colligat lector non ſi quid ex confuſo
ſcripturæ numero concludatur aduer-
ſus ſcripturam contra ſcripturam eſſe
quod ex errore librarij concludatur: Et
de ijs dicit illud Apoſtoli: Interminabi-
les genealogias, & Iudaicas fabulas: de fa
bula inquam illa Iudæorum, quam retu
lerat, & quod Iudaicum eſt vitiare loca
ſcripturæ, & ex vitiato loco ſcripturæ,
& confuſo numero concludere aliquid.
Hæc tamen, & huius notæ alia quæ ex
confuſo numero oriuntur paucisſimis
eſſe decidenda ait hic Diuus, neque circa
illa diutius eſſe immorandum: Eſſe enim
ex illarum rerum genere, quas intermi-
nabiles genealogias & Iudaicas fabulas
Apoſtolus nominat, qui ex vitiato loco
ſcripturæ, aut confuſo numero nobis ne
gocium faceſſere conantur. Nam dixi-
mus ex Athanaſio hereticos Iudęorum
eſſe diſcipulos. Et quam non male hæc
dicat Hieronymus, diſces inde quod de
Iechonia, quem alio nomine Ioachim
ſcriptura nominat 4. Regum capite. 24.
ſcriptum eſt decem & octo annos fuiſſe
natum cum regnare cœpiſſet, & regnaſ-
ſe tribus menſibus tantum, & captiuum
ductum Babylonem. At verò 2. Paralip.
cap. 36. hic Ioachim, alio nomine Iecho-
nias nominatus octo annos dicitur na-
tus cùm regnare cœpiſſet, & tribus mẽ-
ſibus, ac decem diebus regnaſſe tan-
tum, & ductum captiuum Babylonem.
Vnde apparet hebraicè duplicem eſſe
lectionem, verba eſſe alibi quæ deſunt
alibi. En hac de duobus locis ſcripta he-
braicè, alibi Iechonias decem & octo
annos natus dicitur cùm cœpiſſet reg-
nare, alibi octo tantum. Si fortaſſe ſcri-
ptum

ptum eſſet eo anno filium genuiſſe, maior orta eſſet contentio, quomodo octo annos natus filium procreaſſet quę multo maior eſſet, ſi tantum ſcriptum eſſet. 2. Paralip. cap. 36. nec eius rei facta eſſet mentio. 4. Regum cap. 24. vnde diſſolui poſſet nodus. Vidit Diuus Hieronymus in ſacris litteris numeros eſſe confuſos, & ex errore librarij diſſoluit nodum, & eſſe numerorum confuſionem in quibuſdam apparet ex ijs quæ duobus locis ſunt ſcripta, vt hoc loco, alibi decem & octo annos natus dicitur Ioachim, cum cæpit regnare, alibi octo. Præterea alibi regnaſſe tres menſes tantum, alibi tres menſes & decem dies tantum. Negant hoc Iudæi, & ſi digito oſtendas mille locos hebræos huius notæ negāt, & pernegant, contra eos tamen relege, inquit Diuus Hieronymus omnes & veteris & noui teſtamenti libros & tantam amorum reperies diſſonantiam, & numerorum, vt huiuſmodi hærere quęſtionibus non tam ſtudioſi, quam ocioſi hominis eſſe videatur. Et ſupra dixerat. Quid prodeſt hærere in littera, vel ſcriptoris errorem, vel annorum ſeriem calumniari? cum ſcriptum ſit, littera occidit, ſpiritus viuificat. Ergo D. Hieronymus non negat diſſoluenda dubia propoſita, ſed diſſoluit varijs modis, póſtremo ſcriptoris errore factum dicit vt confuſus ſit numerus. An quod librarius errauerit, inquit, ſcriptura accuſanda eſt? Idem ſenſiſſe videtur Auguſtinus in epiſtola ad Hieronymum his verbis. Si quid in litteris ſacris offendo, quod veritati videatur eſſe contrarium, nihil aliud quam vel mendoſum eſſe codicem dico, vel interpretem non eſſe aſſecutum, quod dictum eſt, vel me minime intellexiſſe non ambigam, quod idē repetit contra Fauſtum Manichæum. lib. 11. cap. 5. de canonicis libris non licet dicere aut hor huius libri non tenuit veritatem, ſed aut codex mendoſus eſt, aut interpres errauit, aut tu non intelligis. Quanto melius quam noſtri homines, qui impudentiſsimè (ne quid grauius dicam) in ſcripturis canonicis mendacio locum facere videntur.

De varietate numerorum, quæ eſt in codicibus hebræis, & noſtris multa Auguſtinus de ciuitate Dei. lib. 15. cap. 10. & deinceps, qui profecto ſi ſciſſet hebraicè hanc varietatem etiam deprehendiſſet in codicibus hebræis, in illis partibus ſcripturæ, quæ duobus locis ſunt hebraicè conſcriptæ, neque tribuiſſet tantum hebrææ lectioni. Nam quod in ijs locis, quos citauimus LXX virorum tranſlatio cum hebræa lectione concordat, inde eſt factum, quod tranſlatio LXX ad fidem hebrææ lectionis ſæpe eſt caſtigata, vtinam retinuiſſemus eam lectionem ſemper quam acceperamus ab Apoſtolis, neque Origeni, aut cuiquam alij in eam quidquam licuiſſet, ſed dices vnde natum eſt hoc dubium de Achaz, & Ezechia quod propoſuit Vitalis D. Hieronymo? nempe quod Achaz. 4. Regum. 16. viginti annorum fuiſſe dicitur cum regnare cœpit. 2. Paralipomen. cap. 28. regnaſſe ſedecim annos dicitur; vnde colliges triginta ſex annos vixiſſe, nam natus erat viginti annos, cū cœpit regnare, & ſedecim regnauit, qui efficiunt. 36. Poſtea eodem. 4. lib. Regum cap. 18. & Paralipom. 2. cap. 29. Ezechias eius filius dicitur. 25. annorum fuiſſe cū regnare cępit. Hos. 25. annos, quos natus erat Ezechias, cum mortuus eſt Achaz eius pater, ſi ſubducas ex. 36. annis quos vixiſſe dicitur eius pater vndecim annos natus erat eius pater cùm eum genuit.

Quæres quæ res fecerit, vt inter alia quæ dixerit D. Hieronymus, vt hūc diſſolueret nodum, redierit ad illud in ſcriptura aliquando numeros eſſe cōfuſos. Multa ſunt, quæ illum hæc fecerint cōiectare. Neque minus illud quod Ioſephus de antiquitate. lib. 10. cap. 4. vixiſſe ait Ezechiam annos 67. regnaſſe vero annos quinquaginta quinque. Ergo ſi ex. 67. annis, quos Ioſephus Ezechiam vixiſſe

vixiſſe commemorat, ſubduxeris quinquaginta quinque annos regni, reſidui erunt.12.anni, quos iuxta Ioſephum natus erat Ezechias, cùm cœpit regnare, & ita fortaſſe D. Hieronymus cùm dixit ob ſcriptoris errorem confuſum numerum eſſe, coniectauit cùm.4.Regum legitur Ezechiam. 25. quinque annorum fuiſſe cùm cœpit regnare, legendũ fuiſſe.12.annorum fuiſſe cùm cœpit regnare, quos ſi ſubduxeris ex. 36. annis quos pater eius vixit, reſidui erunt. 24. Ita D. Hieronymus ſcripſit confuſum eſſe numerum, quod iuxta ſcripturam Achaz vndecimo ætatis anno, filium Ezechiã ſuſtulerit. Iuxta Ioſephum.24.ætatis ſuæ anno illum procrearit.

¶ Quæri quoque illud poteſt, quomodo Ioſephus ſcripſerit Ezechiam regnaſſe.57.annos? an corruptus numerus ille ſit apud Ioſephum? Mihi non videtur numerus corruptus. Sed quod noſtra tranſlatio præfert.25.annorum erat Ezechias cùm regnare cœpiſſet, hebraicè eſt. Filius.25.annorum erat Ezechias in regno ſuo, &.29.annis regnauit. Hoc Ioſephus ſic intellexit. Filius. 25. annorum erat Ezechias in regno ſuo, ideſt, regnauerat Ezechias.25.annos, & regnauerat. 29.annis, ideſt, præterea regnauit.29. annos. Ex vtroque numero.25. & 29. efficies.54. vt vnus tantũ interſit annus, & ſic interpretatus videtur illud primum: Filius.25. annorum erat Ezechias in regno ſuo, vt interpretantur illud vulgo. Filius vnius anni erat Saul cum regnare cœpiſſet, ideſt, vnus abierat annus cùm cœperat regnare. Et poſtea quod additur.29.annis regnauit, eſt forma dicendi hebræa qua dici ſolet, & regnauit præterea alios.29.annos. Pagninus in illo. Filius vnius anni erat Saul, addit duo, aut tria verba de ſuo, vt ſenſum ſuum contextum ſacrum faciat, quod ſupra oſtendimus Tertullianum & Ambroſium magnopere damnaſſe. Vertit enim Pagninus: Sicut puer vnius anni in innocentia Saul &c. cum nihil tale hebraice ſit. quæ ſententia magnopere quibuſdam ex noſtris arriſit, de quibus maximè illud dici poſſet vulgus eſt nouitatis amator.

¶ De Solomone & Roboam quẽ obijciunt quoque genitum à patre Solomone vndecimo ætatis ſuæ anno. Illud adnotandum videtur D. Hierony. fortaſſe non conſuluiſſe libros cum ei hoc dubium eſſet propoſitum, alioqui intellexiſſet nuſquam ex ſacris litteris colligi poſſe Solomonem. 12. ætatis anno cœpiſſe regnare, neque.12. ætatis anno Roboam filium procreaſſe.1.Paralipo.cap. 29. Dauid dicit quod Deus Solomonem filium ſuum elegerit adhuc puerum & tenellum, vt ædificaret ſibi domũ, quod ſuperiore cap. idem Dauid dixerat pluribus, & cap. 17. cùm venit Nathan ad Dauid id nunciaturus cap.3.lib.3. Regũ, dicit Solomon ad Dominum: Ego ſum puer paruulus. Sed hoc dicere poterat etiam ſi annum. 20. ætatis exceſsiſſet. Poſſet enim ſe quantum ad Regni tanti adminiſtrationem pertinebat puerum paruulum appellare. lib. 3. Regum cap. 11. & 2. Paralipo.cap. 9. ſcriptum eſt Solomonem regnaſſe.40.annos, quot autem annos vixerit ſcriptum in ſacris litteris non reperio, vt inde colligi poſſet quoto ætatis anno Solomon filium Roboam procrearit, cum Roboam.41.anni eſſet cum regnare cœpiſſet vt leges libro.2.Paralip.cap.11. &. 3. Regum cap. 14. Ioſephus verò de Antiquitate lib.8. cap.3. regnaſſe Solomonem ait 80. annos, vixiſſe autem.94. vt appareat in hiſtorijs confuſos eſſe numeros, quod D. Hieronymus ait. Sed ſi ex Ioſepho annorum coniectura facienda eſt, Solomon.14 erat natus annos cùm regni accepit diadema. Nam ſi ex.94. annis quos vixit ſubduxeris. 80. annos, quos regnaſſe ſcribit Ioſephus, reſidui erũt. 14. anni, quoto verò ætatis anno Solomon filium Roboam procrearit ex ſacris litteris colligere non potui, colliges ex Ioſepho eodem lib. cap.4. & intelliges hoc dubium

dubium neque natum ex ſacris litteris, neque ex hiſtoria, ſed ex fabulis Iudaicis.

Vulga. 167. *Salmon autem genuit Booz de Raab, Booz autem genuit Obeth ex Ruth, Obeth autem genuit Ieſſe.*

Oſtendimus in principio hæc omnia iuxta tranſlationem Lxx eſſe citata.

HInc audent quidam dicere. Hoc Euangelij dictum quomodo poteſt verum eſſe? cum Booz fuerit tempore Heli ſacerdotis quod tempus à Ioſue principatu longo interuallo diſtat? & alibi repetunt hæc eadem verba negantque ex Booz potuiſſe generari Obeth ex Ruth contra euangelicas litteras. Niſi fuerint, inquiunt, plures Booz, atqui non fuiſſe plures Booz confeſſa res eſt, Booz, aiunt, tempore Heli ſacerdotis eſſe non potuit, neque fuit ſane, Nam inter tempora Salmon qui duxit Raab, & Ieſſe patrem Dauidis cuius tempeſtate Heli ſacerdos fuit aliquot interceſſere annorum centuriæ quod vita hominum eo tempore erat longiſsima, id hinc conijcies, ſupra Quadringentos annos Iſrael in captiuitate fuit apud Aegyptios, & per tot annos quatuor generationes numerantur tantum tam nouo teſtamento quam veteri, nouo hoc loco, & Lucæ. 3, Efró, Aram, Aminadab, Naaſon, Nam Phares, & Zaram ante captiuitatem Aegypti è Thamar ſunt nati. Salmon qui duxit Raab vnde natus eſt Booz poſt eductos Iſraelitas ex Aegypto fuit, Reliquum eſt ergo vt fuerint Iſraelitæ per quatuor generationes in captiuitate Aegypti, Eſron, Aram, Aminadab, Naaſon. Idem teſtatum eſt veteri teſtamento poſtremo cap. Ruth, &. 1. Paralipo. 2. cap. quibus hæ quatuor generationes eodem ordine recẽſentur, temporibus Iudicum aliæ quatuor numerantur, Salmon, Booz, Obed, Ieſſe, Nam affecta ætate Ieſſe creatur Rex Saul poſt tempora Heli ſacerdotis, quatuor ergo generationes tantum completæ ſunt apud Aegyptios quæ fecere ſupra quadringentos annos, & quatuor generationes durarunt tempora Iudicũ, quæ alios effecere annos quadringentos à Salmon ergo à quo numerari cœpere, & per quatuor generationes vſq; ad Ieſſe qui vltimus fuit quatuor illarũ generationum ſupra trecenti interceſſere anni, ſiquidem illorum quilibet ſupra centum vixit annos. Vnde temere à quibuſdam reprehenduntur litteræ Euangelicæ, potuit enim bene Salmon de Raab meretrice extrema ætate procreare Booz, grandiores nanque natu eo tẽpore liberos procreabant, Booz quoque grandis iam natu, vt teſtatur ſcriptura, genuit Obed ex Ruth, Obed autẽ in vltima iam generatione genuit Ieſſe patrem Dauidis cuius tempeſtate fuit Heli ſacerdos, vt inter Salmon & Ieſſe interceſſerint minimum anni trecenti, Nõ ergo neceſſe eſt cõtradicere litteris Euangelicis Matthæi cap. 1. & Luc. ca. 3. quæ ad verbum diximus eſſe deſcripta ex poſtremis verbis poſtremi capitis Ruth, & ex cap. 2. primi Paralip. vt eadẽ opera aduerſentur nouo, & veteri teſtamento vt noſtra refutent, niſi Eccleſiæ proceres pro R. P. Chriſtiana pugnent.

Tertio Regum cap. 2.

Dauid autem Rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ, Salomon autem genuit Roboam. Vulga. 168.

καὶ ἤγγισαν αἱ ἡμέραι δαβὶδ τοῦ ἀποθανεῖν καὶ ἐνετείλατο τῷ υἱῷ αὐτοῦ σολομῶντι. & poſtea. cap. 11. in fine. καὶ ἐκοιμήθη σολομὼν καὶ ἐβασίλευσε ῥοβοὰμ ὁ υἱὸς αὐτοῦ. Lxx.

Matthæus.

καὶ δαβὶδ ὁ βασιλεὺς ἐγέννησε τὸν σολομῶντα.

HAEc iuxta tranſlationem Lxx ex libro. 1. Paralipome. capi. 3. & ex alijs

alijs ſcripturæ locis Euangeliſta ſcripſit, pro Salomon noui tranſlatores, ſelomoh, pro Roboam, Rechabham, pro Berſabee aut Bethſabee, Bethſchebah, Euangelica itaque ſcriptura deſerenda erit ſi quis recipere parat nouas qualdã tranſlationes, & ab Eccleſia Apoſtolica commigrandum erit in ſynagogam impiam, qua fraude impij Iudæi hæc peruertant nomina, vt non eadem, ſed longe diuerſa eſſe videantur, monſtratum eſt libro huius operis ſecundo capit. 49.

Vulgata.

169. *Roboam autem genuit Abiam, Abias autem genuit Aſa, Aſa autem genuit Ioſaphat, Ioſaphat autem genuit Ioram, Ioram autem genuit Oziam, Ozias autem genuit Ioathã, Ioathan autẽ genuit Achas, Achas autem genuit Hezechiam, Hezechias autem genuit Manaſſen, Manaſſes autem genuit Amon, Amon autem genuit Ioſiam.*

Lxx. οἱ υἱοὶ Σολομὼν Ῥοβοὰμ υἱὸς αὐτοῦ, Ἀβιὰ υἱὸς αὐτοῦ, Ἀσὰ υἱὸς αὐτοῦ, Ἰωσαφὰτ υἱὸς αὐτοῦ, Ἰωρὰμ υἱὸς αὐτοῦ, Ὀχοζίας υἱὸς αὐτοῦ, Ἰωὰς υἱὸς αὐτοῦ, Ἀμασίας υἱὸς αὐτοῦ, Ἀζαρίας υἱὸς αὐτοῦ, Ἰωαθὰμ υἱὸς αὐτοῦ, Ἄχαζ υἱὸς αὐτοῦ, Ἐζεκίας υἱὸς αὐτοῦ, Μανασσῆς υἱὸς αὐτοῦ, Ἀμὼν υἱὸς αὐτοῦ, Ἰωσίας υἱὸς αὐτοῦ.

Matthæus.

Δαβὶδ ἐγέννησε τὸν Σολομῶντα, Σολομὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Ῥοβοάμ, Ῥοβοὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀβιά, Ἀβιὰ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀσά, Ἀσὰ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσαφάτ, Ἰωσαφὰτ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωράμ, Ἰωρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ὀζίαν, Ὀζίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωαθάμ, Ἰωαθὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἄχαζ, Ἄχαζ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐζεκίαν, Ἐζεκίας δὲ ἐγέννησε τὸν Μανασσῆ, Μανασσῆς δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀμών, Ἀμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσίαν.

HAEC omnia ex libro primo Paralip. cap. tertio, iuxta tranſlationem Lxx, ſunt à Diuo Matthæo Euangeliſta expreſſa, quæ ſic vertunt quidam tranſlatores, Filius Selomoh Rechabham, Abibiah filius eius, Aſa filius eius, Ieho ſaphath filius eius, Ioram filius eius, Achazian filius eius, Ioas filius eius, Amaſiſiau filius eius, Azarchia filius eius, Iotham filius eius, Achaz filius eius, Chazchiiau filius eius, Menaſſe filius eius, Amon filius eius, Ioſiiahu filius eius. ¶ Nihil reliquum eſt, niſi vt tacitus tecum reputes, vtrum magis Chriſtiani hominis ſit officium retinere tranſlationem Lxx virorum, quam tibi ore Diui Matthæi Euangeliſtæ porrigit Spiritus ſanctus, vt monſtrauimus libro huius operis primo, an milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tandem anno, velut poſt liminio in ſynagogam redire, cum Spiritus ſanctus Eſaiæ verbis nos moneat, vt de medio exeamus, ne iremus in via populi huius, &c. Sed ne quis credat ſolos Lxx viros, & Apoſtolos & Euangeliſtas, his nominibus Euangelicis vſos, Ioſephus antiquitatum libro octauo, Roboam nominat, & quoties Solomonis aut Roboami mentio ſit his nominibus appellat, & Ieſus filius Sirach Eccleſiaſtici 46. Roboam quoq, vocat, Ioſephus Iudæus antiquitatũ li. 8. cap. 4. Abiam nominat. Notandum tamen ſummopere ea quæ multis locis hebraice ſunt conſcripta, ſcripta eſſe varie, & varijs punctis pluribus litteris hic, alibi paucioribus, ne quis audiat Iudæos, qui manifeſtiſsima de Chriſto vaticinia expreſſa tranſlatione Lxx reijciunt, quod dicimus eos aliam agnouiſſe hebræam lectionem mutatione vnius duarumve litterarum quæ eorum tempore maxima præferebant Chriſti myſteria. En hic Abias rex 3. Regum Rex Abiam dicitur ea terminatione qua dicitur pater Abraham, primo Paralip. cap. ſecundo & tertio. &

cap.13.& 14. Abiah appellatur,& in fine cap. 13. Paralip. Abihiauh, Hebræa & Græca lectio Aſa præferunt,ſolus Ioſephus antiquitatum lib. 8. cap. 5. & 6. Aſanum nominat quod legerit hebraice Aſan pro Ioſaphat legunt nouitranſlatores Ieoſaphat, Ioſephus tamen Iudæus antiquitatum lib. 8. cap. 9. & lib. nono, cap. primo, & alijs locis Ioſaphat legit cum litteris euangelicis,atqui Græca exemplaria nominũ orthographias ſeruant religioſiſsime, & qui volet id aduertere reperiet Ioſephum & Philonem,& Ieſum filium Sirach Iudæos ſic eiſdem nominibus Iudæos reliquos nominaſſe, quibus eos Apoſtoli & Euangeliſtæ nominarunt. Dictum ſupra eſt, & millies repetitum Apoſtolos & Euangeliſtas, relicta hebræa lectione ſemper citare tranſlationem Lxx fere quod hoc loco apparet etiam, nam in recenſendis regibus qui ſunt binomines, Euangeliſta ſic eos nominat, vt nominantur à Lxx, non vt nominantur hebraice, Ioathan tamen & hebraice & græce dicitur Iotham, & ſic nominatur à Ioſepho Iudæo de antiquitate lib. 9. capit. 11. & 12. ſolus Diuus Hieronymus & Euangeliſta eum Ioatham nominant.

Vulga. 171. *Ioram autem genuit Oziam.*

Dictum eſt adnotatione ſuperiore hæc ſcripta eſſe ab Euangeliſta ex libro primo Paralip. cap. 3. iuxta tranſlationem Lxx. Inde ergo naſcitur quæſtio, cur ſciens Euangeliſta generationes tres præterierit Ochoziam Regem filium Ioram, & Ioam Regem filium Ochoziæ, & Regem Amaſiam filium Ioæ. Hinc quoque naſcitur altera quæſtio, cur Euangeliſta Oziam Regem filium Ioræ nominet, cùm Ozias filius fuerit Amaſiæ, & non Ioræ. Huius quæſtionis meminit Origenes in illa verba Epiſtolæ ad Romanos: Deſtinatur filius Dei in virtute, vbi ita hanc quæſtionem diſceptat, vt implicet potius quam explicet, ne quid dicam grauius ſi modo, vt dixi, verba illa Origenis ſunt,& non interpretis potius quem ſum profeſſus me ex collatione Græci exemplaris deprehendiſſe non raro, præclara Origenis verba de medio tollere, in illorum locum ſuos errores ſufficere, & non raro ſuas hæreſes. Obijcit ergo ſeu Origenes ſeu eius interpres Oziam 3. Lib. Regum, & primo Paralip. cap. 3. Oziam Amaſiæ filium dici, Amaſiæ filium dici, à Matthæo vero Euang. filiũ Ioræ appellari,& paulò infra ab Euangeliſta dici Oziam genitum ex quo non eſt genitus, & reliqua quæ ibidem leges, inter quæ & illud dicitur Euangelium non conſtare ſecundum hiſtoriam, ſed ſecundum ſpiritalem intelligentiam. Hæc quidem à multis verſibus ſuis ſcriptis interſerunt, quibus ſolet accidere, vt ea ex veterum ſcriptis diligant potiſsimum, quæ ſunt peſtifera & venenata ab hæreticis clariſsimorum virorum ſcriptis intertexta, vt in amœniſsimo, & omnibus floribus & herbis prato vernantiſsimo, ait Seneca, venenata animalia herbas venenatas depaſcuntur apes roſcida mella, aues & animalia hominum vſibus accommoda herbas ſalubres. Quæres ergo cauſam, cur hoc fecerit Euãgeliſta vt tres illas præterierit generationes, nemo enim dicet hoc loco ſubeſſe allegoriam aut ſpiritalem intelligentiam, ſed res nota eſt licere ſcriptori præterire dicendo quæ volet, conſule rhetorum præcepta ne longius eas, & intelliges ſic Oratores præcipere & docere. Quintilianus li. 4. c. de narratione: neque inficias eo, inquit, in narratione, vt aliqua neganda aliqua adijcienda. Sic aliqua etiã tacenda, ſed tacẽda quæ tacere oportebit, & liberum erit. Cicero quoque de genere laudatiuo in partitionibus opinor, cùm præcepta præſcribit quomodo quis à genere ſit laudandus: prima ſunt, inquit, ea quæ ducuntur à genere quo breuiter modicéq; lau-

laudato, aut ſi erit infame prætermiſſo ſi humile vel præterito vel ad augẽdam eius quẽ laudas gloriam tacto, &c. En clariſsimorum oratorũ documentis inſtituimur in ſerie familiæ recenſenda liberum eſſe quædam tacere quæ ſunt humilia & ſilentio eſſe prætereunda quę ſunt labe aliqua inquinata. Licuit ergo Spiritui ſancto altiſsimo conſilio tres reges illos ex Chriſti genealogia præterire ſilentio, etiam ſi hominũ præceptis ſtaremus tantum nec cuiquam licebit dicere hiſtoriam non conſtare aut intelligentiam eſſe ſpiritalẽ, quod in litteris Euangelicis hoc fecerit Spiritus ſanctus, quãdo id ſummi Oratores faciendũ præcipiunt: quærenda ergo cauſa eſt cur Spiritus S. voluerit illas tres generationes ſilentio præteriri, certe ego nullã aliam eſſe arbitror quã eam quã reddit D. Hiero. & Hilarius, & alij ſancti patres in recenſenda generis ſerie quod erat infame impiæ Iezabelis eſſe prætermiſſum. Aiunt ergo ſancti patres quod generi Iorã impijſsima Iezabel ſe miſcuerat, idcirco vſque ad tertiã generationem eius memoriã eſſe ſublatã, ne in ſanctæ Natiuitatis ordine poneretur. Et Ariſtot. 4. de generatione animaliũ diſceptat hanc quæſtionẽ, & decidit quod ad quotã generationẽ pertineat ſanguis aut ſimilitudo alicuius ex parentibus qui ſe generationi admiſcuit ad tres, an ad plures, hoc euangelij loco tres generationes videntur declarare impientiſsimæ Iezabelis ſanguine plus infectæ quam cæteræ, & ideo prætetitæ ab Euangeliſta. Neq; pondus vllum habet quod ab his viris doctis obijcitur Hilario, aut Diuo Hieronymo ſolas peccatrices fœminas & alienigenas Ruth, & Raab poſitas in Domini genealogia, ita peccatrices quidem & alienigenas, ſed pias & ſanctas, quæ relictis ſuis ſedibus, & ſua impietate relicta in Iudæorum religionem commigrarunt. Nam & Magdalena peccatrix fœmina erat, & ad euangelizandi dignitatem eſt euecta. Ipſa nanque prima Apoſtolis Domini reſurrectionem euangelizauit, vt pluribus diximus in commentarijs in Eſaiam, Iezabellam conſtat non ſolum fuiſſe alienigenam, ſed & impientiſsimam Iudæorum religioni infeſtiſsimam, & Auguſtinus tomo tertio, de mirabilibus ſacræ ſcripturæ, libro primo cap. 25. hanc cauſam putat cur eam Moſes & Aaron cum ſacerdotes Domini eſſent, filij Moſis nõ ſint admiſsi ad ſacerdotium, nempe quod matre gentili fuiſſent orti. Et oſtendemus poſtea fortaſſe hos tres reges, qui ob infamem Iezabellam impiam ſunt præteriti ſilentio in teſſaradecadibus recenſendis non fuiſſe prætermiſſos. Nã quod obijciunt Oziam non fuiſſe filiũ Ioram, facile diluitur, vel ex ipſo euangelij exorſu. Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham. Numera tu quoties ſit Chriſtus à Dauidẽ, aut Abraham, & intelliges prognatos ſanguine Abrahami aut Dauidis, quãtumuis generis ſerie diſtent Abrahami & Dauidis appellari filios, & Chriſtus Dominus Marci 12. Lucæ 20. Ioannis 7. à Iudæis filius Dauidis dicitur, & Eſdræ primo cap. 2. filij Phares duo millia centum numerantur, & libro ſecundo cap. 11. Filij Iuda, & filij Phares, & filij Beniamin dicuntur innumerabiles, qui illorũ ſanguine orti erant. Quid mirere igitur ſi Ioran filius dicitur Ozias natus ex Ioræ pronepotes?

Ioſias genuit Iechoniam. Vulg. 172.

HAEC quoque nomina iuxta trãſlationẽ Lxx, vt poſteã oſtẽdemus. Hoc loco Porphyrius & Iudæorũ factio tetra ſua aduerſus ſacros Euãgeliſtas euomunt venena, multa ex 4. libro Regum, multa ex primo & ſecundo libro Regũ Ex cap. 22. Hieremiæ deblatterant, deceptum fuiſſe Euangeliſtam, aiunt, quod

Iechonias fuerit filius Ioachin, nepos Ioſiæ non filius, & quidam ex noſtris ſic hæc defendunt vt deſerta malint quam defenſa, ex libro, ſcilicet Eſdræ Apocrypho. Origenes nanque in cap. Matt. 26. tractatu 23. in illa verba: Hieruſalē Hieruſalem, cauere nos docet hoc genus defenſionis, quod Iudæos multa finxiſſe putat, & multa nos velle docere ad deſtructionem noſtrarum ſcripturarum, vtor enim ipſius Origenis verbis, & merito illa Origenes, cuius enim authoritatis noſtræ eſſent ſcripturæ ſi defendi non poſſent niſi Apocryphis? ſi confiteremur eas teſtimonijs veteris teſtamenti ficti, quæ nullius eſſent fidei, quæ nullius eſſent authoritatis. Iudæi rem factā ſe habere arbitrarentur, nec neceſſe habere plura, aduerſus nos quærere, ruituros propediē, qui confiterentur ſuæ Eccleſiæ magiſtros teſtimonijs nullius fidei niti. Et ſubijcit Origenes pro clauſula. Nemo itaque vti debet ad confirmationem dogmatum libris, qui ſunt extra canonicos. Quid ergo impio Porphyrio, & Iudæis impijs reſpōdebimus? quod reſpondet Diuus Hieronymus, & quod ſancti patres, & quod ſupra diximus in illud: Ioram autem genuit Oziā. Ciceronis & Quintiliani, & aliorū Rhetorum fuiſſe præceptum in recenſenda generis & familiæ ſerie, quædam poſſe taceri, & liberum ideſſe, & tacenda quæ taceri oporteat. Relinquitur conſilio oratoris vt taceat quæ oporteat, & non relinquetur Spiritus ſancti conſilio quæſo? Age ergo expendamus quo conſilio Spiritus S. Ioachim patrem Iechoniæ præterierit, deſcribuntur hoc loco, vt infra fortaſſe dicendum erit, generationes quæ completæ ſunt vſque ad Chriſtum, & generationes quæ fortaſſe plus centū annis continent ſingulæ, tres igitur filij præteriti ſunt ſilentio, aut quatuor fortaſſe aut plures quod intra breuiſsimū tēpus ſunt deleti oēs ob illorum impietatem cum tota prole, ita vt ad Chriſti generationem non pertinuerint, Nec omnes ſimul vel exiguam vnius generationis compleuerint partem, ita vt Euangeliſta illius tantum Regis mentionem fecerit, qui Dauidicum propagauit genus, præterierit reliquos, & Ioachim patrem Iechoniæ, quod vix dum regno erant potiti cum captiui ducebantur, quod moniti à Domino, vt fratrum exemplo reſipiſcerent Dei monitis non obtemperauere, eius ergo regis facta tantum eſt mentio, vnde Chriſtus Dominus erat oriturus. Patris verò Ioachim facta mentio non eſt quod per exiguo tempore regnauit, & quod Rex peſsimus fuit, & quod breui à Domino eſt deletus, vt rex peſsimus, nec permiſſus eſt cum patribus ſepeliri, iuxta illud Hieremiæ: Sepultura Aſini ſepultura eius, & ita eius quoque memoria ex Euangelio ſublata eſt, ſimul etiam, quod vſitatiſsimum apud veteres patres erat nepotes adoptare in filios pater Iechoniam adoptatum à Ioſia in filium ex verbis Euangelij: Ioſias autem genuit Iechoniam & fratres eius, liquet adoptatū fuiſſe Iechoniā ab Ioſia auo, vulgatum eſt enim illud oratorum præceptum quoties exitus rei ſatis oſtēdit priora debemus eſſe contenti, quo reliqua intelliguntur, vt ſi dicas aliquem Toleto rediſſe ſatis apparet, prius profectum fuiſſe Toletum, nec neceſſe eſt dicere profectus Toletum prius, Toleto rediit, ſic cum Euangeliſta Iechoniam appellet fratrem filiorum Ioſiæ, ſatis eſt vt intelligas adoptatū eum fuiſſe ab Ioſia, quandoquidem natum fuiſſe patre Ioachimo cōſtat & Ioſiæ fuiſſe nepotē, appellat illū Euangeliſta filiū Ioſiæ & filiorū Ioſiæ fratrē, declarat ergo adoptatū fuiſſe à Ioſia, alioqui cur appellaret eū fratrem filiorum Ioſiæ, qui prorſus cum omni prole ſunt extincti, niſi vt innueret Spiritum ſanctum feciſſe vt adoptaretur Iechonias in filium præſcium impietatum reliquorum filiorum & quod delendi prorſus erāt cum omni ſtirpe, & ſcripturæ mos eſt eorum filiorum

rum meminiſſe, vnde Chriſtus Dominus erat oriturus, ita alios præterit ſilentio, quod ad Chriſti generationem non pertinebant, huius meminit, vnde oriturus erat Chriſtus.

¶ Sed videtur paulò altius hæc hiſtoria repetẽda de filij Ioſiæ qui 1. Paralip. c. 3. quatuor fuiſſe videntur, primus Binominis fuit, ſiquidẽ. 1. Paralip. c. 3. Ioanam dicitur. 4. Reg. c. 23. & 2. Paralip. ca. 36. Ioachaz nominatur, quẽ Ioſephus li. 10. antiquitatũ cap. 6. Ioas appellat, nempe quod ח litteram hebræam, quam liberũ eſſe diximus vertere in, ch, aut, h, noſtri in, ch, vertere, Ioſephus in, h, vertit, & poſtea quod Græci aſpiratione vocalium in medio dictionũ non vtuntur, eam eliſerit. Latini eam nõ ſolũ non adhibent in medio dictionũ ſequuti græcos, ſed nec in principio aliquando, Hieremiæ vero cap. 22. videtur hic primus appellatus, Selum. Primo vero Paralip. cap. 3. Selum dicitur, quartus Ioſiæ filius qui minimus natu erat. Niſi id eſt quod ſuſpicor quod ducto captiuo maximo natu Ioachaz à Rege AEgyptiorũ, Selum minimus natu regnum occuparit, & à Pharaone ductus quoque ſit captiuus, & prępoſitus à Pharaone regno ſit Heliachim nomine commutato & appellatus Ioachim, qui ſecundus erat inter filios Ioſię vt apparet ex 4. Regum cap. 23. & ex Paralip. c. 36. & hæc omnia ſic facta eſſe videntur ſignificari locis citatis, & Hieremiæ cap. 22. ſi ſingula expendas diligenter. Hic ergo Ioachim, qui Heliachim dicebatur prius ſecundus Ioſiæ filius regnauit annos 11. (nam priores vix exceſſere trimeſtre tempus ſuo regno ob immanes & tetros mores) Ioachim ergo ducitur captiuus à Nubochodonoſoro vinctus catenis Babylonem, vt ſcriptũ eſt Paralip. 2. cap. 36. & tres annos Babylone captiuus fuit, vt ex eodem hoc cap. & ex 4. Regum cap. 24. de hoc Ioachimo prædictum erat ab Hieremia cap. 22. ſepultura aſini ſepelietur proiectus extra portas Hieruſalem quod factum ita eſſe ſcribit Ioſephus antiquitatum lib. 10. cap. 8. Hoc vnum intereſt, quod à Ioſepho dicitur hoc factum imperio Nabuchodonoſoris. 4. Regum capit. 24. à latrunculis Moab & Ammon, & fortaſſe non mentitur Ioſephus, quod Ammonitæ & Moabitæ fortaſſe Nabuchodonoſoris fœderati fuere, & cũ Ioachim tres annos Babylone fuiſſet captiuus, & iureiurando obligatus in ſuum regnum remiſſus, & fregiſſet fidem Nabuchodonoſor per hos latrunculos Ammonitas & Moabitas regem Ioachimũ ſit vltus.

Mortuo Ioachimo regnũ excipit eius filius Ioachin, quẽ diximus adoptatũ ab auo Ioſia appellatumq́; nomine alio Iechoniã. Eraſmus ex D. Hieron. in Matth. ait, quod Ioachin filius à Ioachimo patre ſcriptionis ratione differt, quod pater Ioacim ſit appellandus filius Ioachin. Sed quãuis hæc ſententia D. Hieron. ſit veriſsima, Ioſephus tamẽ de antiquitate lib. 10. ca. 8. & 9. vtrunq; nomen terminat m, idq́; gręce, qua lingua nominũ orthographia ſeruatur religioſiſsime, Lxx ſeniores patrẽ appellant Ioacim filiũ Ioachin, vt vult D. Hieron. & certè hebraice Ioacim pater ſcribitur per coph, quæ valet pro, q, &, q, apud nos pro, c, quoties poſt q, non ſequitur, u, liquida, & ita græce apud quos nõ eſt hęc littera, q, ſemper coph vertitur in, c, non ſolũ à noſtris, ſed etiã ab antiquis ſcriptoribus Iudæis, filius verò Ioachin hebraice ſcribitur per כ quæ littera apud noſtros valet pro, c, aut pro, ch, & ſic gręce pater dicitur Ioacim, filius Ioachin. Notandum tamen ſummopere aduerſum eos qui rebus noſtris inſultant c. in dictionibus hebręis, cum ad nos tranſeunt mutari in ch, vt plenius ſonent, ſic quod Græci dicunt, Iezeciel, Latini ablata littera priore etiã Ezechiel proferunt, quod Ezeciam dicunt Gręci, nos Ezechiã, quod appellant Ioacim nos Ioachim nominamus, nec error eſt ſcriptorum aut vitium, vt putat Eraſmus,

erant doctiſsimi ex noſtris plurimi qui
Græcè & Latinè ſcirent,& videre Græ-
ce Iezeciel dici & Ezeciam,& Ioacim,ple-
nius tamen cum aſpiratione dici & ſo-
nare iudicarent,Ezechiel, Ezechiam, &
Ioachim. Non igitur vitium fuit, ſed
conſuetudo ſermonis,quale illud quod
in oratore Cicero ait,cum ſcirem in-
quiens ita maiores loquutos, vt nuſquã
niſi in vocali aſpiratione vterentur lo-
quebar ſic vt pulchros & triumphos di
cerem, aliquando idque ſero conuitio
aurium, cum mihi veritas extorta eſſet,
vſum loquendi populo conceſsi, ſcien-
tiam mihi reſeruaui, hæc Cicero,itidem
nos faciamus,demus Diuo Hieronymo
iuxta rationem linguæ hebrææ & græ-
cæ patrem Ioacim fuiſſe appellãdum fi-
lium vero Ioachin, ſequamur tamen do
ctiſsimos vtriuſque ſermonis patres ve
teres qui his nominibus quæ græce ſine
aſpiratione ſcribuntur,adhibent aſpira-
tionem,vt plenius ſonent, Cicero popu
lum imperitum eſt ſequutus,& apud im
peritum populum conſuetudinem re-
ceptam,nos doctiſsimos veteres patres
non ſequemur & Eccleſiæ conſuetudi-
nẽ, & de vna aſpiratione addita aut de-
tracta cum tota eccleſia, & cum omni
antiquitate decertabimus? magna cauſa
diſsidij, ſcilicet, vna aſpiratio addita qui-
buſdam nominibus, vt ſint vocaliora,
& melius ſonantia,prę̨ſtringunt oculos
legentium addita, ף· & כ· & ם· & ו· re-
moue litteras ignotas populo, omnis
controuerſia in eo ſita eſt an ſit adden-
da aſpiratio quibuſdam nominibus, vt
plenius ſonent,& an ſit Ioachin filius di
cẽdus cũ,n,vltima,an Ioachim cũ vltima
m, cuius rei authorem habemus Ioſe-
phum D. Hieronymum ſequimur in-
quiunt,veritatẽ docuit D. Hier. conſue-
tudinẽ reliqui patres,nec ſolus D. Hier.
in eccleſia catholica doctor eſt, ſunt &
alij doctiſsimi & ſanctiſsimi qui ſunt au
diendi,Illud prætereo quod D.Hier. ait
hæc duo nomina apud Græcos & Lati-
nos eſſe confuſa,quod veriſsimũ eſt,alij
eius authoritate tecti multo plura au-
dent,nomina hebræa aiũt apud Gręcos
pariter ac Latinos ſcriptorũ vitio & lon
gitudine temporũ prorſus eſſe confuſa,
& in margine additur,hebræa longe ali-
ter ſcribi à Græce ſcribẽtibus:quod fal-
ſiſsimũ eſt,tantum vna aſpiratio addita
quibuſdã nominibus latinè, vt plenius
ſonent has mouit turbas,vt prorſus cõ-
fuſa dicant nomina hebræa græce & la-
tine, & longe ſecus dicantur eſſe græce
& latine,quam hebraice ſint, quod etiã
falſiſsimum eſt,tantum latine quibuſdã
nominibus addita eſt aſpiratio, & vt
ſint confuſa, hæc duo erunt confuſa,
Ioachim pater,& Ioachim filius, quod
tantum ait D.Hieron. alia non itẽ: & la
tine tantũ ſunt confuſa græce non ſunt,
& certe apud Hieronymũ illas duas vo-
ces apud Græcos ab aliquo additas arbi
tror,quod græci ſermonis Hieronymus
doctiſsimus erat,& græce hæc nomina
varia orthographia ſcripta intellexerat,
eaq́; veriſsima, & illud probe nouerat
coph, litteram hebræam, quoties ex he
bræa lingua nomina, latinè aut græce
verſa ſunt tam à Iudæis antiquis, quam
à noſtris in, c,eſſe mutatum, vt mutata
in Ioacim eſt à græcis, & hæc duo no-
mina recte græce eſſe ſcripta inficiari
nemo poteſt tã apud Lxx quã apud Ioſe
phum,& alios excepto quod apud Ioſe-
phum Ioachim filius ſcribitur cum m,
vltima,quemadmodũ apud nos, nec id
magnopere mirandũ eſt,quod Ioſephus
nactus exemplar hebræũ fortaſſe eſt, in
quo hoc nomen cum m, vltima ſcriptũ
eſſet, & litteras in hebræa lectione mu-
tari alias in alias millies à nobis eſt com
monſtratũ.Profiteor ergo me toto hoc
opere,quod paradoxon quibuſdam eſſe
videbitur, commonſtraturum, ita vt
oculis cerni poſsit,hebræa nomina gręe-
ce & latine fidelius fere ſcripta eſſe, quã
hebraice ſcripta dicãtur,cuius rei duplex
eſt cauſa,altera quod vt dictũ eſt in illa
verba:Achaz autẽ genuit Ezechiam, di-
ceturq́; infra & toto hoc opere Iudæi
varia

varia addunt puncta nominibus proprijs, vt à nobis in eorum prolatione diſcrepent, altera quod Iudæi ſuos diſcipulos docent varias conſonantium prolationes, vt noſtra damnent, & vt veteres patres noſtros erraſſe putent, & Chezrom, proferant cum Iudæis, non Eſrom, cum Euangeliſtis, & Bethſcebah, matrem Solomonis nominent cum Iudęis non Berſabe, nec Bethſabe cum noſtris, ſed huius generis ſunt innumera, ſcribit Eraſmus pro Ioachim, Iehoiachim, & pro Ioachin filio Iehoiachim & non videt varijs punctis Iudæos efficere hanc varietatem, teſteſque huius rei eſſe veteres Iudæos Ioſephum & alios, qui Ioacim proferunt, & Iohachim, nam ſi primæ litteræ pro, ſeua, ſubſcribas, chirec, non neceſſe habebis dicere, ieho, ſed, io. Nam Græci Iudæi aſpirationem elidunt vt nos, quod in medio dictionum non adhibent Græci aſpirationem, dicendum erat ergo Ioiacim, ſed vt diximus ex Ioſepho hebræa nomina, vt blandius ſonent, ſolent emolliri quod Eraſmum artis oratoriæ doctiſsimum noſſe oportebat quanquam in lectione hebræa ſæpè redundant litteræ, & in hoc nomine redundare potius reor, iam libenter ex Eraſmo quærerem, vbi, K. litteram à latinis adhibitam legerit vnquam reſpondebit ſat ſcio, coph, litteram hebræam ſcribi aliter non poſſe, & Diuum Hieronymum ſic vertiſſe in commentarijs. Mitto D. Hie. qui in ſua vulgata ſemper vertit, in c. nec tam politiem ſermonis ſequutus videtur quam Eraſmus. Quæro ab Eraſmo quem Iudæum ex antiquis legerit vnquam qui P, nō verterit in c. an non par erat, vt vir doctiſsimus Græce & Latine qui in cæteris rebus ſequi ſolet authoritatem grauiſsimorum ſcriptorum græcorum & latinorum itidem in hac re feciſſet, nec ſequutus eſſet Iudæos imperitos & impios, namque ו in medio eſt ſuppoſitum pro, ה, eſt hebraicè, quod hæ litteræ in ſe inuicem mutatur, & argumentum huius rei eſt quod Iudæi veteres omnes ſine, ו, ſcribunt, & litteræ euangelicæ. Et hanc ego cauſam puto, cur Eraſmus ſcripſerit non raro, hebræa nomina aliter græcè & latine ſcribi, quam ſunt hebraice, quam proferuntur à Iudæis, mutata littera, mutatis punctis & mutata litterarum prolatione: vera dicit Eraſmus, quam re ipſa ſunt & quam olim diſpuncta fuere, vt intelligitur ex antiquis Iudæis ſcriptoribus & ex litteris Euangelicis: deceptus eſt Eraſmus à neſcio quo Iudæo quem ipſe ſuum Theſeum nominat.

¶ Illud magis adnotandum erat, hūc Ioachin filium Ioachim, qui regnum ex cepit Ioachimo patre mortuo. 1. Paralip. cap. 5. appellatum fuiſſe Iechoniam ita vt nominatur ab Euangeliſta, & Paralip. 2. ca. 36. in tranſlatione Lxx Iechoniam quoque eſſe nominatum, ibi tamen in hebræa lectione pro Iechonia ſcriptum eſſe Ioachin quod argumentum eſt, olim hebraicè fortaſſe ſcriptum fuiſſe non Ioachin ſed Iechoniam, ſiquidem vtroque nomine appellabatur, Ioachin & Iechonias, & Lxx viri qui Iechoniā reddidere eam agnouiſſe videntur lectionem hebræam; & in hebræa lectione mutari vnum nomen in alterum, ſeruata veritate ſententiæ ſuprà oſtendimus: ex his partibus ſcripturæ quæ duobus locis hebraicè ſunt conſcriptæ, vt in pſalmo. 95. ſcriptum eſt. Semen Abrahā ſerui eius. 1. Paralip. cap. 16. vbi repetitur eiſdem verbis ille pſal. hebraicè, ſcriptum eſt, ſemen Iſrael ſerui eius, ſed de his ſupra fuſius eſt dictum, Hieremiæ ca. 22. hic Ioachin appellatur chonias hebraicè, & in noſtra vulgata à Lxx viris eodē hoc loco Hieremiæ Iechonias nominatur eodem nomine quo appellatur ab Euangeliſta, vbi Lxx videntur illam lectionem hebræam agnoſcere.

¶ Nec placet D. Hieronymi ſententia in cap. 22. Hieremiæ ablatam eſſe ex Iechoniam primam ſyllabam, ie, quæ Deum ſignificat, & non dictum eſſe Iechoniam cum ductus eſt captiuus, ſed

choniam, vt intelligeretur deſtitutus à
Deo & præparatus perditioni, fortaſſe
hoc ex eo genere gloſſematum eſt quæ
D. Hieronymus in Epiſtola ad Suniam
& Fretellam conqueritur à librario te-
merario ex margine translata in corpus
quod D. Hieron. multa quæ ab hebræo
ſuo præceptore exceperat, adnotabat in
margine ſuorum commentariorum, vt
ea poſtea examinaret, & expéderet, quæ
dolet à librario in ipſius contextũ ſuo-
rum commentariorum eſſe tráslata te-
mere, idque factum eſſe conqueritur, &
poſt illa facere vetat, & mea ſentétia fru
ſtra vetat & clamat, ſuſpicor enim non
pauca húius generis à margine in ipſius
D. Hieronymi contextum eſſe transla-
ta, lege attente totam illam epiſtolam, &
non temere, me hæc dices ſuſpicari. Hu
ius ergo generis hoc eſſe arbitror in cõ-
mentarijs: nam dictus quidem eſt cho
nias, vt præfert D. Hieronymi vulgata
à cũ verbo hebrço id eſt, prçparo, quod
à Domino præparatus fuerit ad Chriſti
generationem, & dictus etiã Iechonias
eſt.

Vulgat. 373. *Quod Iechonias tam ante captiuitatem quam poſt captiuitatem Iechonias ſit nominatus.*

MItto enim dicere, quod qui ne-
garet hũc Choniam poſt tranſ
migrationem Babylonis dictum etiam
Iechoniam aduerſaretur 72. viris, & Mat
thæo Euangeliſtæ, qui hunc Ioachin Ie-
choniã nominant tam ante captiuita-
tem, quam poſt captiuitatem, & non ita
facile damnandi videbantur Lxx viri &
Euangeliſta. Matthæus, qui poſt captiui
tatem Babylonicam illum non nomi-
nant Iechoniam Matthæus illis verbis,
& poſt tranſmigrationem Babylonis
Iechonias genuit Salathiel, vides poſt
tranſmigrationem Babylonis hunc Re
gem Iechoniam ab Euangeliſta vocari?
Quomodo ergo D. Hiero. ſi vere is hoc
ſcripſiſſet diceret contra Euangeliſtam
poſt captiuitaté non dictum eſſe Iecho-
niam, imo dictus eſt Iechonias quando-
quidem ſic ab Euangeliſta appellatur, &
à Lxx paralyp. 1. cap. 3. quaſi hoc igno-
raret Diuus Hieronymus, ſed multa in-
ſcriptis D. Hieron. ſunt gloſſemata quę
in ipſius Diui Hier. contextum irrepſiſ-
ſe videntur. Nec placet ratio addita di-
ctũ eſſe Choniam à Cam, verbo hebrço
id eſt, prçparo, chonias, prçparatus, quaſi
eſſet præparatus perditioni, & ſpoliatus
priore ſyllaba, ie, quę Deum ſonat, quaſi
ſpoliatus eſſet Dei auxilio, imò poſt ca-
ptiuitatem Babylonicam dictus videtur
Iechonias proprie, ab, ia, id eſt, Deo, &
cum, præparo & firmo, à Deo præpa-
ratus, & firmatus, ad inſtaurandum ge-
nus Dauidicum, & ad inſtaurandã eam
familiam & firmandam, vnde Chriſtus
erat oriturus. Nam quamuis feciſſe ma-
lum hunc Iechoniam coram Domino,
iuxta omnia, quæ fecerant patres eius
teſtantur litteræ ſacræ, & ductum ideò
in captiuitatem, & mentiatur Ioſephus
Iudæus de antiquitate libro 10. cap. 9.
qui contra litteras ſacras ſcribit hunc Ie
choniam Ioachim appellatum (de eo
enim loquitur eo cap.) nullum ob cri-
men eius ductum captiuum fuiſſe, quod
vir bonus eſſet, & iuſtus addidit ſeſe de-
dere maluiſſe, & matrem, & omnem fa-
miliam, potius quam vt ſua cauſa dele-
rentur Hieroſolyma, quæ poſtrema vi-
dentur cõſentire cum ſacris litteris quæ
prodidere, egreſſum fuiſſe hunc Ioachin
Regem Iuda ad Regé Babylonis, ipſum
& matrem ſuam, & ſeruos eius, & prin-
cipes eius, & ſe dedidiſſe & ſuos & the-
ſauros domus Domini, ne oppugnaren-
tur Hieroſolyma, & ductos captiuos il-
lum, & multa Iudæorum millia, & con-
ſtituto Sedechia pro eo Rege abijſſe Na
buchodonoſorem, Videtur ergo Iecho-
nias peccaſſe grauiſsime iuxta omnia
quæ fecerãt patres eius, egiſſe tamen po-
ſtea pœnitentiam, & pœnas irrogatas à
Domino patiéter tuliſſe, & conſequutũ
à Do-

à Domino illam indulgentiam quæ nõ vulgaris fuit, quod extincta prole regia cum prole & domo ſolus ille ſeruatus eſt, vt inde naſceretur Chriſtus, & ita dictus eſt Iechonias, id eſt, à Domino præparatus, vt inſtauraret familiam Dauidicam, & quod vaſtanda Hieruſalem eſſet intra pauciſsimos annos, traductus eſt Babylonem cum multis Iudæorũ millibus, vt poſt captiuitatem Babylonicam ſeptuageſimo poſt anno inde tribus Iſrael inſtaurarent, quæ cum tribu Iuda & Beniamin erãt permiſtæ, vt oſtendimus alibi, ita vt quãuis vera hæc fuerit captiuitas Dñi indulgentia fuiſſe potius videatur, vt ab impẽdente ruina liberaretur.

Vulga. 174. *In tranſmigratione Babylonis.*

QVidam aiunt Ioſiam hos filios ante Iudæorum in Babyloniã tranſmigrationẽ genuiſſe, & ideò verba hæc Euangelica: Ioſias autem genuit Iechoniã, & fratres eius in trãſmigratione Babylonis, inquiunt, ſic intelligamus: In tranſmigratione, id eſt, circa tẽpus trãſmigrationis. Hoc nihil aliud ipſe videri poſſet quã Euangeliſtæ ſenſum mutare, aut erroris arguere, & negare fuiſſe in tranſmigratione Babylonis, ſed circa illud tempus fuiſſe hanc generationem Ioſiæ. Quod vero generatio Ioſiæ fuerit in tranſmigratione Babylonis oculis cernes, quod Dei beneficio Ioſias collectus ad patres ſuos eſt, ne videret mala impẽdentia Hieroſolymis, vt leges 4. Regum cap. 22. in fine, & quod omnis generatio Ioſiæ captiua ducta eſt Babylonem, Ioachim, Iechonias, Sedechias, & impendente ruina Hieroſolymorũ, hic Iechonias rex, de quo tam multa diximus cum multis Iudæorum millibus à Nabuchodonoſore migrare ſit iuſſus Babylonem, vt inde inſtauraretur regnum Iuda, & familia Dauidica ſeptuageſimo poſt anno, hiſtoriam leges 4. Regum, cap. 24. & 2. Paralip. cap. 36. fecerat hoc idem Nabuchodonoſor, vt tenuius regnum Iuda relinqueretur, ne rebellare poſſet aduerſus Babylonios. Conſilium tamen Domini erat quod vaſtanda eſſent Hieroſolyma, vt eriperet è ruina tanta illa tot Iudæorum millia, vt inde regnum Iuda poſſet inſtaurari. Vide quæſo an ille rex negetur fuiſſe in tranſmigratione Babylonis, qui Dei ſingulari beneficio dicitur ex illa calamitate ereptus, & cuius filius Ioachim Rex tranſlatus Babylonem eſſet in illa tranſmigratione, & cuius nepos Iechonias cũ multis Iudæorum millibus maxima tranſmigrationis pars fuerit, quo etiam traductus eſt Sedechias vaſtatis Hieroſolymis cum innumeris captiuis Iudæis, niſi forte intelligat aliqua verba illa Euangeliſtæ. Ioſias genuit Iechoniam, & fratres eius de tempore quo Ioſias ipſos genuit & non de tempore & generatione, qua vixere Ioſias, qui Dei ſingulari beneficio eripitur ex illa calamitate, & Ioachim, & Iechonias, & Sedechias, in quos illa omnis tranſmigratio incubuit. Sic enim intelligimus reliquas generationes, Abraham genuit Iſaach, totum tempus vitæ Abraham; & Iſaach intelligimus, vſque ad illud tempus, quo Iſaach genuit Iacob, & rurſum illud: Iſaach autẽ genuit Iacob, totũ tẽpus vitæ Iſaach, & Iacob, vſque ad illud, quo Iacob genuit Iudã, & fratres eius. Sic tu puta intelligendã verba illa: Ioſias autem genuit Iechoniam, id eſt, totũ illud tẽpus, quo vixit Ioſias, & Iechonias vſq; ad illud tẽpus, quo Iechonias poſt captiuitatẽ Babylonicã genuit Salathiel. Ergò generatio Iechoniæ in trãſmigratione Babylonis fuit: alioqui quo modo in generatione Abrahã, Iſaach, Iacob, Iuda, Phares, & Zaram tot abiere annorũ interualla, & quatuor generationes ſequẽtes, quomodo continẽt ſupra quadringẽtos annos.

ADnotat Eraſmus, Euangeliſtam 175.
Matthæum, captiuitatem & exilium Iudæorũ mollius appellaſſe nomine tranſmigrationis. Errat mea quidẽ ſententia: nam tot illa millia Iudæorum

cum rege Iechonia captiua quidem ducta ſunt à Rege Babylonio, non tamen magis captiua ducta, quã diuino conſilio migrare Babylonem facta dicebantur, vt liberarentur ruina, quæ imminebat Hieroſolymis, quin iam iam impendente ruina Dominus Iudæos monebat per Hieremiam prophetam frequentiſſimè, vt qui ſaluos ſe eſſe vellent excederent Hieroſolymis, & peterent caſtra regis Babylonis, vt illic ſeruarentur è ruina vrbis, quæ iam iam lapſura eſſet. Denique Euangeliſta vtitur eodem verbo: quo Lxx viri ſunt vſi cum illa prædicerent futura. Nam quod Diuus Hieronymus de hoc Iechonia qui alio nomine dictus eſt Ioachin, vertit 4. Regum capit. 24, tranſtulit quoque Ioachin in Babyloné, reddidere Lxx μετῴκισεν τὸν Ιωαχὶν id eſt, migrare fecit hunc Ioachin, & tot illa millia, quæ diximus, vt Euangeliſta eodem verbo græco ſit vſus, quo Lxx viri, & Hieremiæ cap. 3. tranſlata eſt, inquit, omnis Iuda tranſmigratione perfecta, & cap. 46. idem repetit, & eodem verbo vtitur vtraque tranſlatio noſtra, & Ezechielis 3. & Eſdræ 2. & verbũ hebræum, gala, quo ſcriptura vtitur vtrunque ſignificat, & Lxx eo nomine cõmendantur, quod ea quæ ante ambigua in ſcriptura erant, interpretati eſſent, quo ſenſu potiſsimum eſſent accipienda, & hæc ita ſunt interpretati, quomodo tanto poſt tempore Euangeliſta, aut ore Euangeliſtæ Spiritus ſanctus eſt interpretatus.

QVod verò Eraſmus ἀμφιβολογίαν hoc loco eſſe ait, nó fuit neceſſe adnotaſſe, quod neque apud clariſsimos ſcriptores, quibus verborum magis cura erat, quam rerum, hæc vitatur amphibologia, nec in Euangeliſtam hæc minutula erant inquirenda, An non magis ambiguũ eſt illud Maronis: nec Troiã Auſonios gremio excepiſſe pigebit? vbi neſcias an Auſonia exceperit Troianos an Troia Auſonios, in Euangelio nemo dubitat tranſmigraſſe Iudæos in Babylonem, non contra. Sed præceptũ illud à Quintiliano eſt de quodam genere dicendi, quod perſpicuum rhetores nominant, vbi præcipitur, vt nulla ſit ſpecies amphibologiæ, ſunt tamen multæ aliæ formæ elocutionis, ſublime, circunductum, floridum, tenue, medium, acre, aliaque id genus, de quibus multa Hermogenes, & Ariſtides; in quibus non vitari iubetur hæc ambiguitas, quoties ex antecedentibus, & ſequentibus nullus relinquitur dubitationi locus, quod hic accidit. Hæc rhetorem & oratorem ſummũ Eraſmum ignoraſſe par nó erat.

ILlud maioris momenti, quod admonet Eraſmus D. Hieronymũ dixiſſe, ſi Iechonias hic ad finem ſuperioris teſſaradecados referatur, in proxima teſſaradecade non eſſe quatuordecim generationes, ſed tantum tredecim, neque id D. Hieronymus ait affirmanter, ſed ſub conditione, ſi voluerimus, inquiens, proponi dubium, & quam ipſe putet dubij ſolutionem, nihil affirmat, ſed fac affirmaſſe, vtebatur ne oculis Eraſmus, & mente, vt teſtis oculatus eſſet? etiã ſi hæc mutatio fieret, neque in ſecunda teſſaradecade, neque in tertia, neque adeò in prima eſſe quatuordecim generationes colligere poterat aliò Euangeliſtam ſpectaſſe, neque enim torquenda ſcriptura Euangelij eſt, vt vera appareat. Euangeliſtæ veriora veris narrarit. Quid hos Diuos citat Eraſmus tantum, & nihil ipſe dicit? an credebat libros Diui Hieronymi & Auguſtini nobis eſſe inacceſſos, præſertim locis vulgaribus? lectionem Euangelicã, ſi nihil ipſe de ſuo inueniſſet nõ attentaſſet. De his teſſaradecadibus, quomodo ſingulæ quatuordecim generationes contineant, poſtea dicendũ eſt. Quod verò ait D. Hier. Ioachim patrem Iechoniæ appellatum fuiſſe Iechoniam, neque legitur vſque in ſacris literis, neque mea ſententia id dicere eſt neceſſe, quod nullo authore probamus, vt videtur vna generatio ab Euangeliſta eſſe prætermiſſa, quæ à nobis ſubaudiretur.

1.Paralip. cap.3.

Vulg. 178. *Iechonias autem genuit Salathiel.*

Lxx. υἱοὶ ἰεχονίου ἀσὶρ σαλαθιήλ.

Matthæus.

ἰεχονίας ἐγέννησε τὸν σαλαθιήλ.

HOC loco nihil eſt quod adnotemus, niſi vt admoneamus ſtudioſos de fraude Iudæorum, qui puncta mutant, vt nos erroris arguãt, & imperitiæ: & dum noſtram inſcitiam inſectantur, ſuam produnt impietatẽ. Euangelicę litteræ Salathiel proferunt, & Zorobabel quem genuiſſe dicitur Salathiel, Iudæi, Saalthiel, aiunt, & Zarubabel quos ſequuntur ex noſtris plærique: quin & quibuſdã exemplaribus Euangelicis hęc ad præſcriptũ Iudæorũ caſtigata aut viciata potius reperies, vbi non iam Salathiel legas, ſed Sahalthiel, tantum apud quoſdam ex noſtris Iudæorũ nugę pondus habẽt. Si me roges, an hebræa lectio ab Euangelicis litteris diſsideat? negabo diſsidere. Tantum te admouebo quod dictũ eſt à me centies, puncta à Iudæis mutari, vt à nobis diſcrepent, & veriora eſſe puncta quæ Euangelicæ litteræ agnoſcunt, quæ Salathiel proferunt, & Zorobabel, idq; populo fideli authoritas probat Euangelica, & D. Hieron. in ſua vulgata, & Lxx viri, qui hæc agnoſcunt puncta, quoties horũ nominũ mẽtio fit. Nam conſonantes eædem ſunt, puncta diuerſa faciunt vt Euangeliſta dicat Salathiel, & Zorobabel. Iudæus vero & Iudaizans Sahaltiel & Zerubabel. Iudæos autem & aſſeclæ Iudæorum teſtimonio reuincemus. Ieſus filius Sirach Eccleſiaſtici cap.49. Quomodo magnificabimus Zorobabel? Ioſephus Iudæus li.11. antiquitatum, cap.4. vbi inquit, dux numeratæ multitudinis erat, Salathielis filius Zorobabelus ex poſteris Dauid? Sic Iudæi antiqui cum Euangeliſtis pronuntiant græce & latine, & ſuos damnant erroris, & indicant ſuos nexuiſſe has fraudes punctorum mutatione, vt noſtri erraſſe viderentur. Noſtri ſemper vera veris dicunt, Iudæi mendaces & impij nihil aliud quam fraudes nectũt, quo poſſunt cunque modo.

Aggæus cap. 2.

Salathiel genuit Zorobabel. Vulg. 179.

εἰπὸν δὴ πρὸς ζοροβάβελ τὸν τοῦ σαλαθιήλ. Lxx.

Matthæus.

σαλαθιὴλ δὲ ἐγέννησε τὸν ζοροβάβελ.

DIximus ſuperiore adnotatione Zorobabel eſſe dicendum, non Zerubabel, vt Iudæi & noſtri aduerſarij ſcribunt. Hic ex libro 1. Paralip. cap.3. aiunt quidam ex Salathiele natum eſſe Phadiam, ex Phadia Zorobabelem, vt Zorobabel non prognatus Salathiele, ſed Phadia eſſe videatur quod veriſsimũ eſt, tamen vt ſupra dictũ eſt, nepotes ab auis in filios adoptabantur, quod docet Auguſtinus aduerſus Fauſtum Manichæum lib.3. cap.3. & ſupra Ioſias genuiſſe Iechoniam, & fratres eius dictus eſt ab Euangeliſta: vbi patrui, fratres Iechoniæ ſunt appellati, & Iechonias filius Ioſiæ, quod Iechonias à Ioſia auo ſit adoptatus filius, quod veriſsimum eſſe ex litteris Euangelicis commonſtrauimus. Oſtenditurque hoc loco vbi Zorobabel qui nepos erat Salathiel, filius eius dicitur ab Euangeliſta quod alia ratione dici non potuit, niſi quod ab auo ſit adoptatus in filium, neque fidelibus alio teſtimonio opus erat. Iudæis teſtis erit Aggæus propheta cap.1. vbi Zorobabel filius Salathiel appellatur: neq; capit.1. ſolũ, ſed etiam cap.2. & Eſdræ lib.1. cap.3. bis dicitur Zorobabel filius Salathiel, & lib.2. cap.5. & 11. & ſic nominatur à Ioſepho lib.11. antiquitatum, ca. 4. Cùm ſit ergo nepos Salathielis, niſi adoptatus ab eo fuiſſet, non potuit appellari filius

filius eius, tam in veteri teſtamento quã in nouo, & in ipſis hiſtorijs, cum præter tum Phadię filius nunquàm nominetur, niſi loco citato, niſi Salathiel filius alius fuerit Zorobabel, vt dicitur apud Aggæum, & apud Eſdram vt dictum eſt.

Vulgat. *Zorabahel autem genuit Abiud.*
180.

SVnt qui ſcribant ſuperiora omnia ex lectione ſcripturarum poſſe cognoſci, hæc vero vſque ad illa verba Ioſeph Mariæ virum negent in hiſtoria vlla poſſe reperiri, qui hęc litteris produnt, viri docti ſunt, & pij, ſed aut ego ſum valde ſuſpicioſus, aut ipſi non intelligunt, quo ſpectent ſcriptores, vnde hæc hauriunt dogmata, cum 1. Paralip. cap. 3. deſcribatur generatio Zorobabelis, & ibi mentio nulla fiat Abiud, cuius hoc loco meminit Euangeliſta Matthæus, cũ rurſus reliquorum progenitorum Chriſti, qui poſt hoc ſequuntur, neque apud Ioſephum Iudæum, neque apud AEgeſippum, aliumve hiſtoricum, qui rerum Iudaicarum texuerit hiſtoriam, duces, & principes Iudæos recenſuerit, progenitorum Chriſti horum qui ſequũtur poſt Zorobabel mentio nulla ſit facta, & in libris Machabæorũ, & in omnibus alijs veterum ſcriptis de illis altiſsimum ſit ſilentium. Videtur nobis obijci, ſeriem hanc familiæ Dauidicæ, quæ poſt Zorobabelem eſt nuſquam poſſe probari. Atqui Dauidica familia excellebat inter Iudæos vt illuſtris & regia: hoc nobis obijci videtur, oportet enim latentia vitia reſecari, vt melius ſanentur, inquit Fabius. Quid enim aliud ſignificant verba ſuperiora? præſertim cum ſubiungãt qui illa ſcribunt: de Booz autem quod non potuerit generare Obed ex Ruth, niſi fuerint plures Booz eodem nomine præditi, colligitur, &c. Atqui planum eſt non fuiſſe plures Booz, vt videatur vtraque parte Euangelica fides attentari. De Booz ſuo loco dictum eſt nunc propoſitæ quæſtioni faciamus ſatis. Primum de Obed dicamus, poſteà reliqua adtexemus.

¶ Quidam verba illa Euangelij Zorobabel autem genuit Abiud, vt defendunt, Zorobabel aiunt ex primo libro Paralip. genuit Moſolam, ſed nos dicimus, quod hic Moſola alio nomine dicebatur Abiud, & ita congruit Euangelium cum libro primo Paralip. Hæc illi. Non tam infirmis fundamentis noſtra nituntur, vt ſic ea defenſa audiam libenter: cui enim non liceat ridere quę ſic defenduntur? Euangeliſta ait Zorobabel genuit Abiud, in Paralipomenis. Zorobabel genuit Moſalam, componamus hæc ſic, largientur enim nobis hæc libenter Iudæi noſtri hoſtes acerrimi, vt dicamus Zorobabelis Abiud & Moſolam appellatum. Adde quod Zorobabel primo Paralip. cap. tertio, octo filios procreaſſe dicitur, Moſolam, Ananiam, Solomith ſororem eorum, & Aſabau quoque & Ohol, & Barachiam, & Aladiam, Ioſabe, Seth, quinque, eſt enim forma dicendi Hebræa, vt poſt tres illos priores numeret alios quinque, & ſignificet fuiſſe octo, quem ergo horum dicemus appellatũ fuiſſe Abiud? Mihi veriſsimilius eſſe videtur ſi diceremus intercidiſſe hanc vocem Abiud ex lectione hebræa, reponendamque ex litteris Euangelicis in libris Paralip. vt legerentur filij Zorobabel Moſolam, & Ananias, & Abiud, & Solomith ſoror eorum, & ſubijcerentur poſtea quinque. Oſtendimus enim frequentiſsime fieri ſolere in his quæ duobus locis verbis eiſdem ſcripta ſunt hebraice, verbum quod alibi deeſt, eſſe alibi, quod temporis iniuria & rumis Iudæorum, quæ illos poſt crucem Domini excepere multæ, ſit effectum., vt lectio hebræa, quibuſdam locis verbis quibuſdam ſit defecta, & quoties hoc ſit, vt verbum quod alibi deſt, eſt alibi, in rebus inquam ſcripturæ duobus

duobus locis conſcriptis hebraice verbis eiſdem, nemini videri ſolet falſum quod in altera parte ſcripturæ eſt hebraice conſcripta verbis eiſdem, etiam ſi in altera parte deſit. Qui minus ergo certum erit filium Zorobabelis nomine Abiud, cùm teſtatum ſit litteris euangelicis, etiam ſi nomen illud interciderit, ex cap. 3. libri primi Paralip. Si duobus locis hebraice hæc hiſtoria conſcripta eſſet verbis eiſdem, & in altera parte Abiud eſſet mentio nulla, in altera eſſet, nulla dubitatio relinqueretur, quin Abiud Zorobabelis filius eſſet, vt verbi cauſa, Eſaiæ cap. 36. eadem hiſtoria Hebraice, & verbis eiſdem hebræis conſcripta eſt, quæ eſt conſcripta 4. Regum cap. 18 in illo ergo Eſaiæ: vbi eſt Deus Sepharbaim? deeſſe videntur dictiones duæ, quæ ſunt 4. Regum cap. 18. vbi legitur: vbi eſt Deus Sepharbaim Ana & Aba? Dices ne quæſo illas duas voces Ana & Aba ſuperuacuas eſſe, & falſas, quod apud Eſaiam deſunt, vbi eadem hiſtoria verbis eiſdẽ hebraice eſt conſcripta? minime inquies. Et huius generis multa eſſe. 2. lib. fuſius oſtenſum eſt. Atqui maior fides eſt euangelij, in quo ad genus humanum per filium Deus eſt loquutus, & ne te morer pluribus ex Paralip. cap. 3. hæc veriſsime dici planũ fiet, vbi quatuor numerantur filij Ioſiæ, primogenitus Iohanan, qui alijs locis omnibus ſcripturæ Ioachab dicitur, ſecundus Ioachim, tertius Sedechias, quartus Selum. At lib. 2. Paralip. cap. 36. & 4. Regum cap. 23. vbi filij Ioſiæ numerantur, quarti filij mentio nulla. Apud Hieremiam cap. 52. aut primi filij mentio non fit, aut appellatur Selum, & quarti quoque nulla mentio. Tamen quod Paralip. primo, mentio huius quarti eſt nemo in dubium vocat, ſit ne primi libri Paralip. hiſtoria vera, nec eam alijs locis ſcripturæ oppugnandam cenſet. Atqui maior fides eſt Euangelij, quam libri Paralip. quamuis vtriuſque teſtamenti fides ſit ſacroſancta. Poteram dicere exemplo Diui Hieronymi in illud cap. quinto Michææ: & tu Beth-lehem Ephrata, hoc nomen Abiud, malitia Iudæorum ex Paralipomenis eraſum, vt genealogiæ Chriſti ex Dauid aliquo modo poſſet perturbari. Et multo æquius quam Diuus Hieronymus hoc dicere poſſem. Erant enim alij loci, vt ipſe Diuus ait loco citato, quibus probari poſſet Dominum eſſe ex tribu Iuda, etiam ſi ille eſſet à Iudæis eraſus. At hoc eraſo, nullus veteris teſtamenti locus erat quo oſtendi poſſet Dominum à Zorobabele deſcendere, ſed Diuus Hieronymus, inquies, adiuuabatur lectione Lxx virorum, quæ proferebat illos verſus quos è lectione hebræa eraſos malitia Iudæorum dicebat Hieronymus. Si nos Lxx virorum lectio non adiuuat hoc loco, quod caſtigata cenſues, & fortaſſe quibuſdam locis vitiata, vt concordaret cum hebræa lectione, tamen adiuuat lectio Euangelica, quæ multo multoque maius pondus habet & oſtenſum eſt ſupra teſtimonio veterum omnium patrum qui de hac re aliquid litteris prodidere, Iudæos ex lectione hebræa multa expunxiſſe, quæ ad Chriſtum ſpectarent, vt perturbarent noſtra, & de Abiud etiam proxima adnotatione dicendum eſt.

Abiud autem genuit Eliachim vſque ad illud: Iacob autem, &c.

HIC eſt alia quæſtio, quam ſupra propoſuimus in illud: Zorobabel autem genuit Abiud, cur horum Chriſti progenitorum, vſque ad ipſum Dominum, mentio nulla ſit, nec in Machabæorum libris, neque in Eccleſiaſtico quando poſt captiuitatem Babylonicam nulla alia hiſtoria ſacra eſt, qua illorum temporum res geſtæ commemorentur, cur in hiſtorijs Io- Vulga. 182.

ſephi

ſephi Iudæi, Aegeſippi & aliorum, quibus res geſtæ Iudæorum narrantur vſq; ad tempora Chriſti principes Iudæorũ recenſentur, Duces, Pontifices, quorum Chriſti progenitorum nullum legatur nomen. Mihi ſane non videtur difficilis reſponſio; dictum eſt in illa prima verba, cap. 11. Eſaiæ: Egredietur virga de radice Ieſſe. Procopium docuiſſe, pro radice reliquos interpretes reddidiſſe, trunco, & vocem hebræam truncum ſignificare; quod veriſsime dictum eſt, ſolos LXX viros in pleriſque, metaphraſtæ potius ſunt, quam interpretes; pro, trunco, quod vox hebræa ſignificat reddidiſſe radicem: facta metaphraſi, ex illo quod ſequitur eodem cap. 11. Eſaiæ: In illa die erit radix Ieſſe, quaſi interpretarentur ex hoc loco, è trunco, ex radice trunci, quod ſequens declarat locus Eſaiæ. Hãc paraphraſim LXX feciſſe videntur, quod familia Dauid poſt captiuitatem Babylonicam tanquam truncus præciſus, nõ amplius ramos eſſet habitura, deficientibus ex ea regibus & principibus, ita ducta metaphora à trunco arboris ſicco, qui nihil iam procreare poſsit, cuius è radice aliquando ſeſe tollit plantula, ſic Chriſtus dictus eſt oriturus è trunco familiæ Dauidis; & explicatũ verbis ſequentibus apud Eſaiam, è radice Ieſſe, quaſi diceretur, è radice trunci iam exſiccati prorſus, nec ramos iam vllos, nec frondes procreantis, id eſt, qui iam neq; reges vllos, neque principes ferre poterat. E radice ergo talis trunci, id eſt, ex familia illa redacta in priuatam conditionem hominum tenuiorum, qualis fuerat prima radix illa Ieſſe, vnde ſe ſuſtulerat regia familia, naſceretur Chriſtus, & ſicut Dauid per contemptum dici ſolebat filius Iſai, ſic Dominus, faber, & filius fabri ab impijs Iudæis appellabatur, qui dum hoc ei obijcerent, non videbant, ſe ei hoc obijcere, quod iuxta prophetiam Eſaiæ natus eſſet non è trunco regiæ familiæ Dauidicæ, qui iam olim erat exſiccatus, & nullos ferebat duces, nullos reges, primarios, ac principes viros nullos, & ita eorũ in hiſtorijs mẽtio nulla, ſed ex radice illius familiæ, hoc eſt ex priuata conditione, & humili inquam redacta erat familia Dauidica, qualis fuerat à principio familia Obed & Ieſſe, vnde ſe ſuſtulerat regia familia Dauidis. Hoc prædixerat etiam Hieremias capit. 22. cum vaticinatur de Iechonia Rege, vnde propagatum eſt Dauidicum genus ducto in captiuitatem Babylonicam: Nunc inquiens vas fictile, atque contritum vir iſte Iechonias. Et infra: ſcribe virum iſtum ſterilem, qui in diebus ſuis, non proſperabitur, non erit de ſemine eius vir qui ſedeat ſuper ſolium Dauid, & poteſtatem habeat vltra in Iuda. Hoc idem prædixerat Ezechiel capit. 21. qua de re multa diximus in cap. nono commentariorum in Eſaiam in illa verba: Super ſolium Dauid. Quæſtio tamen hinc naſci videtur, cur Zorobabel præfuit ædificationi templi cum Ieſu filio Ioſedech, nam cæterorum mentio nulla iuxta vaticinia prophetarum, quæ diximus. Huius Zorobabelis magna mentio facta eſt vt diximus in illa verba: Salathiel genuit Zorobabel, & mihi videtur voluiſſe Dominum quod promiſerat complere ædificandum ſibi templum à ſemine Dauid, & vt primum erat erectum templum Domini à Solomone, ita voluit à Zorobabele, qui erat ex familia Dauidis, reædificari, & ita ſub alijs ducibus Iuda præfuit quibuſdam in reditu ex captiuitate Babylonica; & ſub alijs Ducibus ædificationi templi præfuit; vt intelliges ex locis ſupracitatis, in verba illa: Salathiel autem genuit Zorobabel. Reliquorum poſterorum eius, vnde Chriſtus eſt natus nulla prorſus mentio in hiſtorijs, quod iuxta prophetias Domini redacti ſunt ad conditionem radicis familiæ regis illius, inquam, cuius per contemptũ dicebatur, Dauid filius Iſai, plebei erant omnes, & redacti

in condi-

in conditionem plebeiam. Et fortaſſe Abiud procreatus à Zorobabele eſt poſtquam ex captiuitate Babylonica rediјt: & ideo non adnumeratur illis octo filijs, quos in captiuitate Babylonica ſuſtulerat, quod hunc Abiud poſt captiuitatem Babylonicam procrearat, & hoc mirandum magis eſt, quod cum in ædificatione templi Zorobabel, & Ieſus filius Ioſedech principem tenuerint locum, & in inſtaurandis Hieroſolymis, ſub ducibus tamen alijs Eſdra & Neemia, & eius tamen poſterorũ nulla fuit dignitas, mentio nulla, ita redacti ſunt in humillimam conditionem, diſcretæ tamen erant familiæ vſque ad aduentum Domini.

Vulgat. 184. *Iacob autem genuit Ioſeph.*

QVæritur ab aduerſarijs cur genealogia Chriſti ex ſemine Dauid ſit ad Ioſeph vſque deducta, vnde Chriſtus natus non eſt. Varijs modis à ſanctis patribus huic quæſtioni reſponſum eſt. Illud placet magis, quod Chriſtus expectabatur ex ſemine Dauid, iuxta interrogationem illam Dñi Matthæi 22. c. quaſi ſciſcitatus à Phariſæis erat: quid vobis videtur de Chriſto? & Phariſæi reſponderant: Dauid. Quod etiam Ioannis 7. Iudæi dicebant. Nonne ſcriptura dicit: Quia ex ſemine Dauid & de Bethlehem caſtello, vbi erat Dauid, venit Chriſtus? Si ergo à Bethlehem caſtello, & à familia Dauid Chriſtus venturus erat, quærendus erat Chriſtus in Bethlehem caſtello, & in familia Dauid. Familiæ porro non cenſebantur, niſi ſecundum ſtirpem virilem: & ideo ſignanda erat familia Dauid, in qua Chriſtus quæreretur, & in qua naſceretur, iuxta ſtirpem virilem. Si quærat igitur Fauſtus Manichæus, vt dictum eſt, quod olim à Diuo Auguſtino quæſierat, quorſum Ioſeph recenſetur genealogia, vnde Chriſtus natus non eſt, facilis eſt reſponſio, quod inter Mariam & Ioſeph verum fuit matrimonium, etiam ſi Maria virgo ante partum, in partu, & poſt partum ſemper fuit. Recenſetur natus in familia & Domo Dauidis, vt completum appareat quod oriturus dicebatur in Bethlehem, & in domo Dauid, & quod inde expectabatur ex Bethlehem, & ex domo Dauid, naſcitur in Betthlehem, & in domo Dauid, vt complerentur ſupradictæ prophetiæ, & apparerent completę, quę à prophetis erant prænuntiata, quod Chriſto erat danda clauis domus Dauid, & quod complendæ eſſent promiſsiones fideles Dauid, quodque ſuſcitandus eſſet Dauid, & millæ aliæ huius notæ. Et cum Chriſtus in domo & familia Dauid natus appareret, iam hęc omnia oracula in oculos atque in animos omnium incurrerent, & expectaretur ſuſcitaturus ſolium Dauid, & reſtauraturus regnum Iſrael, quod petebatur à pueris adclamantibus: Oſanna filio Dauid, & ab Apoſtolis quærebatur quando reſtituturus eſſet regnũ Iſrael. En cur Dominus naſcatur in domo & familia Dauid, & ſeries ipſa ſit ad Ioſeph vſque deducta.

VIRVM MARIÆ. Vulg. 185.

HIC ex Diuo Hieronymo, & alijs veteribus patribus, adnotant quidam vt multa intelligamus dicta iuxta opinionem illius temporis, quo geſta referuntur, non iuxta id quod rei veritas continebat, vt Ioſeph in euangelio pater Domini vocatur, & Ioſeph vocatur vir Mariæ, idque citatur ex Origene homilia prima diuerſorum locorum. Ego dictum ab Origene puto iuxta formam loquendi receptiſsimam in ſcriptura, qua dicitur in Euangelio. Qui vocatur Chriſtus, & qua ſignificatur, qui vocatur

tur & eſt Chriſtus,ita Ioſeph dicitur ab Origene vocari in litteris Euangelicis vir Mariæ,quod vocaretur vir Mariæ, & eſſet vir Mariæ, fuit nanque inter Mariam & Ioſeph verum matrimoniũ, vt diſces ex Auguſtino tomo 7. de nuptijs & concupiſcentia lib.1.ad Valeriũ cap.4.& deinceps,& ex Hieronymo aduerſus Heluidium lib.1.in principio. Nã quod Diuus Hieronymus in hunc Euangelij locum ait:cum virũ audieris ſuſpicio tibi nõ ſubeat nuptiarũ: intelligit ſuſpicio tibi nõ ſubeat actus matrimonialis,qualis aliorum coniugum eſt, ergo intelligendum eſt hoc iuxta id quod veritas continebat, vt verbis illorũ vtar, contrario tamen ſenſu, illi enim negant intelligendum hoc iuxta id quod veritas continebat, ſed iuxta opinionem illius temporis, quo geſta erant.Ergo cõtra affirmo intelligendum hoc iuxta id quod veritas continebat, & iuxta opinionem hominum, quod verum erat matrimonium Ioſeph & Mariæ, quáuis ſemper eſt ſeruata virginitas ſacratæ virginis,& vere Ioſeph Mariæ vir erat.

¶ Et canon hic mihi periculoſiſsimus, & cum cura intuendus eſſe videtur, & quo ſubuertere cuncta licebit. Si enim dicere liceret multa in ſcriptura dici iuxta opinionem illius temporis, quo geſta narrantur, non iuxta id quod rei veritas continebat (vtor enim ſemper illorum verbis) proh Deum immortalem, quanta hæreticis feneſtra patefieret, vt neque verè prægnans diceretur virgo, neque verè pariens, ſed viſam prægnantem, & parientem, quod maximè conſequens his eſſe videbatur, qui corpus Domini phantaſticum eſſe dicerent, & alijs qui contendebant corpus Dominicum cælo deductum, & nõ natum ex Maria virgine. Dici poſſet Chriſtus, neque verus homo fuiſſe, neque vere paſſus, neque verè mortuus, neque verè reſurrexiſſe,neque cęlos cõſcendiſſe, ſed iuxta opinionem vulgi ſic viſa illis temporibus. Mitto enim dicere quod multo multoq; minus eſt, Iudæos hac regula vti ad peruertẽdos ſacros ſenſus ſcripturæ de Chriſto. Cum enim vrgẽtur verbis prophetiæ, aut antecedentibus, aut conſequentibus, quæ niſi ad Chriſtũ referantur vere dici nullo modo poſsint. Fugiunt ilico ad illud dicta eſſe ad opinionem vulgi,cui ita videtur etiam ſi vera non ſint.Et Ariſtot. quidem in Sophiſticis Elenchis præſcribit Sophiſtis hoc præceptum,vt in decipiendo & defendendis,quę volunt,confugiant modo ad vulgi opinionem,modo ad ſapientum ſententiam,prout conueniet rei quam volent defendere. Sophiſtæ veri in hac ſacra diſciplina Iudæi ſunt & hæretici, quibus hæc regula cũ primis fauet. At præſcribitur inquiunt à Diuo Hieronymo hæc regula, & ab alijs ſanctis patribus. Si hoc modo intelligi oporteret, quod præcipit Diuus Hieronymus, tunc illud eſſet adhibendum eiuſdem Diui Hieronymi aduerſus errores Ioannis Hieroſolymitani. Scio me aliter habere Apoſtolos, aliter reliquos tractatores,illos ſemper vera dicere,iſtos in quibuſdã vt homines aberrare.Quæ de authoritate ſanctorum patrum ſingulorũ intellige dicta, nam de conſenſu ſanctorum patrum omnium, aut fere omnium, laudo illud Athanaſij, non conſenſum ſanctornm patrum illum eſſe, quo aliquid omnes ſancti decernunt, ſed Spiritus ſancti decretum. Sed vt ad inſtitutum reuertar.Diuus Hieronymus hanc regulã interpretandæ ſcripturæ præſcribit, vt à prophetis eſt & ſapientibus præſcripta. Vetus eſt enim illud, quod ſapiẽtibus in ore erat,prudentibus cano. Ariſtot. ergo lib.6.Topicon,hunc pręſcribit canonem,quod rerũ nomenclaturis vti oporteat vulgo receptis, & non mouere, nec mutare nomina,& verba recepta,quędã vero,iuxta vulgi opinionẽ,nõ eſſe dicẽda.Hæc ſic Ariſt.quibus nos docet formis dicẽdi,& nominibus vulgo receptis vti oportere, opinionibus vulgi nõ itẽ.

Quod

Quod ergo vulgus falſos Deos,quos Idololatræ colebant, appellabat Deos, & falſos Prophetas, Prophetas nominabat, vtitur ſcriptura eiſdem nominibus vulgi quod faciendum docet Ariſtoteles. Mater,quæ nubit alteri viro,marito defuncto,ſuum virum,qui vitricus ſuorum filiorum eſt,patrem ſuorum filiorũ nominat,& nutritius pater vulgo dicitur,& nutrix mater, eiſdẽ verbis ,& eiſdem dicendi formis,ſcriptura vti ſolet. Hoc eo loci præcepit Ariſto.&c.2.Top. præceperat,cùm dixit non eſſe mutandam rerum nominationem, loquendũque eſſe,vt multi loquuntur. Quædam tamen ait Ariſtoteles non ſunt dicenda iuxta vulgi opinionem , nempè quod vulgi nomenclaturis ſit vtendum,& dicendi formis,ſententijs non item, quod Plato cum alijs locis plurimis, tum in Critone monet, ne ſententiam vulgi ſequamur,ſed eius qui ſapiat : neque iuxta vulgi ſententiam quidquam loquamur. Locos ſcripturæ,quos iuxta hunc canonem quidam interpretantur, alij ad appellationes vulgo receptas pertinent, quibus ſcripturam vti diximus, alij diuerſum ſenſum habent,& diuerſo quodam modo explanandi videntur , quos refellere huius loci non eſt,ne longè euagemur.

186 ¶ Quæ Eraſmus de viro & marito nugatur,ſunt ridicula. Hebraicè & græce maritus ſemper vir appellatur , niſi vt vult Iulius Pollux aliquando dicatur γαμέτης quod non memini me legere vnquam apud claros ſcriptores. Nã νύμφιος ſponſus eſt, certe hebraice maritus vir dicitur quanquam, בעל , aliquando dicatur , idque rariſsimè , & participium videtur à verbo, bahal. Non licebit hebræis & græcis formis hebræis dicendi, & græcis vti, cum præſertim latinè maritus quoque vir dicatur frequentiſsimè. Mitto dicere quod Euangeliſta græce virum dixit, an non licebit Euangeliſtis quæ dictat verba Spiritus ſanctus, ea excipere & ſcribere, & interpres reformidabit dicere verbum quod dixerit Euangeliſta? Quod vero ait verecundius,& coitũ memorat. Apage iſtiæc, in ſacris his nuptijs , & ſacra virgine, omnia ſunt prædicanda & glorianda, quid malum hic hęc memorat vbi gloria omnia occupat,nec his locum vllum relinquit,cacophata rhetores docent vitanda magis quam ſolœciſmos & barbariſmos apud Principes viros & ſummos Magiſtratus. Tu dijudica quanto magis id faciendum cum loquimur de ortu filij Dei & ſacra virgine. Mitto dicere apud Prophetas maritum fere virum appellari, vt apud Oſeam , & ego non vir eius & reuertar ad virum priorem & apud Eſaiam , quam eius quæ habet virum.

Omnes itaque generationes ab Abrahã vſque ad Dauid &c.

Obiectationes quæ fiunt Euangeliſtis.

HAEc ſunt quæ interpres Origenis opinor,& alij, negant ſecundum hiſtoriam ſtare poſſe, quæque repetunt iterum,atque iterum,mollius tamẽ cùm dicunt Matthæum Euãgeliſtam Chriſti omnes generationes , negligenter eſſe complexum,quod alibi reges tres ſilentio præteritos ex ſacris litteris appareat, & paulò infra tres alios Ioſiæ filios aut quatuor eſſe tacitos , nepotes duos ab Euangeliſta pro filijs eſſe annumeratos, quibus omnibus ſuo loco fecimus ſatis. De tribus his generationibus , & quomodo ſingulæ teſſaradecadas quatuor complectantur,veteres patres multa diuinitus ſcripta reliquere , quæ ſatius eſt ex eorum ſcriptis hauriri, quam ex riuulis lutulentis,& cœnoſis. Illud mihi placuit adnotare , nunquam Euangeliſtæ conſilium fuiſſe tres in Chriſti generatione diſtinguere teſſaradecadas , quæ non plenæ eſſent & perfectæ teſſaradecades,& Spiritum ſanctum ore Euangeliſtæ

Veras fuiſſe in Euãgeliſtis tres Teſſaradecadas & perfectas nec in Euãgeliſtis vllã turbe negligẽtiam concedendam.

liſtæ eſſe loquutum, tres feciſſe teſſaradecades; vere ergo ſunt tres teſſaradecades, Neq; neceſſe eſt, vt nos quidquam addamus, aut detrahamus vt compleantur tres teſſaradecades. Quid enim hoc aliud eſſet quam Euangeliſtam parùm verè hæc dixiſſe, confiteri? Neque ſi ipſi intellectu conſequi non poſſumus, quonam modo ſint tres teſſaradecades continuo dicendum eſt, Euangeliſtam hæc tractaſſe negligentius, quod in prima teſſaradecade tredecim tantum generationes appareant, non quatuordecim, cùm ad Dauid vſque protendatur, vt ait Euãgeliſta. Secunda teſſaradecas à Dauide initium ſumat, & ad captiuitatem Babylonicam vſque pertineat, & decem & ſeptem generationes ſit complexa, ſi cõnumeres tres Reges ab Euangeliſta ea cauſa, qua dictum eſt prætermiſſos. Nã filios Ioſiæ quatuor adnumerare non fuit neceſſe, quod ad Chriſti generationem non pertinerẽt, & Ioachin patrem Iechoniæ præteritum ſilentio diximus, quod ipſe & Iechonias filius per exiguũ tempus regnarunt, & vix compleuerint vnam generationem, & ad Chriſti generationem non pertinuerint & ſolus numeratur Iechonias, præterito ſilentio patre ea ratione qua dictum eſt, quod Iechonias Dei conſilio ab auo fuit adoptatus, vnde inſtaurata ſtirps Dauidica eſt, ex qua oriturus erat Dominus. Reliqui ſunt taciti, quod cum tota prole & domo ſunt deleti, neque reliqua illorũ vlla ſtirps eſt. In vltima teſſaradecade quæ protenditur vſque ad Chriſtum, ita vt non includatur ipſe Chriſtus quemadmodum neque ſuperiorum generationum ſuperioribus teſſaradecadibus ipſe illarum terminus eſt incluſus. Duodecim generationes includuntur tantum, non quatuordecim, neque fieri poteſt vt in Euangelica narratione falſum eſſe poſsit. Et quando ſic non videntur inueniri tres teſſaradecades, & eſt canon ſcripturæ, vt quando aliquid repugnare videtur in ſcriptura, ei interpretationi, quã

[illegible] Reges tot præteriti ſunt ſilentio intelliges poſtea.

eſſe putabamus, ab illo ſenſu reſiliamus, alium quæramus ſenſum, quod ſcriptura vera eſt & ſolui nullo modo poteſt. Eſt igitur conſenſu omnium Patrũ, hic trium temporum deſcripta ſeries, Iudicum, Regum, & ſacerdotum, & quodlibet horum temporum vna teſſaradecade finitum eſt. Quælibet teſſaradecadas quatuordecim continet generationes. Nam teſſaradecas vox græca id latine ſonat. Et cùm videamus non continere generationes quatuordecim cùm prima tantum contineat tredecim vltima duodecim media ſeptemdecim ſi connumeres tres Reges ea ratione qua dictum eſt ab Euangeliſta prætermiſſos, neceſſe eſt vt dicamus continere ſingulas has teſſaradecades generationes hominum. 14. Nam cum hebdomades Danielis & generationes numerentur vſque ad Chriſtum, ſi hebdomades annorum non numerantur alicuius familiæ ſpecialis, ſed hominum communes mihi numeratæ videntur, vt generationes cum hebdomadibus congruant, & cum temporibus præfinitis aduentus Domini. Quę ſi Regum eſſent cùm alij viuant diutius, alij breuiori tempore finiantur cũ temporibus præfinitis aduentus Domini, quæ certa, & ſtata menſura videmus eſſe dimenſa, congruere non poſſe. Quod id quoque indicat, quod Regum plures generationes ſingula hæc tempora Iudicum, Regum, Sacerdotum, apud Lucã continent; quod argumentum eſt validum mea quidem ſententia has generationes apud Matthæum hominum eſſe intelligendas. Et ſic Plutarchus de deficientibus oraculis cùm diſputat quot annis vna generatio contineatur, non quærit de generatione alicuius familiæ ſpecialis, ſed generatione hominũ quot annis vna hominum generatio ſit præfinita, centum ne, aut paucioribus? Nam plærique immatura morte præuenti nõ durant vnam generationem, quam alij tranſcendunt, vt Neſtor olim tercẽtum vixiſſe dictus eſt annos, & noſtra ætas

plæ-

plæroſque vidit vigeſimum ſupra centeſimum annum exceſsiſſe. Quæritur ergo à Plutarcho quãtum vna hominum generatio duret, cui ſuccedat altera, quod ſæculum vnum dixere veteres, & vnius ſæculi homines. Has generationes deſcripſiſſe Euãgeliſta videri poteſt, hominum ſcilicet vnius ętatis, vt Iudicũ quatuordecim fuerint generationes, Regum quatuordecim, & quatuordecim ſacerdotum. Si has generationes non exæquant generationes progenitorum Chriſti ſingulæ, quod alij diutius vixerint, quam vna hominum generatio erat, alij vnam hominum generationem non expleuerint, ſingulos collige, & ſingulorum tempora, & reperies facere generationes quatuordecim. Nam primæ teſſaradecadi vna Regũ generatio deerat, quæ deerant vltimæ, mediæ tres ſuperiunt. Supplentur ergo tres illæ, quæ deerant in prima & poſtrema teſſaradecade ex tribus, quę ſuperſunt in medio. Sunt ergo quatuordecim generationes in ſingulis temporibus Iudicum, Regũ, Sacerdotum, quibus generationes progenitorum Chriſti ſi ſingulæ ſingulis non reſpondent, omnes ſimul reſpõdẽt. Neque neceſſe eſt vt ſingulorum vitæ vnam generationem compleant, aut non excedant, omnes ſimul vero ſimile eſt vt communibus generationibus hominum reſpondeant. Et ita nihil eſt quod quiſquam miretur cùm aliam viam inſtiterit D. Lucas, ſi diutius vixerint progenitores Chriſti iuxta Matthæũ, quam iuxta Lucam (vt inquit Auguſtinus) videbat ergo Euangeliſta primam teſſaradecada cõtinere terdecim generationes, non quatuordecim, ſed videbat cõtinere tredecim generationes hominum ſingulorum, qui tranſcenderent generationem hominum communem, quam ipſe deſcribit, & quibus generationibus cõmunibus numerabatur tẽpora Chriſti. Quæ quanquam eo tempore eſſent multo longiores tamen progenitores Chriſti eas exceſſerant. Videbat ſecunda teſſaradecada decem & ſeptem continere generationes Regum, qui non compleuerant ſinguli vnam hominum generationem. Et quanuis ipſi decem & ſeptẽ fuerint quatuordecim tamẽ hominum generationes tantum vixerint, vltima porrò teſſaradecas duodecim continet progenitorum Chriſti generationes qui vixerint tamen diutius ſinguli vna generatione. Et ita in duodecim generationibus hominum vnius familiæ quatuordecim generationes communes hominum continentur. Proponit ergo has generationes Euangeliſta, vt quãuis ſingulæ ſingulis generationibus nõ reſpõdeant, videas omnes ſimul ſumptas generationibus hominum communibus reſpondere adamuſsim.

Finis Libri Quinti.

DE LOCIS PROPHETICIS CITATIS AB EVANGELIſta Matthæo.

PRÆFATIO.

HACTENVS quæſtiones quaſdam quæ in Chriſti Domini Genealogia diſceptari ſolent quã potui breuiſsimè praſtrinxi, Nam ſi perſequi fuſè conaremur ſingula quæ aduerſarij & hæretici, atq; adeo noſtri quidam homines in litteris Euangelicis calũniantur, nunquam hæc poſtremà volumina finem erãt inuenturà. Sed iam teſtimonia veteris teſtamenti ab Euangeliſtis citata perſequamur, eaq; ab aduerſariorum & hæreticorum calumnijs defendamus & ſuſcepto muneri facere ſatis conemur, & vtinam ei pares eſſe poſsimus, Erimus ſpero Deum illo promiſſo quod dedit fretus. Aperi os tuum, Ego implebo illud. Sed antequam ad rem ipſam aggredior de calumnia communi quæ fit D. Matthæo pauca dicam, vnum illud his poſtremis duobus libris eſt argumentum, vt oſtendam ab Apoſtolis & Euangeliſtis teſtimonia ex veteri teſtamento citari iuxta tranſlationem Lxx vt appareat vbi ſita ſit veritas in tranſlatione Lxx an in æditione hebræa Iudaica vitiata manu, nam toto libro ſecundo locos ſcripturæ maximè manifeſtos de Chriſto Domino monſtrauimus dupliciter à Iudæis vitiari manu & interpretatione quod græci appellant [illegible] vt appareat igitur vbi ſit ſita veritas in hebræa lectione an in Eccleſiaſtica ne quotidie etiam cum quorũdam noſtrorum applauſu maximo veritas hebraica noſtras circunſonet aures, Nullum argumentum inſolubile magis mihi viſum eſt quam ſi ob oculos omnium ponerem tranſlationem Lxx citari ab Spiritu ſancto qui Apoſtolorum & Euangeliſtarum ore eſt loquutus, idq; quoties tranſlatio Lxx ab hebræa lectione diſcreparet, ſi Spiritus S. quoties id vſu venit, vt tranſlatio Lxx ab hebræa lectione diſcrepet, relicta lectione hebræa tranſlationem Lxx citat arguit tranſlationem Lxx hebræa æditione eſſe veriorem, eſt enim ſpiritus veritatis, non mendacij ſpiritus. Id ergo vt oſtendam commonſtro Apoſtolos omnes & Euangeliſtas ſemper ferè teſtimonia ſcripturæ iuxta Lxx excitare ſolere. Hic cachinnos tollere ſolent quidam, & de Matthæo addunt ac Luca hoc dici fortaſſe poſſe de cæteris non poſſe, quod Lucas Græce ſciebat non Hebraice quaſi linguarum donum fabuloſum eſſet, & quaſi Lucas de ſuo loqueretur, & non ſonaret quæ dictaret Spiritus S. Nam de D. Matthæo rem factam ſe putant habere quidam, quod Matthæus ſcripſerit hebraicè, & qui

Euan-

Euangelium Matthæi græcè verterit, teſtimonia ſcripturæ quæ citabat Matthæus
ex veteri teſtamento hebraicè, tranſtulerit iuxta Lxx interpretationē, nec mirādū
eſſe magnopere, ſi apud Matthæū citata ſcripturæ teſtimonia iuxta Lxx viros eſ-
ſe videantur, & ſcripſiſſe quidem Matthæum Euangelium hebraicè, confeſſa res
eſt quod vt faceret erat neceſſe, vt vſui eſſet hebræis qui Chriſto credidiſſent tamē
perſuaſiſſimum habeo eundem D. Matthæum Euangelium ſcripſiſſe etiam græcè
hoc quod in Eccleſia legitur, idq́ hac coniectura, quod trecentis annis ante Domi-
ni aduentum, Dei optimi maximi prouidentia & œconomia vt veterum Patrum
verbo vtar curauit ſcripturas hebræas transferendas græcè, quod erant auferen-
dæ Iudæis & tradendæ gentibus, ex quibus potiſſimum Eccleſia erat conſtituen-
da, & vt ſcripturæ peruiæ gentibus omnibus eſſent quod græca lingua legeretur il-
lis temporibus & vſitatiſſima eſſet in omnibus fere gentibus, vt ait Cicero pro Ar-
chiapoeta, eadem diuina prouidentia quæ illud faciendum curauerat pateretur E-
uangelium conſcribi hebraice tantum à D. Matthæo, vt gentibus eſſet imperuium
aliena lingua conſcriptum? Credibile non eſt, aut omnes patres errant qui tribus ſæ-
culis ante Domini aduentum aiunt curaſſe Dominum vertendas ſcripturas he-
bræas græcè vt traderentur gentibus quod factum legimus & videmus, quod Iu-
dæi & aduerſarij factum inficiantur cùm videant Prophetas & cæteros libros ve-
teris teſtamenti iuxta tranſlationem Lxx in litteris Apoſtolicis & Euangelicis
citari, nec enim eo tempore alia tranſlatio veteris teſtamenti erat quam Lxx viro-
rum tranſlatio, tamen inficiantur aduerſarij alios libros veteris teſtamenti à Lxx
eſſe tranſlatos ſed ſolum Pentateuchum ita illis cor dolet quod ſcriptura Græce
tranſlata ſit, vt quod oculis vident inficientur tamen. Quo etiam ſpectat quod teſti-
monia ſcripturæ veteris teſtamenti citata iuxta Lxx oſtendimus vt aduerſarios
refellamus cùm iuxta Lxx citata oſtendamus omnia prophetarum teſtimonia ne
ſolum Pentateuchum à Lxx viris translatum dicere poſſint. Erat igitur eo tem-
pore translatio Lxx nec enim eo tempore alia vlla erat ſcripturæ interpretatio,
quod ergo Iudæi factum dolent & ſuos maiores apud Grigentium & alios deteſtan-
tur, & diris deuouent quod paſſi ſunt ſcripturas hebræas græcè transferri quod in-
de ſibi omnia mala nata eſſe cauſentur. Id Deus in lege noua pateretur fieri vt he-
braicè eſſet conſcripta, vt Iudæi inde poſſent nobis quotidie faceſſere negotium ſuis
fraudibus, vt in lectione hebræa, aut enim Euangelium Matthæi non eſt hebraicè
conſcriptum, aut ab eodem Euang. græcè quoq; conſcriptū eſt, vt Eccleſiæ quæ po-
tiſſimum ex gentibus erat conſtituenda vſui eſſe poſſet, dicet hic aliquis, D. Matth.
hebræus erat, & hebræa lingua erat conſcripturus quæ conſcripturus erat, eadem
ratione colliget D. Petrū, D. Paulū, & D. Ioannē, D. Iacobū hebræa lingua fuiſſe
ſcriptu os, quod hebræi erant. Cur igitur donum linguarum acceperant? cur Spiri-
tus ſanctus in eos deſcenderat & varijs linguis loquebantur? Cur non ſolum Apo-
ſtoli & Euangeliſtæ eo tempore donum linguarum acceperunt, niſi vt in omnem

 terram

terram exiret ſonus eorum, in fines orbis terræ verba eorum, de quo loco ſupra diximus cum de teſtimonijs ex veteri teſtamento citatis à D. Paulo ageremus, ſoli D. Matthæo non eſt datum vt in omnem terram exiret ſonus eius, & in fines orbis terræ exirent verba eius, atqui in manibus Eccleſiæ toto terrarum orbe Euangelium Matthæi ſemper fuit, & cum primis lectum, tranſlatum, inquies, fuit, quid tranſlatione fuit opus? neſciebat Spiritus ſanctus Euangelium quod Matthæo dictabat in Eccleſia non duraturum ſed gentibus quæ eo tempore credidiſſent vſui futurum, & ſtatim Iudæos vaſtandos & diſpergendos in omnes gentes reſiduos, & ea lingua vſuros, quæ omnibus nationibus communis erat græca, ſcilicet, dabatur omnibus credentibus Spiritus ſanctus vt loquerentur varijs linguis, & prædicatores verbi eſſe poſſent, & non dabatur Spiritus ſanctus primo Euangeliſtæ Matthæo vt prædicare Chriſtum poſſet ea lingua quæ intelligi poſſet toto terrarum orbe? Is cum Euangelium in Æthiopia prædicauit, hebraicè ne tibi videtur prædicaſſe Euangelium an græcè qua lingua Æthiopes cum omnibus nationibus communicabant, vt intelliges ex Herodoto, & alijs hiſtoricis, ſi D. Matthæus non plenus eſſet Spiritu ſancto & eo nomine preſcius rerum futurarum, & eius Euangelium lumen toti orbi futurum non Iudæis incredulis ſed his qui credidiſſent qui in Eccleſia erant futuri, quæ potiſſimum conflanda ex gentibus erat, tamen proprium munus quod ei diuina ſorte contigit vt prædicaret Euangelium gentibus cogeret vt Euangelium græcè conſcriberet. Adde quod Eccleſia nunquam tam negligẽs fuiſſet quæ Spiritu ſancto gubernatore gloriatur, vt ſi Euangelium Matthæi græcè non eſſet ab eodem Euangeliſta conſcriptum non curaſſet aſſeruandum ipſum Archetypum, cuius nec mentio vlla fit in ſacris ſcriptoribus, nec quiſquam ſe illud vidiſſe eſt teſtatus, Et certè ſi quis illud erat viſurus D. Hieronymus is erat, Nuſquã tamen ſe illud vidiſſe teſtatus eſt, Nazarenorum nanque Euangelium quod ſub D. Matthæi nomine circunferebatur non erat D. Matthæi, nunquam enim ab Eccleſia receptum eſt, quod ſi tranſlatum ab aliquo eſſet cùm toties in antiquis ſcriptoribus eius mentio fiat tranſlatoris quoq; fieret mentio, ſed cum canonicæ ſcripturæ noui teſtamenti ab Apoſtolis ad nos ſint tranſmiſſæ ab aliquo Apoſtolo eſſet tranſlatum cuius nomen alij diuulgaſſent. Sed age vt intelligas quam hæc quæ obijci Euangelio Matthæi ſolent tenui fundamento nitãtur monſtratum eſt vſque adhuc Apoſtolos Petrum, Paulum, Iacobum ſemper citaſſe tranſlationem Lxx, monſtrabimus Diuum Ioannem idem feciſſe & ex trecentis plus minuſue locis qui citati ab Apoſtolis & Euangeliſtis ex veteri teſtamento deprehenduntur vix ad duodenarium numerum peruenire qui non ſint citati iuxta Lxx quod pleriq; eorum in tranſlatione Lxx eſſent vitiati, vt docet Diuus Hieronymus; Illud tamen aduerte, Iam ex hoc loco nullum ex Apoſtolis & Euangeliſtis tot locis non curaſſe tranſlationem Lxx quot D. Matthæus quin illud adde ſi adnotas omnia teſtimonia ſcripturæ quæ excitarint omnes Apoſtoli & Euangeliſtæ in quibus ſuam tranſlationem

quiſque eſſet ſequutus & non Lxx viros non tot eſſe futura in omnibus, quot adnotaturi ſumus in ſolò Euangeliſta Matthæo vbi non Lxx viros ſed propriam interpretationem ſit ſequutus, vt appareat quam verè obijciatur Euangelio Diui Matthæi quod ſolum illud & Euangelium D. Lucæ præferat teſtimonia citata iuxta Lxx viros, & tamen ferè apparebit & hunc Euangeliſtam Lxx viros excitaſſe.

ſephi Iudæi, Aegeſippi & aliorum, quibus res geſtæ Iudæorum narrantur vſq; ad tempora Chriſti principes Iudæorũ recenſentur, Duces, Pontifices, quorum Chriſti progenitorum nullum legatur nomen. Mihi ſane non videtur difficilis reſponſio; dictum eſt in illa prima verba, cap. 11. Eſaiæ: Egredietur virga de radice Ieſſe. Procopium docuiſſe, pro radice reliquos interpretes reddidiſſe, trunco, & vocem hebræam truncum ſignificare, quod veriſsime dictum eſt: ſolos LXX viros in plæriſque, metaphraſtæ potius ſunt, quam interpretes; pro, trunco, quod vox hebræa ſignificat reddidiſſe radicem: facta metaphraſi, ex illo quod ſequitur eodem cap. 11. Eſaiæ: In illa die erit radix Ieſſe, quaſi interpretarentur ex hoc loco, è trunco, ex radice trunci, quod ſequens declarat locus Eſaiæ. Hãc paraphraſim LXX feciſſe videntur, quod familia Dauid poſt captiuitatem Babylonicam tanquàm truncus præciſus, nõ amplius ramos eſſet habitura, deficientibus ex ea regibus & principibus; ita ducta metaphora à trunco arboris ſicco, qui nihil iam procreare poſsit, cuius è radice aliquando ſeſe tollit plantula, ſic Chriſtus dictus eſt orturus è trunco familiæ Dauidis; & explicatũ verbis ſequentibus apud Eſaiam, è radice Ieſſe, quaſi diceretur, è radice trunci iam exſiccati prorſus, nec ramos iam vllos, nec frondes procreantis, id eſt, qui iam neq; reges vllos, neque principes ferre poterat. E radice ergo talis trunci, id eſt, ex familia illa redacta in priuatam conditionem hominum tenuiorum, qualis fuerat prima radix illa Ieſſe, vnde ſe ſuſtulerat regia familia, naſceretur Chriſtus, & ſicut Dauid per contemptum dici ſolebat filius Iſai, ſic Dominus, faber, & filius fabri ab impijs Iudæis appellabatur, qui dum hoc ei obijcerent, non videbant, ſe ei hoc obijcere, quod iuxta prophetiam Eſaiæ natus eſſet non è trunco regiæ familiæ Dauidicæ, qui iam olim erat exſiccatus, & nullos ferebat duces, nullos reges, primarios, ac principes viros nullos, & ita eorũ in hiſtorijs mẽtio nulla, ſed ex radice illius familiæ, hoc eſt ex priuata conditione, & humili inquam redacta erat familia Dauidica, qualis fuerat à principio familia Obed & Ieſſe, vnde ſe ſuſtulerat regia familia Dauidis. Hoc prædixerat etiam Hieremias capit. 22. cum vaticinatur de Iechonia Rege, vnde propagatum eſt Dauidicum genus ducto in captiuitatem Babylonicam: Nunc inquiens vas fictile, atque contritum vir iſte Iechonias. Et infra: ſcribe virum iſtum ſterilem, qui in diebus ſuis, non proſperabitur, non erit de ſemine eius vir qui ſedeat ſuper ſolium Dauid, & poteſtatem habeat vltra in Iuda. Hoc idem prædixerat Ezechiel capit. 21. qua de re multa diximus in cap. nono commentariorum in Eſaiam in illa verba: Super ſolium Dauid. Quæſtio tamen hinc naſci videtur, cur Zorobabel præfuit ædificationi templi cum Ieſu filio Ioſedech, nam cæterorum mentio nulla iuxta vaticinia prophetarum, quæ diximus. Huius Zorobabelis magna mentio facta eſt vt diximus in illa verba: Salathiel genuit Zorobabel, & mihi videtur voluiſſe Dominum quod promiſerat complere ædificandum ſibi templum à ſemine Dauid, & vt primum erat erectum templum Domini à Solomone, ita voluit à Zorobabele, qui erat ex familia Dauidis, reædificari, & ita ſub alijs ducibus Iuda præfuit quibuſdam in reditu ex captiuitate Babylonica, & ſub alijs Ducibus ædificationi templi præfuit, vt intelliges ex locis ſupra citatis, in verba illa: Salathiel autem genuit Zorobabel. Reliquorum poſterorum eius, vnde Chriſtus eſt natus nulla prorſus mentio in hiſtorijs, quod iuxta prophetias Domini redacti ſunt ad conditionem radicis familiæ regis illius, inquam, cuius per contemptũ dicebatur, Dauid filius Iſai, plebei erant omnes, & redacti in condi-

in conditionem plebeiam. Et fortaſſe Abiud procreatus à Zorobabele eſt poſtquam ex captiuitate Babylonica redijt: & ideo non adnumeratur illis octo filijs, quos in captiuitate Babylonica ſuſtulerat, quod hunc Abiud poſt captiuitatem Babylonicam procrearat, & hoc mirandum magis eſt, quod cum in ædificatione templi Zorobabel, & Ieſus filius Ioſedech principem tenuerint locum, & in inſtaurandis Hieroſolymis, ſub ducibus tamen alijs Eſdra & Neemia, & eius tamen poſterorũ nulla fuit dignitas, mentio nulla, ita redacti ſunt in humillimam conditionem, diſcretæ tamen erant familiæ vſque ad aduentum Domini.

Vulgat. 184. *Iacob autem genuit Ioſeph.*

QVæritur ab aduerſarijs cur genealogia Chriſti ex ſemine Dauid ſit ad Ioſeph vſque deducta, vnde Chriſtus natus non eſt. Varijs modis à ſanctis patribus huic quæſtioni reſponſum eſt. Illud placet magis, quod Chriſtus expectabatur ex ſemine Dauid, iuxta interrogationem illam Dñi Matthæi 22. c. quaſi ſciſcitatus à Phariſæis erat: quid vobis videtur de Chriſto? & Phariſæi reſponderant: Dauid. Quod etiam Ioannis 7. Iudæi dicebant. Nonne ſcriptura dicit: Quia ex ſemine Dauid & de Bethlehem caſtello, vbi erat Dauid, venit Chriſtus? Si ergo à Bethlehem caſtello, & à familia Dauid Chriſtus venturus erat, quærendus erat Chriſtus in Bethlehem caſtello, & in familia Dauid. Familiæ porro non cenſebantur, niſi ſecundum ſtirpem virilem: & ideo ſignanda erat familia Dauid, in qua Chriſtus quæreretur, & in qua naſceretur, iuxta ſtirpem virilem. Si quærat igitur Fauſtus Manichæus, vt dictum eſt, quod olim à Diuo Auguſtino quæſierat, quorſum Ioſeph recenſetur genealogia, vnde Chriſtus natus non eſt, facilis eſt reſponſio, quod inter Mariam & Ioſeph verum fuit matrimonium, etiam ſi Maria virgo ante partum, in partu, & poſt partum ſemper fuit. Recenſetur natus in familia & Domo Dauidis, vt completum appareat quod oriturus dicebatur in Bethlehem, & in domo Dauid, & quod inde expectabatur ex Bethlehem, & ex domo Dauid, naſcitur in Betthlehem, & in domo Dauid, vt complerentur ſupradictæ prophetiæ, & apparerent completę, quę à prophetis erant prænuntiata, quod Chriſto erat danda clauis domus Dauid, & quod complendæ eſſent promiſsiones fideles Dauid, quodque ſuſcitandus eſſet Dauid, & mille aliæ huius notæ. Et cum Chriſtus in domo & familia Dauid natus appareret, iam hęc omnia oracula in oculos atque in animos omnium incurrerent, & expectaretur ſuſcitaturus ſolium Dauid, & reſtauraturus regnum Iſrael, quod petebatur à pueris adclamantibus: Oſanna filio Dauid, & ab Apoſtolis quærebatur quando reſtituturus eſſet regnũ Iſrael. En cur Dominus naſcatur in domo & familia Dauid, & ſeries ipſa ſit ad Ioſeph vſque deducta.

VIRVM MARIÆ. Vulg. 185.

HIC ex Diuo Hieronymo, & alijs veteribus patribus, adnotant quidam vt multa intelligamus dicta iuxta opinionem illius temporis, quo geſta referuntur, non iuxta id quod rei veritas continebat, vt Ioſeph in euangelio pater Domini vocatur, & Ioſeph vocatur vir Mariæ, idque citatur ex Origene homilia prima diuerſorum locorum. Ego dictum ab Origene puto iuxta formam loquendi receptiſsimam in ſcriptura, qua dicitur in Euangelio. Qui vocatur Chriſtus, & qua ſignificatur, qui vocatur

Quod ergo vulgus falſos Deos, quos Idololatræ colebant, appellabat Deos, & falſos Prophetas, Prophetas nominabat, vtitur ſcriptura eiſdem nominibus vulgi quod faciendum docet Ariſtoteles. Mater, quæ nubit alteri viro, marito defuncto, ſuum virum, qui vitricus ſuorum filiorum eſt, patrem ſuorum filiorũ nominat, & nutritius pater vulgo dicitur, & nutrix mater, eiſdē verbis, & eiſdem dicendi formis, ſcriptura vti ſolet. Hoc eo loci præcepit Ariſto. &c. 2. Top. præceperat, cùm dixit non eſſe mutandam rerum nominationem, loquendũque eſſe, vt multi loquuntur. Quædam tamen ait Ariſtoteles non ſunt dicenda iuxta vulgi opinionem, nempè quod vulgi nomenclaturis ſit vtendum, & dicendi formis, ſententijs non item, quod Plato cum alijs locis plurimis, tum in Critone monet, ne ſententiam vulgi ſequamur, ſed eius qui ſapiat: neque iuxta vulgi ſententiam quidquam loquamur. Locos ſcripturæ, quos iuxta hunc canonem quidam interpretantur, alij ad appellationes vulgo receptas pertinent, quibus ſcripturam vti diximus, alij diuerſum ſenſum habent, & diuerſo quodam modo explanandi videntur, quos refellere huius loci non eſt, ne longè euagemur.

186 ¶ Quæ Eraſmus de viro & marito nugatur, ſunt ridicula. Hebraicè & græcè maritus ſemper vir appellatur, niſi vt vult Iulius Pollux aliquando dicatur γαμέτης quod non memini me legere vnquam apud claros ſcriptores. Nã νύμφιος ſponſus eſt, certe hebrrice maritus vir dicitur quanquam, בעל, aliquando dicatur, idque rariſsimè, & participium videtur à verbo, bahal. Non licebit hebræis & græcis formis hebręis dicendi, & græcis vti, cum præſertim latinè maritus quoque vir dicatur frequentiſsimè, Mitto dicere quod Euangeliſta græce virum dixit, an non licebit Euangeliſtis quæ dictat verba Spiritus ſanctus, ea excipere & ſcribere, & interpres reformidabit dicere verbum quod dixerit Euangeliſta? Quod vero ait verecundius, & coitũ memorat. Apage illhæc, in ſacris his nuptijs, & ſacra virgine, omnia ſunt prædicanda & glorianda, quid malum hic hęc memorat vbi gloria omnia occupat, nec his locum vllum relinquit, cacophata rhetores docent vitanda magis quam ſolæciſmos & barbariſmos apud Principes viros & ſummos Magiſtratus. Tu dijudica quanto magis id faciendum cum loquimur de ortu filij Dei & ſacra virgine. Mitto dicere apud Prophetas maritum fere virum appellari, vt apud Oſeam, & ego non vir eius & reuertar ad virum priorem & apud Eſaiam, quam eius quæ habet virum.

Omnes itaque generationes ab Abrahã vſque ad Dauid &c.

Obiectationes quæ fiunt Euangeliſtis.

HAEc ſunt quæ interpres Origenis opinor, & alij, negant ſecundum hiſtoriam ſtare poſſe, quæque repetunt iterum, atque iterum, mollius tamẽ cùm dicunt Matthæum Euãgeliſtam Chriſti omnes generationes, negligenter eſſe complexum, quod alibi reges tres ſilentio præteritos ex ſacris litteris appareat, & paulò infra tres alios Ioſiæ filios aut quatuor eſſe tacitos, nepotes duos ab Euangeliſta pro filijs eſſe annumeratos, quibus omnibus ſuo loco fecimus ſatis. De tribus his generationibus, & quomodo ſingulæ teſſaradecadas quatuor complectantur, veteres patres multa diuinitus ſcripta reliquere, quæ ſatius eſt ex eorum ſcriptis hauriri, quam ex riuulis lutulentis, & cœnoſis. Illud mihi placuit adnotare, nunquam Euangeliſtæ conſilium fuiſſe tres in Chriſti generatione diſtinguere teſſaradecadas, quæ non plenæ eſſent & perfectæ teſſaradecades, & Spiritum ſanctum ore Euangeliſtæ

Veras fuiſſe in Euãgeliſtis tres Teſſara-decadas & perfectas nec in Euãgeliſtis vllã tuiſſe negligẽtiam concedendam.

liſtæ eſſe loquutum, tres feciſſe teſſaradecades; vere ergo ſunt tres teſſaradecades, Neq; neceſſe eſt, vt nos quidquam addamus, aut detrahamus vt compleantur tres teſſaradecades. Quid enim hoc aliud eſſet quam Euangeliſtam parùm verè hæc dixiſſe, confiteri? Neque ſi ipſi intellectu conſequi non poſſumus, quo nam modo ſint tres teſſaradecades continuo dicendum eſt, Euangeliſtam hæc tractaſſe negligentius, quod in prima teſſaradecade tredecim tantum generationes appareant, non quatuordecim, cùm ad Dauid vſque protendatur, vt ait Euãgeliſta. Secunda teſſaradecas à Dauide initium ſumat, & ad captiuitatem Babylonicam vſque pertineat, & decem & ſeptem generationes ſit complexa, ſi cónumeres tres Reges ab Euangeliſta ea cauſa, qua dictum eſt prætermiſſos. Nã filios Ioſiæ quatuor adnumerare non fuit neceſſe, quod ad Chriſti generationem non pertineret, & Ioachin patrem Iechoniæ præteritum ſilentio diximus, quod ipſe & Iechonias filius per exiguũ tempus regnarunt, & vix compleuerint vnam generationem, & ad Chriſti generationem non pertinuerint & ſolus numeratur Iechonias, prætérito ſilentio patre ea ratione qua dictum eſt, quod Iechonias Dei conſilio ab auo fuit adoptatus, vnde inſtaurata ſtirps Dauidica eſt, ex qua oriturus erat Dominus. Reliqui ſunt taciti, quod cum tota prole & domo ſunt deleti, neque reliqua illorũ vlla ſtirps eſt. In vltima teſſaradecade quæ protenditur vſque ad Chriſtum, ita vt non includatur ipſe Chriſtus quemadmodum neque ſuperiorum generationum ſuperioribus teſſaradecadibus ipſe illarum terminus eſt incluſus. Duodecim generationes includuntur tantum, non quatuordecim, neque fieri poteſt vt in Euangelica narratione falſum eſſe poſsit. Et quando ſic non videntur inueniri tres teſſaradecades, & eſt canon ſcripturæ, vt quando aliquid repugnare videtur in ſcriptura, ei interpretationi, quã eſſe putabamus, ab illo ſenſu reſiliamus, alium quæramus ſenſum, quod ſcriptura vera eſt & ſolui nullo modo poteſt. Eſt igitur conſenſu omnium Patrũ, hic trium temporum deſcripta ſeries, Iudicum, Regum, & ſacerdotum, & quodlibet horum temporum vna teſſaradecade finitum eſt. Quælibet teſſaradecadas quatuordecim continet generationes. Nam teſſaradecas vox græca id latine ſonat. Et cùm videamus non continere generationes quatuordecim cùm prima tantum contineat tredecim vltima duodecim media ſeptemdecim ſi connumeres tres Reges ea ratione qua dictum eſt ab Euangeliſta prætermiſſos, neceſſe eſt vt dicamus continere ſingulas has teſſaradecades generationes hominum. 14. Nam cum hebdomades Danielis & generationes numerentur vſque ad Chriſtum, ſi hebdomades annorum non numerantur alicuius familiæ ſpecialis, ſed hominum communes mihi numeratæ videntur, vt generationes cum hebdomadibus congruant, & cum temporibus præfinitus aduentus Domini. Quę ſi Regum eſſent cùm alij viuant diutius, alij breuiori tempore finiantur cũ temporibus præfinitis aduentus Domini, quæ certa, & ſtata menſura videmus eſſe dimenſa, congruere non poſſe. Quod id quoque indicat, quod Regum plures generationes ſingula hæc tempora Iudicum, Regum, Sacerdotum, apud Lucã continent; quod argumentum eſt validum mea quidem ſententia has generationes apud Matthæum hominum eſſe intelligendas. Et ſic Plutarchus de deficientibus oraculis cùm diſputat quot annis vna generatio contineatur, non quærit de generatione alicuius familiæ ſpecialis, ſed generatione hominũ quot annis vna hominum generatio ſit præfinita, centum ne, aut paucioribus? Nam plærique immatura morte præuenti nó durant vnam generationem, quam alij tranſcendunt, vt Neſtor olim tercẽtum vixiſſe dictus eſt annos, & noſtra ætas plæ-

[illegible]ni Reges tot præteriti ſunt ſilentio intelliges poſtea.

plæroſque vidit vigeſimum ſupra cente ſimum annum exceſsiſſe. Quæritur ergo à Plutarcho quãtum vna hominum generatio duret, cui ſuccedat altera, quod ſæculum vnum dixere veteres, & vnius ſæculi homines. Has generationes deſcripſiſſe Euãgeliſta videri poteſt, hominum ſcilicet vnius ætatis, vt Iudicũ quatuordecim fuerint generationes, Regum quatuordecim, & quatuordecim ſacerdotum. Si has generationes non exæquant generationes progenitorum Chriſti ſingulæ, quod alij diutius vixerint, quam vna hominum generatio erat, alij vnam hominum generationem non expleuerint, ſingulos collige, & ſingulorum tempora, & reperies facere generationes quatuordecim. Nam primæ teſſaradecadi vna Regũ generatio deerat, duæ deerant vltimæ, medię tres ſuperſunt. Supplentur ergo tres illæ, quæ deerant in prima & poſtrema teſſaradecade ex tribus, quę ſuperſunt in medio. Sunt ergo quatuordecim generationes in ſingulis temporibus Iudicum, Regũ, Sacerdotum, quibus generationes progenitorum Chriſti ſi ſingulæ ſingulis non reſpondent, omnes ſimul reſpõdẽt. Neque neceſſe eſt vt ſingulorum vitæ vnam generationem cõpleant, aut non excedant, omnes ſimul vero ſimile eſt vt communibus generationibus hominum reſpondeant. Et ita nihil eſt quod quiſquam miretur cùm aliam viam inſtiterit D. Lucas, ſi diutius vixerint progenitores Chriſti iuxta Matthæũ, quam iuxta Lucam (vt inquit Auguſtinus) videbat ergo Euangeliſta primam teſſaradecada cõtinere terdecim generationes, non quatuordecim, ſed videbat cõtinere tredecim generationes hominum ſingulorum, qui tranſcenderent generationem hominum communem, quam ipſe deſcribit, & quibus generationibus cõmunibus numerabatur tẽpora Chriſti. Quæ quanquam eo tempore eſſent multo longiores tamen progenitores Chriſti eas exceſſerant. Videbat ſecunda teſſaradecada decem & ſeptem continere generationes Regum, qui non compleuerant ſinguli vnam hominum generationem. Et quanuis ipſi decem & ſeptẽ fuerint quatuordecim tamẽ hominum generationes tantum vixerint, vltima porrò teſſaradecas duodecim continet progenitorum Chriſti generationes qui vixerint tamen diutius ſinguli vna generatione. Et ita in duodecim generationibus hominum vnius familiæ quatuordecim generationes communes hominum contineantur. Proponit ergo has generationes Euangeliſta, vt quãuis ſingulæ ſingulis generationibus nõ reſpõdeant, videas omnes ſimul ſumptas generationibus hominum communibus reſpondere adamuſsim.

Finis Libri Quinti.

DE LOCIS PROPHETICIS CITATIS AB EVANGELISTA MATTHÆO.

PRÆFATIO.

HACTENVS quæſtiones quaſdam quæ in Chriſti Domini Genealogia diſceptari ſolent quã potui breuiſsimè praſtrinxi, Nam ſi perſequi fuſè conaremur ſingula quæ aduerſarij & hæretici, atq; adeo noſtri quidam homines in litteris Euangelicis calũniantur, nunquam hæc poſtrema volumina finem erãt inuentura. Sed iam teſtimonia veteris teſtamenti ab Euangeliſtis citata perſequamur, eaq; ab aduerſariorum & hæreticorum calumnijs defendamus & ſuſcepto muneri ſacere ſatis conemur, & vtinam ei pares eſſe poſsimus, Erimus ſpero Deum illo promiſſo quod dedit fretus. Aperi os tuum, Ego implebo illud. Sed antequam ad rem ipſam aggredior de calumnia communi quæ fit D. Matthæo pauca dicam, vnum illud his poſtremis duobus libris eſt argumentum, vt oſtendam ab Apoſtolis & Euangeliſtis teſtimonia ex veteri teſtamento citari iuxta tranſlationem Lxx vt appareat vbi ſita ſit veritas in tranſlatione Lxx an in æditione hebræa Iudaica vitiata manu, nam toto libro ſecundo locos ſcripturæ maximè manifeſtos de Chriſto Domino monſtrauimus dupliciter à Iudæis vitiari manu & interpretatione quod græci appellant [illegible] *vt appareat igitur vbi ſit ſita veritas in hebræa lectione an in Eccleſiaſtica nec quotidie etiam cum quorũdam noſtrorum applauſu maximo veritas hebraica noſtras circunſonet aures, Nullum argumentum inſolubile magis mihi viſum eſt quam ſi ob oculos omnium ponerem tranſlationem Lxx citari ab Spiritu ſancto qui Apoſtolorum & Euangeliſtarum ore eſt loquutus, idq; quoties tranſlatio Lxx ab hebræa lectione diſcreparet, ſi Spiritus S. quoties id vſu venit, vt tranſlatio Lxx ab hebræa lectione diſcrepet, relicta lectione hebræa tranſlationem Lxx citat arguit tranſlationem Lxx hebræa æditione eſſe veriorem, eſt enim ſpiritus veritatis, non mendacij ſpiritus. Idcirco vt oſtendam commonſtro Apoſtolos omnes & Euangeliſtas ſemper ferè teſtimonia ſcripturæ iuxta Lxx excitare ſolere. Hic cachinnos tollere ſolent quidam, & de Matthæo addunt ac Luca hoc dici fortaſſe poſſe de cæteris non poſſe, quod Lucas Græce ſciebat non Hebraice quaſi linguarum donum fabuloſum eſſet, & quaſi Lucas de ſuo loqueretur, & non ſonaret quæ dictaret Spiritus S. Nam de D. Matthæo rem factam ſe putant habere quidem, quod Matthæus ſcripſerit hebraicè, & qui*

Euan-

Euangelium Matthæi græcè verterit, teſtimonia ſcripturæ quæ citabat Matthæus ex veteri teſtamento hebraicè, tranſtulerit iuxta Lxx interpretationẽ, nec mirãdũ eſſe magnopere, ſi apud Matthæũ citata ſcripturæ teſtimonia iuxta Lxx viros eſſe videantur, & ſcripſiſſe quidem Matthæum Euangelium hebraicè, confeſſa res eſt quod vt faceret erat neceſſe, vt vſui eſſet hebræis qui Chriſto credidiſſent tamẽ perſuaſiſsimum habeo eundem D. Matthæum Euangelium ſcripſiſſe etiam græcè hoc quod in Eccleſia legitur, idq́, hac coniectura, quod trecentis annis ante Domini aduentum, Dei optimi maximi prouidentia & œconomia vt veterum Patrum verbo vtar curauit ſcripturas hebræas transferendas græcè, quod erant auferendæ Iudæis & tradendæ gentibus, ex quibus potiſsimum Eccleſia erat conſtituenda, & vt ſcripturæ peruiæ gentibus omnibus eſſent quod græca lingua legeretur illis temporibus & vſitatiſsima eſſet in omnibus fere gentibus, vt ait Cicero pro Archiapoeta, eadem diuina prouidentia quæ illud faciendum curauerat pateretur Euangelium conſcribi hebraice tantum à D. Matthæo, vt gentibus eſſet imperuium aliena lingua conſcriptum? Credibile non eſt, aut omnes patres errant qui tribus ſæculis ante Domini aduentum aiunt curaſſe Dominum vertendas ſcripturas hebræas græcè vt traderentur gentibus quod factum legimus & videmus, quod Iudæi & aduerſarij factum inficiantur cùm videant Prophetas & cæteros libros veteris teſtamenti iuxta tranſlationem Lxx in litteris Apoſtolicis & Euangelicis citari, nec enim eo tempore alia tranſlatio veteris teſtamenti erat quam Lxx virorum tranſlatio, tamen inficiantur aduerſarij alios libros veteris teſtamenti à Lxx eſſe tranſlatos ſed ſolum Pentateuchum ita illis cor dolet quod ſcriptura Græce tranſlata ſit, vt quod oculis vident inficientur tamen. Quo etiam ſpectat quod teſtimonia ſcripturæ veteris teſtamenti citata iuxta Lxx oſtendimus vt aduerſarios refellamus cùm iuxta Lxx citata oſtendamus omnia. prophetarum teſtimonia ne ſolum Pentateuchum à Lxx viris translatum dicere poſsint. Erat igitur eo tempore translatio Lxx nec enim eo tempore alia vlla erat ſcripturæ interpretatio, quod ergo Iudæi factum dolent & ſuos maiores apud Grigentium & alios deteſtantur, & diris deuouent quod paſsi ſunt ſcripturas hebræas græcè transferri quod inde ſibi omnia mala nata eſſe cauſentur. Id Deus in lege noua pateretur fieri vt hebraicè eſſet conſcripta, vt Iudæi inde poſſent nobis quotidie faceſſere negotium ſuis fraudibus, vt in lectione hebræa, aut enim Euangelium Matthæi non eſt hebraicè conſcriptum, aut ab eodem Euang. græcè quoq; conſcriptũ eſt, vt Eccleſiæ quæ potiſsimum ex gentibus erat conſtituenda vſui eſſe poſſet, dicet hic aliquis, D. Matth. hebræus erat, & hebræa lingua erat conſcripturus quæ conſcripturus erat, eadem ratione colliget D. Petrũ, D. Paulũ, & D. Ioannẽ, D. Iacobũ hebræa lingua fuiſſe ſcripturos quod hebræi erant. Cur igitur donum linguarum acceperant? cur Spiritus ſanctus in eos deſcenderat & varijs linguis loquebantur? Cur non ſolum Apoſtoli & Euangeliſtæ eo tempore donum linguarum acceperunt, niſi vt in omnem

quiſque eſſet ſequutus & non Lxx viros non tot eſſe futura in omnibus, quot adnotaturi ſumus in ſolò Euangeliſta Matthæo vbi non Lxx viros ſed propriam interpretationem ſit ſequutus, vt appareat quam verè obijciatur Euangelio Diui Matthæi quod ſolum illud & Euangelium D. Lucæ præferat teſtimonia citata iuxta Lxx viros, & tamen ferè apparebit & hunc Euangeliſtam Lxx viros excitaſſe.

DEFENSIO GENERALIS NEGLIGENTIÆ SERMONIS ET VITIORUM ORATIONIS QUÆ EUANGELISTIS & APOSTOLIS À QUIBUSDAM DOCTIS VIRIS OBIJCIUNTUR.

SI ſigillatim reſpondere ſingulis vel'e quæ Apoſtolis & Euágeliſtis obijciũtur vitijs orationis ab Eraſmo & Laurentio alijſque in infinitũ hoc volumẽ excreſceret & incurrerem in illud: Amphora cœpit inſtitui cur vrceus exijt? à reb9 Theologicis exorſus cur in pueriles verborũ contentiones decidit oratio? Ideo conſiliũ fuit pueriles nugas generatim & vniuerſe propellere vniuerſas & nõ ire per ſingulas: Vulgatũ eſt apud ſummos oratores qui artis dicendi præcepta præſcribunt eis qui magnas res tractãt illud ſolitum dici per gratam eſſe negligentiam in quibuſdam de rebus magnis potius quã de verbis laborantibus, Nam Plato in Politico ſapientiſsimum quoque quẽdam, & penè diuinum hominẽ inducit, qui Socratem, quod ſe iactaſſet verborũ non magnopere eſſe ſolicitum cõmendat nõ vulgariter, vel hoc ſolo nomine, quod de verbis non laboraret, res ipſas explicaret diligenter, additque. Recte ò Socrates, Erat enim tunc Socrates adoleſcens, Si enim hoc toto vitæ tempore diligẽter obſeruas, vt de nominibus & vocibus non nimis ſit ſolicitus, locupletior multo rerũ diuinarum & ſapiẽtiæ ditior in ſenectute euaſeris. Idẽ Plato in Theæteto negligentiã in verbis ſic cõmẽdat: Facilitas inquiens, & negligentia nominum & verborum neque ſolicita cura in vocibus & dictiunculis ferè nũquam eſt hominis degeneris, ſed mentis potius generoſæ cuiuſdã & liberæ, eſt tamen, inquit, aliquando hęc verborũ cura magnopere neceſſaria quando cum veritate, & rerũ cognitione & ſcientia coniũcta eſt, Addit & Ariſtoteles, & ad ſeruandũ R.P. ſtatũ per neceſſaria. Hæc Plato, & ſummi oratores. Auguſt. de doctrina Chriſtiana lib. 4. c. 8. 9. 10. 11. & deinceps. Spiritum S. inquit, in canonicis ſcriptoribus & Doctoribus ſacris ita fuiſſe loquutũ, vt eo genere dicendi contenti ſimus, quod adhibuit Spiritus S. vt ſuã doceret Eccleſiã, & multa de humilitate ſcripturæ ſanctæ, diſputat diuinitus eo loci & alijs plurimis. Theodoret9 quoque Epiſcopus de curandis græcis affectionibus in principio libri. 8. & in principio lib. 9. diuinitus quoque multa diſſerit de tenuitate ſermonis ſacræ ſcripturæ, ſimilitudinibuſq; ſpecioſiſsimis ante oculos ponit, cur nobis ſcriptura ſacra humili & tenui ſermone proponatur, Fulgentiſsimæ, inquiens, gemmæ diſpicabili & inutili concha natura ipſa veſtiuntur, aurum circundatũ plumbo & alijs metallis terra & arena obtegitur: adamas argento auro alijſque integumẽtis circundatum eſt, inde hæc eruta ſplẽdidiſsima & pretioſiſsima ſunt; neq; ob integumenta quibus tecta erant amittũt fulgorẽ admirabilem & pretiũ, ad hoc exemplũ ſcriptura ſacra, inquit, humili nobis & tenui ſermone propoſita, diuino & admirãdo quodã ſpledore vndiq; collucet, incedit tamẽ ſermone inculto & impolito quod non proponitur tãtũ doctis viris ſed hominũ multitudini, & vulgo hominũ, vt omnibus peruia eſſe poſsit, & prodeſſe omnibus. Chryſoſtomus quoque in cap. 15. Geneſeos Homilia. 36. In humana ſapiẽtia, inquit, omne ſtudium concinnandis verbis ſolet adhiberi, in ſcriptura ſacra nulla habetur ratio cõpoſitionis verborum vel pulchritudinis, ſuo enim ſcripturæ diuino quodã fulget ſplendore, neque extrinſecus accer-

acceſſitis eget ornamentis. Orige. lib.6. contra Celſum, Apoſtolos & Euangeliſtas, ait, conuertiſſe orbē humilitate & ſimplicitate ſermonis, non ſublimi quodā dicendi genere, neque dicendi ornamentis & gemmis, ne videretur aliquid effectū eſſe ſplendore orationis & eloquentia, iuxta illud Pauli. Non in perſuaſibilibus ſapientiæ verbis, ſed in oſtentatione Spiritus. Idē Origenes Periarchon lib.4.cap.1. ſcripturas ſanctas incomptis verborum vaſculis & impolitis cōtineri ait, diuinæ ſapientiæ theſaurum humilitate ſermonis abſconditū, vt eo magis diuinę potentiæ virtus effulgeat, dū nullus humanæ eloquentiæ ei fucus miſcetur, ſi enim arte Rhetorica aut Philoſophica calliditate libri ſacri eſſent cōſcripti ſine dubio, inquit, fides noſtra putaretur in verborum arte conſiſtere & in ſapientia humana non in virtute Dei. Nunc verò notum eſt quod prædicationis verbum ſuſceptū eſt nō in ſuaſſorijs humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtentatione ſpiritus. Huiuſmodi ſententias ex ſcriptis veterū multas in vnū locū poſſem congerere, ſed omnibus rebus modus eſt adhibendus, vitioſum enim eſt vbique quod nimium eſt, his enim quæ diximus potuit fieri ſatis viris doctiſſimis qui voculas aucupantur ex litteris Apoſtolicis & Euangelicis, vt eas aut Interpreti aut Apoſtolis & Euangeliſtis vitio dent, cui enim non fiat ſatis quod Auguſtinus ait, & alij veteres, Spiritui S. qui Apoſtolis & credētibus linguarum dona largitus ſit, per facile fuiſſe Demoſthenis aut Demadis eis facundiā largiri, & ſuadæ medullā, vt in eorū labris ſeſitaret Archilochios numeros, & verſus Homericos, quid ni? maluit Spiritus S. largiri tenuē ſermonē humilem & abiectū, omnibus peruiū, quod omnes vocat ad fidē; reuerenter ergo excipe tu cœleſtē ſcripturā quę tenui teſta cœleſtia vina propinat, immortalitatē & vitā ſempiternā, nō ſolū tibi (Si potiri tāto bono velis) ſed omni hominum generi, qui ad ſublime genus dicēdi ſe attollere nullo modo poſſent. Ego, inquit ille alter, inanē ſermonē duco quē auditor ſuo ingenio nō intelligit, & Poeta ſuos verſus intelligi ab omnibus voluit: addiditq; , ſed ſine grāmatico, an æternus pater ſuam ſcripturā humano generi largiretur cuius ſingulis partibus grāmaticū oporteret adhiberi? barbarè loquuti ſunt veteres patres, ideóq; doctiſſimi vt ab inerudita multitudine intelligerentur, vt ait Auguſ. Hæc reſpōſa ſint viris doctis qui Apoſtolis aut Euāgeliſtis, aut eorū interpreti vitia orationis obijciūt, & his qui ſanctorū Patrū marginibus multa parū conſiderate adſcribunt, & irreuerenter græce & latine, nō quod fatear vitia eſſe quæ ipſi pro vitijs obijciūt quæ ſæpè latina magis ſunt, quā quæ ipſi propriora putant, ſed quod litteræ ſacræ & Doctores ſacri hoc & non illo modo ſe defendi poſtulant vt generatim & vniuerſe hæ nugæ omnes vno impulſu propellātur, neq; dignas eas deputemus quibus cùm confligemur ſigillatim.

Chriſti autem generatio ſic erat. Matth ca.1.

DEſcribit Euāgeliſta hoc loco Virginē cōcipientē de Spiritu S. & parientē, & Deū hominē factū, Eraſmus tū inquit. Generatio, mea ſententia, rectius diceretur natiuitas, Euāgeliſtā Matthæū emēdat Eraſmus, negat dicēdū ſua ſentētia. Generatio Chriſti ſic erat. Eadē opera Eraſmus totū initiū euāgelij D. Matthęi poſſet caſtigare & Spiritum S. qui illud dictabat Matthæo emēdare, qui liber generatiōis, inquit, Ieſu Chriſti Dñi noſtri de generatione Chriſti Dñi dicere exorſus eſt Matthæus, humana dixit parētes per quos deſcēdit Dñs vſq; ad ſacrā virginē cū aggreditur dicere diuina de generatiōe Chriſti emēdatur euāgeliſta hoc loco generationē Chriſti, de qua dictū eſt: generationē eius quis enarrabit? parat deſcribere, aut Spiritus S. potius ore eius deſcribere parat: græce, & latine, & hebreice ſic appellatur, repudiemus ne vocem illā qua Spiritus ſanctus in veteri

 & nouo

APOLOGETICI LIBER SEXTVS.

Præfatio in Librum Sextum.

PRÆSCIVS futuri Deus & ventura omnia vno intuitu luſtrans vidit Iudaicas fraudes, & dolos omnes quos Iudæi in aduentu magni & omnipotentis Dei erant molituri, quos vſque adhuc per quinq; huius noſtri Apologetici libros in oculis conſpectuque omnium poſuimus, cùm per quinque libros planum fecimus omnes Domini Apoſtolos hebręos & de gente hebræa, in quibus Chriſtus loquebatur, nõ citaſſe lectionem hebræam ſed græcam: quippe tranſlationem LXX virorum omnes inquam ad vnum nec ex illis quemquã hebręas voces vſurpaſſe ſed græcas & LXX virorum tranſlationẽ, quippe in eis loquebatur Spiritus ſanctus & Chriſtus Dominus iuxta illud, nõ vos eſtis qui loquimini ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis: qua de re plurima diximus ſuperioribus libris omnia enim peruertere Iudęi ipſas inquã hebręas voces vt viſum eſt in ea parte Euangelij D. Matthæi quæ Chriſti Domini dicetur genealogia, quę mõſtra verborum potius quam verba hebręa ſupradiximus ex D. Hierony. & ex alijs patribus antiquis refutauimus Iudęos, ex alijs Iudęis illorum temporũ qui ſic loquebantur vt Apoſtoli & Euangeliſtæ qui Iudęi antiquiſsimi niſi extarent, nos videremur aliena lingua loqui nõ hebręa & nos verborum monſtra fingere videremur & portenta verborum vt dictum vſque adhuc. Iam hic poſtremus reſtat actus poſtquam extremam manum impoſuimus huic parti Euangelij quę Chriſti Domini genealogia dicitur ad reliqua Euangelia accingamur nam D. Matthæus Euangeliſta hebraicè ſuum Euangeliũ conſcripſit vt omnes veteres ſunt autores non tamen inficior quod mihi ſemper perſuaſi eundem

dem

dem Euangeliſtam Matthęum græcè quoque ſcripſiſſe ſuum Euangelium neſciebat inquies gręcè dono linguarum eſt affectus vt alij Apoſtoli & euangeliſtę quod ſupra mõſtratum eſt Apoſtoli nanq; & euangeliſtę hebræi erant & ex hebręis nec quenquam illorum inuenimus qui hebręam lectionẽ fere citaret quod magis apparebit ex D. Matthęo: excubet animo lector, Lxx viros & Apoſtolos & euangeliſtas citare reperiet non ſolum Lucam & Marcum ſed etiam Diuum Petrum Diuum Iacobum, Diuum Ioannem, & Diuum Matthęum, Diuum Paulum, idem enim Spiritus ſanctus loquebatur per omnes euangeliſtas nam quod aiunt D. Lucam à D. Paulo hiſtoriam euangelicam edoctum fuiſſe & D. Marcum à D. Petro veriſsime aiunt: hiſtoriam tamen euangelicam ſuggerẽte eodem Spiritu ſancto ſcripſere, vt hiſtorię omnis Euangelicæ idem Spiritus ſanctus ſit auctor ſuggeſsit enim ſingulis quod acceperant à D. Petro & à D. Paulo aut quod ipſi viderant aut audierant ſed iam ad ipſam rem Deo bene iuuante aggrediamur nec plures trahamus mæandros.

Matthæi

Matthæi cap. 1.

Vulg. 190. *Antequam conuenirent.*

VErecunde inquit Eraſmus his verbis ſignificat Euangeliſta coniũctionem vxoris & mariti,& rectè videtur reprehendi Euangeliſta quod hoc verbo conuenire in ea ſignificatione ſit vſus,ſic enim Euangeliſta ſcripſit græcè, Addit Eraſmus congredi & congreſſum legimus pro cõſuetudine mariti & vxoris, Certè hoc nuſquam legit Eraſmus, Nam qua ſignificatione dici ſoleat congredi ignorat nemo,coire,inquit,& coitus. Apage vir obſcœniſſimè tuos coitus,ſi de caſto quodam matrimonio humano ſermo eſſet,præceptum ab oratoribus illud eſt obſcena eſſe vitanda ſordida & humilia pluſquam barbariſmos aut ſolecìſmos, additque Quintilianus contra eos qui nudis nominibus obſcœna enuncianda putant, quod neque ſit vox vlla natura turpis, & ſi qua ſit rei deformitas,alia appellatione quacunq; ad intellectum eũdem nihilominus perueniat.Ego Romani pudoris more contentus,inquit Quintilianus,verecũdiam ſilentio vindicabo, hic nihil pudendum eſt,omnia Diuus occupat, quæ Cherubinorum & Thronorum puritatem & ſanctimoniam tranſcendunt,tu tamen obſcœne intelligere gaudes, Romanus pudor vbi verecundiæ locus eſt,verecũdiam ſilentio vindicat,tu vbi verecũdiæ locus non eſt obſcœna inculcas nomina,non venit in mentem capitale fuiſſe olim multis ſi forte circunferre digito anulum cum Imperatoris imagine & nõ illum deſpoſuiſſet digito priuſquam introiſſet in latrinam,aut manu ſumpſiſſet matellam aut laſanum?tu in tantum ſacrarium tantam nominum fœtiditatẽ inferre audeas? ſuccurreret tibi illud Platonis vt tuæ famæ caueres.Ex animo obſcœno qui ſcatet libidinibus fœtuam ſemper obſcœnitatis exhalari mephytum,& hinc honeſtiſſimorum animorum pudicos & honeſtos ſermones eſſe indices, parum honeſtos animos arguere ſermones obſcœnos.Neque Auſonius Gallus mihi potuit vnquam perſuadere verſus ſuos eſſe ſalaces & ſpurcos vitam tamen fuiſſe puram,Nam neque obſcœni hominis aut vitioſi ſomnia carere culpa putat Ariſtoteles, nedum ſi vigilans libidinoſa tractes animo ſemimalos appellat hos Ariſtoteles qui obſcœna meditantur animo & ſe continent tamen ſi id fieri poſsibile ſit quod quanquàm putet eſſe Ariſtoteles mihi non videtur veriſimile fieri poſſe quin in tetra vitia erumpat.Sed age eſto vt fieri poſſet quod Ariſtoteles fieri poſſe putat,huius non erit proba vita,quod ait Auſonius,ſed ſemiproba,quod ſi cogitationibus & verbis fœdis ſit inquinatus etiam ſi actu abſtineat omni maleficio.At hoc,dices,intellectu accepiſſe patres veteres verba illa: Antequam conuenirent.Scio & ita interpretandum cẽſeo vt veteres patres ſunt interpretati nec diſcedendum vnquam à ſanctorum interpretatione. Scias tamen honeſtius eſſe nomen quam coitum concubitum & alia verba obſcœna, apud Philoſophos nanque & cõuenire accipitur pro congregari in vnam domum,vt ſic loquar, ſic Ariſtoteles libro.1.de R.P.cõiunctionem viri & vxoris & ſocietatem principium omnium communionum & ſocietatum humanarum putat, idque teſte Heſiodo poeta confirmat. Et Plato libro.6.de legibus, vbi de nuptijs & matrimonio diſputat, ducere vxores & iungi matrimonio nihil aliud eſſe ait quam conuenire in communionem vitæ, & matrimonia ipſa appellat conuenientes domos in vnum, & infra de filijsfamilias ducentibus vxores, Oportet, inquit, relinquere parentum domos & veluti in coloniam ire ipſos; Et libro quinto de Republica cùm de iiſdem nuptijs diſputat Plato: Concedes, inquit, communionem maris & fœminæ quatenus naturale

naturale eſt inter ſe, & cùm ſubieciſſet concedo hanc communionem maris & fœminæ naturalem ad omnia munia vitę refert non ſolum ad ſobolis procreationem, Neque videas quenquàm ex Philoſophis hanc orationem de matrimonio mariti & vxoris de concubitu interpretari, ſed de cohabitatione & vitæ ſocietate, nunquam de concubitu quod ex D. Thoma cùm matrimonium diffinit & ex D. Auguſtino diſcere quiuis poterat. Itaque ſi interpretemur hûc locum iuxta ſanctorum ſententiam vt canon eccleſiaſticus eam iubet interpretari honeſtius & verbo honeſtiore dicta hæc ſunt ab Euangeliſta quam ſi in re tam glorioſa obſcœnis verbis eſſet vſus. Sed redeo ad id vnde eram digreſſus, verba illa: Antequam conuenirent interpretanda eſſe iuxta ſententiam ſanctorum dubium non eſt, & de cohabitatione & congregatione in ſocietatem vitę eſſe intelligenda, declarare videtur Angelus cùm inquit: Noli timere accipere Mariam coniugem, non acceperat ergo nec in domum traduxerat, quod ſignificatur etiam paulo infra cùm ait Euangeliſta. Surgens autem Ioſeph à ſomno fecit ſicut præcipit ei Angelus & accepit coniugem ſuam. Subiicit Eraſmus. Cæterum vt res eſt geſta ita narrat Euangeliſta non vt ipſe nouerat, omnia in quibuſdam ſuſpitionum mihi videntur eſſe pleniſsima, ſi D. Matthæus ſcribit ea rantum quorum ipſe teſtis erat, in his ſimilibuſque, quorum ipſe teſtis eſſe non potuit perexigua ei habenda eſt fides, in cæteris vero, quorum ipſe teſtis fuit ſi habetur ei fides, humana quoque hæc erit fides quæ fallere quoque potuit & falli qualis Saluſtij fuit & Liuij. Nam diximus eſſe qui hiſtorijs rerum veterum Apoſtolos & Euangeliſtas pene dixerim æquiperarent, omnis Eccleſia ſancta Prophetas Apoſtolos & Euangeliſtas, ſic audit vt Spiritum ſanctum qui eorum ore eſt loquutus ſe audire intelligat, & intelligat illos quæ litteris mandarunt nouiſsimè infinitis partibus melius quam quę oculis viderent & auribus audirent. Subijcit idem Eraſmus, quis hominum ſuſpicaretur mulierem è Spiritu cœleſti concepiſſe fœtum humanum, quid narras Eraſme? concepiſſe fœtum humanum? quid aliud dicebat Neſtorius quam virginem ſacram concepiſſe hominem & hominem pepeniſſe? & ideo Chriſtiperam virginem ſacram eſſe nominandam non Deiperam? roga Eſaiam quid conceperit, reſpondebit tibi cap. 7. peperiſſe Emmanuelem, id eſt, Deum factum hominem, & cap. 9. pepeniſſe hanc virginem Deum forte, patrē futuri ſæculi, vel vt hebræa lectio verti quoque poteſt, patrem æternitatis, cap. 53. peperiſſe dicet hanc virginem brachium Dei, quem Ioannes interpretatur Dei filium qui aſcenderit è terra ſitienti, hoc eſt è ſacra virgine, integra ſine humano ſemine facie & aſpectu pueri lactentis, ſic enim LXX reddidere & plærique tranſlatorum Iudæorum veterum, ſed negas, inquiens, fuiſſe fœtum humanum? Apage non nego, ſed hunc fœtum Deum eſſe dico hominem factum, Deū verum, hominem verum, nemo cenſuit ſic exiliter eſſe dicendum cum Neſtorio Mariam virginem concepiſſe è cœleſti ſpiritu fœtum humanum, nec audio libenter concepiſſe è ſpiritu cœleſti, ſed planè & apertè de Spiritu ſancto ne videatur ſacra virgo dici concepiſſe è ſpiritu cœleſti, vt olim dicebātur: Equæ apud Luſitanos ſpirante vento Fauonio concipere.

Vulgata ibidem.

Inuenta eſt in vtero habens. 191.

ERaſmus, cur non potius deprehenſa eſt? iſtud verbum Eraſme fere in crimine vſurpari ſolet, in hac ſacra virgine oia laus occupat & gloria tanta quāta nō ſolū captū humanæ mentis tranſcēdat ſed Seraphinorū etiā dignitatē lōgè exuperet, tantū abeſt vt in hac ſacra

virgine

virgine huic verbo ſit locus, quanquam ſunt qui ex libris veterum quædam quæ exciderint parum conſiderate ſcriptoribus ſacris decerpant, & venena ab hæreticis veterum libris interſperſa contra ſacram hanc virginem & fideli populo propinent, relinquant flores odoratiſsimos ſanctorum patrum, Nam quæ proponuntur ex Chryſoſtomo vel quouis periculo contenderem non Chryſoſtomo ſed malo aut indocto interpreti eſſe imputanda, & quod marginibus D. Auguſtini quidam non bene animatus in ſacram virginem crebro adnotat, quoties D. Auguſtinus ait præter vnū Chriſtum neminem ſine peccato fuiſſe, quid de Maria virgine quod plærique in ſua ſcripta à multis verſibus repetita tranſcribunt, oportebat illud addere quod D. Auguſtinus ſcripſerat de natura & gratia libro. 1. cap. 36. excepta ſancta Maria virgine de qua propter honorē Domini nullā prorſus cùm de peccatis agitur haberi volo mentionem, excipit ergo D. Auguſtinus ſacram virginem, & cùm de peccatis agit profitetur ſe illam ſemper excipere, & D. Thomas illam expertem fuiſſe omnis peccati mortalis & venialis docet, idque nos multis verbis oſtendimus in Commentarijs in caput. 7. Eſaiæ. Sed illud quæſo aduerte quę tāta dici poſsit temeritas vt Spiritus ſancti verba audeat mutare? Spiritus ſanctus D. Matthæi ore: Inuenta eſt, inquit, in vtero habens, & audet quiſquam dicere Spiritui ſancto cur non potius deprehenſa eſt, Ego quorundam noſtrorum hominum audaciam, nequid dicā grauius, admirari non poſſum ſatis.

Vulgata ibidem.

Inuenta eſt in vtero habens.

ERaſmus, Mirum eſt, inquit, quam ob cauſam interpretem latinum delectauerit hæc periphraſis, in vtero habens, pro grauida, cùm verecundius dici poſſet grauida aut prægnans, & latinius ferens vterum. Hæc Eraſmus. Alij Euangeliſtas, aiunt, ſuis verbis vti cùm teſtimonia veteris teſtamenti citant. Mirari ſatis non poſſum vnde ſit factum, vt noſtris quibuſdam hominibus tantum in Apoſtolos liceat & Euāgeliſtas, res confeſſa eſt, vt libro. 1. oſtendimus Spiritum ſanctum Euangeliſtarum ore fuiſſe loquutum, & miratur Eraſmus cur dixerit in vtero habens, pro grauida, ſic enim eſt græcè, cùm verecundius dici poſſet grauida & pregnans, Dixi verecūdiæ nullum hic eſſe locum, & quod Spiritui ſancto libuit dicere: in vtero habēs, nec erat caſtigandus. Sed mitto hos homines, Hęc verba ab Euangeliſta repetita ſunt iuxta tranſlationem Lxx, alluſit enim Euangeliſta ad verba illa Eſaiæ cap. 7. Ecce virgo in vtero accipiet & pariet filium, vt quod ille prædixerat futurum, hic oſtendat completum, Propheta dixerat: Ecce virgo in vtero accipiet; Euangeliſta Inuenta eſt Maria in vtero habens, & quod Propheta dixerat Eſaię 8. de Spiritu ſancto. Acceſsi ad Propheriſſam & in vtero accepit; Euangeliſta completum doceat: Inuenta eſt, inquit, Maria in vtero habens de Spiritu ſancto, ita ſemper Euangeliſta loquitur iuxta tranſlationem Lxx virorum & verborū ſcripturæ Spiritus ſanctus ſemper eſt obſeruantiſsimus, vt quod dixerat per Prophetas repetitis penè eiſdem verbis in memoriam redigat per Euangeliſtas, vt quod illic prædictum eſt hic monſtretur completum. Tamen hoc per quoſdam ex noſtris vix Spiritui ſancto facere licet.

Vulgata ibidem.

Inuenta eſt in vtero habens. 192

DIXI ex litteris Euangelicis videri Ioſeph non traduxiſſe in damnum ſuam ſacram Virginem cùm inuenta eſt in vtero habens, ſed videri viſitauiſſe

ſitauiſſe illam vidiſſe intumuiſſe vterũ, hoc quilibet videre poterat ſi oculis vteretur, nec erat opus licentia maritali, licet hoc viri ſanctiſsimi dicant; vterúmque ſacræ virginis temporis momento ex ſacro cõceptu intumuiſſe apparet, quod totum corpuſculum ſimul eſt factum, & ſacratæ animæ vnitum eodem inſtãti, quo vnitũ eſt verbo hypoſtatice, eodem illo inquam quo reſpondit Angelo: Ecce ancilla Domini fiat mihi ſecundum verbum tuum, illo inquam inſtãti vno & eodem factum corpuſculum illud eſt & ſacratæ animæ vnitum, & vnitũ eſt verbo hypoſtatice. Intumuit igitur ſtatim vterus, nõ enim more aliorum fœtuum paulatim formatũ eſt corpus, & poſt multos dies informatũ anima eſt, puer hic qui natus eſt nobis formatus ſimul eſt totus ſecundũ naturam humanam, neque ante formatus quàm vnitus verbo, neque vnitus per partes ſed totus ſimul, Intumuerit igitur vterus neceſſe erat quod videre poterat quilibet oculis potius quam manu deprehendere, neque quantum ipſe aſſequor in virgine ſancta quæ ſacrarium fuit Spiritus ſancti locus fuit vlli licentiæ, etiam ſponſo; nec tam bene tactu vteri fœmina pregnans deprehendi poteſt quam oculis cerni; ſi in aula regali vnguentum pretioſiſsimum ſeruaretur quam ſuaues aula illa exhalaret odores, conditus eſt verbum Deus in vtero virginis ſimul cum illo adeſt pater & Spiritus ſanctus in eadem aula, & ita continent diuinitatis radios, vt ad tale auſum ſi tale quid veniſſet in mentem Ioſeph ſponſo non terribilem eius animo horrorem incuterent, adde quód delectus ſponſus ſacratiſsimæ virginis & Emmanueli orituro pedagogus & nutricius admirabili quadam ſanctimonia præditus credendus eſt, & gratia Spiritus ſancti ſingulari commendatus, vt ſancta omnia verſaret & cogitaret, ſiue igitur licentia maritali tacto vtero intellexit pregnantem virginem ſiue oculis vidit vterum intumuiſſe ſenſit ſacram virginem fuiſſe prægnantem.

Vulgata ibidem.

Nolens eam traducere. 193.

ERaſmus in verba ſuperiora. Cùm eſſet vir iuſtus, multa de forma hac dicendi ſuo more diſputat, cùm nihil apud lectiſsimos quoſq; ſcriptores hac forma dicendi quá Euangeliſta eſt vſus ſit frequentius, ſed mitto hæc, longum enim eſſet perſequi ſingulos Eraſmi lapſus dum ardens & præceps fertur in caſtigandas ſcripturæ ſacræ dicẽdi formas, mitto etiam friuola quæ addit de occulte dimittere & abijcere, de coniuge & vxore, videtur enim ex corpore ex ſanctis patribus quæ illis exciderunt aliquando parum meditata, ait autem poſtea. Mire verò iuſtum vocat Euangeliſta Ioſeph ob id quod in ius trahere noluerit atque punire quod lex punire iubet. Ego non intelligo quid viderit Eraſmus Ioſeph reperiſſe in hac ſacrata virgine quod lex punire iuſſerit vt iniuſtus alicui videri poſsit, quod legem violarit, nec video cur miretur Eraſmus Euangeliſtam iuſtum appellaſſe Ioſeph quod ſacram virginem in ius non traxerit, reperit ſanè Ioſeph in Maria quod admirari & venerari & Angelicis Choris anteferre poſſet, quod damnaret non reperit; notiſsimæ enim erant familiæ Dauid illæ prophetiæ Eſaiæ. Egredietur virga de radice Ieſſe, & ecce virgo concipiet, & promiſſa data Dauidi de Chriſto orituro è familia eius expectabatur Chriſtus, & de hac re prophetias nouerant tanquam vngues & digitos ſuos Iudæi maximéque hi qui ſorte erant ex familia Dauid cui tantum illud bonum erat promiſſum, & ita potuit eſſe prægnans puella deſponſata alicui, vt nullum crimen incurriſſet ſi vi in agro eſſet oppreſſa vbi nemo opem

ferre

ferre potuiſſet: Sciebat hæc Ioſeph vir iuſtus,& temerè illam nolebat infamare quia ipſe iuſtus erat & culpa vacare poterat præſertim ſi eſſet illa virgo vt re ipſa erat quæ propheticis litteris erat promiſſa, verſabat hæc animo, volebat occultè illam dimittere ne infamaretur, & ſi eſſet illa virgo quæ Chriſtum eſſet paritura ſe indignum eius conuictu putabat, illum hęc animo agitantem alloquitur in ſomnijs Angel⁹ admonet promiſsi dati familiæ Dauidicæ, iubetur accipere Mariam coniugem, docetur concepiſſe eam de Spiritu ſancto eſſeque eã virginem, quam prædixerat Eſaias pariturum Emmanuelem, quod verò Eraſmus citat D.Chryſoſtomum notius eſt quam vt à me dicendum ſit Chryſoſtomum de hac re non eſſe audiẽdum, ſiue ipſum, ſiue quod veriſimilius puto interpretem qui illum Latinè reddidit. Hæc autem dicta veriſsimè ſic collige. Euangeliſta Matthæus virum iuſtum teſtatur fuiſſe Ioſeph,& ideo voluiſſe traducere ſacram hanc virginem. Sed ſi iuſtus erat hoc facere non poſſet, iuſtus enim non violat legem, & morietur potius, quam vt mortali peccato ſe implicet. Et vt largiar viros iuſtos aliquando mortale peccatum in ſe admittere, admiſsi tamen criminis nunquam redditur cauſa quod vir iuſtus eſſet, ſed quod homo eſſet natura fragili & imbecilla. Ioſeph, vt cap.24.Deuteronomij miſſum faciã; Leuiti.cap.5.cogebatur indicare peccatum cuius ipſe teſtis eſſet, aut conſcius niſi vellet peccare. Non vult indicare peccatum virginis,& huius facti redditur cauſa, quod iuſtus eſſet. Senſit igitur in virgine hac ſacra poſſe non eſſe peccatum, quanuis illam vterum ferre videret, alioqui ſi certò ſciſſet adulterã quod ferret vterum, peccatum ſubterfugere non poſſet, occultè dimittens, & etiam libellum repudij præſcriptum à lege non tradens, non appellaretur ab Euangeliſta vir iuſtus, aut ſaltem huius facti non adderetur cauſa, quod vir iuſtus eſſet. Leuiti.5. & Deutero. 24. crimen eſt quod indicari iubeatur, aut propter qđ detur libellus repudij. Id crimen vir iuſtus non intelligebat in ſacra virgine: alioqui non violaturus excelſi legem neque in ea re illum cuiuſquam ſubiret miſeratio. Quid ergo illum monet, vt puellam prægnantem putet ſine crimine potuiſſe eſſe prægnantem? videbat eius ſanctitatem admirabilem, neq; fieri poterat, vt cùm templum Dei hæc virgo eſſet, & Deum hominem factum ferret in vtero, non in eius vultu admirabilis quædam immineret maieſtas & religio, alieniſsima ab omni criminis ſuſpitione, quippe plena Deo erat, Spiritus ſancti ſacrarium: Fœminam ſanctam cùm vides, religione inſignem pietate in Deum præcellentem, non potes non venerari; quid putas feciſſe Ioſeph virum iuſtum cùm intuebatur ſacram illam virginem plenam Deo, Spiritus ſancti templum?

Matth.1. & Lucæ.1. & Eſaiæ.7.

Ecce virgo in vtero habebit. Vulga.

הִנֵּה הָעַלְמָה הָרָה וְיֹלֶדֶת בֵּן. 194 Lectio Hebręa.

HOc fidei noſtræ fundamentũ primum,& hic primus introitus ad fidem quod Deus verbum incarnatus ſit ex ſacra virgine & homo factus validiſsimè à Iudæis oppugnatur, negant hebraice eſſe: Ecce virgo concipiet, ſed ecce puella aut adoleſcentula, Iudæos refellit D.Hiero.in Cõmentarijs in hũc locũ; acrius & vehemẽtius multo Irenę⁹ lib.3.c.24. & 25. vbi Theodotionem & Aquilã & trãſlatores Iudæos tranſtuliſſe a:t pro, Ecce virgo, Ecce adoleſcẽtula, & ita eos refellit, Iudæos fuiſſe proſelytos qui ex Ioſeph generatũ Dñm dicũt, vt œconomiã redemptionis generis humani diſſoluerent, & incaſſum face-

rent recidere Prophetarum teſtimonia quæ operatus eſt Deus, additque illud Iudæos nunquam fuiſſe dubitaturos cõburere ſcripturas ſi cognouiſſent nos illarum teſtimonijs fuiſſe vſuros, & de hac re multa diuinitus diſputat hoc ca. 24.25.26.& 27.refellens Iudæos tranſlatores. Origenes quoque contra Celſum lib.1.eoſdem refellit,& omnes veteres patres græci & latini, ſed cur homini Chriſtiano non ſatis ſit Euangelij authoritas quæ citat ad verbum tranſlationem Lxx hoc loco,vt in cæteris, vt paulo infra monſtrandum eſt, cui non ſatis ſit Spiritus ſancti authoritas qui ore Euangeliſtæ loquitur, Angeli teſtimonium à Deo miſsi qui hæc ita citat. Ecce virgo in vtero habebit? Si hæc tot ac tanta nobis ſatis nõ ſunt neſcio quid nobis futurum ſit ſatis. Dixerat Ariſtoteles:Oportet addiſcentem credere,nos Spiritui ſancto Eccleſię magiſtro non credemus?nec.72.Iudæis, qui trecentis annis ante aduentum Domini, & ante ortam hanc litem inter nos & Iudæos vertere, ecce virgo, & dignos putabimus Iudæos tranſlatores qui audiantur? cum poſt ortã litẽ inter nos & Iudæos ſuas fecerint tranſlationes eo tempore quo maximè in Chriſtum & Chriſtianos odio arderẽt acerrimo,vbi cur quiſquam miretur omnia viros Iudæos & blaſphemos peruertiſſe, miror ego multo magis, cur illis à noſtris aliquid tribuatur authoritatis, cur digni putentur quos quidam è noſtris ſequantur, cùm planè dicat Irenæus dicant & alij Patres Iudæos illos blaſphemos velle facere Chriſtum Dominum natum ex Ioſeph, velle ſacræ virgini virginitatis coronã capiti detrahere. Patres veteres Iudæos refellunt,& vulgo dici ſolet,ohe, actum aiunt,ne agas, cum quibuſdam ex noſtris manum conſeramus, halmah, noſtrorum quidam in ſuis lexicis adoleſcẽtula eſt,inquit,& puella ſed virgo: rectè quidem, ſed tantum nunquam illis largita eſt vetuſtas, vt etur accepto Iudęus & clamabit rectè maiores ſuos contrà Chriſtianos locũ Eſaię vertiſſe, Ecce adoleſcẽtula cõcipiet, Nã quod addit adoleſcentula ſed virgo ridebunt & fortaſſe dicent ita eſt, tamẽ vox hebræa cõceſſu Chriſtianorũ adoleſcẽtulã ſignificat,& adoleſcẽtulæ virgines nubũt viris, cætera quæ adijciemus multo proſequẽtur cachinno. Hieronymus,inquiunt, hoc idem ait, ſi D. Hieronymus id diceret Diuum Hieronymum non putarem audiendum contra Euangeliſtas, contra Angelum ad ſacram virginem Dei deferentem mandata. Docet D. Hieronymus,halmah,virginem eſſe,ſed puellam & adoleſcentulam, quod virgo vetula & ſenio confecta eſſe poteſt, quæ non, halmah, dicetur, quod, halmah, virginẽ ſignificet puellam & adoleſcentulam non virginem quæ ſit anus, quæ ſane ſunt optimè dicta quis enim anum quę nunquam concubuiſſet cum viro virginem nominaret? nemo ſanè, alia res eſt, ſi dicas, halmah, eſſe virginem ſed virginem adoleſcentulam, quam ſi id commutes & dicas, halmah, adoleſcentulam eſſe & puellam ſed virginem vt propria ſignificatione adoleſcentulam ſignificet. Betulah, aiunt Iudæi, virginem ſignificat, halmah, aduleſcentula, falſum hoc eſt, Nam in hũc locum Eſaiæ oſtendi, betulah, non raro pro corrupta adoleſcentula accipi, & negaui, halmah, vſquã pro corrupta reperiri, quod negauerat prius Diuus Hieronymus in eundem locum, & addiderat Iudæum Aquilam in Geneſi vbi Rebecha dicitur, halmah, non reddidiſſe adoleſcentulã nec puellam, ſed abſconditam tranſtuliſſe virginem, ſcilicet, concluſam domi quæ in publicum non prodit, cui rei adijce tu Philonis teſtimonium qui cum de vita Moſis ageret qui expoſitus eſt in iuncea fiſcella, & eius ſoror puella obſeruaret rei euentum puella illa in ſcriptura, halmah, nominatur & Philon interpretatus eſt virginem, etiam eo loco

vbi Hieronymus & Lxx puellam verterint quod perexigua ætate eſſet, nec in eam ætatem adoleuiſſet qua virgines ſolent appellari. Nam puer & puera dicebantur olim infantes lactentes & quinquennes & ſeptuennes & deinceps hoc nomē puera obſelouit vetuſtate, & pro ea voce puella dicitur cùm lactet, & iam ſeptuennis & octo aut nouem annos nata, qua ætate puellæ dicuntur: Idē Philon aduerſum Flacum ſic interpretatur, halmah, mulierculæ, inquit, concluſæ domi, quæ non progrediuntur ex aula patris virgines quæ thalamo continentur, quæ præ pudore vitant hominū cōſpectus etiam proximorum, quibus verbis refutantur noſtri homines qui, halmah, dictam putant quod eſſet incognita viro, quod à viro eſſet abſcondita, nō ideo eſt appellata, halmah, virgo, ſed quòd ſummota à virorum cōſpectibus eſſet quod concluſa thalamo quod nō prodiret in hominum conſpectū. Adde etiam illud Geneſeos. 24. de Rebecha cùm præceſsiſſet, Betulah, ideſt, virgo additum eſt in ſacro contextu nūquam à viro fuiſſe cognitam, quod mea quidē ſententia inſolubile argumentum eſt, betulah, non ſemper ſignificare virginem incorruptā, alioqui quorſum Spiritus ſanctus addidiſſet nunquam à viro fuiſſe cognitam, in ſcriptura nihil eſt ſuperuacuum vt docent patres veteres, niſi ſi qua ſit forma dicēdi hebræa, Additum eſt ergo: nunquam à viro fuiſſe cognitam, quod, betulah, virginem ſignificet, ſed aliquando virginem corruptam, & vt ſcias quo animo quidam rebus noſtris aduerſentur, hæc peruertūt quidam ex noſtris qui ſcribunt, hoc. 24. cap. Geneſeos de Rebecha præceſsiſſe, halmah, ideſt, adoleſcentula, & poſtea ſubiunctum fuiſſe nunquam à viro fuiſſe cognitam, quod, halmah, tantum ſignificaret adoleſcentulam, Apage ſi tale aliquid Iudęi aduerſum nos haberēt vt hebraicè Rebecha illo capite eſſet appellata, halmah, à primo & poſtea additum eſſet nunquam à viro eſſe cognitā, quas Iudæi excitarent tragædias, quos cierent clamores, en appellata eſt Rebecha, halmah, ideſt, adoleſcētula, & quod hæc vox non ſignificat virginē, ſed ętatem additum eſt illud quoque virginē incognitam viro fuiſſe, mentiuntur Iudaizantes qui hæc aduerſum nos citāt, vel cum mendacio res Iudaicas volunt tueri, & Chriſtum & noſtra oppugnare, appellarat quidem ſcriptura Rebechā nahar, ideſt, adoleſcentulam, appellauit poſtea, betulah, quam vocem virginem ſignificare Iudæi affirmant nos oſtendimus in hunc locum Eſaiæ teſtimonijs ſcripturæ ſignificare etiam virginē corruptam, vnde cùm appellaſſet ſcriptura Rebecham, betulah, virginem ſubijcit ſcriptura fuiſſe incognitam viro, nempè quod, betulah, corruptam quoq; virginem ſonet aliquando, poſtremo ſcriptura eandem Rebecham appellat, halmah, & tunc nihil addidit, nempe quod, halmah, virginem ſonat intactam ſummotam ab hominum conſpectu, vt diximus ex Philone.

Matthæi primo, Eſaiæ. 7.

Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium. Vulga. 195

Lectio hebræa ſupra poſita eſt loco 194.

NE quid controuerſiarum nobis deſit poſt deuictos Iudæos noſtrorum quidam grauiores mouent tumultus, præſcribunt canones quibus in vniuerſum pronunciant Apoſtolos & Euangeliſtas cū ſcripturæ teſtimonia citant ſenſum tantummodo Prophetarū decerpere nihil curantes de verbis & ſyllabis, vtur enim ipſis illorum verbis, ſi hoc ita eſſet Iudæi glorioſiſsimos de nobis agerent triūphos negarent ſenſus Prophetarū illos eſſe quos putāt eſſe nři Apoſtoli & Euāgeliſtæ, ſed illorū ſomnia, nec nobis fieret ſatis ſi nō citarētur

ipſa Prophetarum verba quibus intellegeremus ita completum eſſe quod à Prophetis erat prædictũ, vt ab illis prædictum erat riſu & cachinno excepti eſſent Apoſtoli & Euangeliſtę tàm à Iudęis quàm à gentibus, niſi quæ citarent Apoſtoli & Euangeliſtæ Prophetarum teſtimonia ita legerentur in Prophetis, nec enim fruſtra. Lactantius Prophetarum teſtimonijs, inquit, effectum eſt, vt Chriſto crederemus, quæ nanque legebant in Prophetis oculis cernebant eſſe completa; & Apoſtoli & Euangeliſtæ, & cæteri verbi prædicatores non fruſtra iubebant ſuos auditores intrare Iudæorum ſynagogas, ad quàs liber patebat aditus, & in quibus ſcripturę iuxta trãſlationem Lxx legebantur, omnes enim ferè ea tempeſtate græce ſciebant attente vt audirent monebant, & audituros ea quæ ſibi prędicarentur & credituros, & ea cauſa nos his poſtremis libris oſtendimus Apoſtolos & Euangeliſtas citaſſe omnia iuxta tranſlationem Lxx neque his contenti ſunt ſed addunt citata ab Apoſtolis & Euangeliſtis teſtimonia ſenſu longè diuerſo à mente Prophetarum, & verè hæc dicunt: ſi quis ſibi proponat Iudaicas interpretationes pro regula & menſura ſenſus Prophetici, habent Iudæi & hęretici, inquit Athanaſius, aduerſus Arianos pro regula interpretationis ſcripturæ ſuam infidelitatem & impietatem, ſi hanc homò Chriſtianus ſibi proponat pro regula fateatur neceſſe eſt Euangeliſtas & Apoſtolos teſtimonia ſcripturę citare ſenſu longè diuerſo, atque etiam interim contrario à mente Prophetę, quam putant eſſe ſcilicet, Iudęi & hęretici, his breui reſpódemus vt conferant citata teſtimonia ab Apoſtolis & Euangeliſtis cum tranſlatione Lxx ad verbum adhibeant, tamẽ canones veterum patrum de interpretãda ſcriptura vt intelligant non diuerſo ſenſu neq; contrario, ſed vero & legitimo citari teſtimonia ſcripturæ ab Apoſtolis & Euangeliſtis, vt reijciant Iudaicas interpretationes & hæreticas, proponant ſibi interpretationes Eccleſiaſticas reperient omnia legitimo ſenſu citari & veriſsimo. Nam de D. Hieronymo reſpondimus in Prolegomenis & alijs locis centies. Sed nos his omiſsis, ad noſtrum inſtitutum redeamus ſi illud dixerimus quod repetitum à nobis eſt centies, ita Apoſtolos & Euãgeliſtas aliquãdo teſtimonia ſcripturæ citare vt non verba citent, quemadmodum nos cùm citamus Platonem aut Ariſtotelem nõ ſemper verba numeramus, ſed de hac re diſputatum eſt alibi fuſè.

Matthæi. 1. Eſaiæ. 7.

Ecce virgo in vtero habebit & pariet Vulgat.
filium. 196

Lectio hebræa ſupra loco 194.

HVnc locum citat Euangeliſta iuxta tranſlationem Lxx aut potius iuxta paraphraſin quam fecere Lxx huius loci Eſaiæ quæ tanta laus eſt tranſlationis Lxx virorum, vt ea maior nulla eſſe poſsit; quid enim maius quã quod Spiritus ſanctus citet paraphraſin & Commentarium ſcripturæ factũ à Lxx viris? Hebraice hic locus eſt vt diximus in Commentarijs in Eſaiam: Ecce virgo prægnans & pariens filium vocabis nomen eius Emmanuel, vt prægnantem & parientem virginem appelles Propheta virginem ante partum, in partu, poſt partum, cùm ait: Ecce virgo prægnans & pariens. Solent Lxx viri & Apoſtoli atq; Euangeliſtæ vnius loci ſcripturæ paraphraſin ex alio facere, vt vtroq; loco doceant eandẽ rẽ eſſe præſignificatã, & ita huius loci Eſaiæ paraphraſin fecere Lxx vt diximus in Commentarijs in hũc locũ Eſaiæ ex cap. 13. Iudicũ ex verbis Angeli quibus vxorem Manoe ſterilẽ alloquitur Angelus, inquiens, Ecce tu ſterilis es, & in vtero habebis & paries filiũ, vt doceret ſterilẽ typum eſſe virginis,
quod

quod etiam nos docent omnes veteres patres,& Sampſonem filiū huius ſterilis qui denunciatur matri ſterili ex ea oriturus Chriſti typū eſſe,Sampſon enim latinè ſonat cœleſtem à, ſamahim, ideſt, à cœlo,vt eo loci docet ſcriptura; vt ſit typus ſecundi hominis de cœlo cœleſtis quæ fusè & late in Commentarijs in Eſaiam ſumus exequuti, vt hoc docerét Lxx loci illius cap.7. Eſaię ex hoc loco fecere paraphraſin,vt idem in vtroque docerent pręſignificatum litteraliter in Eſaia,in figura.13.Iudicum,& ideo.13.Iudicum dixere:Ecce tu ſterilis, vt ſterilis eſſet typus virginis, in Eſaia pro typo poſuere veritatem,Ecce virgo. 13. Iudicum dixere: In vtero habebis & paries filium,in paraphraſi quā fecere in Eſaiā dixere:In vtero accipiet & pariet filiū, & ita pro tranſlatione Lxx viri fecere paraphraſin, & veluti commentarium huius loci ſcripturæ ex altero ſcripturæ loco,vt ex altero alterum interpretarétur;hanc talem paraphraſin,& hoc tale commétarium Lxx ſeniorum citat Spiritus ſanctus ore Euangeliſtarum quin non citat hoc loco iuxta paraphraſin factam à Lxx ſenioribus,ſed iuxta tranſlationem Lxx ſeniorum cap.13. Iudicum, vt oſtendi, vt doceant quod hoc loco præſignificatum erat litteraliter prædictum fuiſſe.13.Iudicum in typo, & ſic diluuntur obiectiones Eraſmi & aliorū recentiorum. Nam de D. Hieronymo reſponſum non ſemel ſatis abundeque eſt,qui negabant hæc citata ab Euangeliſta hebręæ lectioni conuenienter neq; congruenter tranſlationi Lxx virorum illud tamen admonere volo legenté D. Matthæum citaſſe hunc locum Eſaiæ paraphraſi quadam facta iuxta tranſlationem Lxx capite. 13. Iudicum. Ecce virgo in vtero habebis, fortaſſe ne videretur ſignificari acceptura ſemen viri, quod Diuus Lucas non reformidauit, neque Angelus qui apud Lucam virginem alloquitur: Ecce concipies, inquiens, in vtero, erat enim conceptura filiū Dei & paritura, vt alter Euangeliſta tranſlationē Lxx cap. 7. citarit; omiſſa tantū vna dictione. Nā pro.Ecce virgo in vtero accipies,dixit:Ecce cócipies in vtero,quod ei ad virginé prædictā à Propheta, ſermo erat, Matthæus vero tranſlationē citat Lxx cap.13.Iudicū,ex quo loco vterque Euangeliſta paraphraſin facit huius loci cap.7.Eſaię,vt vtroque loco oſtendat idem eſſe ſignificatum,vt dictum eſt.

Vulgata ibidem.

Ecce virgo in vtero habebit & pariet filium. Vulgat. 197.

Lectio hebræa ſupra loco 194.

ERaſmus de hoc loco diſceptat cū D.Hiero.adnotat D.Hiero.in ſuis Cómētarijs præ ſe tuliſſe hūc locū citatū ab Angelo nó lectū eſſe ſua tépeſtate:Ecce virgo iñ vtero habebit, in futuro,ſed Ecce virgo in vtero habet, in præſenti,& adnotaſſe D.Hiero. Angelū mutatione futuri téporis in tempus præſens móſtraſſe cópleri iā Prophetiam Eſaiæ, quod enim prædictū erat ab Eſaia: Ecce virgo in vtero habebit, ſignificaſſe fieri iā,innuit enim ſacrā virginé habere iam in vtero quod Eſaias pręlixerat virginē de familia Dauid in vtero habiturā,filiū Dei,ſcilicet,& argutatur Eraſmus,ſi Euāgeliſta vt hoc ſignificare vellet alterum verbum futuri in verbū præſens mutauit,cur nó mutauit & alterū futuri verbū.Et pariet? quod mihi legenti mouit riſum,quia prægnās erat ſacra virgo, & ideo iā in præſenti habebat in vtero, & nódū pepererat,& erat paritura,ideo alterū verbū futuri mutauit in pręſens,alterū non mutauit:Si citauit,inquit Eraſmus, Angel⁹ verba Prophetæ eo modo erat citaturus quo Propheta ſcripſerat, falſum eſt,prædixerat Propheta futurū, nūciat Angelus factū iā quod Propheta prædixerat,non licuit Angelo dicere compleri in ſacra virgine Maria iam

quod Propheta in virgine de familia Dauidica dixerat complendum? Mitto dicere quæ recentes ſcriptores in hunc locum Eſaiæ cauillantur quod illorum ineptę cauſę ſuperioribus duabus anno tationibus diluuntur.

Vulgata ibidem.

198 *Et vocabunt nomen eius Emmanuel, quod eſt interpretatum inter nos Deus.*

Lectio Hebræa. וְקָרָאת שְׁמוֹ עִמָּנוּאֵל׃

DIxi ſupra ex Irenæo Iudæos hæc peruertere, quid ni peruertant? qui ſi confiteantur verbum Dei incarnatum Deum & hominem fuiſſe & vocatum Emmanuel, quo nomine, vt noſtri omnes docent, ſignificatur idē quod ſignificatur illo Ioannis. Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Non poſſent non manus victas dare, & confiteri ſuam impietatem, quod illis eſſet ſaluti & commodo maximo, malunt tamen in ſua impietate perſiſtere, referūt hæc modo ad vxorem Eſaiæ, interim ad Ezechiæ vxorem quarum partu ſibi Deum affuturum pollicebantur, quod falſiſsimum fuit, faciunt enim ſcripturas, vt aiunt veteres patres, ſua Iudaica interpretatione ſtultas & mēdaces: Itaque Emmanuel negant nomen eſſe ſed orationem integram & diuiſim legūt, Immanu, nobiſcum, el, Deus quod tempore partus alterius illarum mulierum Deus cum Iudęis erat futurus, nō legūt Iudæi coniunctim, vt Emmanuel ſit nomen huius pueri, ſignificans idem quod verbum caro factum eſt habitans in nobis; Iudæos ſequuntur noſtri quidā qua mente atque animo neſcio. Emmanuel ſcribunt & pronunciant Euangeliſtæ iuxta Lxx viros, neque quiſquam miretur quod hebraice ſit, Immanuel, varietas puncti in principio facit, vt Lxx viri & Euangeliſtæ Emmanuel dixerint, Iudæi Immanuel. Dictum etiam eſt in Cō mentarijs in hunc locum Eſaiæ de lite quæ nobis erat aduerſum Iudæos quod dicerent Chriſtum non vocandū fuiſſe Ieſum ſed Emmanuelem, illic ergo refutauimus Iudęos; illinc ſi voles pete.

Et vocabunt nomen eius Emmanuel. Vulg. 199

Lectio hebræa ſupra loco 198.

DE hoc loco nobis lis eſt aduerſum noſtros à quibus nobis obijci ſolet quod hebraice non eſt. Vocabunt nomen eius, ſed, vocabis nomen eius, & maior aduerſum me hæc lis erit qui contendo Euangeliſtas fere ſemper ſequi trāſlationem Lxx. Nam Lxx vertere: Et vocabis nomē eius Emmanuel. Hoc dubium ſic dilues, hebraice planè factam eſſe ꝓpoſtrophen ad ſacrā virginem à Propheta: Ecce tu ô virgo prægnans & pariens filium & vocabis nomen eius Emmanuel, qua de re in Commentarijs in hunc locum diximus fuſè. Horum verborum factam paraphraſin à Lxx viris diximus & mutatam perſonam ſecundam in tertiam mutata perſona prudentiſsime Euangeliſta doctor Eccleſię pro, vocabis, vertit, vocabunt, iam enim Lxx tranſitum fecerant à ſecūda perſona in tertiam, cùm pro: Ecce tu virgo concipiens & pariens dixere: Ecce virgo in vtero cōcipiet, parū cōſequens videbatur redire ad ſecūdam perſonā, & ideo ſecūdam illam perſonam, vocabis, interpretatur Euāgeliſta, ideſt, vocabunt, ſolet enim ſecunda perſona pro plurali tertia poni, vt videas & flumina ſicca, ideſt, quiuis poteſt videre, facilius excites dormiētē, ideſt, quiuis poteſt facilius excitare, & ſic vocabis, ideſt quilibet fidelis vocabit, Euangeliſta breuius vocabis .i. vocabūt omnes .i. cōfitebūtur fideles oēs, vt interpretatur Chryſoſtomus, Emmanuelē, ideſt, Deū inter homines eſſe, Deum factum hominem, quod verbū caro factum eſt, & ſic erat nomi-

nominandus à virgine,vt à parentibus nomen accipimus, Euangeliſta vt magiſter Eccleſię vocabis interpretatur, ideſt,confiteberis tu & vniuerſa Eccleſia quod verbum caro factum eſt, ſic Chryſoſtomus,Matthæus,inquiēs,multitudinis numero verbum expreſsit,reſpexit enim populi perſonam cuius illa vox eſt nobiſcum Deus, nimirum ſibi gratulantis de tali partu quod Deus natus eſſet inter homines, quod verbum caro factū eſſet,ſunt qui teſtentur quoties in litteris ſacris ſcribitur ab Apoſtolo aut Euangeliſta nominis hebræi interpretatio,vt factum eſt hoc loco ab Euangeliſta expungēdam eſſe nominis interpretationem illam quod negent ab Apoſtolo ſcriptam, ſed ab aliquo in margine additam, & poſtea in contextum ſacrum irrepſiſſe,An quod Apoſtoli & Euangeliſtæ Eccleſiæ ſanctæ doctores quorum munus eſt ſcripturæ ſacræ aperire ſenſa quæ interpretantur expungat quiſquā,quod receptū eſt ab initijs naſcentis Eccleſiæ,quodque per manus Pontificum & ſanctorum Patrum ab Apoſtolis vſque ad noſtra tēpora trāſmiſſum eſt, ſi Deo placet, nos caſtigemus?Aduerſemurque Hieronymo etiā qui in cap. 4. ad Galatas, in illa verba, Quoniam autem eſtis filij Dei, nos docet id Apoſtolos facere ſolitos, & Auguſtinus ſecūdo libro de doctrina Chriſtiana.Niſi Ioannes Euangeliſta, inquit, nos docuiſſet quid ſignificaret Siloe ignoraremus tantum myſterium, quod verius diceret,ſi conſuluiſſet hebræa lexica & Iudæos aut Iudaizantes nunquā reperiſſet quid eſſet ſiloe, tantum audiſſet nomen eſſe fontis.

Matthæi.2.cap.& Michææ.5.

Vulgat. 200. *In Bethlehem Iuda.*

Lectio Hebręa. בֵּית לֶחֶם אֶפְרָתָה

Eraſmus in annotationibus in hūc locum.In Bethlehem Iudææ legē-dum putat,& diſputat cum D.Hieronymo neque quidquam decidit, poterat breuius dicere poſt captiuitatem Babylonicam omnes tribus Iſrael communi nomine Iudææ appellatas fuiſſe,vt intelliges ex Ioſepho lib.11.Antiquitatum cap.5.ſub finem, ſic Ptolomeus Geographiæ libro.5.cap.de Paleſtina Syria quæ eadem Iudæa appellatur Iudææ partes numerat Galilæam, Idumæam, Samariam,& reliquas,& Stephanus de vrbibus in dictione Galilæi, Galilæi, inquit, Iudæorum natio eſt, & in dictione, Samaria, Samaria,inquit,vrbs Iudææ eſt, Nihilominus tamen, vt olim Aphrica dicebatur tertia pars orbis, & peculiari nomine ea pars Aphricæ quæ eſt poſt Numidiam vſque ad regnum Cyrenaicum propriè nomen Aphricæ vſurpat,vt Pomponius Mella lib.1.c.4. & 5.te docet,& Ptolomæus lib.4.ca. de Aphrica,& alij omnes Geographi,& vt Aſia tertia quoque pars eſt orbis, magnitudine quidem tanta atque adeo maior quam Europa & Aphrica, ſimul peculiari nomine Aſia minor dicitur, vt Ptolomæus Geographiæ libro. 5. docet ca. de ea quę proprie dicitur Aſia. Sic Auguſtinus quæſtionum ſuper Ioſue lib. 6. cap.15. ſicut eſt pars quædam, inquit,quæ propriè dicitur Lybia quamuis hoc nomen vniuerſę Aphricę competat & pars quædam quę proprie dicitur Aſia, quanuis Aſiam vel dimidiam partem orbis terrarum,vel tertiam partem orbis poſuerunt.Sic Iudęa vniuerſa prouincia quam olim tenebant omnes duodecim tribus,dicitur Iudæa communi nomine & peculiari nomine dicitur Iudęa qua olim continebatur regnum Iuda, duæ tribus, tantum Iuda & Beniamin, quod aperte leges apud Ioſephū de bello Iudaico lib.3. capite.3. vbi Samaritidē regionē mediā inter Iudæā & Galilæā collocat,ibi enim neceſſe eſt accipias Iudæā pro regione qua olim cōtinebatur regnū Iuda pro duabus tribubus,ſ.tātū Iuda & Beniamin,alioqui re-

gio Samaritis & Galilæa partes ſunt Iudææ, vt diximus, & idem Ioſephus libro primo de bello Iudaico cap. 10. Antonium ait conſtituiſſe fratres Herodis tetrarchas Iudęæ & permiſiſſe vt vniuerſam Iudæam adminiſtrarent, quo loco vniuerſam Iudæam intelligit, non hãc partem qua continebatur regnum Iuda, ſed quam continebantur omnes tribus Iſrael, vt legere poſsis: in Bethlehem Iuda vel Iudę: declinantur enim aliquãdo hebręa nomina vel Iudææ quod Iudæa vniuerſam Iudæam ſignificet, & partem illam Iudæę qua olim continebatur regnum Iuda, vt lectio græci Euãgelij quæ Iudææ præfert, defendatur, & latina quæ præfert Iudæ defendi quoq; poſsit. ¶ Hinc colliges tu veriſsime à me (exemplo doctiſsimorum virorum qui id aiunt) dictum eſſe multas gloſſulas inertis alicuius inter textas ſcriptis D. Hieronymi, Nam doctiſsimus erat D. Hieronymus, & non erat quæ nos ſcripſimus, & hebraicè ſciebat optimè, nouerat hebraicè non eſſe Bethlehem terra Iudà, quomodo ergo ait hebraice eſſe, Et tu Bethlehem terra Iudà, nõ mentitur Hieronymus pręſertim in re confeſſa, non ignorat hebraicè non eſſe, & tu Bethlehem terra Iudà, igitur gloſſema alicuius hæc verba ſunt quæ Hiero. ſcriptis intertexuit, Nunquã enim Eraſmus diceret Hebraicè eſſe quod hebraĩcè non eſt nedum Hiero. Nec illud eſt prætereundum ſilentio Eraſmum temerè & nimium temerè, nequid dicam grauius parum in quibuſdam habere fidei Euangelicis & Apoſtolicis litteris, & optare hebræum Euãgelium Matthæi, quod vt ipſe putat non pauca citentur ex libris veteris teſtamenti quæ videantur ab ipſis fontibus diſsidere, & cogerent ipſum D. Hieronymum ad ipſum archetypum confugere, ſi hebraicè eſſet conſcriptum & eius vſquam eſſet copia, primum omnium dixi quibus rationibus habeo perſuaſiſsimum Diuum Matthæum hebraice ſcripſiſſe ſuum Euangelium vt eſſet Euãgelium hebraice cõſcriptum Iudæis qui credidiſſent, & certum habeo ſcripſiſſe idem Euangelium Græcè ipſum D. Matthæum, ſciebat enim quippe plenius Spiritu ſancto auferendas ſcripturas à Iudæis, trãſferendas ad nationes quæ Chriſtũ erant recepturæ, & ea cauſa vetus teſtamentum œconomia Dei Opt. Maxim. verſum eſſe græce, quod lingua græca omnibus ferè nationibus communis erat, vt omnes nationes poſſent ſcripturas legere & intelligere. Prouidit hoc Deus, vt aiunt veteres Patres, & non prouidit vt doctrina Euangelica D. Matthęi eſſet græce? ſed fac D. Matthæum ſcripſiſſe tantum hebraicè ſuum Euangelium, quod mihi nunquam fiet veriſsimile, ſed fac ita eſſe, certè aliquis ex Apoſtolis aut ex Euangeliſtis illud vertit græce, in quos ideo viſibiliter decidit Spiritus ſanctus vt ait Dionyſius Areopagita, vt quæ ab illis acceperimus nos ab Spiritu ſancto accepiſſe intelligeremus, ſi certum eſſet archetypa hebræa Euangelij Matthæi eſſe. Ego quod Euangelio Matthæi græco & Latino continetur longe & multo illis omnibus anteferrem, græcum enim & Latinum Euangelium D. Matthæi per manus Pontificum ſibi mutuo ſuccedentium, ab Apoſtolis ad noſtra vſque tempora deſcendit. hebræum Euangelium ſi eius vſquã fuiſſet copia Iudaica crederem exaratũ manu, qua nihil magis perfidũ eſſe poſſe oſtendimus lib. huius operis ſecundo. quod autem Diuum Hieronymum facit Eraſmus Apoſtolorum & Euangeliſtarum cenſorem quam mihi temere & praue factum videatur, non poſſum plane proloqui. D. Hieronymus cenſor ne ſit Apoſtolorum aut Euangeliſtarum, aut potius Spiritus S. qui in Apoſtolis & Euangeliſtis eſt loquutus? dirumperet tunicas D. Hieronymus præ animi ægritudine ſi iſtuc audiret. vt auerſati ſunt Apoſtoli eos qui ſibi diuinos deferebant honores, homines ſumus ſi-

cut

cut vos inquibant, multo magis id diceret D. Hieronymus: Doctor ego ſum Eccleſiæ non Apoſtolus nec Euangeliſta, aut quod grauius eſt Apoſtolorum cenſor & Euãgeliſtarũ, vel potius Chriſti & Spiritus S. in Apoſtolis & Euangeliſtis loquentium cenſor & caſtigator, quid ſibi vult Eraſmus? omnia noſtra facit ſuſpecta? Apoſtolos & Euangeliſtas humana ſcripſiſſe memoria, labi potuiſſe, & cætera quæ in illa verba: Et tu Bethlehem, ſcribit, referre horret animus: Ego Apoſtolis & Euangeliſtis credo quod Spiritui S. in Apoſtolis & Euangeliſtis loquenti credo, non credo Apoſtolis & Euangeliſtis tanquam Saluſtio & Titoliuio, ſed tanquam veritati primæ quæ legem nouam per Apoſtolos & Euangeliſtas, tanquam per viua quædam inſtrumenta nobis tulit, Spiritus ſanctus, ait Dominus, ſuggeret vobis omnia quęcunque dixero vobis, poſt hæc verba ſi quis doctior D. Hieronymo infinitis partibus (Nam D. Hieronymus ab hoc crimine abfuit longiſsimè, vt dixi in Prolegomenis) ſi quis inquam doctior infinitis partibus D. Hieronymo diceret Euangelia ab hebræa lectione diſcordare non pluris facerem doctiſsimum illum virum quam puerum ſeptuenem, quod in proberbio eſt: Adde ſi oculis cernerem & animo diſcrepare Euangelia à lectione hebręa Spiritui ſancto crederem lectionem hebræam dicerem eſſe mutatam ab impijs Iudæis, ſi lex noua à Deo lata eſt, impium, inquit, eſt, Chryſoſtomus in dicta à Deo inquirere an vera ſint, At qui lex noua à Deo lata eſt per vnigenitum filium, & in eius dicta inquirimus? & D. Hieronymum teſtem adhibemus? qua in re inſigniter huic Diuo fit iniuria, Nam pro eo in Prolegomenis reſpondimus, Scrutamini ſcripturas ait Dominus, illæ teſtimonium perhibent de me, diſce hebraicè & grecè & confert græce & hebraice ſcripturas adhibitis patrum veterum & veterum Iudæorum ſententijs & recentium quas colligimus in librum ſecundum, & quæ diſcordare à veritate hebraica dicuntur intelliges fraudes eſſe Iudaicas.

Matthæi ſecundo, Michææ quinto.

Sic enim ſcriptum eſt per Prophetam: Et tu Bethlehem terra Iudà. Vulgà. 201.

וְאַתָּה בֵּית לֶחֶם אֶפְרָתָה Lectio Hebręa.

καὶ σὺ οἶκος τοῦ βηθλεὲμ τοῦ ἐφραθά. Lxx.

Matthæus.

καὶ σὺ βηθλεὲμ γῆ ἰούδα.

HOc loco & ſimilibus audent quidam noſtri homines, de quibus ſupradixi, negare teſtimonia prophetarum hæc citari ab Apoſtolis & Euangeliſtis tanquam prophetias, ſed tanquam prouerbia & alluſiones, vt cum verſus Homericos aut Maronis ad rem de qua agimus accomodamus, atque inde id cognoſci quod alieno ſenſu à mente prophetæ citentur, & re & verbis diſſentiãt à lectione hebræa, nempè quod Iudaicum ſenſum verum prophetæ ſenſum eſſe arbitrarentur, cum longe ſecus ſe res habeat, ſi attente audieris partes omnes huius prophetiæ, Explicabo enim eas per partes, intelliges Euangeliſtam neque ſequutum eſſe in hac prophetia hebræam lectionem, neque tranſlationem Lxx ſed pro prophetia explanationem prophetiæ poſuiſſe, tantum abeſt, vt à vero ſenſu prophetæ abfuerit Euangeliſta dum eam citat, illud exciderat tranſlatorem quendam huius capitis diſtinctionem mutaſſe & principium eius quod eſt de alapa incuſſa Domino à ſeruo Pontificis, cum dixit: ſic reſpondes Pontifici? feciſſe finem ſuperioris capitis vt eo referri poſſet, quo Iudæi finem capitis ſuperioris referunt, Nam diſtinctiones ſcripturæ Iudaicas diuerſas eſſe ab

eccleſiaſticis diſtinctionibus, dictum eſt lib. 2. ſed iam ad rem aggrediamur.

Vulgata ibidem.

202 *Sic enim ſcriptum eſt per Prophetam: Et tu Bethlehem terra Iuda.*

Lectio Hebræa ſupra.

SAtis ſuperque annotationibus ſuperioribus dictũ eſt in eos qui hæc labefactare conantur, nec enim ſolus Eraſmus eſt, nunc de re ipſa. Hic locus nec citatur iuxta Lxx viros, nec iuxta lectionem hebræam, explanatur enim ab Euangeliſta, aut potius ab Spiritu Sancto per Euangeliſtam tanquam ab Eccleſiæ magiſtro. Deus enim nobis magiſter eſt: Nolite vobis magiſtrum vocare ſuper terram, qua de re multa diximus libro Primo hebraicè, græce, & Latinè eſt. Et tu Bethlehem Ephrata, id eſt, & tu domus panis germinans & floreſcens, quod patria Domini dicta eſt Bethlehem, ideſt, domus panis illius qui dixit: Ego ſum panis viuus qui de cælo deſcendi quem qui manducat homo viuet in æternum, dicta quoque patria Domini eſt Ephrata cognomento, ideſt germinans & floreſcens, quod inde oriturus erat Chriſtus, qui in ſcriptura dicitur, ſemach; quæ vox Latinè ſonat germen & florem, quod flos ille agri & lilium campi futurum erat, vt toto orbe germinaret multitudine fidelium & Eccleſiarum. Hilarius in illud Pſalmi. 131. Ecce audiuimus eum in Ephrata, mirabiliter Iudæos refellit, & ſuis Iudaicis interpretationibus prophetias facere mendaces arguit. Quod ergo duo oppida erant eodem nomine appellata Bethlehem, alterum in Galilæa in regione Zabulonitide, alterũ in Iudà cognomento Ephrata, & hoc nomen Ephrata obſcurũ erat populo Chriſtiano qui naſcebatur ex omnibus gentibus, Euangeliſta illud mutauit in verbum dilucidius & perſpicuũ magis, vt Eccleſiæ Doctor & magiſter, quaſi diceret: Et tu Bethlehem Ephrata, id eſt, & tu Bethlehem terræ Iuda, quod hoc nomine Bethlehem Iuda diſtinguetur à Bethlehem quæ erat in terra Zabulonitide; Pro lectione ergo hebræa, Græca, & Latina interpretationem eius hoc loco poſuit Euangeliſta, quaſi diceret: Et tu Bethlehem Ephrata, ideſt, & tu Bethlehem terra Iuda.

Vulgata ibidem.

Et tu Bethlehem. 203

Lectio Hebræa ſupra.

QVod D. Hieronymus in cap. 5. Michææ paruum vicum appellat Bethlehem, Eraſmus in annotationibus ex cap. 2. in principio Bethlehem obſcuri viculi nomen eſſe ait, & oppidum & alia quæ addit infra in fine annotationis in illa verba: Et tu Bethlehem, cum dixerit idem Eraſmus vrbem Dauid appellatam eſſe à Luca cap. 2. id quod D. Hieronymus noſquoque docet, nequis vrbem Bethlehem à D. Luca ſuſpicetur parum propriè appellatam & credat Iudæis qui per exiguum viculum fuiſſe aiunt ſciat Bethlehem à Ioſepho de antiquitatibus lib. 8. cap. 3. recenſeri inter vrbes munitas quas Roboam ſibi munierit cum creatus eſt Rex Iuda, quod ſi obijcias à D. Ioanne cap. 7. appellari vicum Græcè come ſcias vicum & comen appellari ab hebræis vrbes etiam magnas, vt diſces ex libro primo. de bello Iudaico cap. 4. vbi exercitus ab hoſte fuſus fugit in Cana Galilææ vicum, non fugit in vicum quales noſtri ſunt, ſed in oppidum paruum, munitum tamen.

Vulgata

Vulgata ibidem.

Vulga. 204 *Nequaquam minima es in principibus Iuda.*

Lectio Hebręa. צָעִיר לִהְיוֹת בְּאַלְפֵי יְהוּדָה

Lxx. ὀλιγοστὸς εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν·

Matthæus.

οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν ἡγεμόσιν ἰούδα.

HIc locus fecit vt quidam dicerent ab Apoſtolis & Euangeliſtis citari ſcripturas diuerſo ſenſu atque etiam interim contrario, quod hebraicè & gręcè legi videntur, Et tu Bethlehem minima es, & Euangeliſta citat nequaquã minima es. Ideo in principio huius annotationis lõgius euectus ſum conquerens de his qui noſtra conuellerent, vt ſequentia tranſcurrerem, locus hic quoque interpretatio ſcripturæ eſt potius quam tranſlatio. Diximus in Commentarijs in Eſaiam prophetam ſæpe docuimus Lxx viros id facere ſolitos vt pro interrogatione reſponſionem redderent, non interrogationem, quale ſi interroganter dicam: Tu vir malus es? huius interrogationis reſponſio eſt. Certè tu nõ es vir malus, ſi interroganter dicam: Ego ne id feci? huius interrogationis reſponſio eſt. Ego id non feci Lxx plerunque vt plane interpretentur ſcripturas non reddunt interrogationem ſed pro interrogatione reddunt reſponſionem, quale ſi pro ſuperioribus interrogationibus verteres: tu vir malus non es, Ego id nõ feci. Auguſtinus lib. 2. quæſtionum ad Simplicianum quęſtione quinta, & in Epiſtola ad Paulinum. 59. in qua reſpondet ad nouem quæſtiones propoſitas in reſponſione ad ſeptimam quæſtionem, & in Concilio Aquiſgranenſi cap. 3. monemur multa eſſe in ſcripturis quæ niſi proprio modo pronuncientur ſiue interroganter ſiue affirmanter, in contrariam ſententiam recedunt, quales ſunt ſuperiores interrogationes, vt ſi dicas affirmanter, tu vir malus es, affirmas illum virum eſſe malum, ſi interroganter dicas: tu vir malus es? negas malum eſſe, Ita hunc locũ Lxx, Et tu domus Bethlehem Ephrata minimá es? ſi legas interroganter negas eſſe minimam, Nam ſi dico. Et tu Bethlehem minima es? interroganter, reſponſionem habet, nequaquã; qualis illa ſuperior interrogatio, Et tu malus es? reſponſionem habet, nequaquam. Euangeliſta ergo more Lxx virorũ pro interrogatione hac: Et tu Bethlehem minima es, reddidit reſponſionem, nequaquam minima es. Vt doceret interroganter hæc eſſe legenda non affirmanter, & ita legendum illud vulgatæ: Et tu Bethlehem Ephrata paruulus es? interroganter, id eſt, nequaquam es paruulus. Nam Bethlehem apud hebræos genere maſculino eſt, vt Narbo apud noſtros, & illud: Et Pyrgi veteres, &c. Ita Euangeliſta Eccleſiæ magiſter pro tranſlatione ſcripturæ huius loci ſententiam expreſsit; quidam neſció qua confidentia audent negare hunc locum in vulgata rectè tranſlatum & aiunt ab Euangeliſta contrario ſenſu citatum, etſi intelligatur Iudaico ſenſu, ita eſt, ſi eccleſiaſtico, non ita eſt.

Vulgata ibidem.

In principibus Iuda. Vulga. 205

ἐκ σοῦ μοι ἐξελεύσεται τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα τοῦ ἰσραήλ. Lxx.

Matthæus.

ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται τοῦ εἶναι ἡγούμενος ὅστις τὸν λαόν μου τὸν ἰσραήλ.

HVnc locum vertit Euãgeliſta ſuo modo, ita vt diſcrepare videatur à vulgata D. Hieronymi & à tranſlatione Lxx: huius ratio eſt, quod Alphe milia

lia ſignificet, & bealphe in milibus vt vertere Lxx, & D. Hieronymus, & alphe ſignificat etiam familias & principes, & patres, & ita D. Matthæus reddidit in patribus in principibus, vt ſit ſenſus, nequaquam minima es in magnis & in principibus Iuda, quod familia Dauidica quanquam iam redacta ad tenuitatem, nequaquam erat minima in familijs Iuda & in principibus viris, quod ex ea oriturus eſſet Chriſtus.

Vulgata ibidem.

206 *Ex te enim exiet dux qui regat populum meum Iſrael.*

Lxx. ἐκ σοῦ μοι ἐξελεύσεται τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα τοῦ ἰσραήλ.

Matthæus.

ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν ἰσραήλ.

NEc hæc pars verba lectionis hebrææ repręſentat, nã quod Lxx reddidere: ex te mihi egredietur, vt ſit in principem in Iſrael, & quod reddidit D. Hieronymus: ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael, dixit Matthæus, ex te enim exiet dux qui regat populũ meũ Iſrael, verba tranſlationis Lxx virorum ſententiam tantum exprimunt. De hoc loco Chryſoſtomus in cap. Matthæi. 2. Homelia. 7. diuinitus vbi Iudæos refellit & Iudaicam interpretationem, ſed ne Iudæi putent ſe referre poſſe hunc locum ad ſuum Chriſtum quẽ expectant, ad Antichriſtum, ſcilicet qué regem potentiſsimum futurum teſtantur, ſequitur in propheta & egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis; Palæologus. Si egreſſus eius à diebus æternitatis, Deus erat ergo hic natus in Bethlehem, nec enim progreſſus hominis tantum dictus eſt vnquã à diebus æternitatis fuiſſe, ſed progreſſus Dei qui homo factus propter nos & propter noſtram ſalutem, ita Euangeliſta Matthęus pro tranſlatione totius huius loci prophetici qué per partes citauimus explanationem citat & ſententiam veram & legitimam, non citat verba prophetæ nec iuxta hebræam lectionem, nec iuxta Lxx virorum interpretationem, non tamen citat quod noſtri quidam homines noſtræ tempeſtatis aiunt, prophetiam vt prouerbia citare ſolemus, & tã quam alluſiones, ſed explicat veram & legitimam mentem prophetæ, vt Eccleſiæ magiſter.

Ex cap. 2. Matthæi, & Oſeæ. 11.

Vt adimpleretur quod dictũ eſt per prophetam, ex Ægypto vocaui filium meum. Vulg. 207

ומִמִּצְרַיִם קָרָאתִי לִבְנִי Lectio Hebręa.

VEre D. Hieronymus in diſceptatione illa celeberrima vtrum Apoſtoli & Euangeliſtæ citarint teſtimonia ſcripturæ iuxta tranſlationem Lxx an iuxta lectionem hebræam, tandem docuit Apoſtolos & Euangeliſtas teſtimonia ſcripturæ citaſſe iuxta Lxx viros, vbi tranſlatio Lxx virorum vitiata non erat, & credo ego tẽpeſtate Apoſtolorum tranſlationem Lxx virorum viciatam non fuiſſe, poſtea in eam inolevere vitia non pauca, quod ait D. Hieronymus. Citatur ergo hic locus iuxta lectionem hebræam non iuxta tranſlationem Lxx quod tranſlatio Lxx vitiata hoc loco erat. Eraſmus in annotationibus in hunc Matthæi locum ait ex hoc teſtimonio quod Matthæus citat ex Oſeæ cap. 11. Iulianum impium Apoſtatam arripuiſſe anſam calumniandi Chriſtianos quod Euangeliſtæ detorquerẽt violenter ad Chriſtũ quod dictũ eſſet de Iſraele quę calũnia cõmunis fuit Iuliano cum Iudæis qui noſtris Euãgeliſtis obijcere ſolent quod teſtimonia citẽt ex ꝓphetis aliorſum quã a prophetis dicta

dicta, & ad Chriſtum detorquent violenter, vnde noſtri quidam homines vt in principio ſuperioris prophetiæ diximus non abhorrent, quin potius illorũ cauſam ſuſcipiunt & tuentur, nec mihi videntur, qui referunt calumnias Iudaicas, aut impij Porphyrij aut Iuliani Apoſtotatæ ſimiliumve, nec eas refellunt, nõ multum ab his diſsidere. D. Hieronymus impium Iulianum refellit quod etiam ſi locus hic ad populum Iſrael referatur nihilominus quod Iſrael typus Chriſti erat, typum citaſſe Euangeliſtã Matthæum vt quædam etiam typice ab Apoſtolicis & Euangeliſtis citantur, quæ leges apud Hieronymum, mihi placet magis Chryſoſtomi ſententia homilia ſecunda. in feſto innocentium, & Euſebij Cæſarienſis lib. 9. demonſtrationis Euangelicæ demonſtratione quarta. Cur mihi ita videatur ex principio huius capitis oſtendere conabor, oſtenſurus, Deo bene iuuante, ſi vita ſuppetet, in Commentarijs in prophetam Oſeã, interim conquerar neceſſe eſt de tranſlatoribus quibuſdam qui mutata capitum diſtinctione ne ad exemplum diſtinctionis Iudaicę vt finis capitis ſuperioris & principium. 11. capitis Oſeæ magis cum Iudaica diſtinctione congruerent eccleſiaſticam ſcripturam perturbant, ne ſanctorum interpretatio huic loco poſsit congruere, tamen nos à principio huius capitis iuxta eccleſiaſticam diſtinctionem pauculos verſus interpretemur, reliqua in commentarijs in Oſeã dicturi ſi Deus dederit.

Vulgata cap. 11. Oſeæ.

207 *Sicut mane tranſit, pertranſijt Rex Iſrael, quia puer Iſrael, & dilexi eũ, & ex AEgypto vocaui filium meum, vocauerunt eos.*

Lectio Hebręa. בַּשַּׁחַר נִדְמֹה נִדְמָה מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל : כִּי נַעַר
יִשְׂרָאֵל וָאֹהֲבֵהוּ וּמִמִּצְרַיִם &c.

Septuaginta.

Mane expulſi ſunt, expulſus eſt Rex Iſrael, quoniam infans Iſrael & ego dilexi eum, & ex Ægypto vocaui filium meum ſicut vocaueram ipſos.

Diuus Hieronymus ſic interpretatur iuxta Hebræos, vt ſæpe profeſſus eſt. Sicut mane celeriter tranſit, ſic celeriter delebitur res Iſrael. Hebraicę eſt in mane, deinde comparatio rerum malarum non petitur à rebus gratis & iucũdis, qualis eſt aurora, vt regnum Iſrael tranſiſſe ſicut aurora dicatur, Si diceretur ſicut nos ferri poterat, ſicut aurora grata, & rubicunda, nõ præterunt res malæ neque celeritas temporis poteſt ſignificari comparatione rei alicuius gratæ & bonæ, quæ tranſijt cito, Neque celere tempus fuit ruinæ regni Iſraelitici, expectauit enim Dominus decem tribus diutiſsimè dum conuerterentur, & ſæpiſsimè eas pręmonuit per prophetas vt reſipiſcerẽt, etſi ad regem vltimum referas, eum expectauit nouẽ annos, nõn perijt ergo ſicut mane, id eſt, tẽporis mométo. At vide quęſo, quã cauſam ſubijciat quia puer erat, & dilexi eũ. Egregia rerum conſequutio, vt periret Rex Iſrael quia puer erat, & dilectus à Domino, nec erat puer, nec dilectus à Domino. Sed hoc, inquiunt, refertur ad populum Iſrael cum erat in AEgypto quia tũc cępit pullulaſcerę, dicitur puer, & quia tunc puer erat, dilegebatur à Domino. Vide quam res interſe diſtantes coniungant hebræi. Agitur iuxta illorum ſententiam de ruina Regni decem tribuum & illarum regis, & ſubijcitur cauſa huius ruinæ, quod in AEgypto Iſrael puer erat & diligebatur à Domino imo ea cauſa potius ſeruandus erat Iſrael, quod magnanimus tuetur ſua beneficia & ſemper tuetur quem ſemel cæpit tueri, ſi neges hanc ſubiectam eſſe cauſam ruinæ regni Iſraelis, ſed dictum eſſe à propheta, quod Iſrael perierit, qui cum

cum puer erat, dilectus ſit à Dño, cur tã diuerſa coniunxit, quæ inter ſe milleſimo diſtabãt anno? & mille alia reperies quæ repugnent. Vide quam magis hæc Christi fugæ in Aegyptum conueniant, puer erat Chriſtus & infans & Dei dilectus, & non paſſurus tã cito, videre hęc Iudæi, & ideo aliter diſtingunt hoc caput, quos ſequũtur Vatablus, Pagninus, & alij quidam interpretes in aurora, inquit, Vatabl⁹, excíſus eſt rex Iſrael, id eſt in principio regni Oſeę, falſum hoc eſt, Nã non eſt deletus in principio regni; ſed nono eius regni anno vt liquet ex 4. Regũ cap. 17. neq; bene cohærebat vt diceretur in aurora, id eſt, in principio regni, & ſexcenta ſunt alia quę perſequi longũ eſſet, refer nunc ad Chriſtũ, & experiere quã congruãt omnia cũ ſententia Chryſoſtomi & Euſebij Cæſarienſis, Palæologi, aliorumq; patrũ. Vulgata ſic: Sicut mane tranſijt, pertranſit rex totã Iudæã vſq; ad AEgyptũ fugiens rex Iſrael rex Chriſtus, iuxta illud: Accipe puerũ & matrẽ eius & fuge in AEgyptũ, & dilexi eum, iuxta illud: Hic eſt filius me⁹ dilectus, & ex AEgypto vocaui filium meũ, reuocaui eũ ex AEgypto mortuo Herode, vocauerunt eos. i. ſicut olim reuocauerũt eos Iudæos Moyſes & Aarõ, vt ſignificet propheta illã hiſtoriã typũ fuiſſe huius prophetiæ, tranſlatio Lxx Mane expulſi ſunt, expulſus eſt rex Iſrael quando perſequente illum Herode dictũ eſt Ioſeph ab Angelo Matthæi. 2. Surge & accipe puerũ & matrẽ ei⁹, quia infans Iſrael, infans erat Chriſtus, & ego dilexi eum, eſt filius meus dilectus, & ex AEgypto vocaui filiũ meũ, ſic enim hũc locũ legere veteres. i. reuocaui illũ mortuo Herode, ſicut olim vocauerã ipſos ex AEgyptiaca ſeruitute, ſolẽt enim Prophetæ cum citant teſtimonia ſcripturæ oſtendere illa typũ fuiſſe rei de qua agitur, & ita iuxta tranſlationẽ Lxx reuocatio Iſreel ex Aegypto typus fuit reuocationis Chriſti ex Aegypto quod Iſrael filius primogenitus Dei eſt appellatus, & cum reuocatus eſt ex captiuitate, dictus eſt reuocatus ex Aegypto primogenitus Dei filius, typus. ſ. primogeniti filij Dei naturalis quod ſignificauere Lxx cũ dixere. Et ex Aegypto vocaui filium meũ, ſicut vocauerã ipſos, negabis ſic eſſe hebraicè, muta litterã vnã & intelliges eã agnouiſſe lectionẽ Lxx viros Nã frequẽtiſsime hebraice duplex eſt lectio lege ergo pro, nidmo, nidma, nidcho nidcha, & ſacies expellẽdo expelletur, & rabini teſtantur vt dictũ eſt hoc loco duplicẽ eſſe lectionẽ hebręam, caſacar, ſicut mane, vt vertit D. Hiero. & baſacar, in mane, vt vetere Lxx lectio hebræa quę nunc circunfertur duplex quoq; baſacar, in mane, vel in aurora, aut; caſacar, ſicut aurora, nidmo, nidma, aſsimilando aſsimilabitur, Nam, dama, frequentius aſsimilare ſignificat, Melech, Iſrael, rex Iſrael, vt ſit in mane, vel ſicut mane, aſsimilabitur rex Iſrael. i. ſicut lãpas exorietur rex Iſrael, quia his qui erant in tenebris lux orta eſt eis. Chinaar Iſrael, quia infans Iſrael, vel quia puer Iſrael, quia Chriſtus erat infans. Nam Iſrael Chriſti nomen eſt, vt latius alibi diximus, & dilexi eum, & eſt filius meus dilectus, & ex Aegypto vocaui filium meum reuocaui illum ex Aegypto. Exortus eſt igitur vt lampas Chriſtus. &c.

Matthæi. 2. Hieremiæ. 31.

Vox in Rama audicta eſt. &c. Vulg.

208

קוֹל בְּרָמָה נִשְׁמָע נְהִי בְּכִי תַמְרוּרִים רָחֵל מְבַכָּה עַל בָּנֶיהָ מֵאֲנָה לְהִנָּחֵם עַל בָּנֶיהָ כִּי אֵינֶנּוּ׃ Lectio Hebręa.

Φωνὴ ἐν ῥαμᾶ ἠκούσθη θρήνου καὶ κλαυθμοῦ καὶ ὀδυρμοῦ ῥαχὴλ ἀποκλαιομένη τοὺς υἱοὺς αὐτῆς καὶ οὐκ ἤθελεν παρακληθῆναι ὅτι οὐκ εἰσί. Lxx.

Matthæus.

Φωνὴ ἐν ῥαμᾶ ἠκούσθη θρῆνος καὶ κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς πολὺς ῥαχὴλ κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι ὅτι οὐκ εἰσί.

CHRY-

CHryſoſtomus in cap.1.Ioānis Ho melia.12. Euangeliſtarum hūc mo rem fuiſſe prædicat per ſingula facta Chriſti,aut de Chriſto prophetarum prę dictiones quibus illa fuerunt præſignifi cata citare diligenter, quale ſuper natiui tate hoc factum eſt, inquit Matthæus, vt adimpleretur quod dictum eſt: Ecce virgo concipiet ; & vt Herodes occidit innocentes Hieremiæ teſtimonium adducit: vox in Rama audita eſt,ita diligēter Euangeliſta Chriſti Domini myſteria omnia prædictionibus propheticis confirmat, hoc & alij patres adnotant, ſed Iudæi non parum diligenter eaſdem refellunt prophetias,& vitiant, aut manu , aut interpretatione, vt non prophetiæ eſſe videantur, ſed prouerbia, alluſiones, & præferre ſenſum longe diuerſum, quam eum quo ab Euangeliſta citantur. Quæro ego an manifeſtiores noſtræ ſacræ religionis refutationes eſſe poſsint, tales ſunt interpretationes Iudaicæ ſuperiorum locorum quos citauit Euangeliſta tales,& loci huius de quo di cendum eſt, Nequeo verbis exprimere quanta ex noſtris quibuſdam aduerſum res noſtras pugna conſurgat, primum omnium Eraſmus in hunc locum negat Euangeliſtam hæc citaſſe ex Hieremia, nec iuxta hebræam lectionem, nec iuxta Lxx cum & iuxta hebræam lectionem citetur hic locus Hieremiæ, & potiſsimum iuxta Lxx tranſlationem, hoc ſolo differt quod ſæpe diximus ex Origene & alijs patribus Euangeliſtas ſolitos citare neceſſaria,& omittere media,& verba mutare in alia ſimilia quod hoc loco facit Euangeliſta ἀποκλαιομένης; ideſt plorans,mutans in ἀποκλαίουσα, ideſt plorans & mutans τὰ τέκνα, ideſt filios in τοὺς υἱούς, ideſt filios,& addens vnam dictionem πολύς,ideſt multus,quę ex trāſlatione Lxx, & ex lectione hebræa exci derat. Nec enim euangeliſtæ neceſſe eſt nunerare omnia verba,ita vt filios in liberos mutare non poſsit, hebraice pro non voluit conſolari, quia non ſunt eſt, non voluit conſolari ſuper filios eius; quæ verba duo nec in Euangeliſta ſunt nec in tranſlatione Lxx virorum; quam tranſlationem Euangeliſtæ citant. At D.Hieronymus inquit Eraſmus caſu pa trio illa vertit lamentationis, luctus, fletus, plorantis, Quid tum poſtea? indeclinabilia hæc ſunt hebraicè, potuit vertere D. Hieronymus caſu patrio, potuere quoque reddere Lxx quos citat Euangeliſta nominandi caſu. Negat, inquit, Hieronymus hunc locum citatum eſſe iuxta tranſlationem Lxx ab Euangeliſta ipſe Eraſmus centies admonet nos multa Commentarijs D. Hieronymi ab inepto lectore addita eſſe, conferret Eraſmus Græca Græcis, quādo doctiſsimus græce erat, & reperiret ſingula ſingulis reſpondere fideliter, nec enim quod alter lamentatis dixerit, alter lamentata exempli cauſa,& liberos alter, alter filios quidquam intereſſe putaret vir doctiſsimus. Iudæi hunc locum negant de Innocentium cæde intelligendum in aduentu Magorum quo intellectu citatur ab Euangeliſta, ſed de decem tribubus in captiuitatem ductis ab Aſſyrijs, Quid Iudæos aut Iudaizantes credis ad myſteria Chriſti ſcripturam fuiſſe relaturos, quæ omnia quanta maxima vi poſſunt confutant, vnde Iudaicas interpretationes noſtræ ſanctæ fidei dicimus eſſe refutationes. Eodem ſpectare videtur Iſidorus Clarus, Vatablus vtranque ſententiam refert veriorem tamen Iudaicā ſententiam arbitratur de captiuitate dē cem tribuū & placere illam doctioribus ait rabinos appellat doctiores, Euāgeliſtas in doctis annumeratur, certè eius ſententia poſthabita eſt rabinorū interpretationi, ſpecta ſodes noſtrorū quorūdā audaciam & tamen in oculis quorūdam feruntur, alius interpres pro, quia non ſunt, vertit, quia non ipſe, vt referatur ad interpretationem Iudaicam de decem tribubus, quia non ipſe, ſupple, Iſrael, quia non eſt Iſrael. Nam Iſraelis nomine appellantur decem tribus, ſed con

tendunt hebraice eſſe,enenu,non eſt ipſe Iſrael,ſcilicet,quia non ſunt iam decē tribus quę captiuæ ductæ ſunt, neque poſſe verti pluraliter, pluraliter vertere Lxx & D.Hieronymus, & Euangeliſta Matthæus quorum ad comparationem rabinos omnes pili non facio, quod ſi quis contendat nunquam,enenu,in tertia perſona pluraliter accipi poſſe, quid ſi vna littera mutata ſit?oſtēdimus enim libro.2.cap.64.numerum ſingularem in hebræa lectione mutatum reperiri in pluralem numerum, frequenter in hebræa lectione aut fraude aut negligentia Iudaica,& contra pluralem in ſingularem, & cum conſtet teſtimonio Lxx virorum,& D.Hieronymi, & Euangeliſtæ Matthęi hæc tranſlata pluraliter,aut enenu,pluraliter verti poteſt,aut hebraicè pro enenu, enam, legendum erat; Accedit ille alter & hunc locum de decem tribubus interpretandum putat, Et ita neſcio qua ſorte Euangelica & Apoſtolica à noſtris quibuſdam tectè quidē ſed validè oppugnantur, & poſtea frigigida & friuola allegoria pro Euangeliſta reſpondet, mallem me ab omnibus deſertum,quam ſic defenſum,peius tamen illud eſt,quod D.Hieronymum authorem huius Iudaicæ ſententiæ citat, & D. Hieronymo falſiſſimum crimen impingit,quod D. Hieronymus quæſtionem proponat quomodo cùm hic locus prophetiæ ſit de decem tribubus Euangeliſta de cæde Innocentium eum citauerit, & Iudæorum ſententiam refert,reſpondet tamen poſtea. Dicant illi quod volunt, non rectè teſtimonium ſumpſiſſe dicemus Euangeliſtam Matthæum pro loco in quo Rachel condita eſt, & vicinarum in circuitu villarum filios quaſi ſuos fleuerit, & ſequentia ſic interpretatur. Ego hos homines ſatis admirari nō queo,aucupari ſe putant eruditorum nomen ſi Euangelicis litteris aduerſentur, & Hieronymi nomen Iudaizantibus annumerent cum nihil magis aduerſetur Iudaizantibus, quam D.Hieronymi ſcripta. Sed iam aduerſariorum noſtrorum & Iudæorum ſententiam refellamus eccleſiaſticam & Euangelicam oſtēdamus neceſſario huic loco congruere, neque aliam ſententiam huius loci vllo modo eſſe poſſe. Primum omnium totum illud cap. Hieremiæ.31. de Chriſto eſt & magna Chriſti continet myſteria, vt interpretatur Diuus Hieronymus, & refellit Iudæos qui hoc caput alio referunt,quod ſi ad Chryſti myſteria hoc caput referendum eſt, eo referendum eſt hoc oraculum ad cædem Innocentium, ſcilicet, quo refert Euangeliſta ſed hoc argumentum apud noſtros pondus habet omnium maximum, apud Iudæos qui ſacra huius capitis ſenſa peruertunt nullius erit momenti. Sed age Iudæis ob turemus ora. Rachel luget decem tribus cur non potius Lia & ancillæ vtriuſq;? Rachel duos edidit filios Beniamin, & Ioſeph, Beniamin ſaluus relinquebatur ex captiuitate decem tribuum, Regnum nanque Iudas duas continebat tribus Iudà & Beniamim, luget ergo Rachel nepotes duos Ephraim & Manaſſe, cur ergo Lia quæ multo plures pepetat Patriarchas, vnde erant ortæ ferè omnes tribus decem quæ captiuæ ducebantur, non lamētatur,non eiulat?ad eam enim potiſsimum hæc pertinebat calamitas, deinde ſi hæc lamenta de decē tribubus ſunt,in medio Iſraelis erant futura hæc lamēta,aut in finibus Iſraelis,ea via qua ducerentur captiuæ, adde quod ait D. Hieronymus quoſdam Iudæorū quod hoc viderint interpretari hunc locum de vaſtitate inuecta poſt crucem Domini Iudæis à Romanis ſub Veſpaſiano, & ſub Adriano,vbi multa captiuorum milia Romam ducebantur, ad occaſum, ſcilicet. Nam Aſſyrij ad orientem ſunt ſiti, Age ſi Deus faceret vt Romam aſportarētur rei ex Gallia,num per Hiſpaniam aportarentur?an potius tranſcenderent Alpes? & Mediolanum, & recta via per mediam Italiam iret? non perſonat Iſrael lamentis, nec via quæ tendit

dit ad Aſſyrios ad Orientem verſus, ſed Ramà quæ vrbs Iudææ erat, vt leges cap. 18. Ieſus Naue ſub finem vbi Rama recenſetur inter vrbes tribus Beniamin, quæ tribus cum tribu Iuda in vnum regnum coaluit, & ita nomine Iuda hæ duæ tribus intelliguntur, ducuntur ergo captiuæ decem tribus, quæ vno Iſraelis nomine intelliguntur, & non luget Iſrael, & luget regnum Iuda? non luget via quæ ſpectat ad Orientem qua eundum erat ad Aſſyrios quo captiuæ ducebantur decem tribus, & luges via quæ ſpectat ad Occaſum? quod vidit etiam Diuus Hieronymus qui ait; Bethlehem Ephrata nequaquam fuit in tribu Ephraim, quæ florentiſsima erat inter decem tribus, ſed in tribu Iuda, quomodo igitur regnum Iuda luget, & non luget regnum Iſrael? quod ducitur in captiuitatem; ſed aiunt Diuum Hieronymum non vertiſſe, vox in Rama; ſed vox in excelſo, ſolet hæc fieri vt quidam Gregorium appellant Vigilátium & Chryſoſtomum os aureum, quod id ſonent Græcæ voces, non tamen negat Diuus Hieronymus hunc locum recté verſum à Lxx viris, & recté ab Euangeliſta Matthæo iuxta tranſlationem Lxx virorum fuiſſe citatum, & Rama nomen proprium eſſe vrbis in finibus Iudææ, diſces vt dictum eſt ex Ieſu naue cap. 18. ſub finem, & ex lib. 3. Regum cap. 15. vbi munitur à Rege Iſrael qui bellum gerebat aduerſum Regem Iuda vt non poſſet quiſquā egredi vel ingredi partium Aſa Regis Iuda. Et quibus verbis ſcripturæ patet Rama oppidum eſſe Iuda quod captum à Rege Iſraelis muniebatur, nequiſquam à Rege Iuda eo ingredi poſſet, aut ne id poſſet recuperari à Rege Iuda, neue quis ex eo oppido ad Regem Iuda poſſet commeare. Idem intelliges ex lib. 2. Paralip. cap. 16. Eſt ergo nomen oppidi Iudææ, & habemus 72. teſtes pro nomine proprio Rama acceptum fuiſſe ante aduentum Domini, habemus authorem Euangeliſtam qui hanc tranſlationem probat, nemo eſt ergo qui eam poſsit vituperare modo fidelis ſit, cur ergo Iudęi tāto conatu hanc interpretationē aduerſantur? quod vel hoc ſolo verbo Iudæi & noſtri aduerſarij in vinculis conſtricti tenētur: ducūtur captiuæ decē tribus Oriētē verſus, & ſola luget Rama vrbs regni Iuda ad occidentē verſus? non cohæret, hoc ergo noſtros aduerſarios malevult quod Iudaicā ſententiā, vel hoc verbum ſolum referat, quam vero ſenſus euangelicus cum literis propheticis cohęreat nunc iam accipe. Matthæus cap. 2. tunc Herodes, inquit, videns quoniam illuſus eſſet à Magis, iratus eſt valde & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius. Dixerat Euangeliſta Bethlehem Iuda patriam eſſe Domini iuxta Michæam Prophetam, & nunc occidūtur pueri iuſſu Herodis in Bethlehem, & in omnibus finibus eius, congruit ergo bene quod lamentatio matrum puerorum Innocentium audita fuerit in Rama quæ in finibus Iudææ erat, & Rachel plorat filios ſuos quia mater erat Benianim, & tribus Beniamim coniuncta erat cum Iuda tribu, & condita erat Rachel in Bethlehem, vt ſcriptum eſt Geneſeos 35. & docet etiam ita eſſe Hieronymus in Commentarijs in hunc locum Hieremiæ, Rachel vero condita in Bethlehem pro tota illa regione Bethlehemitide accipitur quæ plorat filios Innocentes ferro peremptos Herodis iuſſu.

n Sed quoniam de Rachel facta mentio eſt ſunt qui ſcriptis ſuis prodāt Rachel ſine dolore peperiſſe; & huius rei authorē D. Hieronymum citēnt, Neq; huius ſententiæ D. Hiero. eſt author, nec ſcio qua ratione hæc ſentētia poſsit defendi, ſola ſacra virgo ſine dolore peperit, quod Chriſtus Dñs ſic vtero virginis prodijt, vt ad Apoſtolos poſt reſurrectionē clauſis ianuis eſt ingreſſ⁹, vbi dolor ſētiri nōpotuit q definitur à Platone

in Philebo, ſolutio, ſiue ruptio cótinui, In ſacra virgine ſola nulla fuit ſolutio aut ruptio continui, ſola ergo hæc virgo ſine dolore peperit, præterea nulla. Cur ergo quiſquam ſcribat Rachel ſine dolore peperiſſe? & eius rei authorem citet Hieronymum Michæ.4? D. Hierony. Michææ.4. ſcribit cótrarium. Ait enim ſolam Rachelem in ſacris ſcripturis legi cum dolore peperiſſe ex ſanctis mulieribus, & quærit qua ratione iſtuc ſcriptũ ſit. Non quod ſanctæ fœminæ peperint ſine dolore, ſed quia; vt eſt apud Ioannem.c.16. Mulier cũ parit triſtitiã habet, cùm autem peperit puerũ iam nó meminit preſſuræ propter gaudiũ, quia natus eſt homo in mũdo. Ideo enim ſanctę fœminæ non dicebantur peperiſſe cum dolore, non quod non oborirẽtur dolores acerrimi cùm parturirent, ſed quia poſt partum ſanctorum gaudebãt ſanctorum partu matres, ſolam Rachelẽ ſcriptura prodit, inquit Hieronymus, peperiſſe cum dolore, vt non videatur oblita preſſurę poſt partum ſanctorũ. Huius rei cauſam quærit D. Hiero. tantum abeſt vt dicat D. Hiero. Rachelem aut vllam aliam ſanctam fœminam, excepta ſacra virgine, ſine dolore peperiſſe. Iam ad id reuertar quod mihi dicere excidit de hoc loco Pſal.18. non ſunt loquelæ nec voces quorum non audiãtur voces eorum, quę fuit Prophetia miſsionis Spiritus ſancti, vt prędicatores Euangelij omniũ linguis loquerentur, quod niſi datum eſſet verbi prædicatoribus fruſtra mitterentur, vt prædicarent Euãgelium omni creaturæ, vnde ſequitur in omnem terram exiuit ſonus eorũ, & in fines orbis terrę verba eorum, ergo hæc dicta ſunt quæ eo cap. lib.3. quod dictũ eſt demonſtratio ad oculum vbi monſtratum eſt hanc varietatem pluralis numeri & ſingularis eſſe frequentiſsimam & hoc loco Pſal. 18. אין nomini numeri pluralis & nomini numeri ſingularis rectè copulari, quod Iudæi vertunt nonne eſt ſermo, neque ſunt loquelæ quorum non audiantur voces eorum, vbi ain, ſignificat non eſt ſermo, & poſtea ein, nó ſunt loquelæ quorum non audiantur voces eorũ, in quibus non loquantur Apoſtoli & Euangeliſtæ, hęc Iudęi deprauãt.

Vt adimpleretur quod dictum eſt per Vulg.
Prophetas: Quoniam Nazaræus vo- 209
cabitur.

HAbitaſſe Dñm in vrbe Nazareth ſcribit Euangeliſta in Galilæa vt occaſione patriæ Nazareth, nominaretur Dñs Nazarę us, & Nazarenus, qđ natura erat, & complerentur prophetię quibus prædictum erat vocandum fuiſſe Dominum Nazaræum, Nam, Nazar. ſeparare ſignificat, & conſecrare & ſanctificare: quanuis Hebræi contendant tantum ſignificare id quod latinè dicimus ſeparare, vt nobis aduerſentur, & Chriſto Domino ne dicatur ſanctus ſanctorum quod natura erat. Cæteri Chriſti erant typi, eſt interpres qui hos ſequitur nec noſtrorum meminit. Hinc Nazareth, ſeparatio, conſecratio, ſanctificatio, & Nazarę us, ſeparatus, conſecratus, ſanctificatus; quod ſeparatus eſſet vita à cęteris hominibus, iuxta illud, Quoniã diſsimilis eſt alijs vita illius, & immutatæ ſunt viæ eius, abſtinet ſe à vijs noſtris tanquam ab immunditijs & gloriatur patrem ſe habere Deum. Nazaræus erat ab infantia, neque alius potuit eſſe Nazaræus ab infantia abſque ſolo Chriſto Domino, vt intelliges ex cap.6. Num. & ex cæremonijs quibus fiebat aliquis Nazaræus, quæ fieri non poterant ab infantia, ab infantia autem erat Chriſtus ſeparatus à cæteris, cùm mulier circundabat virum, hoc eſt cum in vtero virginis ſanctus ſanctorum erat, plenus ſapientia & intellectu, iuxta humanam naturam, viator & comprehenſor, Deus verus, homo verus; Delegit ergo patriã Nazareth, quæ latinè ſonat ſeparationẽ, ſanctificationem, conſecrationem, vt

occa-

occaſione patriæ Nazaræus diceretur id eſt conſecratus, ſanctificatus, ſanctificans, & ſeparatus à cæteris hominibus. Nã Nazaræus ab infantia in lege veteri nemo poterat eſſe, ſolus Chriſtus Deus verus natura erat Nazaræus quippe ſanctus ſanctorum & quod non per legem erat Nazaręus ſed natura occaſione patriæ voluit appellari Nazaræus quod ipſe natura erat. Sed Pagninus negat Nazareth & Nazarænum ſcribendum eſſe per, z, ſed per, ſ, & longe aliud eſſe Naſarænum, quàm Nazaræum, vnde quid aliud colliget quiſquam, quam errorem Euangeliſtæ? qui Chriſtum Dominum ſcribit ortum in Bethlehem, habitaſſe in Naſareth per, ſ, vrbe Galileæ, vt occaſione patriæ Naſareth per, ſ, Naſaræus appellaretur compleренturque prophetiæ quę illum Nazaræum nominandũ prædixerant. Si Naſarænus à Naſareth vrbe per, ſ, nominatus eſt vnde appellatus eſt Dominus Naſarænus per, ſ, aliud eſt à Nazaræo, & diuerſa orthographia ſcribuntur fruſtra fuit Euangeliſta qui occaſione patrię delectæ à Domino Nazaręum appellatum ſcribit Dominum, ſiquidem Dominus iuxta Pagninum Naſarænus eſt appellatus per, ſ, non Nazaræus, quæ nomina iuxta ipſum ſunt longe diuerſa, colligiturque illud, Chriſtum Dominum nõ fuiſſe verum Chriſtum ſiquidem Chriſtus iuxta vaticinia Prophetarum, vt ait D. Matthæus, appellandus erat Nazaræus; Chriſtus appellatus eſt Naſarænus per, ſ, non Nazaræus, Chriſtus ergo non erat Chriſtus. Colliget etiam qui volet erraſſe Euangeliſtas omnes, & Apoſtolos qui Nazarenum ſemper per, z, ſcribunt, nũquàm per, ſ, & græce citra diſcrimen in litteris Apoſtolicis & Euãgelicis Chriſtus Dominus Nazarænus & Nazaræus appellatur per, z, & nunquam per, ſ, ſed vidiſſe ſe ait Pagninus titulo ſanctæ crucis Romæ ſcriptum per, ſadich, hoc nomẽ, vnde apparet Naſarænum dicendũ Dominum non Nazarænum. Fac ita eſſe vt ſcribit Pagninus: maior ne fides erit militi impio, qui cruce affecit Dominum, & titulum ſcripſit crucis, quam Apoſtolis & Euãgeliſtis, Scriptus eſt titulus crucis litteris græcis, hebraicis & latinis. Sed facilius credere Pagni. falli, & fallere nos voluiſſe. Nam titulus crucis Romæ repertus paſsim circumfertur typis excuſſus, nec vt Pagninus aſſerit. Cur Pagninus non fecit teſtes homines doctos ſcriptum eſſe græcè & latinè in titulo crucis Naſarenum & non Nazaræum? vt mendacij argueret Euangeliſtam Ioannem qui titulum crucis græcè ſcriptum prodit ἰησοῦς ναζωραῖος. Nam hoc reliquum erat. Plus fidei habẽdum erit Pagnini oculis, quam Euangeliſtarum & Apoſtolorum oculis, qui interfuere paſsioni Dñi & legere oculis fideli bus titulũ crucis Dñi. Ieſus Nazaręus, vt ſcripſit Ioannes græcè, vel Nazarænus; quod citra diſcrimen Chriſtus Dñs ab Euangeliſtis dicitur græce Nazaræus, & Nazarenus interpres latinus, quod nihil refert dicas ne Nazaræus, an Nazarenus, ſemper Nazarenũ nominat latine, ſcias tamẽ cõpletas eſſe has Prophetias, quibus prędictum erat Dominũ appellandum Nazaræum, hebraice enim eſt, Nozri. quod latinè & græcè Nazaræus, & Nazarenus dicitur. Sic Spiritus. S. appellat, qui ore Euãgeliſtarũ eſt loquutus; ſic græcè nominatur, vbi religioſiſsimè orthographiæ ratio ſeruatur: litteris Apoſtolicis & Euangelicis ſic appellatur ſemper. Sed Hiero. inquit, Naſarenũ dictũ putat, à Neſer. quod eſt apud Eſaiã, in illo: Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, vbi pro illa voce, flos. Hebraice eſt, neſer, vnde Hieronymus putat dictũ fuiſſe Naſarenum, non putat quidẽ Hieronymus, ſed cùm quæreret quis Prophetarum prædixiſſet Dñm appellandum Nazaræum, neque ei in mentem veniſſet, fortaſſe, inquit, Eſaias, in illo: Flos de radice eius aſcendet quod verti poſſet, & Nazaræus de radice eius aſcendet. Sed illud

obſtat, inquit D. Hieronymus quod Nazaræus per, z, ſcribitur, non per, ſ, vides quo modo Diuus Hieronymus hoc non probet ſed damnet potius? ſi poſtea quam Diuus Hieronymus non inuenerit hanc prophetiam, hunc locum vertendum dixit: Et Nazaræus de radice eius aſcendet, neque hoc recepit Eccleſia, nec quiſquam veterum patrum hoc probauit, Neque Diuus Hieronymus dixit vnquam Chriſtum Dominum appellandum Naſarenum, neque putauit alium eſſe Naſarenum à Nazaræo. Nunquam enim Diuus his litteris Apoſtolicis & Euangelicis aduerſaretur, ſed eas potius tuetur vt Eccleſiæ columen firmiſsimum.

Sed attentatur illud Eſaiæ, quod mihi in Commentarijs in Eſaiam non venit in mentem adnotare. Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, negant hebraicè eſſe, Flos de radice eius aſcendet: ſed ramus de radice eius aſcendet. Eraſmum mitto qui linguæ hebrææ rudis in alieno foro litigat. Pagninus addit etiam Lxx viros pro, flore, vertiſſe plantam aut germen, & dixiſſe planta de radice eius aſcendet, falſiſsimum hoc eſt, Lxx viri namque vertere flos de radice eius aſcédet, quod ergo in ore eſt toti Eccleſiæ catholicæ, iam ab ipſis Chriſtianæ R. P. initijs mouebitur ſuo loco? dedifcet Eccleſia catholica quod ab Apoſtolis & Pontificibus acceperat & didicerat? fruſtra fuere ſancti patres omnes ad vnum græci & latini qui tot res tam admirandas de flore illo odoratiſsimo Chriſto Domino mandauere chartis? fruſtra fuere Lxx viri, & Diuus Hieronymus qui vertere florem, non ramum aut plantam? Damnanda interpretatio Lxx virorum, & reijcienda vulgata D. Hieronymi quod Iudæus impius vnam litterulam mutauerit, & alia adſcripſerit puncta? Nam nihil eſt facilius quam hebræam lectionem quo velit Iudæus deflectere, cùm vocales non ſint apud hebræos, & pro arbitratu ſuo Iudæus puncta appingat, & conſonantes, aut productæ paululum, aut virgula addita facile in alias mutentur, verbi cauſa ר apud nos. r. ſonat addito in fine tenuem virgulam efficies ה .h. detrahe rurſum ex ה virgulam illam efficies ר .i. r. quod factum hoc loco eſt, cùm, enim, legeretur נצר. Flos, vt eſſet: & flos de radice eius aſcendet, detracta illa tenui virgula factum eſt נצר, id eſt, plantula vel truncus, vel truncus putridus, Nam puncta mutari ab hebræis pro varietate ſententiæ, & regionum varietate Diui Hieronymi teſtimonio ſupra oſtenſum eſt. Si me roges quo argumento dicam, detracta virgula illa, & ex flore factum plantulam aut truncum, aut truncum putridum, reſpondebo eodem argumento, quo Diuus Hieronymus Symmachum, Aquilam, & Theodotioné defendit frequentiſsime, quod aliam agnouerint lectionem mutatione vnius litterulæ, vt monſtratum eſt libro ſecundo.

Hoc loco negant quidam ſanctos ſcriptores quidquam attuliſſe ad interpretationem Euangelij, quod viro prudenti ſatisfacere poſſet, quo ve ſi periſſe cogitetur futilius quidquam poſſit cogitari. Neſcio quid plus audere poſsit hæc hominum factio, niſi vt plane dicant nos Chriſtianos in magno errore verſari. Iam ille alter nec citat ſanctorum quenquam, nec eorum dignatur meminiſſe, rabinos quos citat adſcribit margini. Si rabinis credimus nos Chriſtiani fruſtra ſumus. Nos quoniam húc locum interpretati ſumus in Prolegomenis in cap. 11. Eſaiæ fuſè ſatis, hic pau cis rem tranſigemus. Diximus Chryſoſtomum tomo. 2. Homelia. 3. ex cap. Matthæi in vigilia Epiphaniæ, docuiſſe hoc eſſe vaticinium. 13. iudicum, vbi Sampſon Nazaræus dictus eſt in typo, quo præſignificabatur Chriſtum dicendum eſſe Nazaræum, vbi hiſtoriam Sampſonis Chryſoſtomus interpretatur, & Chriſti typum eſſe docet,

& ſub figura Sampſonis Chriſtum Nazaræum eſſe appellatum. Addidimus nos caput illud.13. Iudicum ea prædicere de Sampſone typo Chriſti quæ iuxta canonem ſcripturæ ſunt neceſſario de Chriſto intelligenda, multa enim de typo dicuntur quæ in typo non complentur, complentur in veritate. Sed quod Euangeliſta citat prophetias multas quibus prædictum erat Chriſtum Nazaræum eſſe appellandum, ſicut ſcriptum eſt in Prophetis inquiens. Eucherius lib.3. in Geneſin interpretans prophetiam Iacob de duodecim patribus, docet cum appellatur Sampſon Nazaræus, non poſſe intelligi Sampſonem, ſed filium Dei, & interpretans benedictionem Ioſeph. Super caput Nazaræi, ait, intelligendum ſuper caput Chriſti, & eſſe illud Euangelij. Quoniam Nazaræus vocabitur, id eſt, ſanctus inter fratres ſuos, quia ipſe eſt caput omnium ſanctorum, & Ioſeph typum Chriſti fuiſſe docet, in eadem ſententia ſunt Cyprianus libro primo. aduerſus Iudæos cap.20. Auguſtinus lib.12. contra Fauſtum cap.28. & tomo.10. ſermone. 81.82.84.92. & Ambroſius de benedictionibus Patriarcharum. Procopius in Geneſin, & Deuteronomium. Hic igitur Ioſeph typus Chriſti ſic benedicitur cap.49. Geneſ. & Deuteronomij.32. vt ytroque loco non ipſe benedicatur, ſed Chriſtus præſertim Deuteronomij.33. quo tempore iam mortuus erat Ioſeph, nec benedicitur ipſe, vt docet Ambroſius de benedictionibus Patriarcharum cap. 11. & de inſtitutione virginis cap.16. & cum ipſe non benedicatur, neceſſario ait Ambroſius confitendum eſſe benedici Chriſtum. Tres ergo ſunt prophetiæ Chriſtum appellandum fuiſſe Nazaræum, 13. Iudicum Geneſis cap.49. Deuteronomij. 33. qui latius hæc legere volet Eſaiæ adeat Commentarios. Ergo ſancti hæc interpretati ſunt, & ſanctorum ſententia ſacroſancta eſt.

Ex cap. 3. Matth. Eſai. 40.

Vulgata.

Vox clamantis in deſerto, parate viam Domini rectas facite ſemitas eius. 210

קוֹל קוֹרֵא בַּמִּדְבָּר פַּנּוּ דֶּרֶךְ יְהוָה יַשְּׁרוּ בָּעֲרָבָה מְסִלָּה לֵאלֹהֵינוּ׃ Lectio Hebręa.

φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ. Lxx.

Matthæus.

φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ.

De hoc Eſaiæ loco multa diximus in cap.40. Eſaiæ, vbi oſtendimus Lxx viros paraphraſim magis quam interpretationem huius loci feciſſe Diuũ tamen Lucam, Matthæum, Marcum hunc locum citaſſe iuxta Lxx interpretationem, vt appareat non temere omnes fere ſcriptores ſacros Spiritus S. afflatu illam tranſlationem textam fuiſſe, tradidiſſe, tum ob edita miracula, cum fieret illa tranſlatio, tum quod Spiritus S. qui Euangeliſtarum & Apoſtolorum ore eſt loquutus eam fere citat etiam cũ eſt paraphraſis potius quàm tranſlatio quo nomine Iudæis eſt odioſiſſima & eis qui noſtris rebus aduerſantur, vel Andream Maſium roga quæ euomat in eam conuitia, citatque aduerſum eam Origenem falſo, vt in principio libri.4. planum fecimus. Oſtendimus etiam ex Iuſtino aduerſus Thryphonem multa ſigna data fuiſſe veteribus, vt Chriſtum venientem agnoſcerent, vt illud de Magis qui venturi eſſent Hieroſolyma, vt puerum Ieſum adorarent, & quod ſedés aſello Dominus Hieroſolyma eſſet ingreſſurus mãſuetus, & quod puerorũ vocibus erat ei acclamãdũ: Oſanna filio Dauid, & alia innumera ſigna ſunt data Iudæis quib⁹ Chriſtus agnoſceretur, qđ

 primo

primo aduētu veniret,quaſi nouiſsimus virorum,& quaſi abſcondito vultu, Tale eſt hoc ſignū quod hoc loco deſcribitur, quod Ioannes præiturus eſſet ei, vocans omnes ad pœnitentiā,& ob admirabilem ſanctitatem trahens penè omnem Iudæam in deſerta Iordanis, & in illo vniuerſæ Iudææ theatro hæc verba diceret. Ego vox clamantis in deſerto,& præpararet ad Baptiſmum pœnitentiæ,vt cùm Chriſtus accederet ad baptiſmum humilis faber cùm in Iordanem deſcendiſſet in illa turba hominū, & multitudine quæ ex vniuerſa Iudæa eò confluxerat ob ſingularem Ioannis ſanctitatem totus Iordanis igne Spiritus ſancti conflagrare ſit viſus & ardere,vt ait Iuſtinus aduerſus Tryphonem, & cùm egrederetur ex aqua Dominus Spiritus ſanctus ſpecie columbæ ſuper eum deſcenderit & manſerit, voxque è cœlo delapſa fuerit dicens: Filius meus dilectus es tu quæ omnia ſigna aduentus Chriſti hic prænunciantur completa ſimul cum alijs multis de Chriſti præcurſore Prophetarum vaticinijs. Et quoniam in Commentarijs in Eſaiam ſcripſimus multa,hæc de hoc loco dixiſſe ſit ſatis.

Matth.12. & Eſaiæ.42.

Vulg. *Hic eſt filius meus dilectus in quo mi-*
211 *bi bene complacui.*

Lectio הֶן עַבְדִּי אֶתְמָךְ בּוֹ בְּחִירִי רָצְתָה נַפְשִׁי
Hebrea.

Dixi in commentarijs in principiū cap.42.Eſaiæ completam eſſe prophetiam illam: Ecce ſeruus meus ſuſcipiam eum,electus meus,complacuit ſibi in eo anima mea,hoc loco. Prædicitur enim hac Prophetia futurū, vt omnipotens pater voce cœlo delapſa demonſtraret filium ſuum vnigenitum. Ecce, inquiens, filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, quod hoc Euangelij loco factum eſt. Mitto dicere Athanaſium contra Arianos in hoc dictum: Ex Deo Deus eſt verbum, nos more Ethnicos litterarum peritos hanc vocem dilectus,accipere pro vnigenito, vt ſit idem. Hic eſt filius meus dilectus, quod. Hic eſt filius meus vnigenitus, quod ex Homero probat,qui Telemachum vnigenitum Vlyſsis,dilectum nominat, & potuiſſet etiam Athanaſius Ariſtotelem ad Theodecten.1.de Rhetorica libro citare,qui hāc vocē ἀγαπητὸς quæ in litteris Euangelicis eſt ideſt dilectum,eo Homeri loco pro vnico interpretatur. Sed ea res neceſſaria fuit eo loci Athanaſij ad Arianos refellēdos, Nā optimè nouerat cur filius in ſcriptura dilectus appelletur. Cantabo dilecto meo canticum dilecti mei, vt vertere Lxx vel. Cantabo dilecto meo canticū patruelis mei,iuxta vulgatam noſtram, & Solomon typus Chriſti,iedidia,ideſt, dilectus eſt appellatus. Eraſmus hanc vocem ἀγαπητὸς quam vertimus dilectus,docet reddi aliquando latinè cariſſimus,& præ ſe fert ſic ab interprete reddi oportuiſſe ſemper, quod chariſsimus plus quiddam indicet quam dilectus,& ſi vſquam vertendum erat cariſsimus, hoc potiſsimum loco, ita vertendum fuiſſe,cū de filio Chriſto loquitur,quaſi alius ſit filius naturalis,patris æterni quā Chriſtus,aut quaſi alius dilectus dicatur patris æterni quam filius. Ne Eraſmus doceat Eccleſiam tanto poſt temporē nominare Chriſtum eius caput,ſciat Ariſtotelē lib.Metà tà phyſica.12.cùm de Deo diſputat Deum dicere eſſe primum intelligibile,& primum diligibile, cum enim περὶ τοῦ ὀρεκτοῦ καὶ τοῦ νοητοῦ diſputaret,ideſt, de appetibili, & intelligibili ſubijcit τοῦ ταῦτα πρῶτα eadem eſſe, ideſt, horum appetibilium primum appetibile,& intelligibile idem ſunt, ideſt, idem Deus,eſt primum appetibile & primum intelligibile. Et rurſum hoc appetibile appellat diligibile,aut volibile primum (permitto enim mihi ſic loqui,vt verba Ariſtotelis exprimā) Ergo Deū primū

appe-

appetibile nominat Ariſtoteles, aut primum diligibile, & ſubijcit rationem infra, quod ſit per ſe primum expetendum, & quod in Deo omnia ſunt in actu non in potentia non dicitur diligibilis ſed dilectus & hoc poſitiuum maiorem vim habet quam omne ſuperlatiuum ſi ſit primum diligibile, & primum amabile, quod de Deo dicatur neceſſe eſt qui omnis dilectionis eſt initium & origo.

¶Quod vero ait, ἐν ᾧ εὐδόκησα id eſt, in quo mihi bene complacui, ſignificare, in quo bonam de me ipſo habeo opinionem, & vt ita loquar, ipſe mihi placeo; & reliqua quæ ſubijcit Eraſmus, quæ mihi non placent, quod opinio in Deum non cadit, neque mihi probatur illud ſignificari hac forma dicendi propenſum animum ac præcipuum quendam affectum, hoc enim obuenit creaturis, & Chriſtus creatura non eſt. Mihi videtur ea forma dicendi ſignificare illa quæ diximus omnia: Nam quod in illo loco Eſaiæ noſtra vulgata præfert, in quo complacuit animæ meę hebraicè eſt רָצְתָה נַפְשִׁי, id eſt complacuit animæ meæ, vel voluit anima mea quaſi dicas quod eſt primum diligibile animæ meæ, vt ſignificetur eſſentia diuina eſſe primum diligibile, & verbum ipſum, & per ſe ipſum. Quod autem græce dicitur in litteris Euangelicis εὐδόκησα videtur ſignificare iudicatio optimi quod Deus ſe ipſum & verbum ſuum intelligens intelligit & iudicat eſſe ipſum bonum & ipſum optimum, quod Magi. 13. Metà phyſica Ariſtotelis principium rerum omnium eſſe dicebant, & id ita eſſe docet Ariſtoteles eodem loco ſupra citato. 12. libri Metà phyſica, quo quærit an illud primum diligibile quod eſt Deus dicatur primũ diligibile quod ita eſſe videatur, an videatur eſſe primum diligibile quod re vera ſit, in qua quæſtione vtitur hoc eodem verbo δοκεῖ quo in literis Euangelicis Spiritus S. ſit vſus, ergo δοκεῖ pro iudicare ſumitur, & εὐδοκεῖ pro iudicare eſſe ipſum bonum ἐν ᾧ εὐδόκησα in quo ipſum bonum eſſe iudicaui, & ipſum ſummum in quo complacui tanquam in ſummo bono, & non in quo bonam habeo de me ipſo opinionem, nec quem præcipuo quodam affectu proſequor, Nam quod D. Auguſtinus reddidit in quo bene ſenſi, notum eſt apud Philoſophos & oratores ſummos ſenſi pro intellexi vſurpari frequentiſsimè, in quo intellexi ſummum eſſe bonum. Paulo ſupra modeſtius quoque vellem Eraſmum eſſe loquutum, quum ait. Quis hic eſt luſus in litteris diuinis? Non eſt luſus, non ſed grauitas ſumma, quanquam Eraſmo illa diſpliceant; quæ miſſa facio quod in rebus leuiſsimis immorari moleſtè fero. Niſi Eraſmus in litteris ſacris eſſet verſatiſsimus dicerem illud Platonis eſſe veriſsimum, qui aſſueuit rebus fætidis ei opobalſama fætent.

Matthæi. 4. Deuteronomij. 8.

Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Vulg. 212

כִּי לֹא עַל הַלֶּחֶם לְבַדּוֹ יִחְיֶה הָאָדָם כִּי עַל כָּל מוֹצָא פִי יְהוָה יִחְיֶה הָאָדָם׃ Lectio Hebręa.

Hic locus Deuteronomij citatur ab Euangeliſta Matthæo iuxta tranſlationem LXX ad verbum. Negant hebraice eſſe: in omni verbo, ſed tantũ in omni, quod egreditur de ore Domini. Tu diſpice vtra verior tibi lectio eſſe videatur LXX virorum, & D. Hieronymi, & Matthęi Euangeliſtæ, cuius ore Spiritus S. loquitur, an lectio hebræa, quam in plæriſque locis vno verbo & pluribus defectam oſtendimus libro. 2. & toto libro. 2. id in lectione hebręa factũ frequenter monſtrauimus, ne quis prædicet lectionem hebræam caſtigatiſsimam, ita vt ne apex aut littera deſit aut ſuperſit, & noſtra ad illius exemplum eſſe caſtiganda.

Matthæi.4.Pſal.90.

Vulg. *Scriptum eſt enim, Quia Angelis ſuis*
213 *mandauit de te, & in manibus tollent te ne fortè offendas ad lapidem pedẽ tuum.*

Lectio Hebręa. כִּי מַלְאָכָיו יְצַוֶּה לָּךְ לִשְׁמָרְךָ בְּכָל דְּרָכֶיךָ׃ עַל כַּפַּיִם יִשָּׂאוּנְךָ פֶּן תִּגֹּף בָּאֶבֶן רַגְלֶךָ׃

Lxx. ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, τοῦ διαφυλάξαι σε ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς σου ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου.

Matthæus.

τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, καὶ ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου.

Citatur hic verſus Pſalmi. 90. à D. Matthæo iuxta trãſlationem Lxx ad verbum. Hoc loco Diabolus hæreticorum & Iudaizantium magiſter duplici fraude vtitur, Particulas enim ſcripturæ adhibet & prȩterit illa quibus refelli poterat, id quod faciunt hæretici frequentiſsimè, vt docent veteres patres, cum enim locus Pſalmi eſſet. Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis, præterit hæc omnia verba, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis, quibus Diabolus poterat confutari, cum hæc verba de Chriſto dĩcta diceret, apertè enim his verbis oſtẽditur de viro iuſto, hunc Pſalmum eſſe conſcriptum, quem cuſtodiunt Angeli in omnibus vijs eius. Chriſtum neque ſecundum diuinam naturam cuſtodiũt, neque ſecũdum humanam neceſſe fuit cuſtodire Angeli, ipſe enim ſecundum naturam humanam, caput Angelorum eſt. Altera fraude vtitur Diabolus quod peruertit ſacros ſcripturæ ſenſus, id quod vſitatiſsimum eſt hæreticis & Iudęis in hac enim fraude omnis hæreticorum & Iudęorum malitia verſatur. Hinc quorundam noſtrorum hominum oritur impudentia, qui dicere audent. Si dæmon damnatur quod perperam ſcripturas interpretatur, eodem iure ſanctos eſſe damnandos qui multa de Chriſto in ſcripturis interpretantur quę nõ ſunt dicta de Chriſto, quę verba quibus verbis refellam neſcio, in R. P. Chriſtianã homo Chriſtianus id dicere audeat, ſanctos multa de Chriſto interpretari quæ non ſunt dicta de Chriſto? Age eſto vt quædam interpretentur de Chriſto Domino quæ de eo non erant prædicta, aut cõtra quæ de Chriſto Domino erant prædicta alijs rebus accommodant, eodem ne crimine ſunt damnandi ſancti, quo damnatur ipſe dæmõ? Blaſphemum eſt, inquit Hieronymus, ſi ſcripturas ſanctas peruertas, & ad tuos impios ſenſus trahas, quod dæmon fecit, Cęterum Chryſippus apud Plutarchum docet canonem Philoſophiæ moralis eſſe vt ſententiæ rebus ſimilibus accommodentur, quod Tertullianus quoque non ſemel monſtrat in locis ſcripturæ frequentiſsimè eſſe faciendũ, etiam ſi de re vna quapiam propriè dicantur: Aliud eſt peruertere ſcripturas in alium ſenſum quam quo ſcriptę ſunt quod facit dæmon, aliud ſcripturas ad ſimilia accommodare, ſancti autẽ prophetias quæ non ſunt de Chriſto Chriſto accommodant. Hoc in vniuerſum dicere nõ deberet cuiquam Chriſtiano eſſe impunè, & cum vniuerſè hoc dicitur, & generaliter refelli non poteſt niſi vniuerſè & generaliter, neceſſe eſſe, hoc ſic dicere ei qui ſenſus ſequatur Iudaicos: Siquidem Iudæi Chriſtum in ſcriptura non vident, vt docent veteres patres. Altera fraus eſt quod Eraſmus D. Hieronymum calumniatorem appellat quod Hieronymus diabolum dicat perperam interpretatum ſcripturam hanc de Chriſto Domino, quod vt intelligas quædam præ oculis te habere oportet,

non

non ſolum enim hæretici, vt docent patres veteres, ſed quicunque maledicit alteri inſidioſum hominum genus eſt & tectè loquitur & non apertè: Diabolus latine multa ſonat, primum omnium calumniatorem quod is noſter calumniator & accuſator eſt; vnde hæc lex dicta eſt nobis vt prius nos accuſemus quam calumniator nobis obijciat criminaque admiſimus ſi salui eſſe velimus, iuxta illud: Dic tu iniquitates tuas prior & non ero memor, & iuſtus in principio ſermonis, ſui accuſator eſt. Ergo Diabolus calumniator eſt, quod male interpretetur quęcunque agimus, & quod peruertat ſcripturam vt nos decipiat, id enim eſt calumniari Latinè perperam omnia interpretari & leges peruertere vt aliquos accuſemus Hieronymum ne dicet quiſquam ſcripturam peruertere? vt dæmonem calumnietur: & quod ſcripturam peruertat vt decipiat? & Eraſmus, qui D. Hieronymum tanti ſemper facere videtur, vt ad illius ſententiam dicta Apoſtolica & Euangelica, & eccleſiaſtica omnia putet examinanda hoc loco quo D. Hieronymus Chriſtum filium Dei eſſe dicit, neque hunc Pſalmi verſiculum ei congruere, qui de omni iuſto eſt dictus? & non de filio Dei calumniator ab Eraſmo dicitur & Diaboli appellatur nomine D. Hieronymum appellet quiſquam calumniatorem eodem nomine quo Diabolum, & Diabolum defendat aduerſum D. Hieronymum. Sed Eraſmus, inquient, Auguſtini adhibet ſententiã qui in Pſalmum. 90. interpretans hæc verba quæ citat Diabolus tentans Chriſtum præ ſe ferre videtur verè citata eſſe à Dæmone, & prophetiam de Chriſto his verbis contineri, vnde non abhorrere videntur Hilarius neque Ambroſius lib. 4. in Lucam, in cap. 4. Lucæ de ſecunda tentatione quanquam Ambroſius & Hilarius videri poſſunt ſi bene eorum verba expendas, cæterorum patrum qui contra ſenſere ſententiam eſſe ſequuti. Origenes nanque in Matthæum contrariæ ſententiæ author & aſſertor eſt interpretãs hæc verba, ait enim hęc verba quæ citat diabol⁹ poſſe intelligi de Chriſto ſecũdũ humanam naturam; nõ probat tamen hanc ſententiam; refellens enim eam hæc ſequentibus ſubiungit; deniq; quod ſequitur, liberabit te à ruina & Dæmonio meridiano, nequaquã conueniunt filio Dei. Idem Origenes in Numerorum Cap. 4. Homelia. 5. de hoc loco diſputans Hoc dictum, inquit, putauit Diabolus de ſaluatore accipiendũ; ſed cęcatus malitia non intellexit eloquia myſtica. Nec enim ſaluator meus Angelis indigebat, vt non offenderet ad lapidem pedem ſuum; de ſanctis hominibus hoc dicitur quòd liberat Domin⁹ à ruina & Dæmonio meridiano, non de ſaluatore, quod abſit à nobis ita intelligere, & miror Origenis diligẽtia & aliorum patrum qui non aduertere verba illa prętermiſſa à Dæmone vt deciperet. Vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis; quæ de Chriſto dici non poſſunt, neq; ſecundum diuinam naturam, neque ſecundum humanam, venerabilis quoq; Beda, qui cumprimis Auguſtini ſectator & admirator eſt hunc locum interpretans, inquit, hæc non de Chriſto ſed de viro ſancto propheta eſſe. Theophylactos in hunc locum. Nõ eſt ſcriptum, inquit, hoc de Chriſto, ſed de ſanctis qui indigent auxilio angelico; Chriſtus non indiget Angelico auxilio qui Deus eſt. Chryſoſtomus hunc etiam locum interpretans. Quæ à Diabolo, inquit, ſunt vſurpata teſtimonia ſcripturę temerè & fortuito, neque ad rem de qua agebatur aperte accommodari poſſunt, nec enim quod ſcriptum eſt Angelis ſuis &c. ſuadet vt ſe iaciat atque præcipitet, prætereа nec de Domino iſtud dictum eſt quã quam Dominus non refellit, Et ſi Sathanas vim faciat & detorqueat illud dictũ nimis in contrarium ſenſum. Idẽ Chryſoſtomus tomo ſecundo de varijs in Matthęum locis Homelia. 6. ſcriptum quidem erat, inquit, quoniam Angelis

ſuis mandauit de te, ſed quod de ſuo addidit diabolus, mitte te deorſum, ſcriptũ non erat, in quo cognoſcimus antiquã dæmonis & vſitatam verſutiã qua ſemper vt fallere poſsit, ſolet malis ſuis bona miſcere & venena ſua mellis dulcedine temperare, ſic enim vt deciperet Adã de ſuo quaſi Dei verba præmiſit, Cur, inquiens, dictum eſt vobis à Deo ab omni ligno paradiſi non edetis, vt propoſito Dei mandato hominem incautum falſa interpretatione & verborum adiectione deciperet. Nam dictũ erat à Domino de omni ligno Paradiſi edetis, mutauit ergo quædam dicta diuina & verbis ſuis quædam dicta Domini addidit, immiſcuit verbis diuinis quædam verba nequitiæ ſuæ, vt per dulcedinẽ mellis mortis venena infunderet. Hæc Chryſoſtomus, quæ à tam multis verbis volui repetere, vt qui volet aduertat oẽs Iudaicas fraudes, omnes Iudęorũ fallacias, quas ſecundo libro ſumus complexi, ortas eſſe ab his fraudibus ſathanæ, qui præceptor & magiſter Iudæorum eſt, colligat qui volet Iudaicas fraudes ex illo libro toto, & conferat cum his dolis Sathanæ, quos hoc loco deſcripſit Chryſoſtomus ſi quidquam prætermiſſum viderit me dicito mendacem; eiuſdem ſententiæ Athanaſius author eſt qui oratione prima aduerſum Arianos, Omnis hæreſeos parentem & authorẽ diabolum eſſe ait, qui ab initio peruerſus & homicida & mendax fuit, ſcripturarumque verbis vtitur & verba quidẽ profert ſcripturarum, veruntamen ſententiam ſuffuratur, ac intellectu quem ipſe confixit dolis inumbrato erroneorum homicida efficitur, dixeratque paulo ſupra idem Athanaſius; Neque cùm veritatem loquitur Sathanas fide dignus eſt veterator, ille cum id quoque ſcriptura declaret, enarrans eius in paradiſo aduerſus Euam calliditatem, & aduerſus Dominum in litteris Euangelicis, cum clamat tu es filius Dei, neque falſi quidquam aliquando in litteris Euangelicis proferunt, tamẽ illis obturauit os Dominus, ne per hanc occaſionem admiſcerent Dæmones zizania ſuæ malæ voluntatis: Hoc idem repetit aduerſus Arianos de Sathana & hæreticis, quos ait inuitari Sathanam contorquendis ſcripturæ ſacræ ſenſibus in cõtrariũ & falſa ſcripturarum interpretatione, & Sathanam habere parentem, & authorem. D. Hieronymus in Pſalmum. 90. in eadem ſententia fuit interpretãs hæc verba eadem, ait enim Diabolum ea de Domino fuiſſe interpretatum, cum non de Domino ſit ſcriptus hic Pſalmus, ſed de iuſtis, & ſubijcit idem Hieronymus verè diabolus quaſi diabolus interpretatur de ſaluatore quod non eſt de ſaluatore; & infra. Vides ergo diabolo quod male interpretatus eſt? idem repetit Hieronymus in hæc verba cap. 4. Matthæi, & addit falſas de ſcripturis diaboli ſagittas frangit Dominus veris ſcripturarum clypeis: Dicet fortaſſe hic aliquis, quid neceſſe fuit tantas excitare tragœdias quod Eraſmo libuerit ſequi ſententiam Auguſtini, etiam minus, veram potius quàm Hieronymi ſententiam, an hoc non licet cuilibet? ſuum cuiquam eſt iudicium. Ita eſt ſed non id improbo, ſed quod tam acriter Sathanã defendat, vt D. Hieronymum calumniatorem appellet confligantem cùm dæmone calumniatore, & eodem nomine Sathanam, & D. Hieronymum nominet vt ſupra dixi, & ea cauſa potiſsimũ quod neget hunc Pſalmum conuenire Chriſto, quod Chriſtus Deus ſit & filius Dei. Nam quam alius quiſquam reperiat cauſam, cur Eraſmus calumniatorem appellet D. Hieronymum aduerſum Sathanam calumniatorẽ? Hic quidam viri docti exemplo Eraſmi aiunt contra diuos illos quos ſupra citaui, dæmonem bene interpretatum ſcripturã, videntur enim dæmonis cauſam tuendam ſuſcepiſſe, quod dæmon non putarit Chriſtum filium Dei eſſe, ſed virum iuſtum vnum aliquem, Et cum Pſal-

mus hic totus ſcriptus ſit de viris iuſtis omnibus, rectè à diabolo accommodatum eſſe Chriſto, quem non filium Dei ſed virum iuſtum eſſe putauit. Sic enim videntur intellexiſſe illa verba Eraſmi: Non opinor diabolum ob hoc vocandum in ius, quod inerudité citarit ſcripturam, ſed quod malitioſe & impiè. Quaſi voluerit dicere rectè dæmonem Pſalmum de Chriſto fuiſſe interpretatum, quem iuſtum vnum aliquem eſſe putarit, malitioſe tamen, quod retulerit ad inſidias & fraudem. Hoc quam facile refelli poſsit, quis non videat? Nam vt docent ſancti, quos hi refellunt, audierat dęmon à Ioanne: Et teſtimoniũ perhibui, quia hic eſt filius Dei. Viderat dæmon hoc idem voce cælitus delapſa æternum patrem eſſe teſtatum cũ dixit, Hic eſt filius meus dilectus: voluit tentatione præſcrutari diabolus, an eſſet filius Dei naturalis, an per virtutes adoptatus in filium Dei, & an eſſet Domini Chriſtus. Quod ergo de iuſtis omnibus ſcriptum erat, dixit de Chriſto ſcriptum eſſe: vt docent Hiero. Chryſoſtomus, Theophylact', Beda, Origenes.

Matthæi.4. Deuteronomij.6.

Vulgata.

214 *Scriptum eſt: Non tentabis Dominum Deum tuum.*

Lectio Hebręa. לֹא תְנַסּוּ אֶת יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם

Citatur hic locus à D. Matthæo iuxta tranſlationem Lxx ad verbum; ſed quid refert? negant Iudæi ſic eſſe hebraicè, & iure negant quod Iudæi ex littera, he, detractis duabus virgulis, fecere, vau, vt ſit: non tentabitis, & poſtea vt ſequentia reſponderent verbo plura ris numeri pro. Dominum Deum tuũ, fecere. Dominum Deum veſtrum, vt eſſet: Non tentabitis Dominum Deum veſtrum, rident Iudaizantes dum Euangelica tot mutationibus defendimus; ſi Iudæi & eorum aſſeclæ tot fecere mutationes quid mirere quod tot factas mutationes à Iudæis & eorum aſſeclis arguamus? quo argumẽto iſthuc? inquies; illo euidenti & Chriſtiano homini in ſolubili, quod Lxx viri ſic vertere, & tranſlationem Lxx citat Spiritus S. qui dictauit ſcripturam non potuit non veram ſcripturæ lectionem citaſſe, ſed vt Iudæis & eorum aſſeclis ora obturemus, vt ſi verbis renitantur animo tamen intelligant ſe vinculis conſtrictos teneri, Hieronymi tranſlatione, & Lxx virorum interpretatione, & Diuorum Matthęi & Lucæ teſtimonijs id quod diximus veriſsimè dictum oſtendimus libro. 2. cap.18.&.19.& alijs locis pluribus iuxta canonem præſcriptum à D. Hieronymo, quem canonem exemplo codicis hiſpani qui mille ante annis Latinè verſus eſſet, & ex tranſlatione planum fieri oſtendimus quam lectionem hiſpanam agnouiſſet eo tẽpore interpres, ea enim cauſa librum ſecundum huius operis ſcripſimus, vt eò reijceremus probationes omnes rerum quas diceremus. Sciendum tamen pro, Dominũ Deum tuum, hebraice eſſe, hieoua eloechẽ, aut, eloau, quaſi dicas: Deum Deos tuum, quod, vt docet D. Thomas, vt græci hypoſtaſes, latini perſonas, hebræi eloe, dicere ſolẽt, quaſi diceremus nos Deus perſonæ diuinæ, vt alterum nomen ſingulari numero eſſet quod ſignificet eſſentiam, alterum plurali quod perſonas ſignificet. Ideò dictum eſt quod quidam homines qui perſuaſum habent fortaſſe ſe digito cælum attingere poſſe, refellunt ſanctos patres & ſacra concilia, quod terna repetitione trinitatem perſonarum ſignificari doceant, vt in illo: Sanctus, ſanctus, ſanctus, ſimilibuſque, ſubiunctoque ſingulari numero vnitatem eſſentiæ, citantque locos ſcripturæ vt refellant ſanctos & ſacra concilia, in quibus Deus non repetitur ter, vt ſignificetur trinitas,

tas, ſed bis tantum vulgatum eſt in ſacris Concilijs ignorantia & inſcitia fieri vt huius notæ homines errent. Sciant ergo vbi dualitas perſonarum non trinitas ipſis ſignificari & eſſentię vnitatē, eſt enī ſcripturæ forma dicēdi frequētiſſime hebraice, hieoua eloe, quaſi dicas Deus perſonæ diuinæ, quod cùm latinè reddere non poſſes, niſi Deus dij, idque non liceret, tranſlatum reperies Dominus Deus, aut Deus Deus, vt quanuis bis repetitum tibi nomē Dei eſſe videatur, perſonarum trinitas & eſſentiæ vnitas ſignificetur cum dicitur, hieoua elohe. Deus perſonæ diuinæ.

Matthæi. 4. Deuteronomij. 6. & 10.

Vulga. 215. *Scriptum eſt enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.*

Lectio hebræa. אֶת יְהוָה אֱלֹהֶיךָ תִּירָא וְאֹתוֹ תַעֲבֹד׃

DIximus ſupra lib. ſecūdo. Iudæos malitia in plæriſque verba mutaſſe, vt apud Auguſtinum prodidere veteres illi patres vt extenuetur authoritas noſtræ ſcripturæ cùm ab hebræa lectione videretur diſcordare, vt oſtendimus libro. 2. Neque id fecere ſolùm Iudæi, ſed etiam per noſtros quoſdam mōſtratum ſupra eſt, libro primo. & libro ſecūdo tranſlationem Lxx mutauere in plæriſque locis, vt lectio Apoſtolica & Euangelica ab hebręa lectione & à trāſlatione Lxx diſcordare diceretur, En hoc loco vulgata D. Hieronymi præfert. Dominum Deum tuū timebis quæ lectio ſancta eſt, & idē ſignificat quod Dominum Deum tuum adorabis, fuit enim hebraice duplex lectio. Dominum Deum tuum timebis, & Dominū Deū tuum adorabis, & magis vera lectio hebręa eſt. Dominum Deum tuum adorabis, quam veritas ipſa citat, quiam citat Spiritus ſanctus hoc loco eſt illud quod ſuperiore adnotatione dixi, pro. Dominum Deum tuū timebis. Hebraice eſſe, hieoua eloeca. Deum Deos tuos, vel potius. Deum perſonas diuinas tuas timebis vel adorabis, quod non licet dicere Deum Deos tuos, dixere Lxx & D. Hieronymus. Dominum Deum tuum, tamen veriſsimam eſſe lectionem hebręā quam Chriſtus qui eſt ipſa veritas. citauit, tamen in dubiū reuocare mihi videtur eſſe impium. Eſt enim vt monſtratum eſt hebraice magna lectionis varietas, & in plæriſque duplex lectio.

Vulgata ibidem.

Et illi ſoli ſeruies. 216.

Lectio hebræa ſupra loco proximo poſita eſt.

HOc iuxta Lxx Matthæus; ſic Diuus Hieronymus hebraice aiunt, vox illa, ſoli, deeſt, vbi, illi ſeruies tātum eſt, Spiritus autem ſanctus qui ore Euangeliſtarum citat, illi ſoli ſeruies, arguit excidiſſe ex lectione hebræa, tàm ca. 6. Deuteronomij, quàm cap. 10. vocem illam, ſoli, arguunt etiam Lxx viri, & vulgata D. Hieronymi apud quos vtroque loco eſt & illi ſoli ſeruies, vt in plæriq; dubitandum non ſit tranſlationem Lxx & vulgatam D. Hieronymi ęditione hebræa eſſe longè veriores, quod hoc loco arguit Spiritus ſanctus qui Euangeliſtarum ore eſt loquutus.

Relicta ciuitate Nazareth venit & habitauit in ciuitate Capharnaum, vt adimpleretur quod dictum eſt per Eſaiam Prophetam. 217.

QVæſtio illa propoſita à Chryſoſtomo. 4. oratione aduerſus Iudæos diſceptata à nobis eſt in Commētarijs in Eſaiam, cur Apoſtoli & Euangeliſtæ pauca citent ſcripturæ teſtimonia, eaque plærunq; obſcuriora,

cùm

cum plurima eſſent eaque longè dilucidiora, & reſponſum eſt, Euangeliſtas & Apoſtolos eſſe Eccleſiæ magiſtros, docere neceſſariora, & obſcuriora, eaque paucißima, principia fidei, ſcilicet, & hanc principiorum eſſe naturam vt paucißima ſint, & Euangelium quoque, vt dictum eſt, legis veteris eſſe compendium, principijs porrò lector imbutus & doctrina Euangelica reliqua per ſe intelliget, inde factum eſſe, vt Euangeliſtæ quam paucißima citent de Chriſto Domino teſtimonia ſcripturæ, doctores ſacri prædictiones prophetarum citent innumerabiles. Quod eo dictum eſt, quod Euangeliſta Matthæus poſt paucas prophetias citatas totus intentus erat texendæ hiſtoriæ Euangelicæ, prophetias cæteri Euangeliſtæ citant multo pauciores. Contenti iecisse veluti quædam fidei fundamenta, & oſtendiſſe Chriſtum iuxta Domini promiſſa natum ex familia Dauidis, & contenti monſtraſſe de Spiritu S. Chriſtum generatũ ex virgine ante partũ, in partu poſt partum, & quod verus Deus & verus homo eſſet, & commonſtraſſe patriam vbi erat oriturus, Magorum aduentum, fugam Domini in Aegyptum, Innocentium occiſionem, Nazareth patriam, & tertiam adhuc patriam Capharnaũ, quę hoc loco deſcribitur vt natus in Bethlehem fuerit, delegerit patrias duas vbi habitaret, alteram Nazareth, Capharnaum alterã. Hæc omnia ſic prædicta fuiſſe à prophetis oſtendit Euangeliſta, reliqua nobis quęrenda reliquit doctrina Euangelica optime imbutis, ſed cum omniũ diſciplinarum primum ſit principium, oportet addiſcentem credere, idque pręcipue in doctrina ſupernaturali de qua dictum ſit: Niſi credideritis non intelligetis: neſcio quomodo à plæriſque à noſtris hæc principia hæc fidei noſtrę fundamenta validè concuti videntur, nec Spiritui S. qui ore Apoſtolorum & Euãgeliſtarũ loquitur fidei ſatis apud quoſdam videtur habere, Tu diiudica, quid vſque adhuc ex propheticis teſtimonijs quæ de Chriſto Domino citauit Euangeliſta, non oppugnetur validißimè nõ ſolum à Iudæis ſed etiã multo validius à Iudæorum aſſeclis, & de hac re nihil eſt quod multa loquamur, ſi Iudaiſmus placet quibuſdam, vt ait Chryſoſtomus, quid oſtrepunt Eccleſiæ? defenſor Synagogæ ait Hieronymus: quid in Eccleſia Chriſti eloquio tonas? ſcimus Iudæos negare omnia primi aduętus Chriſti qui occultus fuit myſteria, & omnes de eo prophetarum prædictiones. Scimus Iudæos omnes de Chriſto prophetias duplici fraude alio deflectere, & ſi hoc nos non docerent veteres patres omnes res ipſa tam nota eſt & perſpicua vt prudentibus non ſecus ac ſolis lumen in oculos incurrat. Iudæi negant Chriſtum Dominum, & prophetias de Chriſti myſterijs omnes, & ideo milleſimo quingenteſimo ante anno pulſi patrijs ſedibus exulant miſeri ſine rege, ſine ſacerdote, ſine ſacrificijs, ſine templo, orbati ſpiritalibus chariſmatis, Ergo prophetias de Chriſto alio deflectent omnes, non recipiunt: primum Chriſti aduentum occultum, vt monſtratum eſt, non recipient interpretationem prophetarum de primo aduentu occulto, alioqui Chriſto crederent, quid igitur Iudaicam interpretationem prophetarum nobis in faciem ingerunt, putant placiturum fidelibus iudaiſmum, veram cauſam tuentur Iudæi, ſcilicet, & optanda Iudæorum ſors eſt & fortuna, ſcilicet vt in illorum migremus coloniam qui per mille quingentos & eo amplius annos miſeri exultant & errant, & alijs ſeruiunt nationibus. En hoc loco Euangeliſta ait Dominũ relicta Nazareth habitaſſe Capharnaũ vt adimpleretur quod dictum eſt per prophetam Eſaiam. Iudęi alio referunt Eſaiæ prophetiam, vt non dicta videatur de hoc de quo eam interpretatur Euangeliſta ſequuti Iudæos, Prudenti homini perſpicuum erat Iudæos qui primum & occultum Chriſti

aduentum

aduentum negant, & de eo omnes prophetias alio detorquent, & hanc quoq; alio fuiſſe deflexuros. Sed de prophetia Eſaiæ, & eius Euangelica, & Iudaica interpretatione iam dicamus, & eas inter ſe comparemus, vt appareat quam Iudaica fœtidiſsima bene oleant Iudæis, vt mirifice Plato dixerit his qui tetrę fœtidis aſſueuerint, fœtidiſsimas olere bene, & res odoratiſsimas eiſdem eſſe grauiſsimas.

Matthæi. 5. Eſaiæ. 9.

Vulga. 228. *Primo tempore alleuiata eſt terra zabulon, & terra Neptali via maris trans Iordanem, Galilææ gentium, populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam & ſedentibus in tenebris, & vmbra mortis lux orta eſt eis.*

Lectio hebræa. כָּעֵת הָרִאשׁוֹן הֵקַל אַרְצָה זְבֻלוּן

Lxx. Τοῦτο πρῶτον ταχὺ πίε ταχὺ ποίει, χώρα ζαβουλὼν ἡ γῆ νεφθαλεὶμ καὶ. οἱ λοιποὶ τὴν παραλίαν καὶ πέραν τοῦ ἰορδάνου, γαλιλαία τῶν ἐθνῶν ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει ἴδετε φῶς μέγα οἱ κατοικοῦντες ἐν χώρᾳ σκιᾷ θανάτου, φῶς λάμψει ἐφ᾽ ὑμᾶς.

Matthæus.

γῆ ζαβουλὼν καὶ γῆ νεφθαλεὶμ ὁδὸν θαλάσσης πέραν τοῦ ἰορδάνου, γαλιλαία τῶν ἐθνῶν, ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει εἶδε φῶς μέγα, καὶ τοῖς καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς.

Veritas hebraica hæc eſt noſtris temporib⁹ quæ eſt ſententia Iudaica, quę toto cœlo diſcordet à veritate Euāgelica, longe diuerſa ab hebraica veritate quam D. Hiero. appellat.

SEntentia Iudaica huius loci referente Iſidoro Clario in ſcholijs in húc locū eſt, agi hic de terra decem tribuum quæ capta bis fuit, primū à Teglath phalaſſare. 4. Regum, cap. 15. Deinde à Salmanaſſare. 4. Regum, cap. 17. & ideo prophetā dicere aiunt, primam tranſmigrationem leuem, ſecundam grauem fuiſſe, primo enim pars populi tranſlata eſt in Aſſyrios. Capta eſt enim terra zabulon & Neptali, cum duabus tribus & dimidia vltra Iordanem, poſteriori tempore cum Rex Oſeas rebellaſſet, grauius afflixit totam terram decē tribuū Salmanaſſar, &c. Quæ adijciūt de Senacherib qui Iudæam quoque oppreſsit, & hiſtorias miſcent longo temporum interuallo inter ſe diſtantes vt omnia turbent, idem leges in theſauro Pagnino in dictione עוף Ex. R. Himmanuel opinor, &. R. Abrahā, &. R. Dauid, & in dictione קל eadem repetuntur. Hanc ergo Iudæorū ſententiā contra Euangeliſtā Matthæū qui hunc locū refert ad patriā Dñi Capharnaum & Nazareth in Galilæa in terra zabulon & Neptali ſua tranſlatione exprimunt Vatablus, Pagninus, & interpres alius neſcio quis quibus placuit magis rabinos ſequi quam Euangeliſtā, & vt veriſimiliter ſcripturam hęc ſignificare cogant inuitam & reluctantem diſtinctiones mutant, verba aliter interpretantur quod verba hebræa multa ſignificent, omnia diſcerpunt & lacerant, vt ait Origenes, vocum pronunciationes varia appoſitione punctorum mūtāt. Non ſcribunt zabulon, vt Euangeliſtæ, & omnes veteres Iudæi, ſed zébulū, non Iordanem ſed Iardeń, non Galilæā ſed Gelil. Cum Philon Iudæus, & Ioſephus, & Ieſus filius Sirach & Lxx, nec enim aliorum Iudæorum ſcripta extāt, ſic pronuncient & ſcribant vt noſtri Euangeliſtæ ne arguere velint noui hi ſcriptores Euangeliſtas imperitiæ, tanquam neſcierint propria nomina enunciare, de hac re millies dictum eſt, ad magis ſeria tranſeamus. Nam cum à ſuis Iudæis damnētur refutati ſatis ſunt. Quod principium ergo capitis & ſententiæ fecit Euangeliſta, Pagninus, & Vatablus, & interpres alius neſcio quis accuſandi caſu tranſtulere, quod principium orationis, & ſententiæ fecit Euangeliſta finem orationis & ſententiæ hi faciunt ſcriptores, ſequuti rabinos quos ſupra dixi. Tu te ipſum conſule quid non ſic liceat peruertere & trahere ad eos ſenſus ad quos tu velis. hoc erat ergo cur Iudęi & nři aduerſarij trāſlationē Lxx tā male oderint quod illa Iudaicos dolos plane arguit

arguit '& citatur ab Apoſtolis & Euangeliſtis. Ergo illud principium cap. 9. iuxta Diui Hieronymi vulgatam primo tempore alleuiata eſt terra zabulon & terra Naptali: ſic coniungitur à Pagnino capiti ſuperiori. Quia non erit ei obſcuratio ſecundum anguſtiam quæ fuit ei tempore primo abeo qui alleuiare fecit terram zabulum, & terram Naphtali, & vltimo abeo qui aggrauari fecit via maris trans iarden Gelil gentium ſic Pagninus, quære hic verba Euangelica, certe non reperies, tranſlator quidam ſic: Quia non obtenebratus ei qui coarctatus in ea ſecundum tempus primum alleuiauit terram zebulum, & terram Naphtali, & poſtremum aggrauari fecit viam maris trans iardem Gelil gentium. Sic vertit alius tranſlator vt in his non appareret veſtigium prophetię Matthæi, ſed rabinica interpretatio Euangelicæ anteferretur. Vatablus ſic, etenim nõ expediet ſe is qui ſe in anguſtiam huiuſmodi coniecit, vel quia non obtenebratus erit propter eum qui anguſtijs afficietur illi. Deinde quemadmodum ſuperiori tempore, dum leuiter affligebat terram ſebulon & terram Nephtali, poſtea vero grauius afflixit via maris vltra Iordanem in finibus gentiũ, vel qui iuxta tempus primum alleuiauit terram zabulon, & terram Neptali, & tempore nouiſsimo aggrauabit in viam maris ad Galilæam gentium. His modis Vatablus. In quibus quære ſodes Euangelicæ prophetiæ veſtigium, certè non comparebit, varia diſtinctione & peruerſa interpretatione ex oculis euanuit, vt vel ex hoc ſolo fallaciæ Iudaicæ noſcere poſsint ei qui diligenter Vatablum legerit & animum attenderit, tranſlatione Vatabli duplici Iudaica interpretatio de qua ſupra diximus exprimitur, & ob oculos ponitur è medio tollitur vulgata D. Hieronymi, & Euangelica tranſlatio, & tamen tam ſtultos nos putat vt putet ſe nobis perſuadere hic agi de paſsione Domini, & de Euangelica prædicatione. Vbi Vatable quæſo mutata tuam tranſlationem? Vbi hic paſsio Chriſti? vbi iuxta te & tuos prædicatio Euangelica? omnia vitias & Iudaicè interpretaris & poſtea tã fatuos nos putas & ſtupidos vt credas te perſuadere nobis poſſe de paſsione Chriſti his agi, & de Euangelij prædicatione. Et hæc fallacia Vatabli adhiberi ſolet ab eo in plæriſque locis de Chriſto Domino manifeſtis, quos Iudaica interpretatione vitiat, & poſtea Chriſtum & eius Apoſtolos, & Chriſti myſteria ſonat malus. Sed iã Iudaicam interpretationem refellamus. Vatablus etenim non expediet ſe qui ſe in anguſtias coniecit, id eſt, non liberabitur, qui incidet in poſtremã afflictionem cum à Salmanaſſare ductæ ſunt captiuæ decem tribus quemadmodum ſuperiore tempore expediuere ſe, ſcilicet, dum leuiter affligebat terram zebulum & terram Neptali. Poſtea verò grauius afflixit Salmanaſſar. Sic Vatablus, vbi igitur hic paſsio Chriſti? vbi Euangelij prędicatio? Certè pateſcunt in tuis ſcriptis Vatable doli Iudaici. Primũ omnium in hac Iudaica interpretatione efficitur falſa prophetia cum dicitur non expediet ſe is qui ſe iſ qui ſe in anguſtias coniecerit poſtrema captiuitate, cũ grauius affliget Salmanaſſar, plurimi enim ſe expediuere ex illa captiuitate, vt alibi diximus ex libris Regum, ex reſiduis enim captiuitatis Iſrael ſuccreuere decem tribus quæ tẽporibus Chriſti erant Florentiſsimæ, & ex captiuitate Babylonica cum populo Iuda ſe multi vna cũ populo Iudaico expediuerè & rediere ex illa Captiuitate, deinde falſa erit prophetia, cum dicat non tantum futuram anguſtiã primæ captiuitatis quæ leuior fuit quanta ſecundæ, in vtraq; ducta eſt captiuitas decem tribuum, & vtraque immedicabilis, nullæ enim tribus ex illis decem ſunt ab exilio reuocatæ, falſa eſt ergo interpretatio, qua dicitur altera grauior fuiſſe leuior altera, leuior dicitur, inquiunt, quod in prima non ducun

tur captiuæ tot tribus, quot in ſecunda; de hoc poſteà videndũ erit. Sed dic quæſo te ſi tam grauis calamitas, & tam irremediabilis quatuor tribus ſit inuecta in priore captiuitate, quã. 6. reliquis poſtea quomodo illis quatuor calamitas leuior erit quã fuit poſtremis ſex tribubus poſterior afflictio, oppreſſerit quidẽ afflictio prior pauciores tribus leuior nõ oppreſſerit, nec tam ſtultus quiſquã eſt, vt in hac re Iudaicam probet ſententiã. Quomodo ergo poteſt vera eſſe ſententia illa, quia non erit ei obſcuratio ſecundum anguſtiam quæ fuit ei primo, id eſt, non tam leuis erit poſterior afflictio quam fuit prior, in priore captiuitate vaſtata eſt enim Galilæa, id eſt, tribus zabulon & Nephtali & captiua ducta & Galilæa in poſteriore ductæ reliquiæ tribus captiuæ; quæ maior grauitas harum poſteriorũ quam priorũ? quũ vtraque tribus vaſtatæ & actæ captiuæ hæ prius illæ poſterius vbi ergo habent locum hæc verba, quia non erit ei obſcuratio ſecundũ anguſtiã quę fuit ei prius, nec iuuat ei dicere maior pars decẽ tribuũ poſteriore captiuitate acta captiua eſt quã priore, non tamen ideo grauiore afflictione poſteriores tribus ſunt affectæ quã priores quã vtraq; eandẽ ſubierint fortunã, nec altere alteris grauiorẽ, ſaltem plures in poſteriore captiuitate actæ captiuę quã in priore, quid hoc iuuat ſi in vtraq; captiuitate par & eadem calamitas excepit vtraſq;, & ſi bene numeres non plures tribus captiuæ ſunt actę in poſteriore captiuitate quam in priore. Nam vt leges. 4. Regum cap. 15. Thetglaphalaſar Rex Aſſyriorũ cæpit Ion, & Abel, & domũ Maaca, & Ianoę, & Cedec, & Aſor, & Galaad, & Galilæã, & vniuerſam terram Neptali, & tranſtulit eos in Aſſyrios, & hoc Iudæi etiã fatẽtur, vt leges in dictione, qualal, in theſauro Pagnini thiglaphalaſar in priore afflictione captiuos duxit Reubenitas, & dimidiam tribuũ Manaſſe & Neptali authore R. D. & ſcriptura addit Galilęam, vt dictũ eſt, quæ alias continebat tribus. Nec qui Iudaicã ſententiã vellet tueri poſſet pro ſe citare Ioſephũ Iudæum libro. 9. de antiquitate cap. 13. quanquam alibi à nobis eſt adnotatum Ioſephũ in gratiam ſuorũ multa mentitũ, vt ſe etiã nationum auribus qui ea tempeſtate rerum potiebantur attemperaret, quod apparet etiã hoc cap. 13. lib. 9. quod citamus vbi non refert decem tribus actas captiuas à Rege Aſſyriorũ Salmanaſſare, ſed factas vectigales, & priorem captiuitatẽ acerbiorẽ fuiſſe narrat poſteriore quod in priore Damaſcænos & plæroſq; Iſraelitas captiuos duxit, vt Theglaphalaſar qui prius afflixit Iſraelitas ſe gelſerit acerbius Salmanaſſare qui poſterior Iſraelitis bellum intulit, qui tantum ſcribitur ſubegiſſe Iſraelitas & eos feciſſe vectigales, ſed hiſtoria eſt mendax, Nã. 4. Regum Theglaphalaſar ſcribitur Galilæam & vniuerſam terram Neptali trãſtuliſſe in Aſſyrios & alias partes tribũ Iſrael. Atqui Galilæa continebat tribũ zabulon & tribum Neptali, & tribum Aſſer, & partes aliarum tribuũ quæ igitur maior calamitas potuit eſſe quam quod captiuæ ductæ ſunt hæ tribus, vt prodidit hiſtoria ſacra, & ita ductæ ſunt captiuæ, vt nunquam ab exilio eſſent reuocandæ, cap. vero. 17. eiuſdem lib. 4. Regum Salmanaſſar expugnaſſe Samariã dicitur, & tranſtuliſſe Iſrael in Aſſyrios quid plus mali illatum hic quam illic, quod peruagatus, inquies, eſt Salmanaſſar omnem terram Iſrael & expugnaſſe dicitur caput regni, duxiſſe Iſrael captiuum, quaſi non idem factũ ſit in captiuitate facta à Thiglaphalaſſare. Sed in priore vaſtitate reſidui fortaſſe erant aliqui, quos poſterior deleuit vaſtitas cum Salmanaſſar obijt omnem terram Iſrael, quaſi vero ex priore vaſtitate & poſteriore non fuerint reſidui plurimi ex decem tribubus vnde decem tribus ſuccreuere quæ Chriſti temporibus erant florentiſsimę, quod hinc dices quod anno 6. regni Ezechiæ actæ ſunt captiuæ de-

cem

iu,

cem tribus, vt ſcriptum eſt. 4. Regum, cap. 18. & poſt mortem Ezechiæ & poſt Regnũ Manaſſe, temporibus Ioſiæ Regis ne potis & filij Manaſſe reſiduos decem tribuum expurgauit idolorum immundicijs, vt leges. 4. Regum cap. 23. & Paralip. ſecundo. capite. 30. præcipuè cap. 34. & cap. 35. vt poſt tot factas fraudes à Iudęis ſententia Iudaica non poſſet cohærere tantum abeſt, vt ſententiæ Euangelicæ poſsit anteferri. Mitte omnia hæc verba Eſaiæ poſteriori afflictioni conuenire non poſſunt, etiam ſi tormento ferreo huc pertrahere cõtendas, ſiquidem terra Zabulon & terra Neptali via maris Galilæa gentium ad priorẽ afflictionem referri poſſunt, ad poſteriorem non poſſunt, neque enim Samaria & reliquæ tribus in Galilęa fuere, nec in via maris, aut vltra ripas Iordanis, Nam tribus quæ in his locis habitabãt in priore afflictione quam ipſi Iudæi vocant captiuæ ſunt ductæ, poſterior afflictio ad Samaria caput decem tribuum, & ad reliquas tribus pertinet quæ in his locis quæ diſtribuntur à Propheta Eſaia non habitabant, videre hoc qui nobis aduerſantur, Nam Vatablus qui apertior eſt, Gelil, vocem hebręam quæ Galilæa vſq; adhuc à Iudæis omnibus trãſlatoribus non ſolum à noſtris redditur Galilæa ipſe tranſtulit non Galilæam ſed terminum, vt eſſet, terminum gentium vt ſignificarentur reliquæ tribus quæ habitationibus gentium & aliarũ nationum ſunt definitæ, alij inſidioſe vocem hebræam relinquunt nec trãſferunt Latinè ne confiteri videantur Gelil ſignificare Galilęam, ſed reliqua omnia Iudaicæ ſententiæ repugnant, quomodo enim in poſteriore afflictione grauius afflicta dicitur terra zabulon & Neptali & via maris & trans Iordanem, quæ in prima afflictione captiua ſunt ducta, & alleuiare Iudæi pro liberare accipiunt, quomodo in hac parte pro leuius affligere dicetur? quando, qualal, id ſignificauit vnquã? alleuiaſſe dici poteſt qui tot tribus duxit captiuas? & leuiter afflixiſſe dicatur qui vaſtauerit tot tribus & captiuas egerit? cur ergo poſterior captiuitas nõ dicetur alleuiaſſe quando reliquas quoque duxerit captiuas. Itaq; ſi omnibus partibus prophetiæ vim afferre contendas Iudaica ſententia non poterit cohærere. Sed de Iudaica ſententia plus ſatis dictum eſt, iam de Euangelica dicamus.

וְאַרְצָה נַפְתָּלִי וְהָאַחֲרוֹן הִכְבִּיד דֶּרֶךְ הַיָּם

עֵבֶר הַיַּרְדֵּן גְּלִיל הַגּוֹיִם׃

ἡ γῆ νεφθαλεὶμ καὶ οἱ λοιποὶ τὴν παραλίαν καὶ πέραν τοῦ ἰορδάνου γαλιλαία τῶν ἐθνῶν

¶In hoc loco duplex hebraica lectio fuit, altera quam expreſsit D. Hieronymus quæ eſt ſacroſancto Concilij decreto, altera quam expreſſere Lxx viri quã citat Spiritus S. ore Euãgeliſtę Matthęi, quę ſacratiſsima eſt, quam Euangeliſta citat, & quam citat Spiritus S. Sed dices in tranſlatione Lxx. Vbi eſt verbum illud alleuiata eſt? diuerſa diſtinctione vſi ſunt Lxx, & verbum hebręum, hequal, quod Hieronymus tranſtulit alleuiata eſt Lxx priori ſententię reddidere, & velox eſto, tranſtulere aut velociter. Vertere enim hoc primum velociter bibe, velociter fac, qua tranſlatione nobis ſignificant æditionem hebræam ſuæ tempeſtatis duo triauè verba prætuliſſe quæ Diui Hieronymi temporibus, & noſtra tempeſtate non pręfert, hequal ſotę velociter bibe, &, hequal haſa; velociter fac, aut velox eſto bibe, velox eſto fac. At hoc, inquies, non citat Euangeliſta, vt authoritate Spiritus ſancti illud, ſat eſt quod tranſlationem Lxx. ſemper citat Spiritus ſanctus vt illam nunquam putem reijciendam. Sat eſt quod veteres patres hoc interpretãtur de Nuptijs Cana Galilææ, & de aqua in vinum conuerſa, quàm tã cito Chriſtus in vinũ

conuertit,& velociter credidere,& prima illa Regio Chriſto credidit,ſed durum eſt ſi dicere tu velis deeſſe verba in lectione hebræa quæ olim erant. Hoc monſtratum eſt libro.3.cap.64. de demonſtratione ad oculum, hebraice factum frequentiſsime,& his duobus huius operis poſtremis libris nó raro oſtéditur,vbi Spiritus ſanctus cùm ore Apoſtolorum & Euangeliſtarum citat ſcripturæ teſtimonia,citat enim ſępè tranſlationem Lxx quæ plura verba præferunt quam ea ſunt, quæ ſunt hebraicè, nec quiſquam tam erit impius qui Spiritum ſanctum falſa citare dicat.Lxx fecere initium ſententiæ,Regio Zabulon & terra Nephtali, & hanc diſtinctioné ſequutus eſt Euangeliſta Matthæus,pro regio dixit Euangeliſta terra. Deinde quod D.Hieronymus tranſtulit & nouiſsimo aduerbialiter,Lxx fecere nomé, quod vtroque modo hebræa lectio accipi poteſt, vertere enim & nouiſsimi, pro quo poſuere& reliqui,derecha iam, ideſt,viã maris,reddidere κατὰ τὴν θάλασσαν iuxta viam maritimam,per mare, ſcilicet, Tyberiadis & Geneſareth, quæ loca.perambulabat Dominus, pro,& reliqui iuxta viam maris,dixit Euangeliſta tantum ὁδὸν θαλάσσης via maris, quod Apoſtoli & Euangeliſtæ breuiant ſcripturam,vt dictum eſt,dices: vbi eſt verbum illud quod Hieronymus vertit,aggrauata eſt,in tranſlatione Lxx? non agnouere Lxx tale verbum,nec videtur hebręa lectio tale verbum tempeſtate Lxx prætuliſſe,quod inde ducor,vt putem, nec Lxx viri illud interpretantur,& tranſlationem Lxx citat Euãgeliſta, & eius ore Spiritus ſanctus & hoc verbum non citat,reliqua citat Euangeliſta iuxta trãſlationem Lxx quanquam quędam mutat, pro οἱ κατοικοῦντες ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου dixit Euãgeliſta τοῖς καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου mutato vno verbo tamé in aliud eiuſdem ſignificationis,& pro φῶς λάμψει αὐτοῖς reddidit Euangeliſta ſignificantius φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς vno verbo mutato, reliqua eodem modo. Oſtendimus in Cõmentarijs in Eſaiam vulgatam D. Hieronymi idem ſignificare. Et ideo Dominum,vt dictum eſt delegiſſe patriã Nazareth & Capharnaum iuxta prophetiam Eſaiæ,vt compleretur quod dictũ erat per Prophetam Dominum in illis locis potiſsimum verſaturum vbi eius patria erat in tribu Zabulon & in tribu Nephtali & in Galilæa,vnde Dominus Galilæus eſt appellatus,& in ripis Iordanis & circa mare Tiberiadis & Geneſareth,& inde delecturus eſſe diſcipulos, & Chriſto credituros fideles, quibus omnibus Euangelicæ litteræ plenę ſunt. Aduerte verbum illud hebræum hicbid quod Hieronymus vertit aggrauata eſt, aut Lxx non agnouiſſe,vt diximus, aut vertiſſe, glorificata eſt.

Vulgata ibidem.

Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, ſedentibus in tenebris & vmbra mortis lux orta eſt eis. 229.

הָעָם הַהֹלְכִים בַּחֹשֶׁךְ רָאוּ אוֹר גָּדוֹל יֹשְׁבֵי בְּאֶרֶץ צַלְמָוֶת אוֹר נָגַהּ עֲלֵיהֶם׃ Lectio Hebręa.

ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει ἴδε φῶς μέγα, καὶ οἱ κατοικοῦντες ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου φῶς λάμψει ἐφ' ὑμᾶς. Lxx.

Matthæus.

ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει εἶδε φῶς μέγα, καὶ τοῖς καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς.

HOc loco etiã ſignificatur cur Dominus ſibi patriam delegerit Nazaretu & Capharnaum,vt compleretur vaticinium Eſaiæ quod Dominus qui erat mundo exorturus ſol fulgentiſsimus futurum erat vt luceſceret & ſplendeſceret in terra Zabulon & Nephtali, & in Galilæa,Aquam in vinum conuerteret in Cana Galilææ,Apoſtolos elegerit

rit ex tribu Zabulon & Nephtali,commoraretur in illis locis in ripis Iordanis prope mare Tyberiadis, & prope mare Geneſareth in Galilæa gentiū,quæ ideo Galilæa eſt dicta ꝑ varias gentiū nationes intermiſtas cū tribubus Iſrael haberet,quem populū gentium habitanté in tenebris appellat,& in vmbra mortis,vidiſſe ait lucem magnam Chriſtū Deum verum,ſcilicet & hominē verū fulgenté miraculis & doctrina cæleſti, aduerſarij noſtri tamen hoc faciunt capitis initiū, & à cæteris diſrumpunt, & praua interpretatione à Chriſto auertunt,&ad Sennacherib conuertunt his artibus & dolis falſa ſcriptione,diſtinctione falſa, & peruerſa interpretatione,quæſo quid nō poterit eo pertrahi quo Iudæus velit. Noſtra lectio tribus ſæculis ante Domini aduentū in carne translata græce eſt & diſtincta, ſuam Iudæi per mille quingentos ſupra ſeptuaginta annos mille verſant fraudibus, & quoſdam ex noſtris habent adiutores & aſtipulatores. Qui adnotāt quædam ipſos peruertiſſe euangeliſtas, authoremque eius rei Euthymium citant,Euthymium, inquam, Zigabonum in quatuor euangelia falſo in hunc locum. Interpretatur enim optime,ait tamen non integre citatum ab euangeliſta, deceptus ab aliquo Iudæo, citatur enim translatio Lxx ab euangeliſta integra,ſed vt dixi Lxx aliam lectionem hebræam agnouere.

Matthæi capit. 5.

Vulgat. 230. *Audiſtis quia dictum eſt, diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.*

HIC locus nec hebraice eſt, nec in translatione Lxx. reperitur,quid veteres patres de hac re dicant omnibus in promptu eſt ſcire. Ego dicam quod mihi in mentem venit: veritas ipſa citat hunc ſcripturæ locum? vere igitur hic locus in ſcriptura fuit quodammodo, ergo hebraice non eſt? Multa ex hebræa lectione etiam negligentia Iudaica excidiſſe monſtratum eſt lib. ſecundo cap. 63. & 64. de demonſtratione ad oculum, malitia Iudaica multa ex ſcriptura ſacra fuiſſe expuncta eodem libro ſecundo eſt probatum, præcipue tamen cap. 64. libri tertij. Eiuſdem notæ hunc locum eſſe puto,qui vel malitia Iudaica vel Iudaica negligentia fuerit expūctus. Quæret aliquis fortaſſe quo argumento iſtuc ita putem,quod locis citatis monſtratum eſt in lectione hebræa frequentiſsimè id fieri ſolere, & quod Chriſtus qui eſt veritas ipſa in ſcriptura ſacra id ſcriptum fuiſſe teſtatur. Igitur neceſſe eſt vt ſcriptum fuerit,nec aliter quiſquā arbitrari poteſt. Cur,inquies,in translatione Lxx virorum hic locus non eſt? De hac re ſæpè ſum conqueſtus Iudæis in translatione Lxx per noſtros quoſdam multum licuiſſe, vt ſub prætextu caſtigationis multa mutarent, vitiarent multa,inſtant quidam, & iure inſtāt,credibile non eſſe Dominum præceptū fuiſſe,vt odio inimicum haberemus, cui argumento etiam illud addere potes Platonem cum alijs locis plurimis,tum in Critone probaſſe, non malefaciendum eſſe inimicis,& inimicos eſſe diligendos & veritas,vt ait Auguſtinus in prologo doctrinæ Chriſtianæ, vbicunque eſt à Deo eſt. Deus igitur ſibi non repugnat, & hoc præceptum Dei fuiſſe vt omnibus benefaceremus,& diligeremus omnes conſeſſum eſt,cum iubemur Deum diligere & proximū,& tam amicus quā inimicus proximus dicitur: quomodo igitur credibile eſt,inquies,in veteri teſtamento præcepiſſe Dominum vt inimicus odio haberetur? ſi prophetas luſtres animo & cogitatione, & vetus teſtamentum, intelliges Deum maxima prouidentia, vetuiſſe Iudæos inire fœdus & amicitiam contrahere cum Ægyptijs,cum Aſſyrijs,cū Babylonijs, & pu-

& puniјſſe ſæpè Iudæos quod periculis bellorum preſsi ab Ægyptijs opem péterét, & ab alijs Idololatris, quod Dominus iuſſerat odio habere quatenus Idololatrę, neque ab his opem petere, nempe quod inde Idololatræ fierent, quod tam frequens in Prophetis eſt, vt nihil magis frequens dici poſsit. Iubebantur Iudæi ergo diligere amicos, & inimicos odio habere, & plenæ ſunt Prophetarũ voces pœnarum quas Dominus irrogaret Iudæis, quod amatores eſſent Idololatrarum, quos iuſſerat Dominus fugere & odio habere quatenus Idololatræ. Origenes Homelia. 7. in diuerſos. Quando liberatus eſt, inquit, à ſeruitute Ægypti populus Iſrael præcepit Dominus in lege Iudæis ne communicarent Cananæis, quoniam ſine lege erant, Idola immunda colentes, ne mercarentur cũ eis, ne connubia miſcerent, ne per hoc à ſuis legitimis priuarentur & prophanis Idolorum cultibus iungerentur. Temporibus Euangelicis iubemur proximos diligere, ideſt, amicos & inimicos qui proximi dicuntur, & illo quoque ſenſu quo diximus vetitum fuiſſe coire amicitiam cum Idololatris, iubemur diligere inimicos prædicare illis Euangelium, inferre nos in omne diſcrimẽ, iuxta illud: Ite & prædicate Euangelium omni creaturæ; & iuxta illud: Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. Hunc locum interpretatur Auguſtinus contra Fauſtum Manichæum lib. 19. ca. 24. vbi oſtenditur contra Fauſtum, contrarium non eſſe, quod in lege veteri dictum eſt, Diliges proximum tuum, & oderis inimicum tuum, Et illud: Diligite inimicos veſtros. Idemque repetit cap. 28. eiuſdem libri.

Ex capite Quinto.

Vulg. 231. *Beati mites, quoniam ipſi poſsidebunt terram.*

IN Pſalmo. 36. hęc eadem verba per os Dauidis veritas ipſa dixiſſę videtur. Nam vbi legimus: Manſueti hæreditabunt terram, vertere potes, Mites autem hæreditabunt terram. Et ſi græcę legas, eadem verba græca agnoſces in tranſlatione Lxx & in litteris Euangelicis, quo fit, vt eò referenda putem verba Pſalmi, quò retulit Dominus in litteris Euangelicis, terram viuentium, ſcilicet. Eſt enim duplex terra, vt docet Origenes in cap. 31. Num. Homelia. 26. altera in qua omnes ſumus, altera in regno Dei, quę manſuetis repromittitur, quæ terra viuentium nominatur, & terra in excelſis poſita, de qua Propheta: Et exaltabit te, vt hęredites terram. Iudæi ad hanc terram omnia referunt, proni magis in terram, quàm Philoſophi. Siquidé Plato altius multo ſe attollit in Phędone, aliam quandam terram eſſe ait, quæ vniuerſa multo magis ſplendet, quam Smaragdi, Sapphiri, Iaſpides, ſplédidius micat quam pretioſi lapilli; & gemmæ. Mulusq; verbis hanc terram depinxit omnibus ornamentis micantem, & ſplendentem, neſcio quid diuinás, nam poſtea rogatus Socrates an putet, quæ deſcripſit, ita eſſe reſpondet, nõ auſim affirmare vera eſſe, quæ oculis nõ vſurpaui meis, talia quædam eſſe, aut maiora quædam non dubito. Eraſmus in illud: Beati pauperes, putat pauperes appellari à Domino mites etiam ſi opibus abundent, & quoſdam ex noſtris reprehendit, quod verba hæc ad paupertaté, & mendicitatem referant, & vulgus appellat Theologorum eos, qui hoc aiũt, & vulgo adnumerat Bedam, qui in hac ſententia eſt, qui mihi videtur dum aliorum inſcitiam inſectatur, ſuam prodere, alia beatitudine dicitur: Beati mites & manſueti, hac: Beati dicuntur pauperes & mendici ſpiritu, ſua voluntate & electione (quantum ego interpretor) non enim quicunque pauper & mendicus, cõtinuò bonus eſt & beatus, ſed qui cõtẽnit opes, & ſe totũ Deo aſſerit. Hoc docet Plato in Phædone, vbi Philoſophis ait mortis meditationé eſſe, quod Philo-

ſophus

ſoph⁹ verus quãtũ poteſt à corpore abſcedat, ſegreget voluptates corporis, & res exteras, ſe totum ad animũ traducat, & ad eius cultũ eũdẽ appellat φιλοσώματον καὶ φιλοχρήματον, id eſt, amatorem corporis, pecuniarum & honoris: quod quicunque corpus amet, idem amet pecunias & honores, neque quiſquam pecunias amet aut honores, quin amet corpus, amatores porro corporis opponit animi, & rerum cæleſtium amatoribus. Negabis, inquies, diuites, qui pauperes ſpiritu ſunt, eſſe beatos? minime. Fuere enim locupletes, & ſunt viri optimi qui ſe Deo aſſerunt, & omnia ſua dicant Deo, hoc omnes ſancti docent. Nemo hoc in dubium reuocat. Et beatiſsimus fuit Abraham & alij ſancti patres, qui abundauere opibus nemo inficiabitur. Sed beatiſsimos eſſe qui abijciunt opes, & ſe totos aſſerunt Deo, non ſolũ litteris ſacris definitum eſt, dum dicitur: Vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me. Et: Ecce nos reliquimus omnia & ſequuti ſumus te, quid ergo erit nobis? ſed ſenſere etiam hoc philoſophi, mitto epictetum, & Arrianum eius interpretem. Plato, loco citato bonam partem illius dialogi in eo conſumit, vt id oſtendat eſſe veriſsimum, & in fine.3. libri de R. P. & præſides ſuæ reipublicę cæleſtis cuiuſdam, quam ipſe fingit, perfectiſsimam, ſplendentem, omnium virtutum ornamentis, quos R.P. cuſtodes appellat, tantum vult habere thoros, qui bus cubent, & tenuem victum, & veſtitum, conuenienter cum illo Diui Pauli: Habentes victum & amictum, his contenti ſimus. Vetatq; eos aurum & argentum accipere, conuenienter etiam illi D. Petri reſponſioni, aurũ & argentum nõ habeo, quod autem habeo, &c. & principio lib.4. de R.P. multis verbis rationẽ reddit cur primarios & principes ciuitatis Dei quam Plato in libris de R.P. conſtituit quam pauperrimos eſſe oporteat mutuatus hæc omnia eſt Plato, è Iudæorum diſciplina qui lumine Spiritus S. illuſtrati videre Chriſtum & Chriſti myſteria, & vitam Euangelicam, & ad huius Euangelicæ vitæ normam ſuæ vitæ curſus direxere, vnde ex Diuo Thoma, & Auguſtino, dictũ eſt ſupra multos ex veteribus patribus ad nouum teſtamentum pertinere, nempe quod iuxta vitam Euangelicã, quam animo & mente proſpiciebant illuſtrati Spiritus S. lumine rationem vitæ ſuæ inſtituebant, vt pluribus ſupradictũ eſt, luſtrauit Plato AEgyptum, & Iudæam, vt docet Iuſtinus & Euſebius ex authoritate ſcriptorũ veterum multa ab his didicit, quæ cũ litteris Euãgelicis cõcordant. Nã res ſupernaturales humano ingenio erui nullo modo poſſunt, nec inueniri. reuelatæ verò naturali rationi tm̃ abeſt vt repugnẽt, vt plæraque cũ ea mirifice quadrent. A prophetis ergo, & à ſanctis patribus qui Euangelicã vitã degebant hæc quæ diximus Plato didicit, quæ ſunt veriſsima, ne quis vulgus Theologorum nominet eos qui hæc ſentiunt, aut ſub Theologorũ nomine Euãgelica dogmata taxet. Videor mihi enim adoleſcẽs olim dũ in his ſtudijs humanioribus verſabar, legiſſe quoſdã quos ſuſpicabar parũ probare religioſorũ illud inſtitutũ quo decreuere opes amplas relinque, re vt poſtea ſacco indu ti, emendicarẽt ſtipẽ hoſtiatim aut panis quadrã. Sed qua licẽtia (ne quid dicã grauius) Eraſmus Bedã reprehẽdere audeat, & pronunciare de Græcis vocibus Euangelicis, non quod verũ ſit, ſed quod ei libear, mirari ſatis nequeo. Quod enim Beda dixerat in litteris Euãgelicis, non pauperes ſolũ beatos appellari quos πένητας Græci vocant ἀπὸ τοῦ πονεῖν hoc eſt à laborando, qui labore victum quæritanr, quibus ex opere victus eſt, ſed etiã πτωχοὺς mendicos, quos Suidas à pauperibus putat differre, quod pauperes, qui πένητες dicuntur, mediocris cuiuſdam paupertatis ſunt qui labore victum quæritant, πτωχεία omnium rerũ inopia, qualis eorũ erat, qui relictis reb⁹ omnibus crucẽ tollebãt ſuã, & ſequebantur Chriſtũ

expoſiti omnium iniurijs & contume-lijs. Negat hoc eſſe verum Eraſmus, quo authore ſi roges, nullo ſanè. Hoc enim ei, qui mediocriter græcas litteras nouerit, notiſsimum eſt. Potius, inquit Eraſmus, referendum eſt ad animi celſitudinem, & ferociam, nempe quod πίπτειν ſignificat cadere, humilē eſſe, Ideo Eraſmus inquit πτωχοὺς appellari, non mendicos, ſed manſuetos, qui non præferant animi ferociam, & celſitudinem. Imperitis grçcæ linguæ verba dare vult Eraſmus. Quis vnquam poſt homines natos hoc intellectu græcam vocem πτωχοὺς vſurpauit? Quis vnquam ſic eſt loquutus, vt πτωχοὺς appellaret diuites manſuetos? πτωχοὶ mendici ſunt, rerum omniū indigi, hos beatos appellat Dominus, ſi electione reliquerint omnia, & ſequuti ſint Chriſtum, an fictis nouis vocum græcarum ſignificationibus Euangelica dogmata mutare paratus erat Eraſmus? Huic ſimile eſt quod πένητες quos Suidas pauperes appellat ἀπὸ τοῦ πονεῖν à labore, quod victum labore quærant, ipſe negat inde dictos, ſed quod grçce μέγα πνεῖν idest magnum ſpirare & inflati incedere dicantur principes, inde πένητες qui humiles incedant eſſe appellatos, hoc fortaſſe dicere voluit Eraſmus, ſic enim hęc ſcripſit, vt non intelligas, quæ dicat. Quod ſi verum eſſet, quod abeſt longiſsimè, nunquam enim πένητας hoc intellectu reperias, neque quiſquam poſt hominum memoriam πένητας dixit eſſe appellatos ἀπὸ τοῦ πνεῖν ab ſpirando, & flando, ſi vera eſſet hæc originatio, quam putat Eraſmus πένητες ſuperbos ſignificaret potius, quam humiles, ſiquidem πνέειν ſignificat flare, & ſi inde deflectitur πένης inflatum hominem ſignificet neceſſe eſt, aut flantem, aut ſufflantem buccas, quod eſt hominis arrogātis, Et idem Eraſmus in illa verba cap. 10. Nolite poſsidere, græci ait κτήσησθε quod magis ſignificat parare, quam poſsidere, falſiſsimum eſt. Putabat opinor Eraſmus cum imperitis ſibi ſermonem eſſe quibus facile poſſet dare verba, & fingit mille dolos vt paupertatem oppugnet, & conſilium Chriſti de paupertate. An Chriſto Domino per quoſdam non licebit ſuis ſacra præſcribere dogmata? & beatos dicere pauperes ſpiritu, & eos, qui ſua voluntate relinquunt omnia, & tollunt crucem & Chriſtum ſequuntur, vere πτωχοὶ mendici, qui de Euangelio victitant, & poſtea accuſat quoſdam in illud quod ſequitur omne malum, quos ait parū æquis auribus accipere ſi quis ſimpliciter accipiat has beatitudines. Neque inficior locupletes, qui pauperes ſint ſpiritu, beatos eſſe, ſed illud indignor, pauperes Euangelicos & mendicos, parum probatos videri à quibuſdam, quod autem non ſolum litteris Euangelicis ſed Philoſophicis quoque ij beatiſſimi ſint, & multo beatiores locupletibus etiam ſi ſint pauperes ſpiritu oſtendi à principio probari à Platone in dialogo, qui inſcribitur Phædon, ne cui placeat parum ordo beatitudinum acceptus ſimpliciter, qui præſcribitur in litteris Euangelicis. Oſtenditur etiam ab eodem Platone in fine tertij libri de R. P. & in principio. 4. & vt intelligat Eraſmus aliud eſſe mitem ſiue manſuetum, aliud pauperem & mendicum, nec aliud pro alio interpretetur, ſciat tres animi potentias eſſe (ſic enim permittamus nobis loqui) rationem, iram, cupiditatem, quarum ira, & cupiditas, ſemper cum ratione bellant, qui has domuerit trāquillo, & beato animo ſit neceſſe eſt. Iram quam iraſcibilem noſtri nominant, domat lenitas, ſeu manſuetudo; Ideo à Domino in Euangeliſta dictum eſt: Beati mites: cupiditatē, quā concupiſcibilem appellant, domat paupertas. Vnde Plato nonū & decimum libros de R. P. de his duabus potētijs facit, quæ tyrannidē aduerſus rationē exercent. Nā prioribus libris oſtēderat omnes virtutes ortū habere ab his duabus potentijs debilitatis & eneruatis, & domitis à ratione. Cōtra vero vitia omnia, à victoria harū duarū

poten-

potentiarum,quā rationem conculcāt, originem trahere, quemadmodū morbi omnes,ferè ortum habent ex bile,& phlegmate,ait Plato in Timæo,ita omnis vitioſitas ex ira & cupiditate, quas iraſcibilem,& concupiſcibilem nominant.Ergo ſi iraſcibilem domat lenitas, concupiſcibilem voluntaria paupertas & faciunt,in anima tranquillitatem illam,quam Plato in Philebo ἀλυπίαν appellat,vbi ſitam fœlicitatem plæroſque putare ait;. cur alio deflectat Eraſmus verba Euangelica Beati pauperes ſpiritu,beati mendici? Cur quoſdam corrugare nares dicat cùm audiunt has beatitudines ſimpliciter accipiendas? Nam quanuis alijs tribuat Eraſmus hoc poſterius tamen,quod ipſe alio deflectit ſuperiora,ſuſpicor ſub aliorum ſententia, quid ipſe ſentiat aperire,quanuis ipſe reprehendere videatur. Solent enim oratores ſummi,dum aliud agere videntur, aliud efficere. Dominus ergo cœleſtis medicus(idem enim ſonat hebræa vox Ieſus quod latina medicus, ſanator; ſanans,ſeruans) Si paupertatem quā ipſe delegeris,inquit, concupiſcibilem domueris,& manſuetudine iraſcibilē, omnem virtutum tibi peperis concentum. Nam ratio victis his partibus quibus ſolet perturbari facile omnibus aliarū virtutum ornamentis ſplendebit. De illa beatitudine,Beati qui lugent dictum eſt in Commentarijs in Eſaiam. Lege Irenæum in fine,& Origenes tomo. 2. folio. 734.

Vulgata.

232. *Amen quippè dico vobis, donec tranſeat cœlum,& terra, iota vnum aut apex vnus non præteribit à lege, donec omnia fiant.*

ERaſmus ſibi videri ait hic ſermo per hyperbolen dictus, negatque laborari de litterarum apiculis, cùm conſtet non paucula volumina veteris inſtrumenti intercidiſſe, quæ enumerat.Non igitur laboratur,inquit, de apicibus,& cætera intercidere quidā multa Prophetarum volumina verum diuina prouidentia propheticæ prædictiones de Chriſti myſterijs millies repetitæ ſunt & adhuc etiam in Prophetis ſacris qui extant millies quoque de Chriſti myſterijs repetuntur prophetiæ, alioqui impij Iudæi noſtræ religionis fundamenta prorſus deleſſent, ad id enim toto pectore incumbunt à temporibus Chriſti vſque ad hæc tempora vt dupli ci illa arte quam diximus vitient prophetias,ſed cùm vitiarint plurimas reſtant plures vt ex tot prophetijs vitiatis, vel captus vtroque lumine niſi mente prorſus ſit captus noſtræ fidei veritatē agnoſcat,cui oppugnandæ tot fabricæ ſint admotæ,tot fallaciæ adhibitæ. Et di xerat ſupra; ſed quid apicem dixit cùm ne græcorum quidē vetuſtiſsimis mos fuerit apicibus vti,& ſero apud hebręos recepti ſint.Hæc,& ſimilia Eraſmus, dū interpretamur ſcripturam in verba Euāgelica inquirere videmur. Primum de apicibus dicamus hic de lege ſermo eſt, & de libris Propheticis, qui nomine legis etiam continentur, qui omnes hebraice ſunt conſcripti, & notū eſt olim litteras ſacras hebraice conſcriptas ſine punctis & apicibus fuiſſe. Nam κεραίας, quanquam latine vertitur apex, tam pū cta ſignificat,quæ apud hebræos pro vo calibus valent,quam orationum diſtinctiones, & ſubdiſtinctiones, quibus oratio interpuncta eſt,& diſtincta, quas ſi permutes,omnis orationis ſenſus mutatur. Significat etiam notulas quaſdam hebraicis litteris additas,quales addi ſolent ſermoni hiſpano,& mutant vocum ſignificationes,vt,cano,caño,ſana,ſaña, quæ olim omnia fuiſſe credo in vſu cō muni Iudęorum in inſtrumentis publicis, litteris familiaribus, nec enim ſine punctis,quæ pro vocalibus valent,certi quidquam poterat teneri, quale ſi

ſcribas pater ſine vocalibus, p.t.r, qui ſcias an pater legendum ſit, an potero, an petra, an patra, an putreſex ſequentibus, inquies, & præcedentibus, eadem erit in ſingulis dubitatio. Scribe tu quācunque vocem ſine vocalibus, mille poteris efficere vocum figuras, vt certi nihil ſit, eadem ratio eſt in nominibus hebræis, vt liqueat hebræis ab initio, poſt inuentas litteras ſua puncta fuiſſe & apices ſuos, quibus in ſacris litteris non vtebantur, vt partim memoria teneretur, partim lex eſſet ſcripta, vt pluribus dictum eſt in diſputatione de translationibus, & ſimul diſcerent pueri memoriter legem, & legere ſacras litteras, & doctores ſimul docerent legere litteras ſacras, & ſacrarum litterarum ſenſum quē à Prophetis per manus acceperāt, quod factum puto, vt loco citato oſtendi vſq; ad tempora Lxx virorum, qui ſub aduentum Chriſti interpretati ſunt ſacras litteras afflatu Spiritus ſancti poſtquā interpretationem facile factu fuit addere puncta, quæ pro vocalibus valent. Siue ergo poſt Lxx interpretes inuenti ſunt apices, ſiue alio quouis tempore, certè tempore Chriſti erant apices & puncta, & diſtinctiones orationum, & interpunctiones, quibus myſteria Chriſti ſignificabantur: Et vſque ad eius aduentum horum apicum nulla facta mutatio eſt, poſt crucem Domini omnis concertatio nobis eſt cum Iudæis de iota, quod hebræi, iod, vocant, addito & detracto, de apice litteræ, hoc eſt de pūcto poſito in ſiniſtro cornu, aut cornu dextro litteræ, de punctis quę valēt pro vocalibus, quod hebræi addito, aut detracto puncto, mutato litteræ apice diſtinctione orationis mutata omnes prædictiones de Chriſto deflectunt aliò, vt nihil minus, quam de Chriſto ſermo haberi videatur. Et poſteà mentiuntur fideliter parum vertiſſe Lxx viros, quod vera agnouere puncta, veros apices, orationum diſtinctiones veras, & Chriſtum, & Chriſti myſteria tribus ſæculis ante eius aduentum planè ſonant. Ait ergo Dominus iota vnum, aut vnum apicem non præteriturum, quin compleatur, id eſt, myſteria, quæ ſignificabantur addito illo apice, addito iod, vt vera lectio præfert, & vt interpretantur Apoſtoli, & Euangeliſtę & prius erant interpretati Lxx viri complenda omnia, & ita ferè omnis pugna, quæ nobis eſt cum Iudæis eſt de apice addito litterę, vt alia fiat littera, quod, vt Baſilius inquit, vna interpoſita, aut mutata littera, totū permutat ſenſum orationis, quod maximè valet in lectione hebræa, tota nobis cōtrouerſia eſt cum Iudæis de apice litteræ addito, aut detracto, vt alia fiat littera de interpunctione. Adeò, vt quanuis Eraſmus dicat non laborari de litterarum apiculis, de nulla alia re ferè inter nos & Iudęos contentio ſit, & apiculis additis, aut detractis, magna Chriſti ſignificentur, aut obſcurentur myſteria. Quod facile deprehendet ſi hebraicè ſciat, qui noſtros in Eſaiam commentarios diligenter euoluerit. Non laboratur, inquit de apicibus, ſed quod eſt promiſſum in lege Moſaica aſſeueratur eſſe completum. Fateor ego oſtendi à noſtris completa eſſe omnia, quæ prædicta ſunt in Prophetis de Chriſto Domino, neque à noſtris ſolum ſed etiam à Ioſepho Iudæo, & de hac re omnem contentionē nobis eſſe cum Iudæis, nō de fundis, aut villis aut alia de re vlla, ſed quis non videat, non poſſe intelligi an cōpletæ ſint prædictiones Prophetarum de Chriſto niſi ſcripturę intelligantur, & quis non videat eam contentionem nobis eſſe cùm Iudæis, & cùm contentionē ſitam eſſe in ſcrutandis litteris ſacris, & expēdēdis ſingulis litteris, pūctis ſingulis, & apicibus ſingulis. An poteſt quiſquā de intellectu ſcripturæ alicuius cū aduerſario contendere quin apices, puncta ipſa, orationumque diſtinctiones, aliaque huius notæ rimetur? præſertim ſi ſcriptura aduerſariorum digitis ſit exarata, iam ab antiquiſsimis ducta tempori-

poribus? translataque græcè aut latinè iam olim, vt inde colligi poſsit, quidquid fraudum in exarandis ſcripturis ab aduerſarijs eſt factum ſi apex litteræ ſit additus, aut detractus, vt in aliam litteram mutetur, & totã mutet ſententiam, qualia facta eſſe in litteris ſacris innumerabilia, liquet ex Diuo Hieronymo etiam dum Theodotionem, Symmachum, Aquilam, quos appellat blaſphemos Iudæos tuetur cùm rectè ſcripturam vertiſſe videntur, diſsident tamé à lectione hebræa, quæ in codicibus hebræis vulgo circumfertur. Aliter legiſſe eos, inquit, mutatis, aut additis litteræ apicibus, alias litteras hebræas eſſe factas, ita mutatione quarundam litterarum quæ facilime fit in lingua hebræa, aliam eos agnouiſſe lectionem. Et Symmachus quidã, Aquila, & Theodotion, non ita longo tempore Diuum Hieronymum præceſſerant à Lxx viris vſq; ad Diui Hieronymi tempora ſeptingenti interceſſerant anni, quo tanto interuallo veriſimilis eſt multos apices, puncta, litteras eſſe mutata: præſertim vbi in translatione Lxx manifeſtiſsima vaticinia de Chriſto ſint, quæ in lectione hebræa non ſunt, niſi litteræ alicui addas apicem, aut punctum mutes, aut orationem diſtinguas aliter, tunc Chriſtus nitet ſplendidius aſtris. Denique doctiſsimos quoſque viros ſic videmus caſtigare, & interpretari græcos latinoſque libros addito litteræ apice, vt ex iota, fiat r, aut l, ex c, fiat e, aut ſimili quadam mutatione, qua facta, ſi eluceſcit admirabilis quidam ſenſus, admirabiliter oblectamur, idque in nugis, ſi cum ſacris litteris conferantur. Sic enim Plato appellat nugas omnes diſciplinas, ſi eas cum ſacra Theologia conferas, cum ſcientia de Deo. Hos viros doctiſsimos conſule, qui libros græcos & latinos ita caſtigãt roga an ita ſit reſpondebunt, ita eſſe. Et D. Baſilius in proœmio lib. 1. de Spiritu ſancto viro Theologo expendendos ipſos litterarum apices docet, ipſas litteras & ſyllabas, non ſolum ipſas voces & orationes, quod fieri non poſsit vllo modo, vt eruas ipſos ſacrarum litterarũ ſenſus, quin puncta, apices & minutiſsima quæque ſcruteris. Atqui Dominus: Scrutamini ſcripturas, inquit; aitque Diuus Chryſoſtomus, non dixit Dominus, legite ſcripturas, ſed ſcrutamini. Et in cap. Geneſeos. 5. Homil. 21. Ego autem, inquit, omnes vos obſecro, ne ſimpliciter ea quæ in ſcripturis ſacris conſcripta ſunt, tranſeatis. Nihil enim hic ſcriptum eſt, quod non multas ſenſuum habeat diuitias, quandoquidem diuino ſpiritu adflati prophetæ loquuti ſunt. Ideo vt à Spiritu ſancto ſcripta ingentem in ſe continent theſaurum: nec enim vel ſyllaba, vel apiculus eſt in ſacris litteris, in cuius profundo non ſit grandis quiſpiam theſaurus. Ergo Diuus Chryſoſtomus, & D. Baſilius non negant laborandum eſſe de apiculis, ſed docent in ſyllabis, & apiculis litterarum ingentem ineſſe theſaurũ, omnia inquirenda eſſe & ſcrutanda idq; dixiſſent multo magis, ſi hebraicè ſciſſent, ne quis dicat non laborandum eſſe de iod vno aut de apiculis [illegible] autem vox græca quæ in litteris Euangelicis eſt, tam apices, quam puncta ſignificat, virgulas & diſtinctiones, quæ olim ſi non ſcribebantur, nihilominus iuxta illas legebatur lectio hebræa. Non ſcribebantur puncta, quæ pro vocalibus valent, legebatur tamen ſcriptura cum ſuis vocalibus, & ita diſtincta, vt ſi haberet ſuos apices, & ſuas diſtinctiones, & ſubdiſtinctiones. Et lectio, & interpretatio ſcripturæ quaſi per manus tradebatur poſteris. Igitur etiam ſi non ſcriberentur hæc chartis, ſcripta erant, & exarata animis ſapientium, vbi multo magis erant ſcripta & fidelius; vt docet Plato in Phædro, quàm ea, quæ chartis erant exarata, & ſacras diſciplinas ſemper putat Plato animis exarandas potius fuiſſe, quàm animalium pellibus, ne dicat Eraſmus neſcire ſe quomodo hoc dicat Euãgeliſta, cum primis temporibus, neque

Sſ 5 ſcribe-

ſcriberentur apices, neque puncta negabit Eraſmus vocales pronuntiatas olim fuiſſe aut ſiue vocalibus affirmabit dictiones poſſe proferri, aut ſine diſtinctione, & interpretatione? Ergo etiam ſi tantum conſonantes ſcriptæ eſſent litterarum ſacrarum, vt ſemper excubaret Iudæorum cura in euoluendis litteris ſacris, & vocales apices & puncta inſcriberentur animo, erant tamen hæc omnia animo ſcripta, quæ poſt Lxx viros ſub aduentum Domini etiam chartis plenè ſunt credita, vt nihil deeſſet, & miracula ſunt ędita vt appareret diuinitus ſcripturam tranſlatam, vt data erat diuinitus, & temporibus Chriſti erant iam apices, erant puncta, quæ omnia probat Dominus hoc toto Euangelio. Nam quod ait libros veteris teſtamẽti non paucos intercidiſſe, ita eſt, ſed neceſſarios inſpiratos eſſe Eſdræ, & recuperatos per Eſdrã plurimos notius eſt, quam vt dicendum ſit, & de his omnibus in diſputatione fuſiſſimè dictum eſt.

Vulgat. 233. *Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Non mœchaberis, &c.*

ARiſtoteles magnorũ moraliũ li. 1. cum in vitijs docet mediocritatem non reperiri, vtitur exemplo mœchi, quod vitioſi nomen eſt, vbi nõ eſt, quod quiſquam dicat, parce aliquem eſſe mœchum, & cum temperamento, cum in vitio temperamentum non ſit, nec mediocritas, ait Ariſtoteles, ὁ μοιχὸς οὐκ ἔστιν οὗτος ὁ μᾶλλον τὰς ἐλευθέρας διαφθείρων, ἀλλὰ καὶ τοῦτο καὶ εἴτι ἄλλο τοιοῦτον ἐστὶ ὃ περιέχεται ἡδονῇ τῇ κατὰ ἀκολασίαν, id eſt mœchus non eſt hic, qui magis per exciſſum liberas corrumpit, ſed & hoc & ſi quid aliud tale eſt quod contineatur voluptate, quæ verſatur circa intemperantiam. Vbi Ariſtoteles quod dixerat alibi mœchum eſſe corruptorem nuptarum, hoc loco dicere poſſet, niſi latius patere voluiſſet, & ideo mœchum ait appellari, non eum, qui excedit modum in corrumpendis liberis nuptis, ſed qui hoc facit, & quidquid aliud tale eſt, quod contineatur voluptate quæ verſatur in intemperantia, id eſt, voluptate venerea, vt mœchus tam dicatur de corruptore nuptarum, quam de homine mulierum amatore, & Plato lib. 8. de legibus, cum legem naturalem eſſe docuiſſet non coire cum fœmina, niſi procreandæ ſobolis cauſa, & oportere quemlibet ſuam habere vxorem, quod auiculas facere videmus. Hoc enim poſtea ſubijcit. Hoc ſi fiat inquit cum maſcula venus relegetur ex vrbe ne quiſquam concumbat cum puero, neue quiſquam concũbat cum fœmina, vnde liberos tollere non vult, & hæc lex inualeſcat, & radices agat altiſsimas, faciet vt rabie, & furore amoris & inſaniæ, & mœchatione omni liberetur vrbs: & quilibet vxori ſit proprius, & peculiaris, & amicus, vbi Plato omnem concubitum cum fœmina qui non ſit cum vxore propria, mœchiam aut mœchationem nominat. Nã cum damnent Ariſtoteles & Plato omnem concubitum cum fœmina, qui nõ ſit procreandæ ſobolis cauſa, & vitium eſſe dicant, ſi non contineretur mœchia profecto aliud nomen dediſſent, quo hoc vitium appellaretur. Sed neſcio quo modo Eraſmus ſemper in verba Euangelica inquirit à Spiritu ſancto dictata. Sic in illud, Beati mundo corde, Græcè, inquit καθαροὶ τῇ καρδίᾳ fortaſsis, inquit, hic non parum quadraſſet puri corde, quod munditia ſordibus magis opponitur, purum autem propriè dicitur quod nullius admiſtione ſit vitiatum: imò hac ratione Eraſmi, mũdi corde, & puri corde, ex ęquo dici poſſent, nam & Dominus non ſolum ſordibus peccata comparat, ſed fimo fœtidiſsimo, quo tota oblita mens hominis eſt, cum peccatis eſt inquinata. Et Plato peccatis ſaucium animum ita eſſe prædicat, vt corpus cum ſanie vlcerum eſt fœtidum totum, vnde Plautus: Mali mores cœno peius colliniunt, & καθαίρειν quid eſt aliud quam mundare

mundare,& in libris de R.P. Plato purgare vitia animi purgationi corporum cōparat. Sed maioris authoritatis teſtimoniū habemus, D. Pet. 2. c. epiſt. 2. Canis reuerſus ad vomitum, & ſuslota in volutabro luti, & Plato in Phædone: virtutes nihil aliud eſſe ait, quàm purgationes ſordium animi, & fabulam veterū interpretatur de hac re, & mutuatus ex ſacris litteris penè hoc dicit, mūdos ſordibus peccatorum, & puros ſcelerū. Deum viſuros, quem locum interpretans Plotinus turpitudinem animæ, & pulchritudinem virgini formoſiſsimæ comparat inquinatæ fimo fœtulentiſsimo, cum turpis eſt & expurgatæ & lotę, & redditæ formæ ſuæ cūm pulchra eſt, & ſic pulchritudinem ſubſtantiarū incorporearum definit abſterſionem ſordium, quod ipſe ad Dei imaginem ſint factæ. Deum porro ipſum eſſe pulchrū. Ergo mundi corde dicūtur & puri corde, vnde impurati & impuratiſsimi impuri, latine dicuntur ſcelerum ſordibus inquinati. Iam quod ait, medimnum, vocem græcam, rectè ille quidem ſi addidiſſet, receptam apud latinos, & mutaſſe genus apud nos cum apud Græcos maſculino tantum genere dicatur, apud nos maſculino & neutro: illud vero ridiculum, quod medimnum, & modium, idē eſſe putat, cum medimnum vel pueri ſciant ex Budæo, ſex continere modios, & Suidas doceat: eſt enim medimnus; quod apud noſtros fanega dicitur, modius, duos noſtros continet, celemines, de hoc mandato lege Auguſtinum contra Fauſtum Manichæum lib. 19. cap. 28. ſed repete altius.

Ex capit. 8.

Vulg. 234. *Ipſe infirmitates noſtras accepit, & ægrotationes noſtras portauit.*

Diuus Hieronymus commodius multo vertit hunc Eſaiæ locum, quam Lxx, ita vt ad morbos corporis & animi referri poſſet ne Eraſmus accuſaret Euangeliſtam quod non nihil ad ſuum negotium deflexiſſet. D. Baſilius in regulis breuioribus in reſponſione ad interrogationem 177. ad morbos corporis & animi retuliſſe videtur, & D. Chryſoſtomus in capit. 8. Matthæi vtroque referendum putat. Neque eſt quod quiſquam dicat Euangeliſtā à D. Chryſoſtomo excuſari, niſi quis velit Spiritum ſanctum qui ore Euangeliſtæ loquitur, emendari ab homūcione. Origenes in cap. 8. & 15. Epiſtolæ ad Romanos hunc locum vtroque refert ad corpus, & ad animam. Et lib. 1. contra Celſum hunc locum interpretatur ita, & ſequentia plæraque, & refellit Iudæos, qui cap. 53. Eſaiæ ad populum Iudaicum referebant. Illud potius dicendum videbatur Diuum Petrum Epiſtola prima hūc locum ad peccata retuliſſe, & iuxta trāſlationem Lxx citaſſe, ſi Græca Græcis compares. Vnde colliges cum D. Petrus hunc locum de peccatis ſit interpretatus, de morbis corporis Matthæus Euāgeliſta hunc locum ad morbos, corporis & animi eſſe referendum, quod explanat etiam Matthæus Euangeliſta, qui hunc locum reddidit, non iuxta interpretationem Lxx, ſed ita, vt vtroque referri commode poſsit ad corpus & ad animam. Euangeliſtam Matthæum ſequutus eſt Hieronymus. Cæterū quod de morbis animi hic quoque agitur nō prætereundum ſilentio eſt, quod Eraſmus in cap. 5. Matthæi in illa verba: Et ſanans omnem languorem, accuſat interpretem, aut potius nomine interpretis, Euāgeliſtas ipſos, quod dixerint Euāgeliſtæ, pro, ſanās; θεραπεύων græcè, quod hoc verbū θεραπεύειν ſit mederi pharmacis, vnde Galenus opus ſuum de morborū remedijs θεραπευτικῆς nominauit: & inde miratur Euangeliſtæ interpretē abuſum hoc verbo, quaſi verò non omnes Euangeliſtæ ad vnum θεραπεύειν dicāt de curatione Domini. Quin nullo alio verbo

bo vtuntur. Abutuntur hoc verbo Euangeliſtæ omnes, & Apoſtoli? aut potius Spiritus ſanctus, qui illorum ore eſt loquutus, vt planum ſit autem ſacros Apoſtolos & Euangeliſtas non abuſos hoc verbo. Plato in Politico cum docet regem paſtoré populi appellari, non poſſe, Deum ſolum poſſe: etiam Paſtoris, inquit, officium eſt curare oues medicinam facere, id facit Deus, non facit rex, & curationem illam, qua Deus ſanat oues θεραπείαν nominat & θεραπεύειν adhibere medicinam. Atqui Deus illic non adhibet medicinā Pharmacis: ſed mitto illa. Plato in fine Timæi θεραπεύειν ad cultum Dei refert, vt multa hoc verbum ſignificet, & θεραπείαν ſic definit, θεραπεία δὲ πάντη παντὸς μία τὰς οἰκείας ἑκάστῳ τροφὰς καὶ κινήσεις ἀποδιδόναι, id eſt therapia vnius rei vna eſt, propria ſinglis pabula, & proprios reddere motus: en Plato, qui Galeno nominis ſplendore, & authoritate ſuperior eſt non negat, quidem θεραπεύειν eſſe pharmacis mederi, refert tamen ad animi medicinam, de ea enim in hoc loco Timæi loquitur, & ait Therarpian eſſe, quoties cuilibet rei propria redduntur pabula, & proprij motus, & propria pabula appellat, & motus proprios cæleſtium rerum cognitionem & contemplationem.

Ex Matthæo cap. 7. & Pſalmo. 6.

Vulg. 235. *Diſcedite à me qui operamini iniquitatem.*

Lxx. ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν.

Matthæus.

ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν.

IVxta translationem Lxx ſcriptus eſt hic verſus pſalmi à Matthæo verbo mutato in aliud eiuſdem ſignificationis.

Matthæi cap. 8. Eſaiæ. 53.

Ipſe infirmitates noſtras accepit & ægrotationes. Vulgat. 236.

HIc locus ex eorum numero eſt, quorum ſententiam citat Matthæus non numerat verba.

Ex Matt. 9. & Oſeæ. 6. Vulg.

Miſericordiam volo & ſacrificium. 237. Lxx

ἔλεος θέλω ἢ οὐ θυσίαν.

Matthæus.

ἔλεος θέλω ἢ οὐ θυσίαν.

HIc iuxta Lxx.

Matt. 11. Marci. 1. Lucæ. 7. Malach. 3.

Vulg. 238. *Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam qui præparabit viam tuam ante te.*

HIC locus neccongruit hebraicæ æditioni neque græcè, neque noſtræ vulgatæ, citatur tamen eiſdem verbis à tribus Euangeliſtis, quorum ore Spiritus S. ita ſcriptum eſſe teſtatur, mentietur ergo veritas prima? Minime, certe ita ſcriptum fuit in propheta, quando ipſa veritas ita ſcriptum fuiſſe teſtatur. Vulgata etiam vera eſt & ſacro ſancta, expreſsit enim Diuus Hieronymus lectionem hebræam quæ eius tempeſtate circumferebatur & eiuſdem ſententiæ erat, quod erat duplex lectio, apertior tamen & planior eſt lectio hebræa, quam Spiritus ſanctus ore Euangeliſtarum trium expreſsit. Hebraice, inquies, & in noſtra vulgata tantū eſt: Ecce ego mittam angelum meum, & non ſunt illa quæ ſequuntur. Ante faciē tuā. Oſtédimus iā li. 2. c. 63. multas orationes negligentia, aut malitia Iudaica ex hebræa lectione intercidiſſe vt neceſſe ſit ita ſcriptum fuiſſe, vt citant Euangeliſtæ, aut

Spiri-

Spiritus ſanctus potius Euangeliſtarum ore, intercidiſſe tamen illa tria verba: ante faciem tuam: Idem ſignificatur noſtra vulgata: Ecce ego mitto angelum meum. & lectione Euangelica. Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, planius tamen lectione Euangelica quę duas perſonas plane ſignificat, patrem mittentem & filium miſſum, ante cuius faciem pręcurſor Ioannes, qui à propheta vocatur Angelus, dicitur miſſus. Sed vulgata, inquies, & hebræa lectio præfert. Præparabit viam ante faciem meā, tres Euangeliſtæ qui præparabit viam ante te, vtrunque ſacrum eſt, ſed quod præfert euāgelica lectio ſacratius quod Spiritum ſanctum authorem habet, & quod duas perſonas diuinas plane ſonat, patrem mittentem, & filium miſſum, & Ioannem præcurſorem, & monſtratum non raro in hebræa lectione mutuo inter ſe mutari perſonas libro ſecundo. Et ea cauſa in hebræa æditione duplicem eſſe lectionem, quarum altera in hoc loco expreſſa à Diuo Hieronymo eſt, altera à ſacris euangeliſtis quæ planior eſt, & magis ob oculos ponit duas perſonas diuinas.

Vulgat. 239. *Quod prædictum erat per prophetam dicentem: Aperiā in parabolis os meū, eructabo abſcondita à conſtitutione mundi.*

Lxx. ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου φθέγξομαι προβλήματα ἀπ' ἀρχῆς.

Matthæus.

ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου, ἐρεύξομαι κεκρυμμένα ἀπὸ καταβολῆς τοῦ κόσμου.

QVod olim per errorem in quibuſdam exemplaribus ſcriptū fuit, vt impleretur, quod prædictum erat per prophetam Eſaiam, magnas excitabat tragœdias impius ille Porphyrius aduerſum Euangeliſtam Matthæum, vt refert Diuus Hieronymus in commentarijs in Pſal. 77. quod tam imperitus fuerit D. Matthæus, vt diceret quod ſcriptum eſt per prophetam Eſaiam: Aperiā in parabolis os meum: cum hoc non dixerit Eſaias propheta, ſed Dauid Pſal. 77. defendet hunc locum, D. Hieronymus quod errore librariorum factū ſit, vt adderetur ſcripturæ vox illa, Eſaiam cum Euangeliſta ſcripſerit tantum, vt impleretur quod ſcriptum erat per prophetā: cuius notæ putat eſſe illud, quod in Marco ſcriptum eſt hora tertia crucifixum Dominum cum reliqui Euangeliſtæ hora. 6. ſcribant crucifixum, & illud Hieremiæ: Retulit triginta argenteos, vbi errore librariorum factum putat, vt Hieremiæ ſit ſcriptum pro Zachariæ. Primum receptum eſt omnium conſenſu, & iure receptum, vocem illam Eſaiā in hunc locum irrepſiſſe, ex gloſſemate alicuius margini Euangeliorum adſcripto, qui putauerit hanc prophetiam eſſe Eſaiæ, cum fuerit Dauidis: reliqua nō recipiuntur, de quibus poſtea dicendum erit, & plurima ex ſanctis patribus ſcripta ſunt. Illud vero gloſſema puto alicuius, quod irrepſerit in ſcripta D. Hieronymi, qualia multa ſupra oſtendimus in D. Hieronymi ſcripta irrepſiſſe, quo dicitur: Scimus enim quod prima eccleſia de imperitis congregata ſit gentibus. Sciebat enim Diuus Hieronymus congregatam quidem primam eccleſiā ex imperitis gentibus, ſed in quas per impoſitionem manuum Apoſtolorum, veniebat Spiritus ſanctus impertiens dona intellectus, ſapientiæ, ſcientiæ, vt proxima adnotatione dicendum eſt. Nec id ego huius rei primus ſum author, Eraſmus in caput. 13. Matthæi in illa verba: Ediſſere nobis, ſic ait, hoc loco ſuccurrit illud admonere impoſtorem neſcio quē non ſolum edidiſſe per multa ſua nomine Hieron. verum etiam medijs illius commentarijs ſuas nænias intermiſcuiſſe, id quod haud dubio fecit in hoc pſalmo quem modo citaui, hæc Eraſmus, & citauerat hunc eundem pſalmum 77.

Ergo

Ergo in his commentarijs non vnum ſolum, ſed multa à nugatore aliquo addita putat Eraſmus, & poſtea quidam nugas impoſteris huius proponunt populo fideli tanquam flores odoratiſsimos. De cætero verba hæc Dauidis ſunt Pſalmo. 77. quibus præſignificauit Dominum loquuturum in parabolis iuxta illud: & ſine parabolis non loquebatur eis. Hoc idem prædixerat Eſaias iuxta translationem Lxx cap. 32. Erit homo occultans ſermones, vel occultans ſpiritum, quæ verba Procopius, & Cyrillus, & Theodoretus interpretantur, id eſt, loquebatur in parabolis, iuxta illud Dauidis: Aperiã in parabolis os meũ. Addit Procopius hoc ſignũ fuiſſe agnoſcendi Chriſti quod loquuturus eſſet in parabolis. Et fortaſſe Diuus Matthæus citauit hæc verba cum verbis pſalmi, vt ſolent Apoſtoli & Euangeliſtæ coagmentata ex duobus locis citare ſcripturæ teſtimonia, vt vtroque loco vnum & idem vaticinium ſignificari mõſtraretur, ſi fortè impius Porphyrius, quod in quibuſdam codicibus ſcriptum reperiretur, per Prophetam Eſaiam, ita ſcripſiſſe Euangeliſtam Matthæum contendat, ſi intercideriint fortaſſe verba illa: ſed hoc diuinare eſt, cum nulla extẽt veſtigia huius rei, ſed mando hoc chartis ſi quis fortaſſe aliquod repererit veſtigium, & ſi Euangeliſta citauit Eſaiam certum habeo intercediſſe hæc eadem ex Eſaia, aut Euangeliſta cum hoc Dauidis teſtimonio citaſſe hoc Eſaiæ vaticinium quod impoſsibile eſt erraſſe Euangeliſtam, nã de teſtimonijs ſcripturæ coagmentatis ex duobus locis, quæ tamẽ vni prophetæ tribuuntur ab Euangeliſtis, poſtea dicendum eſt latius. Maior hic oritur concertatio, quod verba hęc pſalmi, nec citantur iuxta translationẽ Lxx neque iuxta hebræam lectionem, iuxta Origenis canonem, quæ nos docet Apoſtolos & Euangeliſtas citare teſtimonia ſcripturæ iuxta translationẽ Lxx, ita tamen, vt quæ obſcure dicta ſunt dilucidiore orationẽ explicent. Cætera enim iuxta trãslationem Lxx ſunt citata, pro illa tamen oratione: loquar propoſitiones ab initio, vertit D. Matthæus, quaſi ea interpretans: Eructabo abſcondita à conſtitutione mundi, qua ratione id fecerit Euangeliſta dicamus. Hunc locum interpretatur Diuus Auguſtinus, & alij veteres patres de lege Moſis & de miraculis veteris teſtamenti, quod ea hoc pſal. recenſentur: Ego magis probo Diui Hieronymi interpretationem, qui ex perſona Chriſti interpretatur inquiens: Ex perſona Chriſti interpretemur hoc dictum, ſi Chriſtiani ſumus, debemus ergo credere euangeliſtis, & euangeliſta Matthæus ex perſona Chriſti intellexit de Chriſti parabolis, inquiens: vt impleretur, quod ſcriptum eſt, &c. Neque D. Hieronymus alia putat nos egere probatione, idque merito: ſat enim eſt ita fuiſſe interpretatum euangeliſtam, ſed quæro ego ab ijs, qui contra ſentiũt, vt Euangeliſtę authoritatem miſſam faciã, quæ ſunt hæc ænigmata, quæ loquuturum ſe ait is qui hic loquitur? hiſtorias ne veteris teſtamenti, notas, & peruulgatas, appellat ænigmata? Sic enim eſt hebraice, & ſic vertit D. Hiero. aut problemata propoſitiones obſcuras, vt reddidere Lxx? Certe tu ſi totũ pſalmũ attẽtè legas, neq; problema vllũ reperias, neq; ænigma, ſed beneficia collata à Dño in populũ Iſrael. Et verba hæc loquentis ſunt, ſequẽtia reſpondẽtis. Ait enim dñs, Attendite popule meus, reſpondet populus, gratias agens ob vetera beneficia accepta, & noua quæ promittũtur. Quãta audiuimus, & cognouimus ea vſq; ad finem Pſal. Et vetera narrantur conſentanea nouis, vbi populus Iſrael innumerabilia beneficia accepit, & ſe præſtitit ingratũ, & rebellem ſemper. Nec mirũ ſi id faciat in nouo teſtamẽto rebellis aduerſus Dñm. Ergo D. Matthæus verba hæc de Chriſto Dño interpretatur, vt ſit is perſona loquẽs, vnde titulus ipſe intellectus dicitur, & aſaph, vt ſit intellectus,

aſaph. Aſaph porro congregare eſt, vn de aſaph, congregatio eccleſiæ intelligi poteſt. Eccleſiæ igitur imperatur intelle ctus, vt adhibeat animum, & mentem; & quæ dicuntur intelligat. Attendite po pule meus legem meam, ideſt, nouam: interpretatur Diuus Hieronymus, Incli nate aures veſtras, eadem ſententia eſt. Aperiam in parabolis os meum, quia Dominus ſemper loquebatur in para- bolis: loquar propoſitiones, aut proble- mata, aut ænigmata, vt hebraice eſt ab initio. Hoc quod obſcuriſsime dictum eſt, Diuus Matthæus eccleſię doctor in- terpretatur quaſi dicat, id eſt, eructabo occulta à conſtitutione mundi, iiſdem verbis vſus, quibus Paulus 1. ad Corin- thios cap. 2. de euangelio loquens: ſed loquimur ſapientiam Dei in myſterio abſconditam. & ad Epheſios capit. 13. Myſterij abſconditi à ſæculo. & ad Co- loſſ. 1. Myſterium abſconditum à ſæcu lis. Loquar ergo myſterium, quod ab- ſconditum fuit à conſtitutione mundi, & his temporibus euangelicis reuelatũ per me. Ita Diuus Matthæus interpreta- tur quæ ſint illa ænigmata, illa inquam, quæ abſcondita ſunt prioribus tempo- ribus à conſtitutione mundi de lege no ua, quæ nunc reuelabo, regnum cælorũ, ſcilicet & myſteria Chriſti.

Matthæi 15. Eſaiæ. 29.

Vulg. 240 *Bene prophetauit de vobis Eſaias: Po- pulus hic labijs me honorat, cor autẽ eorum longe eſt à me. Sine cauſa au tem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum.*

Lectio heb. יַעַן כִּי נִגַּשׁ הָעָם הַזֶּה בְּפִיו וּבִשְׂפָתָיו כִּבְּדוּנִי וְלִבּוֹ רִחַק מִמֶּנִּי וַתְּהִי יִרְאָתָם אֹתִי מִצְוַת אֲנָשִׁים מְלֻמָּדָה׃

Lxx. Ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος στόματι αὐτοῦ τοῖς χείλεσι τιμῶσί με, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ᾽ ἐμοῦ μάτην δὲ σέβονταί με, διδάσκοντες ἐντάλματα ἀνθρώπων καὶ διδασκαλίας.

Matthæus.

Ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τοῖς χείλεσί με τιμᾷ· ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ᾽ ἐμοῦ, μάτην δὲ σέβονταί με διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων.

Aiunt quidam multa citata ab Apo ſtolis & Euangeliſtis, quæ ſcripta quidem in veteri teſtamento, ſed non ita ab Apoſtolis edita, & ſenſum magis eſſe vſurpatum ab apoſtolis quã verba. Idque repetunt centies, & his, alijſque ſcripturæ teſtimonijs ab Apoſtolis cita- tis & Euangeliſtis, id ita eſſe probare cõ- tendunt, repetuntque identidem verba D. Hieronymi, quæ ſuppoſititia & adul- terina diximus quæ ſcripta ſunt ad hũc modũ, Hoc in veteri teſtamento obſer uauimus abſque paucis teſtimonijs, qui- bus locis ſolus abutitur Lucas. f. (qui ma gis græcæ linguæ habuit ſcientiam) vbi- cunque de veteri teſtamento quid dici- tur, non Apoſtolos iuxta Lxx, ſed iuxta hebraicum ponere, nullius ſequentes in terpretationem, ſed ſenſum. Hæc Hiero nymus, quæ Hieronymi non eſſe vide- re licet, quod nunquam D. Hierony- mus de Diuo Luca Euangeliſta quem di ctante verba Spiritu ſancto ſcripſiſſe no uerat, tam contemptim ſcripſiſſet, neq vir doctiſsimus & ſanctiſsimus negaſſet Apoſtolos citaſſe ſcripturam Lxx viro- rum quam ferè citant, vt toto hoc ope- re apparebit. Hæc quæ aduerſus Diuum Lucam dicta ſunt, & aduerſus Lxx quos Apoſtoli citant, noſtri quidam ita auide citant, vt nihil auidius facere videantur, & de ſuo tale exemplum eſſe aiunt hũc locum Eſaię, de quo ſermo eſt, quem qui gręcè ſciat facile intelliget iuxta Lxx eſ- ſe citatum: Eraſmus plus audet inquiẽs, ipſa igitur res indicat hoc teſtimonium non ita legi à Græcis, vt eſt adductum ab Euangeliſta, ſed vt eſt reſtitutũ à ſtu- dioſo quopiam, qui cum deprehendiſſet locum apud prophetam, quod mutila- tum eſſe putabat, expleuit, idque nõ ex Hebræorum libris quos ignorabat, ſed

ex

ex æditione Lxx quam Græci ſequũtur &c. Sic tam parua fides litteris Apoſtolicis eſt vt liceat dicere mutari potuiſſe à ſtudioſis, & verti huc & illuc, licebit dicere Mohameticis noſtra euangelia à nobis eſſe mutata, ſic enim ſe excuſare ſolent, cùm querunt ur noſtri cur ſi Mohamæ obtemperant, cum Mohamá præcipiat vt credant litteris euangelicis, ipſi litteris euangelicis non credant? reſpondent à nobis eſſe vitiatas, alioqui ſe euangelicis litteris credituros. Eraſmus præmunit illis viam, vt id audacter dicere poſsint, & noſtros citare huius rei teſtes. Primo nec intelligere queas plene quid dicat Eraſmus: neque teſtem vllum citat, aut rationem eorum, quæ dicat vllam adfert. Ipſa res, inquit, indicat. Ego non intelligo, quid ipſa res indicet: exẽplaria omnia græca tam Lxx virorum, quam euangelica oſtendunt, euangeliſtam Matthæum hunc citaſſe locum, iuxta translationem Lxx virorũ ad verbum. Sic enim Lxx ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ alij codices præferunt τῷ στόματι αὐτῶν Euangeliſta eiſdẽ verbis, ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος τῷ στόματι αὐτῶν Lxx dixere. Appropinquat mihi populus iſte ore ſuo ipſius. Euangeliſta vero. Appropinquat mihi populus iſte ore ſuo ipſorum. Deinde καὶ ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτῶν τιμῶσί με alij codices proferunt τοῖς χείλεσι τιμῶσί με Euangeliſta τοῖς χείλεσί με τιμᾷ. vt nihil interſit, niſi quod Lxx pluraliter dicũt, labijs honorant me. Euangeliſta ſingulariter, labijs me honorat, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ eodem modo Euangeliſta. At cor eorum longe abeſt à me. Sequitur μάτην δὲ σέβονται eodem modo Euangeliſta, fruſtra autem colunt me. Deinde διδάσκοντες ἐντάλματα ἀνθρώπων καὶ διδασκαλίας Euangeliſta hæc citauit ad verbum tantum mutauit, quod dictionem illam διδασκαλίας quæ prima eſt in trãſlatione Lxx fecit vltimam. Exigebas ab euangeliſta vt eodem ordine omnia citet, neque liceat quod prius ordine verbũ eſt facere poſterius. Et vt velut puer cum reddit dictata magiſtro ſuo, litteras & ſyllabas numeret? neque liceat ei dicere pro, honorant me labijs, honorat me labijs? Ergo Diuus Matthæus citat hæc iuxta translationem Lxx ad verbũ, & ex litteris euangelicis nihil eſt mutatum, fideliter ſcriptura ſacra propoſita eſt nobis per eccleſiam. Proponi porrò per eccleſiã nihil aliud eſt, vt docet Auguſtinus, quam per manus Apoſtolorũ, Pontificum, Sanctorum omnium ad noſtra vſque tempora tranſmitti, vt corrũpi non potuerit, quæ in ore eſt omni populo Chriſtiano toto orbe terrarũ, omnibus locis, omnibus temporibus à Chriſto Domino & eius Apoſtolis vſque ad noſtram hanc ætatem, & vt docet Hieronymus in præfatione ſuper quatuor euangelia ad Damaſum Papam, in multas eſt tranſlata linguas, & fuſa per totũ orbem, vt vitiari non poſsit, aut mutari, quin deprehendatur flagitium. Et ita ſi vitio librariorum dictio vna corrumpitur ſtatim ex græca, hebræaq́; lectione, & ex latina caſtigatur. Non tam ſupina cura pontificum totius eccleſiæ eſt, vt ſtudioſo, aut impoſtori relinquatur locus vitiandi ſcripturam ſacram, ita vt vitium illud per totum terrarum orbem ſeſe fundere poſsit. Deliteſcet ille error in angulo quodam qui caſtigari poſtea poſsit. Sic hic locus legitur ab omnibus ſanctis patribus iam inde vſque à Chriſti tẽporibus, tam apud Græcos, quàm apud Latinos, his ego fidem habeo, habebitq́ue quicunque ſapiat, Eraſmo fidẽ nõ habebit, quod ſomnia ſua nobis narret. Somnia nãque ea nomino, quę neq; authoritate veterum, neque ratione vlla nituntur, ſed ſola ſuſpicione. Si Eraſmus de fide noſtrarum rerum dubitat ſibi dubitet nobis ne affricet ſuam ſcabiem magno luiturus ſuam in fide euangeliorum hæſitationem in ſcriptis euangelicis, præſertim cum videat omnia ſcripta veterum patrum tam Græcorum quàm Latinorum iam inde vſque à temporibus Chriſti vſque ad noſtra tẽpora hanc

lectionem

lectionem præferre, & cum ea congruere omnia exemplaria tranſlationis Lxx. Quid exigat amplius? poteſt ne vlla maior probatio adhiberi, quàm ſi omnia veterum patrum à principio noſtræ religionis congruant munimenta. Sed certè dices, Non hæc congruunt cū lectione hebræa, nam quod Hieronymus vertit Hebrææ lectioni conuenienter, Timuerunt mandato hominum & doctrinis, Lxx reddidere: fruſtra autem colunt me docentes præcepta hominum, & doctrinas: & iuxta hanc tranſlationem hunc locum citat Euangeliſta. Ita eſt. Nam ſæpè dictum à nobis eſt Lxx pro tranſlatione facere commentariola, quibus interpretantur ſcripturas, & ita verba illa: Timuerunt me mandato hominum, & doctrinis, explanant ſuo commentario, quaſi dicant illis verbis ſignificari: fruſtra colunt me, docentes mandata hominum, & doctrinas, vt ſenſus ſit huius loci, Dominum dixiſſe populum Iudæorum ſolo ore appropinquare Deo, cor autem procul eſſe à Domino, ob incredulitatem erga Ieſum. Nō enim iam amplius in interpretanda ſcriptura docent ſancti ſpiritus præcepta, ſed ſua commenta, & ſuas falſas interpretationes, ſic veteres Patres hunc locum interpretari videntur, & Lxx viri faciunt commentaria etiam loci ſequētis. Ecce addam, vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi & & ſtupendo, pro tranſlatione huius loci Lxx edunt commentarium, & declarant quid ſit illud miraculum grande & ſtupendum: Vt commutem, inquiunt, populum iſtum cum populo, ſcilicet, gentium, & commutabo eos, hoc eſſe miraculum grande declarant, vt ſcribæ & phariſæi, qui legis arcana videbant, reddantur ſtupidi: Nationes verò ſtupidæ facta mutatione impleantur diuina ſapientia, compleantur Spiritu S. doctores in ruſticos, ruſtici in doctores mutentur. Sic hæc Cyrillus. Ne quis dicat Eccleſiā ex imperitis congregatā: cōgregata quidē fuit ex imperitis ſed mira culo facto grandi, & ſtupēdo, quod Lxx declarāt fuiſſe vt hi imperiti ſapientia an teuerterint omnes Iudæos, pleni Spiritu S. Hæc ergo commentariola Lxx virorum citant Apoſtoli, & Euangeliſtæ quo doceant afflatu Spiritus ſancti eſſe facta. Nec vlla Lxx virorum laus maior dici poteſt quàm Spiritum ſanctum qui Euangeliſtarum ore loquitur commentatorem & ſcholiaſtam eorum tranſlationis fuiſſe, nec fuiſſe contentum illam citare vbi tranſlatio erat, ſed vbi paraphraſis, & Commentarium potius quā tranſlatio eſſet, vt hoc quoque loco eſt, citet eam ad verbum, vt oſtendat ſuo ipſius inflatu eſſe factam, nam ni ita eſſet vt tranſlatio Lxx afflatu Spiritus S. texta eſſet, vbi commentarium eſt ſcripturæ & paraphraſis, ſcriptura ſacra non eſt, nec eam citaret ore Euangeliſtarum Spiritus S. citat eam, arguit ergo ſuo ipſius Spiritus S. inflatu eſſe factam, & ſacram ſcripturam eſſe.

Matthæi.13. Eſaiæ.6.

Auditu audietis & non intelligetis, videntes videbitis & non videbitis. Vulg. 255.

שִׁמְעוּ שָׁמוֹעַ וְאַל תָּבִינוּ וּרְאוּ רָאוֹ וְאַל תֵּדָעוּ׃ Lectio hebræa.

ἀκοῇ ἀκούσετε καὶ οὐ μὴ συνῆτε καὶ βλέποντες βλέψετε καὶ οὐ μὴ ἴδητε. Lxx.

Matthæus.

ἀκοῇ ἀκούσετε καὶ οὐ μὴ συνῆτε, καὶ βλέποντες βλέψετε καὶ οὐ μὴ ἴδητε.

Hic locus ad verbum iuxta tranſlationem Lxx citatur à Diuo Matthæo. Eraſmum & alios quoſdam in cō-

 mentarij

mentarijs in hunc locum Eſaiæ refutauimus,nec ea repetere neceſſe eſt.

Vulgata ibidem.

242 *Incraſſatum eſt cor populi huius & auribus grauiter audierunt &c.*

Lectio Hebrea. הַשְׁמֵן לֵב הָעָם הַזֶּה הָאָזְנָיו הַכְבֵּד וְעֵינָיו הָשַׁע פֶּן יִרְאֶה בְעֵינָיו וּבְאָזְנָיו יִשְׁמָע וּלְבָבוֹ יָבִין

Lxx. ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου καὶ τοῖς ὠσὶν αὐτῶν βαρέως, ἤκουσαν καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι.

Matthæus.

ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως, ἤκουσαν καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι.

Libro huius operis. 2. diximus à D. Hieronymo præſcriptum eſſe canonem de punctis hebrææ linguæ dignũ qui aureis litteris conſcriberetur, quo docebat olim hebraice puncta adſcripta non fuiſſe, & à lectore ſcribi ſolita,pro conſequentia ſententiæ, & pro lectoris intelligentia, qua de re ſatis fuſe ſupra dictum eſt, inde petet qui volet. Hoc loco eundem canonem Spiritus ſanctus repetit Euangeliſtarum ore. Nam Diuus Matthæus, & Diuus Lucas paſsiua puncta addidere, hucbad, aggrauatum eſt,huſa,clauſum eſt. D. Ioannes addidit puncta actiua, hacbed, aggraua, haſa, claude, habemus ergo doctorem eius canonis quem dixi Spiritum ſanctum qui ore Euangeliſtarum nos docet adſcribi poſſe puncta hebraicè pro ratione ſẽtẽtiæ,& pro conſequentia ſermonis vt Euangeliſtæ ſeruata eadem ſententia alij hæc, alij illa, appingant puncta. Eraſmus rudis hebrææ linguæ in alieno foro litigat, neque ſcit quid dicat, & notatum ſæpe eſt mutari nomina ſæpe ſolere ab Apoſtolis & Euangeliſtis obſcuriora in magis perſpicua, & ſic pro impinguam D. Hieronymum ex cæca reddidiſſe.

Matthæi.12.

In Belzebub principe Demoniorum. Vulgat. 243

Dixi in hebræa lectione frequenter duplicem eſſe lectionem, vt duplex ſignificetur myſterium, cuius rei exemplum hæc vox. Beelzebub, eſt nã Beelzebub, ſcribitur & græcè, Beelzebul,vt ſit Beelzebub princeps muſcarum. Nam, bahal. Dominum ſignificat, Zabub, muſca, quæ pro Dæmonibus accipitur quod naſcuntur è rebus fœtidis,& in rebus fœtidis commorantur,& princeps muſcarum dicitur:ideſt, princeps dæmonum & peccatorum, nam peccatores muſcæ dicuntur fœtidę qui rebus fœtidis gaudeant, iuxta illud: Muſcæ morituræ aut mortuæ exterminant oleum baptiſmi, & ſacramentorum ſcilicet, peccatores ſiquidem niſi pœnitentia peccata abluant, ſacramentorum ſanctimoniam perdunt, & huiuſmodi peccatorum dæmon princeps eſt & caput, & ideo Beelzebub dicitur princeps harum muſcarum, & caput peccatorum,qui oleum ſacramentorum perdere voluerunt, & ſpe cæleſtium rerum promiſſarum miſeri decidere, vt fœtidiſsimis in rebus dum viuerent verſarẽtur, hic idem in litteris Euangelicis Beelzebub ſemper vocatur, quod, bahal, dominari ſignificet, & principem eſſe, Zebul, habitaculum & habitatio, quaſi dicas princeps huius habitationis, mũdi huius qui totus peccato originali eſt obnoxius, & propter peccatum originis, cuius cauſa dæmon fuit, cum primos parentes decepit ſeruituti quoque dæmonis

dæmonis fact⁹ eſt obnoxi⁹, hac ſeruitute Chriſtus nos liberauit in typo in veteri lege, re ipſa in lege noua, qui dæmon ea dem cauſa mortis poteſtatem habere dicitur, quod mors hæc corporis authore Diabolo accidit ex peccato quod ille perſuaſit, vnde Dominus: Ecce veniet princeps mundi huius, & in me non habet quicquam, vt Beelzebul principem mundi huius ſignificet qui in Domino nihil inuenit quod in eo non erat peccatũ, nec dolus inuẽtus eſt ni ore eius. Cur mortuus eſt ergo? dicebat infidelis, ſi ex peccato mors orta eſt, mortuus eſt Dominus ex obedientia & iuſtitia factus ſacrificium pro peccato, vt morte & ſeruitute diaboli nos liberaret, & filios Dei efficeret. Hæc eſt ergo cauſa cur Beelzebul dicatur: vt deſinat Eraſmus nugari idem eſſe ſcito in Belial, quæ vox Græcè, Beliar quoque dicitur, eundemq́ue dæmonẽ ſignificat quod Apoſtata fuerit & Imperium Dei detrectauerit, nam, beli, hebrea vox, negat, ſignificat enim non, & hol, iugum eſt, belial, quod noluerit eſſe ſub iugo Dei, id quod apoſtata, excepto quod altera vox Græca, altera hebræa eſt, dicitur & beliar, nam beli, negat, &, hor, lux eſt, belior, ſine luce, tenebrarum princeps, vnde eſt illud, Hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum, nam beliar tenebras Latinè ſonat beli, non, or, lux, non lux, ideſt, tenebræ.

Matthæi. 13. Eſaiæ. 6.

Vulg. 244 *Et conuertantur, & ſanem eos.*

Lectio Hebrea. וְשָׁב וְרָפָא לוֹ

Lxx. καὶ ἐπιστρέψωσι καὶ ἰάσομαι αὐτούς.

Matthæus.

καὶ ἐπιστρέψωσι καὶ ἰάσομαι αὐτούς.

SOlent Iudæi quoties aliqua varietas eſt hebrææ lectionis, authore vel te nuiſsimo rabino id adnotare, nam lib. 2. monſtratum eſt in lectione hebræa, mutatas in ſe mutuo perſonas idque rabinorum teſtimonijs quod hoc Spiritus S. euidenti teſtimonio monſtratur qui Euangeliſtarum ore loquitur, & eorum ore dixit: Et ſanem eos, in prima perſona, cùm hebraicè ſit: Et ſanet eos, in tertia perſona, mutata eſt ergo hebraicè prima perſona in tertiam, nam fuiſſe olim in hebrea lectione: Et ſanem eos, teſtes ſunt Euangeliſtæ, teſtis Spiritus S. ne quis miretur, in illo Malachiæ: Ecce ego mitto angelum meum, perſonarum mutationem, in quo loco teſtes etiam Euangeliſtæ ſunt perſonas eſſe mutatas, quæ omnia à me dicta ſunt, vt querar de quibuſdam qui teſtimonium vnius rabini ſequuntur, aut in margine adnotant, authoritatem Euangeliſtarum omnium nec ſequuntur, nec ſaltem dignam deputant quam in margine adnotent.

Matthæi. 12. Eſaiæ. 42.

Ecce puer meus quem elegi dilectus meus in quo bene complacuit animæ meæ, ponam ſpiritũ meum ſuper eum & iudicium gentibus nunciabit, non contendet neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius, arũdinem quaſſatam non confringet, & linum fumigans non extinguet donec eijciat ad victoriam iudicium. Vulga. 245.

Lectio hebræa.

הֵן עַבְדִּי אֶתְמָךְ בּוֹ בְּחִירִי רָצְתָה נַפְשִׁי
נָתַתִּי רוּחִי עָלָיו מִשְׁפָּט לַגּוֹיִם יוֹצִיא׃ לֹא
יִצְעַק וְלֹא יִשָּׂא וְלֹא יַשְׁמִיעַ בַּחוּץ קוֹלוֹ׃
קָנֶה רָצוּץ לֹא יִשְׁבּוֹר וּפִשְׁתָּה כֵהָה לֹא
יְכַבֶּנָּה לֶאֱמֶת יוֹצִיא מִשְׁפָּט׃ לֹא יִכְהֶה
וְלֹא יָרוּץ עַד יָשִׂים בָּאָרֶץ מִשְׁפָּט

HAEc non ſunt citata iuxta tranſlationem Lxx virorum, ſed ſuis verbis

verbis tranſtulit Euangeliſta ex lectione Hebræa, vt fuſe in commentarijs in hunc locum Eſaiæ ſumus executi, quæ hoc loco repetere non eſt neceſſe, dictũ eſt tamen illic Euangeliſtam metaphraſis feciſſe quarundam orationum pro tranſlatione, & docuiſſe in quibuſdam lectionem Hebræã dupliciter potuiſſe transferri. Eraſmus in annotationibus in cap. 12. Matthæi ait, aliquanto diuerſius hunc locum citatum à D. Matthæo quam vel à Lxx vel hebraicè legatur, quod D. Matthæus quarumdam orationum, vt dixi, faciat metraphraſis, & non reddat verbum verbo, quaſi neſciret Eraſmus illud Oratij, Nec verbũ verbo curauit reddere fidus interpres, quod D. Hieronymus docet factum non raro eſſe ab Euangeliſtis, & alibi inducti interpretis ſcripturã eſſe in omnibus verbũ verbo reddere, & alijs locis monet ſe non ſemper verbum verbo reddere, ſed ſenſa ſacra exprimere, & alibi ait Theodotionem, & Aquilam, & Symmachum Iudæos blaſphemos ſententiam reddere ſolitos & non verba, & quod idem facit Euangeliſta dicetur diſcrepare à Lxx viris & à lectione Hebræa. Nec tñ ideo negãdũ eſt hos de quibus dicim⁹ ad verbum ſcripturã transferre alioqui lexica non citarent vulgatam nec eam defenderent nec citarent Lxx Apóſtoli Euãgeliſtæ.

Vulgata ibidem.

246 *Et in nomine eius gentes ſperabunt.*

Lectio Hebræa. וּלְתוֹרָתוֹ אִיִּים יְיַחֵלוּ׃

Lxx. καὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσι.

Matthæus.

καὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσι.

ERaſmus in annotationibus in cap. 12. Matthæi credens fortaſſe in acceſſos vulgo libros D. Hieronymi, nec eſſe omnibus expoſitos nos admonet errore librarij omiſſũ ab Euãgeliſta verſum illum, ſplendebit & non cõteretur donec ponat ſuper terram iudiciũ, quod diſtrictus occupationibus hæc dixerat D. Hiero. parum attente penè hoc loco dixerim illud ſolecismum liceat feciſſe marito, liceat alicui Diuo parum attentè aliquid ſcripſiſſe, ne pro lege ſanciatur aduerſum vniuerſam Eccleſiam, quade re ſcripſeram ipſe in meis commẽtarijs in Eſaiam, confuſe tamen & parum attẽtè, eò que hic ea repetere fuit neceſſe. Canon ſcripturæ eſt præſcriptus ab Origene ſolere Apoſtolos & Euangeliſtas in citandis teſtimonijs ſcripturæ citare neceſſaria, omittere media, quæ non erant neceſſaria ad eam rem de qua agebatur quod fecit in hac parte Euangeliſta, alioqui ſi quoties hoc fit ab Apoſtolis & Euangeliſtis librarius arguendus eſſet erroris, & Eccleſia ſancta negligentiæ nota maxima inureretur, ſi Diuus Hieronymus hoc dixiſſet tantum prætereundum hoc eſſet ſilentio, ſed quod non ſolum ab Eraſmo, verum ab alijs quoque hoc repetitur & chartis mandatur viſum fuit mihi dignum eſſe quod refutaretur, ne crederetur negligentia Eccleſiæ factum eſſe, ſed artificio ſummo Euangeliſtæ, aut potius Spiritus ſancti vt iuxta canonem ſcripturæ citentur neceſſaria ex veteri teſtamento ad eam rem de qua igitur, media minus neceſſaria ad id de quo agitur omittantur quod Euangelium compendium ſit ſcripturæ vt dictum eſt, quæ ſint neceſſaria; quæue minus neceſſaria conſilio Spiritus ſancti qui in Apoſtolis loquitur & Euangeliſtis relictum eſt. Notandum hoc loco maxime eſt Diuum Matthæum non citaſſe hanc prohetiã iuxta tranſlationẽ Lxx virorũ, cũ Lxx viri eam ad verbũ reddidiſſent, hoc vero loco eam citaſſe iuxta tranſlationem Lxx virorum cum Lxx viri nõ verterint eam ad verbum, ſed ex alijs ſcripturę locis fecerint paraphraſin,

quod

quod enim eſt hebraice. Et legem eius inſulæ expectabunt,vt vertit D. Hieronymus hebrçæ lectioni conuenienter reddidere Lxx.Et in nomine eius gentes ſperabunt , quod in Iudæa inſulæ non erant, inſulas pro nationibus poni declararunt,quaſi dicerent,Nationes omnes non ſolum quæ in continenti ſunt, ſed etiam quæ inſulas colunt ſperaturas in Chriſtum,iuxta illud Dauidis , vt inquit Origenes Homelia. 7. in diuerſos. Poſtula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam,& poſſeſsionem tuam ter minos terrç , Inſulæ nanque ſunt terrarum termini,& iuxta illud Eſaiæ : Exurget virga de radice Ieſſe,imperare gentibus,& iuxta illud eiuſdem: In eum fines terræ ſperabũt, & iuxta illud Geneſeos. Ipſe eſt expectatio gentium , & reliqua quæ ibidem citat Origenes,quæ omnia aliò deflexa à Iudæis reperies,& ea quæ citat Theodoretus de curandis Græcorũ affectionibus lib.10. de oraculis quæ ſunt plurima ſcripturæ teſtimonia , aut vitiata inquam, aut aliò deflexa ab impijs Iudæis reperies per fraudem & per vim,Nullum enim teſtimonium noſtrç veritatis euidentius & inſolubilius hoc eſt de conuerſione gentium ad Chriſtum, nec enim quidquam reſpondere poſſent Iudæi his teſtimonijs de conuer ſione gentium , plurimis ad Chriſtum Dominum cùm cõuerſas ad Chriſtum gentes viderent niſi adhibuiſſent fraudes & fallacias nõ haberent quo ſe verterent;quæ noſtri nimium patienter ferunt,Nam quis rerum exitus expectaretur niſi promiſiſſet Deus portas inferi non præualituras aduerſus Eccleſiã ſanctam cùm legeret fidelis decem prophetias hic alibi decem alias de re vna citari , alibi alias decem & falſificatas omnes,vt hoc verbo vtar , ab impijs Iudæis & Iudaicis fallacijs ? crederet ſacros ſcriptores aut imperitos fuiſſe, aut ipſos & Euangeliſtas ſacros falſis ſcripturæ teſtimonijs, quod aiebat Iulianus Apoſtata , & impius Porphyrius nos decepiſſe , nec enim omnes , aut Theologi ſunt aut linguarum periti , & in ſacrarum litterarum ſtudijs verſatiſsimi , & tamen noſtri hæc nimis patienter ferunt. Quod igitur Lxx viri paraphraſi facta tranſtulerunt ex lectione hebræa,hoc citat Euangeliſta Matthçus niſi malis duplicem , & hoc loco fuiſſe lectionem in lectione hebræa quæ in plæriſque alijs locis eſt quarum alteram tranſtulerint Lxx viri , & citarit Euangeliſta Matthæus , alteram verterit D. Hieronymus.Nec ego perſuadere mihi potero quenquam tam ſtipitem & caudicem futurũ vt credat teſtimonia ſcripturæ quæ citant Apoſtoli & Euangeliſtæ,& ſacra concilia , & veteres patres omnes temporibus Chriſti proximi nõ ita fuiſſe hebraice , cũ leges apud Athanaſium de humanitate verbi locos Prophetarum de conuerſione gentium citatos plurimos , & apud alios patres , & quod Iudæis obturabant ora vitiatos ab impijs Iudæis hebraice , neget quiſquam ita fuiſſe hebraiçe? cùm à temporibus Apoſtolicis per manus omnium veterum patrum græcè & latine vni & eidem ad noſtra vſque tempora deſcenderint? tantum impia Iudaica manus habeat ponderis,vt omnes ſanctos patres, qui cœlo lucent vt ſplendidiſsima ſydera,omnes Apoſtolos,Euangeliſtas omnes refellat? credat qui volet. Ego Apoſtolos & Euangeliſtas & ſanctos patres ſequar,& cæteri vt idem faciãt ſuadebo.

Matthçi.15. Exodi.21.

Qui maledixerit patri vel matri morte Vulga.
moriatur. 247.
וּמְקַלֵּל אָבִיו וְאִמּוֹ מוֹת יוּמָת׃ Lectio
HAEc iuxta tranſlationem Lxx ad Hebrça.
verbum , & congruit vulgata &
tranſlatio Lxx & lectio hebrça.

Matthæi. 15.

Munus quodcũq; eſt ex me tibi proderit. Vulg.
IVdæi & eorum aſſeclæ negant ver- 248.
bum hebræũ,corbã , quod hoc loco

Diuus Matthæus vertit munus, ſignificare munus,ſed oblationem, neque dicendum,corban,vt profert Marcus capite.7.& tranſtulit donum,ſed, qarban, lib.vero. 2. monſtratum eſt proferendum,corban,& ſignificare munus & dónum,ex Ioſepho Iudæo, & de hoc loco lege libro.2.folio.160.

Matthæi.19. Geneſeos.1.

Vulga. 249. *Maſculum & fœminam fecit eos.*

Lectio hebræa. זָכָר וּנְקֵבָה בָּרָא אֹתָם׃

HOc iuxta tranſlationem Lxx.

Matthæi. 19. Geneſeos.2.

Vulga. 250. *Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna.*

Lectio hebræa. עַל כֵּן יַעֲזָב אִישׁ אֶת אָבִיו וְאֶת אִמּוֹ וְדָבַק בְּאִשְׁתּוֹ וְהָיוּ לְבָשָׂר אֶחָד׃

HIc locus citatur à D. Matthæo & à D.Marco cap. 10.iuxta tranſlationem Lxx vt dictum eſt ſupra cùm de locis Apoſtolicis agebamus,vbi dictũ eſt vocem illam,duo,hebraice non eſſe,ſed tantum:Erunt in carne vna & tamẽ noſtri aduerſarij contra fidem Apoſtolorum & Euãgeliſtarum & Lxx virorum & noſtrę vulgatæ apud quos legitur. Erunt duo in carne vna, hebræam æditionem caſtigatiſsimam prædicant, vt ne punctum quidem aut littera deſit, & noſtra omnia ad fidem hebrææ æditionis caſtiganda prædicant, aut vitianda potius in plæriſque. Addit præterea quidam pro, relinquet homo, verti poſſe relinquet vnuſquiſque, quod ſentẽtiam falſam facit quantum ego iudico, nec enim matrimonij præceptum vnumquenque obligat, nec virginitas damnatur quæ fructum habet cẽteſimum.

Matthæi.21.Zachariæ.9.

Dicite filiæ Sion. Ecce rex tuus venit tibi manſuetus ſedens ſuper aſinam & pullum filium ſubiugalis. Vulga. 251.

ἰδοὺ ὁ βασιλεύς ἔρχεταί σοι δίκαιος καὶ σώζων αὐτὸς πρᾶος καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον καὶ πῶλον νέον. Lxx.

Matthæus.

εἴπατε τῇ θυγατρὶ Σιών, ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι πρᾶος, καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον καὶ πῶλον υἱὸν ὑποζυγίου.

HIc locus citatur à D.Matthęo coagmentatus ex duobus ſcripturę locis,& Eſaia cap.62.& Zacharia cap.9. quod facere ſolent Apoſtoli & Euangeliſtæ,vt vtroque loco eandem prophetiam ſignificare oſtendant, citatur hic locus, & breuiatur à D. Matthæo ſuis ipſius verbis quanquam ſi bene attendas,& expendas græcas voces,intelliges tranſlationem Lxx à D. Matthæo eſſe breuiatam,ea ratione qua ſupra dictum eſt,omittit etiam media Euãgeliſta quæ non tantopere neceſſaria viderentur ad rem de qua agitur iuxta canonem prædictum Origenis,Apoſtolos & Euangeliſtas citare neceſſaria ad id de quo agitur, media omittere, intermedia quæ omittit Euangeliſta ſunt illa duo iuſtus, & ſaluator,vel,iuſtus & ſaluãs, pro quo noui quidam interpretes omnes vertũt iuſtus & ſaluatus, vt referri poſsit hæc prophetia ad aliquem regem qui è bello euaſerit ſimulato ruſtico quodam ſedens in aſino,quãquam interpres tranſlationis Lxx ſedẽs ſuper ſubiugalem & pullum equinum nouum tranſtulerit, cũ lectio hebręa & græca & noſtra vulgata præferat, aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium aſinæ,& dixi ſubiugalem aſinam eſſe aſinam dorſuariã, quam noſtri appellant,quæ dorſo tantum oneris portat quantum mulus, & tanti pretij eſſe ſolet quanti mulus.

Dicent,

Dicent, quid ſi hebraicè ſic eſt, vbi non legitur iuſtus & ſaluans, vel ſaluator, ſed iuſtus & ſaluatus? addit Vatablus ſignificari reſurrectionem Chriſti ridiculum quaſi Dominus poſt reſurrectionem ingreſſus ſit Hieroſolyma omnibus, viſibilis ſedens in aſina & pullo ſubiugalis, nec inficior veriſsimè dictum quod ait Athanaſius, & alij patres his verbis ſignificatum crucis triumphum quo Dominus erit poſt reſurrectionem ſeſſurus ſuper aſinam, id eſt, ſuper plebem Iudaicā domitā quæ legi diuinę parebat & ſuper pullū Aſinæ indomitū, id eſt, ſuper populū gentiū qui ante illa legi diuæ nō parebat. Pro interpretatione Vatabli Euangeliſtæ interpretatio relinquetur? Euangeliſta hanc prophetiam de ingreſſu Domini in Hieruſalem in Dominica in ramis ante paſsionem interpretatur, cui congruere non poteſt Vatabli tranſlatio ecce rex tuus venit iuſtus & ſaluatus alioqui Chriſtus Dominus tam in veteri teſtamento quam in nouo ſaluator dicitur ſemper non ſaluatus. Nam poſt paſsionem non eſt ingreſſus Dominus ſedens in aſina, nec in Iudæorum venit conſpectum ſed in conſpectum ſuorum tantum, nec aſina ei opus erat quippe corpore glorificato, huiuſmodi homines omnia turbant, quid ergo, inquies, ſi ita hebraicè eſt? fraude Iudaica ita eſt hebraicè, legitur enim, noſah, ſaluatus, puncto poſito in ſummo litteræ, vt ſonet O, noſah, detrahe tu punctum illud ex ſummo litteræ in litteræ medium, & dices, nuſah, ſaluabimur, & redimemur, vt ſit totum. Ecce rex tuus venit tibi iuſtus & ſaluabimur, vt non poſsit eſſe manifeſtior prophetia, veniebat enim Dominus ad paſsionē & ad redimendos nos. Pro hoc Lxx, & D. Hieronymus reddidere: Ecce rex tuus venit tibi iuſtus & ſaluator, fraude igitur Iudaica hebræa lectio non videtur reſpondere noſtræ vulgatæ, quæ lectio hebræa ſignificatior eſt multo, remota Iudaica fraude, aduentus Domini ad paſsionem, & ad generis humani redemptionem.

Matthæi. 21. Eſaiæ. 56.

Domus mea, domus orationis vocabitur. Vulgat. 152

ὁ γὰρ οἶκός μου οἶκος προσευχῆς κληθήσεται πᾶσι τοῖς ἔθνεσι. Lxx.

Matthæus.

ὁ οἶκός μου οἶκος προσευχῆς κληθήσεται.

LOcus hic iuxta tranſlationem Lxx citatur à Matthæo, Marco, & Luca, præſertim ſi addas ſequentia, cunctis gētibus, vel cunctis nationibus, vt ſignificetur vocatio gentium & nationum ad Eccleſiam, hebraicè eſt, inquies, vt vertit D. Hieronymus cunctis populis, bene eſt vtraque tranſlatio tamen idem ſignificat, ſed planius & expreſsius tranſlatio Lxx quam citat D. Paulus, vt ſupra dictum eſt, vt appareat Hebraicè duplicem fuiſſe lectionem vtranque veram, veriorem quam citat Apoſtolus vt dicatur domum Dei futuram domum orationis cunctis nationibus quæ ad fidem erant vocandæ, iuxta illud. Ite prędicate Euangelium omni creaturæ, cui domus Dei futura erat domus orationis, ne ille alter neget eſſe prophetias quæ ſunt huius notæ, ſed quæ ſunt generaliter dicta applicari ad rem ſpecialem, & præſcribat canonem non ex vllo ſcriptore ſacro, ſed ex noſtrorum aduerſariorum libris Chriſtum Dominum ad ſuas res accommodaſſe quæ generaliter à prophetis dicta erant: Doctores egregios ad ſubuertendas de Domino prophetias, cui ſimile eſt quod ſequitur. Nam qui magis quæſo noſtram religionem ſacram refutare hoc hominum genus poſſunt quam ſi de Chriſto omnes ſubuertant prophetias,

negent de Chriſto eſſe dictas ſed dictas generaliter applicari autem ad Chriſtū quæ dicta ſunt vniuerſæ & generaliter non ſpecialiter de Chriſto.

Matthæi.21. Pſalmo.8.

Vulg. 253. *Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem.*

Lectio hebræa. מִפִּי עוֹלְלִים וְיֹנְקִים יִסַּדְתָּ עֹז

Lxx. ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον.

Matthæus.

ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον.

HOc quoque hi docti viri, vt ſibi perſuadent, generaliter à Propheta dictum aiunt, & à Chriſto accommodatum ad ſuos vſus. Ego quid dicam neſcio, video oppugnari Chriſtum, & eligi duces Iudæos & Rabinos eorum dicta firmari Euangelica labefactari, quo animo iſtuc fiat neſcio, nos noſtram rē agamus, Eccleſiæ magiſtratus hæc curabūt; Hoc miraculum à Domino æditū penè dixerim par ſuſcitato Lazaro fuit, cùm enim ſcribæ & Phariſæi qui vice inquiſitorum eo tempore fungebātur Dominum obiurgarent quod ſe Deum appellari pateretur, eos refutat hac Pſalmi prophetia. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem, digito monſtrans infantes & lactantes pueros in matrum vlnis illud Pſalmi perfecta voce clamātes, id enim ſignificat verbum illud perfeciſti, ideſt, perfecta voce clamare feciſti laudem, ideſt, illud Pſalmi. Oſanna in excelſis quo Chriſtus Deus dicebatur; Scribæ & Phariſæi cùm vidiſſent lactētes pueros in matrum vlnis, & infantes etiam qui manu ducebātur clara & perfecta voce ſonare Dauidicos verſus, quibus Chriſtus Deus diceretur, obſtupuere, & ſe repreſſere ideo enim Dominus verſum hunc Dauidicum citauit, vt deſtrueret, ideſt, reprimeret & confutaret inimicos Phariſæos & ſcribas, & vltorē, ideſt, eoſdem phariſæos & ſcribas qui ſe vlciſci & punire volebant, quod ſe pateretur appellari Deū, hoc innuit D. Hieronymus qui in hunc locum inquit. Dominus ſcripturarum teſtimonio puerorum dicta firmaret, apertius Chryſoſtomus in hunc Pſalmum. Potētiam tuam Domine ex hoc maxime oſtendiſti, quod vires imbecillas moueris, & linguam balbutientem ad illam glorificationem claram & expeditam feceris; Et addit Chryſoſtomus maius hoc miraculum videri potuiſſe mortuorum reſurrectione, leproſorum mundatione, Dæmonum expulſione, Et infra: Ne quis infantium nomine innocentes & ſimplices eum dicere putaret, adiecit lactentes, vt intelligeremus infantes pueros, & vbera ſugentes perfecta voce ſonuiſſe. Oſanna filio Dauid. Ita etiam idē Chryſoſtomus in cap. 21. Matthæi hæc verba interpretatur. Theophilactus quoque in hunc locum. Non loquebantur; inquit, infantes & lactentes, ſed imperfecti ipſi ætate præbebant ora inſtrumenta Spiritui ſancto, vt eorū ore ſonaret Spiritus ſanctus. Oſanna filio Dauid. Eodē modo Euthymius cap. 46. de cœcis & claudis, & mirabiliter hunc locum interpretatur de pueris lactentibus & infantibus qui perfecta voce ſonabāt. Oſanna filio Dauid. Sic Hilarius in Matthæum cap. 21. & Palæologus diſputans cum Iudæis de duodecim Apoſtolis & tribubus vnde ſunt delecti. Admirabile miraculum, inquit, videre infantulos lactentes in matrum vlnis portatos altera manu mammam matris trahentes, altera palmarum ramos Chriſto porrigentes ea ætate qua loqui non poterant clara & perfecta voce Chriſto Domino acclamātes & dicētes. Oſanna in excelſis, & voces propheticas ſonantes &c. Pueri infantes lactentes voces Propheticas ſonant Chriſto, & viri docti Chriſtiani prophetias de Chriſto eſſe negāt.

Irenæus quoque libro. 4. cap. 24. eodem modo interpretatur, & Iuſtinus Philoſophus martyr interrogatione & reſpóſione. 13. Hymnum hunc infantium & lactentium annumerat exultationi Ioānis Baptiſtæ in vtero matris in ſalutatione ſacræ Virginis cum Elizabeth dixit: Beata quę credidiſti, &c. Sed illud ridiculum magis quod reprehendunt Theodoretum, quòd infantes interpretatur Apoſtolos, & negant eſſe ſenſum litteralem; Homines imperitos; qui ignorent in litteris Apoſtolicis & Euangelicis litteralem eſſe ſenſum, qualis fuit is quem diximus & ſpiritalem, vt Chryſoſtomus in hunc locum poſt explanatum ſenſum litteralem de pueris lactentibus, qui clara & profecta voce ſonabant. Oſanna filio Dauid, figurate ſignificaſſe gentes ait, quæ balbutientes tūc accedebant ad fidem, & Chriſti perſonabant laudes. Sed quid neceſſe eſt citare ſcriptores ſacros? quaſi verò ſcriptores ſacri in interpretando nouo teſtamēto aliud faciant quàm modo ſenſum litteralem, modo ſpiritalem explanare, hæc Iudæi ſic interpretantur: Ex ore, id eſt, à tempore quo infans incipit loqui ſcit potentiam creatoris, quod falſum eſt & impudens mendacium. Vatablus, & hi de quibus loquor accommodari Chriſto aiunt, quæ generaliter in ſcriptura dicta ſunt, & alias ineptias addunt quas perſequi longum eſſet, ſed negant hebraicè ſcriptū eſſe, Ex ore infantiū & lactentiū perfeciſti laudē: Sed, ex ore infantiū & lactentiū fundaſti robur. Putabat Picus Mirādulanus Comes Carpēſis fælicíſsimi ingenij vir Pſalmos ſe poſſe defendere punctorum mutatione, quaſi vero Iudæi tantum mutatione punctorum in peruertenda ſcriptura adhibuerint fallacias, multa ex ſcriptura reſecuēre praua interpretatione à Chriſto Domino; multa abduxere teſtimonia ſcripturæ & alio traduxere, mutatione litterarum, ſyllabarum vitiauere quam plurima dictiones mutauere, vt in illo, Prouidebam Dominum in conſpectu meo; & in illo: Exultauit lingua mea, & in illo Corpus autē aptaſti mihi, & in illo. In capite libri ſcriptū eſt dē me, & in illo. Nec dabis ſanctum tuum videre corruptione. Denique vbicunque ſanctum in ſcriptura de Chriſto dicitur, mutauere in miſericordem, quod ſanctum in veteri teſtamento abſolutè dictū de Deo ſemper dicitur, & ne reſponderet illo loco Euāgelico. Quod naſcetur ex te ſanctū. Quod igitur Iudæus vnum verbum mutet impia manu, aut litteras, aut ſyllabas peruertat, ſimiles vè verſet dolos, continuo ne illa veritas erit hebraica? & non potius Iudaica perfidia? & noſtri quidā homines hæc tuebuntur? Et Iudæorum cauſam defendent, vt Iudæus inſultare, aut obijcere nobis poſsit quod aiebat Picus Mirandulanus, & refert Angelus Politianus Miſcelaneorum cap. 14. ea nos in tēplo ſingulis canere horis quæ ne ipſi quidem ſatis verſa fideliter exiſtimemus? En quæ habeamus à nouarum rerum amatoribus commoda nos fateri aiunt Iudæi, Pſalmos quos in Eccleſiá ſancta concinimus parum fideliter verſos, cum fideliſsimè ſint verſi & caſtigatiſsimi ſeruati, quod in ore vniuerſæ Eccleſiæ ſemper fuere, vel argumentis putemus ſemper iuxta tranſlationem Lxx ab Apoſtolis & Euangeliſtis atque adeo à Domino ipſo citatos videmus, nec aliter vnquam, ſemper à Doctoribus ſacris tam Græcis quam Latinis ab ipſis temporibus Chriſtî vſque ad noſtra tēpora iuxta eoſdem Lxx viros citatos & explanatos, quæ hæc noſtrorum temporum quorundam hominum eſt intemperies, vt alios quærant Pſalmos, alias interpretationés Pſalmorum quam quæ à Chriſto Domino eſt, & quæ ab eius Apoſtolis, & Euangeliſtis quæ à ſanctis Patribus omnibus tàm Græcis quā Latinis? Iudæorum impietati conſentaneum, hoc eſt qui in impietate ſua perſtare volunt, nec reſipiſcere vt ſcripturam peruertere velint, prophetias aliter

interpretari, tueri ſuas fraudes magno luituri impietatem tantam, nobis Chriſtianis ſi perſtare volumus, vt re ipſa volumus, in noſtra veriſsima religione, quid neceſſe eſt ſcripturam receptam per tot annos à Chriſto Domino & ab eius Apoſtolis, & à ſanctis patribus per manus vniuerſæ Eccleſiæ ad nos vſque träſmiſſam velle mutare? Iudæi, inquiũt, aliter legunt, & aliter interpretantur: Iudæos ſiue Iudæorum fraudes, & Iudaica dogmata placet ſequi? Chriſtiani Chrm Dñm & Eccleſię magiſtros ſequamur quos ſequuta eſt in ſeruanda lectione Pſalmorum omnis vetuſtas, & poſtea Eccleſia vniuerſa. Nunccine demum milleſimo quingẽteſimo & eò amplius anno aliam tranſlationem Pſalmorum quæramus, & quod ait Athanaſius, Iudæis & in fidelibus riſum & cachinnos excitemus, qui dicent, En tandem Chriſtiani reſipiſcunt, en tanto poſt tempore ſe deceptos ſentiunt, alias ſcripturas quærunt, ſine modo, breui ad Iudaiſmũ redibunt.

Matthæi. 24. Danielis. 9.

Vulga. 254 *Cum ergo videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta.*

Lectio Hebręa. וְעַל כְּנַף שִׁקּוּצִים מְשֹׁמֵם

Lxx. ἢ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα. τῶν ἐρημώσεων ἔσται.

Matthæus.

ὅταν ἴδητε. τὸ βδέλυγμα. τῆς ἐρημώσεως.

HVnc Danielis locum ſic tranſtulere Lxx ſic vertit D. Hieronymus, & iuxta tranſlationem Lxx, ſic citat Dominus, ſi quæras in quibuſdam nouis tranſlatoribus hunc locum non reperias, Ita citatæ à Domino prophetiæ refelluntur, dum eas aliter noui tranſlatores interpretantur, & alio detorquent, quaſi dicere velint à Lxx viris non ſatis fideliter verſam hanc prophetiam & à D. Hieronymo non intellectam, & ab ipſo Domino falſo citatam; ego neſcio quo progredi vlterius quorundam hominum impudentia poſsit. Dominus apud Eſaiam ait: qui loquebar ipſe adſum, docens ſe qui prophetis dictauerat ſcripturas adeſſe factum hominem, & tamen cum homo factus ſcripturas quas dictauerat interpretatur non auditur, à quibuſdam auditur impius Iudæus interpres. Si credis me fallere quærę apud nouos quoſdam interpretes hanc prophetiam, & eius veſtigium non comparebit. Signum vaſtitatis Iudææ poſt crucem ſuam dederat Dominus cum viderent abominationem deſolationis in tẽplo Domini, quod præſignificarat Daniel propheta, id eſt, cum viderent imagines Imperatorias quas Imperatores poſtulabant à nationibus adorari, in tẽplo poni, iuxta hoc ſignum Domini prę ſignificatum à Daniele docet Ioſephus Iudæus lib. 2. cap. 1. principium belli Iudaici penè natum fuiſſe, quod Dominus dixerat & erat interpretatus, Matthæi. 24. quære hunc locum inquam in tranſlationibus nouis iuxta veritatem hebraicam factis & intelliges iuxta perfidiam Iudaicam factas eſſe, quaſi fuerit Dominus falſarius aut blaſphemus, qui falſa citet teſtimonia diuina, & Lxx viri, & D. Hieronymus fuerint impoſtores, qui falſa ſcriptura nos deceperint. Sed certè, inquies, hebraicè non ſic eſt ſed pro in templo hebraicè eſt עַל כְּנַף ſuper alam, quid tum Ioſephus loco citato in ipſa fronte templi poſitas illas imagines Aquilæ Romanæ prodidit, & apud Matthæum Dominus tantum in loco ſancto ait vbi abominatio erat vllas ponere imagines, & apud Marcum abominationem ſtantem vbi non debet, inquit D. Hieronymus & Lxx in templo, quod ſi in frontis vtroque latere, quas templi alas dicimus poſitæ erant illæ imagines profecto in templo poſitæ erant, vbi erat nefas

fas ſimulachra ponere aut imagines, quod eo loci ait Ioſephus. Sed non eſt, aiunt, abominatio deſolationis, certe eſt ſiquſim, quam vocem hebræam ipſi & omnes rabini interpretantur abominationes, tantum intereſt vtrum, ſiquz, legendum ſit, ideſt, abominatio, an, ſiquſim, abominationes, quod parui refert; de vltima voce quæſtio eſt, quod hebraicè legitur, ſomem, ideſt, deſolans vel admirans, Dominus legit abominatio deſolantis, Imperatoris Romani, ſcilicet, qui vaſtator Iudææ erat futurus. Iudæus admirans vertit, qui interpretationes de Chriſto fugit, Iudæos ſequi maluit interpres qui nõ infimis annumeratur, & ita prorſus hanc prophetiam ipſe & alij deleuere, vnam litteram ſi addas efficies hanc tranſlationem Lxx quam citat Dominus congruere cum hebræa lectione ad verbum, ſi pro, ſomem, addita vna littera ה, legas, ſomema, deſolationis. Vnũ illud reſtat, quod hoc ſignũ abominationis cũ hoc dixit Dñs iã præceſſerat, ita eſt, ſed admonet ſignum vaſtationis Iudææ iam præceſsiſſe, quæ poſt crucẽ Chriſti futura erat, & ſignũ erat ſe Chriſtum Dominum eſſe, Nam illa vaſtatio poſt crucem Domini erat futura, & verè hoc ſignum poſt crucem Domini etiam accidit Caij temporibus qui ſuas imagines in templo poni iuſſerat, & in omni Iudæa, quod facere ſunt conati eius duces & milites, & incenſus ita erat aduerſus Iudæos quod id deteſtarunt. Hæc omnia inquam manu & interpretatione vitiant Iudęi. Origenes lib. 6. contra Celſum, hunc locum ad Antichriſtum refert; ſed nunc non de his agitur.

Matthæi cap. 26. Zachariæ. 13.

Vulg. 255. *Percutiam paſtorem & diſpergentur oues gregis.*

Lectio hebræa. הַךְ אֶת הָרוֹעֶה וּתְפוּצֶין הַצֹּאן

Lxx. πάταξον τὸν ποιμένα καὶ διασκορπισθήτωσαν τὰ πρόβατα.

Matthæus.

πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσονται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης.

HVnc locum citat Euangeliſta iuxta tranſlationem Lxx excepto quod græcè & hebraicè. Percute, eſt in ſecunda perſona, non percutiam in prima, vt eſt apud Euangeliſtas Matthęum cap. 26. & Marcum cap. 4. Arguuntur Euangeliſtæ à quibuſdam referente D. Hieronymo in hunc locum quod perſonã mutauerint, & admiſerint in eo grande piaculum quod perſonam patris fecerint percutientem filium & Iudæos culpa immanis illius flagitij liberantem cũ ſe filij percuſſorem eſſe declaret, quos Hieronymus eo loci refellit quod percutiam permittã percuti ſignificet iuxta morem ſcripturæ, ſed idem Diuus in fine Epiſtolæ ad Pammachium de optimo interpretandi genere inter alios ſcripturę nodos, quos ſuis aduerſarijs diſſoluendos proponit, hunc quoque proponit nodum quorum ſolutionem ſe differre dixit quo ad ipſe fateretur ſe non poſſe diſſoluere, & morte interceptus inſolutos reliquit, quomodo Euangeliſtæ ex perſona Dei dixerint: Percutiam paſtorem, cum hebraicè & iuxta Lxx ſit: percute paſtorem, vt verba ſint prophetæ Deum rogantis; & non ſint verba Dei. Qui nodus ſic ſolui poteſt, canonẽ interpretandæ ſcripturę eſſe preſcriptum in ſacris Concilijs, & ab omnibus ſanctis, cum ſcriptura imperantis verbis vtitur non intelligendum ſcripturam imperare, ſed futura prædicere & quid quid prædicit propheta, non prædicere prophetam futurum ſed Deũ prophetę ore futurum prædicere. Idem eſt ergo percute paſtorem, & percutiam paſtorem, Nam prophetæ vt Eccleſiæ magiſtri ſcripturam interpretantur in plæriſq;, & huius perſpicuitatis cauſa quædam mutant obſcura, ſcilicet, in magis plana, vt appareret ergo quis Dominus eſſet percuſſurus, & nemini percutiendi

Dominum

Dominum poteſtatem fuiſſe niſi Domini permiſſu, iuxta illud: Dominus voluit contetere eum, & hæc eſt hora veſtra & poteſtas tenebrarum, & non haberes poteſtatem in me, &c. vt interpretarētur ergo Euangeliſtæ qui eſſet percuſſurus Dominum dixere: Percutiam eum, ideſt, percuti permittam, mutata ſecunda perſona in primam, vt mittam dicere quod verbum hebræū primæ perſonæ eſſe poteſt, Percutiam, præſertim ſi primam litteram ה mutes in א quod non raro hebraice fieri rabini docent, vt ſupra diximus, vt percute verti potuerit, & percutiam, & varietas vnius litteræ ה & א facit vt verbum hebræum primæ & ſecundæ perſonæ eſſe potuerit.

Vulgata.

256 *Aceldema, ager ſanguinis.*

DE hoc loco dicere volui quid mihi in mentem venerit, quod Pagninus lectionem Euangelicam caſtigat, alij hanc dictionem ex Euangelica lectione expungere videntur, quod originatio huius vocis, Aceldema, ſi intra Hebraicam & Chaldaicam linguam ſubſiſtas non videntur Euangelicis litteris reſpondere, in Latina lingua & græca voces ſunt multæ peregrinę quę gloſſę dicuntur, vt leges apud Quintilianum & apud Ciceronem & Ariſtotelem in Rhetoricis quales apud Hiſpanos ſunt, alhombra, almohada, quæ ex Mauris inoleuere apud nos, & niño, ama, quæ reſedere ex Iudæorum lingua Hiſpanæ voces ſunt innumerabiles, petunt ergo originationem huius vocis Aceldema, ſimiliumque quibus facilis eſt reſponſio, nō omnes voces quæ vulgo in Iudæa iam Chriſti temporibus erant receptæ hebræas eſſe, nec hebraicas habere originationes, quære tu latina vnde dicta ſit lancea, & quam habeat originationem, & ſi reuixerit Cicero, aut Marcus Varro ex illis quære & Phalanx quod habet Etymon & eſſedum? & huius notæ nomina, negabunt ſe ſcire, ſi quidem Plato nem in Cratylo non pudet fateri ſe neſcire vnde dicatur ... & alia quod Barbara nomina ſunt, quæ inter Græcas voces reſedere, nec illarum originationes noueris niſi ſcias, vnde irrepſerint in noſtram linguam, & illam linguam vnde irrepſerint probè noris, nec enim neceſſe eſt quæcunque voces latinę ſint ex græca latinaque eſſe lingua, quędam enim ex Hiſpana lingua, alia ex Gallica, aut ex Britanica, & Germanica traxere originem, & ideo gloſſæ appellantur, id eſt, linguæ, quaſi dicas diuerſæ linguæ voces, & ideo additur eius interpretatio, & ea eſt cauſa, cur qualibet vox obſcura gloſſa dicatur. Quę interpretatione egeat, vulgus hominū præ inſcitia gloſſas appellat, non voces obſcuras, aut res obſcuras, ſed vocum obſcurarum interpretationes. Loquendum tamen vt plures, ſentiendum, vt pauci, vt vulgo dici ſolet. Si Platonem non puduit dicere ſequarundam gręcarum vocum originationes ignorare quod è Barbarorū lingua fluxerint, cur nos pigeat idem dicere de Aceldema, quę vox compoſita eſt ex vocibus alienæ linguæ, quæ iam inter Iudæos erant receptæ, nec neceſſe eſt Chaldæas eſſe voces aut hebræas, multa genera nationū Syrarū erāt quæ Iudæā non ſolum circunſtabant, ſed quę miſta Iudæis inter eos habitabant, vt te docet Geographia & ſacri doctores, & Ioſephus quoque Iudęus, vt ſit ineptum omnium hebræarum vocum originationes ad hebraicam & Chaldaicam linguam reuocare, leges omnes tribus Iſrael varijs nationibus intermiſtas, & circunſtare varias nationes Iudęā. Diuina ſodes, ex qua lingua hęc vox fluxerit, & muta ſi placet cum Pagnino vocem Euāgelicam. Sat eſſe debet ſcire. Aceldema, agrum ſanguinis eſſe, ſi quis quærat vnde ſit appellatus, cum Platone reſpondebimus ex Barbaris vocibus eſſe compoſitam vocem, & eius neſcire originationem

nem

nem non debeat pudere, ſi quidem Platonem non puduit dicere ſe neſcire vnde [illegible] originem traxerit quid à Barbaris ſit nomen deflexum quamuis ab Homero perſuaderi potuerit à verbo [illegible] terga vero eſſe deriuatum.

Matthæi. 27.

Vulgat. *Non licet eos mittere in Corbonam.*

257 NEgant Iudæi hanc vocem eſſe hebræam, legendumque, Carban & eſſe oblationem, hos ex Ioſepho Iudæo refutauimus libro ſecundo, illinc ſi voles pete.

Vulgata.

258 *Tunc implectum eſt quod dictum per Prophetam Hieremiam.*

DIuus Hieronymus in Epiſtola ad Pámachiũ proponit ſuis aduerſarijs hanc quæſtionem, quomodo Euãgeliſta erret in nomine, pro Zacharia ſcribens Hieremiam, & ſolutionem quæſtionis differt quo ad aduerſarij eius deſperent ſe poſſe reſpondere, præuentus morte, quæſtionem reliquit non ſolutam. Euſebius Cæſarienſis demonſtrationis Euangelicæ huic quæſtioni reſpõdet expunctum eſſe hunc locum Hieremiæ ex ipſo Propheta [illegible] per crimen quoddam falſariorum Iudæorum aut lapſu librarij qui pro Zacharia ſcripſerit Hieremiam. Sed Apoſtoli & Euangeliſtæ tam fuere negligentes vt errorem librarij vnius ſequerentur præſertim cũ ab Spiritu S. regerẽtur, poſtea cum creuiſſet Eccleſia nationes ad fidem receptæ vnius librarij manum ſequebantur, non ſit veriſimile, quid ergo dicemus? quod prius dixerat Euſebius, falſarios Iudæos illam expunxiſſe prophetiam. Nam quid eſſet, rhadiurgia, & rhadiurgus, dictum fuſè eſt libro ſecundo. Adducor etiam vt hanc ſententiam ſequar quam Iuſtinus Philoſophus martyr hanc prophetiam & alias quæ planè Chriſtum loquerentur à Iudæis fuiſſe expunctas, teſtatur & Tertullianus qui ait omnia, quæ Chriſtum planè & apertè ſonaret Iudæos reſecuiſſe, adde tu ex Iuſtino cum illis reſecandi copia fuit ante quam ſcriptura in fidelium poteſtatem veniret, & eiuſdem ſententiæ fuiſſe origenes videtur lib. primo aduerſum Celſum, quanquã in alijs ad Apocrypha quædam recurrit quod ipſe facere vetuerat, ſed plurima ſunt in Origene quæ nõ ſunt Origenis, ſed ipſius Origenis interpretis vt ſupra dictum à me fuſè eſt, & quod apud me maximum pondus habet, quod D. Hieronymus huius ſententiæ eſt, qui quæſtionem hanc propoſuit vt propoſita à D. Hieronymo, quæſtio D. Hieronymi ſententia ſoluatur oſtendimus libro huius operis ſecundo D. Hierony. docuiſſe nos Iudaica malitia quædam ex ſcriptura ſacra eſſe reſecta, idque potiſsimum authoritate D. Pauli, præſcripſit ergo illic & alijs locis Diuus Hieronymus hũc canonem vt ex authoritate Apoſtolorum & Euangeliſtarum agnoſceremus quæ malitia, & perfidia Iudaica ex veteri teſtamento reſecuiſſet. Niſi tu minus virium habere putas Euangelicam authoritatem ad agnoſcenda quæ ex veteri teſtamento expunxerit Iudaica perfidia quam habeat, vel euidens demonſtratio, & certè diuinum teſtimonium apud omnes nationes omnium maximum robur habuit, & cui nulla vnquã demonſtratio eſt adæquata, & lib. 5. cap. 63. in rem præſentem lectorem adduximus vt oculis ipſe cerneret quod verſus ex ſacra ſcriptura Iudaica excide rint negligentia, vt nos docuerat Diuus Chryſoſtomus, vt oſtenderam eodem libro ſecundo. Nec hic ſolus locus ex his quos Apoſtoli & Euangeliſtę citant ex lectione Hebræa excidere aut Iuda-

ca

ca malitia,aut negligentia Iudaica quod nos docet Chryſoſtomus.

Matthæi.27.

Vulgata 259. *Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati quod appretiauerunt à filijs Iſrael,& dederunt eos in agrũ figuli,ſicut cõſtituit mihi Dominus.*

PRoponens ſupra dictam quæſtionẽ Diuus Hieronymus,inquit,hoc in Hieremia penitus non inuenitur, ſed in Zacharia , alijs verbis , ac toto ordine diſcrepante . Hæc Hieronymus. Quæ omnia fateamur neceſſe quod ita ſe res habet hęc enim prophetia reſecta ex Hieremia eſt,vt dixi Iudaica perfidia, vt alia plæraque vt veteres prodidere, & vt apparet ex rebus ſcriptis hebraice verbis eiſdem pluribus locis malitia Iudaica,aut Iudaica negligentia orationes multas ex lectione hebręa videmus excidiſſe quod monſtratum eſt cap.64.libri ſecundi.

Vulga. 260. *Zachariæ locus,& dicam ad eos,ſi bonum eſt coram vobis date mercedem mihi,aut renuite,& appenderũt mercedem meam triginta argenteos dixitque Dominus ad me , pone illos in conflatorium & conſidera ſi probatũ ſit,ſicut probatus ſum ab eis , & tuli triginta argenteos , & proieci eos in domum Domini in conflatorium.*

DIxi hoc loco ab euangeliſta verba Hieremiæ eſſe citata,nec neceſſe eſſe,ſi à Zacharia idem myſteriũ ſit præſignificatum eiſdem verbis , & eorũ verborum ordine eſſe pręſignificatum, nec ſi euangeliſta citet vnum prophetã aliquem qui aliquid de Chriſto Domino prædixerit quod ab aliquo alio propheta ſit prædictum, fieri poteſt,vt cum vtroque & verbis & ordine congruat, ſi duo prophetæ illi eandem rem prædixerint,non tamen verbis eiſdem,aut eorum verborum ordine:vulgatam appellat,hoc loco D.Hierony. translationem Lxx,vt intelliget qui primoribus labris litteras deguſtarit,qua de re diximus in prolegomenis.Cæterum tranſlatio Lxx congruit hoc loco cum vulgata D. Hieronymi ,& cum hebręa lectione : nam quod Hieron. tranſtulit , decorum pretium quo appretiatus ſum ab eis , lectioni hebrææ cõuenienter,quod à Domino ironicè dictum eſt , quaſi diceret quã magnifico pretio à Iudæis ſum appretiatus triginta argenteis,ſcilicet, qui illos creaui in populum meum delegi, ſeruitute Aegyptiaca liberaui,quibus de cęlo legem dedi,Prophetas,&c.Lxx pro his vertere græce, σκέψαι conſidera aut ſpecta,fortaſſe,quod hoc verbum eorũ tempeſtate hebraice erat, aut ſubauditũ ab eis eſt,ſpecta ergo εἰ δοκιμόν ἐστι ſi ꝓbatum eſt,ſed hoc verbum græcum vno latino verbo reddi non poteſt δοκιμάζειν nanque græce dicitur probare aliquem & eius vitam genus & mores præſcrutari & merita,ſi diligendus ſit in aliquod munus,ſi cooptandus ſit in aliquod collegium creandus ſit ſenator, Epiſcopus, Cardinalis,eſt etiam δοκιμάζειν examinare ſi res vendita pretio quo venditur, ſit æqualis maior aut minor quod in iuſtitia cõmutatiua fieri oportet , vt res quæ venditur ſit æqualis pretio quo vẽditur, idẽ intellige de opera quæ alicui datur, & de beneficijs in aliquem collocatis vt par referatur gratia aut cumulatior , vt ſit ſpecta ſi probatum eſt pretium,ſi par eſt pretium, Triginta argentei , ſcilicet, prò Deo rerum omnium effectore qui ſe fecerit hominem vt redimeret genus hominum,an infinitum bonũ quod eſt Deus tam vili pretio æquum erat æſtimari?& ſi æquũ erat tot beneficia in hominum genus collata tam exiguo pretio vendi,ſpecta an æquale ſit pretiũ triginta argenteorum quod pro me datur qui eos creaui,in meum populum delegi,ſeruitute Aegyptiaca liberaui , pane de cælo per quadraginta annos alui,

Hoc idem hebraicè dicitur ſi ſupplere idem verbũ velis cum Lxx ſpecta, eder ha iaquar, ſi magnificũ pretiũ quod ſcilicet, pro me datur qui eos tot beneficijs cumulaui, rurſum Lxx ὃν τρόπον ἐδοκιμάσθην quomodo probatus ſum ab æterno patre. ſ. pretiũ eſſe legitimũ & ſummũ & infinitũ pro vniuerſo mũdo, & pro infinitis mũdis pretiũ excedẽs magnitudine rẽ, quę illo emitur aut redimit ex captiuitate Dæmonis, dixi enim ἐτιμήθην hoc ſignificare hebraice, aſer, ia quarti, quomodo appretiat⁹ ſum, ab ęterno patre. ſ. pretium legitimũ eſſe ſummũ & infinitum ὑπὲρ αὐτῶν pro ipſis cum obtuli me patri pro ipſis vel ὑπὲρ αὐτοὺς ſupra ipſos, quaſi appretiatus ſum ab æterno patre pretium eſſe ſummum & infinitum ſupra ipſos & ſupra mundos infinitos hebraice multo planius, aſer ia quarti, quo modo appretiatus ſum, me halehem, pluſquã ſupra ipſos, vt appretiatus ſum eſſe pretium ſupra ipſos & ſupra mundos infinitos, & ſic diſſoluiſſe me arbitror nodũ propoſitũ à D. Hieronymo.

Iuxta Lxx. Ex Zachariæ. 11.

Vulgat. 261 *Si bonum eſt in conſpectu veſtro date mercedem meã, aut quieſcite, &c.*

Lectio hebræa.

אִם טוֹב בְּעֵינֵיכֶם הָבוּ שְׂכָרִי וְאִם לֹא
חֲדָלוּ וַיִּשְׁקְלוּ אֶת שְׂכָרִי שְׁלֹשִׁים כָּסֶף׃
וַיֹּאמֶר יְהוָה אֵלַי הַשְׁלִיכֵהוּ אֶל הַיּוֹצֵר

Quoniã plæriq; contendunt hãc prophetiã Zachariæ citatam ab Euangeliſta Matthæo quãquã id nobis non probatur, de ea quoq; pauca dicam⁹ illud certũ habeo, ſi ſcholiaſtes eſſet Euãgeliſta, aut S.S. potius qui ore Euangeliſtæ loquebatur non potuiſſe magis Zachariæ prophetiã interpretari, dũ hiſtoriã Euangelicã narrat, quod enim propheta dixit: & conſtituerunt mercedẽ meã triginta argenteos, vel vt vulgata præfert, & appenderunt mercedẽ meã triginta argẽteos, Euãgeliſta cap. 26. dixit: acceſsit Iudas ad ſacerdotes & dixit: quid vultis mihi dare & ego eum vobis tradã, at illi conſtituerũt ei triginta argenteos, vbi eadẽ verba reperies in tranſlatione Lxx, & in Euangelio, Propheta nanq; iuxta tranſlationẽ Lxx dixit καὶ ἔστησαν τὸν μισθόν μου τριάκοντα ἀργυροῦς id eſt, & ſtatuerunt mercedẽ meã triginta argenteos, Euangeliſta Matthæus in principio ca. 26. de principibus ſacerdotũ & Iuda ꝓditore οἱ δὲ ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα ἀργύρια, ideſt, illi autẽ ſtatuerũt ei triginta argẽteos, vt eadẽ pene verba in vtraq; parte reperias in prophetia & in Euangelio cũ oſtẽditur cõpleta prophetia, dein de propheta, proijce illud ad ſtatuariũ, Lxx proijce illos ad conflatoriũ, vbi quidã interpres D. Hiero. reprehendere videtur, quod ſtatuariũ tranſtulerit, pro, Ioſer, voce hebræa quod in tẽplo non fuerit ſtatuarius quaſi ager figuli in templo fuerit, & quaſi D. Hiero. in cõmentarijs non ſit interpretatus ſe accepiſſe ſtatuariũ pro figulo aut fictore, opinor quod præcellentes figuli vaſa quæ luto effingũt varijs figuris auicularũ & iuuẽnũ & puellarũ, aliorumq; animantiũ effingũt & ornãt & decorant, illud eſt reprehendendũ magis quod D. Hiero. hęc verba ad Chriſtũ Dominũ refert, & ipſe propheta hic Chriſtũ oſtendat loquentẽ, quidã interpres ad ipſum prophetam refert, vt propheta hęc de ſe dicat, ipſa hebręa lectione repugnante, poſtea typicè aiunt hæc ad Chriſtũ de hac fraude dictũ eſt ſupra cęteris. Rabini inquies hęc ſic interpretãtur, quid ni interpretẽtur? negãt omnia de Chriſto myſteria, prophetias ergo de Chriſto alio referãt neceſſe eſt, alioqui Chriſto crederẽt. Ergo vt eò vnde digreſſus ſum redeã, quod propheta dixit proijce illud ad ſtatuariũ cõpletũ Euãgeliſta indicat in illo: tũc videns Iudas quod dãnatus eſſet pęnitẽtia duct⁹, retulit triginta argẽteos principibus ſacerdotũ, dicẽs: peccaui tradẽs ſanguinem iuſtum, at illi dixerunt, qui id ad nos tu videris, & proiectis argenteis in templo receſsit. Vides ergo completum illud: Proieci eos in domo Domini. Iam verba illa ad ſtauarium quę ille alter interpretatur ad figulum, qui in templo

templo vaſa templo neceſſaria effingit Hieronymus ad fictorem ad figulũ interpretatur, quod vox hebræa ioſer ſignificat. Hæc verba ad figulũ interpretatur euangeliſta in agrum figuli, ſicut R. Abraham explanat ad figulum, id eſt ad domum figuli. Qui minus quæſo licuit euangeliſtæ interpretari proijce illos ad figulum, id eſt, ad agrum figuli, quam R. Abraham ad figulum, id eſt ad domum figuli, vt ſit: proijce ad figulũ, ad emendum agrum figuli. Nec prætereunda ſilentio R. Dauid audacia & impudentia, qui vt leges in dictione יצר in hoc loco Zachariæ: proijce illos ad figulũ, vbi pro figulo hebraice eſt יצר ioſer mutat י in א & pro יצר figulo, facit אוצר theſaurum quanquam ipſe R. Dauid interpretatur theſaurarium, quod vox illa hebræa nunquam reperietur ſignificare, vt nummi illi non videantur proiecti eſſe ad figulum, id eſt, ad agrum figuli emendum, ſcilicet, ſed ad theſaurum, id eſt, ad corbonam, vt ſcilicet mittantur in corbonam, contra euangeliſtã Matthæum, mutat ergo verbum in ſcriptura, & vt ſanctos ſcripturæ ſenſus peruertat. Hoc Vatablus multo impudentius R. D. nanque ait putare ſe י poſitũ pro א qualẽ ſi apud latinos aliquis hanc vocem, his, poſitam diceret pro, dis, & diuitem ſignificare, ſic ille, ioſer, figulum poſitum pro, oſer, theſauro, vt aduerſaretur Matthæo & negaret prædixiſſe prophetam triginta illos argenteos proiectos ad figulum, id eſt, ad agrum figuli emendum videlicet, ſed diceret propheta proiectos illos argenteos ad theſaurarium, vel ad theſaurum, id eſt, ad corbonam, vt ſupra ſumus interpretati, Vatablus inquam multo impudentius, ait enim prophetam reliquiſſe duplicem illam lectionẽ, vt duplex ſignificaret myſteriũ proiectos illos argenteos in agrũ figuli, quod, ioſer, vox hebræa figulum ſignificat, & proiectos illos argẽteos ad ſacerdotes, vt emerent agrum figuli, quod, oſar, cũ א theſaurarium ſonat latine. Vide ſis hominis impudentiã, qui ſe Chriſtianis hominibus verba dare putet. Primum rogo, vnde Vatablus ſciat duplicem à propheta relictam lectionẽ, ioſer, figulum, & oſar, theſaurũ, id enim vox hebræa latine ſonat non theſaurarium. Nam id R. D. Iudæus dubitans dixit, ſed nec Vatablus id affirmat Iudæo multo ... ior. Deinde rogo putarit ne Iudaicum venenum illud, quod deliteſcit ſub illo duplicis lectionis myſterio quod ipſe nobis conatur perſuadere præteruolaturum omnes fideles, ita vt eorum nullus fraudem intelligeret. Specta quas duas contradictiones faciat Vatablus in euangelio Matthæi, primum omnium diximus ex Ioſepho lib. 2. de bello Iudaico capit. 14. corbonam ſacrũ eſſe theſaurum & res nota eſt, oſar, cum א eſſe theſaurum, quamuis R. D. & Vatablus tantum theſaurarium eſſe teſtẽtur, & mentiuntur impudẽtiſsimè, Chriſtianos enim Iudæi, vt admonet D. Hieronymus idiotas appellãt & animalia bruta. Nunc attende an hæc duo contradicant, non licet eos mittere in corbonam id eſt in theſaurum, & mittendi ſunt in theſaurũ, vel vt facilius intelligas ſunt hi triginta argẽtei in theſaurũ mittendi nõ ſunt hi triginta argẽtei in theſaurũ mittẽdi, ſiquidẽ propheta ait iuxta Vatablũ eos in theſaurum mittendos, & euangeliſta negat eos licere mittere in corbonam hoc eſt in theſaurum. Nec defuit interpres qui vtrãque lectionẽ probat, vt eandem in litteris euangelicis & in propheta faciat cõtradictionem quam fecerat Vatablus.

Matthæi. 26. Numer. 9.

Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet. Vulga. 262.

PAſcha Euangeliſtæ & Apoſtoli iuxta Lxx nominant, & lib. 2. monſtratum eſt veteres Iudæos ita appellaſſe, & Paſcha D. Hieronymus quod parui putabat intereſſe largitus eſt Iudæis

dæis ſui temporis, phaſe, quoque poſſe appellari,ipſe tamen Diuus fere paſcha nominat, punctis autem fieri, vt paſchá ſonet vox hebræa,& phaſe ſupra oſtendimus, fuit interpres qui Paſcha latino nomine appellat fere tranſitum,& ſemel aut bis,peſach,ſi Iudæorũ regulis ſtemus nihil nobis fixũ erit & ſtabile,rogo cur contra rationem euangelica mutamus, & noſtratia,Iudaica iuuat crepare.

Matthæi 27. Pſalmi 21.

Vulg. 263. *Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.*

Lectio hebræa. יְחַלְּקוּ בְגָדַי לָהֶם ׃ וְעַל לְבוּשִׁי יַפִּילוּ גוֹרָל

Lxx. διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον.

Matthæus.

διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον.

HAEC citata ſunt iuxta Lxx ad verbum de ſortitione veſtium Chriſti Vatablũ diximus Pſalmũ hunc 21. de Dauide dictum putaſſe,hic verſus à Iudæis non eſt vitiatus, antecedentia ſupra lib.3. vitiata à Iudæis eſſe oſtendimus,quanquam eſt qui pro Iudæis ſe opponat omnibus,& lectionem hebræam prædicet caſtigatiſſimam ,noſtra culpa librariorum paſſim eſſe vitiata.

Matthæi 27. Pſal. 21.

Vulg. 264. *Confidit in Deo liberet eũ nunc ſi vult.*

Lectio hebræa. גֹּל אֶל יְהוָה יְפַלְּטֵהוּ ׃ יַצִּילֵהוּ כִּי חָפֵץ בּוֹ

Lxx. ἤλπισεν ἐπὶ κύριον, ῥυσάσθω αὐτὸν σωσάτω αὐτὸν ὅτι θέλει αὐτόν.

πέποιθεν ἐπὶ τὸν θεὸν ῥυσάσθω νῦν αὐτὸν, εἰ θέλει αὐτόν.

HIc verſus græce citatus videtur iuxta tranſlationem Lxx , vnum enim verbum tantum, mutatum eſt in aliud eiuſdem ſignificationis, ἤλπισεν ſperauit in κύριον id eſt , confidit , & oratio vna quæ geminatur in pſalmo omiſſa in litteris Euangelicis eſt,vt ſupra monſtratũ eſt ab Euágeliſtis fieri ſolere breuitatis cauſa.Sed dices tranſlatio Lxx & euangelica à lectione hebraica diſcordat iuxta canones ſupradictos libro 2. monſtratur in lectione hebræa vnam litteram eſſe mutatam. Nam vbi legitur gol,confuge aut yolue,ex lectione euangelica, & Lxx apparet legendum eſſe chal,id eſt,ſperauit,confidit,puncta náque non erant adſcripta lectioni hebreę adſcribuntur à lectione pro conſequentia ſententiæ. Oſtédimus in lectione hebræa puncta mutari litteras & ſyllabas ne quis miretur hunc locum ab hebræa lectione vna littera diſcrepare, & teſtimonio Spiritus ſancti liquet hebraice litteram illam eſſe mutatam exemplo codicis Hiſpani, qui latine verſus eſſet, & ex tranſlatione deprehenditur quam lectionem agnouerit interpres.

Matthæi 27. Pſal. 21.

Deus Deus meus,reſpice in me.

HOC loco Diuo Hieronymo eſt reſpondendum qui iubet vt aduerſarij reddant rationem,cur Lxx tranſlatores interpoſuerint,reſpice in me, vertere cũ Deus Deus meus,reſpice in me,quare me dereliquiſti,cũ hebraice tantum, Deus Deus meus quare me dereliquiſti ſolutioné quã diſtulerat hic Diuus quoad aduerſarij deſperarent ſe poſſe inuenire morte preuẽtus nõ reddidit,nec erat magnopere difficilis.Diximus enim in principio li.4.ſolere Apoſtolos & Euágeliſtas ex veteri teſtamento citare neceſſaria omittere media , quod Euangelium eſt breuiatio legis veteris vt dictum eſt ab Eſaia cap.decimo, nec mirandum eſt ſi multa in tranſlatione Lxx ſint quæ ex lectione Hebræa exciderint,vt mõſtratum eſt libro ſecundo,cap.64. & multo Vulg. 265.

magis,id móſtrat Origenes ex locis ſcripturæ, quos citat Paulus iuxta LXX viros, & citat Paulus quæ hebraice non ſunt,apud LXX viros ſunt,& ſic dubium à Diuo Hieronymo propoſitum & dilatum,nec ſolutú diluiſſe me arbitror.

Vulgat. ibidem. *Heli,heli,Deus meus,Deus meus.*

Lectio hebræa. 266

HOc loco dubium propoſitú à Iudæis eſt,cur heli heli, verſum ab euangeliſtis eſt,Deus meus,Deus meus, cum potius vertendú eſſet iuxta Aquilá & tráſlatores Iudæos alios, fortis meus, fortis meus. Et hoc propoſitú à Iudæis dubiú,eo ſpectat vt oppugnent Iudæi locum illú Eſaiæ: vbi puer qui natus nobis appellatur,el guibor, Deus fortis, quod male vrit miſeros Iudæos,& negant vertendú fuiſſe,el guibor, Deus fortis, ſed heros fortis,cú el, hebraice nunquá ſumatur,niſi pro,Deo, quamuis Iudęi multa comminiſcantur, mentiantur multa, vt dictú eſt,huius cótrouerſiæ meminit Euſebius, demonſtrationis euangelicæ, lib.10.de móſtratione.8. Nec defuit interpres,qui ſequi maluit Aquilá in pſalmis,verſu factis, vbi cú Aquila vertit, fortis meus fortis meus,aduerſus vniuerſam eccleſiam,vt Iudæi glorientur habere ſe iam ex noſtris qui largiantur,el,fortem ſignificare,ne puer natus nobis dicatur,el guibor,id eſt,Deus fortis,ſed heros fortis,vel vt vertit Vatablus, fortis, fortis. Sed dixi Iudæos omnes ſi vnú in locú congregant nó daturos ſcripturę locú,vbi de alio quá de Deo dicatur. Nam ꝙ de leel, fabulátur nugæ meræ, ſed de hoc loco dictú ſupra eſt, vbi locos ſcripturæ citaui tá in pſalmis quá in pentateucho,quá in libro Iob, & in alijs prophetis,vbi el, reperitur plus millies pro Deo,nec in ſcriptura ad hominé tantú, relatum reperiet vnquam,ſed ſemper ad Deum,niſi ſit el, cum iod, medio quod fortem ſignificat,& per quá rarum eſt.

Vulg. *Ex ore infantium, &c.*

NEgát hebraice ſcriptú eſſe ex ore infantiú & lactentium perfeciſti laudé, ſed ex ore infantiú & lactentium fundaſti robur.ſi hoc largirem ur Iudęis ita hebraice eſſe,quod nó eſt noſtra cauſa,bene erat defeſa,ſed cómune vitiú Iudæorú,vt id dicant hebraice,nó ꝙ eſt hebraice,ſed ꝙ ipſi interpretétur, hebraice affirmát eſſe:& Vatablus Iudæorú interpretationé ſequitur nó ſuá verba,ergo hebræa referamus & interpretemur mipi ex ore olellim infantiúve & iónqim lactentiú vt ſit totú ex ore infantiú & lactentium, iſadta fundaſti oz imperiú & regnú ex ore infantium & lactentiú fundaſti regnú accuſabatur Dñs quod ſineret ſe appellari regé & Deum à pueris oſtendit Dñs pueros lactentes in vlnis matrum altera manu tenentes mámas matris,altera Chriſto Dño acclamátes verſum Dauidis anni ego aſir caná hueza imperiú tuú poteſtaté tuám, canebát quidé pueri Dño, Oſanna filio Dauid, ſed dum infantes & lactétes perfecta voce illud canerent potentiá Dei,aut omnipotentiam potius Deo canebant. Itaq; oz,poteſtas aut omnipotentia eſt pſal. 59 in fine,& Pſalmo 62 in fine, qui oz quia poteſtas vel omnipotétia le elloim Dei,quia imperiú & poteſtas Dei eſt,ergo illa omnipotétia vel poteſtas, qua infátes & lactétes fecit loqui voce perfecta pſalmi verſus imperiú & omnipotentia Dei erat qua ſe oſtendit Deú eſſe, quod ei obijciebát Phariſæi, & repreſsit Deus eos táto miraculo,obſtupuere ergo Phariſæi re tám admiranda. Oz ergo fortitudiné ſignificat & poteſtaté ſiue omnipotentiá quę Dei eſt vt declaratur his duobus verſiculis Pſal. 70. ꝙ verba hebræa interpretari nó potuere ſat habuere exprimere ſententiá. Ergo Iudęi qui aiunt hoc commune eſſe omnium & Chriſti, quod omnium erat commune ſibi accommodaſſe mentiútur mai peculiare hoc erat Chriſti cú nullo alio cómune, exceptis duabus perſonis diuinis,quas diſtiones excluſiuæ non excludunt, qui

oz

oz, le heloim, quia poteſtas Dei, vel quia imperium Dei eſt quomodo hoc loco oz quod verbum hebræum eſt in hoc pſalmo alij tribui poteſt niſi alijs duabus perſonis diuinis quas omnes perſonas diuinas eloim ſignificat, nec inficior ego oz ſignificare fortitudinē ſed interprete Dño in euangelio imperiū ſummū & ſummam poteſtatē quæ maior eſt ſuſcitatione mortuorū, vt dixit Chryſoſt. ſignificare contēdo, nā pro re, pro loco, pro ratione, ſententiæ dictiones polyſemæ ſunt interpretandæ accuſabatur dominus quod ſe pateretur appellari Deū hoc pſalmo quem illi concinebant pueri infantes & lactentes, & Dñs reſpondet hoc præſignificaſſe prophetam illo pſalmo, ego Dñm præceptorē agnoſco & veneror quē Deū agnoſco & veneror.

Vulg. 267 *Lama ſabachthani, quare me dereliquiſti.* לָמָה עֲזַבְתָּנִי

Lectio hebræa. ILlud penè iam receptum à noſtris, vt cum legatur græce & latine, lama ſabachthani, caſtigetur, lama azabtani. Ita ſcriptum hebraice eſt aiunt nec mirandum eſt ſi dictio hebræa vitiata in litteris euangelicis ſit, oportuerat ſummopōtifici, & cardinaliū collegio ſplendidiſs. aut alijs proceribus eccleſiæ, de ſummi pontificis mādato licere, ſi quid in litteris ſacris vitij eſt id caſtigare, & nulli præterea oportebat in litteras ſacras aliquod eſſe ius. Iam plurima exēplaria euāgelij D. Matthæi præferunt non, lama ſabachthani, ſed, lama azabtani caſtigata aut vitiata potius à temerarijs & inſolentibus quibuſdā. Scias ergo oportet citari ab apoſtolis & euangeliſtis locos veteris teſtamenti coagmētatos ex duabus prophetijs, vt intelligamus duabus illis prophetijs idē eſſe ſignificatū, vt hoc loco verbis illis, Heli Heli, lama ſabactani, Deus meus Deus, &c. & toto pſalmo dñi eſt præſignificata diuinitas, & in illo arietis hærētis cornibus in vepribus cū pro Iſaac offertur immolandus vel vt Lxx vertere, præſignificatur imago Domini pendentis in arbore. Sabec, de quo multa diximus in principio ca. 29. Eſaiæ vbi idem ſignificatur, & eadem Domini paſsio prædicta eſt, vt igitur Euangeliſtę his duobus locis idem eſſe præſignificatum mōſtrarent citarunt hunc locum coagmentatū ex vtraque prophetia & ſcripſere pro azabtani, dereliquiſti me ſabachtani, dereliquiſti me, pendere in arbore, ſabec, vt præmōſtratū olim erat in illa figura arietis qui monſtratus eſt Abraham immolandus hærens cornibus & manibus pendens ex arbore ſabech, quæ erat arbor comæ implicatæ. Nam ſabach, implicare eſt & vincire, quod in arbore crucis peccatorum vincula ſunt ſoluta, ideo Chriſtus Dominus qui propter peccatorū noſtrorū vincula in cruce pependit ſignificatus eſt illa figura arietis pendentis ex coma implicata arboris, ſabech, pendebat aries ille ex coma illigata & reuincta arboris, ſabech, quod pependit Chriſtus in cruce propter diſſoluenda peccatorū noſtrorum vincula. Ex vtraque ergo prophetia ex illa, Deus Deus meus. & ex illa arietis pendentis in arbore ſabec, coagmentatum eſt hoc, lama ſabachtani, de arbore ſabech, dictum abunde eſt in principium cap. 29. Eſaiæ.

Erunt duo in carnem vnam, Eraſmus in Matthæum capite 19. Vulg.

DVo adnotat alterū euangeliſtā de ſuo addidiſſe vnā dictionē duo. ſ. nomen numerale, alterū in re ſacratiſſima penè dixerim maſturbat malus, & qui totū vitæ tēpus impēderat euoluendis litteris græcis & latinis nec vltra fuerat pgreſſus vel latū pedē nō intellexit obſcœna eſſe vitāda & ſordida & humilia pluſquā omnes ſolecismos & barbariſmos vt docēt græci rhetores & latini, & qui ſolęciſmos & barbariſmos inſectatur in ſcriptis ſanctorū quos illi vt plane loquātur & aperte nō vitāt, ſed affectāt euomi impudentiſsima cacophata, idq; in rebus ſacratiſsimis quo ſit impuden-

tior & inuerecundior nec ſolũ hoc loco ſed in alijs rebus ſacratiſsimis inquam quis vnquã poſt homines natos abſque te vno Eraſme prouerbiũ illud peculiare tuũ ſpurciſsimũ & obſcœniſsimum vſurpauit ſiue græcus ſiue latinus autor tã arthra in arthris obſcœniſsime quod prouerbiũ tibi in ore ſemper eſt ſacaro & melle tibi dulcius puderet te hominẽ ſenem rebus obſcœniſsimis delectari idque in rebus ſacratiſsimis apage ſenẽ obſcœnum, nam quod ſpectat ad emendationẽ euangeliſtæ vt dicas eum addidiſſe dictionem vnã quanto melius diceres dictionem vnã deſyderari in hebræa lectione, cum præſertim omnes euangeliſtæ illam lectionem agnoſcant, & hebraice deſint frequentiſsime dictiones multæ cui ſimile eſt quod in illo loco hic populus labijs me honorat, & ſequentibus ſuſpecta facit, omnia verba ſequentia tanquã addita ab ſciolo quodam, tam parua fides apud te eſt rebus euangelicis: non eſt ait ille locus hebraice, ſed apud Lxx dic quæſo re nunquam inaudiſti dicier ore euangeliſtarum Spiritum ſanctum eſſe locutum, locutum eſſe in Euangeliſtis Chriſtum dominũ, & illud non vos eſtis qui loquimini ſed Spiritus ſanctus qui loquitur in vobis. Sunt hæc inquit ex tranſlatione Lxx quid tum? an non aduertis euangeliſtas fere & apoſtolos tranſlatione Lxx ſemper fuiſſe vſos & per quam raro ab ea receſsiſſe, ſi id non aduerteras non dicã amplius multas dictiones hebraice deeſſe nos ſupra docuimus lib. 2. eo c. quod eſt de demonſtratione ad oculum

EX MARCO Euangeliſta.

Marci 6.

Vulgat. 268. *Talita cumi, hoc eſt, puella tibi dico ſurge.*

Hieronymus de optimo genere interpretandi hunc nodũ ſuis aduerſarijs opponit, explicaturus ipſe quãdo aduerſarij deſperaſſent ſe poſſe explicare & morte interceptus nõ explicuit, reliquerat tamẽ ipſe Diuus Canones, quibus hic nodus poſſet explicari, & alij omnes quos eo loci ipſe Diuus innexuerat. Dominus, inquit, hic Diuus, tantum dixit. Talitha cumi, puella ſurge, arguatur ergo Euangeliſta mendacij quod addiderit, tibi dico, cum hebraice tantũ ſit, puella ſurge. Docuerat hic Diuus cẽties interpretẽ non ſemper verbũ verbo redditurũ, & Aquilã, Iudæum, Symmachũ, & Theodotionẽ perſpicuitatis cauſa verba addere ſolitos, & ſe ipſum id ſæpe feciſſe confeſſus eſt, & ruſticum eſſe interpretem qui ſemper verbũ verbo reddat in epiſtola ad Suniam & Fretellã, & alijs locis, & in præfatione in Iob & euangeliſtarum authoritas cui non ſit pro canone admirando aut quod ego magis habeo perſuaſum dixiſſe illa ſic Dominum omnia noluiſſe tamen euangeliſtas longo ſermone hebræo incognito graues eſſe auditoribus hebraice duo verba dixiſſe, Thalita cumi, cætera quæ non dixere hebraice dixiſſe græce ea lingua quam omnes intelligebant, ſi dixiſſent Euangeliſtæ dixit tantum. Thalita cumi, vim habere videretur argumentũ non dixit tantum. Dixit ergo illa & quę Euangeliſtæ poſtea addiderunt, ego tantum abeſt vt dicam arguendos mendacij Euangeliſtas, vt quod dixerint Euangeliſtæ Chriſtum dixiſſe magis credam Chriſtum dixiſſe, quam ſi ipſe Chriſtum dicentem, audijſſem hebraizare tamen multis noluiſſe.

Scriptũ eſt in Eſaia propheta: ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qua præparabit viam tuam ante te, vox clamantis in deſerto, &c. Vulg.

Chryſoſtomus in prima Homilia ex quatuordecim quas in euangelium Marci edidit, impium Porphyrium ait occaſionẽ ex hac prophetia nactum teſtatũ fuiſſe tam imperitos fuiſſe

euange

Euangeliſtas, vt neſcirent prophetias, quas citarent cuius eſſent prophetæ, & citaſſe pro Malachia Eſaiã, & ipſe Chryſoſtomus hunc diſſoluit nodum, quanquàm ex noſtris plærique euangelicam lectionem mutarint, & legerint ſcriptũ eſt in prophetis, vt interpretarentur in Malachia, ſcilicet, & in Eſaia. Tamẽ conſtans ſententia omnium fere eſt, legendum eſſe ſcriptum eſt in Eſaia, ſed dictũ eſt citari ab Apoſtolis & Euangeliſtis prophetias ex duobus prophetarum locis coagmentatas, nec pro duabus tunc citari, ſed pro vna prophetia citatur. Itaque Marcus prophetiam illam de Ioanne baptiſta, de quo agere incipiebat ex Malachia præmittit quis ſit hic Ioannes Baptiſta: Ego vox clamantis in deſerto, vt doceret prophetia Eſaiæ & Malachiæ vnum, & idem oraculũ eſſe prædictum, & quod Malachiæ prædictione ſignificatum erat de angelo qui mittendus erat ante faciem Domini de eo eſſe prædictum de quo Eſaias: Ego vox clamantis in deſerto, coagmenta[illegible] dua bus prophetiis prædictionibus [illegible]am illam quam diximus. Eſaias ergo citatur & prophetia Malachiæ præmittitur, vt explanaretur ſenſus prophetiæ Eſaiæ, vt citetur Eſaias, & in explanatione Eſaiæ adiungatur Malachias, nec vnquam factum reperies, vt cum citatur prophetia ex duobus locis citata duorum prophetarum nomine citetur, ſed vnius tãtum illius, ſcilicet, cuius prædictio planior erat, de hoc loco dictum eſt annotatione in Matthæi 11. cap. videri quibuſdã adeo Euangeliſtam à lectione Hebræa diſcrepare vt dubium attingere non audeant, ſed quæro ego quando diſſoluiſſe me arbitror dubium propoſitum à Diuo Hieronymo in Epiſtola ad Pammachium de optimo interpretãdi genere, quæro inquam ab his qui Iudæorũ cauſam ita tuentur vt in lectione Hebræa quam ita caſtigatam prędicant; vt ne punctum aut littera aut apex potuerit mutari, vtrum putent tres Euangeliſtas fuiſſe mentitos, qui hunc locum Malachiæ ita citant vt ab hebræa lectione lõge & multum diſcrepent. Rogo ergo, an credant Euangeliſtas eſſe mentitos? certe qua religione ſunt negabunt ſe vnquam tale quicquam credidiſſe, nec credidiſſe vnquam Spiritũ ſ. qui Eccleſiæ præeſt tam negligentem ſuæ eccleſiæ fuiſſe, vt pateretur hunc locum euangelij in omnibus euangelijs deprauari, largiantur ergo neceſſe eſt, ita fuiſſe in lectione hebræa ſcriptum aliquando, ſed duplicem fuiſſe lectionem, & ea cauſa duplicem lectionẽ fuiſſe qua Chryſoſtomus dixit. Hic enim valet illud argumẽtandi genus, aut hoc aut illud, ſi hoc igitur non illud, ſi non hoc igitur illud. Vides igitur quam pernicioſa ſententia illa erat hebraica eſſe caſtigatiſsima, ita vt nec apex, punctum, aut littera exilla potuerit mutari, noſtra paſsim vitiata ad illorum exemplum eſſe caſtigãda hebraice in plæriſque duplex eſt lectio, Euãgeliſtæ omnes citant tranſlationem Lxx quamuis ad verbum reddita non ſit, quod eam Iudæi per noſtros quoſdam vt dixi, vitiant.

Marci 9.

In gehennam ignis inextinguibilis. Vulgat. 270.

Hieronymus in Matthæi caput. 10. in illud: ſed potius timete eum no men geenæ, inquit, in veteribus libris non inuenitur, ſed primũ à ſaluatore ponitur. Orig. contra Celſum lib. 6. f. 700. ait geenam in euangelio reperiri pro loco tormentorũ, pro inferis. ſ. qui in ſcriptura dicitur pharãx, ennõ geenom. Ioſue cap. 18. Pro geena in vulgata D. Hieronymi gehenam ſcriptũ eſt, in tranſlatione Lxx geenõ errore librarij legendũ eſt ex Origene geena vel geenam, dices D. Hierony: tranſtuliſſe geenom, quid refert? idem eſt in geenom & geenam, quod intelliges, ſi parum in Hebræa lingua promoueris, eſt enim pronomẽ

affixum, quod hebræi nominant tertiæ
perſonæ pluralis,om , & am,vt idem ſit
geenom,&Geenam,vallis filiorũ Ennõ,
& vallis ecce ipſi,vnde geenam vallis ec
ce ipſi,vel geenom,id eſt,vallis ecce ipſi,
quod qui bonis huius ſæculi fruuntur,
& rerum potiuntur in hoc ſæculo ſi ad-
moneantur ſempiterni ignis qui eos ex-
pectat,rident, & reſpondent iſtuc lon-
ge abeſt , interea epulemur & luxu dif-
fluamus , nomen ipſum illos admonet ,
erroris geenam baratrum ecce ipſi,ideſt
barathrum eorum qui momento tem-
poris huc aderunt, de quibus dicere poſ
ſes,ecce ipſi iam adſunt, quantulũ enim
durat vita hominis iuxta prouerbium
illud:homo bulla,& iuxta illud.Pindari
homo ſomni vmbra,vt non ſomnus di-
catur,inquit Plutarchus,ſed ſomni vm-
bra quod multo tenuius eſt,iam riſu ſo-
lutus eſt aduerſarius, ſed nihil illius ri-
ſum moror. Peracta igitur prima quæ-
ſtio eſt,vtrum in ſacris litteris geenæ fa-
cta ſit mentio,ante Domini aduentum.
Geenã dicta eſt pharanxennon, id eſt,
filiorum Enon,ab hiſtoria enim illa val
lis filiorum Enon hæc res traxit ortum.
Dicta eſt ergo pharanx ennon ſeu enã,
id eſt,vallis,ecce ipſi quaſi dicas vallis in
ferorum quo impij intra breuiſsimum
tempus ſunt commeaturi in flammas
ſempiternas,id eſt,ideo dicta eſt ge. val
lis ennam , ecce ipſi & vallis eſt , qualis
vallis eſſe ſolet inter duos montes editiſ
ſimos profundiſsima,& cauernæ & ca-
uitates immanes,quo nomine inferi ſi-
gnificari poſſunt , & ita Suidas pharan-
gas interpretatur barathrum quod pro
inferis vſurpatur frequentiſsimè,dicitur
ergo hic locus geenom , ſiue iuxta Lxx
geenam,alio nomine pharanx ſeu bara-
thrum enons,id eſt, eorum, qui ſe nun-
quàm morituros putabant, & ecce ipſi
hoc eſt temporis momento apud infe-
ros ſunt,quaſi dicatur:ecce ipſi qui ſe pu
tabant immortales. Dicitur igitur hic lo
cus barathrum ſiue pharanx ennon ſiue
ennom,id eſt,eorum de quibus dicere poſ
ſis:ecce ipſi, vidi impium ſuperexaltatũ
& tranſiui,& non eſt inuẽtus locus eius.
Hinc Dominus geenam videtur decli-
naſſe,ſed pro Diuo Hieronymo dicere
poſsis geenam in veteri teſtamento eſ-
ſe pro valle amœniſsima prope Hiero-
ſolyma,omni arborum genere vernan-
te quæ ab amœnitate loci Topherh dici
tur,id eſt,pulchra & amœna à verbo he
bræo,iapa,pulchrum eſſe,vt à loco infe-
rorum horribili diſcrepet multum , ſed
hoc non abhorret ab his quæ diximus
& dicemus ſi tibi in mentem veniat il-
lud quod dis,dicitur,latine ſatan, & Plu
to græce,quod omnes diuitias & opulẽ-
tias abſorbet ſatan iniuſtas intellige,vn-
de ille alter,O male ſit vobis malæ tene
bræ , quæ omnia bella deuoratis , de-
uorant nanque tenebræ inferorum om-
nia bella,omnia ſpecioſa,pulchra omnia
ſi illis adhæreamus virtute deſerta , ne
quis Chriſtum Dominum cum impijs
Iudæis dicat,& cum impio Iuliano apo
ſtata, & cum Porphyrio impio aliena
vſur[illegible],& nihil ad rem pertinentia &
ca[illegible]s rebus accommodaſſe,negabis ad
huc me oſtendiſſe in veteri teſtamento
geenam pro barathro inferorum poſi-
tum,ſed pro loco amœniſsimo filiorũ
Ennom prope Hieroſolyma qualia erãt
Theſſala tempe,lege Ezechielis cap. 39.
vbi agitur de gog & magog. Et D. Hie
ronymus de vltimo iudicio interpreta-
tur,& Auguſtinus de ciuitate Dei lib. 20.
cap. 11. Et locum quo ſepeliendi ſunt
apud inferos, ibi appellatum leges , ge
ammon, vallis multitudinis & apud Lxx
πολυάνδριον τοῦ γὼγ infinita multitudo
gog,quod eorum quos barathrum vſur
pat infinita ſit multitudo,& maluit Do-
minus appellare geenam admonens ,
quod præterit figura huius mundi velu-
ti vmbræ ſomnium , conuenientius illi
viſum eſt,quam ſi ge hammon, nominaſ
ſet barathrum infinitæ multitudinis. Id
enim poſterius terrorem incutit infero-
rum,illud prius admonet præter volan-
tis occaſionis , quaſi dicat:ambulate dũ
lucem

lucem habetis, quæ momento temporis præteruolat, iuxta illud Iacobi cap. 5. agitur nunc diuites plorate vlulantes in miſerijs veſtris quæ aduenient vobis duritiæ veſtrę putrefactæ ſunt, & veſtiméta veſtra à tineis comeſta ſunt. Igitur ge hebraice barathrum ſignificat, & quod apud Ezechielem, ge, amon, barathrum multitudinis gog, id eſt ſatanæ dicitur ſignificatum veluti typo quodam nomine illo geenam. Nam ge barathrum eſt, vt diximus, enam, ecce ipſi quod tempóris momento vſurpat eos qui ſe immortales futuros putabant, & dum minime putabant dicitur illis: ſtulte hac nocte aufertur à te anima cùm verſabantur maximè in delitijs & amœnitatibus; certe geena in veteri teſtaméto eſt, iuxta Lxx quos Dominus ſemper & Apoſtoli, & Euangeliſtæ citant, cur Dominus pro inferis ſit interpretatus dixi quæ potui, alij dicent meliora à Domino ait Chryſoſtomus ratio dictorum non eſt exigéda, quod ait etiam Plato, quis enim, inquit, tam immanis & impudens eſt qui à Deo rationem eorum quæ dicit exigat, ſed reuerenter excipiat, quærat ipſe cum conſeruis rationẽ à Dño nó exigat. Hic loc⁹ ergo geena videtur apud Ezechielé ſepulchrum multitudinis gog, ſiue Antichriſti ſiue ſatanæ, vt nó male illud Pſal. 48. Sepulchra eorum domus illorum in æternum, de inferis poſsis interpretari, quod inferi ſepulchra dici videntur à propheta Ezechiele. Nec illa lectio Euãgelica & diſtinctio Lucæ. 16. mortuus diues eſt & ſepultus in inferno, eleuans autem oculos ſuos, omnino mihi damnanda videtur, iuxta enim hæc quæ diximus congruet hic locus bene, vt in inferno ſepultus dicatur.

Vulgat. 271. *Nunquam legiſtis quid fecerit David, quando neceſsitatem habuit ipſe & qui cũ eo erãt, quomodo introiuit in domum Dei ſub Abiathar principe ſacerdotum.*

Diuus Hieronymus de optimo genere interpretandi ad Pammachium quærit ab aduerſarijs quomodo Dauid ingreſſus domum Dei dicatur à Diuo Marco ſub Abiathar pontifice, & panes propoſitionis comediſſe Mar. 2. & 2. Regum, non ſub Abiathar, ſed ſub Abimelech. Hoc dubiũ diſſoluit Theophylactus in Marci locum hunc, reſpondens: Abiathar, à Diuo Marco pontificem dici Achimelec. 2. Regum, capit. 2. non pontificem ſed ſacerdotem appellari cenſues, & alioqui reſponderi potuiſſe ait, Abiathar binominem fuiſſe, qui Achimelech appellaretur & Abiathar. Eraſmum non refello in plæriſq; quod neceſſe nó eſt. Cur Theophylactus hoc loco ei non eximat omnem ſcrupulum non video, admirari tamen ſatis non poſſum quid ei venerit in mentem vt dicat Achimelech in græcis euangelijs ſemper dictum Abimelech, nec ſcio vbi euãgelia Abimelech meminerint. Leges etiam Bedam in commentarijs in hunc locum.

Marci. 7.

Qui maledixerit patri vel matri morte moriatur. Vulg.

De hoc loco dictum eſt in annotationibus in caput 15. Matt.

Marci 7.

Corban. Vulg.

De hac voce dictum eſt in annotationibus in cap. 15. Matt.

Hic populus labijs me honorat, &c. Vulg.

De hoc Eſaiæ loco dictum eſt in annotationibus in caput 15. Matthæi.

Marci 11. Eſaię 56.

Vulg. 272. *Nonne dictum eſt, quia domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus.*

Lxx. ὁ οἶκός μου οἶκος προσευχῆς κληθήσεται πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν.

Marcus.

ὁ οἶκός μου οἶκος προσευχῆς κληθήσεται πᾶσι τοῖς ἔθνεσι.

IVxta tranſlationem Lxx citatur hic locus à Diuo Marco, & à Diuo Paulo vt dictum eſt, ſed illa duo verba, omnibus gentibus hebraicè nõ ſunt, ſed pro illis eſt cunctis populis, vt ad populos cunctos Iudææ poſsit referri. Diuus Paulus ad conuerſionem gentium retulit, & eo refert Diuus Marcus, vt ſit prophetia de congregandis cunctis nationibus ad fidem Chriſti, & audebit quiſquam caſtigandos dicere Apoſtolos & Euangeliſtas ad normam lectionis hebrææ, vtraque lectio ſancta eſt & vera vulgata & Euangelica, Euangelica verò ſanctior, & ex Euangelica lectione illuſtratur noſtra vulgata, & ad Euangelica tempora relata hæc prophetia eſt à Lxx viris, & ab Euangeliſtis, quorum tempo ribus mittebantur Rabini vt circũirent omnia loca mundi, vt docerent omnes nationes Chriſti nomen blaſphemare, qua de re dictum ſæpe fuſe eſt ſi in omnibus populis leges interpretantur, de temporibus ſynagogæ, ego Apoſtolis & Euangeliſtæ magis credo.

Marci 12. Pſalm. 117.

Vulg. 273. *Lapidem quem reprobauerũt ædificantes hic factus eſt in caput anguli à Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris.*

Lxx. λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας, παρὰ κυρίου ἐγένετο αὕτη, καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν.

Marcus.

λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας, παρὰ κυρίου ἐγένετο αὕτη, καὶ ἔστιν θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν.

DIxi in annotationibus in cap. 21. Matthæi hunc pſalmum citari à tribus euangeliſtis iuxta tranſlationem Lxx, & apud hos tres Euangeliſtas Dominum hæc verba pſalmi de ſe interpretari, quid veteres patres citem qui de Chriſto hunc pſalmum interpretantur, vbi adeſt Domini & Euangeliſtarũ authoritas, & apud quoſdam ex noſtris plus ponderis habent Rabini qui hos verſus pſalmi, & totum pſalmum à Chriſto auertunt, & cum Dominus ipſe, & Euangeliſtæ & Apoſtoli tranſlationem Lxx ſemper citent, nec vnquam ab ea diſcedant, vel latum vnguem, nec quiſquam ex veteribus tam græcis quam latinis, nec concilia ſacra, neſcio quæ mala quoſdã ex noſtris teneat in temperies, vt nunquam conuitijs in Lxx viros exſatiare animum poſsint, nos patres omnes veteres, & apoſtolos, & euangeliſtas citare pſalmos in eccleſia ſancta receptiſsimos ſciamus Iudæos contra & noſtrarum rerum obtrectatores eos odio proſequi acerbiſsimo, vt tibi dicam illud Athanaſij. Tu vide vtris malis accedere. Sat eſt inquiunt, quod de Chriſto typice dici pſalmos fatentur de hoc obtrectatorum noſtrarum rerum colore, ſupra dictum abunde eſt.

Marci 12. Exodi 3.

Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob. Vulgat. 274.

IVxta tranſlationem Lxx hæc citantur, nunc Iudaica quibuſdam placent magis Deus Abrahã, Deus Iſchaach, De⁹ Iacob, ita eſt, aiunt, hebraice, ita Iudæi varietate punctorum & litterarum prolationis enunciant, verum eſt, ſequereris in prolatione vocum hebræarum prolationem

tionem euãgelicam,non Iudaicam, nec Iudaica pũcta,latina, & græca,& euangelica non commutares. Hic valet canõ ille præſcriptus à Diuo Thoma,& à veteribus vt pater non dicatur,cuius filius interierit, & quoties alterum deſit extremorum,vt ſacra virgo non fuerit mater in illo triduo quo Chriſtus Dominus in ſepulchro iacuit, ſi non eſſent Abraham,Iſaac,& Iacob, Deus non diceretur Deus Abraham,Deus Iſaac, & Deus Iacob.

Marci 12. Eſaiæ 5.

Vulgat. 274. *Vineam paſtinauit homo & circundedit ſæpem, & fodit lacum,& ædificauit turrim.*

MArcus & Matthæus hunc locũ Eſaiæ paraphraſi quadam vſurpauere iuxta LXX ad deſcribendam vineam euangelicam quam Dominus deſcripſit Scribis & Phariſæis,vt illis ſignificaret vineam illic à Domino Scribis & Phariſæis propoſitam illam eſſe, quã deſcripſerat Eſaias cap. 5. nec enim potuit magis ante oculos ponere,quã cum eadem verba vſurpant Euangeliſtæ,quę apud prophetam Eſaiam ſunt,vt vnam & eandem hanc & illam eſſe ſignificet, quod enim Eſaias dixerat. Vinea facta eſt dilecto meo,græcè dixit Euangeliſta Marcus,vineam plantauit homo, vt ſit dilectus filius Dei plantauit vineã. Deinde Eſaias φραγμὸν περιέθηκα. ſæpem circundedi, Marcus περιέθηκε φραγμὸν circundedit ſæpem eiſdem verbis mutata perſona προλήνιον ὤρυξα torcular fodi,Euangeliſta ὤρυξεν ὑπολήνιον fodi torcular, quod Latinus interpres fodi lacum dixit ᾠκοδόμησα πύργον ædificauit turrim, Euãgeliſta ᾠκοδόμησε πύργον ædificauit turri,non eodem ordine, inquies, ſunt apud Prophetam,& in litteris Euangelicis,quid iſtuc refert,eadẽ ſunt verba, & eiuſdem vineæ deſcriptio, vt Euangeliſtæ hoc c. 5. Eſaiæ interpretentur, id monet D. Hieronymus & veteres patres, nihilominus Vatablus mauult ſequi Iudæos,nec moratur Euangeliſtas, nec patres veteres. Sed quando in commẽtarijs in Eſaiã de his plura diximus, hæc in præſentia admonuiſſe ſat ſit.

Marci 14.

Alabaſtrum vnguenti Nardi ſpicati. Vulgat. 275.

AIunt legendum Nardi piſticæ ex Græca lectione, & Græca lectio νάρδου πιστικῆς præfert, multa multi loquũtur,nec neceſſe eſt aliorum referre ſcripta,ea enim omnibus patent,nec neceſſe eſt vt aliorum ſcripus legentium aures oneremus, ſat eſt dixiſſe quod mihi in mentem venerit. Euſtathius in 20. Iliados librum ſcribit piſtacia vocem eſſe ſyram,pro arbore fraxino accipi,& pro Terebintho: occurret hic aliquis nõ de piſtacijs hic agi, inquiẽs, nec de piſticijs aut peſticis benę eſt, audi quid dicã, vocẽ ſcribit Euſtathius eſſe Syram,nõ Græcam,non Latinam,vt qui à Plinio,aut à Græcis Latiniſque authoribus quæſierit fruſtra ſit quæſiturus. Syra vox eſt,cuius generis voces plæræque Hebrææ linguæ ſunt intermiſtæ, quod Syrij intermiſti Iudæis habitabant, & Iudææ vrbes plærę; nationes Syriorum circunſtabant, dicet aliquis quid Terebinthus aut Fraxinus ad nardum piſticam faciũt,nihil ſane: tamen ſubdit Euſtathius, alij negant,inquiens, piſtacia Fraxinum eſſe aut Terebinthum,ſed fructus appellari,aiunt,piſtacia, hæc Euſtathius, vnde mihi viſum eſt fruſtra ſolutionem huius dubij à Plinio quæri, aut à græcis, aut latinis. Syra hæc vox eſt,à ſyris huius rei petenda ratio ab Apoſtolis, ſcilicet & Euangeliſtis, quibus hebræa lingua eo tempore erat,per quam familiaris & vernacula nardum piſticam pretioſam appellat, Euangeliſtæ Marcus, Lucas, & Ioannes ita credendum eſt lingua Syra

pretioſum nardi vnguentum appellatū, verbum ſyrum, inquies, piſtacia erat, nō piſticia, aut piſtica, ita eſt, ſed verbum ſyrum à ſyris & hebræis melius prolatum credibile eſt, quam à Græcis, vt miſſum faciam, quod in græca lingua & latina, parui ſæpe refert dicere piſtacia, aut piſtica, ſiue piſticia, & fructus arboris Fraxini & Terebinthi eſſe docet Euſtathius, at Euangeliſtæ Marcus, Lucas, & Ioannes docent eſſe fructus nardi, folia, ſcilicet & ſpicas. Hæc enim in nardo pretioſiſsima Plinius eſſe ait, ſyram vocem eſſe docet Euſtathius, ſignificare quoſdam fructus quarundam arborum, idem Euſtathius docet, quod Euſtathius piſtacia vocat, Marcus, Lucas, & Ioannes vicinus vrbibus ſyrus aut verſatiſsimus in Iudææ vrbibus, quæ frequentes erant habitatoribus ſyris, piſtica vocat, & pro fructu accipit nardi, pro folijs & ſpicis, quid quiſquam poſtulet amplius? at piſtica, inquies, à piſtacis diſcrepant, ipſe Euſtathius hæc ipſa piſtacia, quæ ipſe appellat, varijs ab alijs nominibus appellari ait pro vocum ſyrarum diuerſa appellatione ab alijs ait dici biſtacia, ab alijs phitacia & pſitacia, vt D. Marcus, Lucas & Ioannes non ſint à quibuſdam ex noſtris imperitiæ damnandi, ſed cæteris peritius appellaſſe nardum piſticam ſunt exiſtimandi, & hæc dicta volo ſi humanam doctrinam Diui Marci, Lucæ, & Ioannis cæterorum doctrinæ compares, cui ſi adiungas ſpiritus ſancti lumen, quo illuſtrabantur & ad hiſtoriæ veritatem, & ad ſpiritualem ſenſum, nihil eſt cur cuiuſquam litteras cum Euangeliſtis comparandas putes. Ex his igitur quæ diximus nardi piſticæ dictum videtur vnguentū nardi fructus ſpicarum, ſcilicet & foliorum, qui pretioſiſsimi ſunt nardi fructus, & vnde pretioſiſsimum vnguentum fiat.

(:)

Marcus capit. 14.

Percutiam paſtorem & diſpergentur oues. Vulg.

DIximus de hoc loco in cap. Matthæi. 26.

Marcus capit. 15. Eſaiæ. 53. Vulg.

Et cum iniquis reputatus eſt.

וְאֶת פֹּשְׁעִים נִמְנָה Lectio heb.

ἐν δὲ τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη. Lxx

Marcus.

καὶ μετὰ τῶν ἀνόμων ἐλογίσθη.

HIC locus citatus à Diuo Marco eſt iuxta tranſlationem Lxx.

PROPHETIÆ citatæ à Diuo Luca Euangeliſta.

Lucas cap. 1. Malachias cap. 4.

Vt conuertat corda patrum in filios. Vulg.

וְהֵשִׁיב לֵב אָבוֹת עַל בָּנִים Lectio hebræa.

HIC locus dictus à D. Luca eſt non iuxta Lxx viros, ſed iuxta lectionem hebræam, nec citatur ad verbū, ſed ſicut citamus Platonē & Ariſtotelē cū eorum ſententiam referimus, tamē quędam verba quæ Euangeliſta ex lectione hebræa præſtringit, cum lectione hebræa concordant non cum trāslatione Lxx, qua de re lege Auguſt. de ciuitate Dei, lib. 20. cap. 29. de hoc loco multa diximus in Prophetam Malachiam.

Lucæ 1. Eſaiæ 7.

Ecce concipies in vtero & paries filiū, vocabis nomen Ieſum. Vulg. 276.

DE hoc loco dictum eſt in annotationibus in Matthæum citatū eſſe

eſſe ab Euangeliſta Matthæo non iuxta lectionem hebræã, ſed facta paraphraſi ex.13.cap. Iudicũ, & qua ratione Lxx & euangeliſtæ id facere ſoleant, hic aduertendum Angelum apud Lucã nuncium quem cælo apportat verbis tranſlationis Lxx explicaſſe ſacræ Virgini, vbi Lxx paraphraſin potius fecerũt ex cap.13. Iudicũ quam tráſlationẽ, quod argumentum eſt, mea quidem ſententia, inſolubile Lxx virorum interpretationem inſtatu Spiritus ſãcti eſſe factam, alioqui quomodo ab Spiritu ſancto citaretur cum tranſlatio non eſſet ſed metaphraſis & commentarium? quis vnquam commentarium ſcripturæ pro ſcriptura ſacra citat, niſi inſtatu Spiritus ſancti eſſet ſcriptum, & ita ſacra ſcriptura eſſet, & his verbis reſpõſum ſit his qui Euangelica verba attentant qui multi ſunt. Hic locus ergo iuxta Lxx viros dictus eſt excepto quod vnum verbum mutatur quod enim Lxx dixere λήψῃ capies, Lucas συλλήψῃ concipies.

Lucæ.1. Zachariæ.3.& 6.

In quibus viſitauit nos oriens ex alto.

Vulga. 276. ERaſmus in hunc locum adnotat perdocte vocem illam oriens hoc loco non eſſe participium, ſed nomen ſubſtantiuum ἀνατολὴ quæ vox ſignificat ortum ſolis, aut regionẽ vnde oritur, vocat igitur Chriſtum ſolem orientem, citat horum authorem Theophylactum. Hic magna cum quibuſdã ex noſtris ſurgit controuerſia: leges in dictione, ſamach, cum ſadich, rabinos locum illum, Ecce vir oriens nomen eius Zachariæ cap.6. de Zorobabele interpretari quos ſequitur quidam interpres in commentarijs in hunc locum etiã admonitus à Diuo Hieronymo circunciſorum hanc eſſe interpretationem, qui poſtea hunc locũ interpretatur de Chriſto iuxta ſententiam veterum patrum. Sed & Vatablus & Iſidorus Clarius & Chaldæus paraphraſtes hunc locum de Chriſto interpretantur, vt oriens hic à Iudæis pro Zorobabele accipiatur ab alijs Iudæis pro Chriſto, noſtrorum quidam eos judæos ſequi maluñt quã nobis aduerſantur quam eos Iudæos qui nobiſcum faciũt. Ex his locis & alijs huius notæ Prophetarum natæ ſunt illæ Antiphonæ quæ tempore aduentus in ore ſunt vniuerſę Eccleſiæ: O oriens ſplẽdor lucis æternæ, & alię huius notę, hęc ferè omnes tibi largientur, inquies, nec de hac re quiſquam tecum controuerſabitur, expecta pauliſper vbicunque eſt oriẽs apud Lxx quos Lucas ſequitur hebraice eſt ſemach, id eſt, germen, nec hebraice vnquam reperies oriens, fateor ego, ſemach, nomen eſſe Chriſti, quæror hoc nomen oriens quod ad Chriſti diuinitatem ſpectat nobis fraude Iudaica ereptum è manibus. Nam quod Diuus Hieronymus putat Lxx viros ſemach vertiſſe orientem, non placet, quod ſemach germen eſt quod ſponte è terra naſcitur, oriens latine & græce, & multo multoque magis hebraice ſol oriens eſt, & locus vnde ſol naſcitur neceſſitas ipſa cogit, vt dicamus Lxx viros, zarach, legiſſe hebraicè, & ita vertiſſe orientem in plęriſque ſcripturæ locis. Et quod hac voce hebræa Chriſtus Dominus ſol intelligibilis diceretur, & lumen de lumine, & lux vera quæ illuminat omnem hominem veniẽtem in hunc mundum pro, zarach, id eſt, oriẽs, ſcripſere, ſamach, qualia multa etiam negligentia Iudaica facta oſtendimus in lectione hebræa. Si me roges quo argumento iſthæc facta dicam 72. cito teſtes Iudæos qui ſua tranſlatione id ita eſſe arguant, vin tibi citari teſtem cui aduerſari non queas? cito tibi teſtem Spiritum ſanctum qui ore Lucæ dixit in fine capitis primi: in quibus viſitauit nos oriens ex alto, vbi oriens, id eſt, Chriſtus dicatur viſitaſſe nos, & ne putes germen dictum eſſe orientem, addidit euangeliſta ex alto tanquam ſol intelligibilis viſitauit

uit nos oriens ex alto,& Theophylactus interpretans hunc locum, viſitauit nos, inquit,qui dicitur oriens ſol enim iuſtitiæ eſt, illuxit nobis qui in vmbra,hoc eſt in ignorantia ſedebamus, & infra:ex alto nobis oriens ſplendor lucis,inquit, mutet quantum volet Iudaica impietas verbum hebraicũ, zarach, oriẽs,in Zamach germẽ, Chriſtus meus oriens ſplendor lucis æternæ ab euangeliſta dicitur & à Prophetis & fraudes iudaicas arguunt. Athanaſius ita interpretatur in ſermone in illa verba:omnia tradita ſunt mihi à patre meo,interpretans illum verſiculum:Hęc eſt dies quam fecit Dominus dicit Chriſtum natum fuiſſe ad inſtar ſolis fulgẽtiſsimi ad illuſtrãdas hominum animas hoc ſignificaſſe zachariam cum ſcripſit vir cui nomen eſt oriens,& Malachias cap.4. Vobis timentibus Deum orietur ſol iuſtitiæ, eadem refert Cyrillus in fine libri noui in Leuiticum in illud ab oriente tibi propitiatio venit inde eſt enim vir cui oriens nomen eſt,qui mediator Dei & hominum factus eſt. Inuitaris ergo per hoc, vt ad orientem ſemper reſpicias, vnde ſemper tibi lumen naſcitur, vt nũquam in tenebris ambules,nec dies ille nouiſsimus te in tenebris comprehendat. Origenes in cap.23. Leuitici Homilia.13. ante aduẽtum Domini ſol non oriebatur populo Iſrael,ſed lucernę lumine vtebatur,lucerna enim erat apud eos ſermo legis,& ſermo propheticus vbi vero exortus eſt ſol iuſtitiæ Dominus & natus eſt vir de quo ſcriptũ eſt:Ecce vir oriẽs nomen eſt ei per vniuerſum mundum ſcientiæ lumen effuſum eſt. Origenes de hoc nomine multa philoſophatur diuinitus,& Philon quoque Iudęus in libro de confuſione linguarum hanc lectionem agnoſcit:Ecce vir cuius nomen eſt oriens,& ita interpretatur, vt noſtri pro ſole ſplendidiſsimo pro filio Dei interpretatur tamẽ vt Iudęus ſatis eſt, vt hãc lectionem agnoſcat vt pro ſole ſplendidiſsimo interpretetur. Euſebius demonſtrationis euangelicæ libro.7. demõſtratione.10. hunc locum ita etiam explanat vt cæteri veteres patres quin oſtendit deeſſe dictionem quam ex æditione hebræa expunxiſſe Iudæos intelliges,& curaſſe per noſtros quoſdam ex lectione Lxx expurgendam. Sic enim hunc locũ legit. Ecce vir oriens nomen eius & ſubter eum orietur iuſtitia ſenſu manifeſto de Chriſto,cuius ſanguine iuſtificati ſumus. Idem videtur ſignificaſſe Chryſoſtomus tomo primo Homilia ſuper hęc verba:Ecce vir oriens nomen eius,legit enim:Ecce vir oriens nomen eius ſub vmbra eius orietur ſol,fortaſſe duplex erat lectio ſubter eum, vel ſub vmbra ei⁹ orietur ſol,aut orietur iuſtitia. Hęc tot verbis ſum proſequutus vt appareret hoc nomen oriens in ſcriptis veterum receptiſsimum, & in eccleſia ſancta & in litteris Euangelicis, fraude tamen Iudaica ex hebræa lectione fuiſſe expunctum. Apparet igitur ex his quæ dixim⁹ Iudæos ex ſcriptura hebræa hoc vaticinium tantum expunxiſſe duarum litterarũ mutatione,ſcripſere enim pro zarach,oriens,ſamach,germen. Nam ſamach,germen nunquã pro ſole exoriẽte accipitur quo ſenſu accipiendum eſſe nos docet euãgeliſta Lucas aut eius ore Spiritus ſanctus & vniuerſa eccleſia quę ſic interpretatur: & tales varietates hebręæ lectionus libro.2. oſtendimus eſſe innumerabiles.

Lucæ.2.

A præſide Syriæ Cyrino. Vulgat. 278.

GRæce eſt à præſide Syriæ Cyrenio, nunquam huius loci feciſſem ego mentionem niſi euangeliſta ab Eraſmo imperitia argueretur,& multorum erro rum perageretur reus immeritiſsimo quod Cyrenius dixit nõ Cyrinius,quod pro, i, poſuiſſent, quod prõ, os, poſſuiſſet,ios,quod corrupte ꝓtuliſſet hoc verbum quod authore Ioſepho damnaretur

retur quæ ſunt omnia peſsime dicta, intelliges Ioſephū de antiquitate lib. 18. c. 1. in principio Cyreniū protuliſſe ſcripſiſſe, &c. c. 3. etiā in principio, vt Eraſmus ſequutus ſit interpretem Ioſeph in accuſando euangeliſta nec conſuluerit græcam lectionem tam erat auidus dānandi euangeliſtam; errat ergo Eraſmus in illis omnibus in quibus euangeliſtā dixerat erraſſe. Scias tamen interpretē Ioſephi fortaſſe culpandum nō fuiſſe. Sed Eraſmum duplici nomine quod ex Ioſepho euangeliſtam damnaſſet, cum Ioſephus in omnibus pro euangeliſta faceret, & quod neſcierit multa aliter à græcis, aliter à latinis proferri, vt latini domitium dicunt græci dometium, latini domitiam, græci dometiam, latini capitolium ſcribunt græci capetoliū, brundusium latini proferunt græci bruntesium, latini Scipionem dicūt, græci Scepionem, & ita latini Cyrinum pronunciant, vt noſtra præfert vulgata, græci Cyrenium. Hæc ignoraſſe Eraſmū in ludo qui fuit tandiu.

Lucæ. 2.

Vulg. 279. *Eo quod eſſet de domo & familia Dauid.*

EX hoc loco Eraſmus in illud cap. 1. de domo Dauid. Domum putat eſſe aliud à familia quod quia vſurpari ſolet ab his qui noſtra calumniantur aliquando, dicam oſtendiſſe me libr. 3. ex Auguſtino & ex tanſlatione Lxx domū & familiam pro eodem accipi, quod ſi hoc loco, & alijs in literis euāgelicis geminatur ideo fit quod oratores docent affirmationis cauſa verba geminari, non quod diuerſa ſignificēt, quin ex hoc loco nota ex græca lectione pro familia accipi iuxta Lxx interpretationem.

Lucæ. 2.

Vulg. 280. *Et reclinauit eum in præſepi.*

DIxi in commentarijs in hunc locum Eſaiæ Auguſtinum & Chryſoſtomum & B. Proſperum & alios veteres eſſe authores hoc Eſaiæ loco completam eſſe illam Eſaiæ prophetiā. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui, fuere tamē noſtra tempeſtate quidam tam alieni ab interpretatione eccleſiaſtica prophetarū vt ferre non poſſent huius notę interpretationes, amplecterentur Iudaica, hæc eccleſiaſtica quæ vulgo circunferrentur, quæque recepiſſet eccleſiaſtica conſuetudo, auerſarentur & dicerent à pictoribus dimanaſſe hanc picturam qui eam eſſent commenti & ſignificare vellent hac pictura Chriſti poſiti in præſepi allegoriā non Chriſtum recens natū poſitum in præſepi, ſed illam allegoriam, Chriſtum venire ad redimendū vtrunque populum, Iudaicum qui boue mundo animali ſignificaretur, & populū gētium qui ſignificaretur aſino animali immundo quod coleret dæmonas & idola, quæ mihi quidem profecta videntur ab animo in Iudaica propenſo, & à noſtris rebus ab alienato aliquātulū. Quod vetus hæreſis ſuſcitatur, & attrectatur, quæ idem hoc aiebat volui commonere noſtros homines Auguſtinum contra Iulianum Pelagianum libro. 5. cap. 2. refellere hanc hæreſin quorundā qui dicerent à pictoribus eccleſiam accepiſſe illud quod prædicat Chriſtū inter duo animalia natum bouem & aſinum, cuius hæreſeos etiam in concilijs ſacris mentio eſt vbi dicitur eccleſiā nihil à pictoribus accepiſſe pictores quod eccleſia ſancta prædicat, id depinxiſſe, tomo nanque. 2. conciliorum ſynodo. 2. Nicena actione. 6. dicitur quod nón eſt inuentio pictorum imaginum ſtructura, ſed eccleſiæ catholicæ probata legiſlatio, & ſcriptum eſt, eadem actione. 6. eos qui nec euangelice nec Apoſtolice, ſed proprio ore loquuntur in aciem cōtra catholicam eccleſiam ſeſe conſtituiſſe. Ego nō intelligo cur quidam viri boni

ni hoc nomine ſuſpecti eſſe velint, quod hæreſes quaſdam velint attrectare, aut cur hic inde, ille hinc, partes aliquas R.P. Chriſtianæ inuadere, nec ceſſent vnquàm oppugnare noſtra.

Lucæ ſecundo.

Vulg. 281. *Quia non erat eis locus in diuerſorio.*

HIC locus noſtris temporibus impugnatus à quibuſdam eſt, qui ſibi doctorum nomina vendicabant, & negabant hæreſin cadere poſſe, niſi in homines ingenioſiſsimos, eoſdemque doctiſsimos, quorum argumenta diluere eſſet difficillimum. Neſcio cur viri doctiſsimi ab aſpide, quod dici ſolet mutuentur venena, hoc eſt ab hæreticis tela mutuentur, quæ in nos contorqueant, hæretici nanque ſe gnoſticos appellabant, id eſt, ſapientes altiſsimo præditos intellectu & hypognoſticos, id eſt, caſtigatores & emendatores aliorū imperitiæ, quales nunc ſunt non pauci imperiti homines qui noſtra caſtigant, hereſis namque omnis quàuis ſe iactet ingenioſiſsimam eſſe, ex ignorantia & imperitia habet ortum, vt apud ſanctos patres, & in ſacris concilijs eſt teſtatiſsimū. Negabant ergo hi viri boni virginē ſacram diuertiſſe in hoſpitium, & quod in hoſpitio locus non eſſet, puerum Ieſum recens natum in præſepi poſuiſſe, quod pro diuerſorio græce ſit in euangelio, catalyma, quæ vox græca præcipuam partem domus ſignificat, quæ vulgo dicitur, ſala, & id veriſsime dictum eſt. Nam locus ille quo paſſurus Dominus poſtremo cum ſuis diſcipulis cœnauit. Catalyma etiam appellatur in litteris euangelicis, & ea pars domus eſt quæ conclaue dici ſolet & triclinium, ſala, vulgo, ita eſt inquam. Quod vero ſubijciunt, non ſignificare tabernā diuerſoriam, quæ vulgo dicitur meſon: id falſiſsimum eſt nec ſe doctrinæ nomine iactent. Eſt nanque vox græca catalyma polyſema habet multos intellectus Inter cæteros ſignificat diuerſoriam tabernam, meſon. Heſychius huius rei author eſt, inquiēs, catalyma eſſe catagogium, & catagogium pandochium, meſon, & Euſtathius in fine commentarij in 4. Odiſſeæ librū catalyma eſſe ait xenodochium, meſon, ad debant Ioſeph & Sacram Virginem, cū ad recenſionem Bethlehem veniſſent ex edicto Cæſaris vt ſe recenſerent in familia Dauid, oportuiſſe illic habuiſſe hę reditatem, domum, & ſupellectilem qua re contradici quoque videbatur litteris euangelicis, quæ prodidere Sacram Virginem, vtpote pauperem obtuliſſe par turturum, aut duos pullos columbarum quod non ſuppeteret pecunia ad emendum agnum. Nam quod aiebant oportuiſſe ſacram Virginem habuiſſe hæreditatem in ſua familia errabant toto cælo. Succreuerat temporibus Chriſti tanta Iudæorum multitudo, vt familiarum hæreditas non ſuppeteret omnibus, qui toto diſperſi erant orbe, nec enim eos Iudæa capiebat, quin in Iudæa plurimi, quod tot numero erant, qui erant in familijs, nec illis tot numero ſuppetebat hæreditas victum ex opere aut ex artificio quærebant, ita Ioſeph faber erat. Vnde mirandum non erat cùm tanta multitudo Bethlehemitarum, Bethlehē confluxiſſet, vt ſe recēſerent in familias, qui nec haberēt domos in quas ſe reciperēt, tabernam diuerſoriam tantam multitudinem capere non potuiſſe, & Sacrā Virginem prope præſepe Dominum ediſſe, & in præſepi reclinaſſe, vt prodidere litteræ euangelicæ, & quiſquam fidelium litteris euangelicis aduerſabitur? Apage hominum inſcitiam, & ſi nihil aliud eſſet quam quod omni antiquitati aduerſabantur erat ſingularis cuiuſdā imprudentiæ. Conſtans namque ſententia veterum eſt Dominum natū in ſpelunca, quod ſtabula quædā ſunt ad quæ deſcendi ſolet velut ad ſpeluncam. Origenes ergo contra Celſum, qui à Chriſti tem-

temporibus non abſuit plurimum lib. contra Celſum. In Bethlehem oſtendi, ait, ſpeluncam vbi natus eſt Dominus; de qua ſpelũca plurima ibi addit Origenes, Theodoretus de curandis græcorũ affectionibus lib. 8. Tophaceum ſpecũ ait viſitari in quo ſit præſepe, in quo pauperculam virginem, in quo tenui faſcia obuolutum infantem reclinatũ docet, Hieronymus quoque qui eã peragrauit loca in epiſtola ad Marcellã de hac ſpelũca, & de hoc præſepi in quo Chriſtus Dominus Infantulus vagit multa dicit, & rurſus in epiſtola ad eandem Marcellam, eam ad hanc euocat ſpeluncam, & ad Euſtochium virginem in epitaphio Paulæ matris bis huius ſpeluncæ facio mentionem.

Vulgat. 282. *Gloria in Altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.*

DE hoc Angelorum cantico Eraſmus in annotationibus in hũc locum multa, eccleſiam Romanam penè dixerim parat emendare, cùm videat doctores ſacros omnes latinos veteres ſic hoc canticum legere. Igitur primũ omnium miratur cũ græce qua lingua ſcripſere euangeliſtæ legatur, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominib9 bonæ voluntatis; ſi miraretur & cauſam quæreret ſapientis hominis functus offitio eſſet; velle caſtigare Hieronymum, Auguſtinum, Ambroſium, & vniuerſam eccleſiam Romanam, non videtur mihi abeſſe à crimine arrogantiæ, conſtat latinos omnes ſic legere, græcos aliã ſequi lectionem huius diſcriminis cauſãm reddamus, ita vt intra pauca verba hanc quæſtionem concludamus vna littera facit totum hoc diſcrimẽ, græci ſic legũt, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax in hominibus bona voluntas addito litteram vnam efficies lectionem Romanæ eccleſiæ, ſi legeris vt vltimum nomen ſit in caſu patrio bonæ voluntatis; & ſic legatur totum, Gloria in excelſis Deo & in terra pax hominibus, & vt latinis auribus ſuauius ſonaret dictum eſt, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ volũtatis, vna itaque littera totum fecit diſcrimen græci, vltimum verbum cantici legunt bona voluntas, latini bonæ voluntatis, cur Romanæ eccleſiæ poſterior lectio placuerit magis; nunc paucis accipe. Mitto illam priorem orationem: Gloria in excelſis Deo. In ſecũda oratione: Et in terra pax. Si ibi diſtinctionẽ appingas quẽ ſenſum habere poſſit non reperias, ſiue de Chriſto intelligas, qui pax eſt Angelorum, & hominũ, ſiue de pace illa quã Dñs ſuis reliquit: Pacẽ meã, inquiẽs, do vobis, pacẽ relinquo vobis, q̃ſo te, quo modo hæc pax quæ hominum animos trãquillat, vt nullum ſit diſſidiũ animæ partibus inter ſe, vt inter ſe concordent in Dei cultum, & in proximorum dilectionem, quomodo in terra futura eſt? in rebus inanimis? an in brutis animãtibus? an in paganis? Certè non comminiſci queas quomodo hæc pax ab Angelis terræ nuncietur ſi illic apponas diſtinctionem, ſubdiſtinctionem addas neceſſe eſt vt coniugatur hæc oratio verbis ſequentibus, & in terra pax in hominibus bonæ voluntatis, vel hominibus bonæ voluntatis; quibus Chriſtus qui eſt vera pax annunciatur, & pax illa quam Chriſtus ſuis reliquit. Iã Deum immortalem, quam vehementer incumbit Eraſmus incumbunt & alij in caſtigandam lectionem vulgatam, & eudocia nõ vertenda fuerit bona voluntas, ſed iam hãc quoq; rem deſceptemus. Eudociã vocẽ græcã nullè modis verſant, vertũt latinè mille modis, peculiarẽ vocem eccleſiæ cenſent eſſe, ſi referenda eſſet illorũ ſententia omnium, multis chartis eſſet opus. Age paucis quid ſentiam cũ aperuero reliqua legent in ſuis authoribus ſtudioſi. Plato in fine Menonis quã Angeli hoc loco vocant Eudociam, nominat eudoxiam ab eodem verbo bone opinari, vnde eudoxia, ſeu eudocia

bona

bona opinio, aut potius recta fides, quæ hoc ſolo inquit Plato diſtat à ſapiētia & ſciētia, quod cum eadē ſit cū ſapientia & ſcientia res per cauſas cognoſcit, recta ſi des quæ eudoxia ſeu eudocia dicitur rerum veritatem nouit & ſequitur, quanquàm earum ſcientiam non habet, non enim res diuinas cognoſcit per ſuas cauſas. Hanc eudociam, quam Plato eudoxiam nominat, noſtri bonam voluntatem appellant, quæ vera ſequitur bona, ait ſapientia & ſcientia, nam duas arbores facit ſcriptura, arborem bonam quæ bonos fructus facit, & arborem malam, quæ facit fructus malos, vt bona arbor bona voluntas ſit, arbor mala ſit mala voluntas. Bona voluntas porrò donum ſit Spiritus ſancti, tā in hominibus quā in Angelis, quæ verò bona propoſita ab intellectu, aut à Deo ſequitur, vt docet Auguſtinus de ciuitate Dei, lib. 12. ca. 9. & lib. 14. cap. 7. de bona & mala voluntate, leges longam diſputationem inter Auguſtinum & hæreticos, lib. 1. contra Iulianum Pelagianum cap. 3. nec erat diſsimulandum illud quod Eraſmus ait interpretans illud: videntes autem cognouerunt de verbo quod dictum eſt illis verbum græcū, diagnoriſtu, per noſſe ſignificare, & in aliorum notitiā perferre, poſſem dicere, falſum id eſſe, ſed ſignificare potius agnoſcere, reconocer, quod Hiſpane dicitur, ſed non id ago nunc addit perfecta cognitio eſt magis quæ fit ab oculis quam quæ fit ab auribus, contra ſentit Plato tùm de quodā genere inſanię agit in Phædro cùm ſenſus noſtri & intellectus non adhibentur ad rerum cognitionem, ſed diuino ſpiritu inſtructi ſapimus illud perfectius multo ſapimus quam quæ oculis videmus, aut auribus audimus, ſed hęc diſtinguit optimè D. Thom. 1. 2. Sed ideo adnotaui. quod mihi Eraſmus plus nimio tribuere videtur ſenſibus, & intellectui alijs etiam locis, cùm apud philoſophos ſit frequentiſsimum ſenſus noſtros omnes falli etiam circa propria obiecta per accidens tamen circa propria obiecta, fides verò ex auditu eſt quæ nunquàm fallitur.

Exodi 34. Numerorum 8. Luc. 2.

Omne maſculinum adaperiens vuluam. Vulgat. 283.

BEatus Renatius nihil minus quam beatus in argumento libri Tertulliani de carne Chriſti ſcribit contra Sacram Virginem, & contra Theologos ſcholaſticos hoc loco oſtendi Sacram Virginem patefacti corporis lege peperiſſe ſaluatorem, eiuſque ſententiæ Tertullianum, Auguſtinum, Origenē, Chryſoſtomum, Ambroſium cum impudentiſsimo mendacio authores facit de hac re quid refert plura dicere quando falſis veterum patrum teſtimonijs noſtra oppugnat Rhenanus & Theologos ſcholaſticos arguit erroris, quòd Chriſtum clauſo virginis vtero natum dicāt, cùm illud Eſaiæ: Ecce virgo concipies & paries filium, hebraice ſit: Ecce virgo pręgnans & pariens vocabis, &c. vt prægnans & pariens virgo appelletur, ſed ille hoc teſtimonio nititur. Omne maſculinum adaperiens vuluam, quō non intelligit, ſignificat enim Chriſtum adaperuiſſe vuluam virginis matris cum ex ea eduxit, quod in ea erat Chriſtus Dominus in vulua beatæ virginis conceptus per nouem menſes in ea fuit virtute diuina clauſo virginis vtero inde prodijt, vt prodijt ſepulchro ſigillato & magno lapide clauſo, an non reſeraſſe vulua clauſo virginis vtero? Ita Hieronymus lib. 2. aduerſus Pelagianos: omnis qui aperit vuluam, inquiens, ſanctus Domino vocabitur, & addit, omnes hæreticos errauiſſe, quod natiuitate Chriſti myſterium non intelligerent, & quod hic locus ad ſolū Chriſtū referri poſsit. Solus enim Chriſtus clauſas portas vuluę virginalis aperuit, quæ tamen clauſæ permanſerunt. Hæc eſt enim, inquit, porta orientalis clauſa

clauſa, per quam ſolus Rex Iſrael ingreditur & regreditur, & tamen poſtea iem per clauſa eſt, eadem leges apud Epiphanium lib. 3 contra hæreſes, cap. contra Antidicomarianitas, ſed hæc ego iam pluribus refutaui in commentarijs in illud cap. 7. Eſaiæ. Propter hoc dabit Dominus ipſe vobis ſignum. Illius admonere legentes volo, Renanum, Eraſmum & alios quicquid veteribus patribus excidit parum conſiderate, ſiquidem vulgatum eſt illud: Homines non omnibus horis ſapere, & veteres patres in quibuſdam vt homines offendebant, illud diligenter adnotare, & è tenebris in lucem proferre, & in oculis conſpectuque omnium ponere, cham, mea quidem ſententia peiores, qui patris verenda nudauit, hi non nudant ſoſum, ſed faciem præferunt verendis, & veluti voce præconis omnes ad videndum conuocant. Scimus fuiſſe hæreſin peſtiferam Antidicomarianitarum, id eſt, aduerſariorum Sacræ Virginis, qui quanta maxima vi potuerint ſacræ Virgini ſunt aduerſati, & docuit nos Eraſmus multis locis veterũ patrum ſcriptis, præſertim ſcriptis Diui Hieronymi multa ab inepto lectore eſſe interrexta, quæ ex orationis ſplendore internoſcere facile eſt; orationis ſplẽdor ſeparat ſanctorum ſcripta à lectoris imperitia, & non ſeparat dicta inepta à clariſsimorum ſanctorum ſcriptis diuinis, à doctrina exactiſsima ſanctorũ pietas & religio non ſeparant, an quicquid in ſanctis eſt continuò ab illis ſcriptum eſt; nihil eſt adulteratum in ſanctorum ſcriptis, lege concilia ſancta quæ te docebunt ſanctorum ſcripta ab hæreticis multis in locis eſſe adulterata, ne illud dicam peſſime ab huiuſmodi genere hominum omnia intelligi, & in peiorem partem rapi. Nihil eſt enim vt ait Comicus, quin male intelligendo poſsit deprauari, ſed hæc relinquo; quia nugæ ſunt trichæ, atque trichas extricharé operoſa eſt res, & parum habet commoditatis. Qui ſapiet Sacram Virginem ſupplex venerabitur, ne dignos quidem putabit, quos legat aut audiat huius notæ homines, quos ſi attente obſerues quam loquantur ſpurce, mirabere hominum grauitatem, & nos contemnunt, putant nos non intellecturos.

Lucæ 3. Eſaiæ 40.

Vox clamantis in deſerto, &c. Vulg.

Lxx.

קוֹל קוֹרֵא בַּמִּדְבָּר פַּנּוּ דֶּרֶךְ יְהוָה יַשְּׁרוּ בָּעֲרָבָה מְסִלָּה לֵאלֹהֵינוּ׃ כָּל גֶּיא יִנָּשֵׂא וְכָל הַר וְגִבְעָה יִשְׁפָּלוּ וְהָיָה הֶעָקֹב לְמִישׁוֹר וְהָרְכָסִים לְבִקְעָה׃ וְנִגְלָה כְּבוֹד יְהוָה Lectio hebræa.

φωνὴ βοῶντος ἐν ἐρήμῳ ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ, πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται καὶ ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθείαν καὶ ἡ τραχεῖα εἰς πεδία λεῖα, καὶ ὀφθήσεται ἡ δόξα τοῦ κυρίου. Lxx.

Lucas.

φωνὴ βοῶντος ἐν ἐρήμῳ, ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ, πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται, καὶ ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθείας, καὶ αἱ τραχεῖαι εἰς ὁδοὺς λείας.

HIC Locus citatur à Diuo Luca iuxta tranſlationem Lxx vno tantum verbo mutato in nomen idem ſignificans, mutantur & numeri, cætera omnia congruunt cum tranſlatione Lxx, & notandum citari tranſlationem Lxx cum lectionem Hebræam non reddant ad verbum, vt appareat Spiritus ſancti inflatu eſſe factam, alioqui non citaretur ab Spiritu ſancto, quæ non reddit ad verbum Hebræam lectionem, nec temere eſt quod Spiritus ſanctus tranſlationem Lxx citet & Euangeliſtarum fere ſemper.

Lucæ. 3. Eſaiæ 40.

Vulgata 284. *Et videbit omnis caro ſalutare Dei.*

Lectio hebræa. וְרָאוּ כָל בָּשָׂר יַחְדָּו כִּי פִּי יְהוָה דִּבֵּר׃ קוֹל אֹמֵר

Lxx. καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ.

ET hic locus iuxta translationẽ Lxx citatur cũ cõmentarius lect. hebręę ſit, non translatio vt dixi in cõmentarijs in hunc locum, niſi velis ex hoc euangelico loco, & ex translatione Lxx argui deeſſe vocem vnam in lectione hebręa, Ieſum, quoties enim latine redditur à Lxx viris ſalutare, hebraice eſt Ieſua, vt docẽt veteres, & vt res ipſa indicat, ſi id experiri velis, cum ergo vox illa ſalutare, hebraice nõ ſit argumentũ eſt, deeſſe hebraice & reponendam ex translatione Lxx, & ex lectione Euangelica eam vocem Ieſuah, quam Lxx reddere ſolent ſalutare Dei, qui durum aliquantulum videri poteſt expungere ex tranſlatione Lxx illa verba; quia Dominus loquutus eſt, quæ ſunt etiam hebraice, aut eſt igitur illud dicendum quod diximus in commentarijs in hunc locum, aut lectioni hebrææ addendum verbũ vnum eſt ex lectione Euangelica, aut potius ex lectione quam citat Spiritus ſanctus. Notandum etiam hunc locũ cum ſuperiore citari ab Euangeliſtis neceſſaria omiſſis media, omittuntur enim quędam media ab Euangeliſtis illa; ſcilicet, & apparebit gloria Domini.

Lucæ 3. Geneſeos 10.

Vulgata 285. *Qui fuit Sale, qui fuit Cainam, qui fuit Arphaxad.*

HAEC nomina Euangeliſta iuxta Lxx profert, vt alia omnia, quorum bonam partem perſtrinximus in annotationibus in Matthæum in Chriſti Domini Genealogiam, quidam interpretes hæc aliter nos proferre docent Iudaice, ſcilicet vt non dicamus Arphaxad ſed Arpachſadad, non ſala, ſed ſalach, relicto Euangelio, & relicta Diui Hieronymi vulgata, ſed quantulum hoc eſt? maiora dicamus, additam vnam generationem aiunt ab Euangeliſta generationi Chriſti, quæ hebraice non eſt, quod Euangeliſta Lxx viros ſit ſequutus, quaſi vero quiſquam Apoſtolorũ aut Euangeliſtarum aliam ſcripturã ſequatur, quam Lxx virorum excepto ſi ſit vitiata, vt nos docet Diuus Hieronymus, & ſi quando iuuat Apoſtolos & Euangeliſtas quod per raro faciunt hebræam exprimere lectionem. Noſtrorum quidam id præſeferunt, recte quidem, ſed præſeferunt tamen Euangeliſtas erraſſe, ſi à veritate hebraica, vt ipſi aiunt, diſcrepant. Ego longe ſecus puto lectionem hebræam ex veritate euangelica caſtigandam, & lectioni hebrææ ex hoc loco addendam generationem vnã, vt eſt in tranſlatione Lxx quam expreſſit Lucas Euangeliſta, legendumque in lectione hebræa Arphaxad genuit Cainam, Cainam genuit Sale, dum hoc cum amiciſsimo viro, eoque perdocto cõmunicarem aliquando; non vides, inquit, te aduerſari vulgatæ, & eam facere falſam, quæ expreſsit lectionem hebræam, quæ tantum præfert Arphaxad genuit Sale, & ſuppreſsit vnam generationem, quæ eſt apud Lxx, non enim dicit vulgata Arphaxad genuit Cainam, Cainam autem genuit Sale, ſed Arphaxad genuit Sale, prætérita generatione Cainam, vnde apparet, in quibus falſam eſſe tranſlationem Lxx quod de Euangeliſta dices; inquam? ſequutum eſſe Lxx, qui in hac parte, vt ſæpe, ſolent, à veritate Hebræa diſcrepauere. Ne illud dixeris reſpondi, Spiritus S. dixit Euangeliſtæ Lucæ eſt loquutus, nec ego aut quiſquam fidelis, qui ſapiat quum Lucam Euangeliſtam audit, Lucam Euangeliſtam tantum ſe putat audire, ſed Spiritum S.

potius

potius ore Diui lucæ loquentem, alioqui humanis teſtimonijs noſtra fides niti diceretur non veritate prima, illam generationem adijcit Spiritus ſanctus, Arphaxad genuit Cainam. Illa igitur generatio lectioni hebrææ eſt addenda, falſa igitur erit, inquit ille, vulgata D. Hieronymi, apud quam deeſt illa generatio Arphaxad genuit Cainam? minime, veriſsima quoque eſt vulgata Diui Hieronymi, nam phraſis ſcripturæ eſt non rara, vt aui dicantur genuiſſe nepotes medijs, ſcilicet, parentibus, quod apparet ex illo quod diximus in illa verba, Ioram autem genuit Oziam. Saltem, inquit, defecta erit vulgata duobus tribuſve verbis: Iſtuc inquam concedamus neceſſe eſt, aut fateamur Apoſtolos & Euangeliſtas multa falſa citare quæ hebraice non ſunt contra canonem Diui Hieronymi, qui docet ex lectione Apoſtolica & Euangelica caſtigandã lectionem hebræam. Cur igitur, inquit, lectionem hebræam expreſsit, nec addidit hanc generationem quæ apud Lxx erat? quod ſcopus Diui Hieronymi erat exprimere latine hebræam lectionem, & addebat: nos noua cudimus non vt vetera deſtruamus, & docet idem Diuus ex vtraque translatione ſua, & Lxx virorũ veros eruendos ſcripturæ ſenſus. Nos ideò ſecundum librum hunc toti diſputationi præpoſuimus, vt ibi de hac re omnium veterum ſententiæ præſcriberentur, & alia omnia quæ ad hanc diſputationem ſpectaret, & vt oſtenderemus negligentia Iudaica ex hebræa lectione intercidiſſe multa quod fecimus ca. 64. & horum poſtremorum librorum, hic ſcopus eſt, vt oſtendamus Spiritum ſanctum in litteris Apoſtolicis & Euangelicis ſemper fere translationem Lxx citaſſe, & veluti ſcholijs quibuſdam ſæpe explanaſſe, vt videant fideles vtrum ea translatio ſit reijcienda, quam Spiritus ſanctus ſemper fere citat, quam citãt doctores omnes veteres, Græci & Latini, quos Spiritus ſanctus eccleſiæ ſuæ dedit, vt videant inquam fideles vtrum expediat hac reiecta & vulgata in Iudaicas interpretationes migrare, quas cum legeres, ſi in ſcriptura ſancta ſis verſatus, nouam quandam ſcripturam te legere intelligeres, nouam quandam legem & non eam quę à Deo lata ſit, vt dixi quod nouæ quædam translationes quæ vulgatam eneruant aut lectionem Apoſtolicam aut Euangelicam, de his enim loquor non de omnibus, nec de quibuſdã abſolutè, & in vniuerſũ, ſed in quibuſdã earum locis, in cæteris non item, non tã ſint trãslationes quam legis diuinæ mutationes. Hæc toties à me dicta ſunt, & repetita toties: vt refellantur hi qui lectionem hebræam caſtigatiſsimam eſſe prædicant, adeò vt nec littera aut ſyllaba potuerit mutari, & noſtra ad illius normam eſſe caſtiganda, qua perſuaſione mihi videtur, nihil perniciofius eſſe poſſe.

Lucæ 4. Eſaiæ 61.

Spiritus Domini ſuper me; propter quod vnxit me, &c. Vulg. 286.

רוּחַ אֲדֹנָי יְהוִה עָלָי . יַעַן מָשַׁח יְהוָה אֹתִי Lectio hebræa.

LOcus hic citatur iuxta translationẽ Lxx de qua in commentarijs in Eſaiam abunde dictũ eſt, & Eraſmus eſt refutatus.

Lucæ 4.

Non in ſolo pane viuit homo. Vulg.

IVxta Lxx citatur hic locus, de quo dictum eſt in annotationibus in Mat thæum.

Lucæ 4.

Dominum Deum tuum adorabis. Vulg.

DIctum eſt de hoc loco in annotationibus in Matthæum.

Lucæ 4.

Vulgata *Angelis ſuis mandauit de te,&c.*

DIximus in annotationibus in Matthæum hunc locum citatum, citatum eſſe iuxta tranſlationem Lxx, & adiecta ſunt alia.

Vulgat. *Non tentabis Dominum Deum tuum.*

IVxta Lxx citatus à Domino hic quoque locus eſt, vt dictum à nobis eſt in Diuum Matthæum.

Lucæ 7. Malachiæ 3.

Vulgata *Ecce ego mitto angelum meum,&c.*

DIctum de hoc loco in Matthæũ & in Marcum.

Lucæ 8.

Vulgat. *Puella ſurge.*

287. DIuus Hieronymus, vt dictum eſt, proponit aduerſarijs hunc nodũ quomodo cum hebraice dixerit Dominus, talatha cumi, id eſt, puella ſurge, vt hoc loco dicit Lucas, alij Euangeliſtę dixerunt: puella tibi dico ſurge, & non explicuit Hieronymus nodum morte pręuentus, quem de optimo genere interpretandi nexuerat, nos ſupra hunc nodum diſſoluimus, quod nõ neceſſe erat vt Euangeliſtæ hebraice referrent omnia verba quæ hebraice dixerit Dominus, & quando Euangeliſtæ ſcripſere Dominum dixiſſe, puella tibi dico ſurge, certũ eſt Dñm ita dixiſſe, ſi Lucas nõ retulit omnia verba, quid tum?

Lucæ 10. Deuteronomij 6.

Vulgata *Diliges Dominum Deum tuum,&c.*

Lectio hebræa. וְאָהַבְתָּ אֵת יְהוָה אֱלֹהֶיךָ בְּכָל לְבָבְךָ

IVxta Lxx hæc citantur, vno verbo mutato in aliud, pars vero illa proximum ſicut te ipſum. Hebraice deeſt, ne putet quiſquam quidquid hebraice nõ eſt ex lectione eccleſiaſtica eſſe expungendum, ex euangelica lectione, hebræa lectio inquam eſt caſtiganda, & tyrannide Iudaica nos liberari æquum eſt, an quicquid Iudaica manu impia mutare volet militibus Chriſti pro lege habendum eſt?

Lucæ 10. Eſaiæ 33.

Qui vos ſpernit, me ſpernit. Vulga.

HIC Dominus verbis Eſaiæ loquitur iuxta tranſlationem Lxx vt ſit.ſ. quia præceſſerat illa vox, quæ exponens Dominus de ſe Deum ſe eſſe oſtendit, apud Eſaiam enim loquitur Deus, & illa quæ Deus loquitur de ſe, Chriſtus de ſe loquitur in Euangelio, & qui vos ſpernit, me ſpernit, & interpretatur locũ Eſaiæ.

Lucæ cap. 11.

In Beelzebub, principe dæmoniorum Vulgat. 288.

HOC nomen dupliciter dicitur Beelzebub, præfert noſtra vulgata princeps muſcarum, Græce ſemper nominatur Beelzebul, princeps huius habitaculi, quem Dominus appellaſſe videtur principem huius mundi, huius habitaculi, huius habitationis, quidam interpres, nec hoc nec illud, ſed Baal zabub diuinitus expreſſiſſe videtur tranſlationem Lxx vitiatam, nos contenti ſimus Spiritus S. nomenclatura & interpretatione.

Lucæ 19.

Domus mea, domus orationis,&c. Vulg.

DE hoc loco dictum ſupra eſt.

Lucæ

Lucæ 20.

Vulgat. *Lapidem quem reprobauerunt, &c.*

DIctumque de hoc loco ſupra eſt.

Lucæ 20.

Vulg. *Dixit Dominus.*

DIctum abunde ſupra eſt.

Lucæ 22.

Vulg. *Et cum iniquis reputatus eſt.*

DIctum de hoc loco eſt.

EX DIVO IOANNE Euangeliſta.

Ioannis 1. Eſaiæ 40.

Vulg. 289. *Ego vox clamantis in deſerto.*

HIC locus non citatur ab Euangeliſta iuxta Lxx, quamuis ab omnibus alijs Euangeliſtis iuxta Lxx citetur, hoc maxime diſtat, quod Lxx edidere parate, Ioannes, dirigite. Diuus Hieronymus, parate, nihil horum nouis quibuſdam placuit, ſed complanate, atqui nihil magis proprius verbi hebræi, panu, quam quod Ioannes dixit, dirigite.

Ioannes I. Eſaiæ 53.

Vulg. 290. *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.*

DIxi Euangelium breuiationẽ eſſe legis & prophetarũ, & ꝙ Eſaias cap. 53. plurimis verbis dicit, Ioannes in compendium redegit, inquiens, Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi, vt latina lectio præfert, vt præfert lectio græca: qui tollit peccata mundi, cum Eſaia magis cõgruit peccata mundi. Sed qui apud Eſaiã dicitur, quaſi agnus mãſuetus. ab Ioanne Baptiſta, agnus dicitur: ſed huiuſmodi orationes docet Quintilianus, idẽ ſignificare, vt ſi de viro forti dixero, vt leo eſt, inquit, comparatio eſt, ſi vero dixero, leo eſt, metaphora.

Ioannis 2.

In cana Galilææ. Vulg. 291.

QVod video locũ translationis Lxx conuitijs quorundã ſcriptorum noſtri temporis proſcindi præterire illũ ſilentio nolui. D. Ioannes hoc habet vt innuat prophetias, & eas raro citet, hoc miraculũ aquæ in vinũ mutatæ, præſignificatũ aiũt veteres patres illo Eſaiæ c. 9. iuxta translationẽ Lxx hoc primũ velociter bibe velociter fac: quod hoc primũ fecit Chriſtus Dñs miraculum, vt ait Euangeliſta, inquiens, hoc fecit initiũ ſignorum Ieſus, dictum, aiunt hoc primũ velociter bibe, &c. quod temporis momenti factum eſt, & temporis momenti allatum ad conuiuas ſtatim in hydrijs infuſa aqua eſt. Sed hebraice non eſt vox illa bibe. Oſtendi lib. 2. c. 64. in hebræa lectione Iudaica negligentia deeſſe voces ex lectione hebræa, vt non temere veteres patres hunc locũ de nuptijs factis in Cana Galilææ ſint interpretati, de quo plura diximus in commentarijs in Eſaiã & hoc probare videntur Euangeliſtæ, qui ſequentis prophetiæ faciunt, terra Zabulon & terra Nephtalim, vt præcedentia verba aliam prophetiam prædixiſſe ſit conſentaneum, quidã interpretes omnia hæc prophetæ Eſaiæ verba dilacerant Iudaica diſtinctione, & interpretatione, ita vt nec hæc quæ diximus ſignificent, nec ea quæ ipſi Euangeliſtæ nos ſignificare docent, ita nulla apud ipſos Euangeliſtarum habetur ratio. Si Iudæi apud nos agerent & in noſtra R.P. Chriſtiana liberè noſtra ſubuertere poſſent, non tam agerent licenter, nec tam audacter.

Ioannis 2. Pſalmo 68.

Vulgat. 292. *Zelus domus tuæ comedit me.*

Lectio hebræa. כִּי קִנְאַת בֵּיתְךָ אֲכָלָתְנִי

Lxx. ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγε.

Ioannes.

ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με

HIC locus citatur à Diuo Ioanne iuxta Lxx viros, & hoc aduerte pſalmos iuxta Lxx, quos hoc genus hominum inſectatur potiſsimum nunquã ab Apoſtolis & Euangeliſtis non citari, & adde aliud interpretationem Apoſtolicam & Euangelicam pſalmorum de Chriſto ſemper ab huius notæ hominibus repudiari, probari nunquam, typice aiunt de Chriſto. Quid ſibi velit hæc reſponſio dictum ſupra eſt, & typice quędam de Chriſto eſſe dicta res nota eſt, quæ vero litteraliter de Chriſto ſunt dicta in pſalmis hæc omnia tollunt, hic quædam alius alia quaſi de compacto, ne ſi vnus omnia ſubuerteret res fieret palam & deprehenderentur inſidiæ, & poſtea ille alter mihi obijcit quod quæ peccet alter alteri crimini dem. Si incendiarij domos ſacras inflammaſſent, non liberarem culpa reliquorum hunc qui decem inflammaſſet tantũ ſacras ædes perſpicuum erat eodem animo fuiſſe implicatos incendiarios omnes. Nota tamen ab ipſo rerum euentu, Spiritum ſanctum Apoſtolos admonuiſſe verſum illum Dauidis de Chriſto eſſe prædictũ admonerique nos hoc loco ſicut & alijs multis ſcripturæ, ipſum rerum euentum eſſe optimum ſcripturæ interpretẽ. Ait enim Euangeliſta, poſtquam Dñs tẽplo exegit ementes & vendentes, recordati ſunt diſcipuli eius, quia ſcriptum eſt. Zelus domus tuę comedit me, & hoc eodẽ canone admoneri deberẽt noſtri quidam nouarum rerũ amatores pſalmos noſtros, & translationẽ Lxx & ſanctorũ interpretationẽ, & Apoſtolorũ & Euangeliſtarum eſſe veriſsimã, quod rerum euentus euidens ea probat omnia, vt intelliges ex Auguſtino, Athanaſio, Euſebio, & alijs veteribus, Iudaica eſſe quod rerum euentus ipſa oſtendit falſa & cõmentitia.

Hæc quæ aiunt typice de Chriſto ad illa alludunt, quod Iudæi aiunt cõtra ſuos Iudęos qui ad Chriſtum tranſeunt, ob inanes allegorias ad Chriſtũ trãſijſſe.

Ioannis 6. Pſal. 77.

Panem de cælo dedit eis manducare. Volg. 293.

וּדְגַן שָׁמַיִם נָתַן לָמוֹ׃ Lectio hebræa.

ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς. Lxx.

Ioannes.

ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς φαγεῖν

HIC verſus pſalmi: Panem de cælo dedit eis manducare citatur à D. Ioanne iuxta translationem Lxx, nam illud verbum manducare quod à D. Ioanne videtur additũ, non eſt additum, ſed ſubauditum per Zeugma à ſuperiori, ſed hæc res minutula eſt, illud maioris ponderis quod hebraice non eſt. Panem de cælo dedit eis, ſed frumentũ de cælo dedit eis. Vnde quidam interpres triticum cæleſte dedit eis, & pro eo quod ſequitur, panem Angelorum manducauit homo, panem fortiũ comedit vir. Quę tãdem huius interpretis hic culpa eſt? fortaſſe in hac parte habet excuſationẽ. Sed quid pro litteris Euangelicis reſpondemus. Defenſere certe non eget ſpiritus ſ. tamen lib. huius operis. 2. cap. 64. Oſtendimus Iudæos tenuiſſe memoria ſcripturam, & eas plærunq; deſcripſiſſe memoriter, & ita plærunque verbum pro verbo mutaſſe & orationes pro orationibus oblitos plærunq; orationis illud ca. 64. tot tibi exẽpla ſuppeditabit vt te capiat ſatietas, & nõ miraberis in hoc verſu pſalmi pro pane poſitũ eſſe frumentũ pro angelorum poſitum eſſe fortium: teſtimonijs quoq; Rabinorũ commonſtrauimus hoc non raro fieri ſolere à Rabinis, vt verba pro verbis mutent, quæ ne repeterentur millies eo in libro fuſe & late ſunt poſita. Sed Domini teſtimonio & eius ſpritus hæc

ita

ita defenduntur, vt non egeant alio patrono, en à Iudæis tempore Chriſti ita citantur panem angelorum manducauit homo, & panem de cælo dedit eis, nec id ſolum, ſed Chriſtus Dominus Iudæorum ſermonem excipit & probat, ſenſum reprehendens, ait enim. Moyſes dedit vobis panem de cælo, ſed pater meus dat vobis panem de cælo verũ, panis enim Dei eſt qui de cælo deſcendit, & dat vitam mundo, & infra: Ego ſum panis vitæ, & infra: Hic eſt panis qui de cælo deſcendit, & panis, & alimentum ſpirituum cæleſtium Deus eſt, vt docet etiam Plato de legibus libro 7. vt etiam philoſophorum ſententia, panis hic panis Angelorum dicatur. Scio etiã Chriſtum frumentum dici, tamen hoc loco & alijs valeat canon ille præſcriptus à Diuo Hieronymo, & ab Euſebio ex locis Apoſtolicis & Euangelicis caſtigandam eſſe lectionem hebræam. Veritas enim eſt Chriſtus & eius ſpiritus, Chriſtus porrò & eius ſpiritus dictat ſcripturam, veritas igitur eſt, quod à Chriſto & ei' ſpiritu dictatur, & regula qua omnia ſunt dirigenda.

Ioannis 6. Pſal. 77.

Et pluit illis manna ad manducandum,
Vulg. 294 *& panem de cælo dedit eis.*

וַיַּמְטֵר עֲלֵיהֶם מַן לֶאֱכֹל וּדְגַן שָׁמַיִם
Lectio hebræa. נָתַן לָמוֹ׃

ET pluit illis manna ad manducandum, principium verſiculi ſupra citati eſt, & quoniam in hoc cap. 6. Ioannis de manna multa fit mentio de ea voce aliquid dicendum eſt. Nulla enim pars R. P. Chriſtianæ eſt quam non attentent noſtrarum rerum obtrectatores, & non oppugnent. Nam quid ego dicam Lxx viros manna vertiſſe, & nos monſtraſſe ſecundo huius operis libro Iudæos antiquiſſimos Ioſephum & Philonem ita legiſſe & pronuntiaſſe, ſuos enim Rabinos illis longe & multũ anteponunt, non quod doctiores ſint, ſunt enim ſcrutarij & veteramentarij ſutores pelliones Ioſephus & Philon Iudæorum antiquorum longe doctiſſimi, ſed quod recẽtes Rabini Chriſtiano nomini ſunt longe infeſtiores, en quod noſtris magnum pudorem incutere deberet, ſuos Rabinos anteponunt Domino, & Euangeliſtis, & Spiritui ſancto, qui in Euangeliſtis loquutus eſt, man, proferunt, non manna, cum Apoſtolicis litteris & Euãgelicis, ita Diuus Hieronymus in ſua vulgata pronuntiat, nec id inquiunt reprehendere eſt tutũ non reprehendo, quod fecit Hieronymus, quod vos facitis reprehendo. Hieronymus nanque in ſua vulgata, man, protulit, & manna, quod parui referre putabat, hoc Iudæis largiri vt diceretur quoque man, noſtri quidã reiecta dictione Apoſtolica, & Euangelica, Eccleſiaſtica, quæ eadem Lxx ſeniorum eſt, Iudaice ſemper pronuntiant, man, Dominus ergo emendatur, & emendantur eius Apoſtoli & Euangeliſtæ, en cur noſtri pſalmi repudientur, nec repudientur ſolum, ſed falſitatis accuſentur, quod ab Euangeliſtis & Apoſtolis citentur, quod Chriſti ſemper ſonant myſteria, quod arguũt furta Iudaica, nulla enim ſcripturæ pars à Iudęis & à quibuſdam nouitatis amatoribus tantopere vitiata eſt, quam à Iudæis ſunt pſalmi vitiati, & tamẽ verſi pſalmi iuxta Iudaicas fallacias, iuxta hebraicam veritatem tranſlati dicuntur, atqui hebraice man, eſt, inquiunt, iuxta Iudæos impios, ita eſt, nam monſtratum eſt vt dixi li. 2. Ioſephum Iudæum, & Iudæum quoque Philonem, quoties huius vocis meminere, manna, pronuntiaſſe, & Ieſum filium Sirach. Monſtratum quoque eſt puncta Iudæos addidiſſe ſcripturæ Iudaice Lxx viros tribus ſæculis ante aduentum Domini addidiſſe ſcripturæ puncta Chriſtianè, ſi no-

Attẽde cur veritas hebraica appelletur id quod perfidia Iudaica eſt vitiatis litteris, & ſyllabis, & peruerſa interpretatione & noſtrarum rerum refutatione.

ni hoc nomine ſuſpecti eſſe velint, quod hæreſes quaſdam velint attrectare, aut cur hic inde, ille hinc, partes aliquas R.P. Chriſtianæ inuadere, nec ceſſent vnquàm oppugnare noſtra.

Lucæ ſecundo.

Vulg. 281. *Quia non erat eis locus in diuerſorio.*

HIC locus noſtris temporibus impugnatus à quibuſdam eſt, qui ſibi doctorum nomina vendicabant, & negabant hæreſin cadere poſſe, niſi in homines ingenioſiſsimos, eoſdemque doctiſsimos, quorum argumenta diluere eſſet difficilimum. Neſcio cur viri doctiſsimi ab aſpide, quod dici ſolet mutuentur venena, hoc eſt ab hæreticis tela mutuentur, quæ in nos contorqueant, hæretici nanque ſe gnoſticos appellabant, id eſt, ſapientes altiſsimo præditos intellectu & hypognoſticos, id eſt, caſtigatores & emendatores aliorũ imperitiæ, quales nunc ſunt non pauci imperiti homines qui noſtra caſtigant, hęreſis namque omnis quauis ſe iactet ingenioſiſsimam eſſe, ex ignorantia & imperitia habet ortum, vt apud ſanctos patres, & in ſacris concilijs eſt teſtatiſsimũ. Negabant ergo hi viri boni virginẽ ſacram diuertiſſe in hoſpitium, & quod in hoſpitio locus non eſſet, puerum Ieſum recens natum in præſepi poſuiſſe, quod pro diuerſorio græce ſit in euangelio, catalyma, quæ vox græca præcipuam partem domus ſignificat, quæ vulgo dicitur, ſala, & id veriſsime dictum eſt. Nam locus ille quo paſſurus Dominus poſtremo cum ſuis diſcipulis cœnauit. Catalyma etiam appellatur in litteris euangelicis, & ea pars domus eſt quæ conclaue dici ſolet & triclinium, ſala, vulgo, ita eſt inquam. Quod vero ſubijciunt, non ſignificare tabernã diuerſoriam, quæ vulgo dicitur meſon: id falſiſsimum eſt ne ſe doctrinæ nomine iactent. Eſt nanque vox græca catalyma polyſema habet multos intellectus Inter cæteros ſignificat diuerſoriam tabernam, meſon. Heſychius huius rei author eſt, inquiẽs, catalyma eſſe catagogium, & catagogium pandochium, meſon, & Euſtathius in fine commentarij in 4. Odiſſeæ librũ catalyma eſſe ait xenodochium, meſon, ad debant Ioſeph & Sacram Virginem, cũ ad recenſionem Bethlehem veniſſent ex edicto Cæſaris vt ſe recenſerent in familia Dauid, oportuiſſe illic habuiſſe hęreditatem, domum, & ſupellectilem qua re contradici quoque videbatur litteris euangelicis, quæ prodidere Sacram Virginem, vtpote pauperem obtuliſſe par turturum, aut duos pullos columbarum quod non ſuppeteret pecunia ad emendum agnum. Nam quod aiebant oportuiſſe ſacram Virginem habuiſſe hæreditatem in ſua familia errabant toto cælo. Succreuerat temporibus Chriſti tanta Iudæorum multitudo, vt familiarum hæreditas non ſuppeteret omnibus, qui toto diſperſi erant orbe, nec enim eos Iudæa capiebat, quin in Iudæa plurimi, quod tot numero erant, qui erant in familijs, nec illis tot numero ſuppetebat hæreditas victum ex opere aut ex artificio quærebant, ita Ioſeph faber erat. Vnde mirandum non erat cùm tanta multitudo Bethlehemitarum, Bethlehẽ confluxiſſet, vt ſe receſerent in familias, qui nec haberẽt domos in quas ſe reciperẽt, tabernam diuerſoriam tantam multitudinem capere non potuiſſe, & Sacrã Virginem prope præſepe Dominum edidiſſe, & in præſepi reclinaſſe, vt prodidere litteræ euangelicæ, & quiſquam fidelium litteris euangelicis aduerſabitur? Apage hominum inſcitiam, & ſi nihil aliud eſſet quam quod omni antiquitati aduerſabantur erat ſingularis cuiuſdã imprudentiæ. Conſtans namque ſententia veterum eſt Dominum natũ in ſpelunca, quod ſtabula quædã ſunt ad quæ deſcendi ſolet velut ad ſpeluncam. Origenes ergo contra Celſum, qui à Chriſti tem-

temporibus non abfuit plurimum lib. contra Celſum. In Bethlehem oſtendi, ait, ſpeluncam vbi natus eſt Dominus; de qua ſpelũca plurima ibi addit Origenes, Theodoretus de curandis græcorũ affectionibus lib. 8. Tophaceum ſpecũ ait viſitari in quo ſit præſepe, in quo pauperculam virginem, in quo tenui faſcia obuolutum infantem reclinatũ docet, Hieronymus quoque qui eã peragrauit loca in epiſtola ad Marcellã de hac ſpelũca, & de hoc præſepi in quo Chriſtus Dominus infantulus vagit multa dicit, & rurſus in epiſtola ad eandem Marcellam, eam ad hanc euocat ſpeluncam, & ad Euſtochium virginem in epitaphio Paulæ matris bis huius ſpeluncæ facit mentionem.

Vulgat. 282. *Gloria in Altiſsimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.*

DE hoc Angelorum cantico Eraſmus in annotationibus in hũc locum multa, eccleſiam Romanam penè dixerim parat emendare, cùm videat doctores ſacros omnes latinos veteres ſic hoc canticum legere. Igitur primũ omnium miratur cũ græce qua lingua ſcripſere euangeliſtæ legatur, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominib' bonæ voluntatis; ſi miraretur & cauſam quæreret ſapientis hominis functus officio eſſet, velle caſtigare Hieronymum, Auguſtinum, Ambroſium, & vniuerſam eccleſiam Romanam, non videtur mihi abeſſe à crimine arrogantiæ, conſtat latinos omnes ſic legere, grecos aliã ſequi lectionem huius diſcriminis cauſam reddamus, ita vt intra pauca verba hanc quæſtionem concludamus vna littera facit totum hoc diſcrimẽ, græci ſic legũt, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax in hominibus bona voluntas addito litteram vnam efficies lectionem Romanæ eccleſiæ, ſi legeris vt vltimum nomen ſit in caſu patrio bonæ voluntatis; & ſic legatur totum, Gloria in excelſis Deo & in terra pax hominibus, & vt latinis auribus ſuauius ſonaret dictum eſt, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ volũtatis, vna itaque littera totum fecit diſcrimen græci, vltimum verbum cantici legunt bona voluntas, latini bonæ voluntatis, cur Romanæ eccleſiæ poſterior lectio placuerit magis, nunc paucis accipe. Mitto illam priorem orationem. Gloria in excelſis Deo. In ſecũda oratione: Et in terra pax. Si ibi diſtinctionẽ appingas quẽ ſenſum habere poſsit non reperias, ſiue de Chriſto intelligas, qui pax eſt Angelorum, & hominũ, ſiue de pace illa quã Dñs ſuis reliquit. Pacẽ meã, inquiẽs, do vobis, pacẽ relinquo vobis, q̃ſcilicet; quomodo hæc pax quæ hominum animos trãquillat, vt nullum ſit diſsidiũ animæ partibus inter ſe, vt inter ſe concordent in Dei cultum, & in proximorum dilectionem, quomodo in terra futura eſt? in rebus inanimis? an in brutis animantibus? an in paganis? Certè non comminiſci queas quomodo hæc pax ab Angelis terræ nuncietur ſi illic apponas diſtinctionem, ſubdiſtinctionem addas neceſſe eſt vt coniugatur hæc oratio verbis ſequentibus, & in terra pax in hominibus bonæ voluntatis, vel hominibus bonæ voluntatis, quibus Chriſtus qui eſt vera pax annunciatur, & pax illa quam Chriſtus ſuis reliquit. Iã Deum immortalem, quam vehementer incumbit Eraſmus incumbunt & alij in caſtigandam lectionem vulgatam, & eudocia nõ vertenda fuerit bona voluntas, ſed iam hãc quoq; rem deſceptemus. Eudociã vocẽ græcã nullè modis verſant, vertũt latinè mille modis, peculiarẽ vocem eccleſiæ cenſent eſſe, ſi referenda eſſet illorũ ſententia omnium, multis chartis eſſet opus. Age paucis quid ſentiam cũ aperuero reliqua legent in ſuis authoribus ſtudioſi. Plato in fine Menonis quã Angeli hoc loco vocant Eudociam, nominat eudoxiam ab eodem verbo bone opinari, vnde eudoxia, ſeu eudocia

bona

clauſa,per quam ſolus Rex Iſrael ingreditur & regreditur,& tamen poſtea ſem per clauſa eſt,eadem leges apud Epiphanium lib.3 contra hæreſes, cap. contra Antidicomarianitas, ſed hæc ego iam pluribus refutaui in commentarijs in illud cap.7.Eſaiæ.Propter hoc dabit Dominus ipſe vobis ſignum.Illius admonere legentes volo,Renanum,Eraſmum& alios quicquid veteribus patribus excidit parum conſiderate, ſiquidem vulgatum eſt illud: Homines non omnibus horis ſapere,& veteres patres in quibuſdam vt homines offendebant,illud diligenter adnotare,& è tenebris in lucem proferre,& in oculis conſpectuque omnium ponere,cham,mea quidem ſententia peiores, qui patris verenda nudauit, hi non nudant ſoſum,ſed faciem præferunt verendis, & veluti voce præconis omnes ad videndum conuocant. Scimus fuiſſe hæreſin peſtiferam Antidicomarianitarum,id eſt, aduerſariorum Sacræ Virginis,qui quanta maxima vi potuerint ſacræ Virgini ſunt aduerſati, & docuit nos Eraſmus multis locis veterũ patrum ſcriptis,præſertim ſcriptis Diui Hieronymi multa ab inepto lectore eſſe intertexta, quæ ex orationis ſplendore intergnoſcere facile eſt;orationis ſplẽdor ſeparat ſanctorum ſcripta à lectoris imperitia,& non ſeparat dicta inepta à clariſsimorum ſanctorum ſcriptis diuinis,à doctrina exactiſsima ſanctorũ pietas & religio non ſeparantiã quicquid in ſanctis eſt continuò ab illis ſcriptum eſt; nihil eſt adulteratum in ſanctorum ſcriptis, lege concilia ſancta quæ te docebunt ſanctorum ſcripta ab hæreticis multis in locis eſſe adulterata, ne illud dicam peſſime ab huiuſmodi genere hominum omnia intelligi, & in peiorem partem rapi.Nihil eſt enim vt ait Comicus, quin male intelligendo poſsit deprauari, ſed hæc relinquo ; quia nugæ ſunt trichæ,atque trichas extricharc operoſa eſt res,& parum habet commoditatis.Qui ſapiet Sacram Virginem ſupplex venerabitur,ne dignos quidem putabit, quos legat aut audiat huius notæ homines,quos ſi attente obſerues quam loquantur ſpurce, mirabere hominum grauitatem, & nos contemnunt,putant nos non intellecturos.

Lucæ 3. Eſaiæ 40.

Vox clamantis in deſerto,&c. Vulg. Lxx.

Lectio hebræa.

קול קורא במדבר פנו דרך יהוה ישרו בערבה מסלה לאלהינו׃ כל גיא ינשא וכל הר וגבעה ישפלו והיה העקב למישור והרכסים לבקעה׃ ונגלה כבוד יהוה׃

Lxx.

φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν κυρίου εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ, πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται, καὶ ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν καὶ ἡ τραχεῖα εἰς πεδία λεῖα. καὶ ὀφθήσεται ἡ δόξα τοῦ κυρίου.

Lucas.

φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ, πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται, καὶ ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, καὶ αἱ τραχεῖαι εἰς ὁδοὺς λείας.

HIC Locus citatur à Diuo Luca iuxtà translationem Lxx vno tantum verbo mutato in nomen idem ſignificans,mutantur & numeri, cætera omnia congruunt cum translatione Lxx, & notandum citari translationem Lxx cum lectionem Hebræam non reddant ad verbum, vt appareat Spiritus ſancti inflatu eſſe factam, alioqui non citaretur ab Spiritu ſancto, quæ non reddit ad verbum Hebræam lectionem, nec temere eſt quod Spiritus ſanctus translationem Lxx citet & Euangeliſtarum fere ſemper.

Lucæ. 3. Eſaiæ 40.

Vulgata 284. *Et videbit omnis caro ſalutare Dei.*

Lectio hebræa. וְרָאוּ כָל בָּשָׂר יַחְדָּו כִּי פִּי יְהוָה דִּבֵּר׃ קוֹל אֹמֵר

Lxx. καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ.

ET hic locus iuxta translationé Lxx citatur cũ cómentarius lect. hebręę ſit, non translatio vt dixi in cómentarijs in hunc locum, niſi velis ex hoc euangelico loco, & ex translatione Lxx argui deeſſe vocem vnam in lectione hebręa, Ieſum, quoties enim latine redditur à Lxx viris ſalutare, hebraice eſt Ieſus, vt docét veteres, & vt res ipſa indicat, ſi id experiri velis, cum ergo vox illa ſalutare, hebraice nó ſit argumentũ eſt, deeſſe hebraice & reponendam ex translatione Lxx, & ex lectione Euangelica eam vocem Ieſueh, quam Lxx reddere ſolent ſalutare Dei, qui durum aliquantulum videri poteſt expungere ex translatione Lxx illa verba, quia Dominus loquutus eſt, quæ ſunt etiam hebraice, aut eſt igitur illud dicendum quod diximus in commentarijs in hunc locum, aut lectioni hebrææ addendum verbũ vnum eſt ex lectione Euangelica, aut potius ex lectione quam citat Spiritus ſanctus. Notandum etiam hunc locũ cum ſuperiore citari ab Euangeliſtis neceſſaria omnium media, omittentur etiam quędam media ab Euangeliſtis illa, ſcilicet, & apparebit gloria Domini.

Lucæ 3. Geneſeos 10.

Vulgata 285. *Qui fuit Sale, qui fuit Cainam, qui fuit Arphaxad.*

HAEC nomina Euangeliſta iuxta Lxx profert, vt alia omnia, quorum bonam partem perſtrinximus in annotationibus in Matthæum in Chriſti Domini Genealogiam, quidam interpretes hæc aliter nos proferre docent Iudaice, ſcilicet vt non dicamus Arphaxad ſed Arpachſadad, non ſala, ſed ſalach, relicto Euangelio, & relicta Dñi Hieronymi vulgata, ſed quantulum hoc eſt? maiora dicamus, additam vnam generationem aiunt ab Euangeliſta generationi Chriſti, quæ hebraice non eſt, quod Euangeliſta Lxx viros ſit ſequutus, quaſi vero quiſquam Apoſtolorũ aut Euangeliſtarum aliam ſcripturã ſequatur, quam Lxx virorum excepto ſi ſit vitiata, vt nos docet Diuus Hieronymus, & ſi quando iuuat Apoſtolos & Euangeliſtas quod per raro faciunt hebræam exprimere lectionem. Noſtrorum quidam id præſeferunt, recte quidem, ſed præſeferunt tamen Euangeliſtas erraſſe, ſi à veritate hebraica, vt ipſi aiunt, diſcrepant. Ego longe ſecus puto lectionem hebræam ex veritate euangelica caſtigandam, & lectioni hebrææ ex hoc loco addendam generationem vnã, vt eſt in translatione Lxx quam expreſſit Lucas Euangeliſta, legendumque in lectione hebræa Arphaxad genuit Cainam, Cainam genuit Sale, dum hoc cum amiciſsimo viro, eoque perdocto cómunicarem aliquando, non vides, inquit, te aduerſari vulgatæ, & eam facere falſam, quæ expreſsit lectionem hebræam, quæ tantum præfert Arphaxad genuit Sale, & ſuppreſsit vnam generationem, quæ eſt apud Lxx, non enim dicit vulgata Arphaxad genuit Cainam, Cainam autem genuit Sale, ſed Arphaxad genuit Sale, præterita generatione Cainam, vnde apparet, in quibus falſam eſſe translationem Lxx quid de Euangeliſta dices, inquam? ſequitum eſſe Lxx, qui in hac parte, vt ſæpe, ſolent, à veritate Hebræa diſcrepauere. Ne iſtuc dixeris reſpondi, Spiritus S. ore Euangeliſtæ Lucæ eſt loquutus, nec ego aut quiſquam fidelis, qui ſapiat quum Lucam Euangeliſtam audit, Lucam Euangeliſtam tantum ſe putat audire, ſed Spiritum S. potius

potius ore Diui lucæ loquentem, alioqui humanis teſtimonijs noſtra fides niti diceretur non veritate prima, illam generationem adijcit Spiritus ſanctus, Arphaxad genuit Cainam. Illa igitur generatio lectioni hebrææ eſt addenda, falſa igitur erit, inquit ille, vulgata D. Hieronymi, apud quam deeſt illa generatio Arphaxad genuit Cainam? minime, veriſsima quoque eſt vulgata Diui Hieronymi, nam phraſis ſcripturæ eſt non rara, vt aui dicantur genuiſſe nepotes medijs, ſcilicet, parentibus, quod apparet ex illo quod diximus in illa verba, Ioram autem genuit Oziam. Saltem, inquit, defecta erit vulgata duobus tribuſve verbis: Iſtuc inquam concedamus neceſſe eſt, aut fateamur Apoſtolos & Euangeliſtas multa falſa citare quæ hebraice non ſunt contra canonem Diui Hieronymi, qui docet ex lectione Apoſtolica & Euangelica caſtigandã lectionem hebræam. Cur igitur, inquit, lectionem hebręam expreſsit, nec addidit hanc generationem quæ apud Lxx erat? quod ſcopus Diui Hieronymi erat exprimere latine hebræam lectionem, & addebat: nos noua cudimus non vt vetera deſtruamus, & docet idem Diuus ex vtraque translatione ſua, & Lxx virorũ veros eruendos ſcripturæ ſenſus. Nos ideò ſecundum librum hunc toti diſputationi præpoſuimus, vt ibi de hac re omnium veterum ſententiæ præſcriberentur, & alia omnia quæ ad hanc diſputationem ſpectarẽt, & vt oſtenderemus negligentia Iudaica ex hebræa lectione intercidiſſe multa quod fecimus ca. 64. & horum poſtremorum librorum, hic ſcopus eſt, vt oſtendamus Spiritum ſanctum in litteris Apoſtolicis & Euangelicis ſemper fere translationem Lxx citaſſe, & veluti ſcholijs quibuſdam ſæpe explanaſſe, vt videant fideles vtrum ea translatio ſit reijcienda, quam Spiritus ſanctus ſemper fere citat, quam citãt doctores omnes veteres, Græci & Latini, quos Spiritus ſanctus eccleſiæ ſuæ dedit, vt videant inquam fideles vtrum expediat hac reiecta & vulgata in Iudaicas interpretationes migrare, quas cum legeres, ſi in ſcriptura ſancta ſis verſatus, nouam quandam ſcripturam te legere intelligeres, nouam quandam legem & non eam quę à Deo lata ſit, vt dixi quod nouæ quædam translationes quæ vulgatam eneruant aut lectionem Apoſtolicam aut Euangelicam, de his enim loquor non de omnibus, nec de quibuſdã abſolutè, & in vniuerſũ, ſed in quibuſdã earum locis, in cæteris non item, non tã ſint trãslationes quam legis diuinæ mutationes. Hæc toties à me dicta ſunt, & repetita toties vt refellantur hi qui lectionem hebræam caſtigatiſsimam eſſe prædicant, adeò vt nec littera aut ſyllaba potuerit mutari, & noſtra ad illius normam eſſe caſtiganda, qua perſuaſione mihi videtur, nihil pernicioſius eſſe poſſe.

Lucæ 4. Eſaiæ 61.

Spiritus Domini ſuper me, propter quod vnxit me, &c. Vulg. 286.

רוּחַ אֲדֹנָי יְהוִה עָלָי יַעַן מָשַׁח יְהוָה אֹתִי Lectio hebræa.

Locus hic citatur iuxta translationẽ Lxx de qua in commentarijs in Eſaiam abunde dictũ eſt, & Eraſmus eſt refutatus.

Lucæ 4.

Non in ſolo pane viuit homo. Vulg.

Iuxta Lxx citatur hic locus, de quo dictum eſt in annotationibus in Matthæum.

Lucæ 4.

Dominum Deum tuum adorabis. Vulg.

Dictum eſt de hoc loco in annotationibus in Matthæum.

Lucæ 4.

Vulgata *Angelis ſuis mandauit de te,&c.*

DIximus in annotationibus in Matthæum hunc locum citatum, citatum eſſe iuxta tranſlationem Lxx, & adiecta ſunt alia.

Vulgat. *Non tentabis Dominum Deum tuum.*

IVxta Lxx citatus à Domino hic quoque locus eſt, vt dictum à nobis eſt in Diuum Matthæum.

Lucæ 7. Malachiæ 3.

Vulgata *Ecce ego mitto angelum meum,&c.*

DIctum de hoc loco in Matthæũ & in Marcum.

Lucæ 8.

Vulgat. *Puella ſurge.*

287. DIuus Hieronymus, vt dictum eſt, proponit aduerſarijs hunc nodũ quomodo cum hebraice dixerit Dominus, talatha cumi, id eſt, puella ſurge, vt hoc loco dicit Lucas, alij Euangeliſtę dixerunt: puella tibi dico ſurge, & non explicuit Hieronymus nodum morte pręuentus, quem de optimo genere interpretandi nexuerat, nos ſupra hunc nodum diſſoluimus, quod nõ neceſſe erat vt Euangeliſtæ hebraice referrent omnia verba quæ hebraice dixerit Dominus, & quando Euangeliſtæ ſcripſere Dominum dixiſſe, puella tibi dico ſurge, certũ eſt Dñm ita dixiſſe, ſi Lucas nõ retulit omnia verba, quid tum?

Lucæ 10. Deuteronomij 6.

Vulgata *Diliges Dominum Deum tuum,&c.*

Lectio hebræa. וְאָהַבְתָּ אֵת יְהוָה אֱלֹהֶיךָ . בְּכָל לְבָבְךָ

IVxta Lxx hæc citantur, vno verbo mutato in aliud, pars vero illá proximum ſicut te ipſum. Hebraice deeſt, ne putet quiſquam quidquid hebraice nõ eſt ex lectione eccleſiaſtica eſſe expungendum, ex euangelica lectione, hebręa lectio inquam eſt caſtiganda, & tyrannide Iudaica nos liberari æquum eſt, an quicquid Iudaica manu impia mutare volet militibus Chriſti pro lege habendum eſt?

Lucæ 10. Eſaiæ 33.

Qui vos ſpernit, me ſpernit. Vulga.

HIC Dominus verbis Eſaiæ loquitur iuxta tranſlationem Lxx veſit. ſ. quia præceſſerat illa vox, quæ exponens Dominus de ſe Deum ſe eſſe oſtendit, apud Eſaiam enim loquitur Deus, & illa quæ Deus loquitur de ſe, Chriſtus de ſe loquitur in Euangelio, & qui vos ſpernit, me ſpernit, & interpretatur locũ Eſaiæ.

Lucæ cap. 11.

In Beelzebub, principe dæmoniorum Vulgat. 288.

HOC nomen dupliciter dicitur Beelzebub, præfert noſtra vulgata princeps muſcarum, Græce ſemper nominatur Beelzebul, princeps huius habitaculi, quem Dominus appellaſſe videtur principem huius mundi, huius habitaculi, huius habitationis, quidam interpres, nec hoc nec illud, ſed Baalzabub diuiſim expreſsiſſe videtur trãſlationem Lxx viciatam, nos contenti ſimus Spiritus S. nomenclatura & interpretatione.

Lucæ 19.

Domus mea, domus orationis,&c. Vulg.

DE hoc loco dictum ſupra eſt.

Lucæ 20.

Vulgat. *Lapidem quem reprobauerunt, &c.*

DIctumque de hoc loco ſupra eſt.

Lucæ 20.

Vulg. *Dixit Dominus.*

DIctum abunde ſupra eſt.

Lucæ 22.

Vulg. *Et cum iniquis reputatus eſt.*

DIctum de hoc loco eſt.

EX DIVO IOANNE Euangeliſta.

Ioannis 1. Eſaiæ 40.

Vulg. 289. *Ego vox clamantis in deſerto.*

HIC locus non citatur ab Euangeliſta iuxta Lxx, quamuis ab omnibus alijs Euangeliſtis iuxta Lxx citetur, hoc maxime diſtat, quod Lxx edidere parate, Ioannes, dirigite. Diuus Hieronymus, parate, nihil horum nouis quibuſdam placuit, ſed complanate, atqui nihil magis proprius verbi hebræi, panu, quam quod Ioannes dixit, dirigite.

Ioannes I. Eſaiæ 53.

Vulg. 290. *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.*

DIxi Euangelium breuiationē eſſe legis & prophetarū, & ꝙ Eſaias cap. 53. plurimis verbis dicit, Ioannes in compendium redegit, inquiens, Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi, vt latina lectio præfert, vt præfert lectio græca: qui tollit peccata mundi, cum Eſaia magis cōgruit peccata mundi. Sed qui apud Eſaiā dicitur, quaſi agnus mãſuetus ab Ioanne Baptiſta, agnus dicitur: ſed huiuſmodi orationes docet Quintilianus, idē ſignificare, vt ſi de viro forti dixero, vt leo eſt, inquit, comparatio eſt, ſi vero dixero, leo eſt, metaphora.

Ioannis 2.

Vulg. 291. *In cana Galilææ.*

QVod video locū translationis Lxx conuitijs quorundā ſcriptorum noſtri temporis proſcindi præterire illū ſilentio nolui. D. Ioannes hoc habet vt innuat prophetias, & eas raro citet, hoc miraculū aquæ in vinū mutatæ, præſignificatū aiūt veteres patres illo Eſaiæ c. 9. iuxta translationē Lxx hoc primū velociter bibe velociter fac: quod hoc primū fecit Chriſtus Dñs miraculum, vt ait Euangeliſta, inquiens, hoc fecit initiū ſignorum Ieſus, dictum, aiunt hoc primū velociter bibe, &c. quod temporis momenti factum eſt, & temporis momenti allatum ad conuiuas ſtatim in hydrijs inſuſa aqua eſt. Sed hebraice non eſt vox illa bibe. Oſtendi lib. 2. c. 64. in hebræa lectione Iudaica negligentia deeſſe voces ex lectione hebræa, vt non temere veteres patres hunc locū de nuptijs factis in Cana Galilæę ſint interpretati, de quo plura diximus in commentarijs in Eſaiā & hoc probare videntur Euangeliſtæ, qui ſequentis prophetiæ faciunt, terra Zabulon & terra Nephtalim, vt præcedentia verba aliam prophetiam prædixiſſe ſit conſentaneum, quidā interpretes omnia hæc prophetæ Eſaiæ verba dilacerant Iudaica diſtinctione, & interpretatione, ita vt nec hęc quæ diximus ſignificent, nec ea quæ ipſi Euangeliſtæ nos ſignificare docent, ita nulla apud ipſos Euangeliſtarum habetur ratio. Si Iudæi apud nos agerent & in noſtra R.P. Chriſtiana liberè noſtra ſubuertere poſſent, non tam agerent licenter, nec tam audacter.

Ioannis 2. Pſalmo 68.

Vulgat. *Zelus domus tuæ comedit me.*

292.

Lectio hebræa. כִּי קִנְאַת בֵּיתְךָ אֲכָלָתְנִי

Lxx. ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ

Ioannes.

ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με

HIC locus citatur à Diuo Ioanne iuxta Lxx viros, & hoc aduerte pſalmos iuxta Lxx, quos hoc genus hominum inſectatur potiſsimum nunquã ab Apoſtolis & Euangeliſtis non citari, & adde abud interpretationem Apoſtolicam & Euangelicam pſalmorum de Chriſto ſemper ab huius notæ hominibus repudiari, probari nunquam, typice aiunt de Chriſto. Quid ſibi velit hæc reſponſio dictum ſupra eſt; & typice quędam de Chriſto eſſe dicta res nota eſt, quæ vero litteraliter de Chriſto ſunt dicta in pſalmis hæc omnia tollunt, hic quædam alius alia quaſi de compacto, ne ſi vnus omnia ſubuerteret res fieret palam & deprehenderentur inſidiæ, & poſtea ille alter mihi obijcit quod quæ peccet alter alteri crimini dem. Si incendiarij domos ſacras inflammaſſent, non liberarem culpa reliquorum hunc qui decem inflammaſſet tantũ ſacras ædes perſpicuum erat eodem animo fuiſſe implicatos incendiarios omnes. Nota tamen ab ipſo rerum euentu, Spiritum ſanctum Apoſtolos admonuiſſe verſum illum Dauidis de Chriſto eſſe prædictũ admonerique nos hoc loco ſicut & alijs multis ſcripturæ, ipſum rerum euentum eſſe optimum ſcripturæ interpretẽ. Ait enim Euangeliſta, poſtquam Dñs tẽplo exegit ementes & vendentes, recordati ſunt diſcipuli eius, quia ſcriptum eſt. Zelus domus tuę comedit me, & hoc eo dẽ canone admoneri deberẽt noſtri quidam nouarum rerũ amatores pſalmos noſtros, & translationẽ Lxx & ſanctorũ interpretationẽ, & Apoſtolorũ & Euangeliſtarum eſſe veriſsimã, quod rerum euentus euidens ea probat omnia, vt intelliges ex Auguſtino, Athanaſio, Euſebio, & alijs veteribus, Iudaica eſſe quod rerum euentus ipſa oſtendit falſa & cõmentitia.

Hæc quæ aiunt typico de Chriſto ad illa alludunt, quod Iudæi aunt cõtra ſuos Iudęos qui ad Chriſtum tranſeunt, ob inanes allegorias ad Chriſt. trãſijſſe.

Ioannis 6. Pſal. 77.

Panem de cælo dedit eis manducare. Volg.

293.

וּדְגַן שָׁמַיִם נָתַן לָמוֹ׃ Lectio hebræa.

ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς. Lxx.

Ioannes.

ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς φαγεῖν

HIC verſus pſalmi: Panem de cælo dedit eis manducare citatur à D. Ioanne iuxta translationem Lxx, nam illud verbum manducare quod à D. Ioanne videtur additũ, non eſt additum, ſed ſubauditum per Zeugma à ſuperiori, ſed hæc res minutula eſt, illud maioris ponderis quod hebraice non eſt. Panem de cælo dedit eis, ſed frumentũ de cælo dedit eis. Vnde quidam interpres triticum cæleſte dedit eis, & pro eo quod ſequitur, panem Angelorum manducauit homo, panem fortiũ comedit vir. Quę tãdem huius interpretis hic culpa eſt? fortaſſe in hac parte habet excuſationẽ. Sed quid pro litteris Euangelicis reſpondemus. Defenſere certe non eget ſpiritus ſ. tamen lib. huius operis. 2. cap. 64. Oſtendimus Iudæos tenuiſſe memoria ſcripturam, & eas plærunq; deſcripſiſſe memoriter, & ita plærunque verbum pro verbo mutaſſe & orationes pro orationibus oblitos plærunq; orationis illud ca. 64. tot tibi exẽpla ſuppeditabit vt te capiat ſatietas, & nõ miraberis in hoc verſu pſalmi pro pane poſitũ eſſe frumentũ pro angelorum poſitum eſſe fortium: teſtimonijs quoq; Rabinorũ commõſtrauimus hoc non raro fieri ſolere à Rabinis, vt verba pro verbis mutent, quæ ne repeterentur millies eo in libro fuſe & late ſunt poſita. Sed Domini teſtimonio & eius ſpritus hæc ita

ita defenduntur, vt non egeant alio patrono, en à Iudæis tempore Chriſti ita citantur panem angelorum manducauit homo, & panem de cælo dedit eis, nec id ſolum, ſed Chriſtus Dominus Iudæorum ſermonem excipit & probat, ſenſum reprehendens, ait enim. Moyſes dedit vobis panem de cælo, ſed pater meus dat vobis panem de cælo verũ, panis enim Dei eſt qui de cælo deſcendit, & dat vitam mundo, & infra: Ego ſum panis vitæ, & infra: Hic eſt panis qui de cælo deſcendit, & panis, & alimentum ſpirituum cæleſtium Deus eſt, vt docet etiam Plato de legibus libro 7. vt etiam philoſophorum ſententia, panis hic panis Angelorum dicatur. Scio etiã Chriſtum frumentum dici, tamen hoc loco & alijs valeat canon ille præſcriptus à Diuo Hieronymo, & ab Euſebio ex locis Apoſtolicis & Euangelicis caſtigandam eſſe lectionem hebræam. Veritas enim eſt Chriſtus & eius ſpiritus, Chriſtus porrò & eius ſpiritus dictat ſcripturam, veritas igitur eſt, quod à Chriſto & ei⁹ ſpiritu dictatur, & regula qua omnia ſunt dirigenda.

Ioannis 6. Pſal. 77.

Vulg. 294 *Et pluit illis manna ad manducandum, & panem de cælo dedit eis.*

Lectio hebræa. וַיַּמְטֵר עֲלֵיהֶם מָן לֶאֱכֹל וּדְגַן שָׁמַיִם נָתַן לָמוֹ׃

ET pluit illis manna ad manducandum, principium verſiculi ſupra citati eſt, & quoniam in hoc cap. 6. Ioannis de manna multa fit mentio de ea voce aliquid dicendum eſt. Nulla enim pars R. P. Chriſtianæ eſt quam non attentent noſtrarum rerum obtrectatores, & non oppugnent. Nam quid ego dicam Lxx viros manna vertiſſe, & nos monſtraſſe ſecundo huius operis libro Iudæos antiquiſſimos Ioſephum & Philonem ita legiſſe & pronuntiaſſe, ſuos enim Rabinos illis longe & multũ anteponunt, non quod doctiores ſint, ſunt enim ſcrutarij & veteramentarij ſutores pelliones Ioſephus & Philon Iudæorum antiquorum longe doctiſsimi, ſed quod recẽtes Rabini Chriſtiano nomini ſunt longe infeſtiores, en quod noſtris magnum pudorem incutere deberet, ſuos Rabinos anteponunt Domino, & Euangeliſtis, & Spiritui ſancto, qui in Euangeliſtis loquutus eſt, man, proferunt, non manna, cum Apoſtolicis litteris & Euãgelicis, ita Diuus Hieronymus in ſua vulgata pronuntiat, nec id inquiunt reprehendere eſt tutũ non reprehendo, quod fecit Hieronymus, quod vos facitis reprehendo. Hieronymus nanque in ſua vulgata, man, protulit, & manna, quod parui referre putabat, hoc Iudæis largiri vt diceretur quoque man, noſtri quidã reiecta dictione Apoſtolica, & Euangelica, Eccleſiaſtica, quæ eadem Lxx ſeniorum eſt, Iudaice ſemper pronuntiant, man, Dominus ergo emendatur, & emendantur eius Apoſtoli & Euangeliſtæ, en cur noſtri pſalmi repudientur, nec repudientur ſolum, ſed falſitatis accuſentur, quod ab Euangeliſtis & Apoſtolis citentur, quod Chriſti ſemper ſonant myſteria, quod arguunt furta Iudaica, nulla enim ſcripturæ pars à Iudæis & à quibuſdam nouitatis amatoribus tantopere vitiata eſt, quam à Iudæis ſunt pſalmi vitiati, & tamẽ verſi pſalmi iuxta Iudaicas fallacias, iuxta hebraicam veritatem tranſlati dicuntur, atqui hebraice man, eſt, inquiunt, iuxta Iudæos impios, ita eſt, nam monſtratum eſt vt dixi li. 2. Ioſephum Iudæum, & Iudæum quoque Philonem, quoties huius vocis meminere, manna, pronuntiaſſe, & Ieſum filium Sirach. Monſtratum quoque eſt puncta Iudæos addidiſſe ſcripturæ Iudaice Lxx viros tribus ſæculis ante aduentum Domini addidiſſe ſcripturæ puncta Chriſtianè, ſi no-

Attẽde cur veritas hebraica appelletur id quod perfidia Iudaica eſt vitiatis litteris, & ſyllabis, & peruerſa interpretatione & noſtrarum rerum refutatione.

noſtros quoſdam iuuat Iudaica puncta Iudaicas interpretationes ſequi, eaſque legentibus quanta maxima vi poſſunt perſuadere, mea quidem ſententia vnus reſtat gradus vt perſuadeant Iudaiſmũ, Chriſtiana religione relicta. Ergo Lxx hoc Pſalmo 77. manna pronunciant, Euangeliſta quoque manna hoc loco centies repetit, & Diuus Paulus ad Hebræos ca.9. vrna aurea habens manna, & Apocalypſeos cap.2. Vincenti dabo, manna abſconditum, ſed negant Iudæi & eorum aſſeclæ hebraice eſſe manna ſed man, hebræa lectio, vt docuimus ex Diuo Hieronymo, etiam temporibus Diui Hieronymi puncta non habebat, lector pro arbitrio addebat, & olim in fine huius dictionis, veteres addebant punctum, a, & ita proferebant manna, Iudæi vt nos ab hebræa lectione diſcrepare videremur detraxere punctum poſtremum, a, & ita dixere, man, & nos Iudaicis prolationibus & nomenclaturis aſſueſcere iubemur. Sed nos quando ita opus eſt Iudæis iudicibus hoc hominũ genus reuincamus, Ioſephus lib.3. de antiquitate c.1. Appellãt hebræi eſcã hanc manna, & quod Iudaizantes tectè negant noſtram vulgatam verſam fideliter Exodi cap.16. quod cum vidiſſent filij Iſrael, dixerunt ad inuicem, man hu, quod ſignificat, quid eſt hoc? & vertendum contendunt, man hu, donum hoc, refellit hoc quoque eodem loco Ioſephus Iudæus, inquiens, man enim interrogatio eſt noſtra lingua quid hoc eſt interrogans, in eadem ſententia eſt Philon Iudæus, in fine libri de exulibus. Noſtra igitur probant hi Iudæi antiquiſſimi fraudes damnant Iudaicas. Manna porro donum latine ſonat, à verbo mãna, illud, ſcilicet, promiſſum ab æterno patre futurum, vt daret nobis verbum incarnatum, cuius typus erat manna, quod hoc loco declarat Dominus: Non dedit vobis Moyſes panem de cælo, ſed figuram illius panis, ſcilicet, quod ſignificant verba ſequentia, ſed pater meus dat vobis panem de cęlo verum: Ego ſum panis viuus qui de cælo deſcendi.

Ioannis 6. Eſaiæ 54.

Et erunt omnes docibiles Dei. Vulgat. 295.

וְכָל בָּנַיִךְ לִמּוּדֵי יְהוָה Lectio hebræa.

καὶ πάντας τοὺς υἱούς σου, τοὺς διδακτοὺς τοῦ θεοῦ. Lxx.

Ioannes.

καὶ ἔσονται πάντες διδακτοὶ τοῦ θεοῦ.

DIximus in commentarijs in hunc locum Eſaiæ doceri nos à Domino idem hanc prophetiam ſignificari quod ſignificatur illo dicto Domini, nemo venit ad me niſi pater meus traxerit eum, & hanc orationẽ feciſſe Lxx & Diuus Hieron. pendere à ſuperioribus Ioannem Euangeliſtam feciſſe initium orationis & finem, ſed hoc & illo modo ſignificatur idem.

Ioannis ſeptimo.

Si quis ſitit veniat ad me, qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Vulg. 296.

הוֹי כָּל צָמֵא לְכוּ לַמַּיִם וַאֲשֶׁר אֵין לוֹ
כָּסֶף לְכוּ שִׁבְרוּ וֶאֱכֹלוּ וּלְכוּ שִׁבְרוּ
בְּלוֹא כֶסֶף וּבְלוֹא מְחִיר יַיִן וְחָלָב׃
Lectio hebræa.

MVltum in hoc loco laborat Diuus Hieronymus, & multis locis quærens, vbi iuxta Lxx in prophetis reperiatur: flumina de ventre eius fluãt aquæ viuæ, quaſi monſtraturus ipſe locum in hebræa lectione vbi in prophetis ſit hic locus, nec monſtrauit vnquã, nec eſt quiſquã mõſtraturus. Et multa oſtendimus huius generis eſſe, quæ aut malitia Iudaica, aut Iudaica negligentia

gligentia ex lectione hebræa intercidere, vt mirandum non ſit ſi intercideriit hic locus ex Prophetarum libris, vt quædam alia nos docet idem Diuus malitia Iudaica ex ſcriptura eſſe eraſa. Cur ergo de hoc loco, inquies, non idem dixit hic Diuus, putauit ſe in lectione hebræa hunc locum eſſe inuenturum, & quantum habeo perſuaſum fruſtra operam ſumpſit. Docuit nos quoque Chryſoſtomus, vt diximus lib. 2. negligentia Iudaica multa quoque ex græca lectione excidiſſe, idque re ita eſſe oſtendimus eodem lib. 2. ca. 64. vt refutentur hi qui hebręam lectionem caſtigatiſsimã eſſe prædicant, vt nec deſit punctum, nec apex, nec littera, & noſtra paſsim vitio librariorum eſſe corrupta. Quid ergo Dominus falſa teſtimonia ſcripturæ citat? & Dominus falſarius eſt? qui de ſe dixerat: Ego ſum via veritas & vita? nec de hoc loco dico tantum, ſed de alijs omnibus quæ citantur à Domino, nec in ſcriptura ſacra reperiuntur, quod vel à Iudæis ex ſcriptura ſint expuncta, quibus cauſis dictum eſt, vel Iudaica excide rint negligentia ex ſcriptura ſancta, & ideo libro ſecundo multa huius generis oſtendi ex D. Hieronymo & alijs patribus, & ex rebus ſcriptis hebraicè verbis eiſdem duobus locis, vbi quędã in vna parte ſunt quæ deſunt alibi, vt cùm Chriſtus qui eſt ipſa veritas teſtimonia Prophetarum citet, & in ſcriptura non reperiantur, nec iuxta tranſlationem Lxx quam caſtigatam diximus non raro aut vitiatam potius ad exemplum lectionis hebrææ, liqueat ex eo numero ea eſſe quæ fraudes Iudaicæ vitiauerint. Quanquam hic locus fortaſſe intelligi poſſet, ſic de cap. 55. Eſaię, vt Dominus dicat: Omnes ſitientes venite ad aquas, & Dominus hanc prophetiam breuiarit & interpretatus ſit, ſi quis ſitit veniat ad me; & bibat credens in me, interpretatur enim quomodo ad aquas Spiritus ſancti accedamus credendo in Chriſtum, ſcilicet. Et ita Dominus dixit; Si quis ſitit veniat ad me & bibat credens in me, ſcilicet, ſic enim græce eſt, idem eſt, qui credit in me, ſed planius credens in me. Deinde ſicut dicit ſcriptura, vt illic apponatur diſtinctio, Eſaiæ, ſcilicet, capite. 55. Deinde nouo principio: flumina de ventre eius fluent, ſint verba Domini dixi in cõmentarijs, ſic Chryſoſtomus, hunc locum videri interpretatum.

Silohe. 2971

FRuſtra in lexicis quibuſdã hebræis hanc vocem quæres: ita noſtra omnia ſilentio prætereunt, nomen proprium eſt, inquiunt, nec propria nominainterpretatione indigent. Diſces ex Grigentio Iudæos auerſari, & execrari noſtrorum interpretationes nominum quas Etymologias & allegorias vocant, quaſi vetus teſtamentum non interpretetur plurimas nominum Etymologias, & Deus ipſe non eas explicet noſq; eas doceat interpretari. Sed quod noſtri Iudæorum nominum Etymologijs ſolent premere, ideo Iudęi & eorum amatores eas auerſantur. Silohe ergo Euangeliſta ſignificare ait miſſum, vt Chriſtum ſignificet qui miſſus à Patre eſt, ſed & hoc oppugnant quoque, fuere enim qui negent has nominum interpretationes quas in litteris Apoſtolicis & Euangelicis videmus ab Apoſtolis & Euangeliſtis ſcriptas, ſed additas à neſcio quibus. Hoc Manichæi & alij hæretici dicere ſolebant vitiatas litteras Apoſtolicas, & Euangelicas, litteræ Apoſtolicæ & Euãgelicæ per manus Pontificum ſibi inuicem ſuccedentium vt ait Auguſtinus ad noſtra vſque tempora deſcenderunt legitimæ & incorruptæ abſque vlla falſitate, quod ait Irenæus. Sed nulla pars ſcripturæ eſt quam non quidam lacerare conentur. Alij Silohe vocem actiuam eſſe aiunt, & non poſſe ſignificare miſſum, verba huius coniugationis etiã actiuè paſsionem ſignificant, vt Silohe miſſum ſignificet, & mittẽtẽ, iuxta illud: Sic miſit me pater ita ego mitto vos.

Ioannes.10. Pſal.81.

Vulg. 298. *Nonne ſcriptum eſt in lege veſtra, quia ego dixi dij eſtis.*

Lectio hebræa. אֲנִי אָמַרְתִּי אֱלֹהִים אַתֶּם

Lxx. ἐγὼ εἶπα θεοί ἐστε.

Ioannes.

ἐγὼ εἶπα θεοί ἐστε.

HIc pauxillum immutatũ videtur ab his quibus placent Iudaica tũ in littera tum in interpretatione Lxx. Ego dixi dij eſtis, Et Diuus Ioannes. Ego dixi dij eſtis, noui quidam tranſlatores, nec enim omnes damno ſed qui vulgatam eneruant aut lectionẽ Apoſtolicã & Euangelicam. Ego dixeram, quaſi Dei ſit mutata ſententia. Dixit Dominus, aiunt, de fidelibus dij eſtis, ſed hæc ſentẽtia tàm de fidelibus quàm de alijs mutatis ſententia eſt. Videntur etiam Iudæi hæc tantum Iudicibus accommodare quod, Elohim, aiunt ſignificat Iudices, noſtri hoc de omnibus fidelibus videntur interpretari, ſi qui ſiue Iudices ſiue alij ſe hinc ſubduxerint ſua culpa peribunt, nec minuitur aut mutatur Dei ſententia. Solebant quidam obijcere: Quid iuuat tantus hic labor redemptionis generis humani infinita hominum multitudo Iudæorum, Maurorum, infidelium Barbarorum perit, quid iuuat ergo Deũ naturam humanam aſſumpſiſſe, & genus humanum redemiſſe hanc hæretici interrogationem Diuus excepit riſu, legiſti, inquiens, in Apocalypſi ex tribu Zabulon duodecim millia ſignati, Ex tribu Aſſer duodecim millia ſignati &c. Poſt hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, tribubus, & populis, en ille fructus paſsionis Chriſti eſt ſplendens & micans in cœleſti Hieruſalem ſplendidius ſole, quid quæſo illis nocet quod damnentur infideles, En cœlum beatis micat vndique ſanctorũ fulgore æquè atque Angelorum ſplendore ille paſsionis Chriſti, & redemptionis generis humani fructus eſt, ſi reprobi damnantur, ad gloriam Dei pertinet, vt mali vindicentur, Itaque Dei diſpoſitio non mutatur, Dixit Deus dij eſtis vos, quia dedit illis poteſtatem filios Dei fieri, & fecit eos Dei filios adoptiuos, quia eos traxit ad Chriſtum tàm Iudices quàm alios, nec hoc loco, Elohim, Iudices ſignificat, qui autem Iudices malefaciendo ſiue alio quocunque modo ſe hinc ſubduxerint ſicut homines morientur morte æterna victuri vita ſempiterna ſi perſtitiſſent filij Dei eſſe, vt cœperãt ad fidem à Deo tracti ſi ad vitia deflexere, ſua culpa decidere ex illa tanta dignitate filiorum Dei.

Ioannes. 12.

Accepit libram vnguenti Nardi piſticæ Vulgat. 299.

DE hoc loco dictũ ſupra eſt, Adde ſi vis & illud fidem eſſe & libram ad iuſtitiam pertinere, Nam in litteris Euangelicis ſenſum eſſe ſpiritalem nemo eſt ex fidelium numero qui inficietur, ſed hæc apud Doctores ſacros leget qui volet addat & illud quod ſcribit Origenes Homilia.2.in Canticum Canticorum: Sponſa, inquit, ad ſponſum ingreſſa eum vnxit, & Nardus quæ odorẽ non dederit, tunc odorem ſuum dedit quum corpus contigit ſponſi, vt non tàm ſponſus odorem traxerit ex Nardo, quam Nardus ex corpore ſponſi, & quod lectio hebręa verti poteſt. Nardus mea dedit odorem ſuum & odorẽ eius ſiue ipſius, vt reddidere Lxx magis planè ſignificatur Nardum reddidiſſe odorem ſponſi, vt vnguentum Nardi reddiderit odorem ipſius Nardi, ſed etiam ſponſi cœleſtis odorem Chriſti, ſcilicet, qui vnguentum Angelorum eſt, qui

cœlum

cœlum proprio replet odore ſuauiſſimo. Nardus ergo veluti ſuperato naturali odore præ fragantia odoris ſponſi, ipſius ſponſi ſuauitatem & fragrantiam ad me detulit.

Ioannis. 12.

Vulgata 300 *Noli timere filia Sion &c.*

DIctũ de hoc loco ſupra eſt coagmẽtatum eſſe ex duabus prophetijs, ex Eſaia. 62. & ex Zacharia. 9.

Ioannis. 12. Eſaiæ. 53.

Vulgat. 301. *Domine quis credidit auditui noſtro, &c.*

Lxx. κύριε τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν καὶ ὁ βραχίων κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη.

Ioannes.

κύριε τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν καὶ ὁ βραχίων τοῦ κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη.

IVxta trãſlationem Lxx vbi verbum eſt quod non eſt in lectione hebræa, de quo in Commentarijs in hũc locum multa diximus.

Ioannis. 12. Eſaiæ. 6.

Vulgata 302. *Excæcauit oculos eorum.*

Lxx. ἵνα μὴ ἴδωσι, τοῖς ὀφθαλμοῖς καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀκούσωσι καὶ καρδίᾳ συνῶσι καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσομαι αὐτούς.

Ioannes.

ἵνα μὴ ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ νοήσωσι τῇ καρδίᾳ καὶ ἐπιστραφῶσι καὶ ἰάσωμαι αὐτούς.

DE hoc loco dictum eſt abunde in Commentarijs in hũc locum, & illud imprimis notandum in omnibus Euangeliſtis in prima perſona dici, & ſanem eos, hebraicè in tertia, & primam partem prophetiæ breuiant. D. Ioannes iuxta morem Euangeliſtarum cætera iuxta Lxx citat: omittit tamen quædam media vt Euangeliſtis quoque facere moris eſt.

Ioannis. 15. Pſal. 34.

Vulgata 303. *Odio habuerunt me gratis.*

Lectio hebræa. שׂנְאַי חִנָּם

Lxx. οἱ μισοῦντές με δωρεάν.

Ioannes.

ὅτι ἐμίσησάν με δωρεάν.

CItatur hic locus iuxta tranſlationem Lxx. Sed de Dauide explanatur ab omnibus aduerſarijs; ita vt nullus Pſalmus qui de Chriſto citetur ab Euangeliſtis explanetur de Chriſto litteraliter, ſed de Dauide: typice aiunt de Chriſto, vt legentibus dentur verba, & vt ſenſus litteralis penes ſynagogam impiam ſit, ſpiritalis & allegorius tantum ſit in Eccleſia, litteralis ſenſus in Eccleſia non ſit.

Ioannis. 13. Pſal. 40.

Vulgata 304. *Qui manducat mecum panem leuauit, &c.*

Lectio hebræa. אוֹכֵל לַחְמִי הִגְדִּיל עָלַי עָקֵב׃

Lxx. ὁ ἐσθίων ἄρτους μετ᾽ ἐμοῦ, ἐμεγάλυνεν ἐπ᾽ ἐμὲ πτερνισμόν.

Ioannes.

ὁ τρώγων μετ᾽ ἐμοῦ ἄρτον ἐπῆρεν ἐπ᾽ ἐμὲ τὴν πτέρναν αὐτοῦ.

ADuerſarijs hoc de Dauide interpretantur, & omnes locos quos ipſe Dñs de ſe explanat quoſque Apoſtoli & Euangeliſtæ ad Chriſtum referunt, Iudæi & Iudaizantes de Dauide interpretantur.

Eſaiæ 8.& Eſaiæ 34. Ioannis 17.& 18.

Vulgat. *Quos dediſti mihi cuſtodiui.*

305. Lectio hebræa. הִנֵּה אָנֹכִי וְהַיְלָדִים אֲשֶׁר נָתַן־לִי יְהוָה

Citat ſcripturam, verba non citat, quæ ſunt cap.8.Eſaiæ, Ego & pueri mei quos dediſti mihi,& ca.34.in fine vt dictum eſt,& in commentarijs in 4. prophetas minores,& in fine libri primi Apologetici, vbi quidam hunc locum de filijs Eſaiæ interpretatur,ſed ex occaſione huius loci in mentem venit reſpódere aduerſariorum obiectationi, quæ mihi fit & eam diluerem.

Vulg. 306. *Quod ſint qui putent me non præſtare quod in huius operis exorſu ſum pollicitus cùm dixi Iudæos corrumpere ferè omnes locos quos Chriſtus Dominus,& Apoſtoli,& Euangeliſtæ ex veteri teſtamento citant.*

Quod non oſtendo omnes locos ex pſalmis & pleroſque ex prophetis aliqua Iudaica fraude vitiatos putāt quidam me non præſtitiſſe id quod à principio promiſeram me commonſtraturum vitiatos à Iudæis, locos fere omnes ex veteri teſtamento à Chriſto Domino,& ab eius Apoſtolis & Euangeliſtis citatos,nec repetunt memoria me admonuiſſe ex veteribus patribus duplici arte vſos Iudæos, vt noſtra ſubuertāt παραγραφῇ, id eſt, falſa ſcriptione cum vitiant litteras aut ſyllabas,cum mutāt puncta,cum mutāt diſtinctioné,& cum ſimiles adhibent fallacias,de quibus totus liber ſecundus eſt conflatus. Nec intra hos dolos ſe continent Iudæi, nam quæ falſa interpretatione auertere à Chriſto poſſunt,& alio conuertere non vitiant manu, id eſt,falſa ſcriptione, ſed παραδιηγήσει id eſt, falſa interpretatione corrumpunt,& hoc genus corrumpendi ſacras litteras multo multoque peius mihi eſſe videtur, quam quod fit manu vitiata ſcriptura, non tamen inficior pleraque ſenſu allegorico dicta eſſe de Chriſto & ſpiritali,ſed Chriſtum & apoſtolos & euangeliſtas firmiſsima citaſſe ſcripturæ teſtimonia res eſt confeſſa,nihilo ſecius tamen quædam citata allegorice non ibo inficias: citatos tamen allegorice omnes pſalmos & plurimos prophetarum locos hæreſis fuit olim damnata apud veteres,& vera ſit illa obiectio quæ nobis fit à Iudæis, apud Origenem contra Celſum,quod Chriſto crediderimus propter inanes allegorias,ſic enim eas appellant Iudæi. Illud tamen poſtremum mihi perſuadet hoc corrumpendæ ſcripturæ genus multo multoq; peius eſſe quam illud quo manu, id eſt falſa ſcriptione corrumpitur ſcriptura, nam cum Iudæi aliter interpretantur locos pſalmorum omnes & locos fere prophetarum citatos à Domino & ab Apoſtolis & Euangeliſtis, & à ſacris doctoribus quid aliud quam ignorantes Apoſtolos faciunt & Euang.& innuunt citare quæ non intelligunt,& ſacros doctores ignorare quæ dicāt, atqui Iudæos Iudaizantes ſequuntur vno illo differūt, quod addunt typice de Chriſto,id eſt ſpiritaliter,vt fallant alioqui ardentiſsimū incurrerent rogum. Nihil ne intellexit Chriſtus eorum quæ citauit ex veteri teſtamento? nihil eius Apoſtoli? nihil Euāgeliſtæ? alioqui excute tu omnes, locos citatos ab Apoſtolis & Euangeliſtis, nullum fere repereris quem ita interpretentur noſtri Iudaizantes, vnde innuūt ſenſum litteralem in eccleſia non eſſe, ſed ex ſynagoga repetendum.

Qui typice locos ſcripturæ interpretantur quos dñs & ſui interpretantur litteraliter de ſe cum Iudæis colludūt qui ob inanes allegorias Chriſto domino crediđiſſe querebantur.

Ioann. 13. Pſal. 40.

Qui manducat mecum panem, leuauit contra me calcaneum ſuum. Vulg.

אוֹכֵל לַחְמִי הִגְדִּיל עָלַי עָקֵב Lectio hebræa.

ὁ ἐσθίων ἄρτους μου ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν. LXX.

Ioannes.

ὁ τρώγων μετ' ἐμοῦ τὸν ἄρτον ἐπῆρεν ἐπ' ἐμὲ τὴν πτέρναν αὐτοῦ.

Hoc eſt quod apud Orig. lib. 3. contra Celſum Iudæi clamãt ſuos Iudęos ob inanes allegorias ad Chriſtũ veniſſe: & Deũ verũ, & ſuos prophetas deſeruiſſe, & ita nihil de Chriſto litteraliter interpretátur. Dicere contenti, typice de Chriſto.

ORigenes in Ioannem græce húc locum ait non citatum ad verbũ ex lectione hebræa, nec ex translatione Lxx factam tamen eius paraphraſin à Diuo Ioanne. Nota tamen quorundam impudentiam, nec hunc locum, nec vllum alium pſalmorum quem Apoſtoli aut Euangeliſtæ de Chriſto & Apoſtolis interpretantur; ad Chriſtum referunt ipſi, ſed ad Dauidem illa reſponſione nobis facere ſatis poſtulant quod aiunt typice ad Chriſtum, de qua reſponſione dictum à nobis abunde eſt, ergo nihil litteraliter de Chriſto dictum eſt in pſalmis, quod aiebant Manichæi. Sed negãt me eſſe ferendum, qui omnia de Chriſto interpreter nunquam factum reperiet quiſquam vt omnia de Chriſto interpreter litteraliter quæ ego de Chriſto interpreter iuxta ſanctorum ſententiam interpretor, & mõſtro lectionem Hebræam hoc pręſeferre, & græcam & vulgatam ſanctos arguant palam, non me licet illos ſequi quos libet, mihi ſanctorum me profiteri aſsiduum comitem liceat, & illorum ſententiam oſtendere litteralem, non allegoricam, aliquos ex ſanctorum numero interpretari hæc allegorice & typice.

Vulgat. *De tribus negationibus Petri.*

AVguſtinus conuitijs meo iudicio non vulgaribus inceſsitur ab Eraſmo immerito; atque adeo immeritiſsimo quod non dixerit nugas quas ipſe Eraſmus de ſuo comminiſcitur vt tres illæ negationes Petri in vno loco factæ fuerint, & fieri potuiſſe dicat, ſi ſciſſet Auguſt. grammaticæ regulã, quã Grammatiſtæ inſtituere ſolent pueros ſeptuennes, quæ huiuſmodi eſt, à me venio, id eſt, venio à domo mea & venio à te, hoc eſt, venio ex domo tua, & cætera id genus hoc ſi ſciſſet Auguſt. inquit Eraſmus poſſet facere vt tres hæ negationes Diui Petri vno in loco eſſent factæ, vide quomodo Auguſtinũ tractet homo pius ad pueriles Grammaticæ canones Auguſtinum Chriſtianæ Reip. lumen ſi Deo placet vocat vt ſi Auguſtinum Eraſmi tempora tuliſſent & Eraſmo voluiſſet eſſe morigerus in hæreſin incideret, ſed de Auguſtino dicere finem faciamus de re ipſa dicamus, quando Auguſtinum ad Grammaticorum regulas reuocare, & hoc prætextu illum vocare ad hæreſin maxime iniurium eſt.

Tres negationes Petri ponuntur quidem à D. Matthæo vt reuera fuerũt, nec cætera Euangeliſtis ſunt curæ dum vera Euangelijs prodant & narrent. Ioannis Euangeliſtæ hic mos fuit, vt quæ omiſſa ab alijs Euangeliſtis fuerint, addat ipſe, & ita cum Euangeliſta alter ſcripſerit ter negatum eſſe à Petro Dominum adiecit negaſſe quidem ter Petrum Dominum ipſum, vt prædixerat ipſe Dominus, Amen amen dico tibi, quod hac nocte priuſquam gallus cantet ter me negabis, tamen primum apud Anam negatum à Petro Dominum fuiſſe, deinde ad Caypham miſſum Dominum, ibidẽ negatum Dominum à Petro bis fuiſſe, quę hæreſis eſt manifeſta cum Euangelium Ioannis mutare contendit & vitiare, vt omnes tres negationes ab vno euangeliſta ſcriptæ eſſe dicantur, ità Euangeliũ Matthæi & Ioannis Euangelium vitiare contendit idque vna Grammaticorum regula tam facile putat Euangeliſtas caſtigare & mutare eorum ſententias, vt non ſat ſit crimen lapſus memoriæ & erroris Euangeliſtis impingere niſi cætera omnia crimina impingat eiſdẽ idque per Grammatiſtarum regulas, certe ſi animum aduertas, Grammaticus apud Eraſmum maioris dignitatis erit, quam vel doctiſsimus Theologus: age ſi ſtaretur iuxta illum canonem Grammatiſtarum fieret illud quod putat Eraſmus vt tres negationes ab vno Euangeliſta eſſent conſcriptæ, minime quidem, ſed ridi-

ridicula eſſent quæ dicerentur, adde tu, quod ſcribit Origenes in veteri teſtamento corrigi multa poſſent eis rationibus quas in noſtro Apologetico ſcripſimus: euangelium vero attentare nefas maximum eſſe, nec cuiquam attentandum.

Ioannis 15. Pſal. 34.

Vulg. *Quia odio habuerunt me gratis.*

308. Lectio hebræa. שֹׂנְאַי חִנָּם

Lxx. οἱ μισοῦντές με δωρεάν

Ioannes.

ὅτι ἐμίσησάν με δωρεάν

HAEC citat Dominus apud Ioannem de ſe, & tamen Iudæi ad Dauidem & Saulem referunt contempto Domino.

Ioannis 17. Pſal. 108.

Vulgat. *Et nemo ex eis perijt niſi filius perditio*
309. *nis, vt ſcriptura adimpleretur.*

Pſalm. 18.

ORigenes contra Celſum de Iuda proditore plane & perſpicue ſcriptum ait & interpretatur, & Diuus Hieronymus & alij patres. Sed Ioannes tam perſpicuam eſſe oſtēdit, vt cū de Iuda proditore hiſtoriam narraret ſubiecerit, vt adimpleretur ſcriptura, nec locum ſcripturæ ſignauerit, quod planum eſſet totum illum pſalmum ea de re eſſe conſcriptum. Quidam ex noſtris Iudaice de Doeg Idumæo, alijſq; nugis interpretantur, ſi hoc non ſit noſtram fidem refutare & refellere quid id ſit neſcio.

Ioannis 18. Eſaiæ 8.

Vulg. *Vt impleretur ſermo, quia quos dediſti*
310. *mihi non perdidi ex eis quenquam.*

DIuus Ioannes ſignat locos ſcripturæ, nec eos citat innuiſſe contentum, tanquam iam cum peritioribus agat, & quod Eſaias dixerat: Ecce ego & pueri quos dedit mihi Deus citat planius, quia quos dediſti mihi non perdidi ex eis quenquā, nam Iudas ille ſe perdiderat & de illo totus pſalmus erat conſcriptus centeſimus octauus, & quadrageſimus. Fortaſſe verbis ſuis explicauit Euangeliſta, quod obſcure dictū erat in fine cap. 34. vt in commentarijs in Eſaiam diximus.

Trans torrentem Cedron. Vulg. 311.

ACcuſatur recte Euangeliſta quod ſcripſerat cap. 18. egreſſus eſt Ieſus trans torrentem Cedron, græce quidem qua lingua ſcripſit Euangeliſta, κέδρων caſu patrio cedrorum, & hunc torrentem aiunt cedron appellari, non quod ſit cedrorum, ſed quod cedron obtenebratum obſcurum ſignificet, & hoc nomen eſſe torrentis illius in ſacris litteris, id ita eſſe fateor & controuerſia nobis erit cum Iudæis de accentu vtrum dicendum ſit cedron accentu in poſteriori ſyllaba & caſtigandi ſint Græci, qui ſcribunt & proferunt cedron in patrio caſu accentu in priori cedrorū. Sed Ioannes Euangeliſta torrentem nomine declarat cedron, id eſt, obtenebratum, vel opacum, vt eccleſiæ magiſter declarat & cauſam reddit cur hoc nomine appellaretur obtenebratus vel opacus, quod cedrorum quæ plurimi illā viam circunſtabant, comis erat opacus, & ob eam cauſam græce κέδρων, id eſt, cedrorum ſcripſit in torrente cedrorum vmbra opace, quanquam Ioſephus de bello Iudaico libro. 1. in fine. 8. capitis κέδρων nominat indeclinabile & vallem profundam eſſe ait, quæ diſterminat Hieruſalem à monte Oliueti, vt de accentu inter græcos & latinos fortaſſe ſit diſcrimen, & Ioſephus Iudæus facit,

vt mihi prolatio latina placeat magis, nã orthographa eadẽ eſt in litteris Euangelicis, & in Ioſepho, ſed in Ioſepho accentus indicat eſſe nomen indeclinabile, & idem Ioſephus addit cauſam, cur opacus ſit ille torrens, quod ab ortu ſolis eſt mons Oliueti altus, & ipſe torrens eſt in valle profũda, ſed in meridie quoque opacus torrens ille erat coma cedrorum fortaſſe quæ illis locis plurimæ erant.

Ioannis 19.

Vulg. 312. *Ieſus Nazarænus Rex Iudæorum.*

DIctum ſupra eſt eſſe qui audeant contra Euangelica ſcripta, negare Chriſtum Dominum appellatum eſſe Nazarenum, aut Nazoreum, vtroque enim modo græce dicitur, ſed Ieſum Naſarenum, quod ſi vere diceretur à quibuſdam, Ieſus Dominus verus Chriſtus non eſſet, prædictum enim erat Chriſtũ Dominum appellandum Nazarenum, aut Nazoreum. Quod ſi Chriſtus Dominus appellatus non eſſet Nazarænus, aut Nazoreus, Chriſtus Dominus verus Chriſtus non fuiſſet. Quid enim Naſareno cum Nazaræo, aut Nazareno quo nomine Chriſtus erat nominandus, ſed horum hominum inania pluribus verbis eſt confutata, nec ea repetere eſt neceſſe.

Ioannis 19.

Vulgat. 313. *Quod ſcripſi ſcripſi.*

DIctum ſupra eſt hoc præſignificatum fuiſſe titulis illis pſalmorũ ne corrumpas, idque ex Auguſtino eſt commonſtratum Iudaizantes hos titulos alio referunt, vt nihil in ſcriptura maneat quod à Iudæis non vitietur, aut manu aut falſa interpretatione.

Ioannis 19.

Partiti ſunt veſtimenta mea, & in veſtem meam miſerunt ſortem. Vulg. 314.

CItat hæc Diuus Ioannes iuxta trãſlationem Lxx de militibus qui in cruce Domini ſortiti ſunt de veſtibus Domini. Nihilominus Vatablus de Dauide totum hunc pſalmum interpretatur, typice aiũt de Chriſto explanat. De hac Iudaica fraude dictum abunde ſupra eſt.

Ioannis 19. & Exod. 12.

Os non comminuetis ex eo. Vulgat. 315.

וְעֶצֶם לֹא תִשְׁבְּרוּ בוֹ׃ Lectio hebræa.

HIC locus eſt quo ſe tuentur noſtri aduerſarij cum omnes fere de Chriſto locos typice interpretantur, litteraliter vero ſequuntur Iudaicos ſenſus, quod hic locus ſenſu typico, & allegorico à Diuo Ioanne ſit citatus. Nec quiſquam ibit inficias plurima de Chriſto ſenſu typico & allegorico eſſe prędicta, & quædam ex his ab Apoſtolis eſſe citata, non tamen multa, qui tamen omnia teſtimonia veteris teſtamenti ſenſu typico & allegorico ab Apoſtolis & Euangeliſtis citata eſſe contenderet & nõ litterali ſenſu: Manichæorum hæreſin incurreret, qui in huiuſmodi erant ſententia, & docet Auguſtinus quaſdã prędictiones allegoricas de Chriſto eſſe tã manifeſtas quam litterales prophetias maxime manifeſtas, qualis hæc eſt. Quę cauſa fuit vt plurimi in hac fuerint ſententia, vt certiſſimũ habuerint huius prophetię duplicem eſſe litteralem ſenſum de agno typico cæremoniali, & de Chriſto Domino.

Ioannis 19.

Vt conſummaretur ſcriptura, dicit, Si-
Vulgat. *tio.*
316.

Dictum ſupra eſt illud Pſalmi. 68. Et dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto, de paſsione Domini fuiſſe præſignificatũ, his verbis citat hoc Diuus Ioannes, vt conſummaretur ſcriptura, dicit Dominus, ſitio, &c. illam, ſcilicet, dederunt in eſcam meam fel, &c. Vatablus tamẽ hęc ad Dauidem refert, adeo hominem depudet. Typice aiũt refert ad Chriſtum, de hac Iudaica fraude dictũ abunde eſt. Ad id alludit hoc genus hominũ, quod Iudęi dicebant nos deſeruiſſe vetus teſtamentum, vt ſequeremur inanes allegorias, & huc ſpectare videntur, cum aiunt typice. i. allegorice; quaſi dicant non litteraliter.

Ioannis 19. & Zacha. 12.

Vulgat. *Videbunt in quem transfixerunt.*
317

וְהִבִּיטוּ אֵלַי אֵת אֲשֶׁר דָּקָרוּ

FVere ex noſtris qui ſententiam ſecuti Iſaac Leuitæ, Neophyti auderent profiteri vbicumque in ſcriptura duplex eſſet lectio neutram lectionem habere virium quicquam ad probãdum quod dicere velis. Qua ſententia quid peſtilentius dici poſsit non video. Frequenter enim in ſcriptura ſancta eſt lectio duplex, quarum alteram exprimit vulgata Diui Hieronymi, alteram Spiritus ſanctus ore Apoſtolorum & Euangeliſtarum citat. Vtrum quæſo dices parum habere virium vulgatam, ne Diui Hieronymi? nec Tridentini concilij anathematis fulmen te exterruerit? aut quã ſpiritus S. Apoſtolorũ & Euangeliſtarũ ore citat? & Deo audebis Gigãteo more inferre bellum? Nec veniet in mẽtem Auguſtini de ciuitate Dei libro opinor 19. cap. poſtremo, vbi docet ſæpe in ſcriptura duplicem eſſe lectionem, vt duplex myſterium ſignificetur, vt de hoc loco Diuus Ioannes hebraice legit, da aquarum, transfixerunt, vt Chriſti latus lancea Lõgini adapertum ſignificetur, vnde ſacramenta eccleſiæ fluxere. Lxx legere raquadu inſultauere vt ſignificarentur Chriſto Domino in cruce Iudæi reſultantes, Aue Rex Iudæorum, alios ſaluos fecit, &c.

Ioannis 19.

Ferens mixturam myrrhæ quaſi libras Vulg.
centum. 318.

VIdeor mihi interfuiſſe cuiuſdam colloquijs, qui Deum immortalem quam licenter in hunc Euangeliſtę locum debacharetur corruptum prædicans, quod ne Rex quidem Philippus tantos ſumptus facere poſſet, nec myrrhæ & aloes in vnum locum tantã congerere vim, vt centũ libras myrrhæ & aloes vngendo corpori Domini poſſet impendere, quod quælibet myrrhæ & aloes libra pluris multo quam auri libra vęniret, & quis tam potens cui centum myrrhæ & aloes libræ eſſent ad manum? Et facilis quidem huic obiectationi erat reſponſio, Fucaros & Publicanos, & hoc hominum genus, qui mercimonijs exercendis vitam degunt ſæpe plus habere medimnorum frumenti millia quam Rex Philippus in vnum locũ poſſet congerere vt inde quæſtum faciant, & planum eſt vt apud nos Archiepiſcopus Toletanus tantam frumẽti vim habet ſępe vt iuuare magnos Hiſpaniarũ Regis exercitus poſsit: ita Iudæos olim locupletiſsimos, tantam habuiſſe ſæpe vim Balſami, myrrhæ, aloes Nardi, quarum rerum illa terra erat feraciſsima ad ſua exercenda mercimonia, vt vel potentiſsimis regibus earum rerum ſuppeditare magnam copiam poſſent. Crediderat ergo Nicodemus Chriſto, & in cruce Chriſti viderat tot ſigna ædita, vt impij Iudæi qui illum cruce affecerant percutientes pectora dicerent, vere filius Dei erat hic, poſt hęc mirabere tu ſi ſe-

pelien

peliendo Domino mille aurilibras Nicodemus impendiſſet, cum præſertim Eſaiæ 11. præſignificatum fuerit futurū Domini ſepulchrum glorioſum, aut iuxta Lxx finem paſsionis Domini futurū eſſe honorem. Quis Regum aut Principum vnquam tam magnifico eſt, & tam ſplendido humatus ſepulchro, ni hiſtoria Alexandri Magni & eius pędagogi Leonidæ notiſsima eſſet repeterē plurimis verbis, quot Alexander Magnus ſuo pædagogo Leonidæ naues miſerit onerarias thure myrrha & rebus alijs odoriferis onuſtas, ne in ſacrificijs diuinis poſt illa impenſæ parceret illinc gloria ſepulchri Dñi etiam inter medios Chriſtiani nominis hoſtes durat, durabitque vſque ad ſæculi conſummationem.

Actorum 7. & Geneſeos 12.

Vulg. 319. *Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram quam monſtrauero tibi.*

Lxx.
exi ex terra tua & ex cognatione tua
ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ ἐκ συγγενείας σου
& ex domo patris tui & veni
καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου καὶ δεῦρο
in terram quam tibi oſtendero.
εἰς τὴν γῆν ἣν ἄν σοι δείξω.

Lucas in Actis.

exi ex terrā tua & ex cognationē
ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ ἐκ τῆς συγγενείας
tua & veni in terrā quam tibi oſtendero.
σου καὶ δεῦρο εἰς γῆν ἣν ἄν σοι δείξω.

HAEC iuxta translationem Lxx hoc tantum intereſt quod omittitur vna oratio ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου id eſt, ex domo patris tui, quod libro 3. monſtratum eſt domum & cognationem pro eodem accipi.

Actorum 7. Gen. 15.

Vulg. 320. *Quia erit ſemen tuum accola in terra aliena, & ſeruituti eos ſubijcient, & male tractabunt eos annis quadringentis, & gentem cui ſeruient, iudicabo ego dicit Dominus, & poſt hæc exibunt, & ſeruient mihi in loco iſto.*

Lxx.
quia accola erit ſemen tuum in
ὅτι πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα σου ἐν
terra non propria & ſeruituti ſubijcient
γῇ οὐκ ἰδίᾳ καὶ δουλώσουσιν
eos & affligent & humiliabunt annos
αὐτοὺς καὶ κακώσουσιν καὶ ταπεινώσουσιν ἔτη
quadringentos gentem cui ſeruient
τετρακόσια τὸ δὲ ἔθνος ᾧ δουλεύσωσι
iudicabo ego poſt hæc exibunt huc
κρινῶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα ἐξελεύσονται ὧδε
cum apparatu multo.
μετ' ἀποσκευῆς πολλῆς.

Lucas in Actis.

quia erit ſemen ipſius accola in
ὅτι ἔσται τὸ σπέρμα αὐτοῦ πάροικον ἐν
terra aliena & ſeruituti ſubijcient ipſum &
γῇ ἀλλοτρίᾳ καὶ δουλώσουσιν αὐτὸ καὶ
affligens annos quadringentos & gentem
κακώσουσιν ἔτη τετρακόσια καὶ τὸ ἔθνος
cui ſeruient iudicabo ego dixit Deus
ᾧ ἂν δουλεύσωσι κρινῶ ἐγὼ εἶπεν ὁ θεός
& poſt hæc exibunt & ſeruient
καὶ μετὰ ταῦτα ἐξελεύσονται καὶ λατρεύσουσί
mihi in loco hoc.
μοι ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ.

IVxta Lxx citantur hæc duobus tantum verbis mutatis in idem ſignificantia, poſtrema oratio λατρεύσουσί μοι ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ id eſt, ſeruient mihi in loco hoc, nec hebraice, nec græce eſt, ex puncta videlicet à Iudæis ex vtraque æditione hebræa & græca vt noſtra perturbentur, vt monſtratum eſt, Euangeliſtā Lucam falſa citare nemo affirmare audebit.

Actorum 7. Exodi 3.

Vulg. 321. *Ego ſum Deus patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Iſach, Deus Iacob, tremefactus Moyſes non audebat cōſiderare: dixit autem illi Dominus,*

Solue calceamẽtum pedum tuorum, locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt, videns vidi afflictionem populi mei qui eſt in Ægypto & gemitum eorum audiui & deſcendi liberare eos.

Lxx. Ego ſum Deus patris tui Deus Abraham & Deus Iſaac & Deus Iacob auertit
ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς τοῦ πατρός σου ὁ θεὸς ἀβραὰμ καὶ ὁ θεὸς ἰσαὰκ καὶ ὁ θεὸς ἰακώβ ἀπέστρεψε
Moſes faciem eius timuit enim aſpicere coram Deo
μωσῆς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ εὐλαβεῖτο γὰρ κατεμβλέψαι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ.

& prius dixerat.

Ille dixit ne appropinques huc ſolue calceamentum pedum tuorũ locus
ὁ δὲ εἶπε μὴ ἐγγίζῃς ὧδε λῦσαι τὸ ὑπόδημα τῶν ποδῶν σου ὁ δὲ τόπος
in quo ſtas terra ſancta eſt videns vidi afflictionem populi mei in Ægypto
ἐν ᾧ ἕστηκας γῆ ἁγία ἐστι ἰδὼν ἴδον τὴν κάκωσιν τοῦ λαοῦ μου τοῦ ἐν αἰγύπτῳ
& clamorem ipſorum audiui & deſcendi liberare ipſos ex manibus Aegyptiorum.
καὶ τῆς κραυγῆς αὐτῶν ἀκήκοα καὶ κατέβην ἐξελέσθαι αὐτοὺς ἐκ χειρὸς αἰγυπτίων.

Lucas in Actis.

Ego Deus patrum tuorum Deus Abraham
ἐγὼ ὁ θεὸς τῶν πατέρων σου ὁ θεὸς ἀβραὰμ
Deus Iſaac & Deus Iacob trepidus autẽ
ὁ θεὸς ἰσαὰκ καὶ ὁ θεὸς ἰακὼβ ἔντρομος δὲ
factus Moſes non audebat conſiderare
γενόμενος μωσῆς οὐκ ἐτόλμα κατανοῆσαι
dixerat ei dominus ſolue calceamentũ
εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ κύριος λῦσον τὸ ὑπόδημα
pedum tuorum locus in quo ſtas
τῶν ποδῶν σου ὁ δὲ τόπος ἐν ᾧ ἕστηκας
terra ſancta eſt videns vidi afflictionem
γῆ ἁγία ἐστὶ ἰδὼν ἴδον τὴν κάκωσιν
populi mei in Aegypto & gemitum
τοῦ λαοῦ μου τοῦ ἐν αἰγύπτῳ καὶ τοῦ στεναγμοῦ
ipſorum audiui & deſcendi liberare ipſos.
αὐτῶν ἤκουσα καὶ κατέβην ἐξελέσθαι αὐτοὺς

Omnia hæc Diuus Lucas iuxta tranſlationem Lxx, ſed vt ſolent Apoſtoli & Euangeliſtæ omittit media quæ non magnopere ad rem, de qua agebatur erant neceſſaria alia breuiat, quæ aliquantulum fuſe in ſcriptura erant, quædam in oratione ſidem ſignificantes mutat, citat tamen tranſlationem ſeptuaginta ad verbum exceptis locis quibuſdam, in quibus ea quæ diximus facit. Quod autem Lucas dixit: Ego ſum Deus patrum tuorum, hebraice & græce eſt patris tui mutatione vnius puncti id faciunt Iudæi vt noſtra perturbent, & per noſtros quoſdam lectionem Lxx mutant. Sunt enim inter nos non pauci domeſtici hoſtes, Iudæorum aſſertores, Chriſti Domini quos Athanaſius perduelles nominat.

Actor. 7. Geneſ. 4

Mittens autem Ioſeph accerſiuit Iacob patrem ſuum & omnem cognationem ſuam in animabus 75. Vulg.

omnes animæ domus Iacob ingreſſæ Lxx.
πᾶσαι αἱ ψυχαὶ οἴκου ἰακὼβ αἱ εἰσελθοῦσαι
in Aegyptum Lxx quinque.
εἰς αἴγυπτον ἑβδομήκοντα πέντε.

Lucas in Actis capit. 7.

mittens autẽ Ioſeph accerſiuit patrem
ἀποστείλας δὲ ἰωσὴφ μετεκαλέσατο τὸν πατέρα
ipſius Iacob & omnem cognationem eius
αὐτοῦ ἰακὼβ καὶ πᾶσαν συγγένειαν αὐτοῦ
in animabus Lxx quinque.
ἐν ψυχαῖς ἑβδομήκοντα πέντε.

Semper Diuus Lucas ſequitur tranſlationem Lxx & durum eſt ſi velit quiſquam Euangeliſtam Lucam peiora ſecutum, non eſt enim Lucas qui loquitur, ſed per Lucã Spiritus ſanctus, Lucas inſtrumentum viuum eſt, per quod Spiritus ſanctus loquitur. Loquitur ergo Lucas vt inſtrumentum Spiritus ſancti, Spiritus ſanctus, vt principale agens, ex duobus inquies dandum eſt alterum, vt vera ſit vulgata & minus vera ſit lectio Lxx, quam Lucas Euangeliſta ſit ſecutus aut ſi Euangeliſta ſit veriora ſecutus vulgata Diui Hieronymi minus ſit vera, neutrum ego dabo, quod vtraque lectio ſit ſacroſancta, qui poteſt inquies? vulgata præfert Iacob ingreſſum Ægyptum eſſe cum Lxx animabus. Lucas ſcribit cũ 75. ingreſſum Ægyptũ, vtrũ

ergo verum vtrumque, quaſi non vulgatum ſit vt numerus finitus pro infinito ponatur dicimus Lxx interpretes fuiſſe cum fuerint 72. & apparebit fortaſſe infra Lxx fuiſſe qui AEgyptū fuerint ingreſsi, & 75. & Hieronymus ais in quæſtionibus hebraicis nos inſolubili vrget argumento ſi ſententiam inquiēs Diui Lucæ tueri velis ſcripturam ſibi repugnaturam, quæ 10. aut 11. Deuteronomij Iacob cū Lxx animabus AEgyptum ingreſſum fuiſſe commemorat, vt graue ſit alibi Iacob dici cum 75. animabus AEgyptum fuiſſe ingreſſum, alibi cum Lxx. Quaſi non eſſent alia æque grauia in ſcriptura, in hac numerorum vt Hieronymi verbis vtar confuſione, & quaſi non ſit multo omnium grauiſſimum dicere Diuum Lucam aut Spiritum ſanctum potius fuiſſe mentitum, quæ res vel ſola faceret, vt negarem & pernegarem hæc à Diuo Hieronymo fuiſſe conſcripta, præſertim cum addat Deuteronomij 10. translationem ſeptuaginta virorum non præferre Iacob ingreſſum fuiſſe AEgyptum cum 75. animabus, ſed cum animabus Lxx, indigna enim mihi videntur hoc Diuo Hieronymo, multa adulterata reperiuntur in huius Diui ſcriptis, vt ſupra oſtendimus, cuius notæ hoc eſſe arbitror. Caſtigatiora enim exemplaria Lxx virorum etiam in initio capitis 11. Deuteronomij præferūt Iacob ingreſſum in AEgyptum fuiſſe cum animabus 75. Sed fac ita eſſe vt 11. Numerorum capite, ita legeretur quid non frequentiſsimum eſt etiam apud Oratores numerum finitum pro infinito poni, & non ſolum in ſcriptura ſacra. Sed quid neceſſe erat dicent aduerſari vulgatæ Diui Hieronymi? apage, non aduerſor, ſed pro ea cauſam dico, certe aduerſari te nobis profiteris, & hoc loco non aduerſaris nobis, ſed Diuo Hieronymo, ego profecto hoc loco homines factionis aduerſæ refello, quorum maxime referre videtur translationem Lxx infirmari, & hunc Lucæ locum citant refutatum à Diuo Hieronymo, vt ipſi aiunt & alios, & pro ſua cauſa facere arbitrantur, & hic Apologeticus pro lectione Apoſtolica & Euangelica eſt, & pro vulgata Diui Hieronymi, & pro translatione Lxx, nihil ergo facio à meo inſtituto alienum cum lectionem Diui Lucæ Euangeliſtæ defendo, & vulgatam Diui Hieronymi ſimul, & translationē Lxx. Sed vnde defendis inquient lectionem quam citat Diuus Lucas, nempe ex eo quod Spiritus ſanctus qui Diui Lucę ore loquitur, eam citat Spiritu S. teſte eſt in hoc quid nō ſacroſanctum? Quid ergo de vulgata Diui Hieronymi dicendum erit? Diximus ex Chryſoſtomo duplicem in plæriſque eſſe lectionem, & vtranque ſacroſanctam, & aliquando de induſtria à prophetis eſſe relictam vt duplex ſignificetur myſterium, qua de re non ſemel hoc opere loquimur. Cum ergo huius loci duplex ſit lectio, alteram Diuus Hieronymus expreſsit, Spiritus ſanctus citat alteram & translationem Lxx, citat etiam Philon Iudæus de tranſmigratione ſub finem vbi prodit 75. animas cum Iacob in AEgyptum intraſſe vbi ſubiungitur ſtatim Iacob cum Lxx animabus intraſſe AEgyptum vt appareat finitum numerum poſitum pro infinito, & Ioſeph Iudæus libro ſecundo cap. 4. ſcribit Iacob cum Lxx animabus AEgyptum fuiſſe ingreſſum, vnde liquet duplicem fuiſſe lectionem Hebræam, & vtranque veram eo ſenſu, quo diximus, veriorem tamen quam Spiritus ſanctus citat ore Diui Lucæ. Sed numerus non conuenit inquies, imò maxime, ſi addas tres verſus quos præfert lectio Lxx, & quos citat Philon Iudæus loco eo quem ſupra diximus de tranſmigratione ſub finem, qui Hebraice non ſunt, excidere enim ex lectione hebræa, vt plæraque alia ex hebræa æditione excidiſſe monſtrauimus. Non impediunt tamen quo minus vtraque lectio ſit vera, ea ratione qua diximus. Nota tamen videri deeſſe in tranſ-

latione Lxx vocem vnam Nachor, quam reſtitues ex Philone Iudæo, apud quem legitur, Machir autem genuit Galaad, & Nachor, ſed quomodo diſſolues inquiunt, quod ait Hieronymus pro nouem hebraice legi duos, de iſta numerorum confuſione & varietate in hebræa lectione dictum eſt ſupra ex Diuo Hieronymo, & ex rebus ſcriptis hebraice duobus locis verbis eiſdem. Sed Auguſtinus quæſtionum ſuper Geneſim, libro vno capit. 152. multas de filijs Iacob proponit quæſtiones, quas putat inſolubiles, prima eſt illa, quomodo 75. animæ intrarint cum Iacob in AEgyptum cum vtique Iacob non intrauerit cum his quos ibi inuenerit, nam Ephrem & Manaſſe nati fuiſſe videntur in AEgypto, cum in AEgyptum ingreſſus fuit Iacob. Hæ & ſimiles quæſtiones ſoluuntur per Syllepſim, id eſt, per comprehenſionem, comprehenditur numerus minor, vt cum commemorantur duodecim Filij Iacob nati in Meſopotamia, tamen Beniamin, qui è duodecim vnus erat non eſt natus in Meſopotamia. Sed in numero maiori comprehenditur minor numerus. Vndecim enim in Meſopotamia nati ſunt, vnus Beniamin, longe poſt eſt natus, cum Iacob pertranſijſſet Bethel iuxta Bethlehem, qua ratione ſoluuntur aliæ quæſtiones ſimiles, & ſi Rex aut princeps prouinciam aliquam ingrediatur, qui præcedunt cum principe ingredi dicuntur, ingreditur Iacob AEgyptum cum tota prole, & cum domo tota, nec refert præcedant alij, alijve ſequantur, illud tantum intereſt omnem prolem Iacob & filiorum eius qui nati ſunt patribus viuis non exceſſiſſe numerum 75. animarum, vnde ſe ſuſtulit magna illa multitudo duodecim tribuum Iſrael. Aliæ quæſtiones ſunt multæ, quomodo pueri & adoleſcentes filios, & nepotes, & pronepotes habere dicantur, qui nondum per ætatem procreare filios poterant. Synecdoche figura hæc eſt, vt vnus pro pluribus, aut pro omnibus ponatur. Verbi cauſa, Symeon pro tota prole quam viuus vidit. Ioſeph, Beniamin, Phares, Zara pro totis filiorum familijs, quas viui ſuſcepere ſiue ex ſe, ſiue ex filijs, non refert ergo eſſent ne pueri an grandes natu, quando non agitur de ſobole ſuſcepta, ſed de ſuſcepta ſobole, aut ſuſcipienda toto vitæ tempore. Quæritur enim quotus numerus Iſraelis fuerit cū AEgyptum eſt ingreſſus cum tota ſobole filiorum ſuſcepta, quamdiu viuerent, aut ſuſcipienda, ergo quod ſcriptura voluit nobis ſignificare, id eſt, duodecim filios Iacob cum filijs & nepotibus, quos dum viuerent videre natos, illum impleſſe, numerum 75. animarum, vnde ſuccreuit illa infinita Iudęorū multitudo, quæ ex AEgypto redijt. Si quęras nomina illorum quinque qui ſunt ſupra Lxx, en accipe verba Lxx ſeniorū ſunt ἐγένοντο δὲ υἱοὶ Μανασσῆ οὓς ἔτεκεν αὐτῷ ἡ παλλακὴ ἡ σύρα μαχὶρ, μαχὶρ ἐγέννησε τὸν γαλαάδ· υἱοὶ δὲ ἐφραὶμ ἀδελφοῦ Μανασσῆ σουταλαὰμ, καὶ τάαμ υἱοὶ δὲ σουταλαὰμ ἐδώμ. id eſt, nati ſunt filij Manaſſe, quos peperit ei concubina Syra Machir, Machir genuit Galaad: filij Ephrem fratris Manaſſe Sutalam & Taam filij Sutalam Edem. Itaque hæc omnia hebraice deſunt, & his continentur quinque filij aut nepotes Ioſeph, Machir, Galaad, Sutalam, Taam, Edem, quos quinque nepotes Ioſeph, ſi addideris Lxx efficies 75. animas qui exierunt ex fœmore Iacob, & quod hi quinque non ingreſsi videbantur AEgyptum, ſed in AEgypto eſſe nati, videbatur verum eſſe Lxx animas cum Iacob AEgyptum ingreſſas fuiſſe, & rationibus ſupra dictis, videbatur verius 75. animas ingreſſas fuiſſe AEgyptum. Sed adhuc videtur vnus deeſſe, ne Iacob annumeretur animabus qui exierant de fœmore Iacob, ipſe enim Iacob ex fœmore ſuo non exierat. Diximus ſupra ex Philone Iudæo deeſſe vnum, vbi enim in translatione Lxx legitur, Machir genuit

genuit Galaad, Philon legit, Machir genuit Galaad & Nachor. Erat igit ſex nepotes Ioſeph, Machir, Galaad, Nachor, Sutalam, Taam, Edé, ſex numero. Nã quos ſcriptura ſacra numerat, non implent ſeptuagenarium numerum ſi attente numeres, vt neceſſe habeas adnumerare Iacob parté filijs, & nepotibus, ſi implere ſeptuagenarium numerum poſtules. Sed huic ſupputationi repugnat quod animæ 70. dicuntur exiſſe de fœmore Iacob, & ipſa anima Iacob nõ exijt de fœmore ſuo, ergo ſi 69. addideris ſex, efficies 75. Hebræa lectio 70. præfert non 75. translatio Lxx præfert 75. quam Apoſtoli & Euangeliſtæ ſemper citant, vt vera dicenda ſit vulgata, quæ lectionem hebræam expreſsit, verior translatio Lxx quam Spiritus ſanctus citat, & vere oſtendimus ex Philone Iudæo & Iudæo Ioſepho hebraice duplicem lectionem fuiſſe.

Actuum 7. Exod. 32.

Vulgata *Fac nobis Deos qui præcedant nos, Moyſi enim huic qui eduxit nos de*
325. *terra Ægypti neſcimus quid factum ſit ei.*

Lxx. fac nobis Deos qui præcedant nos
ποίησον ἡμῖν θεοὺς οἳ προπορεύσονται ἡμῶν·
enim Moyſis hic homo qui eduxit nos
ὁ γὰρ Μωυσῆς οὗτος ὁ ἄνθρωπος, ὃς ἐξήγαγεν ἡμᾶς
é terra Aegypti non ſcimus quid factũ eſt
ἐκ γῆς Αἰγύπτου οὐκ οἴδαμεν τί γέγονεν
ipſi.
αὐτῷ.

Lucas in Actis.

326. fac nobis Deos qui præcedant nos
ποίησον ἡμῖν θεοὺς οἳ προπορεύσονται ἡμῶν·
enim Moſes hic qui eduxit nos é terra
ὁ γὰρ Μωσῆς οὗτος ὃς ἐξήγαγεν ἡμᾶς ἐκ γῆς
Aegypti non ſcimus quid factũ eſt ipſi.
Αἰγύπτου οὐκ οἴδαμεν τί γέγονεν αὐτῷ.

AD verbum hæc citantur iuxta translationem Lxx.

Actuum 7. Amos

Nunquid victimas aut hoſtias obtuliſtis mihi annis quadraginta in deſerto domus Iſrael? Vulg. 327.

nunquid victimas & hoſtias quadraginta annis Lxx.
μὴ σφάγια καὶ θυσίας τεσσαράκοντα ἔτη
obtuliſtis mihi domus Iſrael.
προσηνέγκατέ μοι οἶκος Ἰσραήλ.

Lucas in Actis.

nunquid victimas & hoſtias obtuliſtis mihi
μὴ σφάγια καὶ θυσίας προσηνέγκατέ μοι
annis quadraginta in Eremo domus Iſrael.
ἔτη τεσσαράκοντα ἐν τῇ ἐρήμῳ οἶκος Ἰσραήλ.

AD verbum citantur hæc iuxta translationem Lxx.

Amos 5.

Et portaſtis tabernaculum Moloch. Vulgat. 328.

καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολόχ. Lxx.

Lucas 7. Actorum.

καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολόχ.

IVxta Lxx. hæc alij vertunt, & portaſtis ſicut Melchechem, id eſt, auſcultationem regis veſtri. Aiunt enim ſic eſſe hebraice, & hoc prætextu lectionem Lucæ Euangeliſtæ relinquunt, & lectionem vulgatam, & Lxx interpretum. Hoc ego vehementer admiror quenquam tantũ audere, vt id affirmet eſſe hebraice, non quod vere ſit hebraice, ſed quod iuxta Iudaicã interpretationem ipſe hebraice eſſe putet. Age ergo noſtram vulgatam, & lectioné Lucæ Euãgeliſtæ, & Lxx virorũ Iudæorum

teſtimonijs defendamus dictionem Hebræam, ſicut aut zzicut vt Diuus Hieronymus in hunc locum refert, Rabinis varie explanans. Aquila vertit, vmbraculum. Symmachus & Lxx tabernaculum, quod vtrunque in idem recidit. Rectè ergo iuxta ſententiam Rabinorum ſcriptura Euangelica & vulgata, & Lxx præferunt, & portaſtis tabernaculum. Sed malunt quidam Rabinos iuniores ſequi, quod magis impij ſunt, quam veteres, nam Apoſtolos & Euangeliſtas non tanti faciunt quanti par erat, alioqui contra eos Rabinos non putarent audiendos.

329. Vulgata ibidem.

Moloch.

Amos 5.

Lxx. μολὸχ.

Lucas.

μολὸχ.

QVod Lucas & noſtra vulgata, & Lxx præferunt, Moloch, aiunt Hebraice ſcriptum eſſe, Malchechem. Idem Diuus Hieronymus in commentarijs in hunc locum docet variam Hebræam lectionē in hoc loco fuiſſe, cum Lxx legerent, Moloch, Aquila Iudæus, Melchom, Symmachus & Theodotio, Malchechem. Si quæras quæ harum lectio hebræa ſit verior adhibe canonem Diui Hieronymi in præfatione in quæſtiones hebraicas, quo nos monet, illa magis eſſe vera exemplaria, quæ cum teſtamenti noui authoritate concordant, adnotaſſes hebræos interpretari: & portaſtis auſcultationem Regis veſtri, quod facit frequentiſsime vocabularium Complutenſe, non repudiares vulgatam neque Euangelicam lectionem, & quando hebræam lectionem te proprijſsime tranſlaturum polliceris eras, earum ſaltem vel tenuem mentionem feciſſes. Nihil nec vulgata, aut Euangelica lectio, aut Lxx virorum transferunt proprie ex hebræa lectione vt id ſequaris aliquando? ſemper ne impij Rabini veriora dicunt, vt eos tibi ſemper putes ſequendos? Atqui veterum commune elogium, ſi Iudæi vera dicunt noſtræ res vtique ſe male habent.

Sydus Dei veſtri remphan. Vulg. 310.

καὶ τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν ῥαιφάν. Lxx.

Lucas.

καὶ τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν ῥεμφάν.

DIuus Hieron. vocem Hebræam, chium, admonet Lxx vertiſſe rephan, Theodotionē obſcuritatē, Aquilam & Symmachum ipſum verbum hebræum vel ſyrum chium ſeruaſſe, eſt interpres qui ſequutus ſit David vt leges in dictione, cun, qui R. Dauid cum Symmacho & Aquila ſeruauit ipſum verbū hebræum vel ſyrum in translatione. Num æquum erat, relicto Euangeliſta Luca, & relicta vulgata, & translatione Lxx, ſequi R. Dauid, atque locum hic non habet quod dicere ſolent ſenſum expreſsiſſe, non feciſſe tranſlationem ad verbum. Lxx ergo & Diuus Hieronymus, & Lucas Euangeliſta vertere rephan, aut ronphan, corrupta voce pro varietate regionum, vt dictiones multæ Hiſpanæ pro varietate Regionum Hiſpaniæ, varie ſolent enunciari. Vertere igitur vocem illam chium, rephan, quod idolum illud, quæ apud barbaras nationes colebatur binomine fortaſſe erat, & barbare dicebatur, chium, hebraice rephan à rapha, ſanare, quod ſanare morbos crederetur, vſus Euangeliſta eſt noto magis nomine. Sed certe quando hæc parerga non ſunt, totum hunc locum explicemus, & audaciam quorundam in ſacras litteras coerceamus. Illud

liquet

liquet Euangeliſtam ſemper ſequi Lxx viros, qui etiam huius operis eſt præcipuus ſcopus contra Iudæos.

Diuus Hieronymus.

Vulgat. 331. *Figuras quas feciſtis vobis adorare eas.*

Lxx viri.

Figuras eorum quas feciſtis in eis.

Lxx. τοὺς τύπους αὐτῶν οὓς ἐποιήσατε ἐν αὐτοῖς.

Lucas.

τοὺς τύπους οὓς ἐποιήσατε, προσκυνεῖν αὐτοῖς.

HIC locus audacter reprehenditur à quodam viro docto: miratur enim vnde in noſtram verſionem hæc verba fuerint inducta, & hæc verborum repetitio: Figuras quas feciſtis vobis adorare eas, quæ feciſtis vobis. Addit enim verba de ſuo noſtræ ſcripturæ quo repetitio diſpliceat magis: ego contra, miror vnde cuiquã tãta licentia inceſſerit reprehendẽdi lectionẽ D. Lucæ quã ore D. Lucæ Spiritus S. dictauerit. Igitur ne quiſquã contemnat vulgatã D. Hier. verba illa. Figuras quas feciſtis vobis, vel figuras veſtras quas feciſtis in eis, hebraice ſunt, quod vt intelligas, repetendum eſt animo quod à me ex D. Hieron. eſt adnotatum, hebraice verborum ordiné, ſeruata eadem ſententia, perturbatũ eſſe aliquando: & planum eſt hoc loco D. Lucam legiſſe poſt renphan, dictionem illam hebræam, ſalmechem, figuras veſtras. Si ergo hebraice eſt, ſalmechem, quæ vox proprie ſonat figuras veſtras, pro quo D. Lucas, & Lxx, & D. Hieron. vertere. Figuras quas feciſtis vobis, quæ improprietas quæſo hic eſt? cum Diuus Hieron. in Epiſtola ad Suniam & Fretellam doceat, boni interpretis officium eſſe in plæriſque non verbũ verbo reddere, ſed ſenſa ipſa exprimere, quod fecere hoc loco Lxx, & Diuus Lucas, iam ſalmechem, id eſt, figuras veſtras, reddidere. Figuras quas feciſtis vobis. Non enim erat crimen habere idola aurea, & argentea, vt comminuerent, & conflarent & vterentur auro & argento: feciſſe idola, & ſibi feciſſe omnium grauiſſimum crimẽ erat. Hoc expreſſere Lxx expreſsit & Diuus Lucas, neque eſt repetitio vlla quæ cuiuſquam reprehenſionem poſsit incurrere. At dices: adorare eas, certe hebraice non eſt, neque in trãſlatione Lxx oſtendimus iam in lectione hebræa ſæpe integras deeſſe orationes ex rebus quæ duobus locis ſunt ſcriptæ hebraicè verbis eiſdem ſiue Iudaica malitia, ſeu negligentia Iudaica, & quod oratio quæ alibi deeſt, eſt alibi: nam de translatine Lxx ſæpe conqueſtus ſum per quoſdam ex noſtris mutari à Iudæis vbicunque eis collibitum eſt, vt Euangelica lectio (quod adnotant illi veteres patres apud Auguſtinum) ab hebræa lectione, & à translatione Lxx diſcrepare videatur, vt ſic Euangelicæ lectionis minuatur authoritas. Sat eſt quod Euangelica lectio præfert orationem illam, adorare eas, & quod Diuus Hieronymus ita vertit in ſua vulgata, nunquã ita verſurus niſi ſua tempeſtate illa oratio, adorare eas, eſſet hebraice.

Diuus Hieronymus.

Et migrare vos faciam trans Damaſcum. Vulg. 332.

Lxx viri.

Et migrare vos faciam vltra Damaſcum.

καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Δαμασκοῦ. Lxx.

Lucas.

καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Βαβυλῶνος.

DIuum Lucam diſcrepare aiunt à lectione Hebræa, & ab interpre-

 tatione

tatione Lxx virorum. Conqueſtus ſæpe ſum quod per noſtros quoſdam Iudæis nimium liceat, & licuerit in tranſlationem Lxx, vt Euangeliſtæ ab hebræa lectione, & à tranſlatione Lxx diſcrepare dicantur, quo Euangeliſtarum extenuetur authoritas. Sed de hac re alibi fuſius dictum eſt: quantum autem ad húc locum ſpectat, res nota eſt, vt libro ſecundo oſtenſum eſt in rebus duobus locis ſcriptis hebraice verbis eiſdem alibi dictionem vnam eſſe, alibi alteram, quędam deeſſe alibi, quæ ſunt alibi, ne quis miretur Diuum Hieronymum vertiſſe vltra Damaſcum, vt erat hebraice Lucam antiquam lectionem Lxx retinuiſſe, & vtraque vera lectio eſt, nam ſi decem tribus tranſlatæ ſunt vltra Babylonem, vt ait Euangeliſta vltra Damaſcum, quoque qua iter eſt Babylonem verſus fuere tráſlatæ, vt ſi quem Hiſpania profectum tranſcendiſſe Alpes dixeris eadé opera dicere poteris ſi pedibus fecerit iter Pyreneũ quoque tranſcédiſſe: vtraq; igitur vera lectio eſt Euangelica, tamen verior quod ab Spiritu ſancto profecta & quod rerum euentu comprobata, quod Iudæi inficiari non poterunt, qui Spiritui ſancto non credunt. Confeſſa nanque res eſt decem tribus captiuas ductas vltra Babylonem fuiſſe tranſmiſſas, vnde nunquam ſunt in patriam reuocatæ.

Act. 7. Eſai. 66.

Vulg. 333. *Cælũ mihi ſedes eſt, terra aũt ſcabellũ pedum meorum, quam domum ædificabitis mihi dicit Dominus? aut quis locus requietionis meæ? nonne manus mea fecit hæc omnia?*

Lxx. ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου, ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι ἢ ποῖος τόπος τῆς καταπαύσεώς μου, πάντα γὰρ ταῦτα ἐποίησεν ἡ χείρ μου.

Lucas.

ὁ οὐρανός μοι θρόνος ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου· ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι, λέγει κύριος, ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου, οὐχὶ ἡ χείρ μου ἐποίησε ταῦτα πάντα.

Diuus Lucas hęc omnia iuxta tráſlationem Lxx poſtrema oratio, quæ à Lxx verſa eſt affirmanter Lucas dixit interroganter.

Actorum 8. Eſaiæ 53.

Tanquam ouis ad occiſionem ductus eſt & ſicut agnus coram tondente ſe ſine voce ſic non aperuit os ſuum. Vulg. 334.

ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη καὶ ὡς ἀμνὸς ἔμπροσθεν τοῦ κείροντος ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἤνοιξε τὸ στόμα αὐτοῦ. Lxx.

Lucas.

ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ.

HAEC citat D. Lucas iuxta tranſlationem Lxx tátum pro ἔμπροσθεν id eſt, coram poſuit ἐναντίον coram, & pro ἤνοιξε aperuit in præterito poſuit ἀνοίγει aperit in præſenti, & addidit vocem illam αὐτὸν, vt eſſet coram tondente ipſum.

Vulgata ibidem.

In humilitate iudicium eius ſublatũ eſt. Vulgat. 335.

ἐν τῇ ταπεινώσει ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη. Lxx.

Lucas.

ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη.

TOtus hic locus non citatur à Diuo Luca iuxta hebræam æditionem, ſed iuxta tranſlationem Lxx quá diximus

diximus videri commentarium ſcripturæ potius quam tranſlationem niſi pro me oſer è congregatione legeretur olim me enut, præ humilitate, nam ſecundo libro monſtratū eſt in lectione hebræa non raro vnum verbum mutari in alterum non raro aut Iudaica malitia, aut negligentia Iudaica. Nam quod hebraicè eſt mimiſpat è iudicio indicat tranſlatio Lxx lectum fuiſſe olim miſpat; iudicium caſu nominandi, vt ex tranſlatione Lxx quam citat ſpiritus ſanctus ore Diui Lucę appareat duplicem hebraicè hoc loco fuiſſe lectionem, alteram quam expreſsit D. Hieronymus, alteram quam Lxx reddidere quam Spiritus ſanctus ore Diui Lucæ probarit.

Vulg. 336. Lxx.

Vulgata ibidem.

Generationem eius quis enarrabit?

τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται.

Lucas.

τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται.

Citat hoc quoq; D. Luc. iuxta Lxx. Nec erat quod de hac parte diceremus vltra, niſi interueniſſem olim domui apud doctorem eximium Franciſcū Sanctium, qui poſtea Epiſc. Segob. eſt creatus Theologorum congregationi, & propoſita mihi ſtatim fuiſſet loci huius interpretatio quædam quam admirabilem eſſe dicerent locum hunc, nec de generatione æterna filij Dei eſſe dictum, vt noſtri voluere, nec de humana generatione, quod nec γενεὰ vox græca illam ſignificaret, aut ſi huius vocis græce hæc eſſet ſignificatio certe דור dor vox hebræa ſemper ſignificat generationem hominum, quam ætatem dicimus ſpatium, inquam temporis, quod durat vna ætas hominum naſcētium vſq; ad interitum omnium illorum, & ita putabant ſenſum huius loci hominem ætatis illius, in qua Chriſtus venit peſsima fuiſſe peiorem multis & nefandis flagitijs contaminatam, quod dor illud temporis ſpatium ſonet, quo durat vna hominum ætas nunquàm ſignificet hominis generationem tum ego inquam, ergo patres veteres omnes, qui locum hunc de diuina Chriſti generatione explanant, & de humana etiam dicemus fuiſſe hallucinatos? quid iſtuc tam mirum eſt aiunt quidam, rudes hebraicæ linguæ non ſoleo quidem eſſe extemporalis, tamen ſtatim mihi venit in mentem interpretationem illam eſſe Iudaicam, eamque legiſſe me apud Philonem Iudæum, nec Iudæos aliter locum illum poſſe interpretari, qui Chriſtum Deum negent, negentq; ex virgine natum, virgine inquàm ante partum, in partu, poſt partum, quæ igitur ſi hæc neget Iudæus difficultas erat reliqua enarrandi generationem Chriſti, reliquum eſt vt ad homines illius ætatis referunt, & dor, hebraice & genea græce dixi meminiſſe me legiſſe apud Solomonem prouerbiorum 30. Vbi enim legitur filius malus patri male dicit pro filio hebraice legitur dor, & Lxx vertere γενεὰ & infra generatio, quæ ſibi munda videtur hebraice eſt dor, quam vocem Lxx vertere filius malus, & infra ſæpe hanc vocem dor hoc intellectu Solomon vſurpat, ſed quid hæc valerent apud quoſdam viros doctos qui negant Hieronymū, aut Lxx viros, aut Apoſtolos & Euangeliſtas adverbum vertiſſe ſcripturā, ſed ſenſa expreſsiſſe, facile obtinerent nolle ſenſa ſcripturæ ſed verba.

Vulgata ibidem.

Qui tolletur de terra vita eius. Vulg. 337. Lxx.

ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ.

Lucas.

ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ.

IVxta Lxx citantur omnia à Diuo Luca etiam ſi à lectione hebræa diſcrepat vt dictum eſt à me in commentarijs in hunc locum.

Cæte-

CAEteros locos citatos à Luca in Apoſtolorum actis arbitror, me percurriſſe omnes. Vnde patet Apoſtolos & Euangeliſtas teſtimonia ſcripturę omnia iuxta translationem Lxx citaſſe, & ſuis Apoſtolis & Euangeliſtis Spiritum ſanctum eam dictaſſe ſcripturam, quod præſcius erat Spiritus ſanctus Iudaicarum fraudum, quibus ſcripturam hebræam in varias formas erant verſaturi, vt nihil poſsit eſſe nobis ſtabile & fixum, ſi illorum ſcriptis penderemus. Quis enim Proteus tam eſt Proteus, quam Iudaica manus quæ quotidie nouis formis ſcripturam indueret. Voluit ergo tribus ſæculis ante Domini aduentum inſtatu Spiritus ſancti, verti ſcripturas græce, has citauit idem Spiritus ſanctus per ſuos Apoſtolos & Euangeliſtas & per ſuos doctores ſacroſeſt interpretatus, & quod truncatæ & laceræ erant, & multis partibus defectæ Iudæorũ opera vt diximus reſarſit D. Hiero translatione, qua nihil eſt diuinius. Sed dices, cur non hanc citat Spiritus ſanctus ędita eſt quadringenteſimo poſt aduētum Domini anno, nec apud infideles tātam haberet fidem quod ædita à Doctore Chriſtiano eſſet, & tanto tempore poſt crucem Domini & hoc nomine fortaſſe in ſuſpicionem veniret, citat eam quę tribus ſæculis ante aduentum Domini facta eſt tanto tempore ante rem geſtã & facta à 72. Iudæis & miraculis ęditis commendata, aſſeruata præterea in Iudæorum ſynagogis per octingentos & amplius annos à crucifixoribus Chriſti, vt Chryſoſtomi verbis vtar, quid ſuſpicionum in ſcripturas noſtras vlla ex parte irrepere poteſt. Expende contra Iudaica manu exaratas ſcripturas, quęſo quid non ſuſpicionum eſt pleniſsimum, vbi per mille quingentos annos à Iudæis nũquàm eſt ceſſatum aduerſus nos commiſci dolos, quæ noſtræ veritatis maxima eſt confirmatio, aduerſus quam tot fraudes texere coegit neceſsitas, nam de illa probatione Iudaica, ego ne id facerē, contra maledicta legis contra anathema notum eſt quid ſatyricus dicat de genere hominum malefico per ſolis radios tarpeiaque fulmina iurat per pharetram venatricis arcumq; Dianę. Aliud enim nihil habent quo ſe tueantur contra omnes veteres eccleſiæ patres, contra veteres Iudæos, contra Rauinos Iuniores, qui eos omnes damnant ſolam adhibent ipſi & eorum patroni rerum nouatores ex aſſeueratione, quam Oratores nominant probationem & refutationem, hac enim excepta pērfidis nulla reliqua defenſio eſt.

Poſt hæc reuertar & readificabo tabernaculum Dauid quod decidit & cætera. Vulgata

ERaſmus hunc locum negat congruere cum ædition hebræa, nec cum translatione Lxx virorum nihil eſt quod Eccleſia catholica ſibi multũ gratuletur Eraſmo alumno ſuo in auxilium ſibi dato, ita omnia labefactat infirmat, & quantum in ipſo eſt omnia ſubruere conatur. Philoſophus, inquies veritati ſtudet, hanc rebus omnibus antepoint, ita dico præſertim in Euangelica philoſophia, vbi verba ſunt Spiritus ſancti, vbi Diuus Hieronym. negat cuiquā aliter ſentiendi locum eſſe relictum, ſi id non intelligit Eraſmus reuocet ſibi in mentem illud Perſij, Publica lex hominum naturaque continet hoc fas, vt teneat vetitos inſcitia debilis actus, reuocet in memoriam canonem illum præſcriptum in Epiſtolam ad Romanos ca. ſi. in illud & rurſus Eſaias ait, vbi ſciendum eſt inquiēs, quod in omnibus fere Apoſtolus æditionem Lxx ſequitur niſi forte minus neceſſaria omittat, aut verbum pro verbo ponat tanquam paraphraſim faciens: ſi hoc aduertiſſet Eraſmus intellexiſſet citatam translationē Lxx à Diuo Paulo exceptis duobus tribuſve

buſve verbis, quorum velut paraphraſim facit huius canonis alibi planius meminit Origenes.

Vbi eſt litteratus vbi legis verba ponderans, vbi eſt doctor paruulorum.

HVnc locũ authores Lexici Complutenſis defendere conantur cõtra eos qui negant vulgatam D. Hieronymi congruere cum lectione hebræa, & ita hoc loco Diuum Hieronymum defendunt, vt ſe ab omnibus deſertum Diuus Hieronymus præoptaret, quam ita defenſum: obijcientibus nanque pro paruo populo, aut pro paruulis hebraice eſſe migdalim, id eſt, magnos aut magnum populum reſpondent migdalim ſignificare quoque paruulos, & ſe id adnotaſſe in dictione gadal, quod falſum eſt, nunquã enim id adnotarunt, nec id adnotare poterant, gadal enim ſemper magnum ſignificat paruulum nũquam ergo Diuus Hieronymus lapſus eſſe videtur in ſua vulgata: minime, ſed duplex erat lectio hebræa dalimve migdalim paruulorum & magnorũ, ꝙ interpretatur Clemens Alexand. & Chryſoſtomus paruum & magnum populum iudaicum & gentilem, vt ſit: quis fuit doctor Iudæorum & Gentilium, niſi Chriſtus & ita reddidere Lxx viri. Diuus Hieronymus conſulebat hebræos libros antiquos, vt leges in Epiſtola ad Damaſum Papam cum reſpondet quæſtionibus propoſitis à papa Damaſo: tantũ ibi reperit alteram lectionem dalim, id eſt, paruulorum; Lxx vtramque lectionem expreſſere paruulorum & magnorum, ideſt populi Iudaicĩ, & populi Gẽtilis, & vtriuſque populi doctor nullus fuit niſi Chriſtus.

Finis ſexti Libri.

SALMANTICÆ,

Excudebant hæredes Mathiæ Gaſtij.

Anno, M. D. LXXXV.

1-7-12